Universidad de Deusto
Biblioteca

Rationale

de

Divinor

um

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

3

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala 1 Estante 5 Plúteo 5

207,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

L 8-22

RATIONALE DIVINORVM OFFICIORVM

A R.D. GVIELMO DVRANDO Mimatensi Episcopo, I.V.D. clarissimo concinnatum: atq; nunc recens vtilissimis Adnotationibus illustratum.

Adiectum fuit præterea aliud Diuinorum officiorum Rationale ab Ioanne Beletho Theologo Parisiensi, ab hinc ferè quadringentis annis conscriptum, ac nunc demùm in lucem editum;

Cum duplici, vno prioris, altero posterioris Rationalis Indice locupletissimo.

VENETIIS, Apud Gratiosum Perchacinum.

1568.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA COLLEGII LOVANIENSIS
IHS

NICOLAVS DOARD CAMPANVS, DOCTRINA, ET MORIBVS CLARISSIMO VIRO,

D. Nicolao Doard, fratri lectissimo, Marciliacensis Ecclesiæ apud Sequanos præfecto vigilantissimo. S.

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA
IHS

NAE summus ille Orator, summus Senator, summus denique Imperator M. Cato, scitè ac grauiter adseuerabat non minus negotij, quàm otij rationem reddendam lectissimè frater, ratus magnus ille vir, omneis cogitationes & commentationes animi, omnes conatus & labores mortalium, nusquàm aliò esse referendos, quàm ad communem omnium vtilitatem, atque posteritatis ornamentum. Lepidum certè, & dignum homine Stoico responsum: cuius fides ac industria & domi & foris, in Senatu, in acie, in toga in vniuerso denique orbe terrarum, priuatim ac publicè explorata probataq; fuit. Cum enim natura ipsa canem ad venatum, equum ad cursum, auem ad volatum instituerit, hominem autem ipsum tanquam diuinum animal, in lucem edidit, ad laborem, gloriam, & imperium compositum, ingenui ac liberaliter instituti est animi, in omnibus vitæ partibus munus ad ipsum tueri & colere, quod incumbit; dissoluti autem, peruersi & immanis, contraria rapere, voluptates sectari, & hanc naturæ dignitatem negligere. In quos, veluti inutiles, inanes, & procos Penelopes, recte conuenit illud Horatianum. Nos numerus sumus, nati consumere fruges. Quod multò ante eleganter expresserat Home. Ἐπάσιον ἄχθος ἀρούρης. Quam quidem ego ignauiæ & socordiæ fœdissimam notam à me longissime arcendam semper existimaui, cùm ipsa naturæ lege præditus, tum Catonis nostri exemplo, atque Alexandri Magni Apophthegmate institutus. Interrogatus enim ille quid esset in rerum natura præclarissimum & maximè regium, respondit. Τὸ μὲν πόνειν βασιλικὸν τὸ δὲ τρυφᾶν ἀλλοκότον ἐστιν: Etenim, vt est celebre apud Græcos prouerbium, θεοὶ τ' ἀγαθὰ τοῖς πόνοις πωλοῦνται. Itaque, lectissimè frater, cùm post sex plus minus annos, funesta temporum iniuria, Campania bello flagrante, e medio studiorum meorum cursu reuocatus, Lugdunum diuertissem, penè hospes, mearum partium esse putaui, de ingenij mei cultu vehementius laborare ne eius acies torpore & situ obducta, languereat vel extingueretur. Ad quod meum institutum non tam quæsita, quàm nata visa est mihi occasio in Typographica militia; cuius saxum grauissimum voluere (vt Sisyphus ille apud Inferos) & laboris est multi, & diligentiæ industriæq; non vulgaris. Quod quidem munus cùm post tot annos sedulò pro ingenij mei facultate obijssem, indicaui non alienum esse à mea in te obseruantia, vt aliquid stylo licet rudi & ineleganti, exigerem, quod tibi fore gratissimum meritoque deuouendum videretur: cum vt me ab illa grauissima insciitiæ vel ignauiæ iniuria vindicarem; tùm verò, vt immortalem tuæ virtutis, & multorum atque adeò summorum in me tuorum officiorum memoriam posteritati relinquerem. Cum itaque inter hæc quotidiana mentis curricula, ἰλιὰς Scriptorum in omni disciplinarum genere sese offerret, ecce incidit in manus, Gulielmi Durandi, hominis sanè laudatissimi vtriusque iuris doctoris & Professoris Τὸ Πρόχειρον, seu (vt ille appellat) Rationale diuinorum officiorum. In quo quidem nihil ἐκ παρέργου καὶ τῆς γνώμης positum esse diuina prope diuini authoris lectio, piis lectoribus ijsdemq; Christianis omnibus satis ostendit. Itaque idipsum opus castigandum & expoliendum eò lubentius suscepi, quod te iam à puero primarum artium facultate, scientia & eloquentia præditum; musisq; dicatum iam impensius sacrarum literarum lectioni incumbentem, eaq; studia & diurna & nocturna versantem manu viderem. Sicq; mihi consentaneum visum est, vt scriptoris pia & Christiana admodum lectio, suo lectori ex omni parte responderet vel omninò quadraret. Quod autem ad Gulielmum Durandum attinet, principio quàm arguté, quam eleganter & expeditè totam Iuris ciuilis molem in vnum corpus collegerit, collectam in speculo expressa facie, & (quod aiunt) ad viuum effinxerit, neutiquam eis est obscurum, qui in publicis forensibusque iudicijs quotidiè versantur. A cuius facultatis studio ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

paulùm feriatus, mutata fortuna, ad alteram longè celeberrimam ac pijssimam iuris partemq; Θεολογίαν dicitur, animum connertit. Quam ita accuratè & perspicuè tractauit, vt ad eam, quam attingit rei diuinæ Ἰδέαν, nihil possit a quoquam iure desiderari, vel certe debeat. Nos verò tanti authoris nomine, simulq; rei dignitate adducti, diligenti & fideli opera præstitimus, primum vt loci communes, seu rerum insignium capita suo ordine progrederentur. Proximè vt dictio Græca, quæ multos suprà annos corrupta & neglecta iacuerat, inscitia aut certè negligentia hoc recognitionis munus facitantium, iam tandem aliquando suæ pristinæ sedi & integritati redderetur. Præterea, ne quid ad integram tanti operis laudem deesset, capita quæque summarijs argumentis illustrauimus, quorum index cùm fidelis tum copiosus est præfixus. Locus insuper vel sub obscuros vel ancipites adnotationibus aperuimus, ad authoris mentem & orationem, quam fieri potuit, propijssime accedentes. Neque enim hic Attiquos sales, aut fluentes numeros expectabis, sed planam, simplicem, & pene legibus artis solutam orationem. Ita enim vel illa tempora erant duræ, vel idipsum ferebat Theologicæ facultatis ratio, propriam & singularem sibi (vt quæque artes) dicendi methodum sortita. Cæterùm in eo castigando, ornando & distinguendo ita sumus versati, vt nouum potius, quàm interpolatum opus videatur. Reliquum est, lectissime frater, te & æquum Lectorem rogatos velle, vt hosce nostros conatus, liberales illos quidem & alacreis, in lucem editos, cum in communem omnium studiosorum gratiam, tum in testimonium meæ erga te obseruantiæ & amicitiæ, æquis animis excipiatis, maiora in posterum Dijs iuuantibus, accepturi. Bene vale, Lugduni, e Typographia, diebus Februarijs. M. D. LXV.

OPERIS TOTIVS SECTIO.

Accesserunt huic Libri partiales Octo; quorum Primus, Ecclesiam, eiusque loca, ac sacramenta, ornamentaque.

Secundus, Eiusdem Ecclesiæ Ministros, Officiaque diuina.

Tertius, Pontificum, cæterorumque Ecclesiæ Ministrorum, Sacrificorumque ornamenta condecentia.

Quartus, Missam eiusque sacra mysteria.

Quintus, Diuina cum nocturna, tum diurna officia.

Sextus, Dominicas, earumq; officia, & quatuor Temporum Ieiunia, cæterasque festiuitates.

Septimus, Sanctorum dies festos, solennesque.

Octauus, Computum seu Calendarium, eiusque Appendices suis quique locis atque Capitulis luculentissimè complectuntur.

ELENCHVS LIBRORVM ET CAPITVM.

Capita libri primi.

De Ecclesia & eius partibus.cap.j. fol.3.
De altari.ca.ij. 7
De picturis, & cortinis, & ornamentis Ecclesiæ. capit.iij. 9
De campanis.ca.iiij. 19
De cœmiterijs, & alijs locis sacris, & religiosis cap.v.fol. 15
De Ecclesiæ dedicatione cap.vj. 16
De altaris consecratione cap.vij. 22
De cõsecrationibus & vnctionibus c.viij. 25
De Ecclesiasticis sacramentis cap.ix. 28

Secundi libri capita.

De ministris, & ordinibus Ecclesiasticis, & de eorum officijs cap.j.fol. 30
De cantore cap.ij. 35
De psalmista cap.iij. ibid.
De ostiario cap.iiij. 36
De lectore cap.v. ibid.
De exorcista cap.vj. ibid.
De acolytho cap.vij. 37
De subdiacono cap.viij. ibid.
De diacono cap.ix. ibid.
De sacerdote cap.x. 39
De episcopo cap.xj. ibid.

Terij libri capita.

De indumentis, seu ornamentis Ecclesiæ, Sacerdotum atque Pontificum, & aliorum ministrorum cap.j. 42
De amictu cap.ij.fol. 44
De alba cap.iij. ibid.
De zona seu cingulo cap.iiij. ibid.
De stola cap.v. 45
De manipulo cap.vj. 46
De casula seu planeta cap.vij. ibid.
De caligis, & sandalis cap.viij. 47
De succinctorio & orali cap.ix. 48
De tunica cap.x.fol. eod.
De dalmatica cap.xj. ibid.
De chirotheca cap.xij. 49
De mitra cap.xiij. 50
De anulo cap.xiiij. 51
De baculo pastorali cap.xv. ibid.
De sudario cap.xvj. 52
De pallio cap.xvij. ibid.
De quatuor coloribus, quibus Ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumẽtis c.xviij. 54
De indumentis legalibus, seu veteris testamenti cap.xix. 55

Quarti libri capita.

De missa, & singulis, quæ in missa aguntur cap.j.fol. 58
De quinque psalmis, quos Pontifex celebraturus dicit cap.ij. 62
De capitis compositione, & manuum lotione cap.iij. ibid.
De aquæ benedictæ consecratione, & aspersione cap.iiij. 63
De officio seu introitu missę cap.v.fol. 64
De accessu sacerdotis ac Pontificis ad altare, & de processione cap.vj.fol. 65
De confessione facienda in missa ca.vij. 68
De incenso benedicendo, & in turibulum mittendo cap.viij. ibid.
De osculo altaris, & libri cap.ix. 69
De turificatione cap.x. 70
Qualiter episcopus vel sacerdos, & ministri ad altare stare debent cap.xj. ibid.
De Κύριε ἐλέησον cap.xij. 71
De gloria in excelsis cap.xiij. ibid.
De salutatione ad populum ca.xiiij. ibid.
De oratione seu collecta cap.xv. 74
De epistola cap.xvj. 77
De reuerentia post lectam Epistolam facienda cap.xvij. 78
De confessione sacerdotis, vel episcopi & ministrorum cap.xviij.fol. eod.
De graduali cap.xix. ibid.
De alleluia cap.xx. 79

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De tractũ cap.xxj. 80
De prosa seu sequentia cap.xxij. 81
De mutatione sacerdotis cap.xxiij. 82
De euangelio cap.xxiiij. ibid.
De symbolo cap.xxv. 87
De prædicatione cap.xxvj. 90
Secũda pars missæ ĩ offertorio c.xxvij.ibid.
De manuum ablutione cap.xxviij. 91
De paliis,& corporalibus cap.xxix. ibid.
De oblatione sacerdotis, & de officio ministrorũ circa illã, & de platena,& de oblationibus populi,& clericorũ ca.xxx. 92
De secunda turificatione cap.xxxj. ibid.
De inclinatione sacerdotis,& osculatione, ac oratione cap.xxxij. 96
De præfatione cap.xxxiij. 97
De sanctus cap.xxxiiij. 99
De secreta vel canone missæ ca.xxxv. 100
De expositione canonis,qui incipit:Te igitur cap.xxxvj. 101
De secunda parte canonis, scilicet:Memento domine cap.xxxvij. 103
De tertia parte canonis cap.xxxviij. ibid.
De quarta parte canonis cap.xxxix. 104
De quinta parte canonis cap.xl. 106
De sexta parte canonis cap.xlj. 107
De septima parte canonis cap.xlij. 113
De octaua parte canonis cap.xliij. 117
De nona parte canonis cap.xliiij. 119
De decima parte canonis cap.xlv. 120
De vndecima parte canonis cap.xlvj. ibid.
De oratione dominica, Pater noster &c. cap.xlvij. 123
De expositione dominicæ orationis capitu.xlviij. 124
Tertia pars missæ, de silentio post dominicam orationem cap.xlix. 127
De resumptione patenæ cap.l. ibid.
De fractione hostiæ cap lj. ibid.
De agnus dei cap.lij. 131
De pacis osculo cap.liij. 132
Quarta pars missæ. & primo,de communione sacerdotis cap.liiij. 133
De persuasione cap.lv. 134
De postcommunione cap.lvj. 135
De oratione nouissima. & de, Ite,missa est cap.lvij. ibid.
Quare sacerdos humerum Pontificis osculatur cap.lviij. 136
De benedictione nouissima cap.lix. ibid.

Quinti libri capita.

De diuinis officijs, tam nocturnis, quàm diurnis in genere cap.j. 137
Quid sit officium, & de eius institutione & partibus cap.ij. 139
De nocturnis cap.iij. 148
De matutinis laudibus cap.iiij. 152
De prima cap.v. 156
De tertia cap.vj. 159
De sexta cap.vij. 160
De nona cap.viij. ibid.
De vesperis cap.ix. 161
De completorio cap.x. 162

Sexti libri capita.

De officijs dominicarũ,specialiter, & quarundam feriarũ, & festiuitatũ Domini: & ieiuniorũ quatuor temporũ ca.j. 164
De tempore aduentus cap.ij. 167
De prima dñica aduentus Dñi ca.iij. 171
De secunda dñica aduentus dñi ca.iiij. 172
De tertia dñica aduentus dñi cap.v. ibid.
De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum cap.vi. 173
De alijs ieiunijs cap.vij. 174
De officio quartæ feriæ cap.viij. 176
De sexta feria cap.ix. ibid.
De sabbato cap.x. 177
De dñica quarta aduentus dñi ca.xj. ibid.
De vigilia natiuitatis domini cap.xij. 179
De officio natiuitatis domini ca.xiij. ibid.
De dominica infra octauam natalis domini cap.xiiij. 182
De festo circuncisionis cap.xv. 183
De festo epiphaniæ cap.xvj. 184
De octaua Epiphaniæ cap.xvij. 186
De prima dñica post epiphaniã c.xviij. ibi.
De dñica secũda post epiphaniã c.xix. 187
De dñica tertia post epiphaniã ca.xx. 188
De dñica quarta post epiphaniã c.xxj. 189
De dñica quinta post epiphaniã c.xxij. ibi.
De dñica sexta post epiphaniã c.xxiij. ibid.
De dominica Septuagesimæ ca.xxiiij. 190
De officio Septuagesimæ cap.xxv. 192
De sexagesima cap.xxvj. 193
De quinquagesima cap.xxvij. ibid.
De fer.iiij.in capite ieiuniorũ c.xxviij. 196
De quinta feria cap.xxix. 198
De sexta feria cap.xxx. ibid.
De sabbato cap.xxxj. ibid.
De prima dñica quadragesimę c.xxxij. ibid.
De secunda feria cap.xxxiij. 199
De tertia feria cap.xxxiiij. 200
De quarta feria cap.xxxv. ibid.
De quinta feria cap.xxxvj. ibid.

De sexta feria cap.xxxvij. ibid.
De sabbato cap.xxxviij. 201
De secũda dñica quadragesimę c.xxxix. ibi.
De secunda feria cap.xl. 202
De tertia feria cap.xlj. ibid.
De quarta feria cap.xlij. ibid.
De quinta feria cap xliij. ibid.
De sexta feria cap.xliiij. 203
De sabbato cap.xlv. ibid.
De dñica tertia quadragesimę c.xlvj. ibid.
De secunda feria cap.xlvij. 204
De tertia feria cap.xlviij. ibid.
De quarta feria cap.xlix. ibid.
De quinta feria cap.l. 205
De sexta feria cap.lj. ibid.
De sabbato cap.lij. ibid.
De dñica quarta quadragesimę ca.liij. 206
De secunda feria cap.liiij. 207
De terria feria cap.lv. 208
De quarta feria cap.lvj. ibid.
De quinta feria cap.lvij. 210
De sexta feria cap.lviij. ibid.
De sabbato cap.lix. ibid.
De dñica quinta in passione dñi ca.lx. 211
De secunda feria cap.lxj. 212
De tertia feria cap.lxij. ibid.
De quarta feria cap.lxiij. 213
De quinta feria cap.lxiiij. ibid.
De sexta feria cap.lxv. ibid.
De sabbato cap.lxvj. ibid.
De dñica sexta ĩ ramis palmarũ c.lxvij. 214
De secunda feria cap.lxviij. 215
De tertia feria cap.lxix.fol. 216
De quarta feria cap.lxx. ibid.
De quinta feria cap.lxxj. 217
De eadem.v.feria cap.lxxij. ibid.
De diuino officio cap.lxxiij. 220
De eadem.v.feria cap.lxxiiij. 221
De officio missæ ipsius quintæ feriæ capitu.lxxv. 224
De denudatione altarium cap.lxxvj. 226
De die parasceues cap.lxxvij. 227
De sabbato Paschæ cap lxxviij. 231
Per quem,quomodo, & quare agni de cera fiant cap.lxxix. 232
De benedictione cerei cap.lxxx. ibid.
De lectionibus & tractibus cap.lxxxj. 233
De benedictione baptismi. seu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris cathecuminorum cap.lxxxij. 236
De baptismo,vbi etiam agitur de vestibus, quas neophyti quarto die deponunt, & de patrinis cap.lxxxiij. 238
De confirmatione cap.lxxxiiij. 241
De missa cap.lxxxv. ibid.
De sancto die Paschæ cap.lxxxvj. 244
De die sancto Paschæ cap.lxxxvij. 246
De diurno officio Paschæ cap.lxxxviij. 247
De septẽ diebus post Pascha ca.lxxxix. 249
De secunda feria post Pascha cap.xc. 254
De tertia feria post Pascha cap.xcj. ibid.
De quarta feria post Pascha cap.xcij. ibid.
De quinta feria post Pascha cap.xciij. 255
De sexta feria post Pascha cap.xciiij. ibid.
De sabbato in albis cap.xcv. ibid.
Alia expositio dictorum septem dierum cap.xcvj. 256
De prima dñica post Pascha ca.xcvij. ibid.
De secũda dñica post Pascha ca.xcviij. 257
De dñica tertia post Pascha ca.xcix. ibid.
De dñica quarta post Pascha cap.c. 258
De dominica rogationum cap.cj. ibid.
De rogationibus cap.cij. ibid.
De vigilia Ascensionis cap.ciij. 260
De festo Ascensionis domini ca.ciiij. 261
De dominica post Ascensionẽ cap.cv. ibid.
De vigilia Pentecostes cap.cvj. 262
De die sancto Pentecostes cap.cvij. 263
De secunda feria cap.cviij. 265
De tertia feria cap.cix. ibid.
De quarta feria cap.cx. 266
De quinta feria cap.cxj. ibid.
De sexta feria cap.cxij. ibid.
De sabbato cap.cxiij. 267
De die dñica sanctæ Trinitatis c.cxiiij. ibi.
De prima dñica post Penteco.ca.cxv. 269
De secũda dñica post Pentec.ca.cxvj. ibid.
De dñica tertia post Pentec.ca.cxvij. ibid.
De dñica quarta post Pentec.ca.cxviij. ibi.
De quinta dñica post Pentec.ca.cxix. ibid.
De sexta dñica post Pentecost.ca.cxx. 271
De septima dñica post Pente.ca.cxxj. ibid.
De octaua dñica post Pentec.ca.cxxij. ibid.
De dñica nona post Pentec.ca.cxxiij. 272
De decima dñica post Pente.ca.cxxiiij. ibi.
De vndecima dominica post Pentecost. capitu.cxxv. ibid.
De.xij.dñica post Pentecost.ca.cxxvj. 273
De.xiij.dñica post Penteco.ca.cxxvij. ibid.
De.xiiij.dñica post Pentec.ca.cxxviij. 274
De.xv.dñica post Pentecost.ca.cxxix. ibid.
De.xvj.dñica post Penteco.ca.cxxx. ibid.
De.xvij.dñica post Penteco.ca.cxxxj. 275
De quarta feria quatuor tẽporũ Septẽbris cap.

Universidad de Deusto Biblioteca

cap.cxxxij. ibid.
De sexta feria quatuor temporũ Septẽbris cap.cxxxiij. ibid.
De sabbato quatuor temporũ Septembris cap.cxxxiiij. ibid.
De dñica.xviij.post Penteco.ca.cxxxv. 276
De dñica.xix.post Penteco.ca.cxxxvj.ibid.
De dñica.xx.post Penteco.ca.cxxxvij.ibid.
De dñica.xxj.post Pentec.ca.cxxxviij. 277
De dñica.xxij.post Penteco.ca.cxxxix. 278
De dñica.xxiij.post Penteco.ca.cxl. ibid.
De dñica.xxiiij.post Penteco.ca.cxlj. ibid.
De dñica.xxv.post Penteco.cap.cxlij. 279
De dñica.xxvj.post Penteco.ca.cxliij.ibid.

Septimi libri capitã.

De sanctorum festiuitatibus cap.j. 280
De sanctis Fabiano & Sebastiano ca.ij.285
De sancta Agnete cap.iij. 286
De conuersione sancti Pauli cap.iiij. ibid.
De sancto Iuliano cap.v. ibid.
De beata Agatha cap.vj. ibid.
De purificatione sanctæ Mariæ ca.vij.ibid.
De cathedra sancti Petri cap.viij. 288
De Annũciatione virginis Mariẽ.ca.ix.289
De sanctis Apostolis, Philippo & Iacobo cap.x. ibid.
De Inuentione sanctæ Crucis cap.xj. ibid.
De reuelatione sancti Michaelis c.xij. 290
De sanctis,geruasio & prothasio c.xiij.291
De sancto Ioanne Baptista cap.xiiij. ibid.
De sanctis Petro & Paulo cap.xv. 292
De septem fratribus cap.xvj. ibid.
De sancto Iacobo cap.xvij. ibid.
De septem dormientibus cap.xviij. 293
De festo sancti Petri ad vincula ca.xix. ibi.
De Machabæis cap.xx. ibid.
De Inuentione sancti Stephani ca.xxj. ibi.
De Transfiguratione domini ca.xxij. 294
De sancto Laurentio cap.xxiij. ibid.
De Assumptione virginis gloriosæ Mariæ cap.xxiiij. ibid.
De sancto Bartholomæo Apostolo capitulo.xxv. 295
De decollatione sancti Ioannis Baptistæ cap.xxvj. ibid.
De sanctis Felice & Audacto ca.xxvij. 296
De nãtiuitate beatæ Mariæ ca.xxviij. ibid.
De exaltatione sanctæ Crucis ca.xxix. ibi.
De festo sancti Matthæi Apostoli & Euangelistæ cap.xxx. 297
De sancto Mauritio & socijs ca.xxxj. ibid.
De festo sancti Lucę euãgelistę c.xxxij.ibi.
De festo Apostolorum Simonis & Iudæ cap.xxxiij. ibid.
De festo omnium sanctorũ ca.xxxiiij. ibid.
De officio mortuorum cap.xxxv. 298
De quatuor Coronatis martyribus capitulo.xxxvj. 302
De beato Martino Episcopo & Confessore cap.xxxvij. ibid.
De beato Andrea Apostolo ca.xxxviij.ibi.
De beato Nicolao cap.xxxix. ibid.
De venerabili Beda presbytero ca.xl. 303
De sancto Thoma Apostolo cap.xlj. ibid.
De sanctis Stephano & Ioanne euangelista,& Innocentio cap.xlij. ibid.
De Apostolis cap.xliij. 304
De Euangelistis cap.xliiij. 305
De Martyribus cap.xlv. 306
De Confessoribus cap.xlvj. 307
De Virginibus cap.xlvij. ibid.
De festo & officio dedicationis Ecclesiæ cap.xlviij. 308

Octani libri capitã.

De Computo & Calendario, & pertinentibus ad illa cap.j. 309
De anno solari cap.ij. ibid.
Quid sit annus solaris cap.iij. ibid.
De mense cap.iiij. 311
De septimana cap.v. 313
De die cap.vj. 315
De anno lunari cap.vij. ibid.
De regularibus lunaribus cap.viij. ibid.
De epacta cap.ix. 316
De embolismo cap.x. ibid.
De aureo numero cap.xj. 317
De termino Paschali cap.xij. 318
De cyclo cap.xiij. 319
Conclusio operis ibid.

FINIS TABVLAE

Librorum & Capitum.

RATIONALE, SEV ENCHIRIDION DIVINORVM OFFICIORVM,

GVLIELMO DVRANDO, PRAESVLE MIMATENSI, AVTHORE.

SVMMA.

1 *Officia ecclesiastica, nacta diligentem auscultatorem, magnam gignunt suauitatem.*
2 *Figuræ in diuinis, sunt uirtutum signa.*
3 *Prælati & sacerdotes, scientia & uirtutibus debent eminere.*
4 *Artem suam quisque diligenter curat, & colit.*
5 *Sacerdotibus imperitis non est detrahẽdum.*
6 *Officia diuina, an hodie figura careant.*
7 *Lex antiqua, quædam habet mystica, quædam moralia.*
8 *Lex an recipiat mutationem, distinguitur.*
9 *Scripturæ sacræ, quadruplici sensu expenduntur. & nu.13.*
10 *Allegoria, quid.*
11 *Tropologia, quid.*
12 *Anagoge, quid.*
14 *Institutionum Ecclesiasticarum uarius usus, ut uarius ortus. nu.15. & 17.*
16 *Durandus communem Ecclesiæ formam instituit, non singularem.*
18 *Rationale, unde, & quo hoc nomen sortitum.*
19 *Rationale hoc, in octo partes diuiditur.*

PROOEMIVM.

1 Deu. 32 Iob. 38 Prou. 25 Ioã. 4. Iacobi 1. Psal. 103

VAE CVNQVE in Ecclesiasticis officijs,† rebus in ornamentis consistunt, diuinis plena sunt signis atque mysterijs, ac singula sunt cœlesti dulcedine redundantia, si tamen diligentem habeant inspectorem, qui norit mel de petra sugere, oleumq́, de durissimo sexo. Quis tamen nouit ordinem cœli, & rationes ipsius ponet in terra? Scrutator quippe maiestatis, opprimetur à gloria. Siquidem puteus altus est, & in quo aquam hauriam, non habeo, nisi porrigat ille, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, ut inter medium montium transeuntem hauriam aquam in gaudio de fontibus Saluatoris. Licet igitur non omnium quæ à maioribus tradita sunt, ratio reddi possit. ff. de legat. l. non omnium. xxiij. quæstio. iiij. Nabuchodonosor. in princ. quia tamen quod in his ratione caret, extirpãdum est. lxviij. dist. cor episcopi. xij. distinct. omnia. Idcirco ego Gulielmus Durandi sanctæ Mimatenen. Ecclesiæ sola Dei patientia, dictus episcopus, pulsans pulsabo ad ostiũ, si fortè clauis Dauid aperire dignetur: ut me introducat rex in cellam uinariam, in qua mihi supernum demonstretur exemplar; quod Moysi fuit in monte monstratum, quatenus de singulis quæ in ecclesiasticis officijs, rebus aut ornamentis consistunt: quid significent & figurent, eo ualeam reuelante clarè & apertè disserere, & rationes ponere, qui linguas infantium facit disertas, cuius spiritus ubi uult: spirat: diuidens singulis, prout uult, extra de renuntiatio. capitul. nisi ad laudem, & gloriam Trinitatis. ¶ † Sanè hic sacramenta pro signis accipimus seu figuris, quæ siquidem figuræ non sunt uirtutes: sed uirtutum signa, quibus tanquam scripturis utentes docentur. Signorum autem alia sunt naturalia: alia positiua, de quo, & quid sit sacramentum, dicetur in quarta parte sub septima particula canonis super uerbo, mysterium fidei. ¶ † Sacerdotes igitur & prelati ecclesiæ quibus datum est nosse mysteria: prout in Luca. viij. habetur, & sacramentorum partitores, & dispẽsatores existunt.

Esai. 12. Apoc. 3 Cãti. 2 Exo. 25. Sapie. 10. Ioã. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt.xliij. diſtinct. diſpenſatio. ſacramen
ta intelligere, & uirtutibus, quæ per illa
ſignificantur, fulgere debent, ut ex eorum
luce cæteri ſimiliter illuminentur: alio-
quin cæci ſunt, & duces cæcorum: extra de
renuntiationibus, capitul. niſi iuxta illud
propheticum: Obſcurentur oculi eorum,
Matt. ne uideant. xxxvij. diſtinctio. §. itaque.
15 Sed (proh dolor) ipſi hodie, ut pluri-
Pſ.68 mum de his quæ uſu quotidiano, in eccle-
ſiaſticis contrectant rebus, & proferũt of-
ficijs, quid ſignificent, & quare inſtituta
ſint, modicum apprehendunt, adeo ut im-
pletum eſſe ad literam illud prophetic-
um uideatur, & erit ſicut populus, ſic ſa-
Eſ.24 cerdos. Eſaiæ xxiiij. ferentes ſiquidem pa
Leuit. nes propoſitionis ad menſam domini: at-
21 que myſteria, qui neque intelligunt, ne-
que uident: tantum inde nimirum iuſto
Dei iudicio habituri, quantum & iumen-
ta panes ad uſum portantia aliorum. De
qua ignorantia rationem reddituri ſunt
in die uindictæ & iræ, quandoquidem ce-
dri paradiſi tremebunt: quid ergo faciet
uirga deſerti: eis enim per prophetam di-
citur: ipſi uerò non cognouerunt uias
Pſ.94 meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introi-
bunt in requiem meam. ¶ Siquidem † li-
4 beralium atque quarumlibet artium pro-
feſſores nudè fortè, & incoloratè in illis
plerunque contenta ſatagunt cauſis, & ra
tionibus ueſtire, fulcire atque colorare.
Pictores quoque ac quilibet mechanici,
ſeu opifices, in quibuſlibet operum ſuo-
rum uarietatibus ſtudent, ueriſimiles ra-
tiones & cauſas reddere, & in promptu ha
bere. Sed & ſecundum ipſas mundanas
leges, turpe eſt patricio, & cauſas tractan-
ti ignorare ius, in quo uerſatur. ff. de orig.
iur. lib. ij. §. poſt has. ¶ Verum † licet ſa-
5 cerdotibus ſcientia ſit ualde neceſſaria ad
doctrinam, extra de hære. cum ex iniun-
cto. xxxviij. diſtin. ſedulè. non eſt tamen
ſimplicibus ſacerdotibus etiam à ſchola-
ſticis detrahendum. xxxviij. diſtin. quam-
uis. iuxta illud Exod. xxii. Diis non de-
trahes. Vnde ſecundum Auguſt. non irri-
debunt, ſi fortè aduerterint aliquos anti-
ſtites & miniſtros eccleſiæ, uel barbariſ-
mis, & ſolœciſmis Deum inuocare, uel ea-
dem uerba, quæ pronuntiant, non intelli-
gere, perturbateq; diſtinguere: ideo, quia
talia corrigenda non ſunt: ſed quia ſunt
piè à ſcientibus tolleranda. ¶ Quæ au-
tem ſacerdotes ſcire debent, in ſecunda
parte ſub tractatu de ſacerdote dicetur.
¶ † Porrò non uidetur, quòd ea quæ in ec 6
cleſiaſticis fiunt rebus, atque officiis figu-
raliter fiant. Tum quia figurę receſſerunt,
& eſt tempus hodie ueritatis. Tum quia
non debemus iudaizare. extra de ſac. un-
cti. in fine. Sed licet reuera figuræ quarũ
hodie ueritas apparuit, receſſerint: tamen
adhuc multiplex ueritas latet: quam non
uidemus, propter quod utitur eccleſia fi-
guris: Verbi gratia, per ueſtimenta candi
da, intelligimus aliquo modo decorem
animarum noſtrarum: ſcilicet gloriam im
mortalitatis noſtræ, quam uidere nõ poſ-
ſumus manifeſtè. xxx. quæſt. v. fœminæ, &
in Miſſa à præfatione in antea Chriſti
paſſio repreſentatur: ut tenacius, & fide-
lius memoriæ teneantur. de conſecratio.
diſtin. ii. liquido. ¶ † Notandum autẽ eſt, 7
q̃ eorum quæ in lege continentur, alia
ſunt moralia, alia miſtica. vi. diſtinct. his.
§. ita. ¶ Moralia ſunt, quæ mores infor-
mant. & ſic intelligenda ſunt, prout ipſa
uerba ſonant: ut diliges Deum: honora pa
trem, non occides. & huiuſmodi. ¶ Miſti-
ca ſunt figuralia, quæ aliud ſignificant
præter id, q̃ litera ſonat. ¶ Horum autem
alia ſunt ſacramentalia: alia cæremonia-
lia. ¶ Sacramentalia ſunt, de quibus ratio
reddi poteſt. ¶ Quare ad literam ſic præ-
cepta fuerunt, ut de circuncíſione, & de
obſeruantia ſabbati & huiuſmodi. ¶ Cære
monialia autem ſunt, de quibus ratio red Deut.
di non poteſt, quare præcepta fuerunt: ut 22
non arabis in Boue & Aſino: non feres ue Ibidẽ.
ſtem lino lanaque contextam. Non ſeres
agrum diuerſo ſemine. & huiuſmodi. ¶ † Si 8
quidem quantum ad moralia lex non reci
pit mutationem, ſed quantum ad ſacramẽ
talia & cæremonialia mutata eſt, quoad
ſuperficiem literæ: miſticus tamen eorum
intellectus mutatus non eſt: unde non di-
citur lex mutata, quanuis tranſlato in nos 9
ſacerdotio ſit tranſlata. extra de conſt. trã Heb.7
ſlato. ¶ † Sciendum quoq; eſt, q̃ in diuinis
ſcripturis eſt ſenſus hiſtoricus, allegori-
cus, tropologicus, & anagogicus, Vnde ſe-
cundum Boetium. Omnis diuina authori-
tas aut ex hiſtoriali, aut allegorico, aut
ex

ex utroque poſita intellectu. Et ſecun-
dum Hier. debemus diuinam ſcripturam
trifariam ſcrutari. ¶ Primò iuxta literam.
¶ Secundò iuxta allegoriam, id eſt ſpiri-
tualem intelligentiam. ¶ Tertiò ſecun-
dum futurorum beatitudinem. Hiſto-
ria, eſt ſignificatio uocum ad res, uidelic-
et quando res quælibet, quomodo ſecun
Exod. dum literam geſta ſit, plano ſermone re-
36 fertur. vt quomodo populus Iſraeliticus
ex Aegypto ſaluatus, tabernaculum Do-
mino feciſſe narratur. Et dicitur hiſtoria
ab ἱστορεῖν quod eſt geſticulari. inde hiſtori
ci: id eſt geſticulatores uocantur, quaſi hi
ſtriones. * ¶ † Allegoria, eſt quando a-
10 liud ſonat in litera, & aliud in ſpiritu, ut
quando per unum factum, aliud intelligi-
tur, quòd ſi illud ſit uiſibile, eſt ſimpliciter
ἀλληγορία. ſi inuiſibile & cœleſte, tunc
dicitur ἀναγωγή. Eſt etiam allegoria,
quando per alienum ſermonem alienus
ſtatus deſignatur, ut cum Chriſti præſen
tia uel eccleſiæ ſacramenta uerbis, uel my
Eſ.11 ſticis rebus deſignantur. Verbi gratia, ut
Exo. ibi: Egredietur uirga de radice Ieſſe,
14 quod apertè ſonat: Naſcetur virgo Ma-
ria de ſtirpe Dauid, qui fuit filius Ieſſe
Myſticis, virgo. Rebus, ut populus ab ægy
ptiaca ſeruitute per agni ſanguinem li-
beratus, ſignificat eccleſiã paſſione Chri
ſti à dæmoniaca ſeruitute ereptam. Et di-
citur allegoria ab ἄλλο Græcè, quod eſt
alienum: & γόρο quod eſt ſenſus, quaſi
11 alienus ſenſus. ¶ † τροπολογία eſt con-
uerſio ad mores, ſeu moralis locutio, ad
correctionem, & morum inſtitutionem
myſticè uel apertè reſpiciens. Myſticè,
Eccle. ut ibi: Omni tempore ueſtimenta tua ſint
6, candida: & oleum de capite tuo non de-
ficiat, id eſt, opera tua ſint munda, & cha-
ritas de mente tua nunquam decidat. &
ibi: Oportet ut Dauid interficiat in no-
1. Re. bis Goliam, id eſt humilitas ſuperbiam.
17. Aperte, ut ibi: Frange eſurienti panem
Eſaiæ. tuum, & ibi: Non diligamus lingua, uel
58 uerbo, ſed opere & ueritate. Dicitur au-
1. Io. 4 tem τροπολογία, à τροπος: quod eſt con-
uerſio, & λογος, quod eſt ſermo, quaſi con
12 uerſus ſermo. ¶ † Αναγωγή, dicitur ab
ἄνο, quod eſt ſurſum, & ἄγω, quod eſt du-
co: quaſi ſurſum ductio. Vnde ſenſus ana
Gen. 1 gogicus, dicitur: qui à uiſibilibus ad in-
uiſibilia ducit: ut lux prima die facta, ſi-
gnificat rem inuiſibilem: id eſt, angeli-
cam naturam in principio factam. Ana-
goge ergo, eſt ſenſus locutionem ad ſupe
riora ſiue eccleſiam ducens, ſcilicet ad
Trinitatem & ad ordines angelorum, &
de præmio futuro, & de futura uita, quæ
in cœlis eſt, apertis, uel miſticis ſermoni-
bus diſputans. Apertis, ut ibi: Beati mun Math.
do corde, quoniam ipſi Deum uidebunt. 5
Miſticis, ut ibi: Beati qui lauant ſtolas Apoc.
ſuas &c. vt illis ſit poteſtas in ligno uitæ, 22.
& per portas intrent ciuitatem. quod pa-
tenter ſonat: Beati qui mundant cogita-
tiones ſuas, ut illis ſit poteſtas uidendi
Deum, qui eſt uia, ueritas & uita, & per do
ctrinam, ideſt, exemplo patrum intrent in
regnum cœlorum. Similiter Hieruſalem, Io. 12
intelligitur hiſtoricè, ciuitas illa terre-
ſtris, quam peregrini petunt, allegoricè,
eccleſia militans, tropologicè, quælibet
fidelis anima, anagogicè, cœleſtis Hieru-
ſalem ſiue patria. De his etiam alia exem
pla uideri poſſunt in lectionibus, quæ di
cuntur in ſabbato ſancto prout ibi in ſe-
xta parte dicetur. In hoc autem opere ple
runque circa idem diuerſi ſenſus adhiben
tur, & de uno ſenſu ad alium tranſitur:
quemadmodum lector ſedulus liquido po
terit intueri. † Sicut enim nemo prohi- 13
betur diuerſis exceptionibus, uel defenſio
nibus uti. ff. de excep. nemo extra de reſcr.
c. auditis. xxiiij. q. ij. §. j. Sic etiam nec di
uerſis in laudem dei expoſitionibus, ſalua
fide. ¶ † Conſiderari autem oportet, q̃ in 14
diuino cultu multiplicis ritus uarietas re
peritur. Vnaquæque ferè nanque eccleſia
proprias habet obſeruantias, & in ſuo ſen
ſu abundat. 76. diſt. utinam. nec cenſetur
reprehẽſibile uel abſurdum, Deum & ſan
ctos eius uarijs concentibus ſeu modula-
tionibus, atque diuerſis obſeruantijs ue
nerari, cum & ipſa eccleſia triumphans ſe
cundum Prophetam circundata ſit uarie-
tate. Pſal. xliiij. & in ipſorum eccleſiaſtico Pſ.44
rum ſacramentorum adminiſtratione de
iure conſuetudinis uarietas tolleretur.
† Vnde ſecundũ Aug. xj. di. eccleſiaſticarũ. 15
Eccleſiaſticarum inſtitutionum in diuino
officio quaſdã ſcripturis accepimus, quaſ-
dam uerò apoſtolica traditione ſine ſcri
pturis confirmatas per ſucceſſores, quaſdã
etiam,

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam, quarum tamẽ institutio ignoratur consuetudine roboratas, approbat usus, quibus paritus seu obseruantia debetur.
16 Non † igitur Lectoris moneatur animus si fortassis in hoc opusculo legerit quę in sua non nouerit ecclesia obseruari, aut non inuenerit quicquid ibi seruatur. Non enim uniuscuiusque loci specialia, sed communes atq; usitatiores ritus hic prosequimur, qui communem non particularem doctrinam tradere laboramus, nec sit nobis possibile quorumlibet locorum specialia perscrutari. ¶ Decreuimus itaque, pro animæ nostræ salute atque legentium utilitate, secreta diuinorum officiorum mysteria hic claro stylo, prout erit possibile exarare, atque dirigere, & quæ uiris ecclesiasticis pro quotidiani usus intelligentia necessaria uisa sunt enucleare, & medullitus explicare, quemadmodum & pro illis, qui circa iudicia uersantur secularia, olim in speculo iudiciali, fideliter egisse dignoscimur, in statu dissimili constituti.
17 ¶ † Veruntamen sedulo pensandum est, quòd circa ipsa diuina officia plures sunt usuales obseruantiæ, quæ nec ad moralem nec ad mysticum ex institutione referantur intellectum, sed nonnullæ propter necessitatem, quædam propter congruitatem, quædam propter ueteris & nouæ legis differentiam, quædam propter earum conuenientiam, & quædam propter maiorem ipsorum officiorum celebritatem, & Exo. 30 reuerentiam inoleuisse cognoscuntur. xij. distinct. c. omnia. Vnde sicut ait beatus Augusti. talia diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut nunquam omnino inueniri possint causæ quas in eis constituendis hominis sunt secuti. Sanè liber † iste Rationalis uocabulo, describitur. Nam quemadmodum in rationali iudicij, quod legalis Pontifex ferebat in pectore, scriptum erat, manifestatio & ueritas, sic & hic rationes uarietatũ in diuinis officijs, & earum uarietates describuntur, & manifestantur, quas in scrinio pectoris sui ecclesiarum prælati, & sacerdotes debent fideliter conseruare. xxxix. distinct. §. ecce. Et sicut in illo erat lapis, in cuius splendore filij Israel Deum sibi fore propitiũ agnoscebant, & sic deuotus lector ex huius lectionis splẽdore in diuinorum officiorum mysterijs eruditus agnoscit Deum nobis fore propitium, nisi forte eius indignationem culpæ offendiculo improuidè incurramus. illud quoque quatuor coloribus auroque contextum erat, & hic (ut præmissum est) rationes uarietatum in ecclesiasticis rebus atque officijs quatuor sensibus, uidelicet historico, allegorico, tropologico, & anagogico, fide media colorantur. † Distinguitur autem in octo 19 partes, quas seriatim fauẽte domino prosequemur. ¶ In quarum prima agetur de ecclesia & ecclesiasticis locis, & ornamentis, & de consecrationibus, & de sacramentis. In secunda, de ecclesiæ ministris, & eorũ officijs. In tertia, de sacerdotalibus, & alijs indumentis. In quarta, de Missa, & de singulis, quæ in ea aguntur. In quinta, de alijs diuinis officijs in genere. In sexta specialiter de singulis Dominicis, & ferijs & festiuitatibus ad dominum pertinentibus. In septima, de festiuitatibus sanctorum, & de festo, & officio dedicationis ecclesiæ ac mortuorum. In octaua, de computo & Calend.

ADNOTATIO.

* Histriones.] Presè & ieiunè ac etiam penè ineptè Author uerbum, historia, accipit, & deducit, ἱστορεῖν enim, ut Budęo placet est τοδιέρχεσθαι καὶ κατὰ μανθανιν τὸτυς, καὶ τοῖς ἄλλοις παραδιδόναι δηγμενον intercedere, & prædiscere locos, eorumq; expositionem alijs conferre, tradere, & communicare. Item, inspicere, & cognoscere, oculis subijcere, visere: tum etiam memoriæ prodere. vnde τὰ ἱστορήμενα Plutarcho, pro rebus memoriæ proditis. Inde ἱστορία narratio, cognitio, & disciplina. ἱστοριογραφοι siue λογοποιός enarrator, expositor. Quintilianus enim historicum, expositiuum dixit. Cæterum quâm præposterè reddat uerbum, αλληγορία tuum fuerit iudicium, Nec uerò nos instituimus omnibus immorari nodis, eos potius studiosorum arbitrio soluendos elinquentes: & uerentes ne Author nostris coloribus nimium anxiè ornatus, sui quæ omnino dissimilis, moueat risum: tanquam illa cornicula alienis induta plumis. N. Doard.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

In hac ergo Prima huius Operis parte, de quibusdam generalibus tractare præuidimus, uidelicet. De Ecclesia & eius partibus. De altari. De picturis & imaginibus, & ornamentis Ecclesiæ. De campanis. De cœmeterio, & alijs sacris locis. De Ecclesiæ dedicatione. De altaris consec. De consecrationibus & unctionibus. De sacramentis Ecclesiasticis.

SVMMA.

1 *Ecclesia, est duplex.*
2 *Ecclesia, quid. Et quàm uariè appelletur. per discursum. num. 4.*
3 *Synagoga, quid.*
5 *Ecclesia nostra unde formam acceperit.*
6 *Tabernaculum, quibus constet, & unde dictum. Et ad quid in Ecclesiam uersum.*
7 *Ecclesiæ fundamentum qualiter, & à quibus iaciendum.*
8 *Ecclesiæ caput, cur oriẽtem spectare debeat.*
9 *Ecclesiæ spiritualis ædificatio qualis.*
10 *Cæmentum ex quibus componatur. Et quid eorum unumquodque denotet.*
11 *Aedificantibus spiritualem Ecclesiam, pugnandum est ad uersus hostes. Et quibus armis.*
12 *Tabernaculum ueteris testamenti, ex quibus fuerit constructum.*
13 *Sethin, quid.*
14 *Ecclesiæ forma humani corporis portionibus respondet.*
15 *Ecclesia spiritualis quibus, & quot partibus constet.*
16 *Ecclesiæ spiritualis quæ sint fundamenta.*
17 *Ecclesiæ parietes laterales quid notent.*
18 *Chorus clericorum, quid, & unde dicatur.*
19 *Exedra, quid.*
20 *Atrium Ecclesiæ, quid denotet.*
21 *Turres Ecclesiæ quid signent.*
22 *Gallus in summitate Ecclesiæ fixus, quid notet.*
23 *Ecclesiæ, summitas eminẽs & rotunda, quid signet.*
24 *Fenestræ Ecclesiæ, quid significent. Quid cãcelli. num. 25. Quid ostium. nu 26.*
27 *Columnæ Ecclesiæ, quid notent. Quid pauimentum. nu. 28. Quid trabes. nu. 29. Quid ligna, laquearia. num. 31. Quid reclinatoria. 30.*
32 *Stallus in choro ad sedendum, quid portendat. Quid pulpitum. nu. 33.*
34 *Analogium, quid: & unde ductum.*
35 *Horologium in Ecclesia, quid notet. Quid sacrarium. nume. 38. Quid Cocleæ. num. 37. Quid piscina. numero. 39. Quid tegulæ. 36.*

Universidad de Deusto Biblioteca

40 *Lumen in ecclesia, Christum denotat.*
41 *Crux in medio ecclesiæ, quid denotet. Et cur in sublime feratur.*
42 *Clausirum quid, unde dictum, & eius uariæ partes, uarium fortitæ officium, & nu. 43.*
44 *Sedes episcopales, in singulis ecclesijs, quid notent.*
45 *Ecclesiam cur adeamus unà.*
46 *Mulieres cur à uiris distinguantur, in ecclesiæ conuentu.*
47 *Mulieres ad quid caput gerat uelatum in ecclesia.*
48 *Sermo in Ecclesia, qualis esse debeat.*
49 *Ecclesiæ immunitas pro reis ad eam confugientibus.*
50 *Corpus Christi sumptum à reis, illos non defendit.*
51 *Ecclesiæ, quot de causis loco mutentur.*

De Ecclesia, & eius partibus.

CAPVT PRIMVM.

1 RIVS est, ut de Ecclesia, & eius partibus uideamus. † Notandum est ergo, q̃ Ecclesiarum alia est corporalis, in qua uidelicet diuina officia celebrantur. Alia spiritualis, quæ est fidelium collectio. de consecra. distinct. j. Ecclesia, siue populus per ministros conuocatus, & in unum congregatus ab eo, qui vnanimes habitare facit in domo. Sicut enim corporalis ex congregatis lapidibus construitur: sic & spiritualis ex diuersis hominibus cõ
2 gregatur. † Ἐκκλησία ergo Græcè, dicitur conuocatio Latinè, quia omnes ad se uocat. quod nomen magis propriè conuenit Ecclesiæ spirituali, quàm corporali: quoniam homines, non lapides conuocantur, sæpe tamen nomen signati attribuitur signanti. Ecclesia autem materialis spiritualem designat: ut dicetur ubi de eius cõsecratione agetur. ¶ Rursus ἐκκλησία Græcè, dicitur catholica, id est, vniuersalis. 11. distin. catholica, quia per totum mundũ est constituta seu diffusa, quia uniuersi in Deũ credentes, in una debent esse congregatione, uel quia in ea est generalis doctrina ad institutionem omnium fidelium. ¶ † Συναγωγὴ quoque Græcè, cõgregatio dicitur, quod proprium nomen Iudæorum populus tenuit, ipsorũ enim propriè συναγωγὴ dici solet, quamuis etiã ecclesia dicta sit. Apostoli tñ nũquam synagogam dixerunt: sed semper ecclesiam, fortè discernendi cã.
4 ¶ † Dicitur etiam præsens ecclesia, Syõ: eo q̃ ab hac peregrinatione longè posita promissionem rerum cœlestium speculatur: & ideò Syon, id est speculatio, nomen accepit. Pro futura uerò patria & pace, Hierusalem uocatur: nam Hierusalem, pacis uisio interpretatur. ¶ Dr̃ etiam ecclesia, domus Dei, sic dicta à διόγματε, quod Græcè dicitur rectum, quasi dans manere unanimes in se. ¶ Dicitur ẽt quandoq; Κυρία, id est, Dominicalis. Quãdoque Βασιλικὴ quod uerbũ Græcè sonat, Latinè regia seu regalis regi. s. Basilio. carnalium enim regum palatia sic dicta sunt: nostra aũt domus orationis, domus regia dicitur, quia in ea regi regũ seruitur. ¶ Quandoq; templum dicitur quasi tectum amplum, in quo regi Deo sacrificia offeruntur. 26. q. 9. sed illud. Et quandoq; Dei tabernaculum. de cõsec. dis. 4. c. nec quenquam quia in pręsenti uita peregrina est: & in itinere ad patriam pergens, ut iã dicetur. uel dicitur tabernaculum, quasi taberna Dei: prout sub ecclesiæ dedicatione dicetur. Quare etiam dictum est tabernaculum, uel arca testimonij, sub altari dicetur. Quandoque uerò martyrium, quãdo in honorem alicuius martyris fit. Qñq; capella, prout in secunda parte, sub tractatu de sacerdote dicetur. Qñq; cenobium. Qñq; sacrificiũ. Qñq; sacellũ. Qñq; domus orationis. Qñq; monasterium. Et qñq; oratoriũ. ¶ Generaliter tamen quilibet locus ad orandum statutus, oratorium dici põt. Rursus ecclesia, qñque dr̃ corpus Christi. xxvj. q. ij. sed & illud. Qñque etiam uirgo uocatur iuxta illud, Aemulor enim uos, &c. Quandoque sponsa, quam Christus desponsauit sibi in fide. De qua in Euangelio: Qui habet sponsam, sponsus

Ps. 67

Ps. 68

2. Cor. 10.

Oseæ. 2

sponsus est. vij. q. j. sicut. Quandoque mater, quia quotidie in baptismo spirituales filios Deo parit. xij. q. ij. qui abstulerit. Quandoque filia, iuxta illud prophetæ: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. lxviij. dist. c. quorum. ¶ Item quãdoque uocatur uidua, quia propter pressuras nigrescit, & ut Rachel non cõsolatur. Quandoque meretrix figuratur, propter ecclesiam de gentibus congregatam, & quia nulli claudit gremisi redeunti ad se. Quandoque uocatur ciuitas, propter communionem sanctorum ciuium, murata propter munitionem scripturarum, quibus hæretici arcentur, habens lapides, & ligna diuersi generis, quia diuersa sunt merita singulorum, prout iam dicetur. Quicquid autem synagoga per legem accepit, hoc nunc ecclesia à Christo, cuius spõsa est, per gratiam recepit: & in melius commutauit. ¶ Sane non est noua oratori siue ecclesiæ institutio. Præcepit nanque Dominus Mosi in monte Synai, ut faceret tabernaculum de cortinis miri ficè fabricatis, diuisum enim erat inter posito uelo in duas partes, cuius pars prior sancta, ubi populus sacrificabat: interior uerò sancta sanctorum, ubi sacerdos & Leuitæ ministrabant, dicebatur: ut dicetur in prooemio quartæ par
5 tis. ¶ † Quod postquàm uetustate consumptum est, iussit dominus fieri templum, quod Salomon ædificauit operæ mirifico, duas habens partes, ut in tabernaculo. iij. Reg. viij. Ab utroque uerò scilicet à tabernaculo, & à templo nostra materialis ecclesia formam sumpsit. In cuius parte anteriori populus audit, & orat. In sanctuario uerò clerus orat: prædicat, iubilat, & ministrat. Ta-
6 bernaculum † autem, quia in itinere factum quandoque gerit typum mundi, qui transit, & concupiscentia eius. Vnde constat, ex quatuor cortinarum coloribus, sicut & mundus compactus est ex quatuor elementis. Deus igitur in tabernaculo: Deus est in hoc mundo, uelut in templo Christi sanguine rubricato, expressè uerò tabernaculum typum gerit ecclesiæ militantis, quæ non habet hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirit: ideoque dicitur tabernaculum, tabernacula enim militantium sunt. Deus enim in tabernaculo. Deus est in fidelibus suo nomine congregatis. Pars prima tabernaculi, in qua populus sacrificabat, uita est actiua, in qua populus in proximi dilectione laborabat: pars altera, in qua Leuitæ ministrabant, uita est contemplatiua, in qua dilectioni, & contemplationi Dei, religiosorum uirorum syncera conuersatio uacat tabernaculum uertitur in templum: quia de mi-
7 litia curritur ad triumphum. ¶ † Est autem ecclesia sic ædificanda. Parato nanque fundamenti loco, iuxta illud: Bene fundata est domus domini super firmam Petram. debet episcopus, uel sacerdos de eius licentia ibi aquam aspergere benedictam ad abigendas inde dæmonium phantasias, & primarium lapidem cui impressa sit Crux, in fundamento ponere. de consecrat. distinct.
8 prima, cap. nemo. ¶ † Debet quoque sic fundari, ut caput rectè inspiciat uersus Orientem: de quo dicetur in prooemio quintæ partis, uidelicet, uersus ortum solis æquinoctialem ad denotandum, quod Ecclesia quæ in terris militat, temperare se debet æquanimiter in prosperis, & in aduersis: & non uersus solsticialem, ut faciunt quidam. Cæterum si muri Hierusalem, quæ ædificatur, ut ciuitas, ædificari per Iudæos iubetur, secũdum Prophetam: quantò magis, & nos muros ecclesiæ nostræ ædificare debemus? Siquidem Ecclesia materialis, in qua populus ad lauandum Deum conuenit, san-
9 ctam significat † ecclesiam, quæ in cœlis uiuis ex lapidibus construitur. xxj. quæstio. sexta. sed hoc diximus. Hæc est domus Domini, firmiter ædificata: cuius fundamentum est angularis lapis Christus: super quo fundamento positum est fundamentum Apostolorum & Prophetarum, sicut scriptum est. Fundamenta eius in montibus sanctis. Superædificati parietes, Iudæi sunt, & Gentiles de quatuor mundi partibus ad Christum uenientes: & qui in ipsum crediderint seu credunt,

Ioã. 2.

Ps. 44

Hier. 31

Exo. 25.

1. Io. 2

Heb. 13.

Mat. 7

Psal. 131.

Eph. 2

Ps. 76

dunt,& credent. Fideles autem ad uitam prædestinati, sunt lapides in structura huius muri, qui semper usque in finem huius mundi ædificabitur. Lapis uerò super lapidē ponitur, quando magistri Ecclesiæ minores in propriū studium assumunt,ad docendum,& ad corrigendum, & stabiliendum. In sancta uerò Ecclesia habet lapides super se ad ferendum pro ædificio, quicunque laborem fraternum portat. Grossiores uerò lapides & politi, seu quadrati,qui ponuntur foris extrinsecus, in quorum medio minores lapides iacent,sunt uiri perfectiores, qui suis meritis, & orationibus continent infirmiores in san-
10 cta Ecclesia, † Cæmentum autem, sine quo muri stabilitas esse non potest, fit
Ephe. 4. ex calce,sabulo,& aqua. Calx, charitas feruens est, quæ sibi coniungit sabulum, id est, terrenū opus:quia uera charitas solicitudinē maximam habet mistam pro uiduis,senibus,pupillis,debilibus,lxxxviij.distin.desolatio. & ideo student operari manibus, ut habeāt unde eis benefaciant. Vt autem calx & terra ad ædificium muri,ne corruat, aquæ commistione conglutinantur (Si quidem aqua spiritus est) Sicut enim sine cæmento lapides muri non simul iūguntur ad muri stabilitatem:sic nec homines ad muri ædificium cœlestis Hierusalem possunt simul sine charitate iungi:quam Spiritus sanctus operatur. Omnes muri lapides politi sunt & quadrati.id est,sancti,mundi:qui uidelicet per manus summi artificis disponuntur in Ecclesia permansuri: quorum quidā feruntur & non ferunt, ut simpliciores in Ecclesia: alij feruntur, & ferunt, ut medij:alij tantum ferunt & non feruntur,nisi à solo Christo qui est singulare fundamentum,ut perfecti. Omnes quidem una charitas more cæmenti coniungit: dum uiui lapides pacis compage colligantur. Christus noster murus fuit in conuersatione, & ante murale
11 in passione. † Sanè Iudæis muros Hierusalem ædificantibus aderant inimici uolentes illorum opus impedire, ita q̄
Nee.4 (sicut in Esdra legit) Neemię iiij.adeo
Eph.6 ab hostibus infestabitur, quod una manu ponebāt lapides in muro, & alia manu contra hostes pugnabant. Et nobis muros Ecclesiæ ędificantibus adsunt in circuitu inimici:scilicet uitia siue peruersi homines opera nostra impedire uolentes. Vnde muros, id est,uirtutes ædificando hostes impugnemus, & iuxta morem iudaici populi teneamus arma nostra,id est, scutum fidei: loricam iustitiæ,galeam salutis:& gladium uerbi Dei in manibus nostris: ut nos contra illos defendamus: & opilio suæ sacerdos sit nobiscum uice Christi qui doceat nos per electionem, & muniat
12 per orationem. ¶ †Porrò ex quibus tabernaculum in ueteri testamento fieret:ostendit dominus,dicens in Exo.ad *Exo. 35.*
Mosen:Sume primitias, id est, pretiosa quæque à populo Israel: sed ab eo tantum qui ultra obtulerit aurum & argētum & æs,iacinthum & purpuram coccumq; bis tinctum. id est,fœtam iacinthi purpurei & coccinei coloris: & bissini, quod est genus lini ægyptiaci molle & candidum: pilosque caprarum & pelles arietum rubricatas: quas Parthicas dicimus: quia Parthi sic colorati eas excogitauerunt: & pelles iacin-
13 thineas & signa sethni. Est † autem sethin, nomen montis & arboris, quæ similis est albæ spinæ in folijs,& est leuissimum lignum & imputribile, & incremabile, oleumque ad luminaria, & aromata unguenta, & tymiama boni odoris: & lapides Omchinos, ita quòd sardonices, & gemmæ sanctuarium faciant mihi, ut habitē in medio horum, ne sit eis labor recurrere ad montem hunc. Hæc plenè magister in historijs prosequitur super Exod. ¶ Dispositio
14 † autem Ecclesiæ materialis, modum humani corporis tenet. Cancellus nāque siue locus ubi altare est, caput repræsentat: & Crux ex utraq; parte brachia & manus: reliqua pars ab occidente,quicquid corpori superesse uidetur. Sacrificium altaris, uotum significat cordis.Sed & secundum Richardum de sancto Victore, dispositio Ecclesiæ triplicem statum in Ecclesia saluādorum significat ordinem uirginum: chorus continentium: corpus coniugatorum.

Strictius

Strictius est enim sanctuarium, quam chorus: & chorus quàm corpus: quia pauciores sunt uirgines, quàm continētes:& isti quàm coniugati.Sāctior quoque est locus sanctuarij, quam chorus: & chorus, quàm corpus, quia dignior est ordo uirginum, quàm continētium,
15 & illorum,quàm coniugatorū. ¶†Ad hæc ecclesia ex quatuor parietibus cōsistit. id est, ex doctrina quatuor euangelistarum longa lataque surgit in altum. id est,in alta uirtutum:longitudo cuius, longanimitas est: quæ patienter aduersa tolerat,donec ad patriam perueniat,latitudo, charitas est,quæ dilatione mentis amicos in Deo, & inimicos diligit propter Deum,altitudo uerò spes est futuræ retributionis, quæ prospera & aduersa contemnit, donec videat bona Domini in terra uiuentiū.
16 ¶†Rursus in templo Dei seu gratię est fundamentum,fides, quæ est de re non uisa.Tectum,charitas,quæ operit multitudinem peccatorum.1.Petr.4.Ostiū, obedientia, de qua dominus, inquit Mar.19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Pauimentum, humilitas:de qua Psal. 118. adhæsit pauimento ani-
17 ma mea.Quatuor †laterales parietes, sunt quatuor principales uirtutes: iustitia,fortitudo, prudentia,& temperantia. Hæc sunt in Apocalipsi quatuor la *Apoc. 21.*
tera ciuitatis æqualia. Fenestræ sunt, hospitalitas cum hilaritate, & misericordia,cum largitate. ¶De hac domo *Io.14.*
Dominus ait: Veniemus ad eum,& mā sionem apud eum faciemus.¶ Quędam tamen ecclesiæ in modum Crucis formantur, ad notandum nos mundo crucifigi, seu crucifixum sequi debere: iuxta illud: Qui uult uenire post me,ab- *Math. 16.*
neget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me.Nonnullæ etiam in modum circuli rotundæ formatur,quæ significāt ecclesiam vilatam esse per circulum orbis, unde illud. Et in fines or- *Psl.18*
bis terræ uerba eorum,seu q̄ de circulo orbis,peruenimus ad circulum coro
18 næ æternitatis. ¶Sanè † chorus clericorum, est consensio cantantium, uel multitudo in sacris collecta. Dictus est autem chorus, à chorea uel corona. Olim enim in modum coronæ circum aras stabant:& ita psalmos concorditer concinebant, sed Flauianus Theodorus alternatim psallere constituerunt,edocti ab Ignatio, qui super hoc fuit diuinitus edoctus. ¶Duo ergo chori psallētium, designant angelos, & spiritus iustorum, quasi reciproca uoluntate laudantium, & in se ad bonam operationē inuicem exhortantium. ¶Alij chorum dixerunt à concordia,quæ in charitate consistit, quia qui charitatem non habet, conuenienter cantare non potest. Quid autem chorus iste significet, & quare in illo maiores sedent posteriores:dicetur in quarta parte sub introitu, & sub titulo de accessu pontificis ad altare. Et nota,quia cum unus cantat, dicitur Græcè μονῳδία Latinè tycinium. Cum uerò duo cantāt,bicinium appellatur,cum multi. chorus. ¶Exe-
19 dra † est absida siue uolta,quædam se parata,modicum à templo uel palatio sic dicta.13.q.2. præcipiendum.quia ex traheret muro: Græcè autem ἐξέδρα uocaē, & significat fideles laicos Christo & Ecclesiæ inhærentes. ¶Criptæ siue specus subterraneæ,quę in quibusdā fiunt ecclesijs, sunt eremitæ, cultores
20 siquidem secretioris uitæ. ¶†Atrium Ecclesiæ significat Christum,per quem in cœlestem Hierusalem patet ingressus,quod & porticus dicitur,sic dicta à porta,uel q̄ sit aperta.17.q.4.si quis cū.
21 & cap.si quis in atrio. ¶Turres † ecclesiæ, prædicatores sunt, & prælati ecclesiæ,qui sunt munimen & defensio eius. Vnde sponsus ad sponsam in canticis amoris sic loquitur: Collum tuū, sicut turris Dauid ædificata cum propugnaculis.Canti.4. ¶Pinaculum turris,uitā uel mentē prælati, quæ ad alta tendit,
22 repræsentat. ¶Gallus † supra Ecclesiam positus, prædicatores designat. Gallus enim profundæ noctis peruigilhoras suo cantu diuidit,dormientes excitat, diem appropinquantem præcinit, sed prius seipsum alarum uerbere ad cantandum excitat. Hæc singula mysterio non carent.Nox enim,est hoc seculum, dormientes sunt filij huius noctis in peccatis iacentes. Gallus prædi

catores

Universidad de Deusto Biblioteca

catores qui distinctè prædicant, & dor
Ro.14 mientes excitant, ut abijciant opera te
Eph.5 nebrarum clamantes: Væ dormientibus. Exurge qui dormis: lucem uentu-
ram prænuntiant, dum diem iudicij &
futuram gloriam prædicant, & pruden
ter ante, quàm alijs uirtutes prædicent
se à somno peccati excitantes, corpus
1.Cor. suum castigant. iij. quæst. vij. §. idem te-
9. statur Apostolus, unde castigo corpus
meum &c. Hi etiam, sicut & Gallus cõtra uentum se uertunt, quando increpando, & arguendo contra rebelles fortiter resistunt: ne lupo ueniente fugisse arguantur. extra de renũ. nisi cum quidem. ¶ Virga ferrea, in qua Gallus sedet, rectum repræsentat prædicantis sermonem, ut non loquatur ex spiritu
1.Pet. hominis: sed Dei, iuxta illud: Si quis lo
4 quitur quasi sermones Dei, &c. Quod
Ioã.19 uero uirga ipsa est supra Crucem seu summitatem ecclesiæ posita, innuit sermonem scripturarum consummatum esse, & confirmatum. Vnde dominus in passione ait: Consummatum est, & titulus eius super eum indelebiliter scri-
23 ptus est. ¶ † Conus, id est summitas tem
pli eminens & rotunda, supra quã crux
ponitur propter sui rotunditatem, significat quàm perfectè, & inuiolatè catholica fides prædicanda sit, & tenenda: quam nisi quisque integram inuiolatãq; seruauerit, absq, dubio in æternũ
24 peribit. ¶ † Fenestræ ecclesiæ uitreæ,
sunt scripturæ diuinæ, quæ uentum, &
pluuiam repellunt, id est nociua prohibent, & dum claritatem ueris solis, id est, Dei in ecclesiam, id est, in corda fidelium transmittunt, inhabitantes illuminant. Hę intus latiores sunt, quia mysticus sensus amplior est, & præcedit literalem, de conse. dist. iiij. c. nullus autem. Item per fenestras quinque sensus corporis significantur, qui extra stricti esse debent, ne uanitates hauriant: & ĩtus patere ad dona spiritualia liberius
25 capiẽda. ¶ Per † cãcellos uero, qui sunt
ante fenestras, prophetas, uel alios doctores obscuros intelligimus ecclesiæ militantis, in quibus ob duo charitatis præcepta, quandoque duæ columnæ duplicantur: secundum quod Apostoli bi
26 ni ad prędicandũ mittuntur. ¶ † Ostiũ
ecclesiæ, est Christus, unde in Euange Luc.10
lio: Ego sum ostiũ dicit dominus Apo Ioã.10
stoli etiam portæ sunt. dictum est autẽ ostium ab obsistendo his, qui foris sunt, uel ab obsidẽdo hos, qui foris sunt, uel ab ostendendo aditum. Valua uerò, dicitur à uoluendo, porta à portando, quia per eam portantur quæcunq; offe
26 runtur. ¶ † Columnæ uerò ecclesiæ, epi
scopi, & doctores sunt, qui templũ Dei
per doctrinam sicut & euãgelistę throno Dei spiritualiter sustinent. Hi namque pro sonoritate diuini eloquij argenteæ columnæ dicũtur, iuxta illud in cãticis canticorum: Columnas fecit Cãt.3
argenteas: Vnde & Moses in ingressu tabernaculi posuit quinque columnas, & ante oraculum, i. sancta sanctorum. iiij. quod exponetur in sexta parte, sub tit. de tpe aduẽtus. Licet aũt columnæ plures sint: tñ septem esse dicuntur, iuxta Pro.9
illud: Sapientia ędificauit sibi domum, & excidit columnas septem, qm̃ epi esse debẽt septiformi gratia spiritus sancti Gal.2
repleti, & Iaco. & Ioan. (ut ait Apostolus) uidebantur columnæ. Bases columnarum sunt Apostolici epi uniuersalis ecclesię machinam supportãtes. Capita columnarum sunt mẽtes eporum & doctorum. Sicut. n. capite membra, sic mẽte uerba nostra diriguntur & opere, capitella quoq, sunt uerba sacræ scriptu
rę quorum meditationi subdimur, & ob
28 seruantiæ. ¶ † Pauimentum ecclesię, est Mat.5
fidei nostrę fundamẽtum. ¶ In ecclesia uero spirituali pauimentum sunt pauperes Christi, s. pauperes spiritu, qui se in oĩbus humiliant quare pp humilitatem pauimẽto assimilantur. Rursus pauimentum, quod pedibus calcatur uulgus est, cuius laboribus ecclesia susten-
29 tatur. Trabes † quæ domum cõiungunt,
sunt principes uel prędicatores seculi,
qui ecclesię muniunt unitatẽ, hi uerbo,
30 illi facto. ¶ † Reclinatoria in ecclesia,
signant contemplatiuos, in quib. Deus sine offensa quiescit, qui per summã dignitatem, & æternæ uitæ claritatem cõtemplantur, auro comparãtur. Vnde in Can.3
canticis dr: Reclinatorium fecit aureũ.
31 ¶ Tigna † in ecclesia sunt prædicatores,
qui

qui eam spiritualiter subleuant. ¶ Laquearia etiam siue celaturę sunt prædicatores, quia eam ornant uel roborant, de quibus quia per uitia nõ putrescũt, sponsa gloriatur in eisdem canticis dicens: Tigna domorum nostrarum, cedri
Cant.1 na laquearia cypressina. Deus. n. ecclesiam sibi cõstruit uiuis ex lapidibus, & lignis imputribilibus, iuxta illud: Ferculum sibi fecit rex Salomon de lignis
libani. i. Christus de sanctis castitate cã
Can.3 didatis. De hoc aliter sub tit. de pictu
ris dicetur. Cancellus. i. caput ecclesiæ, humilior reliquo corpore ecclesiæ mystice, significat, quãta humilitas debeat esse in clero seu prælato, iuxta illud: Quanto maiores, humilia te in oĩbus.
Eccl.3 Cãcelli uero quibus altare à choro di uiditur separationem cœlestium significant à terrenis. de cancello seu peri-
bulo chorum circuneunte, dicetur sub
32 titu. de picturis. ¶ † Stallus ad sedẽdum
in choro, designat quod aliquando cor pus recreandum est, quia quod caret alterna requie, durabile non est. ¶ Pulpi-
33 tum † in ecclesia, est uita perfectorum,
& dicitur quasi publicum, siue in loco publico constitutum. Nempe legitur:
1.Para. Salomon fecit basim æneam, ponens eã
ra.6 in medio basilicæ, stetitq; super eam & extẽdens manum suam loquebatur populo Dei. Esdras quoq; fecit gradum li
2.Esd. gneum ad loquendum, in quo stans su-
8 per uniuersum populum eminebat.
34 ¶ Analogium † etiam dicitur, quia in eo uerbum Dei legitur & enuntiaẽ: λόγος enim Græcè, uerbum, uel rõ dr. Quod dr etiam ambo, ab ambiendo: quia intrantem ambit, & cingit. ¶ De quo in quarta parte sub tit. de euãgelio dicet.
35 ¶ † Horologium, per quod horæ legun
tur, i. colliguntur, significat diligentiã quam sacerdotes in dicendis canonicis horis debito tempore habere debent,
Psal. iuxta illud: Septies in die laudem dixi
118 36 tibi. ¶ † Tegulæ tecti qui imbrem à do
mo pellunt, sunt milites, qui ecclesiam à paganis, & ab hostibus protegunt.
37 ¶ † Cocleę quarum exemplar à templo Salomonis sumitur, sunt uiæ muris interuolutæ latenter, per quas latenter arcanam cognitionem singulorum acci
pimus, quas soli qui ad cœlestia gradiũ tur, agnoscunt. ¶ De gradibus, per quos ad altare ascenditur in seq. tit. dicetur.
38 ¶ † Sacrarium siue locus, in quo sacra
reponunt, siue ĩ quæ sacerdos sacras ue stes induit, uterũ sacratissimæ Marię significat, in quo Christus se sacra uestę carnis induit. Sacerdos, à loco, in quo uestes induit ad publicũ procedit, quia Christus ex utero virginis procedẽs in mundũ venit. ¶ Locus epi in ecclesia, altior est, sicut in secunda parte sub trac.
39 de epo dicet. ¶ † Prope altare ẽt quod
Christũ significat, collocat̃ piscina seu lauacrum, i. Christi misericordia, in q̃ manus lauant̃, ad notãdum, qp in baptismo, & pnĩa, quę p illã significatur à pec
catorum sordibus diluimur, quod à ue- Exo.
teri testõ tractum est. Legitur. n. Exo. qp 30.&
Moses fecit labium æneum, cũ basi sua, 40
in tabernaculũ, in quo Aarõ sacerdos, & filij lauarentur, accessuri ad altare,
40 ut in eo offerrent tymiama. ¶ † Lumen,
quid in ecclesia accenditur, Christũ significat iuxta illud: Ego sum lux mundi, & Io. erat lux uera &c. Vel luminaria ecclesiæ significant Apostolos, & cę
teros doctores quorum doctrina fulget
ecclesia, ut sol & luna, de quibus Domi Math.
nus ait: Vos estis lux mundi, id est bono rum operum exempla, Vnde ipse admonens eos ait: Luceat lux uestra coram hominibus. Illuminatur autem eccle- Exo.
sia ex pręceptis Domini, unde ibi Exo. 27
legitur Præcipe filijs Aaron, ut offerãt oleum de arboribus oliuarum purissimum, ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. De quo in secunda parte de acolyto dicetur. Fecit quo que Moses lucernas septem, quæ sunt septem dona spiritus sancti, quæ in nocte huius seculi tenebras nostræ cæcitatis illustrant quę super candelabra ponuntur, quia requieuit supra Christum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scię Esa.11
tiæ, & pietatis, spiritus timoris Domi- Es. 61
ni, quibus prædicauit captiuis intelligentiam. Pluralitas in ecclesia lucernarum, pluralitatem, designat in fi-
42 delibus gratiarum. ¶ Crux † triumpha-
lis, in plerisque locis in medio ecclesiæ
ponitur,

Universidad de Deusto Biblioteca

ponitur:ad notãdum, q̃ de medio cor-
de redemptorem nostrum diligimus:
qui iuxta Salomonem corpus suũ me-
dia charitate constrauit propter filias
Hierusalem: & ut omnes signum victo-
riæ uidentes, dicant: Aue salus totius
seculi, arbor salutifera: & ne unquam à
nobis dilectio Dei obliuioni tradatur:
qui, ut seruum redimeret, tradidit uni-
cum filium, ut crucifixum imitemur.
Cãt.3. Crux autem in altum dirigitur: per
quod Christi uictoria designatur, De
hoc dicetur, ubi de Ecclesiæ consecra-
tione agetur. ¶ Quare Ecclesia intus &
non extra ornetur, sub tractatu de pi-
42 cturis, dicetur. ¶ † Claustrum, sicut ait
Richardus episcopus Cremonen. in mi
trali ab excubijs, & custodijs Leuitarũ
circa tabernaculum: uel ab atrio sacer
dotum, uel à porticu Salomonis ad tẽ-
plum sumpsit exordiũ. Præcepit enim
Dominus Mosi, ne Leuitas cum plebeia
multitudine numeraret; sed constitue-
ret eos super tabernaculum testimonij
ad portandum & custodiendum. Pro-
pter quod Domini præceptum dum di
uina peraguntur mysteria, clerici de-
bent in Ecclesia stare à laicis segrega-
ti. Vnde statuit Concilium Magunti.
extra de ui. & hone. cle.c.j. q̃ pars illa
quæ cancellis diuiditur ab altari, psal-
lentibus tantum pateat clericis. Porrò
sicut templum triumphãtem designat
Ecclesiam, sic claustrum cœlestem signi
ficat paradisum, ubi erit cor unum, &
idem in Dei dilectione & uolũtate, ubi
omnia cõmuniter possidebuntur: quia
quæ quis minus habebit in se, in alio se
gaudebit habere: quia Deus erit om-
2.Cor. 15. nia in omnibus. Ideoq; regulares una-
nimiter in claustro degentes, ad seruí-
tium Dei surgunt. & secularia relin-
quẽtes, in omnibus uitam communem
43 ducunt. ¶ † Diuersitas autem officina-
rum & officiorum in claustro, diuersi-
tas est mãsionum cum diuersitate præ-
miorum in regno; quoniam in domo
patris mei mansiones multæ sunt, dicit
Dominus. de pœ. dist.4.c.domo. Mora-
liter uero claustrum, est animæ contẽ-
platio: ubi se recipit, à turba cogitatio
num carnalium separatur, & sola cœle
stia meditatur. 47. distinct. cap. omnes.
In hoc claustro sunt quatuor latera sci
licet, contemptus sui, contemptus mun
di, amor proximi, & amor Dei. Vnum-
quodque autem latus suum habet ordi
nem columnarum. Contemptus sui, ha
bet mentis humiliationem, carnis affli
ctionem, humilem sermonem, & simi-
lia. Basis omnium columnarum, est pa
tientia. In hoc claustro diuersitas offi-
cinarum, est diuersitas uirtutum. ¶ Ca-
pitulum est cordis secretum. De hoc
aliter tamen dicetur in quinta parte
sub tit. de prima. Refectorium, dilectio
sanctæ meditationis. Cellarium, sacra
scriptura. Dormitorium, munda con-
scientia. Oratorium, vita immaculata.
Ortus arborum & herbarum, conge-
ries virtutum. Puteus aquarum uiuen-
tium, irrigatio donorum quæ hic sitim
mitigant, & in futuro penitus extin-
44 guẽs. ¶ † Sedes autem episcopales, quæ
iuxta beati Petri dispositionẽ, sunt in
singulis ciuitatibus antiquitus conse-
cratæ, prout dicetur in proœmio secun
dæ partis: non in memoriam confesso-
rum, sed ad honorem Apostolorum ac
martyrum, ac præcipuè beatæ Mariæ
Virginis, ueterum deuotio dedicauit.
45 † Cæterum ideo in Ecclesiam cõuenimus: ut ibi delictorum ueniam postu-
lemus: & diuinis laudibus insistamus:
ut dicetur in proœmio quintæ partis:
& ut ibi bona siue mala iudicia audia-
mus, & Dei cognitionem discamus, &
accipiamus: & ut dominicum corpus ibi
46 manducemus. ¶ † In conuentu Ecclesiæ
mulieres, & uiri seorsum habitãt, quod
secundum Bedam à ueteri consuetudi-
ne deriuatum accepimus, & inde fuit
quod Ioseph & Maria puerum dereli-
querunt: quoniam alter illum, quem
secum non cernebat, cum altero esse
putabat. Causa autem diuisionis est,
quia caro uiri & mulieris si propius ac-
cesserint, ad libidinem accenduntur.
Vnde cũ ibi peccata deflere debeamus,
necesse est tunc eorum fomenta, & dele
ctationes carnales uitari. Masculi au-
tem in australi fœminæ autem in bo-
reali, siue in aquilonari parte manent:
ut ostendatur firmiores sanctos debere
stare

stare contra maiores huius seculi tẽtatio-
nes, infirmiores uerò contra minores seu
minus fortiores, firmioremq̃ sexum in
apertiori loco consistere debere, quoniam
secundum Apostolum: Fidelis est Deus,
1.Cor. qui non patietur uos tẽtari supra id, quod
Apoc. 10. potestis sustinere. Ad hoc etiam pertinet,
quia Ioannes uidit Angelum fortem, qui
Eph.5 posuit suum pedem dextrum super mare:
1.Cor. 2. nam & fortiora membra maioribus peri-
culis opponuntur. secundum alios uerò ui
ri in parte anteriori, mulieres in posterio
47 ri parte manent, quia uir caput est mulie-
ris, ideoq̃ dux eius. ¶ † Mulier quoq; ue-
lato capite esse debet in ecclesia. xxxiij.q.
v. mulier, quia non est imago Dei, & quia
per illam præuaricatio inchoata est ideo-
que in ecclesia propter reuerentiam sacer
dotis (qui est Christi uicarius) coram eo
tãquam coram Iudice propter reatus ori-
ginem, habeat caput uelatum, non liberũ,
nec propter eandem reuerentiam habeat
potestatem loquendi in ecclesia corã eo.
Olim autem uiri, & mulieres comam sibi
nutrientes, adsistebant in ecclesia, nudo ca
48 pite crinibus gloriãtes, quod inhonestum
erat. ¶ † Qualis locutio in ecclesia haben-
da sit. Apostolus ostendit, dicens: Loquen
Eph.5 tes uobismet ipsis in Psalmis, & Hymnis,
& Canticis spiritualibus, unde ibi à uer-
bis superfluis abstinendum est, extra de ce
lebr. miss. c. dolentes. iuxta illud Chryso-
stomi: In aulam regiam ingressurus, habi-
tu & incessu te cõponas: Angeli enim Do-
mini adsunt, quia domus Dei, plena est vir
tutibus incorporeis. Et dominus ad Mo-
Iosu.5 sen & Angelus ad Iosue: Solue calciamen
tũ de pedibus tuis, locus enim, in quo stas
49 sanctus est. ¶ † Vltimò notandum est, quod
ecclesia consecrata reos sanguinis ad se cõ
fugientes, qui in illa, uel contra illam
non deliquerunt, defendit ne uitam per-
3.Re. 2. dant aut mẽbra. xiij.q.v. reos. extra de im-
mu. eccle. c. inter. Tamen legitur q̃ Ioab
in tabernaculum fugit, & cornu altaris ap
prehẽdit. Idem etiam priuilegium habet
non consecrata, in qua diuina officia cele-
brantur. extra de immuni. eccle. c. ecclesia.
50 Corpus † autem Christi à tabulis sum-
ptum, eos non defendit, nec confugientes
ad illud: tum quia hoc priuilegium eccle-
siẽ concessum est, quare nõ est ad alia pro-
trahendum, tum quia illud est cibus ani-
mæ, non corporis, de consecratio. distinct.
ij. non iste. unde animam liberat, & non
corpus. ¶ † Ecclesiæ tribus de causis de lo- 51
co ad locum mutantur, de consec. distinct.
j. tribus. & c. sequen. Primò, propter neces-
sitatem persecutorum. Secundò, propter
difficultatem locorum: puta propter aeris
intemperiem. Tertiò, cum malorum socie
tate grauantur, & tunc cum Concilio Pa-
pæ uel episcopi. ¶ Quare ecclesiam ingre
diens, signo Crucis se munit, dicetur in
proœmio quintæ partis.

SVMMA.

1 *Altare qui primum extruxerint, & unde fuerit hodiernus usus.*
2 *Altare, & ara, quid differant.*
3 *Altare multiplex, multiplicem efficit significationem. & nu. 4.*
5 *Arca testamenti, quibus sit ornata. & numero 16.*
6 *Constantinus Imperator constituit in Basilica arcam testamenti, allatam Hierosolymis à Tito Imperatore.*
7 *Homo ut sit templum Dei, quæ secum habere debeat.*
8 *Mensa quid notet.*
9 *Candelabrum exterius illuminans quid.*
10 *Arca, unde dicatur. Et quid notet. Et quibus constet.*
11 *Altare quid. Et quid notet. Fusè per discursum, nu. 13. & 15.*
12 *Charitas maxima uirtutum.*
14 *Linteamina alba, operiunt altare.*
17 *Scalæ ad altare.*

De altari. Cap. 2.

ALtare in † Ecclesia pro- 1
pter tria fit, prout sub Gen.8
eius dedicatione dice- Ibid.
tur. ¶ Sciendum autem 12.
est, q̃ Noe primus, de- Ibid.
inde Isaac, Abraam, & 33.
Iacob, altaria ẹdificas-
se leguntur, quæ non aliud quàm lapides
erecti intelliguntur super quos sacrificia
mactabant, quæ suppósito igne cremabãt.
Moses etiam fecit altare de lignis Sethin,
& inde altare Tymiamatis, quod uestiuit
auro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo. 25.27 & 29 3. Re. 8. auro purissimo: prout legitur in Exodo ubi etiam ponitur forma ipsius altaris. Salomon quoque sicut legitur Regum prope fin. altare aureum fabricauit. Ab his quidem antiquis patribus altaria modernorum sumpserunt exordium, quæ in cornua quatuor eriguntur. quorum quædam unus sunt lapidis: quædam ex pluribus cõponuntur.† Nempe altaria & aræ aliquoties indifferenter inueniuntur: interest tamen. Nam altare, quasi alta res, uel alta ara dicitur, in quo sacerdotes incensum adolebant, ara quasi area. id est, plana uel ab ardore dicitur: quia in ea sacrificia ardebant. ¶ † Et nota ꝙ multiplex in scriptis legitur altare, uidelicet superius, & inferius, interius & exterius, quorum etiam quodlibet est duplex. ¶ Altare superius, est Deus trinitas. de quo legitur: Non ascendẽtes ad altare meũ per gradus. Exo. xx. Est & altare superius ecclesia triumphans: de quo dicitur: Tunc imponent super altare tuum uitulos Psal. 50. ¶ Altare autem inferius est ecclesia militans, de quo legitur: Si altare lapideum feceris mihi, nõ ædificabis illud de sectis lapidibus. ¶ Est etiam altare inferius, mensa templi: de qua dicitur: Constitute diem solemnẽ in condensis usque ad cornu altaris. & in iij. Regum dicitur quòd Salomon fecit, altare aureum. Altare uerò interius, est cor mundum prout infra dicetur. ¶ Est etiam altare interius fides incarnationis, de qua iubetur in Exod. Altare de terra facietis mihi. altare autem exterius est ara Crucis. Hoc est altare holocausti, super quo cremabatur sacrificium uespertinum. Vnde in canone missæ dicitur: Iube hæc in sublime altare quod tuum ferri &c. ¶ Altare etiam exterius sunt ecclesiastica sacramenta, de quibus dictum est: Altaria tua domine uirtutum &c. ¶ Rursus altare ẽt, mortificatio nostra seu cor nostrũ, in quo carnales motus feruore Spiritus sancti cõsumuntur. ¶ † Secundò, altare etiam significat ecclesiam spiritualem, quatuor eius cornua significant quatuor mundi plagas, per quas ecclesia dilatatur. ¶ Tertiò, significat Christum, sine quo munus nullum acceptabile patri offertur. Vnde ecclesia solet orationes ad patrẽ dirigere per Christum. ¶ Quartò significat corpus domini: prout in vj. parte sub tit. de parasceue dicetur. ¶ Quintò, significat mensam, in qua cum discipulis conuiuatus est Christus. Sanè legitur in Exo. ꝙ in arca testamenti siue † testimonij reposita est testificatio, id est, tabulæ in quibus scriptum erat testimonium, licet etiam quædam reposita ibi testimonia dici possunt, & hoc in testificatione ꝙ legem naturalem in cordibus scriptam suscitauerat in scriptis. Reposita est etiam ibi vrna aurea plena manna in testificationem, ꝙ panem dedisset filijs Israel de cœlo, & uirga Aaron, in testimonium, quia omnis potestas à domino Deo est. & Deuteronomius, in testimonium pacti, quo dixerant, omnia quæ dixerit nobis dominus, faciemus. Et ob hoc dicta est arca testimonij, uel testamenti, ob hoc etiam dictum est tabernaculum testimonij. Super arcam uerò factum est propitiatoriũ: de quo dicetur in proœmio quartę partis. In cuius rei imitationem in quibusdam ecclesijs super altare collocatur arca seu tabernaculum in quo corpus domini, & reliquiæ ponuntur. Præcepit etiam, Dominus fieri candelabrum ductile ex auro purissimo. Legitur in iij. Regum, & in arca fœderis aliud non est, nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moses in Oreb, quando pepigit Dominus fœdus cum filijs Israel cum egrederentur de terra Aegypti. ¶ Et nota † quod tempore Siluestri Papæ Constantinus Imperator construxit basilicam Lateranẽ. in qua posuit arcam testamenti, quam Titus Imperator asportauerat de Hierusalem, cãdelabrum aureum, cum septem infusorijs lucernis. In qua arca sunt hæc: Anuli: & uectes aurei: tabulæ testimonij, & uirga Aaron, manna, panes ordeacei, urna aurea, uestis inconsutilis, & arundo, & uestimentum sancti Ioannis Baptistæ: & forcipes cum quibus tonsus fuit sanctus Ioannes Euangelista. ¶ Sanè homo † si habet altare, mensam, candelabrum & arcam, templum Dei est. Oportet siquidẽ eum altare habere, ubi rectè offerat: & rectè diuidat. Altare, est cor nostrum in quo debemus offerre, unde Exod. xx. præcepit dominus in altare offerri holocausta, quia de corde debẽt procedere opera igne charitatis accensa. ¶ Holocausta dicuntur ab ὅλον, quod est totum, & καῦσις, quod est incen-

Exo. 20 — Psal. 117 — 3. Re. 8 — Exo. 20 — Ps. 83 4 — Matt. 26 — 5 — Exo. 40 — Heb. 9 — Exo. 37 — Exo. 5 — 3. Re. 8 — 6 — 7

incendium siue incensio. vnde holocausta, quasi ex toto incensa. In isto igitur altari debemus rectè offerre, & rectè diuidere. Rectè offerimus, quando bonum quod cogitamus ad perfectionẽ perducimus. Sed non rectè diuidimus, si non discretè illud faciamus. quia sæpe putat homo facere bonum, & facit malum: & sæpe ex una parte, facit bonum, & ex alia parte facit malũ, & ita ipse ædificat, & ipse destruit. Sed tũc rectè diuidimus, quando bonum quod facimus, non nobis, sed soli Deo attribuimus. Mensam quoque oportet hominem habere, ut inde panes uerbi Dei sumat.
8 Per † mensam, sacram scripturam intelligimus, de qua Psalmista: Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. id est, dedisti mihi scripturam cõtra tentationem dæmoniacam. Oportet ut hanc habeamus, id est, in mente reponamus: ut panes uerbi Dei inde sumamus. Pro defectu huius panis dicit Hiere. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frãgeret eis. Oportet etiam eum habere candelabrum, ut bonis operibus luceat. Candelabrum † exterius illuminans, est opus bonum, quod alios per bonum exemplum accendit. de quo dicitur: Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio: sed supra candelabrum. Lucerna iuxta uerbum Domini, est bona intentio, quia Christus dicit: Lucerna, est oculus tuus, oculus uerò, est intentio. Non debemus ergo ponere lucernam sub modio, sed supra candelabrum, quoniam si habemus bonam intentionem, non debemus absconderẽ: sed bonum opus alijs in lumen, & exemplum manifestare. ¶ † Oportet eum etiam habere arcam, quæ dicitur ab arcendo. Arca ergo, potest dici disciplina, uel regularis uita: per quam crimina à nobis arcentur. In arca autem sunt uirga, tabula & manna, cum in regulari uita debet esse uirga correctionis, ut caro castigetur: & tabula dilectionis, ut Deus diligatur. In tabulis enim scripta sunt mandata, quę pertinent ad dilectionem Dei. Debet etiam ibi esse manna diuinæ prælibationis, ut quam suauis est Deus, gustemus, & uideamus, quia bona ẽ negotiatio eius, iuxta illud Prouerb. de muliere forti. Gustauit, & uidit, quia bona est. Vt ergo Dei templum simus, habeamus in nobis altare per oblationem, ne appareamus in conspectu Dei uacui iuxta illud Ecclesiast. Non apparebis in conspectu Dei tui uacuus. de consec. dist. j. oẽs. Mensam per refectionẽ, ne deficiamus in uia, quasi ieiuni, iuxta illud euangelij. Si dimisero eos ieiunos, deficient in uia. Candelabrum, per bonam operationem, ne simus otiosi, iuxta illud Ecclesiasti. Multam malitiam docuit otiositas. extra de renuntiatio. cap. nisi. §. uerum. Arcam, ne simus quasi filij Belial: id est, absque iugo indisciplinati, disciplina enim necessaria est iuxta illud Psalm. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, &c. De his etiam & alijs altaris ornamentis in sequen. titu. dicetur. ¶ † Hoc altare ille ædificat, qui cor suum uera humilitate, & alijs uirtutibus exornat. vnde Gregorius, Qui uirtutes sine humilitate congregat, quasi qui puluerem in uẽtum portat. Per altare enim cor nostrum intelligitur, ut dicetur, ubi de altaris dedicatione agetur, quod est in medio corporis, sicut altare in medio ecclesiæ: de quo altari iubetur à domino. Leuitic. Ignis in altari meo semper ardebit. Ignis, † est charitas: altare est cor mundum: ignis semper ardebit in altari: quia charitas semper feruebit in corde nostro. Vnde Salomon in canticis canticorum. Aquæ multæ non possunt extinguere charitatem: quia enim semper ardet, extingui non potest. Vos ergo secundum Prophetam agite diem lætitiæ in frequentationibus, seu in condensis, usque ad cornu altaris, quia reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. De hac Apostolo. excellentiorem uiam nobis demonstrat: excellentiorem uiam dixit charitatem, quia ipsa est super omnes uirtutes, & quicunque ipsam habet, omnes uirtutes habet, hoc est uerbum abbreuiatum, quod facit dominus super terram, quod adeo breue est, ut dicatur: Habe charitatem, & fac quicquid uis. Ex his nanque duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Vel per altare, uniuscuiusque animam intelligimus, quæ ædificatur domino ex lapidibus uiuis, scilicet ex uirtutibus uarijs & diuersis. ¶ † Porrò linteamina alba quibus operitur altare, carnem

Ps. 22 — Tre. 4 — Luc. 11 — 10 — Ps. 33 — Prou. 31 — 9 — Eccl. 23 — Mar. 8 — Eccle. 33 — Ps. 2 — 11 — Leu. 6 — 12 — Cãt. 8 — Psal. 117. — 1. Cor. 12. — Ps. 75 — Math. 22 — 14

carnem siue humanitatem Saluatoris designant, quæ multo labore candidantur: sicut Christi caro ex tertia, idest, ex Maria orta, per multas tribulationes ad resurrectionem, & candorem, & lętitiam immortalis peruenit: de qua exterius sunt ecclesiastica sacramenta. de quibus dictum est:
Ps.83 15 Altaria tua domine virtutum &c. ¶ † Rursus altare, est mortificatio nostra seu cor nostrũ, in quo carnales motus feruore Spiritu sancti consumuntur. ¶ Secundo, altare etiam significat ecclesiam spiritualem: quatuor eius cornua significant quatuor mundi plagas, per quas ecclesia dilatatur. ¶ Tertio, significat Christum sine quo munus nullum acceptabile patri offertur. Vnde ecclesia solet orationes ad patrem dirigere per Christum. ¶ Quartò, significat
Math. 26 corpus domini: prout in sexta parte sub titu. de parasceue dicetur. ¶ Quintò, signi
Exo. 40 ficat mensam, in qua cum discipulis conuitatus est Christus. Sanè legitur Exod. qd
16 in arca testamenti † sine testimonij reposita est testificatio, id est, tabulæ, in quibus scriptum erat testimoniũ: licet etiam quædam reposita ibi testimonia dici possunt, & hoc in testificatione, quod legem naturalem in cordibus scriptam suscitauerat
Heb. 9 inscriptis, Reposita est etiam ibi urna aurea plena manna in testificationem quod panem dedisse filijs Israel de cœlo: & uirga Aaron: in testimonium quòd omnis po
Ro. 13 testas à dño Deo est. & Deuteronomius in testimonium pacti quo dixerãt, Omnia
Exod. quæ dixerit nobis dominus, faciemus. Et
37 ob hoc dicta est arca testimonij uel testamenti. ob hoc etiam dictum est tabernaculum testimonij. Super arcam uerò factum est propitiatorium: de quo dicitur in proęmio quartæ partis. In cuius rei imitationem, in quibusdam ecclesijs super altare collocatur arca, seu tabernaculum in tem
Ps.83 plum Salomonis: & à Propheta in xv. psalmis continuè demõstratur, quas beatus vir
Ge. 28 ascensionis in corde suo disposuit. Hanc
17 † scalam uidit Iacob, summitas eius cœlos tangebat, lxxxviij. dist. c. j. Per hoc gradus, cõpetenter virtutũ gradus intelliguntur: quibus ad altare, id est, Christum ascendi-
Ps.83 tur: iuxta illud Psalmist. Et ambulabunt de uirtute in uirtutem. de pœni. dist. ij. dũ
Iob 33 sanctam. in principio. & Iob: Per singulos gradus meos pronuntiabo illum. legitur in Exod. Non ascendes ad altare meum per gradus: ne reueletur turpitudo tua. nondum enim fortè antiqui femoralibus utebantur. In cõcilio Toletano. xxvj. quęstio. vj. quicunque. cauetur, quòd clericus causa doloris in alterius perniciem altare uel imaginem exuens uestibus uel lugubri ueste uel spinis accingens, uel ecclesiæ luminaria extinguẽs, deponatur. Sed si ecclesia sua iure suo indebitè spoliatur: hoc causa mœroris facere licet. vel secundum quosdam, quemadmodum & in die passionis domini in signum tristitiæ altaria denudantur. quod tamen hodie conciliũ reprobat Lugdunẽ. extrà de offic. ord. cap. si canonici. Denique altaria, quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes hominum construuntur, reprobantur omnino. de consecr. dist. j. placet.

SVMMA.

1 *Picturarum & cortinarum vsus in ecclesia. earumque varia significatio.*
2 *Græci quomodo vtantur imaginibus & picturis dimidiatis. Et quo id faciant cõsilio.*
3 *Ezechias rex, quo consilio serpentem æneum confregerit.*
4 *Idolorum immodicus vsus reprobatur: moderatus probatur.*
5 *Picturarum & imaginum in ecclesia varia est sedes.*
6 *Christus qua, & quotuplici forma pingendus & nu. 12.*
7 *Christus variè pictus, varium quid notat.*
8 *Angeli variè effiguntur pro varia eis à Deo collata dignitate, & munere.*
9 *Euangelistæ qua forma pingantur, & qua de locentur.*
10 *Apostoli variè pro suo cuiusque munere, pinguntur. & nu. 16.*
11 *Patriarchæ, qualiter effingantur.*
13 *Ioannes Baptista qua forma pinguatur. Et qua martyres, nu. 14.*
15 *Confessores, qua forma pingantur qua doctores. qua denique virgines. Vbi & varietatis subdita ratio.*
17 *Picturæ sanctorum, aliquid in ecclesiis variè institutæ. Et vnde sit petitum illud ipsum exemplum.*
18 *Antiquorum instituta & sanctiones, sunt utissimi vitæ duces.*
19 *Christus, quotuplici corona depinguatur.*
20 *Corona sanctorum, qua specie, & forma effingatur.*
21 *Paradisus ad quid pinguatur in ecclesia; ad quid Infernus.*
22 *Picturarum uarietas, uarietatem uirtutum notat.*
23 *Ecclesiæ ornatus, in quibus consistat. Et in quibus altaris. nu. 24.*
25 *Historiarum tabernaculum, quid notet.*
26 *Phylatterium, quid.*
27 *Candelabra in utroque altaris cornu, quid notent. Quid emunctoria siue forcipes. num. 28. & 29. Quid scutra. nu. 30.*
31 *Crux altari superponitur.*
32 *Altaris frons, quo pacto ornanda. Et quid idipsum notet.*
33 *Codex altari imponitur, & id quare.*
34 *Quadragesimæ tempore, ornamenta ecclesiæ uelantur & conteguntur, non sine magna significatione.*
35 *Velum ecclesia, est triplex. Et quando tollatur. numero. 36. & quando eleuetur. numero. 38.*
37 *Dominicæ sex quadragesimæ, quid denotent.*
39 *Cortinarum uarius color, uarium quid significat.*
40 *Ornamenta uaria adhibentur in festo Natiuitatis dominicæ.*
41 *Altare quibus ornamentis tegatur in Paschate.*
42 *Thesauri ecclesia quo consilio edantur, in ferijs celebrioribus.*
43 *Oua, quid notent in ecclesia.*
44 *Sacrificium antiquitus quibus uasis, & cuius generis, fiebat.*
45 *Calicis nomen, unde tractum.*
Calix aureus, quid notet, quid argẽteus, quid stanneus.
46 *Ecclesia cur hodie utatur & uasis, & ornamentis pretiosis.*
47 *Concilij Aurelianen. decretum, circa nuptiarum ornatum.*
48 *Vestimenta ecclesiæ destinata, ne trahantur in priuatos usus.*
49 *Ornamenta altaris, à Diaconis lauanda.*

De picturis, & cortinis, & ornamentis ecclesiæ. Cap. 3.

PIcturæ, † & ornamẽta in ecclesia, sunt laicorum 2
lectiones, & scripturæ: vnde Gregorius, de cõsecratio. dist. iij. c. perlatum. Aliud est picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quid sit adorãdum, addiscere: nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis cernentibus præstat pictura: quia in ipsa ignorantes uident quid sequi debeant, in ipsa legũt, qui literas nesciũt. Sanè Chaldæi ignem adorant, & cogunt alios idem facere alia idola comburẽtes. Pagani uero imagines seu icones, & idola adorant: quod Sarraceni non faciunt, qui imagines nec habere, nec uidere uolunt, moti ex uerbo illo: Non facies tibi omnẽ similitudinem eorum, quæ in cœlo, uel in
terra, uel in aquis, uel sub terra sunt. Exo. Exo.
xx. & alijs authoritatibus, quæ statim se- 20
quuntur: nos ualde super hoc increpantes: sed nos illas non adoramus: nec Deos appellamus, nec spem salutis in eis ponimus: quia hoc esset idolatriæ, sed ad memoriã, & recordationem rerum olim gestarum, eos ueneramur:

Vnde versus.

Effigiem Christi, qui transis, pronus honora.
Non tamen effigiem: sed quod designat, adora.
Esse Deum, ratione caret: cui contulit esse
Materiale lapis, effigiale manus.
Nec Deus est, nec homo: præsens quam cernis imago.
Sed Deus est, & hõ, quem sacra figurat imago.

Et alibi.

Nam Deus est quod imago docet: sed nõ Deus ipsa.
Hãc uideas: sed mẽte colas, quod noscis in ipsa.

¶ Græci † etiam vtuntur imaginibus pin- 2
gentes illas, vt dicitur solum ab umbilico supra, & non inferius, ut omnis stultæ cogitationis occasio tollatur: nullam etiam faciunt sculptilem imaginem, eo, quòd legitur Exo. xx. cap. Non facies sculptile ne- Canti.
que imagines. Item Leui. xxvj. Non facies 26
idolum neque sculptile. Item Deut. iiij. Cap. 4
cap. Ne fortè decepti, faciatis uobis scul- Deut.
ptam similitudinem. Item non facietis 4

Universidad de Deusto Biblioteca

Ps. 113 vobis Deos aureos & argenteos. Item propheta: Simulachra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fient, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Item Moses ait populo
Num. 21 Israel: ne fortè errore deceptus adores ea, quæ creauit dominus Deus tuus. † Hinc
4. Re. 18. etiam est, quòd serpentem æneum, quem Moses erexerat, Ezechias Rex confregit: quia populus ille contra legis præceptum
4 turis adolebat incensum. Ex † his autem & similibus authoritatibus reprobatur nimius imaginum usus. Ait enim Apostolus
1. Cor. 8 primę Corinth. Scimus enim, quia idolum nihil est in mũdo, & nullus Deus nisi unus. Possent nanque simplices, & infirmi per ni mium & indiscretum usum facilè ad idol-
Sap. 14 latriam trahi. Vnde Sapientia: Idolis nationum non erit respectus, quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulã pedibus insipientium. Moderatè uero uti picturis ad repræsentandum mala uitanda, & bona imitanda, reprehensibile non
Eze. 8 est. Vnde Dominus ad Ezechielem: Ingredere, & vide abominationes pessimas: quas isti faciunt. Et ingressus, uidit omnem similitudinem reptilium, & animalium, & abominationem, & uniuersa Idola domus
Ezec. 4 Israel depicta in pariete: Nempe Gregor. hoc exponens in pastorali. lib. ij. cap. xx. di cit: Dum exteriorum rerum intrinsecus species attrahuntur, quasi in corde depingitur quicquid fictis imaginibus deliberãdo cogitatur. Rursus ad eundem Ezechielem dicitur: Sume tibi lateram, & pones eum coram te: & describes in eo ciuitatẽ Hierusalem. Ei autem quod dictum est, q̃ imagines, sunt laicorum literæ: obuiat il-
Luc. 16 lud Euangelij: Habent, inquit, Moysen & prophetas, audiant eos. De hoc etiam dicetur in iiij. parte sub iij. particula Canonis super uerbo, seruitutis. Concilium Agatheñ. de consec. distin. iij. cap. placuit. inhibet picturas in ecclesijs fieri, & quod colitur & adoratur in parietibus depingi: sed Greg. de consecr. dist. iij. ca. perlatum. dicit, q̃ picturas non licet frangere ea occasione, quod adorari non debent. Pictura nanque plus uidetur mouere animum, quã scriptura. Per picturam quidem res gesta ante oculos ponitur. de consecra. distin. ij. cap. semel. sed per scripturam res gesta quasi per auditum, qui minus mouet animum, ad memoriam reuocatur. Hinc etiã est, quòd in ecclesia non tantam reuerentiam exhibemus libris, quantam imagi-
nibus & picturis. ¶ † Picturarum siue ima- 5
ginum aliæ sunt supra ecclesiam, ut Gallus, uel Aquila: aliæ extra ecclesiam, scilicet foris in fronte ecclesiæ, vt Bos, & Leo. aliæ intra, vt conæstatuæ, & diuersa sculpturarum, & picturarum genera, quæ vel in uestibus, uel in parietibus, uel in uitreis depingitur, de quorũ aliquibus sub tractatu de ecclesia dictum est, quod à tabernaculo Mosi, & tẽpore Salomonis sumptum est. Scripsit enim Moses, scripsit, & pinxit Salomon, & parietes cælaturis, & 6
picturis ornauit. ¶ † Sciendum autem est, quòd Saluatoris imago tribus modis con uenientius in ecclesia depingitur, uidelicet: Aut residens in throno. Aut pendens in crucis patibulo. Aut, ut residens in matris gremio: quia uerò Ioan. Baptista Chri Ioã. 1
stum digito demonstrauit dicens: Ecce agnus Dei, ideo quidam depingebant Christum sub specie agni. Quia tamen umbra transiuit, & Christus uerus est homo: dicit Adrianus Papa de consecrat. distinct. iij. cap. sextam. quod ipsum in forma humana depingere debemus. Non enim agnus Dei in cruce principaliter depingi debet, sed homine depicto, non obest agnum in parte inferiori, uel posteriori depingi, cum ipse sit uerus agnus, qui tollit peccata mũdi. His quidem & alijs diuersis modis Saluatoris imago depingitur, propter diuersas
significationes. † Nam picta in pręsepio, 7
rememorat natiuitatem. Depicta in matris gremio, puerilem ętatem. Depicta uel sculpta in cruce, passionem, & quandoque in ipsa cruce Sol & Luna quasi eclypsim patientia depinguntur. Depicta uerò in scalarum ascensu, Ascensionem. Picta, ut residens in throno, seu in solio excelso, præsentem indicat maiestatem & potestatem, quasi dicat: Data est ei omnis potestas Math.
in cœlo & in terra: iuxta illud: Vidi dominum sedentem super solium excelsum, &c. vlt. Esa. 6
id est, Dei filium super Angelos regnantem: iuxta illud: Qui sedes super Cheru- Exo. 24
bin.

bin. ¶ Quandoque uerò depingitur sicut uiderunt eum Moses, & Aaron: Nadab & Abiu, scilicet supra montem, & sub pedibus eius quasi opus saphiricum, & quasi
Luc. 21 cœlum serenum. Et quoniam sicut ait Lucas: tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maie state: ideo. ei quandoque circumcirca pinguntur Angeli, qui ei semper seruiunt & adsistunt, & depinguntur cum sex alis, se-
Esa. 6 cundum Esa. Seraphin stabãt, iuxta illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri, & duabus uelabant faciem eius, duabus pedes, & duabus uolabant. ¶ † Depinguntur etiam An
8 geli tanquam in ætate iuuenili florentes, nunquam enim senescunt. ¶ Quandoque etiam circũpingitur archãgelus Michael,
Apoc. 12. draconem suppeditãs: iuxta illud Ioan. in Apoc. Factum est prælium in cœlo. Michael cum dracone pugnabat, quę pugna est dissidium Angelorum, confirmatio bonorũ, & ruina malorum, aut in præsenti ecclesia
Apoc. 4 persecutio fidelium. Quandoq; etiam circumpinguntur xxiiij. seniores, secundum uisionem ipsius Ioan. in uestibus albis, & coronis aureis, per quos significantur ueteris & nouæ legis doctores: qui sunt xij. propter fidem trinitatis, quam annuntiãt per quatuor mundi climata, aut xxiiij. pro pter opera, & obseruantiam euangelistarum. Si lampades adduntur, dona Spiritus sancti repræsentantur. Si mare uitreum,
9 baptismus innuitur. ¶ † Quandoque etiã circumpinguntur, quatuor animalia, se-
Ezec. 1 cundum visionem Ezechielis, & eiusdem Ioan. Facies hominis, & facies leonis à dextris, & facies bouis à sinistris, & facies a-
Ioã. 9 quilæ desuper ipsorum quatuor. Hi sunt quatuor euãgelistæ. Vnde pinguntur cum libris in pedibus, quia quæ uerbis, & scriptura docuerunt, mente, & opere compleuerunt. Matthæus figuram sortitur humanam. Marcus figuram tenet leonis, hi ponuntur à dextris, quia Christi natiuitas, & resurrectio fuerunt omnium lætitia gene
Ps. 29 ralis. Vnde in Psal. Et ad matutinum lætitia. Lucas uero uitulus est, eo q̃ à Zacharia sacerdote inchoauit, & Christi passionem & hostiam specialius pertractauit. Vitulus enim, est animal sacerdotum sacrificijs aptum. Comparatur etiã uitulo pro pter duo cornua, quasi duo continens testamenta, & propter quatuor pedum ungulas, quasi quatuor euangelistarum suias. Per hunc quoque figuratur Christus, qui fuit pro nobis uitulus immolatus: ideoq; ponitur à sinistris, quia mors Christi fuit Apostolis tristis. De hoc & qualiter beatus Marcus depingi debet, in vij. parte sub tit. de euangelistis dicetur. Ioãnes autem figuratur aquila: quoniam ad excelsa peruolat, cum ait: In principio erat uerbum. Ioã. 1
Hoc quoq; significat Christum, cuius iuuẽ Psal.
tus, vt aquila renouatur, quia resurgens à 102
mortuis, floret, & in cœlũ ingreditur, hic tamen non iuxta, sed super se depingitur, qm̃ ascensionem designat, & verbum apud Deum pronuntiat. Sed cum quodlibet ipsorum animaliũ haberet quatuor facies, & quatuor alas, qualiter possent depingi, dicetur in vij. parte sub titu. de euangelistis: vbi etiam latius de hoc agetur. ¶ Qm̃q; 10
† etiam circumpinguntur, vel potius sub pinguntur Apostoli qui fuerũt testes eius verbo, & opere vsq; ad vltimum terræ. Et pinguntur criniti, quasi Nazarei, i. sancti. Nu. 6
Lex enim fuit Nazareorum: vt à tempore suę separationis à cõi vita hominum noua cula non transiret super caput eorum. Pinguntur etiam qm̃que sub forma duodecim ouium, quia tanquam bidentes occisi sunt propter dominum, sed & duodecim tribus Israel, qm̃que sub forma duodecim ouium pinguntur. Qm̃que tm̃ plures, vel pauciores oues circa sedem maiestatis pingũtur, sed tunc aliud figurãt, iuxta illud Matth. Cap.
xx. in fine: Cum venerit filius hominis in 25
maiestate sua, tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ, statuens oues à dextris, & hœdos à sinistris. qualiter Bartholomæus, & Andreas Apostoli depingi debent in vij. parte sub eorum festis dicetur. ¶ † Et ad- 11
uerte, quia patriarchæ & prophetæ pingũtur cum rotulis in manibus, quidam uerò Apostoli cum libris, & quidam cum rotulis. Nempe quia ante Christi aduentum fides figuratiuè ostendebatur, & quoad multa in se implicita erat. Ad quod ostendendum patriarchæ, & prophetæ pinguntur cum rotulis, per quas quasi quędam imperfecta cognitio designatur. quia uerò Apostoli à Christo perfectè edocti sunt. ideo libris, per quos designatur congruè perfecta cognitio, uti possunt. Sed quia quidam

illorum, quod didicerũt ad doctrinã aliorum scriptis redigerunt. Ideo illi congruè tanquam doctores cum libris in manibus depinguntur, sicut Paulus euangelistę, Petrus, Iacobus, & Iudas. Alij uero qui nihil stabile seu ab ecclesia approbatum scripsẽ tunt, non cum libris sed cum rotulis in signum suæ prædicationis pinguntur. Vnde
Eph. 4 Apostolus ad Ephesios, & extra de hære. cum ex iniuncto. Dominus quosdam dedit Apostolos, quosdam prophetas, alios euãgelistas, alios pastores, & doctores in opus
12 ministerij. ¶ † Sed & diuina maiestas depingitur quandoque cum libro clauso in
Apoc. manibus, quia nemo inuentus est dignus
4 aperire illum, nisi Leo de tribu Iuda. &
Io. 14. quandoque cum libro aperto, ut in illo quisque legat, quòd ipse est lux mundi, & uia, ueritas, ac uita, & liber uitæ. Quare autem Paulus ad dextram, & Petrus ad sinistram Saluatoris depinguntur, dicetur in
13 vij. parte sub titulo de euangelistis. † Ioã. vero Baptista quandoque depingitur, vt
14 eremita. Martyres cum † aculeis, ut Laurentius in craticula. Stephanus cum lapidibus, & quandoque cum palmis, quæ vi-
Ps. 90 ctoria signant. iuxta illud: Iustus vt palma florebit, ut sicut palma uiret, sic eorũ memoria seruetur. Hinc est, quòd qui de Hierosolymis ueniunt palma in manibus ferunt, in signum quòd illi regi militarunt, qui Hierosolymis cum palmis honorificè receptus est, & postmodum ibidem cũ diabolo pugnans uictor extitit: & cęli palatiũ cum angelis triumphans introiuit. ver. Iusti ut palma florebunt, & sicut stellæ fulge
15 bunt. ¶ Confessores † pinguntur cum suis insignijs: ut episcopi mitrati, abbates capuciati, & quandoque cum lilijs, quæ castitatem designant, doctores cũ libris in manibus, virgines (secundum euangelium)
16 cum lampadibus. † Paulus cum libro, &ense, cum libro, quia doctor siue propter conuersionem suam, cumense, quia miles. vnde versus: Mucro, furor Pauli, liber, est
17 conuersio Sauli. ¶ Generaliter † autẽ sanctorum patrum imagines quandoq; in parietibus ecclesiæ, quandoque in posteriori altaris tabula, quandoque in vestibus sacris & alij uarij, locis pinguntur, ut illorũ
Cap. 18 actus, & sanctitatem iugiter non indiscreta, uel inutilia meditemur. Vnde in Exod. diuina voce præcipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicij vittis ligãtibus imprimatur, quatenus sacerdotale cor nequaquam fluxæ cogitationes possideãt, sed ratio sola constringat, in quo etiam rationali uigilante secũdum Greg. duodecim patriarcharum nomina describi iubentur.
¶ Nempe † adscriptos patres, semper in pe 18
ctore ferre, est antiquorum uitam sine intermissione cogitare. Tũc autem sacerdos irreprehẽsibiliter graditur, cum exempla patrum præcedentium indefinenter intuetur, cum sanctorum uestigia sine cessatione considerat: & illicitas cogitationes deprimit, ne extra rationis limitem operis pedem teneat. ¶ † Considerandum quoque 19
est quòd Iesus semper coronatus depingitur. quasi dicat, Egredimini filiæ Hierusalem, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater sua. Fuit enim Christus coronatus tripliciter. ¶ Primò à matre, corona misericordiæ in die conceptionis, quæ corona duplex est propter naturalia & gratuita, ideoque & diadema vocatur, quod est duplex corona: Secundò à nouerca corona miseriæ, in die passionis. ¶ Tertiò, à patre, corona gloriæ, in die resurrectionis, vnde, gloria, & honore coronasti eum domine. Demum coronabitur à familia corona potentię, in die ultimę reuelationis. Veniet enim cum senatoribus terræ, iudicãs orbem terræ in æquitate. Sic & omnes sancti pinguntur coronati, quasi dicat, Filiæ Hierusalem, uenite, & uidete martyres cũ coronis aureis, quibus coronauit eos Dominus: & in libro Sap. 5
sapientiæ: Iusti accipient regnum decoris, 20
& diadema speciei de manu Domini. † Corona autem huiusmodi depingitur in forma scuti rotundi, quia sancti Dei protectione diuina frauntur. Vnde cantant gratulabundi: Domine ut scuto bonæ uoluntatis coronasti nos. Veruntamen Christi corona per Crucis figurã à sanctorum coronis distinguitur: quia per Crucis uexillum sibi carnis glorificationem, & nobis meruit à captiuitate liberationem, & uitę fruitionem. Cum uero aliquis prælatus aut sanctus uiuens pingitur, non in formam scuti rotundi, sed quadrati, corona ipsa depingitur, ut quatuor cardinalibus uirtutibus uigere monstretur, prout in legenda

genda beati Gregor. habetur. ¶ Rursus
21 † quandoque in ecclesijs paradisus depingitur, ut aspicientes ad delectationẽ præmiorum alliciat: & quandoque infernus; ut eos formidine pœnarum à uitijs deterreat, quandoque flores, & arbores cum fructibus ad repræsentandum fructus bonorum operum ex uirtutum radicibus pro-
22 dentium. ¶ † Picturarum autẽ uarietas,
1. Cor. uirtutum uarietatem designat. Alij enim
12 datur per spiritum sermo sapientiæ, alij scientiæ &c. uirtutes uerò in mulieris specie depinguntur: quia mulcent & nutriũt. Rursus, per cælaturas quæ & laquearia nominantur, quæ sunt ad decorem domus, simpliciores Christi famuli intelligũtur, qui ecclesiam non doctrina, sed solis uirtutibus ornant. Cæterum sculpturæ prominentes de parietibus, egredientes esse uidentur, quia cum uirtutes fidelibus in tantam consuetudinem deueniunt, ut eis naturaliter insitæ uideantur, multifarijs earum operationibus exercentur. ¶ Synagoga uero qualiter depingitur, dicetur in quarta parte sub tit. de reuerentia. Qualiter pallium Romanorum Pontificũ pingatur, in tertia parte sub titu. de pallio dicetur. Annus uerò & duodecim signa & menses qualiter depingantur, dicetur in princ. o. quæ partis ubi & de mense agitur. Sed & diuersæ hystoriæ tã noui, quàm ueteris testamenti pro uolũtate pictorum depinguntur, nam pictoribus atque poetis
23 quæliber audendi semper fuit æqua potestas. ¶ Porrò † ornamenta ecclesiæ in tribus consistunt, id est, in ornatu ecclesiæ, chori, & altaris. Ornatus ecclesiæ, consistit in cortinis, & auleis, & palleis sericis, & purpureis, & similibus. Ornatus chori in dorsalibus, tapetis substratorijs & bancalibus. Dorsalia, sunt panni in choro pendentes à dorso clericorum. Substratoria, quæ pedibus substernuntur. ¶ Tapeta, etiã sunt panni, qui pedibus substernũtur, quasi stratio pedum, & præcipuè pedibus episcoporum, qui mundana pedibus calcare debent. ¶ Bancalia sunt panni, qui super
24 sedes uel bancas in choro ponuntur. ¶ Altaris † uerò ornatur, consistit in capsis, in palleis, in phylaterijs, in candelabris, in crucibus, in anfrisio, in uexillis, in codicibus, in uelaminibus, & in cortinis. ¶ Et † no. q. capsa in qua hostiæ consecratæ, ser 25
uantur, significat corpus virginis gloriosæ: de qua dicitur in Psal. Surge Domine in requiem &c. quæ quandoque est de ligno, quandoque de ebore candido, quandoque de argento, quandoque de auro, & quãdoque de crystallo: & secundum uarias suas proprietates uarias ipsius corporis Christi exprimit dignitates. Rursus capsa ipsa continens hostias consecratas, siue non cõsecratas, memoriam designat humanam; debet nanque homo iugiter recordari acceptorum beneficiorum Dei tam tempo-
ralium, quæ per hostias non consecratas, Exo.
quam spiritualium, quæ per consecr. desig- 16.
nãtur. Quod figuratum est in una, in qua Deus iussit manna reponi, quod licet temporale esset, præfigurabat tamen istud nostrum sacrificium spirituale, prącipiens ut esset in memoriale sempiternum in futuras generationes, sicut legitur in Exo. capsæ autẽ positæ super altare, quid est Chri Canti.
stus, sunt Apostoli, & martyres, pallę & ue 16
stes sunt cõfessores, & virgines uel omnes Es. 45
sancti, de quibus ait dominus ad prophetam: His sicut uestimento uestieris, & de hoc dictum est in tit. præceden. Aliud autem est phylatterium, aliud phylatteria.
† Phylatterium, est chartula in qua decẽ 26
præcepta legis describuntur huiusmodi chartulam solebant Pharisęi ante se signũ in religionis portare. vnde in Euangelio: Mat.
Dilatãt phylatteria sua &c. & sic sumitur 23
xxvj. q. v. non oportet. & dicitur phylatterium à φυλάττειν, quod est custodire & θῶραξ, quod est lex. Phylatteria uero, est uasculum de argento, uel auro, uel chrystallo, uel ebore & huiusmodi, in quo sanctorum cineres uel reliquiæ reconduntur. Cum enim Elindius fideles cinericios uocaret, pro eo quod cineres ipsos seruabãt; contra eius decisionem statutũ fuit in ecclesia, ut honorificè, & in pretiosis uasculis seruarentur. quod nomen est comprehensum à φυλάττειν, quod est seruare: & τέρον, quod est extremitas, quia ibi aliquid de extremitate corporis sanctorum, puta dens uel digitus, uel aliquid tale seruatur.
¶ Super altare etiam in quibusdam ecclesijs collocatur tabernaculum, de quo sub tit. de altari dictum est. ¶ † In cornibus al- 27
taris duo sunt candelabra constituta, ad

Universidad de Deusto Biblioteca

significandum gaudium duorum populorum de Christi Natiuitate lætãtium, quæ candelabra mediante Cruce faculas ferũt accensas, angelus enim inquit pastoribus.
Luc. 22 Annuntio uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodiè saluator mundi. Hic est uerus Isaac,
Gen. 18 qui risus interpretatur. Lumen enim candelabri fides est populi: nam ad Iudaicum
Es. 49 populum inquit propheta: Surge, illuminare Hierusalem, quia uenit lumẽ tuum, & gloria domini super te orta est. Ad po-
Eph. 5 pulum uero gentilẽ dicit Apostolus: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in
Ny. 34 domino. Nã & in ortu Christi noua stella
Mat. 2 magis apparuit, secundum uaticinium Balaam, Orietur inquit stella ex Iacob, & cõ
surget virga ex Israel. De hoc etiam dictũ
28 est in ti. de altari. ¶ † Emunctoria siue forcipes ad emungendum lychnum, sunt uerba diuina quibus literas legis amputamus & lucentem spiritum reuelamus: iuxta il-
Luc. 26 lud: Vetustissima ueterũ comedetis, & nouis superueniẽtibus uetera abijcietis. Vasa in quibus emuncti lychni extinguntur
29 sunt corda fidelium, quæ obseruantiã legalem ad literam admittunt. † Rursus forcipes, quorũ gemino dente cõponitur ignis, sunt prædicatores, qui nõ consonis utriusque testamenti paginis instruunt, & moribus componentes ad charitatem accedũt.
30 ¶ † Scuta uerò, id est, uasa æqualis amplitudinis, in fundo, & in ore ad calefaciendũ facta, sunt illi doctores qui thesaurum cordis non celant, sed ex eo proferũt noua &
Math. 5 uetera. Lucernam quoque non ponunt sub modio, sed super candelabrum, ut hi, qui sunt in domo domini lumen & calorẽ ac-
31 cipiant super se. ¶ Crux † quoque super altare ponenda est, & eam inde tollit baiulus Crucis, in quo recolitur: quia Crucem de Christi humeris sublatam tulit Simon cyrenæus. Inter duo candelabra Crux in
Eph. 2 altari media collocatur: quoniam inter
1. Pet. 2 duos populos Christus in ecclesia mediator existit. Ipse enim est lapis angularis,
Es. 28 qui fecit utraque unum: ad quem pastores à Iudęa, & Magi ab oriente uenerunt. De hoc alter dicetur in prooemio. iiij. partis sub tit. de ac. sac. ad alta. ¶ Rursus † altaris
32 frons, aurifrisio ornaẽ, iuxta illud Exo. 25. & 28. ca. Construes mihi altare, faciesque illi coronam per gyrum seu circuitum alta. quatuor digitis. Nempe altare quãdoque significat cor hominis, in quo sacrificium uerè fidei per contritionem offerri debet: & tunc aurifrisium cõceptum bonæ operationis significat, quo frontem nostrã ornare debemus, ut cæteris luceamus. Quandoque altare significat Christum, & tunc per aurifrisium, cõgruè ornamentum charitatis designatur. Sicut enim aurum præeminet omnibus metallis, sic & charitas cæteris uirtutibus. xcvj. dist. duo. vnde Apostolus ad Corin. j. Maior horũ est cha 1. Cor.
ritas. Florentem enim nostram sic aurifri- 9
sio charitatis debemus ornare, ut parati simus pro Christo animas ponere. Vexilla etiam super altare eriguntur, ut triũphus Christi iugiter in ecclesia memoretur, per quem & nos de inimico triumphare speramus. ¶ † Cõdex etiam euangelicus super illud adaptatur, eo quòd euangelium 33
ab ipso scilicet Christo, sit editum, & ipse perhibeat testimoniũ. qui quare exterius ornetur dicetur in iij. parte sub tit. de lega. indu. ¶ Denique uasa, & utensilia in domo domini à Mose, & Salo. originem habuerunt, quæ in ueteri testamento plura & diuersa fuerunt prout in Exod. legitur diuersa habẽtia significata, de quibus hic breuitatis causa non agimus. ¶ † Sanè 34
omnia quæ ad ornatum pertinent tempore quadragesimæ, remoueri uel cõtegi debent, quod fit secundum aliquos in dominica de passione: quia extunc diuinitas fuit abscõsa, & uelata in Christo, dimisit enim se capi & flagellari, ut homo tanquam nõ habens in se uirtutem diuinitatis, unde in Ioã. 8
euangelio huius diei dicitur: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo: tũc ergo cooperiuntur Cruces, id est, uirtus suæ diuinitatis. Alij hoc faciunt à prima dominica quadragesimæ, quia extunc ecclesia incipit de eius passione agere. vnde eo tẽpore Crux per ecclesiam non nisi cooperta portari debet, & secundum morẽ quorundam locorum duo tantum uelamina, seu cortinæ, tunc retinentur, quorum unũ ponitur per circuitum chori, aliud suspenditur inter altare, & chorum, ne appareãt quę sunt intra sancta sanctorum, q̃ sanctuarium & Crux tunc uelantur, significat literam legis. id est, eius carnalẽ obseruãtiam, siue

siue quòd in ueteri testamento ante Christi passionem intelligentia sacrarum scri-
Luc. 8 pturarum uelata, operta & obscura erat. Et qui tempore illo fuerunt, uelamen, id est, obscuram sciẽtiam, ante oculos habuerunt, significat etiam rumpheam illã, quæ fuit ante ianuam paradisi, & quoniam huiusmodi carnalis obseruantia, & obscuritas, & rumphea in Christi passione sublata sunt, ideo cortinæ, uel uelamina huiusmodi in parasceue remouẽtur. Sed & quia in ueteri testamento fuerunt animalia ru minantia, & gulas scindẽtia, ut boues arantes, id est, scripturarum mysteria discernẽtes, & spiritualiter intelligentes, ideo in quadragesima post uelum ingrediuntur sa
35 cerdotes pauci, quibus datum est nosse mysterium regni Dei. ¶ † Circa hoc autem notandum est, q̃ triplex genus ueli suspenditur in ecclesia: videlicet, Quod sacra operit. Quod sacrarium à clero diuidit. Et quod clerum à populo secernit. ¶ Primũ est nota nostræ legis. ¶ Secundum, nota nostræ dignitatis, quia indigni sumus, imò impotẽtes cœlestia intueri. ¶ Tertium, est coertio nostræ uoluptatis carnalis. ¶ Primum, uidelicet cortinæ quæ ab utroque altaris latere extẽduntur sacerdote secretum intrante, prout in iiij. parte sub ti. de secreta dicetur, significatum est in hoc, q̃ sicut legitur Exo. xxxiiij. Moses posuit uelamen super faciem suam, quia filij Israel claritatem uultus eius sustinere non poterant, & sicut dicit Apostolus: hoc uelamen adhuc hodie est super corda Iudæorum. ¶ Secundum, uidelicet cortina quę in quadragesima in officio Missæ ante al-
2. Cor. 3 tare extenditur: significatum est in hoc, quòd uelum infra tabernaculum erat suspẽsum, quod deuidebat sancta sanctorum à sanctis, ut dicetur in prooemio quartæ partis. per quod arca populo uelabatur, & erat miro opere contextum, & pulchra uarietate distinctum, quod in passione domini scissum est, & illius exemplo hodie cortinæ uaria pulchritudine texuntur. De præmisso uelo, & quales debent esse cortinæ habetur Exod. xxxvj. & xxxvj. ca. ¶ Tertium inde tunc habuit originẽ, quia in primitiua ecclesia peribolus id est, pa-
Matt. 27 ries, qui circuit chorum, non eleuabatur, nisi usque ad appodiationem, quod adhuc in quibusdam ecclesijs obseruatur, quod ideo fiebat, ut populus uidens clerum psallentem, inde bonum sumeret exemplum. Veruntamen hoc tempore quasi communiter suspẽditur, siue interponitur uelum aut murus inter clerũ & populum, ne mutuo se conspicere possint, quasi ipso facto dicatur: Auerte † oculos tuos, ne uideant 36
uanitatẽ &c. In parasceue uero omne tollitur uelum, quia in passione Domini ve-
lum templi scissum est, & per eam reuelata est nobis regis spiritualis intelligentia, quæ antea latebat, ut præmissum est, & a- Psal.
perta est Regni cœlestis ianua, & est data 118.
nobis fortitudo, ut uinci, nisi uelimus à Math.
carnali concupiscentia nequeamus. Ve- 27
runtamen uelum, quod diuidit sanctuariũ à clero, retrahitur uel eleuatur in uespera euiuslibet Sabbati quadragesimæ, quando officium dici Dominicæ inchoatur: ut clerus possit in sanctuarium intueri, quia dominicam recolit resurrectionem. Hoc
† etiam ideo fit in sex diebus dominicis, 37
quia nulla fuit ætas, in qua non fuerit gaudium æternum. Gaudium quidem figuratum quod cœlo uelatur, quod per uelum illud significatur, inde est quod diebus dominicis nõ ieiunamus, & hoc propter gloriam dominicę resurrectionis. Nam prima dominica, significat gaudium, quod habuerunt primi parentes in paradiso ante peccatum. Secunda dominica figurat gaudiũ, quod pauci habuerunt in arca Noe alijs omnibus diluuio submersis. Tertia, quod habuerunt filij Israel, alijs sub Ioseph fame afflictis. Quarta, quod habuerunt sub Salomone, in pace uiuentes. Quinta, quod habuerunt redeuntes de captiuitate Babylonis. Sexta, quod discipuli habuerunt à resurrectione usque ad ascensionem, quando cum eis præsentialiter fuit sponsus. In
festiuitatibus † etiam nonem lectionum 38
quadragesimæ uelum ipsum eleuatur, uel retrahitur. Sed hoc non habetur de primaria institutione ecclesiæ, quia tunc nullũ festum celebratur in quadragesima solemniter. Sed si aliquod festum occurrebat, quacunq; die occurreret, in sabbato, & in dominica, de eo cõmemoratio fiebat, prout in canone Martini Papæ habetur xxiij. quæst. iij. non oportet. el. j. &c. non licet. & in Bucardo. lib. xiij. & hoc totum propter

temporis illius tristitiam. Postea usus in contrarium obtinuit, ut uidelicet festum ix. lectionum in suo die solenniter celebretur, & nihilominus ieiunetur. ¶ † Rursus cortinæ in festiuitatibus extenduntur
39 in ecclesijs propter ornatum, ut per uisibi les ornatus ad inuisibiles moueamur, quæ sunt quandoque uarijs coloribus coloratæ, ut præmissum est, ut ex diuersitate colorum ipsorum notetur, q̃ homo, qui est Dei templum, ornatus esse debet uarietate seu diuersitate uirtutum. Cortina alba, signat uitæ mũditiam, rubea, charitatem, uiridis, contemplationem. nigra, carnis mortificationem, liuida, tribulationem. Adhuc super cortinas candidas suspendũtur quandoque panni uarij coloris, ad notandum, q̃ cor nostrum purgatum esse debet à vitijs, & in eo debẽt esse cortinæ uirtutum, & uarietates bonorum operum.
40 ¶ † Porrò in festo Natiuitatis Domini quę
Phi.2 dam ecclesiæ nullos suspendunt pannos, quædam uiles, & quædam bonos. Quę nullos suspendunt, nostrum figurant ruborẽ. Et si enim maximum sit nobis gaudiũ de nato Saluatore, non tamen esse debemus sine rubore pro eo, quod tantum fuit nostrum peccatum, q̃ Dei filius seipsum propter nos exinanuit formã serui accipiẽs, & propterea etiam in ipsius obitu non cũ lætitia solemnizamus: sed acerrimum ieiunium facimus, cum tamen in aliorũ sanctorum obitu læti solemnizemus, & aliquantulum lautius in cibo, & potu nobis indulgeamus, prout in vj. parte sub parasceue dicetur. Rubor quippe nobis est, q̃ Dominus mortuus est propter peccata nostra sancti uero non propter peccata nostra, sed propter Christũ passi sunt. ¶ Qui uiles suspendunt, figurant q̃ Dominus seruilem induit formam, & quòd uilibus pannis eo die inuolutus fuit. ¶ Qui bonos, gaudium de Rege nato habitum attendunt, quales esse debeamus in receptione tanti
41 hospitis ostendunt. ¶ † In quibusdam ecclesijs altare in paschate pretiosis ornaẽ pallijs, & superponuntur uelamina trium colorum rubeum, subalbum, & nigrum, quæ tria tempora designant. ¶ Prima lectione, & responsorio finitis remouetur uelamen nigrum, quod tempus ante legem significat. ¶ Secunda lectione, & responsorio finitis, remouetur subalbum, quod tẽpus sub lege designat. ¶ Tertia finita, remouetur rubeum, quod tempus gratiæ significat, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, & ad æternam gloriam nobis aditus patet. De pannis uero & uestimentis altaris, in tractatu de altari, dictum est. ¶ † In præcipuis festiuitatibus 42
thesauri ecclesiæ in publicum educuntur, propter tria. Primò, propter considerationem cautelæ, ut uidelicet appareat, q̃ cautus fuerit in seruando, qui illum seruare tenetur. Secundò, propter solemnitatis ueneationem. Tertiò, propter oblationis memoriam, uidelicet in memoriam illorũ, qui prius ea ecclesiæ obtul erunt, q̃ autem ecclesia intus, & non extra festiuè ornatur, mysterialiter innuit q̃ omnis gloria eius abintus est. extra de sac. unc. licet enim exterius despicabilis sit in anima, tamen quæ sedes Dei est, radiat, iuxta illud. Nigra sum, sed formosa, &c. & Dominus
Cant.1 per prophetã: Et enim hæreditas in præ-
Luc. cla. est mi. propheta etiã considerans hoc
22 ait: Domine dilexi decorem domus tuæ, quam spiritualiter fides, spes, & charitas exornant. Ecclesia quoque materialis, & etiam spiritualis mundari debet, de quo, in vij. parte sub tit. de Pascha, & de v. feria cœnæ dicetur. In nonnullis ecclesijs duo oua structionũ, & huiusmodi quæ admirationem inducunt, & quæ raro uidentur, consueuerunt suspendi, ut per hoc populus ad ecclesiam trahatur, & magis afficiatur. † Rursus aiunt quidam, quod stru 43
ctio tanquam auis obliuiosa derelinquit in sabulo oua sua: demum quædam stella uisa recordatur, & reddit ad illa aspectu suo fouens ea oua ergo in ecclesijs suspenduntur ad notandum, quod si homo propter peccatum à Deo derelictus sit, tandẽ diuino lumine illustratus, recordatus delictorum suorum pœnituerit, & ad ipsum redierit per aspectum lumine illius fouetur per quem etiam modo dicitur in Luc. quod respexit Dominus. Petrum postquã negauit Christum. 50. distinct. fidelior suspenduntur etiam, ut in illis unusquisque
Ps.25 contempletur quod homo facile Deũ obliuiscitur, nisi per stellam, id est, spiritus sancti gratia influentem illustratus ad eũ redire per bona opera recordetur. ¶ † Sanè 44
in

in primitiua ecclesia sacrificium fiebat in uasis ligneis, & uestibus communibus. tunc enim erant lignei calices, & aurei sacerdotes, nunc uero econtra est. Sed beuerinus Papa, instituit quòd in uitreis fieret, quia uerò illa fragilia erant, ideo Vrbanus Papa, & etiam concilium Remen. de consec. dist. j. vt calix. & de celebr. miss. c. fina. statuit quod in argenteis uel aureis uasis sacrificetur, uel propter paupertatem in stãneis qui non æruginantur: non tamen in ligneis, uel ex auricalcos. Non ergo debet esse de uitro proprer periculũ effusionis, non de ligno, quia cum sit porosum & spõgiosum corpus sanguinem absorberet, nõ de ære uel auricalco, quoniam ob uini uirtutem ærugitum uel uomitũ prouocaret.
45 ¶ † Et nota, q̃ calicis nomẽ à ueteri & nouo testamento originem traxit. Hie. xij. Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. & Dauid: Calix in domo domini uini meri plenus musto. & alibi: Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Item in Euangelio: Potestis bibere calicem illum, quẽ ego bibiturus sum: Item accipiens calicem gratias egit. Calix autẽ aureus significat thesauros sapientiæ in Christo absconditos, argenteus, mundicia culpæ, stanneus innuit similitudinem culpæ & pœnæ. Stannum enim est mediũ inter argentum & plumbum, & caro Christi licet nõ fuerit plumbum, id est peccatrix, fuit tamen carni similis peccatrici, & licet non fuerit argentum, id est, passionis propter suam culpam, fuit tamen passibilis propter nostram culpam, quia lãgores nostros ipse tulit, & do. n. ipse por. ¶ De calice & patena dicetur sub tit. de consec.
46 & vnctionibus. † Nempe si quis tenui religione tentus, dicat quòd dominus præcepit Mosi ut cuncta uasa tabernaculi in omnes usus, & cæremonias ex ære faceret, ut legitur Exod. xxvij. & xxviij. c. Quotq̃ huiusmodi pretiosa uasa & ornamenta poterant uenundari, & dari pauperibus, similis est Iudæ, & mulieri unguentariæ contrarius, hoc enim agimus, non q̃ Deo minus uilia ornamenta delectent, quàm aurea, sed quia cum homines id quod diligunt, Deo libenter offerũt, per diuinam latriã suam, uincunt auaritiam, Præterea hæc diuinæ pietatis officia mortalia sunt, & futu rę gloriæ significatiua. Vnde etiam in ueteri lege ex auro & iacintho purpura cocco distincto & bysso retorta, & alijs pretiosis superhumerale fieri præcipitur, vt quãta sacerdos virtutum diuersitate clarescere debeat, demonstretur, & altare & propitiatorium ac candelabrum, & alia uasa, & ornamenta altaris ex auro fieri, & argento. Exod. xxv. & xxx. & xxxviij. c. tabernaculum quoque ex diuersis pretiosis fieri præceptum est prout dictum est sub titu. de ecclesia. Legalis enim Pontifex alijs diuersis pretiosis utebatur ornamẽtis, prout dicetur in tertia parte sub titu. de legalibus indumentis. De hoc etiam sub titu. de ecclesiæ dedicatione, prope principium dicetur. † Porrò prohibitum est in Conci- 47
lio Aurelia. ca. dist. ad nuptiarum. ne diuina mysteria præstentur ad nuptiarum ornatum, ne improborum tactu, uel pompa secularis luxuriæ polluantur, quo nimirũ ostenditur, quod ex ueste cuiuscunq; personę fieri non debet casula, uel aliquis alius sacris mysterijs deputandus ornatus.
¶ † Stephanus quoque Papa statuit ea. 48
dist. uestimenta. ne uestimentis ecclesiæ in alijs usibus quis fruatur: quodque nisi à sacratis hominibus tangantur, ne ultio quæ Balthasar regem Babyloniæ percussit, si per hoc transgredientes ueniat. † Cle- 49
mens etiam Papa statuit e. dist. nemo ne mortui sepeliantur, uel inuoluantur, seu operiantur, uel etiam feretrum cum palla, id est, pannis altaris, aut cũ mappa, qua calix inuolutur: seu cum qua sacerdos manus post cõsecrationem tergit. ¶ Quando
† uero pallæ, id est, corporalia, & uela, id 50
est ornamenta altaris seu cortinæ super altare pendentes sordidatę fuerint, diaconi cum ministris humilibus illa lauent intra sacrarium, & non extra. Pro uelis autem lauandis, quæ ad cultum altaris pertinẽt, noua peluis habeatur. Pallæ uero, id est corporalia in alia pelui lauẽtur. Vela quoque ianuarum, id est, cortinæ quæ extendũtur in ecclesijs in festis, & quadragesima, in alia pelui lauentur. Hinc est, q̃ statutũ est in Concilio Ilerd. de consecr. dist. iij. omnis quod ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur uasa foris, in quibus nihil aliud lauetur. Sed secundum eodem Clemente ea. dist. altaria si al-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

si altaris palla, id est, uestimenta altaris, uel cathedræ in qua sedet sacerdos sacris uestibus inductus, uel candelabrum, uel uelum, id est, pannus uel cortina super altare pendens fuerint uetustate consumpta, crementur, & cineres, uel in baptisterio, uel in pariete, aut in fossis pauimētorum, ubi non sit transitus iactētur. Et not. quod ecclesiastica ornamenta benedicuntur, ut dicetur, sub titul. de consecrationibus, & unctionibus.

SVMMA.

1 *Campanæ, quid, & ubi inuentæ primum.*
2 *Campana ad quid pulsetur, & benedicatur.*
3 *Tubarum usus, olim fuit loco campanarum.*
4 *Campanæ prædicatores signant.*
5 *Metalli duritia, quid notet.*
6 *Prælatus iners & expers scientiæ, est quasi campana sine plectro.*
7 *Lignum, in quo pendent campanæ, quid notet.*
8 *Funis à campana pendens, quid significet.*
9 *Campanæ ad diuina officia, quoties interdiu pulsentur. Et quoties noctu. nu. 10.*
11 *Tintinabulorum genera sex quibus utitur ecclesia.*
12 *Campanis quot diebus quadragesimæ sit otiū.*
13 *Campanæ cur pulsentur, quoquam moriente. Et quare in supplicationibus. nu. 14.*
15 *Campanæ cur pulsentur concitata tempestate.*

De campanis. Cap. 4.

1 Ampanæ sunt † vasa ænea, in Nola ciuitate Campaniæ primò inuēta: maiora itaque uasa Campanę à Campania regione: minora uerò Nolæ, à Nola ciuitate
2 dicuntur. Pulsatur † autem & benedicitur campana, ut per illius tactum & sonitum fideles inuicem inuitentur ad præmium, & crescat in eis deuotio fidei, fruges, mentes, & corpora credentium seruētur: procul pellantur hostiles exercitus, & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, infestaque toni trua, & uentorum flamina suspendantur, spiritus procellarum, & aereæ potestates prosternantur, & ut hoc audientes confugiant ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium, ante sanctæ Crucis uexillum, cui flectitur omne genu &c. sicut hæc singula in benedictionibus campanæ habentur. Sciēdum † autem est, q̄ campanæ quarum sonorita 3
te conuenit populus ad ecclesiam ad audiendum, & clerus ad annuntiandum manè misericordiam Domini, & uirtutē eius per noctem. extra de homic. Ioan. j. distin. ius militare. significant tubas argenteas, quibus in ueteri lege populus ad sacrificā dum accercebatur, de quibus dicetur in vj part. sub Pentecost. quemadmodum. u. vigiles in castris tubis, sic & ecclesiarū ministri campanatum sonitu se excitant, ut contra insidiantem diabolum pernoctēt. signa igitur nostra ænea sonoriora sunt tu bis ueteris legis, quia tūc notus erat Deus in Iudæa tātum: nunc uero in omni terra. Sunt etiam durabiliora significant enim prædicationem noui testamenti fore amplius duraturam tubis, & sacrificijs ueteris legis: quia usque ad mundi finem. Siquidem † campanæ prędicatores significant qui fideles ad similitudinem campa- 4
næ ad fidem uocare debent, q̄ significatū est in eo quod dominus præcepit Mosi, ut faceret uestem summo Pontifici habētem lxxij. tintinabula, quæ sonarent cum Pontifex in sancta sanctorū ingrederetur. 43. dist. fit rector. Ipsum ergo uas, os prædicatoris designat, iuxta illud Apostoli? Factus sum uelut æs sonans, siue cymbalum tinniens. Duritia † metalli fortitudinem de- 5
signat in mente prædicatoris: vnde dominus: Dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum: Plectrum seu ferrum quod interius ex utraq; parte feriens sonum reddit doctoris linguam, quæ scientia ornatur, & quæ utrunque testamentum resona 6
re facit, figurat. † Prelatus ergo absq; scię tia prædicationis, erit quasi campana sine plectro: iuxta illud Greg. Sacerdos si prædicationis est inscius, quam clamoris uocem daturus est, præco mutus, est ēt quasi canis mutus, latrare non ualens. Ipsa uero percussio denotat quod prædicator primū debet per correctionem in se, ut uitia feri re, & postmodum ad aliena exprobanda accedere, ne contra doctrinam Apo. alijs prę-

prædicans ipse reprobus inueniatur. iij. q. vij. quod testatur Psal. peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuū? Sanè nanque actionis exemplo, plerunque accendit, quos eruditione sermonis moue re nequit. vij. q. j. §. quod uero. Vinculum uero quo plectrum uasi coniungitur seu ligatur, est moderatio, qua lingua temperatur, qui ad tractum cordis, id est, authorita te scripturæ linguā mouet prædicatoris.
7 ¶ Lignum † in quo campana pendet, lignū dominicæ crucis significat, q̄ ideo quando que à superioribus cōtinet, quia Crux ab antiquis partibus nuntiatur. Instrumenta quibus ipsum lignum alligatum seu affixum est, oracula sunt prophetarum. Ligatura uero ferrea, quam campana ligno cō iungitur, charitatem denotat, per quam prædicator indissolubiliter cruci affixus gloriatur dicens: Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini no. Cauilla ligno affixa, qua mediante campana pulsatur, rectam prædicatoris mentem significat, qua diuinis mandatis inhærens illa fidelium auribus per frequētem pulsationem inculcat.
8 † Funis autem ab illa pendens, qua campa na pulsatur, est humilitas seu uita prædicatoris, funis etiam ipse uitæ nostræ mensuram ostendit. Adhæc, cum funis initium habeat à ligno, in quo campana pendet, per quod crux dominica intelligitur, rectè sacram scripturam à ligno sanctę crucis descendentem, designat, sicut etiam funis ex tribus est funiculis, ita & scriptura ex Trinitate consistit, scilicet ex historia, ex allegoria, & ex moralitate. funis ergo descendens à ligno in manu sacerdotis, est scriptura à mysterio Crucis descendes in ore prędicatoris. Rursus ideo funis, usque ad manus quibus continetur, extenditur, quia scriptura usq; ad opera trāsire debet. Funis quoque eleuatio, & depressio in pulsando, denotat quod sacra scriptura aliqñ loquitur de altis, aliquando de inferioribus, seu quod prædicator, aliquando propter aliquos alta dicit. viij. q. j oportet. xliiij. dist. §. fin. quandoque propter alios condescēdit: iuxta illud Apostoli, siue extendimus propter Deum, siue condescendimus propter uos. Ad hęc sacerdos deorsum funem trahit: dum ad actiuam uitam à contemplatione descendit, ipse uero sursum trahitur, dum scriptura docente in cō templatione erigetur. Deorsum etiā trahit, dum scripturam ad literam, quæ occidit, intelligit. sursum trahitur, dum spiritualiter eam exponit. Rursus secundum Grego. deorsum trahitur, & sursum trahitur, dum in ea se metitur, quantum uideli cet in imis iaceat, & quantum ad bona facienda proficiat. Sed & quando ex tractu funis campana resonat, populus ad exposi tionem sacræ scripturæ adunatur, prædica tur auditur, & populus in unitate fidei, & charitatis unitur. Sacerdos itaque, qui se recognoscit prædicationis debitorem, nō se subtrahat à mouēdis signis, quoniam & filij Aaron clangebant tubis. Funem ergo mouet, qui fratres aut populum ex officio conuocat. Annulus in fune chordæ per quem in plerisque locis chorda trahitur, est corona præmij seu perseuerantia in finem, uel est ipsa diuina scriptura. Porrò Sauinianus Papa statuit, ut horæ diei, per ecclesias pulsentur. ¶ Et † nota, quod 9
ad diuina officia per duodecim diei horas campanæ communiter duodecies pulsentur: uidelicet in prima hora semel, & in ultima similiter semel, quia ab uno Deo omnia, & idem unus erit omnia in omnibus. In tertia, pulsatur ter pro secunda, tertia, quarta horis quæ sub illis cantantur. Similiter & vj. ter pro tribus, uidelicet pro v. vj. vij. horis. Similiter in ix. ter pro tribus. Ad uesperas uerò, quæ est ix. hora, non solum semel sed multipliciter, quia in tempore gratia multiplicata est prædicatio Apostolorum. Item in nocte ad matutinum sæpe: quia sæpe exclamandum est: Exurge, qui dormis, & exurge à mortuis. ¶ † Communiter tamen ter 10
pulsatur in nocturnis. Primò, cum squilla, quæ significat Paulum acute prædicantem. Secunda pulsatio, significat Barnabam sibi associatum. Tertia innuit, quod Iudęis repellentibus uerbum Dei, apostoli conuerterunt se ad gentes, quas in fide Trinitatis quatuor Euangeliorum imbue runt disciplinis. vnde & quidam quater pulsant. ¶ † Et no. sex esse genera tintina- 11
bulorum, quibus in ecclesia pulsatur, scilicet squilla, cymbalum, nola nolula, seu dupla campana, & signū squilla pulsatur in

in triclinio, id est in refectorio. Cymbalũ in claustro. Nola in choro. Nolula seu du
pla campana, in horologio Cãpana in cãpanili. Signum in turri. Quodlibet tamen
horum potest generaliter tintinabulum nuncupari. Varijs ergo designantur uoca-
bulis, quia prædicatores per illa designati
12 ad multa necessarij sunt. ¶ † Sanè in tota
septuagesima sub qua quadragesima conti
netur in diebus pro festis non debet com-
pulsari, nec depulsari, sed simpulsari, id est
simpliciter pulsari ad horas diei, uel ma-
tutinas. In ecclesijs tamen bene ordinatis
bis pulsatur ad primam, primo ad inuocan
dum, secundo ad inchoandũ, in tertia ter,
secundum numerum horarum quæ sub il-
lo pulsantur, ut præmissum est, una ad in-
uocandum, alia ad congregandum, tertia
ad inchoandum. Similiter fit in vj. & ix. &
eædem campanæ, & eodem ordine pulsan
tur ad matutinas simpliciter. Ad missam
uero & ad uesperas, duabus duntaxat cam
panis pulsatur. In minoribus uero eccle-
sijs simpliciter tantum pulsandum est, iu-
xta præmissa, & hoc in ferijs. In dominicis
uero, & in solẽnibus diebus, prout in alijs
temporibus compulsatur. Quia enim præ
dicatores, qui per campanas figurantur, tẽ
pore gratiæ celebrius abundant, & oportu
nè, & importunè instant, idcirco in festis,
quæ ad gratiam pertinent, cãpanæ tumul-
tuosius tinniunt, & prolixius concrepant,
ut dormientes, & ebriosos excitent, ne dor
miat ultra modum. Quid autem significet
compulsatio, quando cantatur: Te Deum
laudamus. in quinta parte sub titul. de no
13 cturnis dicetur. ¶ † Verum aliquo morien
te campanæ debẽt pulsari, ut populus hoc
audiẽs oret pro illo, pro muliere quidem
bis, pro eo quòd ipsa inuenit asperitatem.
Primò enim fecit hominẽ alienum à Deo
quare secunda dies non habuit benedictio
nem. Pro uiro uero ter pulsatur, quia pri-
mò inuenta est in homine Trinitas. Primò
enim formatus est Adam de terra, deinde
mulier ex Adam, postea homo creatus est
ab utroque, & ita est ibi Trinitas. Si autẽ
clericus fit, tot uicibus simpulsatur, quot
ordines habuit ipse. Ad ultimum uerò cõ-
pulsari debet cum omnibus campanis, ut
ita sciat populus pro quo sit orandũ. De-
bet etiam compulsari, quando ducimus ad
ecclesiam, & quando de ecclesia ad tumu-
lum deportatur. ¶ † Cæterum campanæ 14
in processionibus pulsantur, ut dæmones
timentes fugiãt, prout in quarta parte sub
titulo de accessio. Pontifi. ad alta. dicetur.
Timent enim auditis tubis ecclesiæ mili-
tantis, scilicet campanis, sicut aliquis tyrã
nus timet audiens in terra sua tubas alicu
ius potentis regis inimici sui. ¶ † Et hæc 15
etiam est causa quare ecclesia uidens con-
citari tempestatem, campanas pulsat, scili
cet, ut dæmones tubas æterni regis, id est,
campanas audientes, territi fugiant, & à tẽ
pestatis cõcitatione quiescant, & ut ad cã-
panæ pulsationem fideles admoneantur,
& prouocentur pro instanti periculo ora-
tioni insistere. Silent autem campanæ tri-
duo ante Pascha, ut dicetur in sexta parte
sub quinta feria cœnæ. Rursus campanæ
tempore interdicti silent, quia sæpe ob de
lictum subditorum, impeditur lingua præ
dicatorum, iuxta illud prophetæ: Linguã
tuam adhærere faciã palato tuo, quia do-
mus, id est, populus exasperans, id est ino-
bediens est. extra de renunt. ca. nisi. §. pro-
pter. Habet etiam ecclesia organa, de qui-
bus in quarta parte sub titulo de sanctis,
dicetur.

SVMMA.

1 *Locorum uenerabilium quænam sint necessita ti humanæ dedicata.*
2 *Loca sacra, quæ sint, quæ sancta. Et quæ reli giosa. nu. 3.*
4 *Cœmeterium, quid, & unde ductum.*
5 *Polyandrum, quid.*
6 *Sepulchrum, quid.*
7 *Mausoleum, à Mausolo, dictum.*
8 *Dormitorium, unde dictum. Vnde tumulus, unde ergastalum.*
9 *Scarcophagus quid, quid Pyramis.*
10 *Buctum, quid.*
11 *Cœmeterium unde duxerit initium.*
12 *Sepeliri non debent omnes intra ecclesiam. Et quinam.*
13 *Sepeliendi antiquitus mos. Et inde hodiernus.*
14 *Sepelire qui debeant in cœmeterio.*
15 *Mulier moriens in partu, an sit in ecclesia sepelienda. Quid de partu. nu. 16.*
17 *Vir & uxor an eodẽ sepulchro sint cõdendi.*

De

De cœmeterio: & alijs locis sacris, & religiosis. Cap. 5.

Vnc de cœmeterio, & de alijs locis sacris, ac religiosis dicamus. Sanè uenerabilium locorum alia sunt humanæ necessitati deputata: alia orationi dedicata.
1 † Loca humanæ necessitati deputata sunt zenodochium, zenostorium, quod idẽ est, uasochonium, ierontochonium, orphanotrophium, & belphotrophium. Sancti etenim patres, & religiosi principes huiusmo di instituerunt loca, in quibus pauperes, pe regrini, senes, orphani, & infantes, eremitæ, infirmi, imbecilles, & saucij recipe rentur, & fouerentur. Et not. quod γέρων Græcè, dicitur senex Latinè. Locorum autem orationi dicatorum alia sunt sacra,
2 alia sunt sancta, alia religiosa. Sacra † sunt quæ per manus Pontificum rite dedicata & Deo sanctificata sunt, quæ uarijs nomi nibus appellantur, prout sub titu. de eccle sia præmissum est. Sancta sunt loca immu nitatis siue priuilegia seruitoribus, & mi nistris ecclesiarum deputata, de quibus vi delicet sub interminatione certæ pœnæ, uel à iure, uel per speciale priuilegiũ in terdicitur, ne quis illa uiolare præsumat: sicut sunt atria ecclesiarum. xxxvij. q. iiij. si quis in atrio. & in quibusdam locis clau stra, intra quæ sunt domus canonicorum. in quibus reis cuiuscunque sceleris confu giẽtibus si se ibi receperint, securitas præ statur, & secundum statuta regalia. instit. de rerum diuisione. §. sanctæ portę. & thea
3 tra ciuitatum. Religiosa † sunt, ubi cada uer hominis integrum, uel etiã caput tan tum sepelitur, quia nemo potest duas se pulturas habere. Corpus uerò uel aliquod aliud membrum absque capite sepultum, non facit locum religiosum. ff. de relig. & sum. fu. cum in diuersis. Sed & secundum legalia instituta cadauer Iudæi, uel gen tilis, uel infantis nondum baptizati, locũ in quo sepultum est, facit religiosum. se cundum religionem tamen christianam, & canonicam doctrinam, solum Christia ni cadauer locum facit religiosum. Et no. quòd quicquid est sacrum, est religiosum, & non econtrà. Cæterum locus iste, lo cus religiosus diuersimodè appellatur: vi delicet cœmeterium, polyandrum, siue andropolis, quod idem est. Item sepul chrum Mausoleum, quod etiam idem est. dormitorium: tumulus, monumentum, er gastulum, sarcophagus, pyramis, bustum, urna, & spelunca. † Cœmeterium dici 4
tur, à cimen, quod est dulce, & sterion, quod est statio: ibi enim duleiter defun ctorum ossa quiescunt: & Saluatoris ad uentum expectant. Vel quia ibi sunt ci mices, id est, uermes ultra modum fœten tes. * Πολυάνδρου † dicitur, quasi pollu 5
tum antrum, propter cadauera hominum ibi sepultorum. Vel πολυάνδρου, interpre tatur multitudo uirorum: à πολυ quod est pluralitas, & ἄνδρος quod est uiri, & secun dum hoc propriè dicitur cęmeterium pro pter multitudinem hominum ibi sepul torum. Similiter, & andropolis, quod idẽ
6 est. † Sepulchrum dicitur, quasi sine pul su, quia qui ibi sepelitur, pulsu caret, uel est locus, ubi ossa condantur. Mausoleum,
7 dictum † est à quodam, qui dictus est Mau solus, qui fuit diues & potens: & ab Arte mesia eius uxore ualde dilectus: adeo quòd eo defuncto ipsa gloriosum constru xit ei sepulchrum, quod uocauit Mau soleum, à nomine uiri sui. Et inde igitur mos inoleuit: ut quælibet pretiosa sepul tura, Mausoleum nuncuparetur. xcvj. di stinctio. bene quidem. prope princip.
8 ¶ † Dormitorium, dicitur à dormiendo, quia ibi corpora sanctorum, quiescunt qui in domino moriuntur. Tumulus dicitur, quasi tumens tellus: quoniam homine in terra sepulto: terra aliquantulum eleua tur. Monumentum dicitur, quia mouet mentem cuiuslibet inspicientis: ut recor detur, quod cinis est, & in cinerem reuer tetur. Ergastulum dicitur ab ἔργον quod est fructus, rus. Vel ab ἐργασία, quod est opificium, opera, labor, lucrum, & sterion, quod est statio, ibi enim requie scunt corpora eorum, qui in domino mo riuntur: unde, Beati mortui qui in Do mino moriuntur: amodo iam dicit illi spi ritus, &c. † Σαρκοφάγος dicitur à σάρξ, 9
σαρκὸς, quod est caro: & φάγειν, quod est comedere: quia ibi caro comeditur:

id est

id est consumitur. Pyramis dicitur à πῦρ, quod est, ignis, quia corpora igne cremata & incinerata ibi recondebantur, uel quia sicut ignis à lato incipit, & tendit in acutum, sic & pyramis: & est genus altissimæ sepulturæ: tale est Romæ, in quo fuerunt cineres Iulij Cæsaris collocati. Et corrupto vocabulo vulgariter vocatur acus sancti Petri: * quæ tamen Iulia dici deberet. Similem pyramidem fieri fecit Cæsar iuxta Turonum prope ripam Ligeris, & reclusit ibi cineres cuiusdam militis amici
10 sui interfecti. Bustum † vero, à nomine cõtenti, nomen traxit, continentis locus, videlicet in quo busta siue humana corpora sepeliebantur. Vrna dicta est eo, q̃ antiquitus moris fuit humana corpora. Rogo cõburere & cineres in terreis vrnis collocatos seruare. Spelunca quandoque dicitur
11 duplex, vt iam dicetur. ¶ † Cœmeterium initium habuisse dicitur ab Abraham, qui emit agrum ab Ebron, in quo erat duplex spelunca, ubi ipse sepultus est, & Sarra, & Isaac, & Iacob, & Adam, & Eua: propterea enim emit vt sibi, & suis sepultura esset. Duplex spelunca ideo ibi erat, quoniã duo ibi sepeliebãtur contiguè: scilicet vir & vxor, vel in vna viri, & in altera mulieres, vel vnicuique illic sepeliendo duplex spelunca in modum cathedræ fiebat. vnde dicit Hier. q̃ tres patriarchæ sepulti sunt in ciuitate Ebron in spelunca duplici, cum tribus vxoribus suis. Sepeliebantur autem quasi sedentes, & superior pars speluncæ, quæ trũcum capiebat à natibus supra dicebatur vna spelunca, pars verò inferior, quæ capiebat pedes, crura, & fe-
12 mora, dicebatur alia spelunca. ¶ † Sanè non debent passim omnes intra ecclesiam sepeliri: videtur enim q̃ locus sepulturæ non prosit extrà de sepulturis sacris. Lucifer nanque de cœlo fuit prostratus, & Adam de paradiso eiectus, & quæ loca his meliora sunt. Item Ioab in tabernaculo interfectus est. & Iob in sterquilinio triũphauit. Imo obesse videtur si quis indignus peccator in ecclesia sepeliatur. xiij. q. cum grauia. Legitur enim in dialogo beati Gregorij libro quarto. c.lvj. q̃ cum quidam flagitiosus in ecclesia beati Faustini Brixiensis sepultus fuisset, eadem nocte beatus Faustinus apparuit custodi eiusdẽ ecclesiæ dicens: Dic episcopo, vt proijciat hinc carnes fœtentes, quas hic posuit, alioquin ipso die triginta morientur. Custos vero timuit hæc dicere episcopo. & episcop. die tricesimo subito mortuus est. Legitur etiam ibidem, cap. lvij. de quodam alio, qui sepultus fuit in ecclesia, q̃ cadauer eius postea intentum fuit extra ecclesiam, & linteamina remanserunt in loco suo. & Augustinus inquit. xij. q. ij. & ca. sequen. Quos peccata grauiora deprimunt, si in locis sacris sepelire se faciunt, restat, ut de sua præsumptione iudicentur, quia eos sacra loca non liberant. sed culpa temeritatis accusat. Nullum ergo corpus debet in ecclesia aut prope altare, vbi corpus domini & sanguinis conficitur, sepeliri, & nisi corpora sanctorum patrum, qui dicuntur patroni, idest defensores, qui meritis suis totam defendunt patriam, & episcopi, Abbates, & digni presbyteri, & laici summæ sanctitatis. xiij. q. ij. præcipiendũ. & cap. nullus. sed cuncti debent circa ecclesiam sepeliri, puta in atrio, aut in porticu, aut exedris, siue voltis ecclesiæ exterius adhærentibus, aut in cœmeterio, vt in cap. præcipimus. & in eodem cap. non æstimemus. Dicunt enim quidam, quod locus triginta pedum circa ecclesiam debet ad hoc consecrari, alij uerò solum circuitionem quam facit episcopus dedicans ecclesiam, ad hoc sufficere dicunt. Augustinus dicit in libro de cura pro mortuis, agenda in fine, quòd sepelire apud martyrum memorias, in hoc defundo prodest: vt commendans eum etiam in martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur. † Antiquitus solebãt homines in pro- 13
prijs domibus sepeliri, sed propter cadauerum fœtorem statutum fuit, vt extra ciuitatem sepelirentur: & quendam locum communem sanctificatum ad hoc deputabant. Nobiles verò sepeliebantur super montes, & in medio montium. & in radicibus eorum. & in proprijs. ¶ Cæterum si quis in obsidione interficiatur, nec possit cœmeterium haberi, sepeliatur in loco, vbi potest. Si verò negotiator, vel peregrinus moriatur in æquore, & fuerit terra uicina, sepeliatur ibi, quòd si portus remotus sit, in aliqua insula propinqua sepeliatur. Si autem terram non videant, fiat ei do-

domuncula de lignis, si haberi possunt, &
14 proijciatur in mare. † In cœmeterio autẽ Christianorum non nisi Christianus baptizatus sepeliri debet. de hoc in c. ex parte. de sepul. nec tamen omnis, quoniã nullus ex maleficio interfectus, si maleficium sit mortale peccatum, vt si sit interfectus in adulterio, vel latrocinio, uel in ludis gentilium, extra de tornea. cap. & nullus. & laici summæ sanctitatis. xiij. q. ij. Et ideò vbi quis inuenitur mortuus, ibi sepeliatur propter dubium causæ mortis eius. Si verò quis subito moriatur in ludis consuetis, vt in ludo pilę, sepeliri potest in cœmeterio. quia nemini nocere intendebat. Sed quia mundialibus occupabatur, aiunt quidam quòd sepeliri debet sine Psalmis, & sine cæteris mortuorum exequijs. Sed & si quis impetens alium in rixa vel tumultu, impœnitens moriatur, nec sacerdotem petijt: non debet sepeliri in cœmeterio, vt quidam dicunt: sicut nec is qui manu propria mortem sibi consciuit. xxiij. q. v. si nõ licet. & c. cum homo. de pœ. dist. iij. Iudas. secus si vim ad tutelam sui, vel suorum repellebat, & aliàs in pœnitentia remanebat. Si verò non propter aliquam manifestam causam, sed solo Dei iudicio quis subito moritur, potest in cœmeterio sepeliri. Iustus enim in quacunque hora moritur, saluatur, præsertim si dabat operam alicui rei licitæ. Defensori iustitiæ, & pugnanti in prælio iusto occisis cœmeteriũ. & officium liberè conceduntur, interfecti tamen in ecclesia non portentur, pauimentum sanguine polluatur. Sed si aliquis rediens de lupanari, vel de aliquo loco, vbi fornicatus fit, in via occidatur, uel aliquo casu consistens moriatur, non sepeliatur in communi cœmeterio, & hoc si legitimè probari potest eum fornicatum fuisse, nec constat eum postea confessum, vel contritum fuisse. de pœ. dist. v. c. j. alioquin sepeli
15 ri debet. Rursus † mulier moriens in partu, non debet in ecclesia poni, ut quidam dicunt, ne pauimentum ecclesiæ sanguine polluatur, sed extra ecclesiam ei dicatur obsequium. & in cœmeterio sepeliatur, quod non placet, alioquin pœna sibi verteretur in culpam. v. distinct. baptizari. Vnde licite in ecclesiã fertur, ita tamen quod ecclesia à maculis corporis ne polluatur, diligenter caueatur. ¶ † Partus tamen de 16
uentre ipsius extractus mortuus, & non baptizatur extra cœmeterium sepeliatur. Sunt tamen quidam, qui dicunt, quod partus viscerum esse censetur. de consecra. distinct. iiij. si quicquid. Sane † vir & vxor 17
in eodem sepulchro ponendi sunt. xiij. q. ij. vnaquæque. extra de sepul. de vxore, exemplo Abrahæ & Sartæ, ubi specialem non elegerint sepulturam, unde & Tobias præcepit filio, ut cum mater ipsius compleuisset dies suos, locaret eam in eodem sepulchro cum eo. xiij. quæstio. ij. Ebron. Itẽ quilibet in sepulchro parentum tumulandus est, nisi ex deuotione alibi elegerit sepeliri eadem quæstion. soror. xiij. quæst. ij. cap. fina. Cæterum in Concilio Magun. de consecr. dist. vlt. cap. fin. statutum est, quòd suspensi, qui pro suis peccatis pœnam extremam persoluunt: ex quo confessi sunt, vel confiteri desiderauerunt, & communicauerunt, in cœmeterijs sepeliri possunt, & oblationes, & missæ fieri pro eis. distin. vlt. capitu. fina. Qualiter humanum corpus sepeliendum sit, dicetur in vij. parte sub titu. de offic. mortuorum.

ADNOTATIO.

* Fœtentes.] Verbi etymologiam vnde duxerit Author, non satis constat. Sed forte id criminis irrepsit Typographi aut inscitia, aut certè negligentia. Κοίμιτήριον enim ductum est à κοιμάω, quod latinè sonat sopio, dormio, obdormio. Inde etiam κοίμησις, dormitio. & κοιμηθήριον, dormitorium. Athenæus etiam scribit domum in qua hospites dormiebant, hoc nomine appellatam. Non absurde igitur locum sepulturæ destinatum, Cœmeterium appellamus, ibi enim mortui dormire dicuntur. Religiosum illum locum ueteres dicebans. N. Doard.

ADNOTATIO.

* Petri.] Vide num potius arcula, in qua corpus conditur. Græcis σαρκοφάγος, quasi carnem vorans, Vnde Serapim dictũ putat, Varro ex sententia August. de ciui. Dei lib. 18. cap. 5. qui cum Rex esset Argiuorum, Apis dictus est. Nauibus enim is transue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

transuectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est omnium maximus Aegyptiorum Deus: non quidem in uita, sed post mortem, quia nõ uiuum, sed mortuum demum ipsum uenerari cœperunt. Inde Serapis appellatus est, ab arca uidelicet, in qua positus & sepultus. Est enim σορὸς, μνῆμα, θήκη, monumentum, arca, loculus, conditorium, quasi sorosapis, Vel Sorapis. deinde una litera, ut ferè fit, mutata, Serapis. Sarcophagus itaque dicitur, quasi carnem consumens: alias ταφος appellatur. Quod item prætexuit de pyramide, potius pyra legeneum: ἀπὸ τοῦ πυρος hoc est igne. N. Doard.

SVMMA.

1 *Ecclesiæ dedicatio, unde initium duxerit.*
2 *Ecclesias & altaria solus Pontifex potest dedicare.*
3 *Ecclesia nõ debet dedicari, nisi dotata prius, idque ex iustè acquisitis. & quæ impediant eius dedicationem. 4.*
5 *Ecclesia consecratur quinque de causis.*
6 *Ecclesiæ consecrandæ forma. & quid eorum quodque signet. nume. 12. 13. 15. 17. 18. 19. 20. 25. 26.*
7 *Anima, templum Dei.*
8 *Ecclesiæ consecratio, duo efficit.*
9 *A quæ lustralis, qua ecclesia cõsecratur, quæ & quanta sit vis. & quæ eius significatio.*
10 *Sal cur misceatur aquæ lustrali, & quid notet.*
11 *Aspersio trina aquæ lustralis, in ecclesiæ consecratione, quid notet. & quorsum fiat.*
14 *Episcopi trina percussio ad ianuam ecclesiæ, in eius consecratione, quid notet, & nu. 16.*
21 *Alphabetum baculo pastorali scriptum in modum Crucis, tria no. & nu. 22. 23. 24.*
27 *Cruces in ecclesia duodecim depictæ, quid signent. & nu. 29.*
28 *Vexilla, sunt ditionis, & potestatis signa.*
30 *Ecclesia dicitur consecrari in sanguine alicuius.*
31 *Ecclesia semel consecrata, an debeat uel possit iterum consecrari. & nu. 36.*
32 *Altare semel consecratum, an iterum sit consecrandum, & quo casu. De nu. 34.*
33 *Altari maiore consecrato, an alia inferiora censeantur consecrata.*
35 *Calix consecratus si deauratur, an sit consecrandus iterum.*
37 *Homo, templum spirituale, interdum polluitur.*
38 *Ecclesia, materiale templum, si polluta, reconcilianda est. & quomodo.*
39 *Ecclesia reconcilianda est, propter adulterium in ea commissum, aut alium congressum, alias etiam licitum.*
40 *Ecclesia reconcilianda est, propter homicidium in ea patratum, ac etiam sanguinis effusionem uiolentam.*
41 *Ecclesia an sit reconcilianda, propter furtum in ea admissum, aut rapinam, uel quid simile.*
42 *Ecclesia, quæ habet sepultum infidelem, uel publicè excommunicatum, reconcilianda est.*
43 *Scandalum, quid.*
44 *Reconciliatio fit etiam, ad exemplum & terrorem inducendum.*
45 *Cœmeterium, quibus casibus sit reconciliandum.*
46 *Cœmeterij uel ecclesiæ parte una uiolata, an omne censeatur uiolatum, & sic in qualibet parte reconciliationem desiderare.*

De ecclesiæ dedicatione. Cap. 6.

Via de ecclesia, & altari, in superioribus mentio facta est, consequẽs est, vt aliqua de illorũ dedicatione subijciamus: dicentes primò, unde cõsecratio ecclesiæ ortum habuit. Secundò, per quos. Tertiò, quare. Quartò, qualier ecclesia dedicetur, & quid significet tam ipsa dedicatio, quàm singula, quæ in ea aguntur. de officio uerò festi dedicationis ecclesiæ, in vij. parte dicetur. ¶ Primò igitur † dicendum est, vnde dedicatio ecclesiæ initium habuit. Super quo no. quòd Moses Domino præcipiente fecit templum, & sacrauit illud cum mensa & altari eius, & æreis uasis; & utensilibus ad diuinum cultum explendum, & non solum diuinis precibus ea sacrauit: uerum etiam sancti olei unctione domino iubente liniuit. de consec. dist. j. §. j. Legitur enim dominum præcepisse ipsi Mosi, ut chrisma conficeret, quo ungeret tabernaculum in dedicatione, & arcam testamenti. Salomon quoque, filius Dauid,

Dauid, iubente domino perfecit templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum consecrauit, sicut in lib. Reg. habetur. 3. Reg. c. 6. Nabuchodonosor etiã Rex uocauit oẽs satrapas optimates, & tyrãnos ad dedicationẽ statuæ aureæ quam fecerat. Iudæi ergo sicut legitur in Bucardo in liij. c. j. Iudæi loca in quibus domino sacrificabant, diuinis habebant supplicationibus consecrata: nec in alijs, quam Deo dedicatis locis munera domino offerebant. Si igitur illi, qui umbræ legis deseruiebant, hoc faciebant, quanto magis nos quibus ueritas patefacta est, gratia & ueritas per Iesum Christum data est, templa domino ædificare, & prout melius possumus ornare, atque ea diuinis precibus & sanctis unctionibus cum altaribus, & uasis uestibus quoque, & reliquis ad diuinũ cultum implendum utensilibus, deuotè & solenniter ex institutione Felicis * Papæ iij. sacrare debemus. Rursum cum in Syria in ciuitate Baruth, Iudæi quandã imaginem crucifixi pedibus conculcarent, & latus eius perforarent, mox inde sanguis, & aqua exiuit. Iudæi autem hoc uiso, mirati sunt, & infirmi eorum hoc sanguine de liniti, ab omnibus infirmitatibus suis liberati sunt: propter quod omnes Christi fide suscepta baptizati sunt, & Synagogas eorum in ecclesias consecrauerunt. Et inde mos inoleuit, ut ecclesiæ consecrentur, cũ prius tantum altaria consecrarentur, propter hoc etiam miraculum ordinauit ecclesia fieri memoriam dominicæ passionis v. Calend. Decembris, & eadẽ ratione consecrata est ecclesia in honorem Saluatoris, ubi quædam ampulla, cum illo sanguine reseruatur, & solenne festum tunc agitur. ¶ † Secundo notandum q̃ solus Pontifex potest ecclesias, & altaria dedicare. 26. q. 5. ministrare. de consecr. dist. j. nemo. extra de consec. eccle. q̃ in dubijs. quoniã gerit imaginem & figuram summi Pontificis Christi spiritualiter dedicãtis, sine quo nihil possumus in ecclesia stabilire, unde ipse ait: Sine me nihil potestis facere. & Psal. Nisi dominus ædificauerit domum. vnde Consilium Carthag. cxvj. q. vj. c. iij. prohibet hoc facere sacerdotem, nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari extra eo. aqua. ¶ Sanè ecclesia † ut sacri edocent Canones, de consec. distinct. j. nemo, extra de consec. eccle. uel alta. cum simil. dedicanda nõ est, nisi prius dotata sit, & ex licitè acquisitis. j. q. j. non est putanda. Legitur enim, q̃ dum quidã episcopus ecclesiam de usuris, & rapinis constructã, consecraret, uidit post altare diabolum stantem in cathedra, in habitu pontificali, qui dixit episcopo: Cessa ecclesiam consecrare. Ad meã. n. iurisdictionẽ pertinet, cum sit ex vsuris, & rapinis facta episcopo uero & clero territis, & inde fugientibus, Diabolus continuo ipsam ecclesiam cum grandi strepitu destruxit. † Rursus ecclesia, quæ pro quæstu cupiditatis constructa est, ead. dist. si quis basilicam. consecranda non est, & cui dos sufficiens assignata non est, extra eo. sicut & in qua paganus, uel infidelis sepultus est. ead. distin. ecclesia. j. & ij. donec inde fuerit eiectus, & ecclesia, abrasis prius parietibus, uel tignis reconciliata. Idem etiam est de excommunicato. extra de sepul. sacris. Si uero mulier prægnans illic sepulta sit ea non eiecta poterit consecrari licet partus baptizatus non sit. ff. de uent. inspic. §. j. ff. de sta. homi. qui in utero. de consec. dist. iiij. si ad matris, & c. seq. Quanquam quidam aliter scripserint sapientes, potest etiam consecrari diebus Dominicis & priuatis. extra eo. c. ij. & plures episcopi, & plura altaria possunt simul ab eodem in una ecclesia consecrari extra eo. cum suis. ¶ Tertio dicendũ † est quare ecclesia dedicatur. & quidem propter v. causas. Primo, ut diabolus, & eius potestas inde penitus expellatur, unde refert Grego. in dialogo lib. iij. c. xxj. quòd cum quædam ecclesia Arrianorum fidelibus reddita consecraretur, & reliquiæ sancti Sebastiani, & beatæ Agathæ illuc delatæ fuissent, populus ibi congregatus porcum repentè inter pedes huc illuc discurrere senserunt, qui fores ecclesiæ repetẽs à nullo uideri potuit, omnesq; in admiratione commouit. Quod idcirco dominus ostendit, ut cunctis patefieret, quòd de loco eodem immundus habitator exiret. Sequenti autem nocte magnus in eiusdem Ecclesiæ tectis strepitus factus est, ac si in eis aliquis errando discurreret. Secunda uerò nocte, grauior sonus increpuit. Tertia quoquẽ nocte, tantus strepi-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtrepitus inſonuit, ac ſi omnis illa eccleſia fundamentis fuiſſet euerſa, ſtatimq; receſſit, nec ulterius apud illam antiqui hoſtis inquietudo apparuit. ¶ Secũdo, ut ad eam confugientes, ſaluentur. prout legitur in Canon. Greg. xxiij. quæſt. v. reus. Et ob hoc Ioab in tabernaculum fugit, & altaris cornua apprehendit. ¶ Tertio, ut ibi orationes exaudiantur. Vnde in oratione ad miſſam dicitur: Concede, ut omnes, qui huc deprecaturi conueniunt, ex quacunque tribulatione, conſolationis tuæ beneficia conſequantur. Sic etiam orauit Salomon in templi dedicatione: prout legitur. 3. Reg. 8. c. ¶ Quartò, ut ibi Deo laudes ſoluantur, prout ſub titu. de eccleſia dictum eſt. ¶ Quintò, ut ibi ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrentur. Vnde ipſa eccleſia dicitur tabernaculum, quaſi taberna Dei, in qua ſacramenta diuina continentur, & miniſtrãtur. ¶ † Quartò, dicendum eſt qualiter
6 eccleſia conſecratur, Et quidem omnibus de eccleſia eiectis, ſolo Diacono ibi remanente recluſo, epiſcopus cum clero ante fores eccleſiæ aquam non ſine ſale benedicit. interim intrinſecus ardent duodecim luminaria ante duodecim cruces in eccleſiæ parietibus depictas. Poſtmodum uero clero, & populo inſequente circumeundo eccleſiam exterius cum faſciculo hyſſopi parietes cum aqua benedicta aſpergit, & qualibet uice ad ianuam eccleſiæ ueniens percutit ſuperliminare cum baculo paſtorali, dicens: Attolite portas principes ueſtras, &c. Diaconus deintus reſpondet: Quis eſt iſte rex gloriæ? Cui Pontifex: Dominus fortis &c. Tertia uero uice, reſerato oſtio, ingreditur Põtifex. Eccleſiam, cum paucis ex miniſtris, clero, & populo foris manente, dicens: Pax huic domui, & dicit litanias. Deinde in pauimento eccleſiæ fiat crux de cinere, & ſabulo, ubi literis Græcis & Latinis totum deſcribitur alphabetum. Et iterum aliam aquam ſanctificat cum ſale, & cinere, & uino, & altare conſecrat. Deinde duodecim cruces in parietibus depictas chriſmate inungit. ¶ † Sanè
7 quæcunque hic uiſibiliter fiunt, Deus per inuiſibilem uirtutem in anima operatur, quæ ueri Dei templum eſt, ubi fides facit fundamentum, ſpes eligit, charitas conſumat, ipſa. n. eccleſia catholica ex uiuis nul tis lapidibus adunata, Dei templum eſt quia multa templa, unum templum, quorum unus eſt uerus Deus, & una fides. Domus igitur dedicanda eſt. anima ſanctificã
8 da. ¶ † Et eſt notandum, quod conſecratio duo efficit. nã ipſam eccleſiam materiale Deo appropriat: & noſtram. ſ. tã eccleſiæ, quàm fidelis animæ deſponſationem inſinuat. Domus nanq; non conſecrata, eſt ſicut puella uiro alicui deſtinata, non tñ dotata, nec matrimoniali cõmercio in unione carnis unita. Sed in conſecratione dotatur, & tranſit in propriam Ieſu Chriſti ſpõſam, quam ſacrilegium eſt per adulteriũ ulterius uiolari. Definit. n. lupanar eſſe dæmonum, ut pater in conſecratione illius templi, quod antea παυθεον uocabatur. * Primo itaque † dicendum eſt de a- *
9 quę benedictione, ſuper quo dicit dñs: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorum, Aqua enim, quæ lauandis corporibus idonea eſt tantam diuinitus uirtutem accipere meruit, q̃ ſicut corpora lauat à ſordibus, ita & animas mundat à peccatis. Manifeſtum quidẽ eſt q̃ hæc aqua. cuius aſperſione eccleſia conſecratur, baptiſmũ ſignificat: quia quodãmodo ipſa eccleſia baptizatur ipſa uero eccleſia illam utique eccleſiam deſignat. quæ in ea cõtinetur, ſcilicet fidelium multitudinem. vnde etiam eccleſia uocatur, eo quod eccleſia contineat, cõ
10 tinens, uidelicet pro contento. ¶ † Quærendum eſt autem quare huic aquæ ſal admiſceatur, cum Saluator noſter de baptiſmo loquens, nullam de ſale fecerit mẽtionem. Non. n. dicit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua ſalſa, uel ſale miſta, uel aliquid huiuſmodi, ſed dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, &c. Et idipſum de oleo, & chriſmate quæri poteſt. Sed notandum, q̃ ſal, in diuino eloquio ſæpe pro ſapientia ponitur. iuxta illuc: Sermo ueſter ſit ſale conditus. Et dominus inquit diſcipulis ſuis: Habete ſal in uobis, & pacem inter uos. Itẽque, Vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal infatuatum fuerit, in quo condietur. iij. q. vij. §. item in Euangelio. hinc etiam eſt, quòd ſecundum legem nulla hoſtia ſine ſale offerebatur, ſed in omni ſacrificio ponebatur. ex quibus omnibus conuincitur, quòd ſal pro ſapientia poniẽ eſt enim ſa-

ſapientia, condimentum omnium uirtutum, ſicut ſal omnium ciborũ. Hinc ergo eſt, quòd nullus baptizatur prius, quàm ſale cibetur, etiam infantes, ut quod actu habere non poſſunt, habeant ſalem ſignificatione ſacramenti, nec ſine ſale benedicetur aqua. ¶ De alterius aquæ benedictio-
11 ne in ſequenti tractatu dicetur. ¶ † Trina autem interius, & exterius cum hyſſopo, & aqua benedicta aſperſio, trinam baptizandi immerſionem ſignificat. Et fit propter tria. Primò propter dæmonum expulſionem. Nam aqua benedicta proprie de ſui uirtute habet dæmones expellere. Vnde in exorciſmo eius diciẽ, ut fiat aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare &c. Secundò, propter ipſius eccleſiæ purgationem, & expiationem. omnia nanq; terrena propter peccatum corrupta ſunt, & fœdata. Hinc etiam, q̃ in lege omnia penè mundabantur per aquam. Tertiò, propter remouendam omnem maledictionem, & introducendam benedictionem. Terra enim ab initio cum fructu ſuo maledictionem accepit, eo quòd ex eius fructu deceptio facta fuit. Aqua uero nullæ maledictioni ſubiacuit. Hinc eſt quod dominus piſcem comedit: ſed carnem non legitur nominatim comediſſe, niſi de agno paſchali, & hoc propter legis præceptum, in exẽplum, ſcilicet abſtinendi aliquando à licitis, aliquando eadem comedendi. Rurſus aſperſio in circuitu facta, ſignat quòd dominus curam ſuorum habẽs, mittit Ange-
12 lum ſuum in circuitu timentiũ ſe. ¶ † Tria uero reſponſoria, quæ interim decantantur, eſt hilaritas, trium ordinum fidem ſuſcipientium, ſcilicet Noe, Daniel, & Iob. Et quoniam ad hanc inuocationem gratia fidei, ſpei, & charitatis infunditur. ideo ad pedem & ad medium. ut ad partem parietis ſuperiorem aſpergitur. De interiori etiam aſperſione iam dicetur. De uirtute
13 hyſſopi in ſequenti tit. dicetur. ¶ † Triplex uero circuitus quem epiſcopus aſpergendo facit, triplicem circuitum, quem Chriſtus fecit, propter eccleſiæ ſanctificationem, deſignat. Primus fuit quo uenit de cœlo in mundum. Secundus, quo de mundo deſcendit in lymbum. Tertius, quo de lymbo rediens, & reſurgens, aſcendit in cœlum. Triplex quoque circuitus oſtendit, quòd eccleſia illa ad honorem trinitatis dedicatur. Oſtendit etiam triplicem ſtatum ſaluandorum de eccleſia: qui ſunt uirgines, continentes, & coniugati: quòd etiam diſpoſitio ipſius eccleſiæ materialis oſtendit, prout ſub titu. de eccleſia dictum eſt. ¶ † Porrò trina ad ſuper limi- 14
nare oſtij percuſſio, ſignat triplex ius, qd̃ Chriſtus habet in eccleſia ſua propter qd̃ ſibi debet aperiri. Eſt enim ſub ſua creatione, redemptione, & glorificationis promiſſione. Nam Pontifex Chriſtum, uirga eius poteſtatem figurat. Rurſus per triplicem percuſſionem Ianuæ cum uirga paſtorali, prædicatio Euangelica intelligitur, Quid enim eſt uirga paſtoralis, niſi ſermo diuinus, iuxta illud Eſa. xj. Percutiet terram, uirga, id eſt, ſermone oris ſui &c. Virga igitur ianuas percutere, eſt aures audientium prædicationi, uoce pulſare. Aures enim portæ ſunt, per quas ad corda audientium ſanctæ prædicationis uerba introducimus: vnde Pſal. Qui exaltas me de portis, ut annũtiem omnes laudes tuas in portis filiæ Syon. Quid enim ſunt portæ filiæ Syon, niſi aures, & auditus fideliũ? Tertiò triplex cum uirga percuſſio, & ianuarum apertio, ſignificat, quòd per prædicationem paſtorum, infideles uenient ad fidei conſenſum. Per illam enim portæ iuſtitiæ aperiuntur: & illas ingreſſi, Fidem confitentur: unde Pſalm. Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta domini: iuſti intrabuntur per eam: Percutit igitur epiſcopus in ſuperliminari, ſcilicet orationis, dicens: Supplico uos principes, id eſt dæmones, ſeu potius homines: tollite, id eſt auferte portas, id eſt, ignorantias ueſtras, ſcilicet à cordibus ueſtris. ¶ † Inter- 15
rogatio uerò Diaconi incluſi reſpondentis in perſonam populi: Quis eſt iſte rex gloriæ? eſt ignorantia populi neſcientis, quis eſt iſte, qui debet intrare. ¶ † Aper- 16
tio oſtij, euacuatio eſt peccati. rectè ergo epiſcopus ter percutit, quia numerus iſte notiſſimus, & ſacratiſſimus eſt, & in omni dedicatione epiſcopus ter ianuas percutere debet, quia ſine inuocatione Trinitatis, nullum fit in eccleſia ſacramentum. Tri- 17
na † uero proclamatio: Attollite portas

Universidad de Deusto Biblioteca

tas, &c. significat triplicem potestatem Christi: uidelicet quam habet in cœlo, & in mundo, & in inferno. Vnde in hymno ascensionis dicitur: Vt trina rerum machina cœlestium, terrestrium, & infernorum condita, flectant genu, iam subdita. ¶ Consequenter ostio † aperto intrat episcopus: adnotandum, quòd si debitè utatur officio suo, nil ei resistere potest: iuxta illud: Domine quis resistet potentatui tuo? Ingreditur autem cum duobus, uel tribus, ut in ore duorum, uel trium testium stet omne consecrationis uerbum. Vel quòd paucis præsentibus dominus se transfigurans pro ecclesia orauit, Et ingrediens dicit: Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea: quia Christus mundum ingrediens, pacem inter Deum, & hominem fecit, Venit enim, ut nos Deo patri reconciliaret. ¶ Post † hoc cum dicitur litania, prostratus orat pro sanctificatione domus. Nam, & Christus humiliatus ante passionem pro discipulis ei credituris omnibus, orabat dicens: Pater sanctifica eos in nomine tuo. Postquam uero surrexit, orat sine salutatione, quoniam non dicit. Dominus uobiscum, cum ecclesia nondum sit quasi baptizata, & quia cathecumeni tantum non sunt digni, ut eis fiat applausus: cum nondum sint sanctificati: est tamen pro eis orandum. ¶ Clerus † orans, & litaniam concinens, Apostolos repræsentat, qui pro ecclesiæ, & animarum sanctificatione ad Deum intercedebant. In pauimento ecclesiæ scribitur alphabetum hoc modo: Fit enim Crux de cinere, & sabulo, ex transuerso ecclesiæ: super quam Crucem pulueris scribitur alphabetum, in modum Crucis, literis Græcis, & Latinis: non autem Hebraicis, quia Iudæi recesserunt à fide, & scribitur cum baculo pastorali. ¶ Sanè alphabetum † super Crucem scriptum tria repræsentat. Primò quidem, scriptura, ex Græcis, & Latinis literis in modum crucis facta, repræsentat conuunctionem, seu unionem in fide utriusque populi, Iudæi uidelicet, & Gentilis, per crucem Christi factam, iuxta illud Iacob. cancellatis manibus filijs benedixit. Ipsa uero Crux siue uersus ex transuerso ecclesiæ directus: uidelicet, unus à sinistro angulo orientis, in dextrũ Occidentis, & alter à dextro Orientis, in sinistrum Occidentis, significat, quòd populus ille, qui prius erat dexter, factus est sinister: & qui erat in capite, factus est in cauda, & econuerso: & hoc propter Crucis uirtutem. Christus enim ab Oriente transiens, reliquit Iudæos in sinistra, quia infideles: & uenit ad gentiles, quibus licet in Occidente fuissent, dat esse in dextera, & tandem à gentilibus, in dextra Orientis positis, uisitauit Iudæos, in sinistro angulo Occidentis: quos constat deteriores esse, quàm prius inuenerit gentiles. Ideo autem in obliquum, & in modum crucis, & non in directum hæ literæ scribuntur, quia ad hanc sanctam intelligentiam, pertingere non ualet, qui crucis mysterium non recipit, & Christi passione non se credit esse seruandum: in maliuolam animam non introibit sapientia, & ubi Christus fundamentum non est, superædificari non potest, prima quæstione prima, cum Paulus. ¶ † Secundò, scriptura alphabeti. repræsentat paginam utriusque testamenti, quòd per crucem Christi adimpletum est. In passione namque eius uelum templi scissum est, quia tunc scripturæ apertæ sunt, & reuelata sunt sancta sanctorum. Vnde ipse moriens dixit: Consummatum est. In his quidem paucis literis omnis scientia continetur, & tunc ex transuerso ducitur, quia unum testamentum in alio continetur. Rota enim erat in Rota. ¶ Tertiò repręsentat † articulos fidei. Ecclesiæ enim pauimentum est nostræ fidei fundamentum. Elementa ibi scripta, sunt fidei articuli, quibus rudes, atque neophyti id utroque populo in ecclesia erudiuntur qui se debent puluerem, & cinerem reputare. Iuxta illud quod dicit Abraham Genesis xviij. Loquar ad dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Scriptura ergo alphabeti in pauimento, est simplex doctrina fidei in corde humano. ¶ Sambuca † seu baculus, quo alphabetum scribitur, monstrat Apostolorum doctrinam, uel doctorum mysterium, quo facta est, conuersio gentilium, & perfidia Iudæorum. Cõsequenter Christus ad altare accedens incipit,

incipit, stans: Deus in adiutorium meum intende: quia tũc demum incipit, quod est in hoc officio principale, & dicitur uersus. Gloria patri, &c. quia hæc benedictio † fit ad exhibendam gloriam trinitati: nõ tamen dicitur allelu-Ia: prout in sequen. titu. dicetur. & cõsecrat altare in qua quidem cõsecratione alia aqua benedicitur, prout in sequen. titu. dicetur. ex qua postquã altare septies aspersum fuerit, aspergitur etiam ter interius tota ecclesia, sicut prius absque aliqua differentia maiorum lapidum, uel minorum, quoniã apud Deũ non est acceptio personarum. extra de Iudæis. nouit. §. j. de sta. mo. ea quæ. in princ. Ideo interius, adnotandum, quòd exterior ablutio sine interiore nil prodest. extra de sac. unc. cap. j. Ideo ter, quoniam ut præmissum est, aspersio illa significat aspersionem, & mundationem baptismi, quæ datur beneficio trinitatis, iuxta illud, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quia enim ecclesia non potest in aqua immergi, sicut immergitur baptizandus, ideo ter aspergitur aqua, quasi loco trinæ immersionis. † Rursus aspergitur procedendo ab oriente in occidente, & per medium semel in formam Crucis: quia Christus totam Iudæam, & omnes gentes baptizare præcepit in nomine Trinitatis, cui baptismo tribuit efficaciam in ministerio passionis, incipiens à Iudęis, de quibus ortus est: & residuum aquæ ad basim altaris funditur, prout in sequenti titulo dicetur. Quidam tamen aliam aquam non benedicunt, sed cum prius benedicta totum officiũ implent. Interim autem cantat chorus psalmum illum: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. & illum: Qui habitat in adiu. &c. in quibus fit mentio de ecclesia, & eius consecratione: ut patet ibi, Qui habitare facit vnius moris in Domo. Episcopus uerò dicit: Domus mea, domus orationis uocabitur: quia eius officium est facere, ut ecclesia domus Dei sit, non negotiationis. j. quæst. iij. ex multis. Sanè † chrismate altari xij. Cruces in parietibus ecclesiæ depictæ chrismantur. Depinguntur autem ipsæ cruces: Primò propter dæmonũ terrorem, ut scilicet dæmones, qui inde expulsi sunt, uidentes signum Crucis, terreantur, & illuc ingredi non præsumant. Secundò, propter triumphi ostensionem. Cruces nanque sunt uexilla Christi, & signa triumphi sui. Merito ergo, ut ostendatur, quòd locus ille Christi dominio subiugatus est ibidem Cruces depinguntur. ¶ Nam † & apud imperialem magnificentiã obseruatur, ut aliqua ciuitate sibi tradita, imperiale uexillum in ea erigatur. Et in eiusmodi figuratione dicit, Gen. xxviij. quod Iacob lapidem, quem supposuerat capiti suo, erexit in titulum. uidelicet in titulum præconialem, memorialem, & triũphalem. Tertiò, ut earum † inspectores, Christi passionem qua suam ecclesiam cõsecrauit, & passionis fidem ad memoriam reducant, unde in canticis: Pone me ut signaculum super brachium, &c. ¶ Duodecim uerò luminaria ante Cruces ipsas posita, significant xij. Apostolos, qui per fidẽ crucifixi totum mundum illuminauerũt, & quorum doctrina tenebras sustulit, unde dicit Ber. Tota prophetia uera est in fide crucifixi. & Apost. Nil me iudico scire inter uos. nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Cruces igitur per quatuor ecclesiæ parietes illuminantur, & chrismate inunguntur: quoniam Apostoli crucis mysterium prędicantes, fide passionis Christi quatuor mundi climata illuminauerunt: ad cognitionem inflammauerunt: ad amorem unxerunt, ad cõscientiæ nitorẽ quod per oleum, & ad bonæ famæ odorẽ, quod per balsamũ designatur. Ad hæc post chrismationem altaris. ipsum altare, & ecclesia ornantur: lampades accẽduntur. Missa dicitur, in qua Pontifex alijs uestibus utitur, quàm fuerit in aspersione usus, prout in sequenti dicetur. ¶ † Postremo notandũ est, q̃ ecclesia dicitur in sanguine alicuius consecrari. unde secundum Pelagium, & Nicol. Pap. in martyrio Apostolorum Petri & Pauli ecclesia Romana consecrata est: xxj. distinct. quanuis. xvj. distinct. sacro. Consecratur itaq; ecclesia, ut præmissum est & altare. prout in titu. seq. & cœmeterium ac alia. prout sub titu. de consecr. dicitur. Et quanquàm legatur in uete. testa. templum ter fuisse consecratum. Primo in Septembri: de consecr. distin. j. cap. j. Secundo in Martio, sub Dario. argumen. j q. j. prophetizauit. Tertio in Decembri, sub

Ps. 67 & 91 & 67

1. Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuda Machabæo. de consec. dist. j. solenni-
31 tates. † Ecclesia tamen semel consecra-
ta, non est iterum reconsecranda. ead. di-
stin. Ecclesijs. de sacra. non ite. cap. j. & ij.
de apostata. cap. j. nisi fuerit execrata, quod
contingit tripliciter. ¶ Primò si fuerint
combusta, ita quòd parietes omnes (uel
eorum maior pars) fuerit decrustati. vt d.
ca. Ecclesijs. ff. de contrahenda emptione.
l. demum. Leui. ca. 14. prope finem. si enim
solummodo tectum, uel aliqua eius pars
parietibus integris manẽtibus, uel saltem
in modica parte destructis combusta fue-
rit, reconsecranda non est: extra de conse.
eccle. uel alta. ligneis. ¶ Secundò, si tota
ecclesia aut maior eius pars simul fundi-
tus corruerit, & ex toto, siue ex alijs fue-
rit lapidibus reparata, ead. distinct. de fa-
brica. Consecratio etenim ecclesiæ maxi-
mè in exteriori unctione, & in lapidum
coniunctione, & dispositione consistit, ut
in dicto ca. ecclesijs. Si uerò non simul sed
successiuè parietes omnes ruerint, & repa
rati fuerint, eadem cõsetur ecclesia. ideo-
que non reconsecranda, sed duntaxat cum
aqua exorcizata, & missæ solennitate est
reconcilianda, de consecrat. distin. j. de fa-
bricat. & c. si motum. ff. de leg. j. quod in re
rum. quanquam eam reconsecrandam qui
dam scripserint sapientes. ¶ Tertiò recon
secranda est ecclesia, si dubium sit, utrum
aliquando fuerit consecrata, eo quòd su-
per hoc nulla scriptura, uel pictura, aut
sculptura, nullusq; etiam unicus testis de
uisu, uel etiam de auditu, qui (ut quidam
dicunt) sufficeret, extra de conse. distin. j.
ecclesiæ. & cap. solennitat. 23. quæst. 2. sa-
32 nè. 22. quæst. 5. hoc uidetur. de consec. dist.
4. paruulos. ¶ † Altare quoque semel con
secratum reconsecrandum non est, nisi il-
lud execrati contingat. de conse. distin. j. si
motum. extra eod. cap. j. & cap. quod in du
bijs. ¶ Quod fit primo, si mensa id est, supe
rior tabula in qua fit principaliter conse-
cratio, mota uel in sui forma mutata, uel
enormiter, puta ultra medietatem fracta
sit. Enormitas tamẽ huiusmodi iure ualet
ad episcopi arbitrium referri. ¶ Idem quo
que maximè est, si tota altaris structura
mota, & reparata fuerit. Ecclesia tamen
propter altaris, uel structuræ motionem,
uel fractionem, reconsecranda nõ est, ex-
tra eo. c. j. quia alia est altaris cõsecratio,
& alia ecclesia. Sic ecõuerso si ecclesia to
taliter destructa, altare non leditur, eccle
sia ipsa reparata solum, & non altare recõ
secratur, quãuis tunc decens sit illud aqua
exorcizata lauari. de conse. d. j. si motum.
Consecrato † tñ maiori altari. nihilomi-
33 nus alia minora altaria ecclesiæ consecrã
da sunt, extra eo. c. cum sis. quamuis quidã
dixerint sufficere in illius consecratione
alia digito demonstrari. arg. ff. de acq. pos.
quod in eo. §. si uenditionem. C. de natur.
lib. auth. item si quis. ¶ Si uero altare † mo 34
dicam exterius patiatur læsionem, non ob
hoc est reconsecrandum: extra eo. c. j. Secũ
do recõsecratur altare, si altaris sigillum,
id est paruus lapis, cum quo sepulchrum,
siue foramen in quo reliquiæ reconditur,
clauditur, seu sigillatur, motum aut fractũ
sit, extra eod. lignis. Et fit foramen ipsum
qñq; in summitate stipitis, & qñq; aliud si
gillum non apponitur, sed principalis mẽ
sa superposita loco sigilli habetur. Qñque
uerò fit in parte posteriori, & qñq; in an-
teriori. in quo ẽt foramine in testimonium
consecrationis cautè includi solent litere
cõsecrationis episcopi, continentes nomẽ
eius, & aliorum episcoporum in consecra-
tione præsentium, & in cuius sancti hono-
rem cõsecratur altare: & etiam ipsa eccle-
sia, qñ simul consecrat utrunq;, annũ quoq;
& diem consecrationis. ¶ Tertio reconse-
cratur altare, si iunctura qua sigillum fora
mini, uel etiam qua mẽsa stipiti, ubi aliud
sigillum, q; mensa ipsa non est mota adhæ
ret, uel aliquis ex lapidibus ipsius iuncturæ
seu stipitis, mensam uel sigillum tangens, motus uel fractus sit. In coniunctio-
ne etenim sigilli, & foraminis atque men-
sæ, & stipitis seu structuræ inferioris, præci
puè consecratio intelligitur. ¶ Quarto re-
consecratur altare, si ei uel coniunctioni
mensæ, & structuræ inferioris tñ fiat argu
mentum, q; pristinam formam amittat, qñ
forma dat esse rei, arg. x. q. ij. hoc ius. xxxij.
q. ij. quod unde est. ff. de ope. no. nun. l. j. §.
si quis ædificium. Propter modicum tñ ad-
ditamentum, non execratur: sed tunc sa-
crum, trahit ad se non sacrum. extra eod.
quod in dubijs. limita, dum tñ coniunctio
mensæ & structuræ inferioris, nõ multum
immutetur. ¶ Quintò altare sicut & eccle
sia

sia propter dubium reconsecratur, e. di. ec
clesia. ¶ Sextò altare uiaticum, si lapis de
ligno in quo insertus est, qui quodammo-
do sigillum repræsentat, remoueatur, &
in eodem uel in alio ligno iterum repona
tur, nonnulli reconsecrandum, alij uero
solummodo reconciliandum autumant.
Quanuis autem illud sæpe iussu episcopi
de loco ad locum trãsferatur, & per uiam
portetur, (propter quod portabile, uel
uiaticum appellatur, ea. dist. concedimus.
extra de pri.) in his non tamen ob hęc re-
35 consecratur, aut reconciliatur. ¶ † Quid si
calix consecratus, deauratur, nunquid est
reconsecrandus? Et uidetur q; sic, quoniã
nouus calix esse uidetur. nouũ enim opus
uidetur facere, qui pristinam operis faciẽ
innouat. ff. de ope. no. nun. l. j. §. opus nouũ.
& reficit, qui rei iam factæ remedium fa-
cit. ff. de iti. act. pri. l. iij. §. pe. ff. de usufru. l.
usufructuarius. extra de Iudæis. ca. consu-
luit. Siquidẽ consecratio in superficie con
sistit. Et hinc est q; ecclesiam, muris decru
36 statis, reconsecrandam esse prædixi. † Contra-
riũ tñ uerum est, quia nec propter mu-
rorum dealbationẽ, aut propter picturã,
aut pp modicum additamentum, ecclesia
reconsecranda est: ut iam dixi. Cum. n. pro
pter hoc calicis forma non mutetur, idem
calix manet, quare reconsecrandus nõ est,
sicut & ecclesia reparata: qñ eadẽ manẽt,
id est, consecrandum non esse præmissum
est. Si uerò forma prior immutaretur, se-
cus esset. qñ forma dat esse rei: ut dixi. ho-
nestum tñ est, q; tam propter pollutarum
manuum cõtractum, quàm etiam propter
prophanæ materiæ appositionem calix a-
qua exorcizata, lauetur prius, quàm ibi sa
crosanctum corpus, & sanguis domini im-
moletur. de conse. distin. j. si motum, Præ-
misso de consecratione, aliqua de reconci
liatione dicamus. ¶ † Circa quod notan-
37 dum est templum spirituale, quod est ho-
mo, qñq; polluitur. 32. q. 4. in eod. & q. non
solum. Vnde in Leui. 20. Vir qui fluxum se
minis patitur, immundus erit. 44. distin. fit
rector. prope fi. & idem in muliere fluxum
sanguinis mestrui, uel alterius patiente,
ut ibidem in eodem, & distin. v. ad eius. Et
ideo ibi pollutus ecclesiam ingredi prohi
bebatur, donec aqua lauaretur, & purifi-
caretur. & Numeri xix. cap. Qui cadauer
mortui tetigerit, Immundus est. Vnde a-
spergatur aqua, & sic mundabitur, & c. &
Propheta: Asperges me Domine hyssopo,
& mun. ¶ † Materiale etiam templum, 38
quod est ecclesia testante Papa Grego. &
Leuit. ca. xv. polluitur. Vnde propheta.
Polluerunt templum sanctum tuum, &c.
Et hoc similiter hodie aqua lauatur, &
reconciliatur, extra eo. cap. proposuisti. &
ca. consuluisti, & ca. vlt. & fi. Fit enim re-
conciliatio cum missæ celebratione, & a-
quæ cum uino, sale, & cinere solenniter
benedictæ aspersione. ca. dist. de fabrica. &
ca. proposuisti. Nempe per salem discre-
tio, per aquam populus, extra de cele. m is.
cum Marthæ. §. quæsiuisti. ad finem. per ui
num, diuinitas: per cinerẽ, passionis Chri-
sti memoria, per uinum aquæ immistum,
unio deitatis, & humanitatis significatur.
Hæc ergo simul ponuntur ad notandum,
quòd populus, discreta memoria passio-
nis Christi mundatus, Christo adunatur.
Fit etiam per episcopum tantum si fit ec-
clesia consecrata. Et quanquam ipse alte-
ri eo episcopo possit simul totum, scilicet
aquæ benedictionem, & reconciliationẽ,
uel solum aquę benedictionem, uel etiam
tantum reconciliationem aqua prius per
ipsum benedicta committere, simplici ta-
men sacerdoti neutrum committi ualet,
extra eodem, c. aqua, & cap. consuluisti, ni-
si fortè hoc ex priuilegio sibi competat
speciali. Si uero ecclesia consecrata non
sit, debet statim secundum constitutionem
Grego. ix. extra eo. ca. fin. aqua exorcizata
lauari, quam lotionem quidam fieri posse
astruunt iussu tamen episcopi, per simpli-
cem sacerdotem, cum fieri habeat cum
aqua exorcizata, quæ fieri potest, per
quemlibet sacerdotem. Nonnulli uerò
eximiæ authoritatis periti, scripserunt
quòd tutius est hoc duntaxat per episco-
pum fieri, nec per eum sacerdoti posse cõ-
mitti: nam canones. de consecrat. d. si mo-
tum. & c. de fabrica. aquam exorcizatam
uocant, aquam cum uino, & cinere sole-
niter benedictam. quod quidem uerum est
de ecclesia, non consecrandum. tamẽ Deo
dedicata. extra de immu. eccl. ecclesia. Se-
cus enim est in simplici oratorio, qd nec
sacer, nec religiosus locus est, utpote q; u-
nusquisq; p uelle ut placet ordinat, saltẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

ad odorandum:de consec.d.unicuique extra de sen.c.fin.licet fortè non sine diœcesani licentia,ad celebrandum.& pro uelle ad alium usum deputat locum ipsum, in authen.col.v.ut nullus fabri.ora.do.§.j.in aut.col.ix.de eccle.ti.§.si uero. Est autem ecclesia reconcilianda in præmisso casu.

39 ¶ Item † propter adulterium ibi commissum,& propter fornicationem. ea.d. si motum. & generaliter cuiuscunque semine: extra de adul. c. significasti scilicet maris, & fœminæ: clerici, uel laici,hæretici,uel pagani,naturaliter,siue innaturaliter,studiose, & peccandi libidine ibi emisso fuerit polluta, etiam si uir ibi uxorem cognoscat, quoniam licet talis concubitus sit aliàs legitimus & concessus,nõ tamen quolibet tempore,siue loco,extra eo.cap.fin. Quanquàm multi de hoc contrarium sentiant sapientes, secus autem esse dicimus, si quis fortè ibi in somnis polluatur, nam tunc animus magis pertulisse,quàm fecisse dolendus est.xxj.d. quoniam & nõ in cuiuscunque animalis semine ibi emisso, cũ ratione careat,neque peccat.vj.d.testamẽ

40 tum. ¶ †Recõciliatur etiam ecclesia propter homicidiũ.ff.si quad. pau. fe.dicatur. lib.xv.q.j.§.ex eo siue cum sanguinis effusione,siue sine.ibi:quocunq; modo studiose commissum, & etiam citra homicidium propter quamlibet uiolentiam, & iniuriosam humani sanguinis effusionem. ea. d. si Motum. siue ex uulnere, siue absque uulnere,ex naso uel ore:nam in uete.testa.Lu uit.xiiij.& xv.c. prohibitum fuit sanguinẽ in templum fundi,& semen emitti,& talia agentem,& patiẽtem,illud ingredi.Si autem absque uiolentia, uel iniuria ex naso, uel ore,cicatrice,uel immunitione,aut etiam ex hemorroidis, uel menstruis, uel aliter naturaliter in ecclesia fluxerit, aut forte ludo,aut casu fortuito eliciatur: ea. d.ecclesijs extra eo.c.fi. Aut si quodcunq; animal ibi occiditur, uel siquis subito per se ibi moritur,aut lapide,uel ligno cadente,aut fulgure,occiditur. propter hæc quidem & similia non reconciliatur. Nec ét si alibi uulneratur,ad ecclesiam confugiẽs illic sanguine multo effuso moritur, quoniam tunc non fuit homicidium in ecclesia perpetratum. xv.q.j.§. itaque. Si uerò ecõuerso in ecclesia uulneratus, extra moritur, uel etiam extra sanguis ex uulnere fluxerit,secus est: etiam si intra ecclesiam ex uulnere sanguis minimè fluxerit, quoniam ictus uulnerum attenduntur.ff.ad le gẽ Aqui.l.item Mela. §. sed si plures.ff.ad legem Cor.de sic. vltimum. extra de cler. percu.c.ij. Sed & si supra tectum ecclesiæ sanguis effunditur, aut semen humanum emittitur,quia per hoc extra ecclesiã com mittitur non reconciliatur. † Cæterum 41
si furtum aut rapina in ecclesia committitur,de consuetudine,quæ in talibus attenditur, reconciliatur, extra de celeb. mis. pernitiosis. Idemq; in qualibet uiolentia, sine sanguinis effusione,ibi commissa,fieri debere quidam affirmant, cum illa fornicationi æquiparetur in iure. xvij.q.iiij.sicut qui ecclesia. ut si ad eam confugiens, inde per uiolentiam extrahatur, xvij. q. iiij.re.extra de immu.eccle. inter. Vel ibi effractio committatur, uel etiam præter sanguinis effusionẽ, rixa tumultuose agatur,uel si quis fracto osse, uel liuore secuto,absque sanguine, ibi grauiter uerberetur, uel ad mortem, uel ad mutilationem ibi præsentialiter condemnatus, inde extrahatur, ut ad locum executionis ducatur extra de relig.do.c.decet. & de immu. eccle.cum in ecclesia. & de ap.c.qua fronte. Sed cum casus isti non sint in iure expressi,necesse non est ecclesiam per episcopum solenniter reconciliari. Honestum tamen fore putamus, & sacerdotem cum aqua exorcizata episcopi iussu lauari. Idemq; dicendum uidetur, si ecclesia diu absque tecto & ianuis, plena foret stamine,alijsq; spurcitijs, animalibus, & naturali hominum usui, quasi diuersorij locus passim patuerit, nec esset fortè malum eã in tali casu solenniter per episcopum reconciliari.Si autem aliquis extra ecclesiã occisus,mox intra ecclesiam infertur,occisor uel alius moriturum fore non credẽs, corpori adhuc calido plagã infligit ex qua sanguis fluit,reconcilianda est, tũ propter horrorem, & abominationem, tũ propter uiolentiam,& peccandi uoluntatem quãuis enim homo mortuus non sit homo, humanus tamen sanguis eius per uiolentiam est ibi effusus.Nam & ipsi cadaueri uiolentia,horror, & iniuria irrogantur.ff. de sepul.uio.l.ij.§.non prope,& §.aduersarius. & l.

& l.sepulchri.ff.de re.ne.corpora.extra de Iudæis,si sit Iudæus.Secus autem est si naturaliter mortuus in corporis obsequium & honorem in ecclesia demembretur,uel euisceretur, ut forte pars ibi,& pars alibi

42 sepeliatur. ¶ † Reconciliatur etiam ecclesia, in qua infidelis, uel etiam publicè excommunicatus sepultus est, & tunc parietes sunt abradendi.de conse.d.j.Ecclesia.j. & ij.Sanè in premissis casibus,in quibus ecclesia reconciliatur, requiritur ut factum reconciliationem inducens publicum saltem per famã existat.extra de adul.signifi

43 casti, & de accu.§. inquisitionis. † Scandalum enim,est horror atque abominatio de turpitudine & peccato,atque uiolẽtia, in sacro loco, siue in ecclesia cõmissis, ubi delictorum uenia postulatur, ubi esse debet tutela refugij, ubi immolatur salutaris hostia pro peccatis. Le.xiiij.c. ubi etiã confugientes saluãtur,& Deo laudes exoluuntur,reconciliationem inducunt, & ét propositũ,ut uoluntas mortaliter ubi peccantis.extra eo.consuluisti.extra de sentẽ. excom.cum uoluntate.xvij.q.§.si ergo. Si uero occultum sit, reconciliari necesse nõ est,quoniam ecclesiam cum sancta sit,coinquinari non potest extra de coha. cle. & mul.c.uestra.xv.q.lv.c.fi.xxiiij.q.j.§.j.imò ipsius loci sanctitas infamiam loci adolet, quamuis quidam in hoc contrarium sentiant,ut saltem occultè,ita ut delinquentes non probentur, sit reconcilianda. Fit

44 enim † reconciliatio ad exemplum & terrorem,ut uidelicet uidentes ecclesiã, quæ in nullo peccauit, propter peccatum alterius lauari & purificari,existiment quantũ propter suorum delictorum expiationem sit laborandum.ff.ad legem Iul. repe.l.j.

45 ¶ Cœmeterium quoque, in quo † paganus,uel infidelis, aut excommunicatus sepultus est,reconciliandum est. extra eo.c. consuluisti.de consec.d.j.& ij.extra de sepul.Sacris ossibus tamen sepultis,si ab ossibus fidelium discerni poterũt inde prius abiectis.Reconciliatur etiam in præmissis casibus,in quibus ecclesia reconciliatur. Cœmeterium enim eisdẽ priuilegijs, quibus & ecclesia gaudet,prout sub ti. de sac. unc. dicetur: nam ex quo benedictum est, sacer locus.ff.de re.diui.l.sacra. in fi.& reconciliatur per episcopum, sicut ecclesia per aspersionem aquæ solenniter, cum uino &cinere benedicto.extra eo.c cõsuluisti. ¶ † Illud autem notandum est, quòd 46
in quacunque parte ecclesiæ uel cœmeterij uiolentia, uel pollutio committatur, utrunque & etiam quælibet ipsorum partes propter connexitatem uiolatæ intelliguntur,extra de consti. c. transmissa. Hoc hodie in parte correctum est per Dominũ Bonifacium de consec. eccle.c.j.in vj. Etsi enim consecrationes ecclesiæ, altaris, & cœmeterij sint diuersæ,omniũ tamen una & eadẽ est immunitas.xvij.q.iiij. sicut antiquitus. & c.miror. quæ non est ad alterũ eorum tantum, uel ad alterius angulũ restringenda, quod uerum est,si ecclesia,uel cœmeterium sunt coniuncta. Si enim unũ à reliquo distet,bene potest unum sine reliquo uiolari. Si igitur altero eorum uiolato siue polluto, etiam aliud uiolatum, & pollutum est:pari ratione altero tãtum eorum reconciliatio, utrunque intelligitur reconciliatum.argu.extra eo.c.consuluisti.extra eo.de immuni.eccle. in rubrica,quoniam nihil tam naturale est, quàm unumquodque eo genere dissolui, quo ligatum est,& par est ius ligandi, atque soluendi.ff.de regu.iur. nihil extra eo.c.j.& sic uiolato, uel polluto cœmeterio, sufficit ecclesiam reconciliari,Nonnulli tamẽ simpliciter asserunt per unius uiolationẽ, nequaquam alterum uiolari,& per consequẽs quodlibet eorum debere specialiter reconciliari.Quibus tamen pontificalis libri obuiat authoritas,in qua specialis forma reconciliationis cœmeterij habetur. Denique si ecclesia, uel cœmeterium, aut aliud quodcunque per episcopum excommunicatum consecretur,seu benedicatur, tali reconciliatione non egent, quoniam sacramẽta à talibus in forma ecclesiæ, collata uera sunt,ix.q.j. ordinationes.j.q.j.c. multi, prope finem. extra de sacr.non ite. c.j.& ij.& de coha. cle.& mul.ca.uestra,ut dicetur in proœmio iij. partis. Verum,cũ (sicut præmissum est) excommunicatus, uel excõmunicati cœmeteriũ,& ecclesiam prophanent,multo quidem magis exterora sacramenta & benedictiones, quæ per manus,& os excommunicati transeunt, & proficiscuntur,quantum ad eorum merita pertinentia, contaminati, & coram Deo

fœtere

Universidad de Deusto Biblioteca

cætere uidentur.j.q.j.§.quod autem sacramenta,& c. seq.& c.odit Deus,&c. illi offerunt.extra de schisma. c.j. ideo honestum est, ꝙ reconcilientur prius, quàm fideles talibus sacramentis utantur, prout sacrorum canonum lectio edocet euidenter. lxxxj.d. si qui sunt. Ait enim dominus per prophetam: Maledicam benedictionibus uestris.de conse.dist.j.altaria.j.& ij.

ADNOTATIO.

* Felicis.] Hanc etiam institutionem sanxit Felix Papa IIII. in epistola ad episcopos per diuersas prouincias constitutos, c.j.hisce uerbis. Solennitates uerò dedicationum ecclesiarum,& sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso domino exemplum dãte,qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatem celebraturus, sicut scriptum est Ioan.x. facta sunt Encænia in Hierosolymis,& hyems erat,& ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.Quòd autem octo dierum encænia sint celebranda,in lib.3.Reg.8.peracta dedicatione templi,reperies. N. Doard.

ADNOTATIO.

* Vocabatur.] Πανθεον templum Romę, primò à M. Agrippa extructum, & instauratum, cuius cognomen fuit ex laminis argenteis, quas sustulit Constantinus nepos Heraclij, ueniens ad vrbem. illud autem Ioui Vltoridicatum: eoq; nomine Syracusana capita in eo posita. Quod postmodũ Bonifacius Pontifex Maximus Quartus à Gregorio, dono accipiens à Phoca Cæsare,in templum omnium Deorum conuertit,ut ve ibi etymo respõderet. παν & θεος. Ibi thermæ Agrippinę ab ipso Agrippa dictæ. Prope thermas situm est πανθεον, templum antiquissimum, & inter urbis uetusta templa longe nobilissimum, nuncdum etiam fere integrum in ipsius templi pronao Augusta, & Agrippæ simulachra fuere:Martis quoque & Veneris. In Veneris simulachri auricula.Cleopatrę Vnio pretiosus erat. Mineruæ item simulachrum, Hydiæ opus.Hercules insuper,ad cuius simulachrum.Pœni humanis victimis quotannis olim sacrificabant. In templũ hoc multis gradibus (sicut & in cætera)ascẽdebatur:à ueteribus.n.templa in sublimi extruebantur, & unico tantum aditu.Porticu huic templo adiecit Agrippa,opus summa admiratione dignum, quæ à quibusdã πρότυρον appellat. ἀπὸ τȣ̃ προ καὶ τιτιρας,i. ornamentũ ac uestibulum. Hodie illud ipsum dicatũ S.Mariæ Rotundæ. N.Doard.

SVMMA.

1 *Altare,quibus de causis consecretur. & nu. 2. 3. Et unde duxerit ortum.*
4 *Altaris consecratio qua forma fiat.& nu.5. 21.29.35.37.*
6 *Allelu Ia, cur omittitur inter cõsecrationem altaris,aut ecclesiæ, consecratione uero facta,adhibetur.*
7 *Aquæ benedictio quot requirat.& quid notet.nu.9.10.11.*
8 *Satellitem stygium quatuor fugant.*
12 *Baptisma ac consecratio ecclesiæ, quibus mysticis conficiantur, quæ omnia necessario adhibentur.*
13 *Fides, est baptismatis condimentum, quæ si deficiat,& salus deficiet.*
14 *Cruces quatuor, quas facit Pontifex in altaris consecratione,quid notent.*
15 *Circuitus septenarius Pontificis, circa altare consecrandum,quid denotet.& nu.16.19.*
17 *Christi septem uiæ.*
18 *Aspersiones septem altaris,quid notent.*
20 *Hyssopũ,quid notet.& eius natura & situs.*
22 *Virtutes quatuor,in libro Sapiẽtiæ descriptæ.*
23 *Reliquiæ sanctorum aut Christi, an necessariæ ad ecclesiã consecrationẽ.& quid notẽt.*
24 *Arca fœderis.*
25 *Reliquiæ sanctorum, ubi & quo condantur.*
26 *Dei notitia, confirmatio, & perfectio est omnium bonorum.*
27 *Christus lapis angularis,& abscissus.*
28 *Altare,debet esse lapideum.*
30 *Christus fuit unctus oleo inuisibili.& oleum, quid significes.*
31 *Cruces quinque ex oleo,quid notent.*
32 *Homo quorum debeat misereri.*
33 *Balsami odor,& significatio.*
34 *Sensus corporis nostri quinque quibus equiparentur.*
36 *Crucem cum incenso facere,quid.*
38 *Altaris ultima benedictio,quid significet.*
39 *Vtensilium ecclesiæ benedictio, quid notet.*

De

De Altaris consecratione. Cap. 7.

1 On † solum ecclesia, uerumetiam altare cõsecratur.de conse.dist. j. c.altaria.j. & ij. hoc propter tria. Primò, ad sacramentum Deo ibi offerendum. Gen. 8.ædificauit,Noe altare domino:& tollẽs de cunctis uolucribus, & pecoribus mundis,obtulit super altare. Hoc autem sacramentũ est corpus, & sanguis Christi,quod in memoriam passionis dominicæ immolatus: iuxta illud:Hoc facite in meam commemorationem. ¶ Secundò,ad † nomen Dei ibi inuocandum.vnde Gen.12.ędificauit Abraham altare Deo, qui apparuit ei, & inuocauit ibi nomẽ domini.Hæc autem inuocatio,quæ fit supra altare,propriè dicitur Missa. ¶ † Tertiò ad cantandum.Eccle.xlvij. Dedit illic contra inimicos patientiam, & stare fecit contra altare cantores: & in sono eorum fecit dulces modulos. ¶ Sanè hoc † modo,& ordine consecratio altaris fit.in primis namque Pontifex incipit:Deus in adiutorium meum intende. postmodum benedicit aquam:deinde in quatuor cornibus altaris configurat quatuor Cruces cum aqua benedicta. Consequenter circuit altare septies: & septies mensam altaris, cum aspersorio de hyssopo aqua benedicta aspergit.Ecclesia quoq; iterum aspergitur, & aquæ residuum ad basim altaris funditur:deinde in quatuor angulis sepulchri, in quo reliquiæ recondi debent, quatuor cum chrismate fiunt cruces, & ponuntur reliquiæ in capsella cum tribus granis turis:& sic recunduntur in sepulchro. Deinde supponitur eius tabula cum signo crucis facta in medio confirmata: postmodum lapis (qui mensa dicitur) super altare adaptatur: & adaptatus ungitur cum oleo, in quinque locis, & eodem modo inũgitur postea chrismate. sicut de oleo dictum est. Confirmatur etiam altare in fronte crucis chrismatis, & adoletur incensum in quinque locis.Post hoc,altare tegitur, & mundis pannis induitur, & demum super altare sacrificium celebratur. Nunc seriatim singula præmissa prosequamur. † Primò igitur notandum est, quòd altare chrismatis unctione & benedictione interueniente, consecratur, & lapideum totum,solum de cons. dist.j.altaria. j. & ij. Vnde Pontifex stans incipit: Deus in adiu. meum intende. quia ipse dominus ait: Sine me nihil potestis facere. ¶ Et † quia hæc dedicatio, significat baptizandos,qui percepta fide ad pugnam se præparant:& qui adhuc sunt inter suspiria & certamina huius constituti, ideo non dicitur allelu-Ia, qui enim baptizati non sunt, laudibus angelorum digni non sunt: vnde Tho.pe. & in plateis eius allelu-Ia cantabitur. Post completam uero ecclesiæ,uel altaris consecrationem cãtatur allelu-Ia: quoniã exclusa dæmonum phãtasia Deus ibi laudabitur. Nam & Christus ad aram crucis accedens ad æternitatis gloriã manifestandam mortem soluit: sed allelu-Ia duntaxat post resurrectionem cantauit. ¶ † Secundò circa aquæ benedictionẽ notãdum est,ꝙ huiusmodi aquæ exorcizatio fit ad effugandum inde inimicũ. In qua benedictione quatuor necessaria sunt,uideli cet aqua,uinũ, sal,& cinis. Et hoc propter tria. ¶ † Primò,qm̃ quatuor sunt quę inimicum expellũt. Primum,est lacrymarũ effusio:quæ per aquã. Secundũ, est spiritualis exultatio,quæ per uinũ. Tertiò naturalis discretio,quæ per sal.Quartum,profunda humilitas,quæ ꝑ cinerẽ significatur.Aqua igitur,est pœnitentia:vinum, mẽtis exultatio:sal,sapia,sicut in præcedenti tit probatũ est,cinis pœnitẽtiæ humilitas. Vnde de Niniuitis dicit, qa rex ipse surrexit de solio suo,& indutus est sacco,& sedit in cinere.Hinc & Dauid inquit:Quia cinerem tãquam panẽ manducabã &c.Hinc & Abraham: Loquar inquit ad dominum meum, cum sim puluis & cinis. ¶ Secundo † modo, aqua est populus seu humanitas,quia aquę multæ populi multi, uinum deitas, sal doctrina diuinæ legis,quæ est sal fœderi, cinis,qui consignat memoriã dominicę passionis.Vinum,aquę mistum,Christus Deus & homo, Per fidem enim dominicæ passionis, quæ per doctrinam diuinæ legis habetur: Populus, per aquam signatus per fidei unionem coniungitur, capiti suo Deo, & homini. ¶ † Tertio modo potest dici, quòd hæc aqua benedicta spiritum sanctũ signifi-

significat, sine cuius flatione, nihil unquã sanctificatur, & sine cuius gratia, non fit remissio peccatorum: Quòd spiritus sanctus aqua uocetur ipsa ueritas, ostendit dicens: Qui credit in me flumina de uentre eius fluent, aquæ uiuæ quod euangelista exponens dixit, hoc autem dixit de spiritu sancto quem accepturi erant, credẽtes in eũ.
11 ¶ Et † no. ordinem sacramenti, exterius aqua, interius spiritu ecclesia consecratur. Hoc est enim ꝙ Dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, &c. Ecce aqua. Ecce spiritus. In baptismatis enim sacramẽto, nec aqua sine spiritu: nec spiritus est sine aqua, quod quidẽ ipse spiritus sanctificabat, qui in prima mũdi creatione ferebatur super aquas. Hac ergo aqua, & ipsum altare, & totum interius tem
12 plum, quando illud simul, & altare dedicantur, aspergitur. ¶ † Licet igitur spiritus, & aqua ad baptismi, & consecrationis ecclesiæ perfectionem sufficerent, tamen sancti patres, qui hoc constituerunt uoluerunt nobis satisfacere, non solũ in his, quæ ad uirtutem, uerũetiam in his, quæ ad sanctificationem pertinent sacramẽti, ideoq; adposuerunt salem, uinum, oleum, cinerẽ, & chrisma. Non enim chrisma, uel oleum habuit Philippus, quando eunuchum baptizauit. Act. viij. c. Alterum ergo horum deesse non debet, & simul commisceri debent, quia populus Dei (qui est ecclesia) sine his simul unctis neque sanctificatur, neque à peccatis soluitur. De hoc etiam tangetur sub tit. de consec. De aqua quidẽ manifestum est, quia nisi quis renatus fue-
13 rit, &c. ¶ † De sale etiam quia sine fidei condimento, quod in sale significatur, nemo unquam saluari poterit, quantumcunque aqua baptismatis aspergatur. De uino quoque, per quod spiritualis diuinæ legis intelligentia designatur. Vnde Dominus in nuptijs aquam in uinum conuertit. Si quis uero aspersus non fuerit, id est, quicunque de eo non biberit, uel propinantibus non crediderit, ad uitæ æternæ beatitudinem non perueniet. Cineris ẽt aspertio per quam pœnitentiæ humilitas intelligitur, tam necessaria est, ut sine ea non fiat in adultis remissio peccatorum, per ipsam enim uenitur ac baptismũ, & ipsa est singulare refugium peccatoribus post baptismum. Vnde & non immeritò baptismus uocatur, dicente domino in euangelio de Io. quia uenit in uniuersam regionem Galilææ prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et nota quatuor genera esse aquæ benedictæ, de qua in quarta parte dicetur, sub ti. de aquę
14 benedictæ aspersione. ¶ His † omnibus permistis Pontifex quatuor Cruces cum aqua ipsa, in quatuor cornibus altaris, & unam in medio facit. Quatuor cruces repræsentãt quadruplicem charitatẽ, quam hi, qui ad altare accedunt, habere debent, scilicet ut diligant Deum, seipsos, amicos, & inimicos. De quibus quatuor cornibus charitatis dicitur Gen. xxvij. Dilataberis ad Orientem, & Occidentem, Septentrionem, & Meridiem. & ideo quatuor cruces in quatuor cornibus fiunt, ad designãdum, ꝙ Christus per crucem quatuor mũdi partes saluauit. Secundo sunt, ad designandũ ꝙ quatuor modis crucem domini portare debemus, scilicet in corde, per meditationem, in ore, per confessionem, in corpore, per carnis mortificationem, in facie, per assiduam impressionem. Crux in medio altare, significat passionem, quam Christus in medio terræ subijt, per quam operatus est salutem in medio terræ, id est in Hierusalem. ¶ † Deinde septies altare Pon-
15 tifex circuit. Primò, ad significandũ, quod ipse debet pro omnibus curam impẽdere, & uigilanti habere, quæ per circuitum designatur. Vnde tunc cantatur: Inuenerũt me uigiles, quæ circumibant ciuitatẽ. debet enim solicitè uigilare super greges sibi commissos: nam (ut ait Gilbertus) Ridiculosa res est speculator cætus, præcursor Claudius, Prælatus negligens, Doctor ipsius, & præco mutus. Secundò † septe-
16 nus circuitus circa altare, significat septẽ meditationes quas circa septemplicẽ uirtutem humilitatis Christi habere debemus, & per ipsas circuire frequenter. Prima uirtus est, ꝙ de diuite factus est pauper. Secunda, ꝙ in præsepio positus est. Tertia, ꝙ parentibus subditus. Quarta, ꝙ sub manu serui caput inclinauit. Quinta, quòd discipulum furem, & proditorem sustinuit. Sexta, ꝙ ante iniquum iudicẽ mãsuetus stetit. Septima, ꝙ pro crucifigentibus clementer orauit. ¶ † Tertiò per se-
17 ptem

ptem circuitus, septem uiæ Christi significantur. Prima fuit, de cœlo in uterum. Secunda, de utero in præsepium. Tertia, de præsepio in mundum. Quarta, de mundo in patibulum. Quinta, de patibulo in sepulchrum. Sexta, de sepulchro in lymbũ. Septima, de lymbo in cœlum. Consequen-
18 ter episcopus aspergit altare. ¶ † Quid autem altare in templo significet, Apostolus dicit: Templũ enim Dei, sanctum est, quod estis uos. Si ergo templum Dei sumus, altare habemus. Altare nostrum, est cor nostrum, hoc enim est cor in homine, quod altare in templo. In hoc altari fit sacrificium laudis, & iubilationis, iuxta illud Psalmistæ: Sacrificium Deo Spiritus, &c. In hoc altari fit commemoratio corporis, & sanguinis Christi. Hinc preces ad cœlum ascendunt, quia ad cor respexit Deus. iiij. q. v. si quod. Hoc igitur altare, aqua aspergitur, quando corda hominũ per Euãgelicam prædicationem à peccatis mundãtur. Nam prædicatio, aqua est, iuxta illud: Omnes sitientes uenite ad aquas. Hac igitur aqua, id est prædicatione Euangelica, & sancti Spiritus sanctificatione, & altare cordis, & totus homo mundatur, & sanctificatur. Consecratur etiam altare cordis, per conceptum timoris, ut inuitetur ad bonum, & per effectum amoris, ut confirmetur in melius nam initium sapiẽtiæ,
19 timor domini. ¶ † Septies autem altare aspergitur aqua, ad notandum, quod in baptismo septẽ dona Spiritus sancti tribuuntur. Per hoc etiam figuratur, quod habere debemus memoriam Dominicæ passionis. ¶ Septem nanque aquæ aspersiones, sunt septem sanguinis Christi effusiones. Prima, fuit in circuncisione. Secunda, in oratione, quando sudor eius fuit, sicut guttæ sanguinis. Tertia, in corporis flagellatione. Quarta, in capitis coronatione. Quinta, in manum perforatione. Sexta, in pedum Cruci affictione. Septima in lateris apertione. Quidam uero ter aspergunt, quia in sanctæ Trinitatis nomine baptizatur, uel quia ecclesia à peccatis cogitationis, locutionis, & operis emundatur, unde
20 & tunc, miserere mei dicitur. ¶ † Fiunt insuper huiusmodi aspersiones, & cum aspersorio de hysopo facto, per quam herbam quia humilis est, Christi humilitas cõgruè designatur, quoniam prædictæ sanguinis effusiones factæ fuerũt cum hyssopo humilitatis Christi, & inextinguibilis charitatis, quo aspersa ecclesia catholica mundatur. Hæc etiam herba naturaliter crescit in petra, & humilitas naturæ creuit in Christo petra: Nam iuxta Apostolum: Petra autem, erat Christus. Calidæ etiam naturę est, & Christi humilitas corda frigida ad exercenda opera charitatis accendit. Item eius radices, saxa penetrant, & humilitas duritias abstinendi confringit. Valet ad pectus, & contra tumorem, & hic tumorem superbiæ sanat. Itẽ illa nascitur, & radicatur in terra. Vnde super ea tota fidelium multitudo intelligi possit, præcipuè tamen illi, per hyssopum figurãtur, qui in Christi fide radicati, & fundati, ab eius amore euelli, & separari non possunt. Per quos quid melius, quam episcopos, & presbyteros intelligere possumus, qui quanto maiorem in ecclesia obtinẽt dignitatem, tãto firmius Christi fidei inhærere debẽt? Per hos siquidem aspergitur aqua, per hos & ab his baptizãtur Christi fideles: his datum est perficere baptismatis sacramenta. 21
† Dum uero altare aqua aspergitur, episcopus cantat: Domus mea, domus orationis est, &c. Et iterum, narrabo nomẽ tuum fratribus meis. Et quia sine Deo nullum opus perficitur in consumatione, orat. ut exaudiantur ingredientes ibi beneficia petituri. Consequenter quãdo ecclesia simul & altare consecrantur, tota ecclesia aqua illa aspergitur, prout in præcedenti tit. tactum fuit. quo facto Pontifex ad altare cũ Psal accedit, & residuum aquæ infunditur ad basim altaris, sicut in ueteri testamẽto residuum sanguinis fundebatur in crepidem, quod idem est, quod basis, per quod significatur, quod residuum quod excedit uires humanas, in tanto sacramento, Deo commẽdatur, qui est summus sacerdos, cuius est aliorum sacerdotum supplere defectum. Sepulchrum uero sine foramen, in quo reliquiæ recondi debent, significat urnam auream plenã manna, quæ in arca testimonij posita erat, prout sub ti. de altari dictum est. Siquidem sepulchrum huiusmodi, quod à quibusdam confessio nuncupatur, est cor nostrum, quod quatuor crucibus de chrismate factis consecratur,

quia

Universidad de Deusto Biblioteca

22 quia quatuor sunt uirtutes † in libro sapientiæ descriptæ, scilicet prudentia, fortitudo, temperantia, & iustitia: quibus cor nostrum quasi iungitur, dum ad suscipiēda secretorum cœlestium mysteria per donum sancti spiritus præparatur. Fit autem sepulchrum hoc quandoque ex superiori parte altaris, & quandoque ex latere
23 anteriori. ¶ †Sanè sine sanctorū reliquijs, aut ubi illi haberi non possunt, sine corpore Christi non fit consecratio altaris fixi, de consec. distinct. j. de fabri. & c. placuit. sed uiatici, uel portatilis sic, ea. dist. concedimus. Reliquiæ siquidem sunt exempla utriusque testam. authores passionis martyrum, & uita confessorum, quę nobis sunt ad imitationem relicta. Hæc in capsa recondimus, cum ad imitandum ea in corde retinemus quod si audimus, & intelligimus, & opera non facimus, magis est ad damnationem, quàm ad salutem, quia non auditores legis, iusti sunt apud Deum, sed factores tantum, unde Apostolus dicit: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Solennis uero reliquiarum deportatio fit ad imitationem eius, quod sicut legitur
24 in Exod. xxv. † In arca testamenti erant duo circuli aurei, totum lignum penetrantes. xxxvj. dist. §. ecce. & per eos uectes de lignis Sethin deaurati immittebantur, quibus arca ferebatur. Et prius, quam Pontifex intraret in ecclesiam circumit eam cum reliquijs, ut sint illius ecclesiæ protectores. Legitur quoque 3. Reg. 8. c. quod in templi dedicatione congregati sunt omnes maiores natu Israel, cum principibus tribuum, & duces familiarum ad Regem Salomonem in Hierusalem, ut deferrent arcam fœderis domini, ueneruntq; cuncti senes de Israel. Sacerdotes autem intulerunt arcam fœderis domini in locum suū, & in oraculum templi in sancta sanctorū super alas Cherubin, Siquidem in Cherubin extendebant alas super locum arcæ, & protegebant illam uectes eius. Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ ad eum conuenerat, gradiebatur cum illo ante arcam, In cuius quidem rei testimonium, prælati, magnates, & Apostoli prouinciæ, hodie conueniunt ad dedicationē ecclesiarum & sequuntur processionaliter consecrantem, & reliquiæ per sacerdotes sub papilione seu umbraculo solenniter deportantur. Deinde Pōtifex prius, quàm ecclesiam cum illis ingrediatur, sermonē facit ad populum. Nam & Salomon arca deportata cōuertit faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel, & pro orantitibus in ecclesia orauit, Omnis enim ecclesia Israel stabat, & ait Salomon: Benedictus dominus Deus Israel, &c. prout legitur ibidem. ¶ † Recunduntur autem reliquiæ sanctorum cum tribus granis turis 25
in capsula, quia exempla sanctorum cum fide Trinitatis, id est patris, & filij, & spiritus sancti, debemus in memoria retinere. Nam debemus credere unum Deum, unā fidem, & unum baptisma, quia iustus ex fide uiuit, sine qua, sicut dixit Apostolus, impossibile est placere Deo. Supponitur & aptatur ipsi sepulchro quædam tabula signo Crucis ex chrismate roborata. Siquidem per chrisma intelligitur Spiritus sancti donum, quo tabula, id est charitas superungitur, quia cor nostrum ad obseruanda secreta cœlestia Spiritus sancti gratia roboratur. Tabula ergo hoc signo roborata, reliquijs supponitur, quia per exēpla sanctorum charitas accenditur, quæ operit multitudinem peccatorum, sicut in tabula reliquias operit. unde Apostolus. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hæc autem tabula, siue lapis, continet siue dicitur sigillū sepulchri, sicut ait Alexander Papa III. extra de consc. Ecc. uel alta. c. j. Postea uero lapis, qui mensa altaris dicitur, super altare adaptatur, per quem, perfectionem, & soliditatem notitiæ Dei possumus intelligere, quæ nō propter duritiam, sed propter soliditatem fidei lapidea esse debet. de consec. dist. j. altaria. sicut dominus ait Petro. Tu es Petrus, & super hāc Petram, scilicet hanc fidei firmitatem, ædificabo ecclesiam meā. 50. dist. fidelior. ¶ † Sicut enim mensa cō 26
firmatio, & perfectio altaris est, ita notitia Dei confirmatio, & perfectio est omnium bonorum. Vnde dicitur in sapientia ad Deum: Noscere enim te confirmata iustitia est, & noscere iustitiam tuam, & uirtutem tuam, radix est immortalitatis. Et dominus per Hierem. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & noscere me. ¶ †Vel 27
per

per ipsum lapidem, Christus intelligitur, de quo dicit Apostolus: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu. per lapidem qui dem, Christi humanitas designatur. De quo in Daniele legitur, quòd lapis abscissus est de monte sine manibus, quia Christus de beata Virgine (quæ propter eminentiam uirtutum mons dicitur) sine uirili semine mirabiliter est natus, & factus in montem magnum, totum repleuit orbem terrarum. de quo etiam per Psalmistam dicitur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. quoniam Christus quem ædificantes, id est Iudæi reprobauerunt, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. hic factus est in caput anguli. quia sicut ait Apostol. Exaltauit illum Deus, & dedit illi, &c. uel per lapidem charitas intelligitur, ut præmissum est, qui debet esse magnus, & latus, quoniā latum est mandatum charitatis, quod etiā ad inimicos extenditur, iuxta præceptum domini: Diligite inquit inimicos uestros.
28 Non † ergo unguntur altaria nisi lapidea, quia Christus per altare significatus est lapis excrescens in montem, ut dictum est. Ipse est mons pinguis oleo lætitiæ præ consortibus unctus. Veruntamen in Exo. legitur dominum præcepisse fieri altaria de lignis Sethin quę sunt imputrescibilia, & altare laterum, ligneum est. Salomon quoque fecit altare aureum: prout legitur 3. Regum 8. c. sed illa facta sunt in figura. Et in comitatu prouinciæ in castro sanctę Mariæ de mari est altare terreū, quod ibi fecerunt Maria Magdalena, & Martha, & Maria Iacobi, & Maria Salome. Post hoc asperso altari, & cum aqua baptizato, restat ut oleo, & chrismate lineatur. Episcopus enim super infundit oleū & chrisma, & cantat: Erexit Iacob lapidem in tit. fundēs oleum desuper. Illa enim ecclesia fuit titulus aliarum, quia de Syon exiuit lex,
29 & uerbum domini de Hierusalem. † Faciens primo super illo quinque cruces ex oleo infirmorum, secundum ordinem Romanum: secundum quasdam uero alias ecclesias, de utroque oleo, unam in medio, & quatuor in cornibus, postea modo totidem, & chrismate. Sanè per oleum Spiritus sancti gratia intelligitur, de quo dicit Esa. propheta. Computrescet iugum à facie olei, quia sicut episcopus oleum infundit super altare: ita Christus, qui est summus Pontifex infundit gratiam super altare nostrum, quod est cor nostrum: quia ipse est distributor omnium gratiarum per spiritum sanctum, sicut dicit Apost. Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo sciētiæ, alij fides, alij gratia sanitatum &c. Et sicut per oleum episcopus purificat mensam altaris, ita & spiritus sanctus purificat cor nostrum ab omnibus uitijs, & peccatis. ¶ † Christus quoque oleo fuit unctus, non 30
quidem uisibili, sed inuisibili, id est gratia spiritus sancti. Vnde Dauid: Vnxit te deus Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis, id est plus, quàm omnes sanctos, qui fuerunt participes gratiæ eius, id est Christi, unde unctio expressius conuenit Christo quàm alijs, quia præ omnibus alijs unxit eum Deus ad babēdum plenitudinem bonorum, ideoq; interpretatur unctus. Vnctio quoque ex oleo, misericordiam significat, iuxta illud Euangelij: Vnge oleo caput tuum, & faciem tuam laua. quia sicut oleum in liquoribus, ita misericordia in bonis operibus superior est, quemcunque enim liquorem oleo superinfundas, illud semper desuper natat. De misericordia uero scriptum est: Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius, & misericordia superexaltat iudicium. Hoc igitur oleo liniatur altare cordis nostri, ut semper misericordiæ memores, aspersionis aquæ, & regenerationis, & baptismi affectum nō amittamus. ¶ † Quin 31
que cruces de oleo significāt, quo ? memoriam quinque plagarum Christi, quas pro nobis in cruce sustinuit, semper habere debemus. Ipse nanque quinque plagas sustinuit, scilicet in manibus, in pedibus, & in latere. Designant etiam quinque passiones misericordiæ, quæ nobis sunt necessariæ. ¶ † Necesse enim est, ut homo misereatur 32
Christo, passioni eius compatiendo. unde Iob in persona Christi: Miseremini mei, miseremini mei &c. Oportet etiam, ut homo misereatur proximo, cuius mala uidet, unde Ecclesiastico: Miseratio hominis circa proximum suum, Et sibijpsi. Et hoc tripliciter, scilicet pro commissis, plāgendo illa. Vnde Hier. Nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens:
Quid

Universidad de Deusto Biblioteca

Quid feci? Pro omissis.vnde Esa.Væ mihi, qui tacui,id est quia nõ sum locutus,quasi dicat, quia omisi bonum quod facere potui, & pro bonis minus purè factis. vnde Luc. Cũ bona omnia fecerimus, dicamus q̃ serui inutiles sumus, &c. quasi dicat bona fecimus,non bene,non pure,& ideo inutiliter fecimus, sicut faciés eleemosinam ad uanam gloriam, bonum facit,sed nõ bene,non pure. De hac triplici miseratione dicitur Eccl. Miserere animæ tuæ placens Deo,quia uera cõpassio mẽtis, debet esse, cum exhibitione operis, ideo bis fiunt cruces.Primo de oleo,postmodũ de chrismate,unde Psal.Beatus qui miseretur,& commodat.qui mente miseretur,& commodat opere. Et quoniam non sufficit habere cõpassionem in mente, cum boni operis exhibitione,absque odore bonæ famæ, iuxta illud Euangelij:Sic luceant opera uestra,ut glorificetur Deus, & ideo fiunt cruces de chrismate, quod constat ex balsamo, & oleo. ¶† Balsamum quidem,propter bonũ odorem, significat bonam famam, oleum propter claritatem, nitorem conscientiæ quã habere debemus, iuxta illud Apostoli: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. extra de sac.unct.c.j. Tũc autem balsamum oleo rectè coniungitur, quando bonus odor misericordię additur. ¶† Rursus per quinque cruces de oleo, & chrismate, quinque sensus corporis nostri intelliguntur,qui duplicantur, & in denarium surgunt, quia quandoque in sensibus corporis bene utendo, & nosmetipsos custodimus,& alios exemplo, & doctrina nostra in bono opere confirmamus.vnde ille bonus negotiator gloriabatur,dicẽs: Ecce alia quinque superlucratus sum.Dum autem fiunt ille premissæ inunctiones,cantatur: Vnxit te Deus, Deus tuus.qd̃ de Christo dictum est. ¶Ter ergo altare inũgitur: bis oleo.tertio chrismate,quoniam ecclesia fide,spe,charitate,quæ maior est cæteris,insignitur, & dum chrisma infunditur, cantatur, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.Hic ager est ecclesia,quæ floribus uernat, uirtutibus splendet, operibus fragrat,& ibi sunt rosę martyrum,lilia uirginum,uiolæ confessorum,& uiror insipiẽtium.Post unctionem adoletur incensum, quod deuotionẽ orationis significat. Qui enim habet septem dona Spiritus sancti, assimilatus est Deo, deuotã potest illi offerre orationem,cuius habet similitudinẽ ¶† In quinque locis adoletur,uidelicet in quatuor angulis,& in medio,quia sic quinque sensus corporis exercere debemus, ut fama boni operis nostri usq; ad proximos extendatur. De qua dicit Apostolo.Christi bonus odor sumus in omni loco, extra de sacra unct. c.j. Et in Euangelio:Sic luceat lux uestra, &c. Adhæc incensi frequentatio, est continua Christi sacerdotis, atque Pontificis pro nobis apud Deum patrem interpellatio. ¶†Crucem cum incenso facere,est eius passionem patri ostendere, & ipsum pro nobis interpellare.Incẽsum copiose in medio, & in angulis comburere, est orationes per Hierosolymam,& in uniuersali ecclesia multiplicare. ¶† Consequenter altare, cum ligno crucis cõfirmatur dicendo:Confirma hoc Deus, &c. quæ confirmatio ex chrismate à pontifice, in fronte lapidis facta,significat confirmationem, quæ quotidie fit à Spiritu sancto per charitatem,in altare cordis:ut nulla tribulatio cor nostrum à charitate Dei ualeat separare,unde dicit Apostolo. Quis separabit nos à charitate Christi, tribulatio, an angustia,&c. Et subiungit,gloria patri,& laus trinitati cantetur. ¶†Vltima altaris benedictio, signat illam finalem benedictionem,quando dicetur: Venite benedicti patris mei,&c.Deinde altare linteo cãdido extergitur, ad notandum, q̃ cor nostrum castitate uitæ mundare debemus. Deinde benedicuntur uasa, uestes, & linteamina diuino cultui deputanda.Nam & Moses per quadraginta dies edoctus est à domino facere linteamina, & ornamenta in templo necessaria. ¶†Nempe utensilia benedicere, est opera nostra ad Deum referre.Post hoc altare albis,& mundis pannis uestitur.de quo sub titu.de altari dictũ est. Postremo ornatur ecclesia,& accendũtur luminaria. tunc enim opera iustorum splendessent:tunc fulgebunt iusti,& tãquã scintillæ in Arundineto discurrent.Et inde super altare hoc ordine cõsecrato,Missa celebratur,& sacrificium altissimo offertur. Istud uidelicet, de quo propheta ait: Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus,cor contritum &c. prout dicetur in proœmio quartæ

quartæ partis. Non enim debet fieri consecratio,sine Missa secundum Gelasium Papam.de consec.dist.j.omnes. quia tunc reuelatur sacramentum, quod etiam Angelis ab initio fuit absconditum.Et attende, quoniam in aspersione Basilicæ Pontifex lineis duntaxat, & minoribus utitur indumentis,sed immissa,uestibus ornatur pontificalibus, & pretiosis, recolens,quòd legalis Pontifex in lineis sanctuarium expiabat,& post lotus in pontificalibus holocaustum arietum offerebat. Sed quia in eisdem lineis hircum emittebat, post expiationem, ideo etiam in consecratione fontium,& immersione cathecuminorum, ubi peccata eorum transferuntur, quidam utuntur simplicibus, & lineis indumentis.

SVMMA.

1 *Chrisma confici præcepit Dominus.*
2 *Moses quo chrismate fuerit unctus.*
3 *Vnctionis duæ species.*
4 *Infirmi, & cathecumini, quare, oleo inungantur.*
5 *Vnctio exterior, an sit necessaria ad salutẽ. & nu.11.*
6 *Christianis omnes ante baptismum, bis oleo unguntur. Et uaria unctio,uarium quid notat.& nu.8.*
7 *Christus, unde dictus. unde itidem Christiani.*
9 *Vnctio ad quid fiat in uertice. Et à quo instituta primum. nu.10.*
12 *Arnaldistarum falsa opinio de baptismo.*
13 *Pectus baptizati ungitur, cum inuocatione Trinitatis.*
14 *Presbyteri manus,ab episcopo iniunguntur. & qua forma.*
15 *Episcoporum unctio, unde duxerit initium. Et qualiter ungantur.*
16 *Episcopus, quod testimonium habere debeat.*
17 *Episcopi caput, cur balsamo ungatur. Cur itidem manus.nu.18. Cur pollex. nu.19.*
20 *Reges & Prophetæ,etiam in ueteri testamẽto ungebantur,aliter tamen quàm hodie.*
21 *Regum unctio, & Principum, quid differat ab unctione Pontificum.*
22 *Episcopi die suæ consecrationis equos albos equitant. Et quid idipsum notet.*
23 *Corpora bonorum,dicuntur equi.*
24 *Calicis & patinæ consecratio.*
25 *Vnctio extrema,an sit sacramentum,quidam dissident.Et de eius forma. Et quæ ætas requiratur.*
26 *Cœmeterium,ad quid benedicatur.*
27 *Ornamenta Ecclesiastica, benedicenda sunt.*

De consecrationibus,& vnctionibus. Cap. 8.

Egitur † Dominus præcepisse Mosi, ut conficeret chrisma, quo unguẽto ungeret tabernaculũ in dedicatione, & arcã testamenti,mensamq̃ cum uasis,& quo similiter sacerdotes, & reges inungerentur. de conse.dist.j.§.j.Moses tamen † non legitur fuisse unctus, nisi unctione spirituali, sicut & Christus. Voluit itaque Christus non unctione materiali inungi, ut ex illa consequamur spiritualem,& ideo pia mater ecclesia diuersas exhibet unctiones. De quibus hic aliqua perstringamus dicentes. Primò, quid huiusmodi significent unctiones. Secundò,ex quibus fiant. Tertiò, de unctione baptizandorum. Quartò, de unctione baptizatorum, quæ per episcopum fit in fronte. Quintò, de unctione ordinandorum. Sextò,de unctione consecrandorum episcoporum & principum. Septimò de unctione ecclesiæ,altaris,calicis, & aliorum ministeriorum ecclesiasticorum. Octauò, de extrema unctione. Nonò,de consecratione,& benedictione cœmeterij, uestium, & aliorum ornamentorum ecclesiasticorum. Decimò, de consecratione & benedictione virginũ. ¶ † Circa primum igitur notandum est, quòd duæ sunt species unctionis. extra de sac.unct.cap.j.Exterior,quæ materialis siue corporalis,& uisibilis est.Et interior,q̃ spiritualis & inuisibilis est, exteriori uisibiliter ungitur corpus.De prima Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis ex uobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum ungentes,cũ oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum. De secunda Iacobus Apostolus ait: Et uos unctionem. id est unctio, quam ab eo accepistis, maneat in uobis, ut non necesse habeatis,ut aliquis doceat uos:sed sicut

D unctio

Universidad de Deusto Biblioteca

unctio eius docet nos de omnibus. Vnctio exterior, signum est interioris. Interior uero, non solum est signum, id est, significatum, sed etiam sacramentum, quia si dignè sumitur, uel agit, uel auget, absque dubio, quod designat, puta salutem, iuxta illud: Super illos manus imponent, & bene habebunt. Circa secundum, sciendum q̃ exhibendo exteriorem, & uisibilem unctionẽ, duplex oleum benedicitur. extra de sacr. unct. c.j. uidelicet oleum sanctum, uel cathecuminorum, quo cathecumeni unguntur, & oleum infirmorum, de quo infirmi unguntur. De qua unctione loquitur dicta authoritas Iacobi, infirmatur quis ex uobis, &c. ¶ Qualiter autem fiũt benedictiones utriusque olei, & chrismatis in vij. parte sub quinta feria cœnæ Domini dicetur.

4 ¶ † Sed quæritur quare infirmi & cathecumeni, oleo inunguntur? Respondeo, ut ex uisibilibus inuisibilia facilius capiantur. sicut enim oleum fugando infirmitatem, recreat artus fessorum, & de sui natura lumen præstat, sic credendum est, q̃ unctio olei consecrati, quod est signum fidei, peccata fugando sanitatem animæ confert, & lumẽ ei præstat. Siquidem oleum uisibile in signo, oleum inuisibile in sacramẽto, & oleum spirituale intus est. De oleo infirmorum, authoritatem accepimus ab Apostolis. De oleo cathecuminorum ab Apo-

5 stolicis uiris. ¶ † & licet Deus possit oleũ spirituale sine corporali tribuere, quia tamen Apostoli pro infirmis Apostolici uiri pro cathecuminis hac arte usi sunt, non sine peccato omitti potest, quod eorum authoritas consecrauit, prout sub titu. de altari, dictum est, sicut & antiquitus iusti sine circuncisione placere Deo, sed postquã eis præceptum fuit, ut circuncderentur, hoc omittentes peccato subijciebantur. xxxv. dist. ab exordio. ¶ Tertiò, dicendum est de unctione baptizãdorum. Et quidem in nouo testamento. extra de sac. unct. non solum reges, & sacerdotes unguntur, sicut iam dicetur uerumetiam, quia Christus in sanguine suo, fecit nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, id est, regales sacerdotes, iuxta quod Petrus Apostolus ait, Vos estis genus electum, i. electi ex generibus hominum, regale sacerdotium, i. bene uos regẽ-

6 tes. Omnes Christiani bis † ante baptismum inũguntur, scilicet oleo benedictio. primò in pectore, deinde inter scapulas. & bis post baptismum, s. chrismate sacro primò, in uertice, deinde per episcopũ in frõte, & secundum Aug. ij. di. ecclesiasticarũ. primæ tres unctiones introductæ sunt potius usu. quàm per aliquam scripturam. In pectore quidem in quo est locus cordis, baptizandus ungitur oleo. Primò, ut per spiritus sancti bonum, abijciat errorẽ, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia iustus ex fide uiuit, & corde creditur ad iustitiam. Inter scapulas uero, ut per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & exerceat bonam operationẽ, quia fides siue operibus mortua est, ut per fidei sacramentum sit munditia cogitationum. In pectore, ut per operis exercitium sit fortitudo laborum. In scapulis, quatenus fides per dilectionem secundum Apostolum operetur. Oleũ igitur à corde ad scapulas transfertur quando fides, quæ mẽte concipitur, opere perficitur, quia iuxta hoc fides est facere, quod dicit. In uertice uerò baptizatus chrismate à sacerdote inungitur, ut sit paratus omni poscẽti, de fide reddere rationem, quia per caput, mẽs intelligitur. iuxta quod legitur: Oculi, id est, intellectus sapientis in capite, id est, in mente eius, cuius scilicet mentis superior pars, est ratio, & inferior sensualitas. Vnde bene per uerticem, quæ est superior pars capitis, intelligitur ratio, quę est superior pars mentis. De hoc etiam in vj. parte sub Sabbato sancto, ubi agitur de confirmatione dicetur. Ideo autem ante baptismũ ungitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sacro, quia chrisma solum competit Christiano. Christus † enim, à chris- 7
mate dicitur, uel potius à Christo dicit chrisma, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem. A Christo Christiani dicuntur, tanquam uncti deriuentur ab uncto, scilicet à Christo, ut omnes concurrant in odorem unguẽti illius, scilicet Christi, cuius nomen oleum, est effusum, sed secundum uim nominis Christiani à chrismate dicuntur, secũdum Isid. de hoc dicetur in proœmio secũdæ partis. ¶ Rursus secundum Aug. de consecr. dist. 4. prima unctio † ex oleo, ostendit nos ad au- 8
ditum plenæ fidei præparatos, & ad bonũ

Christi

Christi odorem uocatos, & renuntiandum diabolo esse commonitos. Secũda unctio, in pectore & inter scapulas fit, secundum Rabanum ea. dist. Deinde ut per fidem undique muniamur, & ad bona opera perficienda per Dei gratiam roboremur. Nempe per pectus, fidei uirtus, per scapulas uero, in quibus onus portatur, hominis robur, & operatio rectè intelligitur, iuxta illud xxvj. q. vj. alligãt onera importabilia & imponunt humeris hominum, &c. Vngitur ergo in pectore, & inter scapulas, ut mente, & actu opera diaboli postponat, & ut sit capax ad intelligendum uerbũ Dei: & robustus ad portandum iugum ipsius, & onus legis. Vnctio † uero, quæ fit in uertice, i. in summitate capitis super cerebrum, fit secundum ipsum, ead. dist. postquam. & distin. v. nouissimè. ut cœlestis regni particeps fiat inunctus, & quia baptizati anima capiti, id est, Christo desponsatur, & propterea fit cum chrismate oleo, & balsamo confecto, ut sciamus quod Spiritus sanctus ei datur, qui inuisibiliter operatur, oleum nanque fessa membra fouet, & lumen præstat, ut præmissum est. Balsamus uero redolere facit. Siquidem fessa sunt animæ mẽbra, quando pœnitet se contra Deũ egisse, Spiritus sanctus uenit ad illam, illuminãs eius intelligentiam, & demonstrans ei peccata sibi esse dimissa, uel dimittẽda, & præstans illi bona opera, quæ in alijs bonũ inspirant odorem. quod per fragrantem balsamum designatur. Item, quia sedes superbiæ quæ semper iuxta ipsius nominis consonãtiam, superiora aperit, in uertice esse uidetur: ideo ritè fit ibi hæc unctio sub forma crucis, & sub nomine humilitatis. Hãc

10 unctionem † Siluester Papa fieri instituit per presbyteros propter occasionem mortis. Vnde credibile est, q̃ ante eius tempus utraque unctio, scilicet & uerticis, & frõtis episcopo reseruabatur. Cum enim gremiũ dilataretur ecclesiæ, nec omnibus episcopi ualerent per confirmationem occurrere. ideo ne sine chrismatis unctione perirent, instituit, ut à sacerdotibus in uertice supra cerebrum, ubi est sedes sapientiæ, ungerentur, ad robur & augmentum gratiæ. Vnde si postea decesserint, dicit Richardus in mitrali, quòd pro rata gratiæ augmentum consequentur & gloriæ. Verunta-

men † & sine unctione, credimus solo baptismo saluari, & sine manus impositione, 11
Spiritum sanctum dari cui Deus dare uoluerit, prout in actibus Apostolorum legitur. ¶ † Arnaldistæ tamen perfidi hæretici 12
asserunt, q̃ nunquam per baptismum aquæ, homines Spiritum sanctum accipiũt: nec Samaritani baptizati, illũ receperunt donec manus impositionem acceperunt. Sanè utraque unctio fit, secundum Rabanum, de conse. distin. iiij postea in modum Crucis, ut ab eo tempore diabolus in uase suo pristinæ cognoscens signum suę interemptionis, id est, sanctæ Crucis, qua interemptus est, iã sibi deinceps illud sciat alienum, id est à se alienatum. ¶ † Fit quoque 13
secundum eum ead. dist. deinde. vnctio in pectore cũ inuocatione Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici, in eo resideant, sed in fide sanctæ Triuitatis mens eius confortetur, & suscipiat & habeat intelligentiam mandatorum Dei. Quisquis ergo fidelis bis inungitur prius oleo, postea similiter bis chrismate. Primò, in baptismo, in uertice. Secundo, post baptismum, in fronte, scilicet in confirmatione, quia etiam Spiritus sanctus bis fuit Apostolis datus, ut dicet in vj. parte, sub Sabbato sancto. Quarto loco dicendum esset, de unctione, quæ fit per episcopum in fronte baptizati, sed de hoc dicetur in vj. parte sub Sabbato sancto. ¶ † Quinto loco, cir- 14
ca unctionem ordinandorum, notandum est, quod manus presbyteri ab episcopo inunguntur, ut cognoscat hoc sacramento se per Spiritum sanctum suscipere uirtutem, & gratiam consecrandi. Vnde episcopus ea inungens dicit. Consecrare & sanctificare digneris Domine manus istas per istam unctionem, & nostram benedictionem, ut quæcunque consecrauerint, consecrentur, & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine Domini. xvj. q. j. §. hoc inde. & extra de sac. unct. c. j. Ideoq; uiri deuoti osculantur manus sacerdotum, statim post ordinationem eorum, credentes per hoc orationum illorum & bonorum participes fieri. Et unguntur oleo sacro, q̃ opera misericordiæ pro uiribus ad omnes debeant exercere. Per manus enim opera, per oleum misericordia designatur. Vnde Samaritanus ille appropians uulnera-

Universidad de Deusto Biblioteca

to, uinum superinfundit, & oleum uulneribus eius. Vnguntur etiam oleo, ut humi di sint ad offerēdum Deo hostiam pro peccatis, & largè ad cætera officia pietatis, non aridè & curuè retinendum. j. q. j. sicut urgeri. Vtrumque enim, uidelicet gratia curationis & charitas dilectionis per oleū designatur. Rursus ideo impositio manus cum oleo super caput ordinandi, fit, quia per manus opus, Per digitos, dona Spiritus sancti, & per caput mens intelligitur. Manus ergo imponitur, quia donis Spiritus sancti imbutus, ad opera Christi mitti
15 tur. ¶ † Sextò, circa episcoporum & principum unctionem sciēdum est, q̃ episcoporum unctio à ueteri testamēto sumpsit originem. extra de sac. unc. c. j. Nam Leui. 21. dicitur. Pontifex. super cuius caput fusum est unctionis oleum, & cuius manus sunt in sacerdotio consecratæ. Sanè episcopus ungitur chrismate, quod (sicut præmissum est) conficitur ex oleo & balsamo, & ungit illo tā in corpore, quam in corde, ut interius nitorē conscientiæ quantū ad Deum, qd̃ per oleū exterius habeat odorē famæ quo ad proximū quod p̃ balsamū designatur. De nitore cōscientiæ dicit Apost. Gloria nostra, hæc est testimoniū conscientiæ nostræ. Nā oīs gloria filię regis ab intus, s. procedit. De odore bonæ famæ idem Apostol. ait: Christi bonus odor, i. exēplum, & imitatio sumus in omni loco, & alijs sumus odor uitæ in uitā. 23. q. 3. c. Nabuchodonosor. in prin. quasi diceret, sumus exemplū dilectionis, & bonæ opinionis ducētis in uitā æternam. alijs odor mortis in mortē, i. inuidiæ & malæ opinionis ducentis in
16 mortem æternam. ¶ † Debet enim episcopus in se bonum habere testimoniū, & ab his quæ sunt intus: & ab his quæ sunt foris, ut cortina, id est fidelis, cortinam, id est, in fidelem trahat, scilicet ad fidem, & qui audit, scilicet addiscendo, & credendo, dicat ueni, scilicet prædicando, & de hoc unguēto, caput & manus episcopi consecrantur, per caput enim mens intelligitur. iuxta illud Euangelij: Vnge, id est humilia caput tuum, & faciem tuam, id est conscientiam laua, scilicet lachrymis. Per Manus opera designantur. iuxta illud in Canticis &c. Manus meæ, id est bona opera distillauerunt myrrham, id est dederunt alijs bonum exemplum. ¶ † Caput igitur ungi- 17
tur balsamo charitatis. Primò, ut episcopus diligat Deum, ex toto corde, & ex tota mente, & tota anima sua, & etiam Christi exemplo proximum suum, sicut, id est ad id, quod seipsum. Oleum enim in capite, est charitas in mente, secundum Greg. Secundò, caput ungitur propter authoritatem, & dignitatem, quoniam non solum episcopus, sed etiam Rex consecratur. Tertiò, ut ostendatur illius, scilicet Christi (tanquam eius vicarius) repræsentare personam. de quo dicitur per prophetam: Sicut unguentum in capite &c. Caput enim uiri, est Christus: caput Christi, Deus, qui de se dicit, Spiritus Domini super me, eo quòd unxit me, & Euangelizare pauperibus misit me. Christus enim caput nostrum, unctus est oleo inuisibili, ipse pro uniuersa interpellat ecclesia.: Episcopus
pro sibi commissa. ¶ † Manus uero un- 18
guntur, propter mysterium & officium. manus quidem, quæ opera designant, unguntur oleo, id est chrismate pietatis, & misericordiæ. primo, ut episcopus operetur bonum ad omnes: maximè autem ad domesticos fidei, nemini claudantur, omnibus aperiantur. iuxta illud: Manus aperuit inopi, & brachium extendit ad pauperem. Manus arida, manus auara, manus tenacitate contracta, aperiri non potest. Vnguntur igitur, ut sanentur & aperiantur, & ut indigentibus eleemosynas largiantur. Secundo, ut ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi. Vnde cum eas consecrator inungit, consecrare (inquit) & sanctificare (inquit) domine digneris manus istas &c. ut supra. Tertiò, ut mundæ sint ad offerendum hostias pro peccatis, Et nota, quòd licet manus episcopi inunctę fuerint oleo, cum in presbyterum ordinaretur, iterum chrismate inunguntur cum in episcopum consecratur. extra de sac. unct. cap. vno. Siquidem per manus opera, per oleum Spiritus sancti, uel gratiæ copia, per balsamum, quod oleo admiscetur in chrismate, odor bonæ famæ designatur. Ecclesiast. xxiiij. quasi balsamum non mistum odor meus. Quia ergo in operibus episcoporum & aliorum superiorū, plus, quàm in alijs inferioribus munus Spiritus sancti apparere, & odor famæ

famæ sentiri debent, iuxta illud. ij. ad Corinth. ij. Christi bonus odor, sumus Deo, nā & in cœlesti hierarchia superiores Angeli, inferioribus bonis, & gratia eminent. lxxxviij. distinct. ad hoc. idcirco in eorum consecratione manus aliàs oleo inunctæ, chrismate rationabiliter inunguntur.
19 † Pollex etiam chrismate confirmatur: ut pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem. Nempe in ueteri testamento, non
20 solum ungebatur sacerdos: † uerumetiā Rex & propheta: sicut in libris Regum habetur. Vnde dominus præcepit Heliæ: Vade & reuertere in domum tuam, per desertum in Damascum, cumque perueneris illuc, unges Azel in Regem, super Syriam, & Ieu filium Nausi vnges Regem, super Israel. Heliseum autem, filium Iaphat qui est de Abel, unges prophetam. pro te Samuel quoque unxit Dauid in regem. Sed postquam Iesus Nazarenus, quem unxit Deus Spiritu sancto, sicut in actibus Apostolorum legitur, unctus est oleo præ consortibus suis, qui secūdum Apostolum, est caput ecclesiæ, quæ est corpus ipsius Principis, unctio à capite ad brachium est transflata, ut princeps à tempore Christi nō ungatur in capite, sed in brachio siue in humero, uel in armo, in quibus principatus congruè designatur. iur. iuxta quod legitur: Factus est principatus super humerū eius, &c. Ad quod etiam signandū, Samuel fecit poni armum ante Saul, cui dederat locum in capite mensæ ante eos qui fuerāt inuitati. In capite uero pontificis sacramentalis, est definitio obseruata, quia per sonam capitis, scilicet Christi, qui est caput ecclesiæ in pontificali officio repręsen
21 tat. ¶ Differt † autē inter pontificis, & principis unctionē, quia caput pontificis chrismate consecratur, brachium uero principis oleo delinitur. ut ostendatur, quāta sit differentia inter authoritatem pontificis, & principis potestatē. Et nota, quod sicut in euangelio legitur, quidā paterfamilias uocauit seruos suos, & dedit illis decem mnas. Si quidem uocatio serui, est canonica electio episcopi, quæ fit secundum uocationem domini uocantis Aaron, extra de elec. c. transmissa. Mna datur ei, quando is, qui sibi mnas imposuit dat ei textum euangelij, dicens: Vade, prædica. & ipse cum primo ingreditur ciuitatem suam, portat euāgelium in pectore suo iuxta morem quarundam ecclesiarum, ostendens quasi negotiatori mnam suam. In quibusdam etiam ecclesijs cū archiepiscopus dat illi uirgā, dicit: Vade, prædica. & ille statim benedicit populum, in quo designatur, q̃ Moses cum uirga missus est in Aegyptum. ¶ Rursus † episcopi in die suæ consecrationis, 22
consueuerunt equitate equos, albis pannis coopertos, repręsentantes illud, quod legitur in Apoca. decimonono: Exercitus, qui sunt in cœlo sequuntur illum, in equis albis. Siquidem exercitus, qui sunt in cœlo, sunt boni, & iusti uiri, & prælati, qui quotidie sequuntur pro cœlestibus Deum in omnibus bonis operibus, qui ideo dicuntur esse in cœlo, quia sola cœlestia diligunt & quærunt, Vnde Apostolus: Nostra conuersatio in cœlis est. Hi exercitus, id est boni, & iusti uiri, & prælati, sequuntur Iesum, quando scilicet expugnant in se uitia, per correctionem, & in proximis per admonitionem. Vnde Iacobus. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uitæ suæ liberabit animam suam à morte &c. Isti exercitus sunt in equis albis, & in corporibus castis. ¶ Corpora bonorum † dicūtur equi 23
quia sicut equi diriguntur secundum uolūtatem sessoris, ita iustorum corpora reguntur secundum uolūtatem Christi. Isti equi debēt esse albi, sine albis operti, id est corpora iustorum, & prælatorum, debent esse casta & munda. Si enim casta non fuerint, Christum sequi non poterunt. Et Petrus: Christus passus est pro nobis. vobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, &c. Sed & clerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ ex confessione Constantini Imperatoris. xcvj. dist. Constātinus. equitāt equos decoratos linteaminibus candidissimi coloris. Qua die debeat episcopus consecrari, & quare codex euangelij ponitur super humeros consecrandi, dicetur in secunda parte sub tit. de episcopo. Septimo loco, dicendum est de unctione altaris, calicis, & aliorum ministeriorum ecclesiæ quæ secundum morem dum dedicantur, inungūtur. extra de sac. unc. ca. vno. non solum ex mādato legis diuinæ, sed etiam, quòd Moses tabernaculum, & omnia uasa ministerij sanguine asperſit, & omnia penè in san-

gu ne mundabãtur: verumetiam exemplo beati Siluestri, qui quando consecrabat altare, illud chrismate perungebat. Præcepit enim dominus Mosi, ut faceret oleum unctionis, de quo ungeret tabernaculum testimonij, mensam, arcam testamenti, cãdelabrum, & supellectilia, Exod. 30. & 40. ca. & alia ut præmissum est. Quæ unctiones fiunt in rebus inunctis, & ut maior reuerentia exhibeatur, & maior eis gratia infundatur. De his unctionibus in suis locis dictum est, & dicetur uerum unctionis sacramentum aliud quidem efficit, & figurat tam in nouo, quàm in ueteri testamento, extra de sac.unc. Vnde non iudaizat ecclesia, cum unctionis celebrat sacrm, sicut ali qui antiqui mentiuntur, qui neque scripturas, neque Dei nouere uirtutem. De unctionibus ecclesiæ & altaris, in suis titulis
24 dictum est. † Patina siquidem consecratur, & inungitur administrationem corporis Christi, qui in ara Crucis pro omnium salute immolari elegit. Nam & omnipotens Deus conspersam similaginem in patenis aureis, & argẽteis ad altare suum deferri iussit. Calix quoque consecratur, & inũgitur, ut gratia spiritus sancti perficiatur nouum sepulchrum corporis, & sanguinis Christi, & ipse dignetur illum sua uirtute perfundere qui calicẽ Melchisedech famuli sui perfudit. Octauò, de extrema
25 † unctione, quæ scilicet ex institutione Felicis Papæ Quarti, & ex præcepto Iacobi Apostoli datur laborantibus in extremis, dicendum est. De qua dicũt quidam quòd illa non est ita propriè sacramentum sicut chrismatio, quæ fit in fronte uel alia, quia (sicut asserunt) iterari potest, cum fit oratio super hominem, quod in sacramentis non contingit, de conse.dist.4. ostenditur. & no.de conse.dist.v.c.j. Sanæ hæc unctio, non per solum sacerdotem fieri potest, si plures adesse non possunt. extra de uerb. signi. quæsiuit. per quam quidem uenialia remittuntur, iuxta illud Iacobi: Infirmatur quis ex uobis, ut supra. Fit autem unctio hæc in diuersis partibus corporis siue membris propter causas, quæ ex orationibus, quæ tunc dicuntur, colliguntur, & specialiter in illis, in quibus quinque sensus hominis uigent, ut quicquid per illos infirmus deliquid, per huius unctionis uirtutẽ aboleatur. De quibusdam ordinariè legitur, quòd inungendus debet esse ad minus 18. annorum, & quòd ægrotans, semel dũtaxat debet in anno inungi, licet pluries ægrotet, & quòd nullus inungẽdus est, nisi qui prius compos mentis existens, uerbis aut signis illud postulauerit. xxvj.q.vlt. is qui. & c.seq. extra de senten.excom.c.à nobis. Et q̃ non debent scapulæ inungi, quia in baptismo fuerunt inunctę, & amodo ministerio carent, & quòd confirmatus nõ debet inungi in fronte, sed in temporibus, nec presbyteri manus ungebantur interius, sed exterius puta in ordinatione eius interius inunctæ fuerunt. Et q̃ ab episcopo semel inunctus, non debet propter eius reuerentiam ulterius per presbyterũ inungi: extra de templo ordina. cum in distribuendis. de consecra. dist.ij.c. fi. Et quòd si æger inunctus conualescit, loca inuncta lauentur, & aqua lotionis in ignem proijcitur. Si uero decedat, non lauetur corpus propter recentem unctionẽ. Quòd si æger in extremis laborat, citò ungatur, ne inunctus decedat. v. dist. baptizati. Quidam etiam pœnitentes, & morituri, cilicium induunt, & sternũtur in cinere, ut dicetur in sexta parte sub quarta feria in capite ieiuniorum. ¶ Nono cœmeterium, † quòd eis- 26
dem gaudet priui legijs cum ecclesia, consecratur, & benedicitur. 18 q.4. sicut dominus contumax. & c.seq. extra de conse.eccle. consuluisti. & de imm.eccl. in rubrica. & c.cum ecclesia sicut dominus benedixit per manus seruorum suorum Abraham, Isaac, & Iacob, terram filijs Ebron causa sepulturæ comparatam. Benedicitur autẽ, ut ulterius desinat illic immundorum spirituum habitatio esse, & fidelium corpora ibi usque ad diem iudicij requiescãt in pace, nisi paganorum, uel infidelium, uel ẽt excommunicatorum corpora ibi fuerint inhumata, donec inde fuerint eiecta. de cõsecr. dist. j. ecclesiam. & c.ij. extra de sepul. sac. ¶ Illud † etiam notandum, quòd pal- 27
læ altaris, uestimenta sacerdotalia, & huiusmodi ecclesiastica ornamenta benedicenda sunt. Legimus enim de conse. dist. j. §. j. Mosen ex præcepto domini tabernaculum diuinis precibus sacrasse, cum mensa, & altari, & uasis, & utensibilibus ad diuinum cultum explẽdum. Si ergo Iudæi, qui legis

legis & futurorum umbræ seruiebant, hoc agebant. Heb. viij. & x. cap. quanto magis nos, quibus ueritas per Christum patefacta est, hoc agere debemus, & per episcopos sacratos, & non per coepiscopos. lviij. distin. quanuis. Vnde legitur Exod. penul. Cuncta uasa ministerij, benedixit Moses, & si sacræ uesti petia, uel filum adiungatur, non ideo benedictionem iterari debere, iuris testimonio comprobatur. argu. insti. de re. diui. §. cum ex aliena. & §. qui tamen. extra de consec. eccl. quod in dubijs. Quare autem res huiusmodi, & similes benedicantur, ex earum benedictionibus colligitur euidenter. De uestibus uero sacris, dicetur in proœmio tertiæ partis. Et attende, quia benedictio seu consecratio ecclesiæ, & uestium ornamentorum ecclesiasticorum non fit, eo quòd illę sint gratię susceptiua, cum sint inanimata, sed hoc noscitur introductum, quia sicut & homines, sic & illa per benedictionem, & consecrationem diuino cultui habilitantur, & idonea & maioris reuerentiæ efficiuntur. Personis uero per unctionem, & benedictionem maior gratia infunditur. Quidã autem in ornamẽtorum benedictione manus suspendunt. de quo dicetur in secunda parte sub tit. de diacono. Decimò esset de consecratione uirginum dicendum, sed de hoc in proœmio secundæ partis agetur.

SVMMA.

1 *Sacramentum, quid. quid mysterium. & quid mysterium differat a ministerio, nu. 2.*
3 *Sacramenti diffinitio.*
4 *Sacramenta uaria sunt.*
5 *Sacramenta ordinis, & necessitatis, an et quãdo à laico præstari possint.*
6 *Sacramentum dignitatis, & uoluntatis, quid.*
7 *Matrimonium, est sacramentum uoluntatis tantum. & quo tempore nuptiæ solenniter celebrentur.*
8 *Mulieris complexus, quo tempore sit fugiendus.*
9 *Mulieres cur uelentur in nuptijs.*
10 *Sponsæ anulus datur, & qua significatione.*
11 *Amoris summa uis.*
12 *Matrimonium, triplex quoddam sacramentum continet.*
13 *Digamus, ineptus est ad clericatũ. & quid ita.*
14 *Sponsus & sponsa, benedicuntur primo à parentibus, deinde à sacerdote. nu. 15.*
16 *Sacramentum unum, dignius alio quatuor modis.*
17 *Sacramenta, quibus de cauſis ſint instituta.*

De ecclesiasticis sacramentis. Cap. 9.

1 Circa ecclesiastica † sacramenta notandum est, q̃ secundum Gre. j. o. j. multi. Sacramẽtum est in aliqua celebratione, cum res gesta ita sit, ut aliquid significatæ rei accipiamus, quod sanctè & dignè accipiendum est. Mysterium uero est, quod occultè & inuisibiliter operatur Spiritus sanctus, ita q̃ operando sanctificat, & sanctificãdo
2 benedicit. † Mysterium enim est in sacramentis, ministerium dicitur in ornamẽtis. Sed & secundum Aug. de cons. dist. ij. sacrificium, & c. signum sacramentum est inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Item sacrificium uisibile, inuisibile sacramentum. Itẽ, idem signum, est res pręter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciẽs, in cognitionem uenire. ¶ Dicitur † etiam 3
sacramentum, sacræ rei signum, uel sacrũ secretum. De hoc etiam in quarta parte sub sexta particula canonis dicetur super uerbo, mysterium fidei, & sub tit. de oblatione. ¶ Sanè, quædam † sunt sacramenta 4
necessitatis tantum: quædam dignitatis, & necessitatis, quædã ordinis, & necessitatis; quædã dignitatis, & uoluntatis, quædã uero uoluntatis tm. Sacrm necessitatis tantum, est baptismus, qui in summa necessitate à quocunque (duntamen in forma ecclesiæ) collatus proficit ad salutem. de summa trini. c.j §. pen. xxij. dist. §. uerum. Et dicitur necessitatis, quia sine eo nemo saluari potest, si ex contemptu deseratur. De hoc sacramento in sexta parte sub sabbato sancto dicetur: Sacramentum dignitatis, & necessitatis, est confirmatio dignitatis, quia à solo episcopo confertur. extra de confirma. quanto. de sac. unct. c j necessitatis. quia ex contemptu illud dimittens non saluatur: ut in prædicto cap. quanto. de hoc etiam sub dicto sabbato dicetur.

Sacramenta uero ordinis, & necessitatis, sunt pœnitétia eucharistia, & extrema unctio. ordinis, quia tantum à rite ornatis se
5 cundum claues ecclesiæ dari debent: † nisi in necessitate, in qua quis potest etiam laico confiteri. Necessitatis, quoniam ex contemptu illa dimittens saluari non potest. De pœnitentia, vide in sexta parte, sub tit. de quinta feria cœnæ Domini. ut diximus in repertorio nostro sub titu. de pœ. & re. De eucharistia in quarta parte sub canone dicetur. De extrema unctione, in præcedé
6 ti tit. dictum est. ¶ Sacramentum † vero dignitatis, & uoluntatis, est ordo dignitatis quia à solis episcopis cõfertur, uel quia non nisi dignus, & digne ad illud assumendus est, extra de sum. tri. c. j. in fine. Voluntatis, quia sine illo quis saluari potest, extra de episc. qui re. epis. c. j. & j. q. j. §. sed notandum. & §. ecce cum. De hoc dicetur in proœmio secundæ partis. ¶ Sacramétum
7 uoluntatis † tantum, est matrimonium, & dicitur uoluntatis, quia sine illo quis saluari potest. Non enim expedit homini ad regna cœlorum tendere uolenti nubere. xxiij. q. iiij. tunc saluabitur. ¶ Circa quod notandum est, quòd secundum canones. xxiij. q. iiij. non oportet. extra de ferijs. capellanus. solennitas nuptiarum facienda nõ est à septuagesima, quod est tempus tristitiæ, usq; in octauam Paschæ, nec tribus hebdomadis ante festum sancti Ioannis. Sed secundum consuetudinem ecclesiæ generalis matrimonium publicè cõtrahitur in ecclesia à chrastinadominicæ in albis, uidelicet, ab octaua die Paschæ usque ad primum diem rogationũ. Et in prima die rogationum, in mane clauditur hæc solennitas: & durat usque prohibitio ad octauã diem post Pentecostem inclusiue. & sic loquitur Clemens Papa, in sua epistola decretali, extra de fer. capellanus. A prima quoque dominica aduentus, usque ad Epiphaniam non debent nuptiæ celebrari, ut in prædicto c. non oportet. 23. q. 4. nec etiã fierent usque ad octauam Epiphaniæ, nisi quia dominus nuptias cum sui præsentiæ, cum etiam miraculo decorauit. Vnde tunc cantatur: Hodie cœlesti sponso iuncta est ecclesia. Quidam tamen dicunt sanctius esse, q̃ hæc prohibitio, usque ad octauam ipsius festi extendatur, sicut & officium cõuersionis aquæ in uinum, fit in nuptijs. In præmissis ergo tẽporibus matrimonia non contrahuntur, quoniam ipsa tempora sunt
8 orationi deputata. † Et ideo debet tunc homo à lectu uxoris sequestrari. Generaliter enim tẽpore quo abstinetur à nuptijs, abstinendum est etiam à coniugali ample xu. 33. q. 4. per totum. nisi fortè ob fragilitatẽ humanitatis, uir ab uxore poscat coniugale debitum, uel econuerso, quoniam poscenti soluẽdum est, quia secundũ Apostolum, uir nõ habet potestatem corporis sui, sed mulier, & econuerso, extra de conuer. coniu. quoddam. Licet autem solennitas nuptiarum præmissis temporibus interdicta sit, quocunque tamẽ tempore matrimonium legitimè per uerba de præsenti cõtractum est, tenet. Quòd uerò statutum fuit in canon. xxxiij. q. iiij. non oportet. q̃ tribus septimanis præcedentibus festũ beati Ioannis Baptistæ nuptiæ non celebrarẽ
9 tur, ideo factum fuit, ut liberius orationi uacetur. Instituerat. n. ecclesia prius duas quadragesimas, præter maiorem, unam ante Natale Domini, quæ communiter uocatur sancti Martini, & durabat usque ad natale. Aliam scilicet quadraginta dierũ ante festum beati Ioãnis Baptistæ, in quibus uacandum erat orationibus, eleemosinis, & ieiunijs. Sed propter hominum fragilitatem, illæ duæ ad unam sunt redactæ, & iterum illa diuisa est in tres hebdomadas aduentus, & tres ante natiuitatem sancti Ioãnis, in quibus est ieiunandum, & à nuptijs est abstinendum. ¶ Porrò † secundum beatum Isidorum, eadem quæstione, fœminæ dum maritantur, ideo uelantur, ut nouerint se semper uiris suis subditas esse. Et quia Rebecca uidens Isaac, se uela Gene.
uit. ¶ Item ideo nubentes, post benedictio 24
nem, uita uno inuicem uinculo copulantur, ne compagem, id est fidem unitatis cõiugalis disrumpant. Eadem uero uita candida purpureoq; colore permiscetur, quia candor, est munditia uitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo, & continentia, & lex continendi ab utriusque ad tempus admoneatur, post hoc ad reddendum debitum non negetur.
¶ † Item, quòd in primis anulus à sponso 10
sponsæ datur sit nimicum propter mutuæ dilectionis signum: uel propter id magis, ut

ut pignore, id est, signo eorũ corda iungantur. Vnde & in quarto digito, ideo anulus inseritur, quia in eo uena quædam (vt fertur) sanguinis ad cor vsque perueniat. Itẽ Protheus quidam sapiens primum ob amoris signum ferreum anulum fecit, & inibi adamantem inclusit, & inde subarrare spõ
11 sas instituit, quia sicut ferrum † omnia domat, sic amor omnia uincit, quoniam nihil amoris furore uehementius, in authen. de nup. Et sicut adamas est infrangibilis, sic
Cãs. 8 & amor est insuperabilis. Fortis est enim, ut mors dilectio. Ideoq; in digito anulari, in quem uena procedit à corde, illum portare instituit. Postmodum uero proferreis, sunt aurei constituti, & pro adamante gemmis ornati, quia sicut aurum cætera metalla, sic amor uniuersa bona præcellit. Et sicut aurũ gemma decoratur, sic coniugalis amor cæteris uirtutibus adornatur. Nuptiæ autem secundum Amb. ea. q. nec illud, dictæ sunt à nubendo. Ille enim quæ nubunt, caput propter uerecundiam
Gen. obnubere, non loqui solẽt. Vnde & Rebec
24 ca, uiso Isaac, cui despõsari debebat, caput obnubere cœpit, xxxij. q. ij. honorat. in fi. Verecundia nanque debet præcedere nuptias, quo ipsum coniugium plus uerecundia commẽdet, & magis expetita debet uideri à uiro, quàm ipsa uirũ expetijsse. Sed secundum Hie. e. q. connubia. Connubia legitima, peccato carent, non tamen tempore illo, quo actus coniugales geruntur, præsentia Spiritus sancti datur etiam, si pro
12 pheta esse uideatur, qui officio generationis obsequitur. ¶ † Notandum etiam est, quòd triplex spirituale sacramentũ in carnali mattimonio consumato designatur. Primum sacramentum, est unio spiritualis animæ ad Deum, & per fidem, dilectionẽ, & charitatem, siue unio uoluntatis, scilicet charitas, quæ consistit in spiritu inter Deum, & iustam animam. extra debiga. de bitũ. vnde Apostolus: Qui adhæret Deo,
1. Cor. unus spiritus est cum illo. Hoc sacramen-
5. q. tum significatur per coniunctionem animorum, habitum in prima desponsatione carnalis matrimonij. ¶ Secundũ, est unio humanæ naturæ ad Deum, quę facta est in vtero virginali, per incarnationem verbi Dei, siue naturæ conformitas, quæ consistit in carne inter Christum & sanctam ecclesiam, de consec. dist. ij. in Christo patre. Ad quod pertinet illud: Verbum caro fa-
Ioã. 1. ctum est, &c. Hoc sacramẽtum designatur in matrimonio carnali, per cõiunctionem corporum consummato, non quòd ipsa cõiunctio, in qua spiritus sanctus non adest, illud designet, sed per ipsum actum cõsummatum significatur. ¶ Tertium sacramentum, est ecclesiæ unitas, ex omnibus gentibus collecta, & uni uiro, scilicet Christo subiecta. xxvj. dist. acutius. Hoc sacramentum significatur in eo, qui unicam tãtum, & uirginem habuit uxorem, facto postmodum clerico, & ordinato. ¶ Vbi † uero 13
quis ad digamiam siue ad secũdum matrimonium transit, iam ab unitate recedit, quia carnem suam in plures diuidit, & sic huius tertij sacramenti significatio in eo non cadit, quare promoueri non potest, nam promotus unitatem significare nõ potest. Præterea, per secundum matrimoniũ recedit à prioris coniunctione matrimonij, ecclesia uero, ex quo se Christo coniũxit, nunquã ab eo discessit, nec ab ea Christus. Digamus ergo talem unitatem significare non potest. Vnde merito propter huius sacramenti defectum, promoueri non potest, extra de se. nu. c. j. & c. uir. & xxxj. q. j. de his. ¶ Illud etiam † nota, q̃ sicut sta- 14
tutum est. in Concilio Cartha. xxv. distin. sponsus. & xxiij. distin. sponsa. Sponsus & sponsa benedicendi à parentibus, uel à paranymphis, offerantur ecclesiæ sacerdoti. Accepta autem benedictione eadẽ nocte pro reuerentia benedictionis in uirginitate permaneant. Cæterum † nuptiæ bene 15
dicendæ sunt à sacerdote, cum precibus, & oblationibus ex institutione Euaristi Papę xxx. q. v. c. j. Veruntamen uir & mulier ad digamiam transiens, matrimonium cõtrahendo, non debet à presbyteris benedici. ext. de se. nu. c. j. & c. vij. xxj. q. j. de his qui. quia cũ alia uice benedicti sint, eorũ bñdictio iterari non debet. Non ergo debent nuptiæ benedici: nisi ubi virgo cum virgine contrahit, propter rationem, quæ ponitur in proœmio secundæ partis, imo presbyter qui benedictionem cum secũda uxore celebrauerit, officio & beneficio suspensus, est ad sedem apostolicam mittendus, quod quidem ad exhortationem continentiæ noscitur introductum, secundum quorundam

Universidad de Deusto Biblioteca

rundam locorum consuetudinem, si quis contrahat cum secunda virgine, benedictio iteratur, & hoc si dominus Papa sciat, & tolerat, alioquin non ualet. Dicũt etiã quidam, q̃ si aliqui virgines contrahentes non fuerint benedicti, facti digami iterum contrahendo poterunt benedici, sed & si contrahentes fuerint benedicti, licet se nõ cognouerint carnaliter, non ideo iterum contrahentes benedicentur. De benedictione uirginum, dicetur in proœmio se-
16 cundæ partis. ¶ †Notandum autem est, q̃ unum sacramentum dignius est alio, quatuor modis, scilicet, Ratione efficaciæ, ut baptismus. Ratione sanctitatis, ut eucharistia, de consec. dist. ij. nihil ratione significationis, ut coniugium. Quidam tamen nõ approbant istum modum. Et ratione conferentis, ut confirmatio, & ordo. ¶ Sed
17 † quæritur, quare instituta sunt sacramenta, quia sine illis potuisset Deus humano generi vitam ęternam & gratiam donasse. Respõdeo propter tria. ¶ Primò, propter humiliationem, ut dum homo ex Dei præcepto se rebus insensibilibus, & se inferioribus reuerenter subijcit, ex hac obedientia magis apud Deum mereatur. ¶ Secundò, propter eruditionem, ut per id, quod foris in specie uisibili cernitur, ad inuisibilem uirtutem, quæ interius est agnoscenda, mens erudiatur. ¶ Tertiò propter exercitationem, quia cum homo otiosus esse non debeat, præponitur ei utilis, & salubris exercitatio in sacramentis, qua uanã, & noxiam declinet occupationem: Iuxta illud: Semper aliquid boni operis facito, ut diabolus inueniat te occupatũ. de consecr. dist. v. nunquam, Non ergo debent omitti, prout in præcedenti tit. dictum est.

LIBER SECVNDVS.

SVMMA.

1 *Sectæ hominum, tres in summa.*
2 *Gentilium secta.*
3 *Vates quis dicatur.*
4 *Hebræorum secta.*
5 *Christianorum nomen, ubi primum inuentũ.*
6 *Christi nomina, & eorundem interpretatio, & nume. 8.*
7 *Christi nomina, quædam dicuntur de ipso relatiuè, quædam non.*
9 *Deus, uerb. attribuitur trinitati, æqualiter.*
10 *Iesus, unde dictus Nazarenus.*
11 *Clericales, qui dicantur. & unde & nu. 16.*
12 *Monachorum quatuor genera.*
13 *Religio unde nomen sortita.*
14 *Ecclesiasticarum personarum duo genera. & unde ortum habuerint. nu. 15.*
16 *Episcopalis ordo, quadripartitum est.*
17 *Papa, est caput Ecclesiæ: Cardinales, cardines.*
18 *Patriarcha, quis dicatur.*
19 *Archiepiscopus, quis, & unde dictus.*
20 *Metropolitanus, unde nomen sortitur.*
21 *Prælatus quisquam non potest se uniuersalem appellare.*
22 *Episcopatuum, & graduum diuersitas, unde fluxerit.*
23 *Flamines, qui, & unde dicti.*
24 *Episcopos & præpositos Dominus elegit, quis autem diaconos.*
25 *Presbyterorum institutio, unde primum.*
26 *Corona clericorum, cur instituta. Item, unde originem duxerit. nu. 31.*
27 *Clerici cur patentibus auribus incedant.*
28 *Coronæ clericorum forma.*
29 *Figura circularis dignitas, & eminentia.*
30 *Clerici, sunt sacerdotes, & reges.*
32 *Pili unde manent, & quo consilio rescindantur, maximè uiris ecclesiasticis.*
33 *Clerici ad quid instituuntur. Et quare in quatuor temporibus. nu. 34.*
35 *Clerici cur maximè ordinentur diebus Sabbatorum.*
36 *Dominica die celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum.*
37 *Subdiaconos facere die dominica, an liceat.*
38 *Ieiunium sequens, an possit transferri in præcedentem hebdomadem.*
39 *Virginum consecratio, quo tẽpore fiat. Et quo loco, quove apparatu, ac ordine. nu. 40. 43.*
41 *Episcopus consecrandas uirgines ter compellat eodem uerbo.*
42 *Virgines consecrandæ deponunt uestes uetores, & induunt nouas. Et qua id significatione.*
44 *Virginibus cur uelum imponatur.*
45 *Velum, est quintuplex.*
46 *Viduam quid prohibeat uelari ab episcopo.*
47 *Sacerdos non debet interesse secundo nubentibus.*
48 *Diaconissarum institutio antiquissima.*

Pon-

49 *Pontifex Roman. quot ordines clericorũ possit adhibere in celebratione.*
50 *Ordines ecclesiastici, quot.*
51 *Ordinum quidam sacri, quidam non. Et utrorumque enumeratio.*
52 *Spiritus sancti septem dona, correspondent septem ecclesiæ ordinibus.*
53 *Ordines Ecclesiastici spiritualiter, & specialiter in Ecclesia designantur.*

ARGVMENTVM.

De Ministris, & Ordinibus Ecclesiasticis, & de eorum officijs.
Caput 1.

1 IN hac secũda parte de ministris, & ordinibus ecclesiasticis: eorumq; officijs tractare præuidimus, præmittentes † q̃ tres sunt sectæ famosę, uidelicet, Gentilium, Hebræorum, & Christianorum. Prima, est erroris. Secunda, ueritatis. Tertia, ueritatis, & salutis. In prima naufragamur. In secunda, à periculo eripimur. In tertia, saluamur. Prima secta, dicitur à secãdo, quia secat. id est, separat nos à Deo. Secunda, & tertia à sectando, & tenendo, quoniam illuminant, saluant, & liberant. Christianorum personæ tam seculares, quàm ecclesiasticæ, de alijs duabus sectis sumptæ sunt, Hebræa uidelicet, & Gentili. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarum, scilicet laicales, & ecclesiasti-
2 cæ xij. quæstione j. duo. sic & apud Gentiles & Hebræos. ¶ Apud † Gentiles quidẽ, seculares personæ erant hæ: nempe monarcha, scilicet Imperator Romanus, patritij, qui & senatores dicebantur, ad quorum arbitrium uniuersa ordinabãtur, Reges, Duces, Comites, Præsides, Præfecti, Suffecti, Tribuni militum, Tribuni plebis, Prætores, Cẽturiones, Decuriones, Quaterniones, Duumuiri, Questores, Aediles, & Aulæ Ianitores. Inter poetas uero erant aduocati, carminum relatores, carminũ scriptores, comœdi, tragœdi, & historiographi. ¶ † Vates autem, qui à uimentis dictus est, modo sacerdotem, modo prophetam, modo poetam significat, secundum
3 Isidorum in ritu templorum erant apud Gentiles, archiflamines, protoflamines, flamines, & sacerdotes, ut iam dicetur. Erant quoque apud eos uirorum, & mulierum religiosi conuentus. ¶ Apud † Hebræos 4
quoque eadem erat diuersitas personarũ, aliæ nanque erant seculares, aliæ diuino cultui, uidelicet in templo, dedicatæ. In templo erant summus sacerdos, ut Melchisedech: minores sacerdotes, leuitæ, nathinæi, luminum extinctores, exorcistæ, ianitores, & æditij seu cantores. Super populum uero legendum, erat dux populi Moses, & sub eo, quos ipse constituerat ad consilium Ietro soceri sui, erant etiam Chiliarchæ, & Acontarchæ, Pentacontarchæ, & Decacõtarchæ, id est mil lenarij, centenarij, quinquagenarij, & decani. χιλιὰς enim interpretatur mille, & ἄρχων, princeps, inde, χιλιάρχος. qui præest mille hominibus, inde, & Aconthar-
cha, qui super centum potestatem habebat, Pẽtacõtarcha dicitur, qui præest quinquaginta, Πέντε, enim quinque sonat. Decanus, qui decem. Δεκα, enim decem sonat. Apud Christianos quoq; similis diuersitas reperitur. ¶ Et nota, quòd Christiani à Christo dicti sunt. Christus uero à chrismate, de quo dictum est in parte prima sub tit. de consecra. ¶ † Nomen Chri- 5
stianorum primum in Antiochia inuẽtum est. Antea enim omnes uocabantur discipuli, uel fratres, donec Apostoli in Antio- *Act. 2*
chia concilium fecerunt. 2. q. 3. ad mẽsam. Et dicuntur Christiani orthodoxi, id est, rectè gloriantes, & ut credunt uiuentes. Nam ὀρθῶς Græce, dicitur rectè Latinè, & *Ps. 44*
2 δόξα gloria. Dicitur ergo Christus à chris- *Cãt. 1*
mate, quasi unctus. Ipse autem unctus est *Psal.*
æternaliter à Deo præ cõsortibus suis. pro *104*
ut legitur in Actibus Apostolorum, & hoc nomẽ est oleo effusum. Hinc ẽ, q̃ in ueteri testamento sacerdotes, & reges, Christi nũcupabantur, quia uncti erant unctione tẽporali: Iuxta illud. Nolite tangere Chri- 6
stos meos. Hoc † autem nomen, Christus non est proximum nomen Saluatoris, sed est communis nuncupatio potestatis. Est enim commune nomẽ dignitatis. Sed hoc nomen Iesus: proprium est uocabulũ personæ Saluatoris, quo ab Angelo Gabriele in conceptione uocatus est, euangelista testante:

Universidad de Deusto Biblioteca

testante: Vocabis (inquit) nomen eius Iesum, & ab hominibus in circuncisione.
Luc. 1 ¶ Et nota, q̃ Iesus, Hebraicè dicitur Messias: Græcè Christus: uel σωτὴρ, uel σωφὴρ
Math. 2 Latinè unctus, ut præmissum est, uel Saluator, eo q̃ ipse saluum faciet populum suũ
Math. 9 à peccatis eorum. Potestatem enim habet dimittendi peccata, sicut ipse dicit, uel Saluatoris, quia ipse nobis salutem dedit, Si enim præcepta eius seruauerimus, uitã æternam possidebimus. Hoc autem nomen Iesus, Porphyrius philosophus Græca, & Latina lingua petitus, scribebat Latinè Iesus, Græcè uerò per h, quam Græci pro i longa, sonant, Vnde & quidam proferunt gysus: Latini uerò per e longam. Rectius ergo uidetur sic esse pingendum, Yhs, per Græcam abbreuiationẽ quàm Hiesus per Latinam aspirationem. Sed & hoc nomen Christus, cùm sit Græcum, Græca scribitur abbreuiatione sic, Xps. Nam Græci ponunt x, pro chi. p. verò pro r. & c. pro, s. Si autem scribitur per, s, à Latina terminatione finitur. ergo sílõgo schemate scribitur, sic per aspirationem pingatur, Christus. ¶ Circa
7 † nomina autem Christi notandum est, q̃ quædam ex ipsis dicuntur de Christo relatiuè, seu quasi relatiuè, ut pastor sponsus, & mediator, quædam non relatiuè ut homo: quædam translatiuè, ut agnus, ouis, uitulus, serpẽs, aries, leo, uermis, & quædam cum sint institutione relatiua, sunt & prærogatiua priuilegij appropriata, ut Christus. Iesus autem, est propriè proprium nomen eius, ut præmissum est. Vocatur etiam
Apoc. 1 Christus, α & ω, id est principium, & finis,
Esa. 7 & Hebraicè Emanuel, quod est nobiscum
Mat. 1 Deus, interpretatum. Nobiscum enim, est per præsentiam maiestatis, per participationem ueritatis, & per uinculum charitatis, & per adimpletionem ueritatis. ¶ Voca
Ioã. 3 tur præterea, uia, ueritas, & uita. ¶ Via in
8 exemplo, uel præcepto. ¶ † Veritas, in promissione. Vita, in præmio. Sabaoth uerò, id est Deus exercituum. Adonay, quod est Domine, Αθανατος, id est, immortalis. Κυριος, id est dominus, Θεὸς, id est, Deus Παναγατος, id est, optimus. pater disponens, uel perfectus, Ομὸσιος, id est, unius essentiæ, nomina sunt Dei, non tantum personæ Christi, de consecratio. distinctio. ij. ego.
Esa. 9 Vocatur præterea Christus, secundum Esaiam, admirabilis, consiliarius. Deus fortis. Pater futuri seculi: Princeps pacis. Admirabilis in incarnatione. Consiliarius in integra rerũ cognitione: Deus in rerũ creatione. Fortis in rerum dispositione. Pater futuri seculi, in meritorum retributione. Princeps pacis dicitur, uel quia fuit mediator Dei & hominum, uel etiam hominum, & angelorum, uel quia confert illis pacem, quæ exuperat omnẽ sensum, cuius pacis non erit finis. ¶ Vocatur etiam Chri Phi. 4
stus ineffabili nomine τετραγραμματον, id est, quatuor literarum, quæ sunt ioth, he, uau, het, quæ sunt apud nos. prima quæstione quinta, he, est ergo nomẽ leue, quod dicitur ineffabile, non quia non ualeat fari, sed quia non est Deus hoc nomine, nisi in arduis inuocandus, uel quia eius sentia sufficienter nequeat explicari. Cuius interpretatio est talis: ioth principiũ, he, iste, vau, passionis, beth, uitæ quasi iste est principium uitæ passionis. Genitiuus, more Græcorum ponitur pro ablatiuo passionis, pro passione, id est, per passionẽ. Quomodo autem uita nostra ab ipsius morte dependeat, non possumus intueri. De hoc dicetur in tertia parte sub tit. de indumentis legalibus. ¶ Hoc † autẽ nomen Deus 9
appropriatur patri & filio, & spiritui sancto, prout in symbolo Athanasij legitur. Quanuis etiam quandoque ad alias personas extendatur iuxta illud: Dijs nõ detrahes. extra de hęr. cum ex iuncto. ij. q. j. ex
Exo. 2 sacerdotibus. Et alibi: Applica illud ad
1. Cor. 8 Deos. Et Apostolus: Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, nobis
1. Cor. 4. tantum unus Deus pater, ex quo omnia. & idem: Si nostrum euangelium est opertum in his, qui pereunt, est opertum in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium. ¶ † Rursus: Iesus dictus est Naza 10
renus, à quodam uico Galilææ: Deus dictus est propter unicam cum patre substantiam. Dominus uero dicitur propter seruiẽtem creaturam. Deus & homo dicitur, quia uerbum & caro. Verbũ dicitur, quia pater per eum omnia condidit, siue iussit. Imago dicitur propter parem similitudinem patris. ¶ Siquidem apud Christianos seculares personæ, laici dicuntur. λαος enim Græcè, dicitur populus, Latinè. ¶ Cle
ricales † sunt qui in ecclesia deseruiunt, 11
uel

uel ipsam regunt: à κλῆρος, quod est sors, prout iam dicetur. Hi autem subdiuiduntur in monachos, id est in singulariter de gentes. xvj. q. j. si cupis. Nam, μονος Græcè, dicitur singularis Latinè: & alios religio-
12 sos. Sunt † autem quatuor genera monachorum. Alij sunt cœnobitæ: qui uidelicet in communi monasterij regula & uita obedientię maiorũ deseruiunt. Alij sunt anachoritæ, qui uidelicet ædificant solitudines, & quamuis in cõmuni uita positi, priuatæ tamen contemplationi uacant. alij sunt eremitæ, qui uidelicet solitariè in desertis degunt. Alij sunt gyrouagi, id est uagabundi, & circuncelliones. 23. q. 5. c. 1.
13 ¶ † Religio uero dicta est, quia per eã uni Deo religamur ad diuinum cultum uinculo seruiendi: & in clericos seculares, qui usurpato nomine seculares dicunt: extra de offi. or. licet ad differentiam regulariũ, qui proprio carent, quod nõ contingit in istis. Nam & secundum Aug. ij. q. j. legi. Bonus non monachus, uix bonum clericum facit. ¶ Sed ecclesiasticarum personarum
14 duo sunt genera. ¶ † Nam aliud est dignitatis. Aliud ordinis. Dignitatis, ut Papa, patriarcha, primas, archiepiscopus, siue metropolitanus, quod idem est. episcopus archidiaconus, & archipresbyter, & prępositus. Quamuis omnes, qui præsunt, præpositi generaliter ritè uocentur. extra de uerbor. signi. quamuis. ¶ In choro uero personæ sunt decanus, subdecanus, cantor siue præcentor, succentor, thesaurarius, siue sacrista, archiacola, & huiusmodi. ¶ Dignitates aũt ut & ordines à lege originẽ, & exẽplum traxerunt, Iuxta illud: Cõstitues eos principes super oẽm terram. quãquàm quidam dicant dignitates à gentilitate sumpsisse initium. Ordinis autẽ personæ sunt, sacerdos, diaconus, & cæteri, quos inferius
15 prosequimur. ¶ † Qualiter à ueteri ritu tãgentilium, quàm Hebræorum ad cultum præsentis ecclesiæ translatio personarum facta sit, & qualiter ab illis personæ dignitatum in ecclesia originem habuerint, breuiter uideamus. Et quidem dominus Pa-
Ps. 44 pa, qui pater uel custos patrum est, uicem gerit summi Pontificis. ¶ Romanus Imperator monarchæ similitudinem gerit.
¶ Senatoria, & patritiorum dignitas, manet in ecclesia in quatuor patriarchis, & in ecclesia Romana in Cardinalibus. 86. d. Constantinus. ¶ Primates, qui tribus archiepiscopis præesse habent, regem exprimunt, qui tribus ducibus præest. ¶ Metropolitani seu archiepiscopi, ducibus cõparantur, qui pluribus comitibus pręsunt, sicut illi pluribus episcopis. Pelagius tamen Papa dicit. 6. q. 3. scitote, q̃ una prouincia habet regem & metropolitanum.
¶ Episcopi comitum similitudinem gerũt.
¶ Coepiscopi, quorum potestas sublata est lxviij. d. quamuis. & cap. coepiscopi præsidum & præfectorum. Præpositi uero, tribunos militum imitantur. ¶ Archipresbyteri tribunos plebis. Cancellarij, Prætores. ¶ Archidiaconi, Centuriones. Decani, Decuriones. ¶ Presbyteri, Curati aduocatos. ¶ Personæ quoque ordinum ab illis originem habuerunt. Nam presbyteri, uices gerunt ædilium. Diaconi, quaternionum. Subdiaconi, Duumuirorum. Exorcistæ quæstores imitantur. Ostiarij, aulæ ianitores Lectores, carminum relatores.
Acolyti, carminum scriptores. ¶ Sanè † epi 16
scopales ordo secundum Isidorum, xxj. d. cleros. quatripartitus est, uidelicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque episcopis. ¶ † Apostolica autem 17
fides sicut ait Anacletus Papa. xxij. d. sacro. caput & cardo est aliarum, quoniam sicut ostium cardine regitur, sic illius authoritate omnes ecclesiæ reguntur: & inde dicti sunt Cardinales, per quos tota ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur. Illius autem prælatus Papa, id est pater patrũ uocatur & uniuersalis, quia uniuersæ ecclesię principatur & Apostolicus, quia principis Apostolorũ uice fungitur, & summus Pontifex, quia caput est omniũ Pontificũ, à quo illi tanquam à capite mẽbra, descendũt, & de cuius plenitudine omnes accipiunt, quos ipse uocat in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. extra de usu pal. c. ad honorem. Hic est Melchisedech, cuius sacerdotium non est cæteris comparatum. ¶ Patriarcha uero, † Græca lingua, summus patrum inter- 18
pretatur, quia primum, id est Apostolicum retinet locum. 21. d. clericos. & ideo quia summo honore fungit, tali nomine censetur, sicut Romanus, Constãtinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymi-

Universidad de Deusto Biblioteca

mitanus. Dicitur etiam Patriarcha, quasi
pater arcæ, id est Ecclesiæ, uel pater pa-
trum, princeps ἀρχὴν, enim Græce, Prin-
ceps interpretatur Latinè. Hic est Moses,
qui Aaron in Pontificem oleo consecra-
19 uit. ¶ † Archiepiscopus, Græco uocabulo
dicitur, eo quod sit summus seu princeps
Episcoporum. Tenet enim uicem Apostolicã: q̃ præsidet tã metropolitanis, quàm
cæteris Episcopis. ¶ † Metropolitani seu
20 metropolitæ, à mensura ciuitatum uocantur, singulis enim prouincijs præeminent:
quorum authoritati & doctrinę cęteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquis Episcopis agere licet. Solicitudo enim totius prouinciæ eis commissa est. Vnde Pelagius Papa ait. v. q. iij. scitote. Scito te certam esse prouinciam, quæ habet decem aut undecim ciuitates & unũ Regẽ: & totidem minores potestates sub se: & unum Metropolitanum, aliosque suffraganeos decem vel vndecim iudices episcopos. Ad quorum iudicium omnes causæ episcoporum & reliquorum sacerdotum ac ciuitatum referantur. Omnes autem superius designati ordines episcoporum & superiorum uno eodemque uocabulo, episcopi nominantur. Sed priuatõ noie quidam utuntur, propter distinctionem potestatis quam singulariter acceperunt. Episcopatus vocabulum, unde dictum sit, sub tit. de episcopo dicetur. Porrò secundum Anacletum papam. xcix. d. prouinciæ. Primates, & patriarchæ diuersorum nominũ, sed eiusdem formæ atque officij sunt. Et ideò quidam Primates usurpãt sibi nomẽ patriarchæ: vt Aquilegien. & Granden. Primatia autem dicta est, à primitiis conuersionis ad fidem. ¶ † In concilio quo-
21 que Affricano, eadem d. j. statutum est, ne primæ sedis episcopus princeps sacerdotũ aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus appelletur. Pelagius etiam Papa statuit ead. d. i. nullus, ut nullus patriarcharum uniuersitatis uocabulo, unquam utatur: nec aliquis in suis epistolis uniuersalẽ nominet illũ, quia si unus patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur & subtrahitur. ¶ Ad hæc summorum Pontificum, præsulum atque reliquorum sacerdotum institutio in ueteri testamento sumpsit exordium: & in nouo est plenius consummata. xvj. d. §. j. Summi nanque atque minores sacerdotes à deo per Mosen instituti sunt, ut perpetuus esset cultus tabernaculi per successores eorum à filijs Israel. Dauid autem ad *Exo.*
ministeria domus dei amplus ianitores in 27.
stituit, & cantatores. Salomon exorcistas inuenit, sicut sub titulo de sacerdote dicetur. Hæc omnia ecclesia in nouo testamento imitata est, ut iam dictum est. Habet enim ianitores, quos ostiarios appellamus: pro cantoribus uerò lectores simul & cantores instituit, exorcistas etiam nomine & officio antiquo manente recepit, pro filijs Aaron. Omnes infra summum pontificem sacerdotium administrantes, consecrati sunt: inter quos quædam † discretio
22 est exorta, ut alij appellentur simpliciter sacerdotes: alij archipresbyteri: alij episcopi: alij archiepiscopi seu metropolitani: alij primates: alij patriarchę: alij summi pontifices vt præmissum est. Quę discretio maximè à Gentilibus, introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines, id est primates appellabant: hi in capite pileum habebant, in quo erat breuis uirga, qua à carnibus sacrificiorũ aues arcebant. Pileum autem ipsum desuper aliquid lanę habebat quod cùm per æstũ ferre non possent, filum tantum in capite ferre cœperunt. Vnde filo, quo † uteban-
23 tur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festiuis diebus filo deposito pro sacerdotij eminentia pileum imponebant. Maiorum quoque & minorum sacerdotũ discretio in nouo testamẽto ab ipso Christo sumpsit exordium, qui Apostolos pro maioribus discipulos pro minoribus sacerdotes instituit. Petrum uero in summum sacerdotem elegit. Apostoli etiam eandem formam secuti in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerunt prout sub tit. de sacerdote dicetur. Leuitas uerò ab Apostolis legimus ordinatos. Vnde Cypria. ait. xciij. d. dominus. Meminisse debent diaconi, quoniam episcopos † & præpositos dominus elegit. Diacones autem post Ascensionem domi
24 ni in cœlum Apostoli sibi constituerunt subdiaconos & acolytos tempore procedente

dente ecclesia sibi constituit. Et sicut canon Clementis Papæ testatur 81. d. in quibus beatus Petrus episcopos, Primates uel Patriarchas in illis ciuitatibus poni præcepit, in quibus olim apud Ethnicos, siue Gentiles erant flamines eorum, atque primæ legis doctores. In quibus uerò olim apud eos erant eorum archiflamines, quos minores reputabant quàm dictos Primates eorum, Archiepiscopos institui præcepit, & in singulis reliquis ciuitatibus sin-
25 gulos episcopos. † Anacletus quoq; Papa ea. d. episcopi. instituit presbyteros per castella & uillas poni, & ordinari. Cæterũ
Leuit. in Leuit. legitur uoce superna ad Mõsen
12 dictum esse: Loquere ad Aaron, domo de semine tuo, per familias qui habuerit maculam non offerat panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius, si cæcus fuerit, si claudus, si paruo, uel grandi, uel torto naso, si fracto pede, si mancus, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, si ponderosus, si lãguidus, quia indignum est dare Deo, quod dedignatur homo. 71. d. hinc & enim. & c. sequẽ. in quo instruimur quales à clericatu sint repellendi. ¶ Dicuntur autem clerici à κλῆρος Græcè, quod
22 est, sors seu hæreditas Latinè, quasi sint de sorte Domini, uel quasi Dñ. eorũ sors sit, iuxta illud Prophetæ: Dominus pars hæreditatis meæ &c. 12. q. 1. clericus. & c. qui ex
Ps. 15 tra de prehen. cum secundum, Ex quo patet, quod nihil extra Deum habere debẽt, sed solum decimas, primitias, & oblationes, quæ sunt hæreditates domini accipiãt sine quasi sint sorte electi. In ueteri nanq; testamento, & apud Gentiles, & clerici, &
Ps. 15 *Act.* 1 sacerdotes sorte & libris eligebantur, & in nouo testamẽto Mathias sorte electus est. Primus autem clericus factus est petrus.
26 Iginius Papa decimus à beato Petro composuit clerũ, & distribuit gradus. ¶ † Circa coronam clericorum, tria attendenda sunt scilicet Capitis abrasio, Capillorum detruncatio. Formę circulatio. Ad capitis abrasionem tria sequuntur, scilicet mundi tiæ cõseruatiõ, deformatio, & denudatio, munditiæ conseruatio, quia ex capillis sordes in capite aggregantur. Deformatio, quia capilli ad ornatum sunt, significat ergo tonsura mundam, & non formabilem uitam, id est q̃ clerici debent habere munditiam mentis interius, & nõ formabilem uitam, id est non exquisitum habitum exterius, secundum Dionysium in ecclesiastica Ierarchia. Rasura quoque & tonsura capillorum, est depositio omnium temporalium. Clerici enim uictu & uestitu contenti, omnia communia habere debent. xij. q. j. clericus, & ea. dilectissimis. Vnde iuxta Apostolum: Comam non nutriant, sed caput desuper in modum sphęræ radant. 23. d. prohibitæ. Denudatio autem ipsa superioris partis capitis, nullũ debere esse medium inter nos & Deum demõstrat, ut reuelata facie gloriam domini libere contẽplemur. ¶ Rursus radimus caput relictis inferius in modum coronæ capillis, quia caput mentem signat, capilli uero seculares cogitationes. Sicut ergo caput mundatur superius à capillis. ita mens nostra dum superiora, id est cœlestia cogitat, à secularibus cogitationibus mundari debet. Sed pars inferior capillos habet, quia non est prohibitum aliquando de secularibus cogitare, sine quibus uita præsens duci non potest. j. q. j. siquis obiecerit. Circa detruncationem capillorum notandum est, quia illa significat, quòd clerici omnes superfluas cogitationes debent à mente abscindere. ¶ † Abtonso igitur capite, & paten 27
tibus auribus, incedere debent, ne capilli crescendo aures operiant, & oculos impediant. 23. dist. non liceat, quoniam prouidendum est, ne seculares cogitationes aures, & mentis oculos impediendo, nos ad secularia trahant. Vnde capillos super aures tondeamus, ut quinque capitis sensus expeditos ad Dei seruitium habeamus. ¶ Bene igitur ad Ezechielem dicitur: Sa- *Ezec.*
cerdotes caput suum non radent, neq; co- 44
mam nutriant, sed tondentes attondeant capita sua. Siquidem ut ait Greg. in pastorali. li. 2. c. 18. Capilli in capite exteriores, sunt cogitationes in mente. Qui dum super cerebrum insensibiliter oriũtur, curas uitæ præsentis exprimunt. Quæ quia ex negligentis sensu importunè aliquando prodeunt, quasi non nobis sentiẽtibus procedunt. Quia ergo sacerdotes qui sunt sacri fidelium duces, solicitudines exteriores habere possunt, nec tamen eis uehemẽter incumbere debent rectè caput radere,

ut

Universidad de Deusto Biblioteca

ut comam prohibentur nutrire,ut cogitationes cordis de uita subditorum, nec à se funditus amputent,nec rursus ad crescendum nimis relaxent. Et bene subditur. Tõdentes adtondeãt capita sua. ut uidelicet curæ temporalis solicitudines, & quarum necesse est, prouideant:tamen rescindantur citius, ne immoderatius excrescant. Dum ergo per administrationem exterio rum,prouidentia corporum:uita protegitur, & rursum per moderatam cordis intẽtionem nõ impeditur,capilli in capite sacerdotis reseruantur,ut cutem cooperiãt, & resecantur,nec oculos claudant. Circa formæ circulationem seu coronam scien-
28 dum est:q; fit propter multa. ¶ † Primò,in signũ quòd Christus rex noster seipsum in ara Crucis oblaturus,spineam coronã portauit. Vnde & nos,qui per eandem passionem saluari desideramus, Dominicæ passionis signum, id est formam spineæ coronæ quam ipse ut spineas peccatorum nostrorum auferret in passione portauit in capite, in uerticibus nostris portamus, ut sicut ille pro nobis, sic & nos pro illo irrisiones, & opprobria paratos esse libenter sufferre monstremus. ¶ Secundò,circulus capillorum, uirtutem æqualitatis undiq; rationi consentientẽ designat:Tunc enim temporales res bene cogitantur,si conue-
29 niant rationi. ¶ † Tertiò circularis figura fit quia hæc figura non habet principium, neque finem. Per quo datur intelligi, q; clerici sunt ministri Dei, qui non habuit principium,neque habebit finẽ. ¶ Quartò, hæc figura nullum habet angulũ,per quod significatur,quòd clerici non debent habere sordem in uita, quoniam ubi angulus, ibi sordes,ut dicit Bernardus. Et q; debẽt habere ueritatem in doctrina,quoniã ueritas angulos non amat. ut dicit Hieron. ¶ Quintò, quia hæc figura,omnium figuratum est pulcherrima. Vnde in hac Deus cœlestes creaturas fecit, per q; significatur, quòd clerici debent habere pulchritudinem interius in mente, & exterius in cõuersatione. ¶ Sextò,quia hæc figura est omnium simplicissima. Nam secundum Aug. nulla figura ex una linea tantum consistit, nisi sola circularis, quæ unica linea clauditur, per quod significatur, quod clerici debent habere simplicitatem columbinã: iuxta illud: Estote simplices, sicut columbæ.vj.q.j. ex merito. ¶ † Septimo corona
30 clericos esse specialiter regnum Dei de- Math.
monstrat. Ipsi nanque secundum Hier.xij. 5
q. j. duo sunt, sunt reges & sacerdotes, id est regales sacerdotes, & sunt reges, id est se & alios in uirtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. ¶ † Sanè rasura capi
31 tis clericorum fit, sicut ait Bæda in histo- 31
ria Anglorum,in memoriam eius, quia cũ beatus Petrus in Antiochia prædicaret, abraserunt summitatem capitis eius in cõtumeliam nominis Christiani, & Dominicæ passionis,quod quidem hodie toti clero in honorem traditur. Fuerunt tamen, qui dicerent q; tonsuræ ecclesiasticæ usus à Nazareis, qui omnia ueteris legis custodiunt,exortus est.2 4.q.3.ver.Nazarei. Hi enim prius crine seruato, denuò post magnæ uitæ continentiam,caput radebant,& capillos in igne sacrificij mittebãt:ut perfectionem deuotionis suo domino consecrarent. Quorum exemplo ab Apostolis introductum est, ut & Nazarei ac sancti Dei crine prætonso innouentur, quamuis olim Christiani à Iudæis quasi in opprobrium Nazarei uocarentur,pro eo,q; Saluator noster à vico quodam Galilææ Nazarenus appellatus est. ¶ Potest etiam dici, q; usus tonsuræ à lege occasionem traxit. Sacerdos nanque legis tyaram,id est pileum ex byssо in modum mediæ sphæræ in capite, Rex uero coronã gestabat pars uero capitis rasa tyaram,circulus crinium designat coronam,ad notandum, quod instituit eos Deus genus electum, in regalẽ sacerdotem. ¶ Rursus lex coronam qua- 1.Pet.
tuor digitorum,super mensam,& desuper 2
aureolam fieri iubebat. Cæterum ad Eze- Ezec.
chielẽ dominus dicit: Sume gladium acu- 5
tum,& educ per caput tuum,& barbã. Longitudo nãque capillorum, multitudinem
32 significat peccatorum. † Hinc igitur cle- 32
rici barbas sibi radere informantur. Ratio nanque pillorum barbæ, qui ex superfluis stomachi prouenire dicuntur humoribus, designat,quòd uitia & peccata,quæ in nobis superflua sunt,resecare debemus. Radimus enim barbas, ut per innocentiam, & humilitatem puri uideamur, & Angelis, qui semper in iuuenili ætate florent, coæquemur. ¶ In ieiunijs tamen quandoq; capillos

pillos crescere permittimus,quia cogitationes quæ contra Deum non sunt, vt est ecclesiã ẹdificare,agrum colere,& similia quę tempore abstinentię fieri solent,prohiberi non debent. Concilium Carthaginense, statuit. extrà de vita & honestate
33 eleric.clerici.xxxiij.distinct.si quid,ut cle rici neque comam nutriant,neq; barbam. ¶ † Ordinantur autem clerici,vt Deo seruiant,nec de cætero seruiant mundo, nec gloriæ mundi, Debent ergo offerre corpo ra sua, hostiam viuentem, sanctam, Deo
Ro.12 placentem. Vnde Apostolus ad Rom. Confundantur omnes qui gloriantur in stultitiam,id est in gloria mundi,quæ non est vera gloria,sed imago gloriæ. ¶ Quare autem ordinandis manus imponatur, dice-
34 tur in tractatu de diacono. ¶ † Ordinan tur in quatuor temporibus, ideo quia sacerdotes & alij clerici locum in ecclesia obtinent, quem Leuitæ in populo Israel
Nu. 3 obtinuerunt,quos sicut in libro Numerorum legitur. Dominus pro primogenitis recepit & eos in Aegypto dum primogenita Aegyptiorum interficerentur,custodiuit, primogenita verò, quasi quædam primitiæ sunt. Vnde quasi primitias Domino offerrimus, cum aliquẽ ad sacros ordines consecramus. Conueniens igitur est, vt in primitijs tẽporũ, scilicet in quatuor temporibus, primitias hominum offeramus. ¶ Rursus,ideo in quatuor temporibus ut quatuor uirtutibus exornentur, & sub quatuor Euangelijs seruire Christo,& ecclesiæ moneantur. In uere, ut uirtutibus floreant. In æstate, ut fructus afferant. In autumno,ut fructus bonorum operum metant. In hyeme,ut collectos cõseruent in horreo,& eis fruantur in Domino. Et uide in sexta parte sub Sabbato post Domi-
35 nicam xvij. Ideo autem † potius in Sabbatis quatuor temporum, quàm in quartis,uel sextis ferijs fiũt ordinationes,quia illa dies Spiritui sancto consecrata est, cu ius dona,in ordinibus recipiuntur. Præceptum.n.est à priori populo,Sabbatũ celebrare,ad hoc, ut esset figura sanctificationis Spũs sancti. Vnde in Exo. Requies Sab
Exod. 16. bati sanctificata est Dño. Et iterũ,Custodi te Sabbatũ meum,sanctũ est.n. mihi,quia
Exod. 31. & 35. erit signũ inter me & uos in generationibus uestris. Exo. Præterea, nunq; legimus in Gene. sanctificationem fieri per omnes Gen.2.
priores dies, sed de Sabbato solum dictũ est,sanctificauit Deus diem Sabbati. Fiunt etiam in Sabbato in signum, q; ordinandi debent habere Sabbatum temporis,vt tandem transeant ad Sabbatum æternitatis. Ordinatio autem, quæ fit in Sabbato, sequentis diei est,Figurat.n.sacerdotes ordinatos;esse ministros diuersorum Dominicorum sacramentorum. Ideoq; fit hora nona,quia iam illud tempus ad Dominicum diem.s.resurrectionis intelligitur pertinere. lxxv.dist.quia partibus.extrà de temp. ord.literas. Ordinandi.n.ad Christi similitudinẽ Sabbato resurrexisse intelligun-
tur. ¶ † Congruè igitur in hac die scili- 36
cet Dominica celebrantur ministeria sacerdotalium benedictionum, in qua sunt collata chrismata gratiarum, in ea Domi nus resurrexit, in ea Apostolis insufflauit Marc.
dicens. Accipite Spiritũ sanctum,quorum 16.
remiseritis peccata,remittẽtur eis. In hac Io. 20
promissus Spiritus sanctus aduenit. Rectè Act.2
ergo ad eam benedictiones sacerdotales dirigimus,ut cum Apostolis hilariter cantare possimus. Veni sancte Spiritus,reple tuorum corda fidelium. s.ordinatorũ. Fiũt etiam ordinationes in Sabbato mediante hebdomadę quadragesimæ,qua cantatur, sitientes. lxxxv.di. c.fi. lxxiij.c.principali, xvj. q. j. in parochijs, & etiam in Sabbato sancto,ueruntamen vsq; ad tempora Simplicij Papæ, Romani Pontifices dicuntur semper in Decembri ordines celebrasse, ut dicetur in sexta parte sub Sabbato post decimam septimam Dominicam. Vnde & tunc officia plena inueniuntur quod in alijs non contingit. In Sabbato uerò post Pentecost.ordines sacri non conferuntur, quia in sequẽti tũc septimana recepta Spi
ritus sancti gratia celebrantur. † Solus au- 37
tẽ Romanus Pontifex potest subdiaconos facere in diebus Dominicis, extrà de tempo.ordi.cap.j. Alij prælati possunt in diebus Dominicis solum minores cõferre, & virgines consecrare. Si autẽ ob vrgentem necessitatem in die dñica ordinatio fiat, quia fortè perfici non potuit in Sabbato, debet hoc fieri ieiunio continuato,tam ab ordinando quàm ab ordinatore: quia tũc propter continuationem ieiunij fingitur vna dies. extra de temp.ord.c.literis lxxv.

38 di.quod patribus & c.seq. ¶ † Cæterum in quibusdam locis habentes festa suarũ ecclesiarum in sabbatis quatuor temporum, transferre dicuntur ieiuniũ in præcedentem septimanam ob honorem suarum festiuitatum:sed dicimus nec hoc eis licere: nec tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esset festiuitates ipsas trãsferri. De hoc dicetur in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadę Aduentus. Qua die & hora fiat episcoporum consecratio, sub tit.de episcopo dicetur. ¶ Illud etiam considerandum est quòd sacerdotes & diaconi,tantùm nominãtur ab Apostolo in epistola eo quòd ipsi præcipuè in ministerio altaris necessarij sunt. Cæteri verò ordines posteà adiecti sunt pro vtilitate ministerij: quia propter multitudinem credentium ritè per illos non poterat adimpleri. Vnde & secundum Ambr.illorum ordinatio præcipuè circa altaria celebratur: & pro eis episcopus ante altare prosternitur. Alij verò nequaquam ad altare ordinantur eo quòd nec ad altaris ministeria statuuntur: sed alia officia implent,cãtando,siue legendo, siue alia seruitia faciendo. omnes tñ quærunt faciem prælati, id est,præsentiam domini, vt valeant in primogenitis hæreditare, ad instar Iacob qui sibi fratris primogenita vendicauit. Et attende,q̃ in quibusdam ecclesijs immediatè post collationẽ cuiuslibet ordinis; cantatur responsorium vel tractus: prout apparet in libro Pontificali, per nos edito: & bene ad denotandum, quòd ordinati in lectione iam lecta instructi ad solicitudinem & laborem: quæ per responsorium & tractum significantur,vocãtur. ¶ Quia verò de virginum consecratione mentio facta est videndum est: primo,quibus diebus benedicantur: Secũdo,quid significẽt,quæ
39 in earum benedictione aguntur. ¶ † Benedicuntur autem in Dominicis diebus: & in diebus Epiphaniarum:& in albis Paschalibus; & in festis Apostolorum: vt Spiritus sanctus super eas simplices,vt colũbas,descendere videatur:& vt per Apostolos per morem virginitatis ecclesię prius tradide rũt,quasi per paranymphos sponsę Domino consecrentur. ¶ Sequitur videre,quid significent,qui in earum benedictione agunturr: & licet omnis anima Deo despõsetur per fidem: vnde Osee: Sponsabo te mihi in fide. Virgines tamen specialius Christo desponsari dicuntur: quia earum caro carni Christi familiarius se cõformat: pro eo quòd illa sicut nec caro Christi corruptionem non sensit. Et inde est, quòd virgines sequuntur agnum quocunque ierit. Apoc. ¶ † Sanè virgines benedicendæ sub papilione, vel aliquo alio loco stant, inclusiueq; archipresbytero vel alio ante Euangelium alta voce cantante. Prudentes virgines &c. cum cereis ardentibus in manibus,nudis capitibus exeũt obuiam episcopo, & ecclesiam ingrediuntur. Si quidem cereos accensos ferunt in manibus: Iuxta illud Luc.Sint lumbi vestri pręcincti & lucernæ ardẽtes in manibus vestris, vt ostendant se imitari prudentes virgines,quę ornauerunt lampades suas, & exierunt obuiam sponso. Sponsus nanque earum, est Christus, quem Pontifex eius vicarius repræsentat. Lucernas quidem ardentes in manibus tenere: est per bona opera exemplum proximis monstrare. Iuxta illud Saluatoris: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona &c. Egressus verò earum de papilione, & ingressus in ecclesiam, designat quòd per suscipiendam benedictionem, & à Christo desponsationem,de ergastulo,& ærumnis,ac tenebris præsentis vitæ atque fallacijs, ad cœlestis regni libertatem, gaudium ac claritatem,& ad superni regis thalamum trãsducuntur. Vnde ecclesia: Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Nudis capitibus obuiam veniunt, & Pontifex cantando dicit illis: Venite, & ipsę similiter cantando respondent,& nunc sequitur ad repræsentãdum,quod in Canticis legitur: Surge amica mea,sponsa mea, ostende mihi faciem tuã & sonet vox tua in auribus meis. Rursus denudatio capitum, depositionem & abrenuntiationẽ mundanorum cõgruè designat. Nudato etiam capite,ecclesiam ingrediuntur. ad notandum quòd velut formosæ & sponso placidæ in ipsius sponsi tabernaculum introducuntur:iuxta illud in Canticis: Nigra sum,sed formosa, & introduxit me Rex in tabernaculum suum. ¶ † Ter autem dicitur eis: Venite,
41 ad notandum quòd ad hoc tripliciter debemus venire, scilicet, Per abdicationem propriet-

Osee 2.
Apo. 13.
40
Lu. 12
Math 15.
Math. 5.
Cãt. 2.
Cãt. 1.

proprietatis. Per votum castitatis. Et per sponsionem obedientię. ¶ Debent quidem venire. Primo abdicationem proprietatis de conuersatione mundana, de seruitute Aegyptiaca,de carcere,de laqueis,& de retibus,vnde Psal. Cadent in retiaculo eius peccatores. Et Sapi. Creaturæ Dei factæ sunt in tentationem animę hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. ¶ Secundo, debent venire per votum castitatis,tanquam prodeuntes à delectatione carnali & immũditia, & loco toxicato, de quo si quid anima sumit,& per pęnitentiã non reijcit moritur morte æterna. ¶ Tertio,per sponsionem obediẽtiæ de propria voluntate, sicut de corruptione & clibano accenso & de Babylonica fornace. Et ideo cum pueris, qui erant in fornace illa dicunt: Et nunc sequimur in toto corde,& timemus te, & quærimus faciem tuam, in Dan.parum ante Psa. Benedi.de quolibet autem istorum exeundum est,firmo cordis proposito solemniori voto, & totius vitæ perseuerantia. Et hę sunt quasi tres diętæ. Exod.viam trium dierum ibimus in solitudine. Quas tres diætas præmissæ tres vocationes, tripliciter factæ designant. Quia verò post susceptum tam laudabile propositum,restant insidiæ & tentationes dęmonum,atque acerrima contra mundum,carnem & dæmones certamina, & insuper regularis obseruantiæ difficultas,quę muliebris infirmitas sufficienter per se sustinere non posset,ideo diuinum auxiliũ,& sanctorum suffragia per litaniam, quæ subijcitur,implorantur. ¶ † Consequenter deponunt vestes veteres: & induunt nouas
42 benedictas,ad notandum,quod in hoc proposito vetus homo exuitur,& nouus induitur; qui sicut legitur Ephes. Creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et debent esse vestes mundæ & candidæ ad significandum,quòd quia Dei filio despõsantur, debẽt de cætero se mũdas & sanctas absq; macula præseruare vel conseruare. Iuxta illud Apostoli: Despondi enim vos vni viro virginem castã exhibere Christo. Hoc .n.candor seu munditia vestis ostendit. Vnde ecclesiastes. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Et hoc est sumptũ à beata Cecilia,quę exterius veste fulgebat,intus castitate nitebat, & ab Angelis, qui in Christi resurrectione visi sunt in vestibus albis. Vel si sit niger habitus significat carnis mortificationẽ. Quia .n. Christus sponsus suus mortuus est pro ipsis, debent & ipsæ cõmori pro illo. Vnde Apostolus. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ vitijs & concupiscentijs. Et Ro. Si complantati facti sumus similitudini mortis Christi,simul & resurrectiõis erimus. Rursus nigredo habitus, est cõtemptus viridis amplexus. ¶ † Subsequenter indutæ vesti-
43 bus benedictis versus episcopum veniũt; quasi ad ipsum actu dicant. Regnum mundi & oẽm ornatum seculi contempsimus, propter amorẽ Domini nostri Iesu Christi &c. ¶ † Vela quoq; super scapulas & pectora dependentia ex institutione Sotheris Papę,cum signo crucis earum capitibus
44 imponuntur. ¶ Primo,ad significandum,q̃ pro Christo debent mundũ humiliter cordę,& opere contemnere, & sensus velare, ac memoria passionis Christi munire, ne ad mundana lasciuiendo exeant, uel illa ad illarũ sensus intrent. Iuxta illud Apostoli: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. ¶ Secundo,velantur,quia nõ sunt imago Dei.xxxiij.quæst.v.mulierẽ. ¶ Tertio, vt ostendantur subiectæ. ¶ Quarto,ne illicite cunctis viris appareant. ¶ Quinto, ne species earũ, occasio inspectoribus sit peccandi,quia Psalm.ait:Domine delectasti me in factura tua,& creaturæ Dei factę sunt in tentationem, vt præmissum est. Velum ergo, est signum pudoris, & futuri honoris. ¶ Deinde, quia Christo desponsantur,qui est α, & ω, id est principium,& finis, ideo datur eis anulus,qui est rotũdus, principio & fine carẽs. Et ponitur in quarto digito ex quo vena quædam sanguinis ad cor protenditur: vt sciant se sponsum suum Christum toto corde debere diligere,& ei inseparabiliter adhærere. Postremo vero coronæ capitibus earum imponuntur,iuxta illud Ecclesiast. Veni sponsa Christi, & accipe coronam &c. ad notandum, quòd quando virgo per consecrationem summo regi desponsatur, regina efficitur, id est se & alio in virtutibus regens. Vnde Prouer. Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. In qua coronatione Pontifex cantat illud Canticum lætitiæ: Veni electa mea, &c. tan-

Psal. 140.
Sap. 14.
Eph. 4
2. Cor. 10.
Eccle. 9.
Gal. 5
Ro. 6.
Gal. 5
Ps. 91
Apo. 1
Pro 1.

quã cœlestis sponsi paranymphus. Et hinc est, quòd illarum amici & consanguinei in hac consecratione lætantur. Leo Papa primus instituit in concilio Calcedoñ. quod ipse celebrauit, solas virgines debere velari. ¶ † Quia verò in præmissis de uelo mentio facta est, ideo notandum quòd velum aliud est conuersionis, aliud consecrationis, aliud professionis, aliud ordinationis, aliud prælationis. Velum conuersionis, aliqua de seculari vita ad religionem transiens, assumit, & tunc si per annũ inter velatas steterit, vlterius exire non poterit. extrà de regu. vidua. & c. statuimus. ¶ Velum consecrationis, à solis episcopis solis virginibus, & solum in festiuis & Dominicis diebus datur. Vrgẽte tamen necessitate, sicut & baptismus, omnibus dari posset. xx.q.j. deuotis. Nõ datur etiam nisi in xxv. anno illud recipiẽti. nisi fortè dispensatiuè. lxxvij. dist. placuit. Velum autẽ professionis suscipitur à virgine, quando continentiam profitetur: non tamen ante xij. annum. e. quęst. j. & q. ij. puella. quoniã nec ante illud tempus benedicitur. extrà de regul. cùm virum. ¶ Datur velum huiusmodi cum benedictione solenni, & cum litania. extrà ea. parte. Hoc velum nullus episcopus dat viduis vel corruptis, vt in cap. deuotis. in fi. sed ipsummet de altari (ut dicunt quidam) assumunt. xxviij. q. j. vidua. extrà de regu. virum. ¶ † Sanè, virgo & nõ vidua, ideo ab episcopo velatur, quia virgo in hac desponsatione typum gerit ecclesiæ, quæ pura & virgo vni nupsit viro, id est Christo. Et in signum huius rei, velatur ab episcopo, quia à Christo recipitur in cõiugium. In cuius persona dictum est anulo suo subarrauit me Dominus. Sed vidua non gerit in tali facto typum ecclesiæ, sicut virgo, cùm non sit integra mente & corpore sicut illa, Vnde non sic coniungitur Christo, vt representet ecclesiæ coniunctionem, quare non velatur. ¶ † Præterea sacerdos prohibetur secundis nuptijs interesse, & super secundo nubentes benedictionem infundere. extrà de secundis nuptijs. cap. j. prout dictum est, in prima parte sub titulo de sacramentis. Sed hæc vidua, quasi secundo nubit. primo homini, posteà in professione Christo. ideoque ei quasi celebranti secundas nuptias non porrigitur velum consecrationis, nec etiam professionis, sed ipsa illud suscipit de altari. Aiunt tamen quidam, quòd licet non ab episcopo, potest tamen à sacerdote velo professionis vel conuersionis velari. extrà de regu. vidua. xx.q.j. deuotum. extrà quod met. cau. c.j. à quo seu à cuius ministro habitum seu vestẽ religiosam assumit. xx. q. j. vidua. extrà de cler. vel vo. consuluit. In libro tamẽ Pontificali, secundum ordinem Romanum, habetur benedictio viduę continentiam profitentis, & veli eius. Nam & Dominus Sareptanam viduam per Heliam prophetam consolatus est. Et vidimus in vrbe episcopum Hostieñ. inter virgines benedicere duas viduas moniales. ¶ † Velum ordinatiõis olim diaconissę in quadragesimo anno dabatur, vt posset legere Euangelium in nocturnis. xxj. q. j. sanctimoniales. xxvij. q. j. diaconissa. in concilio Laudiceñ. xxxij. dist. c. fin. statutũ est, vt mulieres quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos verò viduæ, aut seniores vniuiræ, aut matricuriæ appellantur in ecclesia, tanquam ordinatas constitui non debere. ¶ † Velum prælationis olim abbatissis in xl. anno dabatur. xx.q.ij. iuuenculas. xxxj.q. quomodo. ¶ Illud autem sciendum est, quòd sacrosancta mater ecclesia gradus & ordines habet distinctos. Et Romanus Põtifex celebriter Missarum solennia agẽs, sex habens secum ordines clericorũ, scilicet episcopus, presbyteros, diaconos, subdiaconos, acolytos & cantores. ipsos numeri sacramento perfectionem huiusmodi officij manifestans. Senarius nanq; numerus perfectus est, vt in prooemio tertiæ partis dicetur. Sed & sex ordines ministrorum fuisse in veteri testa. legimus, videlicet pontifices, sacerdotes. leuitas, nathineos, ianitores, & psallentes, quos ex maiori parte distinxit Artaxerxes in epistola quam Esdrę scribæ direxit, dicens. Notum facimus de sacerdotibus vniuersis, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, & nathineis, & ministris domus Dei, vt eis vectigal, tributum, & annona nullatenus imponatur. ¶ † Ordines verò ecclesiasticos Siluester Papa enumerat xxiij. d. à subdiacono. & j. q. vij. clericus dicens, Pontifici presbyter, psbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiaco-

45 46 2.Cor. 10. 47 48 49 50

subdiacono, acolytus, acolyto exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbati monachus, in omni loco obsequium repræsentent. Beatus quoque Isidorus. xxj. di. cleros. ita dicit: generaliter clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christo deseruiũt, quorum gradus, & nomina sunt hæc: ostiarius, psalmista, lector, exorcista, &c. mentionem enim faciens post alia de cantatore. Et hi omnes gaudent priuilegio clericali. Veruntamẽ quidam perfidi hæretici sacramentum ordinis contemnentes, falso mentiuntur, q̃ ecclesia Christi non habebat personas, quas exorcistas, ceroferarios, lectores, uel diaconos appellaret: sed solum exorcistas dæmonum, qui aduersabantur Paulo, nec ea quæ Christus fecit, uel Apostolus dixit pro tam uilibus significationibus, quæ infra sequuntur, fecit & dixit, sed altiora & pretiosiora quæ Romana nescit ecclesia, demonstrauit. ¶ † Horum autem ordinũ quidam sunt non sacri, & quidam sacri. Non sacri seu minores ordines sunt hi, cãtoratus, psalmistatus, ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, acolytatus. Sacri uero seu maiores sunt isti subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, episcopalis ordo. ¶ † Communiter autem asseritur septem ordines fore, quorum ostiarius est primus, & sacerdos ultimus, propter septiformem Spiritus sancti gratiam, cuius munere sua officia prosequũtur. Si autem uelis ad singulos ordines singula dona referre, à timore incipiens, illum ostiario deputabis, & exinde singula singulis referens, sapientiã presbytero adaptabis. Esa. 4. Hæ sunt septem mulieres, in quibus Spiritus sanctus habet hospitium, & unaquæque illarum suarum parat conuiuium. ¶ † Rursus spiritualiter * ostiarius est, quicunque spiritualiter alios in ecclesiam introducit, id est, qui fidem prædicãdo docet. Lector est, quilibet mores docendo. exorcista, orãdo, acolytus, illuminando, subdiaconus, humilitatem monstrãdo, diaconus, alios exhortando, sacerdos, seipsum hostiam sanctam Deo offerendo: Episcopus, sacramenta ministrando. De quolibet tamen seriatim specialiter prosequamur.

51 52 53 *

ADNOTATIO.

* Spiritualiter.] Potest etiam legi, aut certè addi, specialiter, quod singula officia singulis, non plura uni conferantur. N. Doard.

SVMMA.

1 *Cantoris munus & eius diffinitio.*
2 *Dauid cantores instituit.*
3 *Cantores uocibus consonis cantare debent.*
4 *Cantandi usus, quorsum institutus.*
5 *Cantoris nomine qui intelligantur.*
6 *Cantores baculos gestant.*

De Cantore. Cap. 2.

Onnulli cæcitate ignorantiæ, ducti cãtoratum de minoribus esse autumãt ordinibus, pro eo, q̃ (ut iam præmissum est) in † quibusdam canonibus inter minores ordines fit mentio de cantatore. Fallũtur tamen, quoniam nomen est officij, & non ordo. Qui autem in ueteri testamento cãtores dicti sunt, hodie lectores uel Psalmistæ uocantur. ¶ Cantor itaque uocatur qui uocem modulatur in cant. xxj. d. c. cleros. cuius duo sunt in arte musica genera, præcentor, scilicet & succentor. Præcentor, uocem præmittit in cantu, succentor, canendo subsequenter respondet. Concentor uero dicitur, qui consonat. Vnde qui non cõsonat, non concinit, nec concentor erit. Sanè † Dauid prophetarum eximus cultum Dei uolens solennius ampliare, cantores instituit, qui coram arca fœderis Domini musicis instrumẽtis, & modulatis uocibus decantarent, inter quos præcipui fuerunt Hemã. Asaph, & Aethan, sed omnium primus Heman, cuius uicem nunc in ecclesia primicerius obtinet, uel precentor, qui cãtoribus est prælatus, unde legitur in Paralipomenon: Isti sunt quos cõstituit Dauid super cantores domus domini, stantes iuxta ordinem suum in ministerio, de filijs Caphat Heman cantor filius Iohel, & à dextris suis Asaph filius Barachiæ, ad sinistram ante Aethan, filius Cusi. ¶ † Porrò debent

1 2 Paral. 6 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent cantores cantare consonis uocibus, & suaui modulatione concinere, quatenus animos audientium ad deuotionem Dei ualeant excitare. Verum secundum Gre. xcj. di. in sancta. plerunq; in sacro ministerio dum blanda uox quęritur, cõgrua uita negligitur, & cantor Deum moribus simulat, cum uocibus populum delectat. Et Aug. lib. conf. Cũ me magis mouet cantus, quàm res quæ canitur, pœnaliter peccasse confiteor, & tunc me audisse cantantem. Ideoq; in ecclesia Romana altaris ministri cantare non debent, solumq; Euãgelicæ lectionis officium intra missarum solennia exoluant. Et Apost. ait: Cantantes, & psallentes in cordibus uestris Domino, & Hie. xcij. di. c. j. Nõ audiant (inquit) adolescentuli, audiant hi, quibus est officium in ecclesia psallendi: Deo non uocem tũ, sed corde esse cantandum, nec in tragœdorum modum guttur, & fauces medicamine liniendæ sunt, ut in ecclesia theatrales moduli, & cantica audiantur. Cantantes igitur in corde, & in charitate, cantent in choro, quoniam magis deuotione cordis, quàm iubilatione uocis cantãdum est. 38. d. edulio. non tenentes in manibus cymbala, uel aliquid huiusmodi, prout in ueteri testamento fiebat. ¶ † Cæterũ, propter carnales, nõ propter spirituales, cãtandi usus in ecclesia institutus est, ut qui uerbis non compungũtur, suauitate modulaminis moueantur. Vnde Aug. in lib. confes. Consuetudinem canendi: probat ecclesia. ut per oblectamẽta auriũ infirmior animus ad effectum pietatis assurgat. Antiqui pridie, quo cantandũ erat, cibis alijs abstinebant, propter causam uocis, præter quam leguminibus, psallentibus aptis. Vnde & cantores, uulgo fabarij dicti sunt. ¶ † Cantores autem sunt, qui Dei laudatores, repręsentant prædicatores: alios ad Dei laudes excitantes. Eorum nanque symphonia plebẽ admonet in unitate cultus unius Dei perseuerare. Per cantoris quoq; officium, paterfamilias intelligitur, qui de thesauro suo noua & uetera profert. ¶ Nec est prætereundum, q̃ cantores † tenent baculos, in choro, ad repræsentandum illud, quod in lege præcipiebatur, ut uidelicet edentes agnum, baculos in manibus haberent, significantes, q̃ qui ad patriam festinant, esu Cœlestis agni baculis, id est, scripturarum sententijs indigent contra dæmones. Per baculos enim cantorũ, sententias scripturarum uel doctrinas prędicatorum intelligimus. Vnde cum legitur euãgelium, deponuntur, quia per euangelicam prædicationem legales deposuimus obseruantias. De choro dictum est in prima parte sub tractatu de ecclesia, de cantu uero in fine procemij quintæ partis dicetur.

Eph. 5

4

5

6

SVMMA.

1 *Psalmista quàm uariè dicatur. Et cur rara de eo mentio in sacris canonibus. nu. 2.*
3 *Psalmista, unde dictus. Et eius officium.*

De Psalmista. Cap. 3.

Salmistatus † quãdoq; tonsuratus uocatur sicut constitutio Inn. iij. extra de re. iu. cum inter. euidenter ostendit. quandoque etiam clericatus. Vnde in alia eiusdem Inn. epistola extra de æta. & quali. c. cum contingat. dicitur, quòd Abbas benedictus sacerdos, potest in suo monasterio clericalem dare tonsuram, per quam ordo clericalis confertur, qui ordo sic collatus psalmistatus uocatur. In canone quoq; Leonis Papæ xxxij. d. feriatim. sic inter cætera continetur, Seriatim & apertè prosequamur, quòd sancta Romana Ecclesia in gradibus clericorũ ait, clericos, ostiarios, lectores, &c. at nomine clericorũ, psalmistas ibi intelligi indubitatum est. Vocatur etiam quandoq; cantoratus. Vnde in Tholetan. conci. xxij. d. si psalmista ita legitur: Psalmista, id est cantor, potest absque conscientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero, uide, ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. ¶ Sanè q̃ in † plerisque sacris canonibus, & præcipuè xciij. à diacono. lxxvij. dist. c. j. & ij. & iij. facta de alijs ordinibus mentione, nihil de hoc ordine tãgitur, ex eo contingit, quoniam alij omnes cum solennitate, & à solis episcopis dantur, iste uero etiam à sacerdote conferri

1

2

ferri potest, Ideoque hunc non ordinem, sed officium fore plurimi asseuerant, quãquàm in eo ab episcopo collato quis clericale priuilegium assequatur. xxj. d. cleros, in prin. ¶ † Dictus est autem Psalmista à psalmis dicendis, siue ab officio canẽdi prout sub lectore dicetur. Ad ipsum nãque pertinet (secundum Isidorum. 25. d. perlectis.) officium canendi, dicere benedictiones, id est, benedicamus Domino: laudes, id est, allelu-Ia: uel Christus uincit: uel Christus regnat &c. sacrificium, id est, offertorium, responsorium, i. officium missæ, & quicquid ad canendi peritiã spectat.

3

SVMMA.

1 *Ostiarius, unde dictus. Et eius officium. & nu. 5.*
2 *Ostiarius. idem, quod ianitor.*
3 *Leuitis demandatum erat negotium ianitorũ.*
4 *Ostiarij institutio, ex Concilio Tholetano.*

De Ostiario. Cap. 4.

Stiarij † (secundum Isidorum. xxj. d. cleros.) dicti sunt eo q̃ ostijs templi præsint. Ipsi enim claues ecclesiæ tenẽtes, omnia intus, extra quoque custodiunt, atq; inter bonos, & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, infideles respuunt, & excommunicatos repellunt. ¶ † Ostiarij idẽ sunt, quòd ianitores, qui in uet. testa. ad custodiam templi electi sunt, ne ingrederetur in illud immundum in omni re, id est, aliquid in omnibus rebus. Stabant enim (prout legitur in paralipomenon) in quatuor templi partibus, uidelicet in Oriente, in Occidente, Aquilone, & Austro. Portas templi singulas ita obseruantes, ut nec in puncto discederent à ministerio. ¶ Leuitæ † enim, quibus numerus ianitorũ creditus erat eis cibos parabant. Hi autem imitantur ædituos, qui apud gẽtiles erãt: & idem custodiebant. ¶ Sanè iuxta † decretum Tholetani concilij. xxiij. d. ostiarius. Ostiarius, cum ordinatur postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad sugestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altari dicens: Sic age, sic uiue, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his claubus reclũduntur. Clauium ergo traditio, & uerba præmissa sunt huius sacramenti substantialia, cætera sunt solennitatis. ¶ Hoc † officium implemus, dum per fidem in ecclesiam aliquem introduximus, uel docemus. Christus hoc officium impleuit, quando dixit: Attolite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales &c. Et quando ementes & uendẽtes de templo eiecit. xxvj. q. vij. sed hæc diximus. quòd in ecclesia spiritualiter agit. Vnde in euangelio dicit: Ego sum ostium.

1

2

1. Paralip. 9

3

4

5

Ps. 23

Io. 10.

SVMMA.

1 *Lector, unde dictus. Et eius munus. Et numero. 2. 3. 5.*
4 *Lector, quomodo instituatur.*

De lectore. Cap. 5.

Ector † (secundum Isidorum. xxj. d. cleros.) à legendo, psalmista à psalmis canendis, uocati sunt. Lector enim prædicat, id est, legit siue recitat populis, qd sequantur: Psalmista uero canit, ut excitet ad compunctionem animos audientium, licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, scilicet altè, & per uocem sonoram, ut quosdam ad luctum lamentationemque compellant. Lectores, etiam pronuntiatores uocantur, pro eo, quòd palam siue à longè pronuntiant. Tanta enim & tanta clara debet esse eorum uox, ut quamuis longè positorum aures impleat. ¶ Ad † lectores quoque pertinet lectiones, & legendas in matutinis pronuntiare, & ea, quæ prophetæ uaticinati sunt, & Apostoli dixerunt, populis prædicare, id est legere. Ad hoc enim ordinantur, ut libros Dei distinctè, & apertè ad intelligendum legant: sicut in uete. testamen. accipimus Esdram fecisse. ¶ Ad † eius quoque pertinet officium panem, & omnes nouos fructus benedicere,

1

2

3

Universidad de Deusto Biblioteca

Lectores autem idem sunt, quod carminũ relatores, qui erant apud gentiles. Martinus Papa xxij.d.lectores statuit ut nulli liceat in populo psallere, aut legere, nisi qui ab episcopo fuerint ordinati lectores.
4 ¶ Sanè, iuxta † decretum Thol.concil. xxiij.d.lector. lector cum ordinatur, facit de illo uerbum episcopus ad plebem indicans eius fidem, ac uitam atq; ingenium. Post hoc spectante plebe, tradit ei codicẽ, in quo lecturus est dicens: Accipe, & esto relator uerbum Dei habiturus, si fideliter & utiliter impleueris officium, partem cũ eis, qui uerbum Dei ministrauerint. Codicis ergo traditio, & uerba præmissa sunt de substantia huius ordinis, cætera, sunt solennitatis.
5 ¶ Hoc officium † implemus, dum malè uiuentes in ecclesia, corrigimus, & aliquẽ bonis moribus instruimus, ¶ Christus hoc officium impleuit, quando
Luc. 4 in medio seniorum librum Esaiæ prophe-
Esa. 41 tæ aperiens, legit distinctè ad intelligendum, dicens: Spiritus domini super me, eo q̃ unxit me &c. extra de sac.unc.c.vno.

SVMMA.

1 *Exorcista, qui dicatur.*
2 *Exorcistæ officium. & nu. 6.*
3 *Salomon exorcismi modos inuenit.*
4 *Exorcistæ qualis sit institutio.*
5 *Energumini qui, & unde dicti.*

De Exorcista. Cap. 6.

1 Ἐξορκιστὴς (secũdum Isid. 21.d.cleros) Græcè, Latinè, adiurãs siue increpans uocatur. Inuocat enim super † cathecuminos seu super eos qui
2 habent spiritum immũdum nomen domini Iesu, adiurans per illud, ut egrediatur ab eis, de quo in vj.parte sub sabbato sancto dicetur. Decet igitur, ut mundum habeat spiritum, qui debet immundis spiritibus imperare. † Ad eum itaque pertinet exorcismos memoriter retinere, manus super energuminos, & cathecuminos exorcizando imponere. 25. dist. perlectis. Et secũdum concilium Cartaginiensis, & de consec. dist. v. energumini. ipsis energuminis in domo Dei adsistẽtibus uictum quotidianum oportuno tempore ministrare. ¶ † Refert Iosephus re-
3 gem Salomonem modos ἐξορκισμῶν, id est, adiurationis admuenisse, quibus immundi spiritus ab homine obsesso per Eleazarum exorcistam pellebantur, ita ut reuerti ulterius non auderent. Huic officio mãcipati, ἐξορκισαὶ uocati sunt, de quibus in euangelio legitur: Si ego in Beelzebut eijcio dæmonia, filij uestri exorcistæ, uidelicet in quo eijciunt? Et imitantur quæstores, qui erant apud gentiles. ¶ † Sanè, iuxta 4
decretum Tholetani concil. 23. dist. exorcistæ: Exorcista, cum ordinatur, accipiat de manu episcopi librum, in quo scripti sunt exorcismi, siue adiurationes, dicente sibi episcopo, Accipe & commenda memoriẽ, & habeto potestatem imponendi manus super energuminum, siue baptizatum, siue cathecuminum. Libri ergo acceptio & uerba præmissa, sunt de substantia huius ordinis, cætera sunt solennitatis. ¶ Energumi-
5 ni † sunt, qui à dæmonibus obsessi sunt, uel lunatici, siue morbum caducum patiẽtes, sic dicti ab ἔργον, quod est labor, & μωροι, quod est defectus: & νοῦς, quod est mens, quia secundum defectum mentis in defectu lunæ maximè patiuntur. * Cathecumini dicuntur in fidei articulis ante baptismum instructi. ¶ Hoc † officium 6
implemus dum per nostras orationes uitium diaboli de homine expellimus. Christus Mar.
hoc officium exercuit, quando de Maria 16
Magdalena septem dæmonia eiecit. Luc. 7

ADNOTATIO.

* Patiuntur.] At rectius, iuxta natiuam ἐτυμολογίαν, ἐνεργούμενοι, id est, obsessi à dæmonibus. N. Doard.

SVMMA.

1 *Acolyti, qui, & unde initium duxerint.*
2 *Acolytorum officium. & nu. 5.*
3 *Acolyti, imitantur carminum scriptores, uel emunctores.*
4 *Acolytorum institutio.*

De

De Acolyto. Cap. 7.

1 Κόλυθοι † Græcè, Latinè ceroferarij, uel accensores luminum nũcupantur. Hi ab Aarõ, & filijs eius ministerij
Exo. sui sumpserunt exẽplũ.
27 Iuxta illud Exod. Præcipè filijs Aaron, ut offerant oleum de arboribus oliuarum, purissimum, piloq; contusum: ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, & collocabunt eã Aaron & filij eius, ut usque mane luceat coram domino. Quod ergo tunc sacerdotes agebant, hoc nunc acolyti faciunt in ministerio lucernarum, quoniam præparant luminaria in sacrario. Multa quippe non solum in nouo, uerum etiam in ueteri testamento legi Mosaicę superaddita legimus & mutata, extra de consanguinitate & affi
Paral. nitate non debet. Vnde Dauid in libr. Para-
23 lipomenon dixisse perhibetur, non erit officium Leuitarum, ut portent ultra tabernaculum, & omnia uasa eius ad ministrandum. ¶ Acolyti autem, secundũ † Isi-
2 dorum. 81. dist. cleros. 23. dist. acolytus cereos ferunt accensos, dum legitur euangelium, aut offertur sacrificium, non ut tenebras aeris, sed cordis illuminent, cum sol forte eodem tempore rutilet, & ut proximis opera lucis ostendant, atq; ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo lumi nis corporalis, illa lux ostendatur, de qua
Ioã. 1. in euangelio legitur: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ipsi etiam præparant pro eucharistia suggesta, id est, uinum & aquã seu uasa in quibus ponitur aqua & uinum
3 25. dist. perlectis. ¶ Acolyti † imitantur carminum scriptores, qui erant apud gentiles seu uerius emunctores, siue luminum extinctores, qui lucernas emungebant, & luminaria concinabant: ut Nadab & Abiu.
4 ¶ † Sanè iuxta decretum concilij Tholetani. 21. dist. acolytus. acolytus dum ordinatur ab episcopo, quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debet, sed ab archidiacono accipiat ceroferarium, id est, candelabrum cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria, id est cæreos, dum euangelium legitur mancipari, accipiat & urceolum uacuum ad suggerẽdum, id est, ad ministrandum uinum in eucharistiam, id est, in calicem, in quo est eucharistia sanguis Christi. Præmissa igitur uerba, & utensilia sunt huiusmodi ordinis substantialia, cætera, sunt de solennitate.
¶ † Hoc officium implemus, dum ignẽ uer 5
bi cœlestis, quo fratres ad cognoscendum Deum illuminentur & inflammentur, præ dicando ministramus, ut dum lucem boni operis alijs ministramus. Dominus autem hoc officium se habere testatur, cum dicit, Ioã. 8.
Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ.

SVMMA.

1 *Subdiaconatus ordo, sacer est.*
2 *Subdiaconorum ordo.*
3 *Subdiaconi institutio, qualiter fiat.*
4 *Subdiaconus, cur in missa Lectiones legat: præter eius ferè officium.*
5 *Subdiaconus, quo amictu utatur.*
6 *Imperatorem debere esse subdiaconum.*

De Subdiacono. Cap. 8.

Præmisimus de nõ sacris, & minoribus ordinibus. Nunc de sacris & maioribus, qui antonomaticè sacri dicuntur, subijciamus, & primò de sub diacono. ¶ † Ordo enim 1
subdiaconatus sacer hodie secundum Innocẽtium tertium reputatur extra de ætatis & qualitatis ordinibus & à multis. Siquidem subdiaconi, nathineorum uices in
ecclesia repræsentant. De quibus in Esdra 1. Esd.
legitur, q̃ Dauid dederat nathineos ad 8
ministeria Leuitarum. Vnde Græcè, ὑποδιάκονοι dicuntur, quia officijs, & præceptis Leuitarum subiacent, & eis ministrãt: ex quorum ordine fuit ille Nathanael, Ioã. 1
quem Dominus in euangelio commendauit dicens: Ecce uerè Israelita in quo dolus non est. Nathinei autem. Hebraicè, dicuntur Latinè in humilitate domino seruientes, uel Deo oblati. ¶ † Subdiaconi 2
debent secundum Isidorum. 25. dist. perlectis. oblationes in templo domini, à fidelibus suscipere, & leuitis superponendas alta-

altaribus deferre, calicem & patenam ad altare Christi deferre, leuitis tradere, eisque ministrare, urceolum quoque cum uino & aqua, manile, & manutergium tenere, episcopo, presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere, corporalia, & substratoria lauare, de quibus rectè placuit patribus. 31. distinct. lex & c. omnino. ut qui mystica sacramenta contrectant, legem continentiæ debeāt obseruare, sicut scriptum est in propheta. Mundamini, qui fertis uasa domini. Tenēt autem locum duumuirorum, qui erant
3 apud gentiles. ¶ Sanè iuxta † decretum concilij Tholetani. 23. distinct. subdiaconus. Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem consecratoriam nō accipit, patenam de manu episcopi uacuam, & calicem uacuum accipiat, dicente sibi episcopo: Vide cuius ministerium tibi traditur. De manu uero archidiaconi pro eo, q̄ in eius adiutorium cōsecratur, accipiat urceum, scilicet cum uino & aqua, manile, i. bacile, & manutergium. Præmissa igitur uerba & utensilia, sunt huiusmodi sacramenti substantialia, cætera sunt de solennitate.
4 ¶ † Quæritur autem, quare subdiaconus legit lectiones ad missam, cum non reperiatur hoc sibi cōpetere, uel ex nomine, uel ministerio sibi concesso? Respondeo, in primitiua ecclesia diaconus non legebat euangelium, quia hoc statutum non erat. Postquam uerò illud statutum fuit, præceptum est etiam, ut subdiaconus, qui diacono subest, epistolam siue lectionem legat.
5 Subdiaconus † autem utitur amictu albo & balteo sicut & ostiarius: lector, exorcista, & acolytus, & in super tunica, & sudario, tunicam strictam portat, ut se iustitia, quasi lorica induat, sudario, ut sordes à uasis extergat, de quo in parte sequenti sub titu. de tunica & manipulo dicetur. Hoc officio congruè & dignè utitur, qui tantæ munditiæ est, quòd ipsius exemplo & consilio cæteri à sordibus criminum lauētur.
Ioā. 2 Christus hoc officium exercuit, quando in
Io. 13 cana Galilææ de aqua uinum fecit, & quādo cœna facta mittens aquam in peluim,
6 pedes discipulorum lauit. Canon † Adriani Papæ. lxiij. distinct. Valentinianus. in fine, uidetur innuere, quòd Imperator debet ordinem subdiaconatus habere, ubi dicitur: Adiutor & defensor tuus, ut meū ordinem decet, semper existam, sed non est ita, gerit tamen illud officium, quoniam in die ordinationis suæ, receptus primo in canonicum, à canonicis sancti Petri, ministrat domino Papæ in missa in officio subdiaconatus parando calicem, & huiusmodi faciendo. Quidā etiam dicunt, ut not. ff. de rerum diui. l. sancta. quòd fit presbyter: iuxta illud: Cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiā pontifex dictus est, prout in tractatu de episcopo dicetur.

Ex. 52

SVMMA.

1 *Diaconi, qui, & unde dicantur.*
2 *Diaconi, Leuitarum subsunt imperio. Et eorum officium, fuse.*
3 *Diaconus, quibus diebus dalmaticam portet.*
4 *Diaconorum officium, inter ieiunia.*
5 *Diaconus, cingitur planeta.*
6 *Diaconi duplex officiū. & nu. 10. 11. 12. 13.*
7 *Diaconus, induens casulam, quid notet.*
8 *Diaconus casulam induens ieiuniorum tempore, gladium uibrat contra hostem.*
9 *Diaconatus ordo, unde initium duxerit.*
14 *Diaconus, qualiter instituatur.*
15 *Episcopi manus impositio, super ordinandis, quid significet.*
16 *Manus episcopi cur extendantur, in benedictionibus.*
17 *Sacramentorum dispensatio, quomodo Deo, & quomodo ministris competat.*
18 *Diaconus, quæ significatione dalmatica utatur.*
19 *Diaconorum institutio, quibus constet.*

De Diacono. Cap. 9.

Δ Iaxovoì, † Græcè dicuntur, Hebraicè leuitæ: Latinè uerò, ministri siue assumpti, siue offerentes, secūdum Isi- 1
dorum. 31. d. lex 21. di. cleros. Diaconorū quidam ordo in libr. numerorum à tribu Leui filij Iacob, sumpsisse legitur exordium, & inde Leuitæ, id est, adsumpti uocabantur, quoniam adsumpti † sunt ad Nu. 3
2 auxilium sacerdotum ut Eleazar & Ithamar. Dominus enim ad Mosen locutus est, Nu. 3
dicens:

dicens: Applica tribum Leui & fac eā stare in conspectu Aaron sacerdotis & ministrent ei, ut excubent, & obseruent, quicquid ad cultum pertinet multitudinis, coram tabernaculo testimonij, & custodiant uasa tabernaculi, seruiētes in ministerio. Sicut enim in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij dispēsatio habetur, ut
Nu. 4 iam dicetur. A quinquagesimo autem anno iussi sunt Leuitæ uasa custodire, & à 25. annis & supra iussi sunt in tabernaculo deseruire, tanquam ætatis ad onera portā da robustæ, qui possent arcam fœderis, mēsam propositionis, & uasa tabernaculi deportare. Quod & in nouo testamento recolitur, cum diaconibus supra sinistrū humerum stola imponitur, & in diebus ieiuniorum super eundem humerum casula complicatur, quia quicquid laboris in hac uita sufferimus, tanquam in sinistra portamus, donec à sinistra transeamus in dextram, in qua requiem habeamus. Hinc etiam diaconi Cardinales mēsam Lateranensis altaris humeris suis in die cœnæ ad sacrarium deportant, & in sabbato sancto ad altare deportant. Ipsi quoque semper summum pontificem uelut arcam fœderis
3 deportant. ¶ Non † ergo diaconus dalmaticam, nec subdiaconus tunicellam in diebus ieiuniorum, in officio missæ portant propter rationem in iij. parte sub titu. de diacono, & vj. parte sub tit. de septuagesima scriptam, sed casulas seu planetas super humerum sinistrum complicatas gestant, nō replicatas à dextris, & à sinistris, sicut facit sacerdos sed ab anteriori parte, super brachia eleuatas. Subdiaconus tamen epistolam lecturus, illā deponit, quā lecta, eam resumit, & diaconus euangeliū lecturus, illam exuit, & eam decenter plicatam super sinistrum humerum imponit, & sub brachio dextro ligat, ita q̄ ab humero sinistro ad latus dextrum ad modū stolæ descendat, sicq; circuncinctus eam tenet, donec dicatur illa ultima oratio, post communionem, tunc enim illam induit, sicut prius. Missa uero finita tam subdiaconus, quam diaconus illam deponit. ¶ Sanè
4 hæc † diuino plena sunt mysterio. Planetas uero replicatas his tēporibus portant. Primò, propter iam supra positam rationem. Secundò, eas portant ad ostendendū, quòd ipsi ad tantam perfectionem in illis tenentur, ad quantam sacerdos in alijs diebus, ad notandum, quod ex charitate, quæ per planetam significatur, ministrant, & nō ex timore, prout in ueteri lege fiebat, quæ erat lex timoris, & non amoris, sicut noua, præsertim tempore ieiuniorū, quod sine charitate factum, meritorium non est. Ferunt autem illas ab anteriori parte eleuatas, ut liberius ualeant ministrare, & ad ostendendum, quòd ipsi iuxta Apostolum, Quæ retro sunt obliuiscentes, ad anterio Phi. 3
ra feruntur. Portant etiam illas super brachia eleuatas, ad significandum, quòd opere debent charitatem ostendere. quam gerunt in mente, per manus enim & brachia charitas congruè designatur. Non autem replicatas à dextris, & à sinistris, prout facit sacerdos, ad insinuandum similitudinē potestatis, & officiorum suorum. Subdiaconus tamen, epistolam lecturus, tanquam officio suo functurus, illam deponit. Ipse nanque ex officio suo ueterem legem repræsentat. Vnde & epistolæ quandoq; de ueteri lege sumuntur. sub qua non ex amore, ut præmissum est, sed ex timore seruiebatur. Quia ergo illud durauit, quandiu lex durauit, ideo ad hoc figurandum, donec epistola finiatur, non tenet planetam, quę amorem designat. Diaconus uero euāgelium legens eam non deponit, sed iuxta modum stolæ suo officio competentis, illā sibi coaptat, quia eius officium est, doctrinam euangelicam, quæ est lex amoris, prædicare, & hoc ex amore qui facit iugum domini suaue quod iugum, ex quo omnia mundana præmuntur, per stolam super sinistrum humerum significatur. ¶ Cingitur autem planeta, id est † charitate ab hume 5
ro sinistro in latus dextrū, ut sit ei suaue iugum domini, in prosperis, & in aduersis, quæ per lęuam & dextram designatur, tanquam armatus in humeris contra aduersa, & succinctus in altari contra mūdi suauia seu prospera. ¶ Rursus † diaconus duplex gerit officium, scilicet, prędicandi populo, unde lecturus euangeliū, dicit populo: Dās uobiscū: Et ministrandi sacerdoti. 6
Nempè propter prædicandi officium, casulā super humerū portat, quia prædicator in præsenti uita opera populi portare debet, quod à legali sacerdote tractum est:
qui

qui dum sacrificabat summitates balthei, super humerum reflectebat. Pro eo uero, q; sacerdoti ministrat, & quia propter instantes necessitates ire atq; redire habet, dexteram habere debet expeditam, & liberam. Vnde in Tholetano consilio. 25.d. unum. ita legitur unum orarium oportet leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat. id est, pro eo, quod prædicat. Præterea subdiaconus & diaconus lecturi deponunt casulas. quasi profitentes non esse uestem propriam, sed ob reuerentiam temporis recipere commodatam.

¶ Denique circa finem missæ diaconus planetam induit, ad notandum, quòd non sufficit opus ex charitate inchoare, nisi & in
7 charitate perficiatur. ¶ † Tertiò, etiam dici potest, q; diaconus casulam induens, inducit, se esse prædicatorem, qui in dilectione feruceat, & uitæ contemplatiuæ inhiet: dum uero se illa præcingit, & humero duplicatam imponit, opus prædicationis, orationis, & lectionis intromittit, & proximo in necessitatibus subuenit, quam reflectit in dextram, cum omnia refert ad summũ bonum. Et sic dum casulam induit Mariã, dum præcingit repræsentat in ministerio
8 Martham. ¶ Quarto, dum diaconus † ieiuniorum, tempore casulam super humerũ replicat, quasi gladium contra hostem uibrat, ut dicetur in proœmio tertiæ partis.
¶ † In nouo uero testamento ordo iste ab
9 Apostolis sumpsit initium, qui septem uiros boni testimonij plenos spiritu sancto diaconos elegerunt ut iam dicetur. Vnde & sancti patres decreuerunt. 93. di. diaconi. & c. seq. ut in matrice ecclesia septem diaconi, circa altare pontifici in celebratione missæ adsistant. Hi in Apocalypsi, di
Act. 6 cuntur septem angeli, tuba canentes, quia
Apoc. 10. illorum est alta mysteria de superna inspi
Apoc. 1 ratione fori resonare. Hi sunt septem can
Apoc. 10 delabra aurea, qui Christi lucem euangelij alijs ostendere debent. Hi dicuntur septem tonitrua, quia terribiliter comminari debent, quòd omnis arbor, qui non facit fructum bonum, &c. extra de deci. quanuis. in fi. 93. di. diaconi. & c. seq. Hi præconis more, ecclesiam admonent ad orãdum
10 & genua flectendum. ¶ † Ad eos quidem pertinet adsistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus, quæ agũtur in sacramẽtis Christi in baptismo, scilicet chrismate, in patena, & in calice, oblationes, idest, hostias inferre, & disponere in altari, componere etiam, id est ornare mensam domini in altari atque uestire, crucem ferre, puta in processionibus, & prædicare, id est, legere euangelium, & Apostolum, id est, epistolam, pura subdiacono deficiente. 25. di. perlectis, extra de deci. quanuis, in fi. Nam sicut lectoribus uetus testamẽtum, ita diaconis nouum prædicare, id est, legere, præceptum est. Sicut enim dominus donec Euangelium prædicauit, minister fuit, iuxta illud: Non ueni ministrari, sed ministrare, ita nulli magis conuenit Euangelium legere, quàm diacono, qui minister interpretatur. ¶ Vnde cum ordinatur, ideo stolam per quam Christi iugum significatur, accipit, quia euangelium in quo de ipso iugo cõtinetur, lecturus est. ¶ Ad ipsum
† quoque pertinet officium precum, id est, 11
dicere litanias, & recitatio nominum eorum, qui ordinandi, uel etiam baptizandi sunt. Ipse præmonet aures adhibere ad Deum, cum dicit: Humiliate capita uestra Deo, uel humiliate uos ad benedictionẽ. Ipse hortatur clamare, dicẽdo: κυριε ελεησον, in rogationibus, ipse donat pacem licet subdiacono, uel saltem cum dicit: Dominus uobiscum, & annuntiat festiuitates. ¶ Hæc siquidem & alia plura ad eius pertinent officium, quæ in canonibus Hie. 23. dist. diaconi. & c. legimus plenius continentur. ¶ Debent † etiam, tanquam ocu 12
li episcopi, cuncta circumlustrare, & episcopo referre 22. di. diaconi ecclesiæ. & c. seq. usque ad §. compagis. non tamen debẽt baptizare, nec Dominicum corpus dispensare, nisi in necessitate, scilicet episcopo uel presbytero absentibus, & iubentibus, nec possunt calicem benedicere. Non
† debent etiam inter sacerdotes uel corã 13
eis, uel supra ipsos, nisi eorum iussu sedere, possunt tamen in conuentu presbyterorum rogati prædicare. ¶ Diaconi, tenent loca quaternionũ, qui apud gentiles errant.
¶ Sanè † sicut in canone. 23. distin. diaco- 14
nus. legitur. diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manus suas super caput illius imponit, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium, id est ad diaconatum consecratur, id est, ordinatur.

In

In actibus tamen Apostolorum ita legitur: Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt manus super eos. In quo ostenditur, nõ solum episcopum, verumetiam præsbyteros tunc adstantes debere manum super diaconum, dum ordinatur imponere. Nunquid enim plus potest præcari solus episcopus, quàm plures Apostoli? Imponentes enim manus, non dant sanctum Spiritum: sed orãt ut super eos veniat. Cum igitur vsus omnisi bonorũ nõ sit in uno sed i pluribus: meritò plures manus imponit, ut vnusquisq; Dominum deprecetur, vt partem de spiritu suo tribuat ordinãdo ad instar Mosi: de cuius spiritu, Dominus dedit septuaginta
15 viris. ¶ Ideò † aut fit manus impositio super ordinandos, quia per manum, opera: per digitos, spiritus Sãcti dona: per caput verò mẽtem intelligimus. Rectè ergo manus imponitur, quia donis spiritus Sancti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur. De manus impositione sub tit. de episcopo dicetur. Sed cùm diacono manus imponatur: extrà de sac. non ite. c. fi. quæritur quare quando postea fit presbyter, ei manus imponitur iteratio? Respondeo, quia per consecrationem transit de opere ad opus, id est, de ministerio ad Dei immolationem, quod sicut nec illud, nisi gratia Dei adiuti, agere non valemus. Suspensio verò manuum fit, dum oratio super caput effunditur ordinandi: extrà de sac. non ite.
16 c. fin. ¶ Et nota † quoniam tunc & super confirmatos in frontibus, & cum sal, & aqua, pallę altaris, vestes sacerdotales & huiusmodi benedicuntur, ideò hæc manũ suspensio fit, quia virtus quædam manibus consecratis inest, quæ quasi suscitatur, dũ benedictio cum huiusmodi manum suspen
1. Tim. sione super res effunditur benedicendas.
1. Vnde Apostolus monens discipulum Thimotheum, inquit, Moneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per appositionẽ manuum mearum. Vt sicut corde per effectum. sic corpore per suspensionem manuum, deuotio excitetur. Non enim solum in rebus animatis, verumetiam in rebus inanimatis virtus consistit. Vnde nonnulli asserunt, quòd uirtute templi, si quis illud ex deuotione ingreditur, venialia in eo delentur. Rursus suspensio huiusmodi in prolatione exorcismorum, potissimè fit, quasi sacerdos ipso corporis actu, fugando diabolo virtute consecrationis manuum comminetur. ¶ Tertiò, potest † dici, quòd 17
dispensatio sacramentorum soli Deo principaliter, ministris uerò ecclesiæ ministerialiter cõpetit, ipsi enim nihil ad se, sed à principali habent agente. Quia ergo in sacramentorum dispensatione vestium, vel aquæ, & huiusmodi benedictione, seu consecratione, aliqua spiritualis sanctificatio confertur, quam ministri de suis meritis non confisis, debent ab ipso Deo, corde & opere postulare: congruum est, hæc per eleuationem seu suspensionem manuum, per quas opera intelliguntur, ex primi. Vn Tit. 3.
de in tre. Leuemus corda nostra cum manibus. ¶ † Diaconus dalmatica vtitur, ut di 18
scat occultam rationem sublimum indagare. Vnde in quibusdã Ecclesijs ea, nõ nisi in festis vtitur, quia discipuli sublimia nõ intellexerunt, nisi postquam Dominus est glorificatus. Et vtitur ea sine alba, tempore oblationis & lotionis tantum: sicut statuit Zozimus Papa. xciij. dist. diaconus sedeat. ¶ Adhæc diacono † cum ordinatur, 19
traditur sub certis verbis, stola, & codex euangelij quæ res & verba sunt huius sacramenti substantia: cætera sunt de solennitate. Ideò autem stolam accipit, quia euangelium, quòd per Christi iugum figuratur, lecturus est. Hoc officio vtitur, qui corpus & sanguinem Christi discretè dispensat: & qui ad orandum & vigilandum sui exemplo alios hortat. ¶ Christus vero Matt.
hoc officium exercuit quando post cœnam 26.
sacramentum corporis & sanguinis sui proprijs manibus discipulis dispensauit & iterum, quando Apostolos hortatus est ad orandum dicens: Vigilate & orate &c. & Matt.
quando euangelium prædicauit. 4.

S V M M A.

1 *Sacerdotalis ordo, vnde duxerit initium.*
2 *Melchisedech iustus, sacerdotis altissimi,*
3 *Dauid uiginti quatuor sacerdotes instituit.*
4 *Christus, sacerdotes instituit.*
5 *Presbyter, quis dicatur. & unde nu. 6. Et an sapientia, an ab etas dicatur.*
7 *Sacerdos, quis. & vnde dicturus. Et qui olim num. 9.*
8 *Capellæ initium vnde, & inde capellani.*
10 *Presbyteri institutio. quibus constet.*

Sacerdo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 *Sacerdotes, vicem Christi gerunt.*
12 *Sacerdotalis ordinis dignitas & eminentia.*
13 *Pontifex quæ de causa, aut significatione deo sculetur sacerdotem iam inuestitum.*
14 *Præsbiteratus institutio.*

De Sacerdote. Cap. 10.

1 Sacerdotalis ordinis institutio, à veteri lege † exordiũ sumpsit Dominus nanque legitur præcepisse Mosi: applicat (inquit) fratrem tuũ Aaron, ad te cum filijs suis, de medio filiorũ Israel, vt sacerdotio mihi fungatur. Vnxit ergo Moses Aaron in maiorem sacerdotem: filios vero illius, in minores. Vnde propheta inquit: Moses & Aaron in sacerdotibus eius id est, primi & summi inter sacerdotes fuerunt. Ipse tamen Moses prior fuit: quàm Aaron, ordine, & etiam maior administratione. xxij. dist. sacro in glo. Hinc est, quòd Moses illum instruebat, & tanquam minorem redarguebat, de pœn. dist. iij. inter hoc. sed quo ad cõsecrationem sacerdotalem pares fuerunt. Moses autem non offerebat hostias, sed solùm uota pro populo xxxvj. dist. si quis vult. lxxviij. dist. decreuit. Ante legem etiam sacerdotes fuisse leguntur. ¶ Vnde Melchisedech † iustus, sacerdos Dei altissimi legitur extitisse: cui decimas ex omnibus spolijs Abrahã tanquam sacerdoti persoluit. Erant autem multi minores sacerdotes, quos cananeos communiter appellabãt: & vnus erat summus sacerdos, quem vocabant specialiter Azabarcum. ¶. Sed † & Dauid xxiiij. summos sacerdotes instituit. sexdecim de Eleazar, & octo de Ithamar: quibus tamen omnibus vnum præfecit, quẽ statuit principem sacerdotum, & singulis per sortem vicis suæ diuisit hebdomadas quarũ octaua peruenit Abiæ: de cuius genere Zacharias pater Ioann. Baptistæ descendit. ¶ † In nouo quoque testamento, Christus maiores & minores sacerdotes constituit, videlicet xij. Apostolos & septuaginta duos discipulos, per Apostolos electos, quos premittebat binos in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. xxj. dist. in nouo. Sicut enim Deus per Mosen summos Pontifices regendis populis in lege præfecit: & ad eorum societates & operis adiumentum sequentis ordinis viros & secundæ dignitatis elegit. Nam in Eleazaro & Ithamar filijs Aaron paternæ transfunditur plenitudinis abundantia: ut ad hostias salutares & frequentioris officij sacramenta, ministerium sufficeret sacerdotum. Et sicut in Eremo per lxx. virorum prudentium mentes Mosi spiritum propagauit, quibus ille vsus in populo innumerabiles multitudines facilè gubernaret, sic & Christus Apostolis suis discipulos addidit quibus illi totum orbem sanctis prædicationibus repleuerunt, sicut hæc & alia, in pontificali subordinatione sacerdotis habetur. Apostolorum itaque vices, maiores obtinent sacerdotes, id est, episcopi, qui dicũtur summi. j. q. vij. accusatio. de cõsec. dist. v. manus &c. de his. discipulorum uerò minores, id est, præsbyteri. Petrum autem quasi in summum sacerdotem elegit, ei præ omnibus, claues regni cœlorum tradens, & ipsum præ cæteris ponens caput & fidei fundamentum, inquiens: Tu es Petrus & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. xxj. di. in nouo. iuxta illud prophetæ: Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij &c. lxviij. dist. quorum. Apostoli uero episcopos, præsbyteros, & leuitas ordinauerunt, sicut in procemio huius partis dictum est. Sacerdotes ergo sunt successores lxx. virorum, quibus Dominus Mosi spiritum propagauit & lxx. discipulorum, sicut episcopi sunt vicarij Mosi & Apostolorũ. ¶ † Cæterum secundum Idorum. xxj. dist. cleros. πρεσβύτερος Græcè, Latinè senior interpretatur, non modò pro ætate, vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatem quam acceperunt. Senectus enim venerabilis est: & cani sunt sensus hominis: extrà de transla. quanto. ij. q. vj. anterior. Vnde & Dominus inquit ad Mosem congrega mihi lxx. viros de senioribus Israel quos tu nosti q̃ senes sint populi, & magistri. Præsbyter ergo secundum Hier. xciiij. dist. legimus. ad fi. nomen est ætatis: episcopus vero dignitatis. Porrò sicut in libro numerorũ legitur: Mosi p̃cipitur, ut eligat præsbyteros, id est seniores. lxxxviij. dist. porrò. vnde in prouer. dicitur: Gloria senum,

Exod. 40. Psal. 98. Gen. 4. 2 3 Luc. 1. Marci. 3. Luc. 10. 4 Leuiti 8. Num. 2. Mat. 16. Psal. 44. Num. 1. Sap. 4. 5 Num. 2. Prou. 2.

Dani. 13. senum, est canicies. Hæc vero canicies, sapientiam designat, de qua scriptum est, canicies hominum, prudentia est. Cumque non gentis, & eo amplius annis ab Adam, vsque ad Abraham vixisse homines legamus, nullus alius primus appellatus est πρεσβύτερος, id est, senior, nisi Abraham, quæ multo paucioribus annis vixisse conuincitur. Nõ ergo propter decrepitam ętatem: sed propter sapiẽtiam præsbyteri nominantur. Hinc est, quòd illi duo iudices, qui falso iudicauerunt Susanam præsbyteri uocati sunt: qui autem præsbyteri nunc nuncupantur olim principes populi, vt Chore, Datham, & Abiron, uel magistratus, aut magistri templi, vt Nicodemus, Gamaliel dicebantur. ¶ Dicitur † autem præsbyter, quasi alijs viuendi præbẽs iter, vel præbens beatum iter. videlicet populo de exilio mundi ad patriam paradisi. De præsbytero etiam sub ti. de episcopo dicetur. ¶ † Sacerdos uero, antistes dictus est, quia ante stat, & supra se nullum in ecclesia habet. xxj. dist. cleros. Dicitur quoque sacerdos à sacrificando, quia consecrat & sanctificat. Vnde etiã dicitur sacerdos, quasi sacra dans vel sacer dux, ut ait Beda & Gre. in pastorali. lib. ij. xviij. c. Sacerdos etiam, dicitur iustitiæ cultor: Iuxta illud. Cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. ff. de iust. & iu. l. j. ¶ † In plerisque locis sacerdotes, capellani vocantur. Nam antiquitus reges Frãciæ ad bella procedentes, capam beati Martini secum portabant, quę sub quodam tentorio seruabatur, quòd ab ipsa capa dictum est capella. & clerici in quorum custodia ipsa capella erat, inde capellani dicebantur, & consequenter ab illis ad cunctos sacerdotes nomen illud in quibusdã regionibus est trãsfusum. Sunt ẽt qui dicunt, q̃ antiquitus in expeditionibus intẽtorio fiebãt domũculæ de pellibus caprarũ supertectæ, in quibus Missæ celebrabãtur, & inde capellę nomẽ tractum est. Sacerdotes † uerò Gentilium, flamines dicebantur. sicut in procemio huius partis dictum est. Præsbyteri uices gerunt Aedilium, qui apud gentiles fuisse noscuntur. ¶ † Sanè secundum canonicã traditionem præsbyter cũ ordinatur, episcopo eum benedicente. & manum benedictoriam supra caput eius tenẽte, & omnes præsbyteri, qui præsentes sunt manus suas iuxta manus episcopi teneant, supra caput illius, spiritum sanctum inuocantes, quæ manus impositio operum sancti Spiritus exercitationem significat. Nam per caput mens accipitur, per digitos, sancti Spritus dona per manus opera figuramus. Quare autem sit manus impositio, cum facta fuerit, cùm in diaconum ordinaretur dictum est sub ti. de diacono. Vnguntur etiam manus præsbyteri, oleo, in sui ordinatione, de qua in prima parte sub ti. de unc. dictũ est. ¶ † Sacerdotes vicem gerunt Christi dum pro peccatis obsecrant, & per pœnitentiam reconciliant peccatores Mediatores enim sunt inter Deum & homines, prout in seq. tit. plenius ostendetur. Hi stolam super utrunque humerum accipiunt, ut ex hoc se per arma iustitiæ esse munitos intelligant: prout in sex. parte sub tit. de stola dicetur: accipiunt quoque de manu Pontificis calicem cum vino, & patenam cum hostia quatenus his instrumentis potestatem se accepisse cognoscant, placabiles hostias, & corpus, & sanguinem Christi offerendi. Vnde episcopus hæc tribuens dicit: accipite potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrandi, tam pro viuis, quam pro defunctis in nomine Domini ¶ † Hoc ordine nullus in ecclesia celsior est. episcopis tamen quædam super addita est potestas, sicut in proximo tit. dicetur, & in huius partis procemio tactũ est ne si eadem potestas passim penes omnes sit, obedientia soluatur, & scandalum generetur. lxxxix. distin. ad hæc ¶ † Non autem vacat à mysterio, quod ordinator ordinatum in sacerdotem communicans osculatur: diaconus uerò uel subdiaconus ordinati communicantes osculantur manũ ordinatoris, Ratio diuersitatis est primò, ut per hoc ordinum notetur distinctio prout in iiij. parte sub tit. de communicatione sacramenti dicetur. ¶ Secundò, quia Pontifex osculando sacerdotem denotat quòd ille æqualitatẽ ad ordinis recipitur: quantum ad sacramentum eucharistiæ cõsecrãdũ, quod est sacramẽtum amoris, qui per osculum significatur. Diaconus verò & subdiaconus, non recipiuntur ad talem æqualitatem, sed ad imitationem bonæ operationis, quæ ex charitate procedit, quod

6 7 8 9 10 11 12 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod secundum Gregor. per manus oscu-
14 lum designatur.¶ † Sanè ei qui in presby
terum ordinatur, traduntur sub certis ver
bis stola & casula, calix cum patena, & e-
tiam inũgitur, quæ res & verba sunt de hu
iusmodi sacramenti substantia. Cætera ve
rò procedẽtia & sequentia, de solennitate
sunt.¶ Porrò sicut ait beatus Augu. xxviij.
dist. de ipsis. sacerdotes scire debent librũ
sacramentorum siue missale: lectionarium
antiphonarium, baptisterium, computum
canones pœnitentiales, psalterium, homi
lias, per circulum anni diebus Dominicis
& festiuis aptas: è quibus omnibus si vnum
defuerit, sacerdotis nomen uix in eo con-
stabit. Magnus etiam Dionysius ea. dist.
Osee. 4. omnes, inquit. Substantia summi sacerdo-
tis sunt, eloquia diuinitus tradita, id est ve
ra disciplina, seu scientia diuinarum scri-
pturarum. Et Propheta. Quia tu scientiam
repulisti, & ego te repellã, ne sacerdotio
mihi fungaris. Non debet enim discere,
qui ex officio alios debent docere. xxxvij.
dist. ecce. j. c. vij. conuenientibus. ¶ De præ
missis verò libris & homelijs, in proœmio
vj. partis dicetur. Item, qui sint canones pę
nitentiales & utrum sacerdos pœniten-
tias in illis diffinitas, valeat moderari; &
quæ sacerdotes scire oportet, diximus in
aureo repertorio nostro, sub tit. de pœ. &
re. De computo, in finali parte dicemus.
Hoc officium Christus exercuit quando
Matth. 26. post cœnam panem & vinum in corpus &
Rom. 8. sanguinem sub diuina virtute conuertit di
cens, Apost. Accipite & comedite, hoc est
corpus meum &c. Excellentius quoque
hoc officio vsus est, cum pro peccatis hu-
mani generis se ipsum in ara Crucis obtu
lit patri, idem episcopus, sacerdos, & ho-
stia, & adhuc gloriosius implet, dum sedẽs
ad dexteram patris, interpellat pro nobis.

S V M M A.

1 *Episcopus, quis: & vnde dictus.*
2 *Episcopi sedes in ecclesia. Et eius significatio.*
3 *Episcoporum varia nomina. & nu. 4.*
6 *Episcopus, qua die, & hora consecratur. & nu. 12. Et qua solennitate id fiat. nu. 7. 11.*
8 *Episcopi consecrandi capiti cur liber imponatur.*
9 *Episcopi consecrationi cur res episcopi debeant interesse.*
10 *Manus impositio super ordinandis & consecrandis, vnde duxerit initium.*
13 *Episcopi & presbyteri, quid differant.*
14 *Sacerdotes mediatores inter Deũ & hominẽ.*
15 *Episcopus & sacerdos, an intelligantur nomine presbiteri.*
16 *Episcopus & presbiter, antiquitus ijdẽ erãt.*

De Episcopo. Cap. II.

Ropter ea, quæ speciali
ter † officio Episcopa 1
li incumbunt, episcopa
tus inter ordines in sa-
cris canonibus connu-
merantur xxj. dist. cle-
ros. in princ. extrà de
purg. cano. quo. & de conse. eccl. vel alta.
c. pe. episcopi autem nomen plus sonat o-
neris, quam honoris. Nam ἐπίσκοπος Græ-
cè, superintendens interpretatur Latinè,
speculatoris officium gerens xxj. dist. cle-
ros. Nã præpositus in ecclesia speculator
dictus est. Iuxta quod Dominus inquit pro
phetæ: Filij hominis speculatorem dedi te
domui Israel. ut plebi sibi commissæ non
negligenter incumbat, sed vitam & mores
eorum, & cuncta diligenter prospiciat.
¶ † Quia ergo episcopus speculator est, 2
ideò ex institutione Clementis primi, ca Psal.
thedram siue locus eius in ecclesia altior 10.
est, ut superintẽdat & populum custodiat,
omnesque conspiciat, & illum cuncti, sicut
vinitori altior locus est pro vinea custo-
dienda, ob hoc inquit Apostolus, qui epi-
scopatum desiderat, bonum opus deside-
rat. viij. q. j. qui episcopatum. Non dixit ho
norem, sed opus, quoniam episcopus non
tã ut præsit, quàm vt prosit eligitur.¶ Rur
sus faldistorium episcopi, spiritualem iu-
risdictionem annexam Pontificali desi-
gnat: quoniam exercere diffiniendo non
debet, nisi pro tribunali sedens: quod pro
batur ex verbis Domini, dicentis in euan
gelio: Super cathedram Mosi sederũt Scri
bę & Pharisæi, quę dixerint, facite &c. xix:
distinc. secundum iij. q. vij. §. fin. Per sca-
bellum verò, temporalis potestas signi-
ficatur, quæ subiecta debet esse spiritua-
li: sicut probat Gelasius Papa, extrà de ma
io. & obedien. solitæ xcvj. dist. duo. &c. seq.
& Inn.

& Inn. iij. in sua epistola decretali. Et à spi
rituali per disciplinam correctionis con-
culcatur, quando à uero exorbitat per pec
catum, extrà de iud. nouit. lxiij. di. Valenti
nianus. Vnde Psal. Donec ponam inimicos
3 tuos, scabellum pedum tuorum. ¶ † Pon-
tifex uerò princeps sacerdotum est quasi
pons & via sequentium factus xx. dist. cle-
ros, ipse & summus sacerdos, ipse & Ponti
fex Maximus nuncupatur, ut præmissum
est. Ipse nanque efficit sacerdotes atq; Le
uitas, ipse officia & ecclesiasticos ordines
distribuit, & disponit, & præordinator est
in cunctis. ipse quod vnusquisq; facere de-
beat, ostendit. Antea autem Pontifices &
Reges erant, prout tactũ est in prima par-
te sub titu. de consec. Maiorum enim hæc
erat consuetudo, ut Rex & sacerdos Ponti
fex esset. Vnde & Romani Imperatores Põ
4 tifices dicebantur. ¶ † Dicitur etiam præ
sul, quoniam in concilio pręsidet, extrà de
5 tempo. ord. quod translationem. ¶ † Dici-
tur etiam antistes, quia ante alios stans,
præeminet populo, uel ab ἀντὶ, qd est cõ-
tra, quoniã hęreticis contradicit, vt pastor
lupis. Ordo episcopalis unde processit, di-
6 ctum est in proœmio huius partis.¶ † Sanè
cõsecratio episcopalis (in qua Spiritus san
ctus dignè sumẽtibus adest) datur semper
in die Dominica, & hora tertia fit. 75. dist.
c. j. quoniam ipsi episcopi uicem Apostolo
rum obtinent, quibus in die Pente. & hora
tertia Spiritus sanctus datus est. nõ tamen
potest quis in episcopum consecrari die il
la, qua in presbyterũ ordinatur, sed & iux
7 ta canonum statuta. 78. di. si fortè. ¶ † Epi
scopus cùm ordinantur, comprouinciales
episcopi conuenire debent cum metropo-
litano, & duo episcopi ponant, & teneant
Euãgeliorum codicẽ super caput & ceruicẽ
eius, siue super humeros, vno super eum
fundente benedictionem, reliqui uerò om
nes episcopi, qui adsunt, manibus suis ca-
put eius tangant. xxiij. di. episcopis. Siqui-
8 dem † tenetur liber super caput eius. Pri
mo, ut Dominus firmet Euangeliũ in cor-
de ipsius. Secundo, ut per hoc intelligat,
cui labori & honori subijciatur, quia om-
ne, quod hic eminet, idest omnis prelatus,
plus meroribus afficitur, quam honoribus
gaudeat. xxij. dist. verum. Tertio, ad notan
dũ, quòd pondus Euangelicæ prædicatio-
nis, cum circunquaq; ferre pigere non de-
bet. Quarto, ad monendum illum, ut ma-
gis solito iugo subiaceat & obediat Euan-
gelio. ¶ † Titum autem episcoporum ad 9
minus computato metropolitano pręsen-
tia requiritur ratione, & exemplo, Ratio-
ne, ne tantum beneficium uideatur furti-
uè prestitum, ut pro illo pariter preces ad
Deum effundant. Et exemplo, quia & Ia-
cobus frater Domini à Petro, Iacobo, &
Ioanne Apostolis ordinatus est episcopus
Ierosolymitanus. lxvj. di. porrò. ¶ † Manus 10
uerò impositio sumpsit exordiũ ab Isaac,
qui dũ Iacob benedixit, imposuit sibi ma-
nũ. Genes. xxvij. & Moses Iosue, cùm eum
populo pręfecit. Nume. xxvij. & Dominus
Apostolis, cum eos princeps mundi consti
tuit. Sed & ipsi Apostoli per manus im-
positionem Spiritum sanctum dederunt:
Act. xix. De manus impositione, dictum est
sub ti. de diacono. ¶ † Cæterum, circa epi- 11
scopi ordinationem sciendum est, q. ipse
Sabbato hora uespertina examinatur de
moribus, & statu præteritę uitę, ubi ter be
nedictio petitur, ut sancta Trinitas in or-
dinatione præsse monstretur. Manè uerò
sequenti examinatur de futura conuersa-
tione, & fidei & primitię ecclesiæ institu-
tione, propter suspectos in fide, moribus
& conditione, & ungitur caput eius & ma
nus, de quo dictum est in prima parte, sub
tit. cõse. & c. Deinde unguntur manus eius;
& datur ei mitra in capite, in signum q. be
nedictionem omnium gentium dedit illi,
& testamentum suum cõfirmauit super ca
put eius.¶ Dantur etiam baculus & anulus
de quibus in sequenti parte dicetur. Singu
la autem, cum proprijs uerbis tradũtur &
fiunt. Quæ uerba, & capitis & manuum vn
ctio, & pollicũ confirmatio baculi, & anuli
atq; Euangelij traditio, sunt eius substan-
tia sacramenti. Cætera, solennitatis sunt.
¶ De Euangelio, & baculi traditione, &
quare consecratus equum album seu albis
coopertum equitat, dictum est in prędicto
titu. de conse. ¶ † Consecratur autem epi- 12
scopus inter epistolã & Euãgelium, extra
de elect. q. sicut nec potest die suæ cõsecra
tionis ordines celebrare, quia ipse tũc non
celebrat, sed concelebrat principaliter ce
lebranti. Papa tamen qui ante hymnum
angelicũ consecratur, hæc posset, quia ipse
F missa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

missarum solemnia perficit consecratus.
13 ¶ Differt autem † inter episcopos & sacerdotes, quia licet sex sint, quæ cõiter ad omnes pertinent sacerdotes, videlicet catheti zare, baptizare, prædicare, conficere, soluere ac ligare, tñ ad Pontificem nouẽ specialiter spectans. s. clericos ordinare, virgines benedicere, Pontifices consecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradãdos deponere, synodos celebrare, chrisma cõficere, vestes ac vasa sacrare. Sũt & alia quæ ad officium epale pertinent, puta in fronte chrismare: benedictionẽ solennem ante pacem dare, & similia. xxv. disperlectis. lxviij. dist. quanuis. Veruntamen & maiores & minores sacerdotes cõiter in quibusdam vicem gerunt summi Pontifices. i.
2. Cor. Christi, dum videlicet pro peccatis obsecrat, & per pœnitentiã reconciliant pecca
5. tores. vnde Apost. Deus erat in Xpo, mundũ sibi reconcilians, & posuit in nobis verbum recõciliationis, obsecramus ergo pro
14 Xpo reconciliamini Deo. Mediatores †. n. sunt sacerdotes inter Deum & hoies, dum & præcepta Dei populo deferunt pdicando, & vota Deo porrigũt suplicãdo. Quocirca tales debent existere, vt & Deo grati & hominibus sint accepti. Nã vt ait Alexander Papa. j. q. j. Xpi sacerdotes, quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus populi, pro quibus clamant, exauduntur. Et sicut Apost. dicit: Mediator nõ
Gal. 5 est vnius, & discordes reconciliare non potest, qui simul vtriusq; societatis & amicitiæ vinculo non est concors. Si. n. is qui displicet ad intercedẽdũ mittitur, irati animus deteriora pronocatur. 49. dist. §. j. Eps
15 ‡ quoq; & sacerdos, noie presbyteri intelli
Titũ 1. guntur, sicut patet ex his, quæ ad Titum Apost. scripsit, qui eundem & epm & presbyterũ nominauit. Quòd autem idem sit eps & presbyter, multis modis comprobatur. Presbyteri, à filijs Aaron in veteri testamento sumpserunt exordium. Epi verò ab ipso Aaron. Qui verò vocãtur sacerdotes, nunc presbyteri dicuntur, qui tunc principes sacerdotũ, nunc epi nominãtur. Hodie autem ideo diuersa sunt vocabula, vt eps non dicatur presbyter, vel econtrà, quoniam antiquitus qñ pietati studebant presbyteri, in omni loco ordinabantur, & apud Iudęos qui populo præerant presbyteri dicebantur, hoc nomen honoris accipientes. Vocabantur etiã epi ab illo opere quod implere videbantur, eo q̃ considerare habebant quæcunq; ad pietatis cultum
fuerat constituta. † Hinc etiam Hiero. 16
sic ait. xcv. dist. olim. Olim idẽ presbyter, qui & eps, & ante quàm diaboli instinctu studia siue dissensiones in religione fierẽt, & diceretur in populi, ego sum Pauli, & ego sum Apollinis, & ego Cephę, cõi presbyterorum cõcilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam autem vnusquisq; eos, quos baptizauerat, suos esse putabat, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris superponeretur. Episcopi verò nouerint se magis consuetudine, quàm dispensatione dominicæ veritatis, presbyteris esse maiores. Augustinus verò. ij. q. 7. quanquam. dicit, q̃ quanquam secundum vocabula, quæ vsus obtinuit, episcopus sit presbytero maior. Augustinus tamen minor Hieronymo est. Hoc officiũ Christus exercuit, quando manus super capita discipulorum leuans, eis benedixit dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.

ADNOTATIO.

* Dictus est.] Επισκοπῶ. επισκοπῶμαι: pro επικέπτομαι, id est, considero, visio ægrotum, item, recenseo. Inde Επίσκοποι dicti, quorum inspectio in præsidijs Christi, & summa cura. Ambrosius autem, de dignitate sacerdotali, cap. 6. episcopum dici putat, quasi super inspectorem, ideoque & in solio eum in ecclesia editiore residere, vt sicut ipse cunctos respicit, ita & cunctorum oculi ipsum respiciãt. Speculator item dictus, teste Augustin. lib. 1. de ciuit. Dei, cap. ix. quasi populorum, quibus præpositus est, obseruator, custos & præfectus, qui speculetur & prospiciat populorum subditorum mores & vitam. quod confirmat illud Ezechiel. 33. Ille quidem in suo peccato morietur, sanguinem autem eius de manu Speculatoris requiram. Qua etiã significatione vsurpauit idem verbum Cicero ad Atticum lib. 7. Vult enim Pompeius me esse, quem tota hæc Campania & Maritima ora habent ἐπίσκοπον. N. Doard.

LIBER TERTIVS.

SVMMA.

1 *Vestium sacrarum usus, non debet esse quotidianus.*
2 *Vestes sacræ, vnde duxerint initium.*
3 *Vestes episcopales.*
4 *Vestes Pontificis, quid signent.*
5 *Sacerdos non debet ferre vestes sacras, nisi virtutibus ornatus fuerit.*
6 *Spirituale certamen quomodo ineundum ab episcopo.*
7 *Vestimenta cõia episcopis & sacerdotibus, & eorum numerus, & authoritas, & nu. 18.*
8 *Senarius numerus, perfectus. Itẽ, nouenarius.*
9 *Ornamenta quindecim, Pontificibus accommodata quid moneant.*
10 *Superpellicij vsus, & significatio. & nu. 11. & vnde fiat. nu. 12.*
13 *Capa, siue pluuiale, & eius forma, atque significatio.*
14 *Vestium vsus varius cur inductus, præter etiam Christi morem.*
15 *Clerici, vestimentis lineis cur vtantur.*
16 *Maguntinen. Cõcilio sanctio super institutione episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi.*
17 *Vestium varia significatio, in sacerdote Euangelico.*

ARGVMENTVM.

De indumentis, seu ornamentis Ecclesiæ Sacerdotum atque Pontificum, & aliorum ministrorum.

Cap. 1.

1
N quotidiano † vsu nõ est vestibus sacris vtendũ, ad notãdum, q̃ sicut mutationẽ habitus secundum literã facimus ita & secundũ spiritum agamus. Non ergo cum vestibus communis vitæ visu pollutis, in sancta sanctorum ingrediamur, sed cum conscientia munda, & vestibus mundis & sacris Dei sacramenta tractemus, de cõse. d. j. c. j. Vnde Stephanus Papa, de conse. di. j. de vestimenta. statuit sacris vestibus non nisi in ecclesiasticis, & Deo dignis officijs vti. & Ezec. Nõ sanctificabant populum in Ezec.
vestibus suis. Habet ergo religio diuina a- 34
lium habitum in ecclesiasticis officijs, aliũ in cõmuni vsu, vt cuncto populo Christiano exemplum prębeat bonæ conuersationis, quatenus loti, prius sordes, noui Christo fiant homines. Exuit. n. tunc sacerdos veterem hominem, cũ actibus suis, & induit nouum, qui secundum Deum creatus Col. 3.
est. Per vestes quoque, quibus in sacris vtimur tantum, non omnia sacramenta fore populo reuelanda intelligimus xlij dis. in mãdatis. §. fi. xj. q. iij. nolite. Et nota, q̃ tempore Ludouici Imperatoris filij Caroli magni episcopi & clerici cingula auro texta, exquisitas vestes & alia secularia orna
menta deposuerunt ¶ † Sacræ autẽ vestes 2
à veteri lege videntur assumptæ. Præcepit enim Dñs Mosi, vt faceret Aaron sacerdoti, & filijs eius, vestes sanctas, in gloriã & decorem, vt loti & sacris vestibus induti, fungerentur officio in sacris. Exod. xxvij. xxxj. xxxv. & xl. cap. Docuit enim Dñs Mosen per quadraginta dies facere pontificalia, sacerdotalia vestimenta sacerdotibus & Leuitis suis ornamenta quoq; & linteamina. sed & Maria texuit & fecit illa in vsum ministerij tabernaculi fœderis. Et ecclesiast. xlvij. dedit celebrationibus decus, &c. Quædam tamen ab Apostolis sumuntur, sed tam illæ, quàm istæ virtutes designant mysterium incarnationis. ¶ † Sanè 3
Pontifex celebraturus exuit vestes quotidianas, & induit mundas & sacras. ¶ Et primo, sandalia calciant, vt sit memor dñicę incarnationis. Secundo, sibi imponit amictum, vt motus & cogitatus, fauces & lin-
guam cohibeat, ut fiat cor mundum Spiri- Ps. 50
tum rectum percipiens in visceribus innouatum. Tertio, albam talarem, vt habeat munditiam carnis perseuerantem. Quarto, cingulum, vt impetus luxuriæ refrenet. Quinto, stolam, in signum obedientiæ. Sexto, tunicam iacinthinam, id est cœlestem conuersationem. Septimo, superinduit dalmaticam, id est sanctam religionem, & carnis mortificationem. Octauo, chirothecas, vt declinet vanam gloriam. Nono, annulum, vt diligat sponsam, id est ecclesiam, sicut se. Decimo, casulam, id est charitatem. Vndecimo, sudarium, vt quicquid fragilitate, vel ignorantia peccat, pę

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitentia tergat. Duodecimo, pallium superponit, vt ostendat se imitatorem Christi, qui languores nostros tulit. Decimotertio, mittam, vt sic agat quòd coronam mereatur percipere æternam. Decimoquarto, baculum, idest authoritatem potestatis, & doctrinæ. Et postea, tapeta calcat, vt terram despicere & amare cœlestia discat. Omnibus autem præmissis vestibus induitur à ministris, quia ei, vt vestes induat spirituales, Angeli suffragantur: vel quia Vicarius est Christi, cui Angeli ministrant, & omnia seruiunt. ¶ Rursus Pontifex uersus Aquilonem respiciens, quanuis uersus Orientem seu versus altare si sit magis accommodum, respicere possit, tanquam aduocatus & pugil cum hoste pugnaturus antiquo, uestibus sacris, quasi armis induitur, iuxta Apostolum, ut iam dicetur. Primo, sandalia † pro
4 ocræis habet, ne quid maculæ, uel pulueris affectionum inhæreat. Secundo amictus pro galea, caput contegit. Tertio, alba, pro lorica totum corpus cooperit. Quarto, cingulum pro arcus subcingulum, pro pharetra assumit, & est subcingulum illud, quod dependet à cingulo quo stola Pontificis cum ipso cingulo colligatur. Quinto, stola collum circundans, quasi hastam contra hostem uibrans. Sexto, manipulo pro claua utitur. Septimo, casula, quasi clypeo tegitur, manus libro, pro gladio armatur. De singulis etiam aliter dicetur infrà. ¶ Hæc itaque sunt arma, quibus Pontifex vel sacerdos armari debet contra spirituales nequitias pugnaturus. Nam vt inquit Apostolus: Arma malitiæ nostræ non sunt carnalia, sed ad destructionem munitionum potentia. Et in alia epistola ad Ephe. vij. cap. Induite uos inquit armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti lorica iustitiæ, & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumere, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Hæc quidem armatura, est præmissa, septuplex uestis sacerdotalis, significatiua septemplicis virtutis sacerdotis, & representatiua Christi uestium, quibus indutus fuit tempore passionis, prout infrà dicetur. ¶ † Pro- 5
uideat ergo diligenter episcopus, & attendat studiose sacerdos, ut signum sine significato non ferat, id est, ut uestem sine uirtute, non portet, ne fortè similis sit sepulchro foris dealbato: intus, uerò omni spurcitia pleno. Quisquis sacerdos indumentis ornatur & honestis moribus nõ induitur, quanto uenerabilior apparet hominibus, tanto redditur indignior apud Deum. Pontificalem itaque gloriam non iam honor commendat uestium, sed splendor animarum, quoniam & illa, quæ quondam carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quæ in ipsis erant intelligenda, poscebant, ut quicquid illa uelamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis uarietate signabant, hoc iam in moribus actibusque clarescat, cùm & apud ueteres reuerentia ipsa significationum species obtineret, & apud nos certiora sunt experimenta rerum, quàm ænigmata figuram, prout hæc & alia in pontificali, ubi agitur de episcopi consecratione leguntur. ¶ † Sic 6
itaque munitus ad certamen contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & pro sedanda in subditos iudicis ira ad altare procedit, & per confessionem diaboli renuntiat dominio, & seipsum accusat populus uerò quasi pro suo priuilegio oraturus, in festis diebus terræ prosternitur. Dum autem ille orationes & alia recitat, quasi totis viribus contra diabolum pugnat. Dum diaconus in ieiunijs ante Euangelium casulam super humerum replicat, quasi gladium contra hostem uibrat. Dum epistola legitur uoce præconis, Imperatoris edicta dantur. Cantus, sunt tubicinæ, præcentores, chorum regentes sunt ducentes exercitũ ad pugnam instruentes, quibus lassescentibus alij subueniunt. Cantus autem sequentiæ, est plausus seu laus uictoriæ. Dum Euangelium legitur, hostis quasi gladio vulneratur, aut exercitus post uictoriam dispersus adunatur. Episcopus prædicans, est Imperator, uictores laudans. Oblationes sunt, spolia, quæ victoribus diuiduntur. Cantus offertorij, est triumphus, qui debetur Imperatori. Pax autem in fi-

Eph. 5

ne

ne datur populo, vt qui ex hoste prostrato insinuetur. Et deinde populus, data ei licẽtia, per Ite, missa est, cum gaudio de victoria & pace obtenta ad propria redit. Celebraturus itaq; missam episcopus, aut presbyter indumentis suo ordini congruentibus se exornet, & vestium cultui, actionis quoque conueniant ornamenta, ead. dist.
7 rationis. ¶ † Circa q̃ notandum est, quòd sex sunt indumenta sacerdotibus & episcopis communia, quia & sex sunt, in quibus cõmunis presbyterorum & episcoporum potestas consistit. Nouem verò sunt ornamenta Pontificibus specialia, quia & nouem sunt in quibus specialis episcoporum potestas consistit. Per hunc ergo communium & specialium indumentorum numerum cõmunitas & specialitas potestatum inter episcopos & sacerdotes significatur, de quo in parte præcedenti dictum est sub tit. de episcopo. Hoc etenim tam in nouo, quàm in veteri testamento legitur constitutum, vt Pontificis præter communes vestes habeant speciales, sed ibi quatuor erãt communes, & quatuor speciales, prout dicetur sub tit. de legalibus indument. & sic quidem ratio mystica postulabat. Nã illæ datæ sunt carnalibus, & mũdanis, quoniam quaternarius numerus conuenit carni propter quatuor humores, & mundo, propter quatuor elementa. Hæc autem spiritualibus & perfectis data sunt. Nam † senarius
8 numerus qui perfectus est, quia redditur ex suis partibus aggregatis, perfectis conuenit. Vnde sexto die perfecit Deus cœlũ, & terram, & omnem ornatum eorum, sed & cum in plenitudine temporis sexta venisset ætate, sexto die sub hora sexta redemit genus humanum. Senarius ergo numerus perfectus est, quia suo ordine numeratus perficitur. Nam cùm vnũ, duo, & tres, dicuntur, senarius numerus impletur, vel quia in tribus partibus diuidit̃. i. in sexta, tertia & dimidia, videlicet in vno, duobus, & tribus. Nouenarius ẽt spiritualibus conuenit, quia nouem sunt ordines Angelorũ qui secundum Prophetam per nouẽ gem-
9 marũ species designantur. ¶ † Quindecim ergo sunt ornamenta Pontificis quidecim virtutum gradus, ipso numero designãtia, Psal. 123. quos per quindecim cantica graduũ Psal. distinxit. Vestes enim sacerdotale, virtutes significant: quibus debent sacerdotes ornari, secundum illud Propheticum: Sacerdotes tui induantur iustitiam, & sancti tui exultent. Quæ talares dicuntur, quia talus, est finis corporis, per quod ostenditur, q̃ non sufficit opus bonum inchoare, nisi studeatur perseuerantí fine compleri, prout sub titu. de tunica dicetur. Sic ergo noster Pontifex plura, quã octo induit uestimenta, q̃uis Aaron non nisi octo habuisse legatur quibus modernam succedunt, quod ideo est, quoniam oportet iustitiam nostram magis abũdare, quam Scribarum & Pharisæorum, vt intrare possimus in regnũ cęlorum. Potest ẽt dici, q̃ noster Pontifex octo habet à capite, vsq; ad pedes, exceptis vestimentis pedũ & manũ. f. amictũ, albã, cingulũ, & stolã, duas tunicas, casulã, & palliũ: vestimentũ. n. pedum potius pertinet ad nostros q̃ ad Aaron, quia nostris dictũ est. Euntes docete oẽs gẽtes &c. Deniq; præter præmissas vestes sacris ordinibus & ministris deputatas, est & alia quædam vestis linea, quę superpellicium dicitur, quo quibuslibet seruitijs altaris & sacrorũ vacãtes super vestes cões vti debẽt, prout in seq. ti. dicetur. ¶ † Superpellicium 10
aũt primo, propter sui candorẽ, munditiã seu puritatem castitatis designat. Iuxta illud: Omni tẽpore vestimenta, idest opera Eccl. 9
tua, sint cãdida, & munda. Propter nomen verò suum carnis mortificationẽ figurat. ¶ † Secũdo, dictũ est. n. superpelliciũ, eo, q̃ 11
antiquitus super tunicas pellicias de pellibus mortuorum animalium factas induebatur, q̃ adhuc in quibusdã ecclesijs obseruatur representantes q̃ Adã post peccatũ Gen.
talibus vestitus est pellicijs. ¶ Tertio, de- 3.
notat innocẽtiam, & ideo ante oẽs alias vestes sacras sępe induitur, quia diuino cultui deputati, innocentia vitę cunctis virtu Ps. 24
tũ actibus superpollere debẽt, iuxta illud Iacob.
Psal. Innocentes & recti adhæserunt mihi. 4.
¶ Quarto, propter sui latitudinem, con 1. Pet.
gruè charitatẽ designat. Vnde super pro- 4.
phanas & cõmunes vestes induitur, ad notandum, q̃ charitas operit multitudinem peccatorum. ¶ Quinto, propter sui formã, quia in modum Crucis formatur, pasionem Domini figurat, quòdq; illud gerentes crucifigi debent cum vitijs, & cum concupiscentijs † Fiunt autem superpellicia, 12

 in

Universidad de Deusto Biblioteca

in quibusdã locis de chrismalibus lineis,
quę ponũtur super infantulos baptizatos,
exemplo Mosi, qui de purpura & bysso, &
alijs à populo, in tabernaculo oblatis, fe-
cit uestes, quibus Aaron & filij eius indue
rentur, quando ministrabant in sanctua-
13 rio. Exod. xxxix. c. ¶ † Est etiam & alia ue
stis, quæ pluuiale uel cappa uocatur, quæ
creditur à legali tunica mutuata. Vnde si
cut illa tintinabulis, sic ista fimbrijs infigi
tur, quæ sunt labores huius mundi solici-
tudines. Habet etiam caputium, quòd est
supernum gaudium. Prolixa est usq; ad pe
des, per quod perseuerantia usq; in finem
significatur. In anteriori parte aperta est
ad denotandũ, quòd sanctè cõuersantibus
uita patet ęterna, seu quòd eorum uita pa
tere debet alijs in exemplum. ij. q. iij. non
sunt. in fi. Rursus per cappam gloriosa cor
porum immortalitas intelligitur. Vnde
illam non, nisi in maioribus festiuitatibus
induimus, aspicientes in futuram resurre-
ctionem quando electi deposita carne bi-
nas stolas accipient, videlicet requiẽ ani-
marum & gloriam corporum. Quæ cappa
rectè interius patula est, nisi & sola neces-
saria fibula inconsuta, quia corpora spiri-
tualia facta nullis animã obturabunt an-
gustijs. Fimbrijs etiam subornantur, quia
tunc nostræ nihil deerit imperfectioni,
sed qd̃ nunc ex parte cognoscimus, tũc co
14 gnoscemus sicut & cogniti sumus. ¶ † Qui-
dam autem, hæretici garriunt nusquam re
1. Cor. periri in nouo testamento, quòd Christus
2. vel discipuli eius prẽmissis uestibus indue
rentur, reprehendentes nos temere, quia
à talibus ornamur, quoniam sicut Io. ait:
Dominus surgẽs de cœna posuit uestimen
ta sua, & postea alia nunquam accepit, nisi
sua. Nos uerò (ut dicunt) plura alia, quam
uestimus, reuestimus in Missa, in qua cœ-
nam ipsam imitamur, & Dominus ab his,
qui uolunt ambulare in stolis, nos cauere
præcepit, dicens: Cauete à Scribis, qui uo-
Io. 13. lunt ambulare in stolis, Dicũt enim, quòd
Math. hoc facimus, vt iustiores & excellentiores
12. populis appareamus. cõtra illud. Vos estis,
Lu. 16. quę iustificatis vos corã hominibus: Deus
autẽ nouit corda uestra, quia quod homi-
nibus altũ est, abominatio est apud Deũ.
¶ Error autem iste ex præmissis apertissi-
mè confutatur. Legitur quoque Exo. xlij.
& xliiij. Dum ingredientur sanctuarium
meum, & accedent ad mensam meam, vt
mihi ministrent, & audiant cæremonias
meas, vestibus lineis induentur nec ascen-
det super eos quicquã laneum. Cum egre-
dientur atriũ exterius ad populum, exuẽt
se uestimentis suis, in quibus ministraue-
runt, & non sanctificabuntur populum in
uestimentis suis. ¶ Et † no. quòd ostiarij, 15
lectores, exorcistæ, & acolyti, uestibus al-
bis utuntur, uidelicet superpellicio, ami-
ctu, & alba, & baltheo, ut Angelos Dei mi
nistros per castitatis munditiam imiten-
tur, & eis ĩ carne gloriosa effecta spiritua-
li, quasi in albis uestibus socientur. Inde
est, quòd potius lineis uestibus utuntur,
quia sicut linum multo labore ad candorẽ
perducitur, sic necesse est, per multas tri-
bulationes ad regni gloriam peruenire.
¶ † In concilio Maguntiñ. ij. q. j. episcopus, 16
presbyter, statutum est, quòd episcopus in
ordinatione sua recipiat orariũ, baculum
& anulum, presbyter orarium & planetã,
diaconus orarium & dalmaticam, subdia-
conus patenam & crucem, & cùm degra-
dantur, ea perdant. Et in concilio Thole.
dist. xciij. diaconus in conuentu: statutum
est, quòd diaconus tempore oblationis tã-
tum, scilicet quando legit Euangelium,
utatur alba, id est dalmatica. ¶ † Notan- 17
dum quoque est, quòd vestes Euangelici sa Psal.
cerdotis aliud designant in capite, scili- 109.
cet in Christo, aliudque figurant in mem- 1. Pet.
bris quanquam & caput & membra sacer- 2.
dotis nomine nuncupantur, ad caput dicit
Psalmographus: Tu es sacerdos in æter-
num secundũ ordinem Melchisedech.
Ad membra uerò dicit Apost. Vos estis ge
nus electum, regale sacerdotium. Expo-
nenda ergo sunt eorum mysteria. Primò,
secundũ quod membris, consequenter se
cundũ quod capiti, scilicet Christo conue-
niũt, prout in quolibet capitulo distin-
guetur. ¶ De ornamentis autem, & pallis
& uestibus ecclesiæ uel altaris, in prima
parte dictum est, ubi agitur de picturis.
¶ † Porrò sex indumenta sacerdotibus, & 18
episcopis communia sunt hęc, amictus, al-
ba, zona seu cingulum, stola, manipulus,
planeta. Nouem uerò pontificibus specia
lia sunt hæc, caligæ, sandalia, succincto-
rium, tunica, dalmatica, chirotecæ, mitra,

anulus,

anulus, baculus pastoralis. De quibus om-
nibus singulatim prosequimur, & etiã de
sudario & pallio & de coloribus, qbus ec-
clesia in ecclesiasticis vtiẽ indumentis, &
de legalibus indumẽtis, siue ueteris testi.

SVMMA.

1 *Amictus vsus, & significatio. & nu. 3.*
2 *Amictus inuolutio circa collum, & pectus, quid significet.*

De Amictu. Cap. 2.

PRimo de sex ornamen-
tis episcopis & sacerdo
tibus communibus, est
secundum præmissa di-
cendum. Lotis † itaque
1 manibus episcopus seu
sacerdos celebraturus
assumit amictum, quo caput tegitur, quẽ
Exod. Pontifex loco ephor, siue superhumeralis
28. & rationalis habet, & nunc etiam superhu
merale vocari potest, significans salutem,
quæ per fidẽ tribuitur. De hoc Aposto. ad
Ephe. 6. Galeam salutis assumite. Signifi-
cat etiam castitatem cordis, & corporis:
quia & renes & pectus ambit, & tegit: &
omnibus sacris vestibus supponiẽ, sed om-
nibus supereminet: quia castitas etiam de-
bet esse intus in pectore, & foris nitere o-
pere. Vnde in renibus stringitur, quia ibi
præcipuè luxuria dominatur. Per amictũ
quoque super humeros, quia circunquaq;
diffunditur, operum fortitudo designatur.
Humeri nanque fortes sunt, ad opera per-
Gene. agenda, iuxta illud Patriarchę Iacob. Sup
49. posuit humerũ ad portandum. & factus est
tributis seruiens. Duo funiculi siue duæ
chordulæ, quibus amictus ante pectus liga
tur, significant intentionem & finem, qui-
bus informandũ est opus, ne fiat in fermen
to malitię & nequitię, sed in azymis synce
ritatis & veritatis. Sacerdos igitur nõ de-
bet otiosus existere, sed bonis operibus
1. Cor. insudare, secundum illud Apostoli ad Ti-
5. mot. Labora sicut bonus miles Iesu Chri-
2. Tim. sti, Laudanda tamen quorundam locorum
2. habet cõsuetudo vt linea camisia alba aut
superpellicium super cões vestes indu-
antur prius q̃ amictus imponatur, per quod
fides, quæ primo adesse debet, significatur.
Porrò amictus super hos planetæ reuolui
tur, de quo sub titu. de planeta dicetur.
¶ † Amictu quoque collum stringitur per 2
quod vocis castigatio intelligitur, quoniã
per collum, in quo vox est, vsus loquendi
exprimitur. Stringitur ergo collum, ne
inde ad linguam mendacium transire pos-
sit. Leuiter tamen cum eo pectus & fauces
stringuntur, prout sub ti. de cingulo dice-
tur. Illo etiam caput operimus, ne circun-
quaq; liberè prospiciendo, illicita cogite-
mus. Pectus seu cor eo tegiẽ, quia animus
sacerdotis ad ea, quæ incumbunt debet to
tus esse intentus, nec debet tunc ad vanita
tes, vel ad aliqua mũdana liberè meditan
da dissolui. Porrò amictus † quo sacerdos 3
caput obnubilat, secundum quod capitis
Christo, conuenit, significat id, quod in A-
poc. describitur, videlicet Angelum Dei Apoc.
descendisse de cœlo amictum nube. Et in 10.
Esa. Ecce Dominus ascendit super nubem Es. 19
candidam. Veniens etiam ad Saluatorem
mundi, Dei filius, Angelus magni cõcilij,
amictus est nube, dum diuinitatem abscon
dit in carne. Nam caput viri Christus, ca-
put Christi, Deus, extrà de sac. vnc. c. vno. 1. Cor.
Hoc ergo carnis latibulũ significat sacer- 3.
dotis amictus, quod per illam syndonem
expressius significatur, quia summus Ponti
fex caput obducit, de qua sub titulo de suc
cinctorio dicetur, & pulchra quidẽ quod
per calciamentum pedum, hoc ipsum per
amictum capitis designatur, quia diuini-
tas in carne latuit, & per carnẽ innotuit.
Nam cum notus esset in Iudæa Deus, & in
Israel magnum nomen eius, in Idumæam Ps. 75
extendit calciamentum suum, & ante con Ps. 59
spectum Gẽtium reuelauit iustitiã suam.
Amictus etiam, repræsentat operimẽtum, Ps. 97
quo Iudæi velabant faciem Christi dicen-
tes, Matth. 26. Prophetiza nobis Christe,
quis est, qui te percussit.

SVMMA.

1 *Alba subsequitur amictum. Et quid ea significet, & nu. 6.*
2 *Byssus, quid.*
3 *Albæ cõpositio. & forma, cùm in veteri, tum in nouo testamento. & nu. 4.*
5 *Manicæ albæ, quid moneant.*

Universidad de Deusto Biblioteca

De Alba. Cap. 3.

POst amictum, camisiam
1 siue albã sacerdos in-
duit, † quæ membris
corporis conuenienter
apta, nihil superfluum
aut dissolutum in vita
sacerdotis, aut in eius
membris esse debere demonstrat, hæc ob
speciem, cãdoris, munditiam demonstrat,
Eccle. 9. secundum quod legitur. Omni tempore
vestimenta tua sint candida. Fit autem de
byso vel lino, propter quod scriptum est,
Apo. 19. byssinum sunt iustificationes sanctorum.
Est † autem byssus, linum ægyptiacum.
2 Sicut enim lynum vel byssus candorem,
quem ex natura non habet, multis tuntio
nibus attritum, acquirit per artem, sic &
hominis caro, munditiam, quam non obti
net per naturam, per exercitia bonorum
operum, multis castigationibus macerata
1.Cor. 9. fortitur per gratiam. Sacerdos ergo, secun
dum Apostolum castiget corpus suum, &
in seruitutem redigat, ne fortè cùm alijs
3 prædicauerit, ipse reprobus fiat. ¶ † Ha-
bet autem alba caputium, quod est profes
so castitatis. Habet etiam ligulam, quę si-
gnificat linguam sacerdotalem, quæ ligat
contumaces & absoluit pęnitentes. ¶ Rur-
sus hæc vestis, quæ in veteri sacerdotio li-
nea, vel ποδήρης Græcè, seu latinè tunica
talaris dicebatur, stricta fuisse describitur,
propter spiritum seruitutis Iudæorum in
Ro. 8. timore. In nouo verò larga est, propter spi
Gal. 4 ritum adoptionis in libertate, quia nos
Ps. 44 Christus liberauit. Quod autem aurifri-
Luc. 12 sium & grammata, diuersis in locis, ac va-
rijs operibus ad decorem habet, illud insi-
nuat, quod propheta dicit in Psalmo. Asti
tit regina à dextris tuis, in vestitu deaura
4 to, circundata varietate. ¶ Rursus † alba
cingulo stringitur, vt omnis voluptas car-
nalis adstricta intelligatur, dicente Domi
no: Sint lumbi vestri præcincti. ¶ Manicæ
5 quoque tam † albæ quàm etiam tunicel-
læ conuenienti debent esse strictæ, non ni
mis laxæ, vt labantur, & brachia nuden-
tur, habentes in summitatibus Aurifrisia,
ad designandus aureos torques, q brachia
nuda beati Martini missam celebrãtis mi
raculose & decenter operuerunt, prout in
sexta parte, sub eius festo dicetur. Per † al 6
bam etiam qua corpus à sursum vsque ad
deorsum tegitur, spes quæ ex gratia proue
nit ecclesiæ desursum, & ex meritis eccle-
siæ deorsum figuratur. De hac Apostolus
ad Roma. viij. Spe salui facti sumus. Quia
verò vsque ad talos descendit, perseueran
tiam designat, prout tactum est propè fi-
nem in prooemio huius partis. Porrò se-
cundum quod capiti, scilicet Christo con-
uenit alba; quæ est lineum vestimentum,
longissimè distans à tunicis pelliceis, quæ
Gen. 3 ex mortuis animalibus fiũt, quibus Adam
vestitus est, post peccatum nouitatem vitæ
significat, quam Christus & habuit, & do-
cuit & tribuit in baptismo, de qua dicit
Eph. 4 Apostolus: Exuite veteré hominem, cum
actibus suis, & induite nouum, qui secun-
dum Deum creatus est. Nam in transfigu-
ratione resplenduit facies eius, sicut sol,
Math. 17. & vestimẽta eius facta sunt alba, sicut nix.
Semper enim vestimenta munda fuerunt,
1.Pet. 3. & candida, quia peccatum non fecit, nec
inuentus est dolus in ore eius. Hæc etiam
vestis, representat albam vestem, in qua
Herodes illusit Christo. Luc. 23.

SVMMA.

1 *Zona, quid. Et quid designet, & nu. 5. 6.*
2 *Succinctorium duplex dependens & cingu-*
lum in sinistro latere Pontificis, quid signẽt.
& nume. 4.
3 *Oratio & ieiunium, quam vim habeant.*

De zona seu cingulo. Cap. 4.

DEbet † autem alba cir-
1 ca lumbos sacerdotis
seu Pontificis zona seu
cingulo, quod in lege,
& apud græcos ζωνάρι
siue baltheũ dicebatur,
præcingi, ne defluen-
do, incessum impediat, vt castitas sacerdo-
tis per albam significata, nullis incentiuo-
rum stimulis dissoluatur. Cingulum nan-
que cõtinentiam significat. Vnde, sint lum Luc. 12
bi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in
manibus vestris. In lumbis quidem luxuria
dominatur, sicut Dominus loquens de dia Iob. 40
bolo, manifestat. Virtus eius in lumbis
eius,

eius, & fortitudo eius in umbilico ventris
illius de pœnitent. distinctione secunda.
si enim inquit, ad finem. ¶ Sanè in sinistro
2 latere † pontificis cingulo duplex depen
det succinctorum, quia duo sunt, quibus
castitas roboratur, & sine quibus difficile
3 † conseruatur, scilicet oratio & ieiunium.
Vnde Dominus ait. Hoc genus dæmoniorũ
non eijcitur, nisi in oratione & ieiunio.
Marci nono. Debent ergo lumbi per con-
tinentiam præcingi, & per abstinentiam
Ephe. 6. succingi. Vnde Apostolus: State succin-
cti lumbos vestros in ueritate. Verum suc-
cinctorium, quod alias περίζωμα, vel suc-
cingulum vocatur, inter indumenta lega-
lia fuisse non legitur: quia & si legales sa-
cerdotes accincti tempore sacrificij absti-
nere deberent: alio tamen tempore licitè
vocabant amplexus. Hodie autem additur
cingulũ, quia moderni ministri iugem ha-
bere debent continentiam. Et ideò non
solum cingi, sed etiam succingi debent. †
4 Ideò autem duplex est succinctorium, vt
duplex castitas denotetur, uidelicet men-
tis, quæ per cingulum, & corporis, quæ per
subcingulum, significatur. A parte sinistra
dependet, quia potior est castitas mentis,
quàm corporis: & dexta pars potior est,
quàm sinistra. Vnde Grego. Lumbis præ-
5 cingitur nunc, cum carnis luxuriam per
3. Re. 17. carnis continentiam coarctamus. Cingu-
lum † quoque conuenienter temperan-
3. Re. 18. tiam designat: de subcingulo etiam dictũ
est in prooemio huius partis. Et aduerte,
Matt. 26. quod pectus & fauces leniter cum amictu
stringuntur, quia motus in nostra potesta
te non sunt. Helias prius clausit cœlum,
quod petijt, quod non pluueret, quam ani-
mum quando desiderabat vindictam de
morte prophetarum, lingua etiam in hu-
mido sedet, & in madido, & facilè lubrica-
tur. Vnde princeps Apostolorum ad uocẽ
ancillæ magistrum suum negauit. Sed reu-
es fortiter cingulo stringuntur, vt casti-
getur corpus, & in seruitutem redigatur,
& impetus luxuriæ refrenetur. Porrò se-
cundum quod capiti, scilicet Christo con-
Apoc. 1. uenit zona sacerdotalis, significat illud
Eph. 3 quod Io. Apostolus ait: Conuersus vidi si-
milem filio hominis præcinctum ad ma-
millis zona aurea, Per zonam auream, per
fecta Christi charitas designatur: quam di
cit Apostolus superuenientẽ scientiæ cha
ritatem Christi, feruentem in corde, radiã
tem in opere: cuius succinctorium illud si-
gnificat, quod Esaias de Christo loquens Esa. 2.
prædixit. Erit iustitia, cingulum lumborũ Ps. 10.
eius, & fides cinctorium renum eius. Nam Psal.
iustus Dominus iustit am dilexit: æquita- 144.
tem vidit vultus eius. Et fidelis Dominus Actu.
in verbis suis, & sanctus in omnibus operi 1.
bus suis. Duę summitates ipsius: duæ sunt Tho. 4
partes naturales iustitiæ: quam Christus Matt.
fecit & docuit scilicet quod tibi non vis 7.
fieri, alteri non feceris: sed quæcũque vul- Psal.
tis, ut faciant vobis homines, & vos eadem 23.
facite illis. Cingulum † ergo, iustitiam 6
significat, cuius duo sunt brachia se se con Io. 19.
stringentia: scilicet declinare à malo, & o-
perari bonum. Representat etiam flagel-
lum, quo Pilatus cæcidit Iesum.

SVMMA.

1 *Stolæ subsequitur cingulum. Et quid ea*
notet.
2 *Stola, cur protendatur ad genua.*
3 *Stolæ reflexio in vtrunque humerum, quid*
significet.
4 *Stola, cur collo sacerdotum, diaconorum vero*
humero imponitur.
5 *Stolæ cur ad lumbos succingatur.*
6 *Stola est velut quoddam orarium: sine quo*
non licet mysteria Ecclesiastica celebrare.
7 *Stola, collo sacerdotis incumbens, quid notet.*
8 *Stolæ vti quibus prohibitum.*

De Stola Cap. 5.

POst cingulum † sacerdos orarium 1
siue stolã, quæ leue Domini iugum
significat. xxiij. dist. Ecclesiastica siue
quæ est iugum præceptorũ Domini, super
collum sibi imponit, ut iugum Domini se
susceptisse demonstret. Quam cum osculo
sibi imponit, & deponit, ad notandum as-
sensum & desiderium, quo se subijcit huic
iugo. illa autem à collo per anteriora
descendens, dextrum & sinistrum latus
adornant: quia per arma iustitiæ à de-
xtris & à sinistris, id est in prosperis,
& in aduersis sacerdos debet esse muni-
tus: quatenus nec aduersis frangatur,
nec prosperis eleuetur. Vnde & cum
sacer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacerdos in ordinatione stolam accipit: dicit illi episcopus: Accipe iugũ Dei: iugũ enim eius suaue est, & onus eius leue: suaue
2 in prosperis, leue in aduersis ¶ Stola quippe vsque ad genua, quæ curuantur, protenditur, ut nos mittes corde, & humiles insinuet. Significat enim patientiam, de qua scriptum est: Patientia vobis necessaria est
Heb. 10. ut reportetis promissiones. Et iterum: in
Luc. 11. patiẽtia vestra possideatis animas vestras. Hinc est ergo, quod stola cũ zona seu cingulo à dextris & sinistris, quibusdam nexibus colligatur, quia virtutes virtutibus sociantur & iuuantur, ne aliquo moueantur tentationis impulsu, & ad designandum, quòd tam in prosperis, quàm in aduersis debet Christi iugum patienter ferri, faciente glutino charitatis. A quibusdã verò pontificibus additur præmissis verbis: stola innocentiæ induat te Dominus, quod stolam respicit primitiuam, quę fuit innocentiæ significatiua. ¶ Rursus † stola
3 ab humero sinistro sacerdotis, in dextrum dum ordinatur reflectitur: quia cùm obedientia incipiat ab actiua per dilectionẽ proximi, transit in cõtemplatiuam vitam per dilectionem Dei. Longitudo autem stolæ perseuerantiam significat. Duo brachia stolæ: dependẽtia significãt prudẽtiã, & tẽperantiam, Vnde Apost. ad Titũ iij. Sobriè, iustè, & piè viuamus &c. Sed & secũdũ decretũ Bracharensis concil. xxiij. dist. Ecclesiastica. debet sacerdos de vno eodemque orario ceruicem pariter, & vtrunque humerum imprimẽs signum Crucis in suo pectore præparare, vt qui imperturbatus præcipitur inter prospera, & aduersa, consistere virtutum semper ornamento vtroque circũseptus appareat humero. Si quis autem aliter egerit excõmunicationi debitè subiacebit: nisi fortè quis dixerit hoc decretum per contrariam generalis ecclesiæ consuetudinem abrogatum. Nam non vbique partes stolæ reducuntur ante pectus, in modum crucis. Crucem autem gerit in pectore, dum Christi passionem, cuius minister est, imitatur in mente. Orarium itaque iugum simul & onus est, iugum sacerdotibus: onus diaconis. ¶ Vnde
4 † sit vt sacerdotibus circa collum, & diaconis super sinistrum humerum ponatur. Sicut enim iugum collo portatur, sic & humeris onera feruntur. Lege in Leuitico & videbis solos Leuitas ferendis oneribus deuinatos. In diaconis etiam stola iugum Num.
significat, prout in parte secunda dictum 3.
est, vbi de diacono agitur. ¶ Adhuc stola sinistro humero diaconi imponitur, quia decet temporalia spiritualibus deseruire uel quia dextram diaconi oportet esse liberam, ut expeditius ad ministerium sacerdotis discurrat, de quo etiam ibi dictum
est. ¶ Ad † lumbos stola succingitur, ut 5
sit fortis & expeditior compugnax libidinum. Quandoque tamen solùm super sinistrum brachium pars anterior stolæ complicatur: qd tractũ est à legalibus sacerdotibus, qui dũ sacrificabãt, summitates balthei super humerũ reflectebãt. In episcopo verò vel sacerdote, ab vtraque parte equaliter dependent anterius: quia Christus, cuius typum gerunt, qui æquanimiter se habuit in prosperis & in aduersis (quæ per læuam & dextram significantur) habitatores terræ ad cœlestia ducere desiderabat: quos semper ante oculos mentis suggerebat. ¶ † Dictum est autem orarium, quia
6 quanuis sine alijs indumentis sacerdotibus baptizare, consignare, & alia plura orando facere liceat, sine orari, tamen nisi magna necessitate cogẽte, nihil horũ facere licet. ¶ In conci. Tribur. in bucardo. lib. vj. c. præsbyteri. legitur vt presbyteri nõ vadant, nisi stola oraria induti. ¶ Notandum autem est, quòd antiquitus stola erat uestis candida, pertingens vsque ad vestigia, qua Patriarchæ vtebantur ante legem, quam primogeniti cùm benedictionem patris acciperent, induebant, & Domino victimas, ut pontifices offerebant. Sed postquam alba cœpit portari, mutata est in torquem. Per primam stolam innocentia intelligitur, quæ fuit primo homine. Sed cum eam perdidit propter peccatũ, oportuit eam recuperare per vitulum saginatum. Quia igitur superest, ut qui per inobedientiam cecidimus, per obedientiam resurgamus, rectè pro veste innocentiæ recuperanda, subimus torquem obedientiæ. Nam per stolam, qua nunc utimur, obediẽtiam accipimus euangelij crucifixi. ¶ Porrò † secundum quod capiti, scilicet Chri
7 sto conuenit stola, quæ super amictum collo sacerdotis incumbit, obedictiam & seruitutem

uitutem significat, quam Dominus omnium propter suorum salutem subijt. Nã
Phil. 2. cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æq. Deo: Exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens, factus obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Causam quippe mortalitatis nec traxit origine, nec commisit opere. ¶ Stola signat ligaturam, qua Iesus
8 ligatus fuit ad columnam. † Statutum est in canonibus. xxiij. distinctione. non oportet. & duobus cap. sequen. ne subdiaconi, lectores, & psalmistæ orarijs siue stolis utantur.

SVMMA.

1 *Manipulus quo concilio adhibeatur. & numero. 5.*
2 *Manipulus, cur in sinistra geratur. & numero. 4.*
3 *Manipulus, vnde sumpserit initium.*
6 *Manipulis non vtuntur diaconi & subdiaconi, seruiente Pontifici induenti se à sacris vestibus.*

De Manipulo. Cap. 6.

1 QVia vero mentibus bene compositis, & Diuino cultui mancipatis, sæpe subripit accidia, quæ † quodam torpore reddit animum dor
Psal. 118. mientem: Psal. dormitauit anima mea præ tædio, ideò in sinistra manu ministri ad altaris ministerium accedentis, quædam apponitur manipula, vel fanum, vel manipulus, vel sudarium appellatur, quatenus sudorem mentis absterget, & soporem cordis excutiat, bonis operibus inuigilet, depulso tædio, vel torpore: Per manipulum enim bona opera vel vigilantia designantur, de qua Dominus ait: Vigilate, quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Vnde sponsa dicit in Canticis: Ego dormio; & cor meum vigilat. Per sudarium etiam pœnitentia designatur, qua labes quotidiani excessus, & tędium mundanæ conuersationis extergitur de quo dicitur. Dormitauit anima
Matt. 14. mea præ tædio. Tedet enim animam pecca-
Cãt. 52. torum, conscientiæ, & infirmitatis corpo- Psal.
re. Significat etiam futurorum bonorum 118.
retributionem. Vnde in quibusdam locis, 1. Co-
quoties in festis albis vtuntur, manipulos rin. 4.
portant, ex eo, q̃ in illa vitæ vnusquisque Psal.
propriã mercedẽ accipiet. Et veniẽtes ve 125.
nient cum exultatione portantes manipulos suos. Item, quia manipulus pœnitentiam designat, inde est, quòd sudarium sub diaconi magis fauore sacerdotali formatur, quia vbi maior excessus, maior exigitur pœnitentiæ fructus. De sudario etiam infrà dicetur. ¶ Sanè ministri † manipu-
2 lum in brachio sinistro ferunt, ad notandum, quòd stricti debent esse ad terrena, sed ad cœlestia expediti. Antiqui autem non erant adstricti ad hoc, quia Deo etiã pro temporalibus seruiebant, & ad significandum nos in hac vita, quæ per sinistrũ significatur, pati tædium superfluì humoris id est, delectationis, & alia superflua mentis. ¶ Ad hoc manipulus in sinistra, fidem in hac uita designat. † Manipuli vsus
5 sumptus est non ab Aaron: sed ab antiquis patribus: quia (sicut legitur in martyrologio Bædæ) Arsenius sudarium semper ferebat in sinu, vel manu ad tergendum effluentiam lachrymarum. Habebant quoque sancti patres, dum sacra tractabant, & sacramenta conficiebant, mappellas, id est, paruas mappas, & mantilia in manibus, nunc pro tergendis manibus, & nunc pro operiendis, & nunc pro re
4 uerenter tractandis sacramentis. ¶ Porrò secundum quod † capiti, scilicet Christo conuenit, quod sacerdos manipulum portat in læua designat, quòd Christus brauiũ Psal.
obtinebat in uia. Per manipulum enim 125.
præmium designatur, Iuxta quod legitur: Can. 2
Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Per læuã, uita præsens accipit. Iuxta illud: Læua eius sub capite meo, & dextra ipsius amplexabitur me. Christus autem simul fruebatur, & merebatur, fruebatur in pa- Ioã. 3
tria, & merebatur in via. Nam simul
5 & brauium comprehendebat, & stadium percurrebat: quia simul erat in patria, & in via, nemo inquit ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Manipulus † etiam repræsentat funem, quo Iesus comprehensus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſus à Iudæis ligatus fuit. Vnde Ioan. xviij. Comprehenderunt & ligauerunt eum. Manipulus tamen poſt indutam planetam conſueuit Romano pōtifici immitti, quod etiam à pluribus obſeruatur, de quo in quarta parte ſub titul. de confeſſione dicetur. ¶ † Notandum autem, quòd diaconus & ſubdiaconus pontifici induenti & exuēti ſe à ſacris veſtibus, ſiue manipulis ſeruiunt. Primò, ut expeditius & liberius adminiſtrent. Secundò, ad notandū, quod in tali obſequio non debet fructum quærere temporalem, qui quandoque per manipulum ſignificatur. Iuxta illud Pſal. Venientes autē, &c. Rurſus, dum pontifex: ſe induit vel exuit, diaconus ſtat à dextris, & ſubdiaconus à ſiniſtris: quia diaconus ex ordine ſuo ad fortiora, & perfectiora, quæ per dextram ſignificatur, aſſumitur, quàm ſubdiaconus.

6 Pſal. 125.

SVMMA.

1 *Caſula quid, vnde dicatur, & quid notet.*
2 *Charitas legis eſt implementum.*
3 *Caſulæ tripliciter plicatur. Et quid idipſum notet. & nume. 4.*
5 *Caſula vndique clauſa integraq; quid notet.*

De Caſula ſeu Planeta. Cap. VII.

1 POſtremò, ſuper omnes † veſtes induitur caſula, quæ quaſi parua caſa eitur: & à Græcis πλανήτα vocatur, ἀπὸ τῆς πλάνης hoc eſt, errore, quoniam errabundus eius limbus ſuper brachia eleuatur, ſignificans charitatem ſine qua ſacerdos eſt, ſicut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Sicut enim charitas operit multitudinem peccatorum, & omnia legis & prophetarum mandata continet, dicente Apoſtolo. Plenitudo legis eſt charitas, ſic & hæc veſtis cuncta plana & alia omnia indumenta intra ſe claudit & continet. De † charitate dicit Apoſtolus: adhuc excellentiorem viam vobis oſtendam. Si linguis hominum loquar & Angelorum: charitatem autem non habeam, nihil ſum. Et iterum: Si fidem habeam, ut montes tranſferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum. de conſecr. diſt. iiij. ſolent hæc ſiquidem eſt veſtis nuptialis, De qua Dominus inquit in euangelio: Amice quomodò huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Sine hac autem nunquam ſacerdos debet ſuum officiū exercere: quia ſemper decet eum in vinculo charitatis permanere. Per hoc aūt, q; amictus ſuper os planetę reuoluitur innuitur, quòd bonum opus debet ad charitatem referri. Nam finis præcepti, eſt charitas, de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. quòd verò caſula in extenſione manuum in anteriorem & poſteriorem partem diuiditur: ſignat. duo brachia charitatis ad Deum ſcilicet & ad proximum, Diliges (inquit) Deum tuum &c. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ. Rurſus latitudo planetæ latitudinem ſignificat charitatis, quæ etiam vſque ad inimicos extenditur. vnde: Latum mādatum tuum nimis. ¶ Duæ † quoque plicaturæ, ſiniſtræ, videlicet & dextræ, ſunt duo præcepta charitatis ſcilicet amor Dei & proximi. Duplicatur etiam ante pectus, per quod cor, & inter humeros, per quos opera exprimuntur & in eis veſtimentum duplex in ipſum efficitur: quia ſic debemus bona opera foris oſtendere proximis, ut eadem intus in cor de coram Domino integra ſeruemus. Charitatem enim debemus habere corde, & opere, & intus, & foris. Rurſus ante pectus duplicatur: quoniam per charitatem bona voluntas & ſancta cogitatio generatur. Duplicatur etiam inter humeros: quia per illam aduerſa à proximis, & ab aduerſarijs ſupportantur. Ad brachia autem eleuatur dum bona opera charitatis operātur. Ad dextrum, dum operamus bonum ad domeſticos. fidei. Ad ſiniſtrum, dum extenditur etiam ad inimicos. ¶ Adhuc † triplicatur in brachijs, in dextro quidem, cū fidelibus monachis clericis, & laicis ſubuenimus. in ſiniſtro, dū infidelibus. ſ. malis Chriſtianis, Iudæis & paganis neceſſaria miniſtramus: per caſulā quoq; recte opera iuſtitiæ deſignantur, iuxta illud: Sacerdotes tui induant iuſtitiam. Sanè ſacerdos ſuum agens officium non debet caſulam exuere, quia præcipiente Domino Leui. xxj. c. nō licet ei egredi de ſanctis ſcilicet rebus vel præceptis. Porrò, ſecundum quod capiti. ſcilicet Chriſto conuenit caſula, magni ſacerdotis eſt eccleſia vniuerſalis, de qua dicit

Cor. 13.
1. P. 3. 3. Rom. 13.
2
1. Cor. 3.
Matt. 22.
1. Tim. 1.
3
Matt. 22. Pſal. 118.
Gal. 6.
4
Pſal. 131.
Gal. 4. Pſal. 132.
Ioan. 1.

cit Apoſtolus: Quoquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Hoc eſt illud Aaron veſtimentum in oram deſcendit unguentum: ſed à capite deſcendit in barbam: & à barba deſcendit in oram: quoniam de plenitudine ſpiritus eius non omnes accepimus: primo Apoſt. deinde ceteri. Quòd autē caſula unica † & integra, & undique clauſa eſt, ſignificat fidei unitatem & integritatem: veruntamen in extenſione manuum in anteriorem, & poſteriorem partem quodammodo diuiditur deſignans antiquam eccleſiam, quæ paſſionem Chriſti præceſſit, & nouam, quæ Chriſti paſſionem ſubſequitur. Nā & qui præibāt, & qui ſequebātur clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid: benedictus, qui uenit in nomine Domini. Hæc etiam veſtis repreſentat purpureum veſtimentum, quo milites circundederunt Ieſum.

5
Matt. 22. Ioan. 19.

SVMMA.

1 *Veſtimentum pedum, vnde traxerit originē.*
2 *Pontifices, quando ſandalia & caligas adſumant. Et eorum ſignificationum. 3. 4.*
3 *Calciamētum epiſcopi, quo inuitet quoſie prohibeat. & nu. 4.*
5 *Sandalia, vnde dicantur. & eorum forma.*
6 *Sandaliorum apertura & clauſura, quid ſignificent.*
7 *Sandalia, ex corio albo fiunt interdum.*
8 *Lingula à corio ſeparata, ſuper pede conſurgens, quid ſignificet.*
9 *Sandaliorum corigiæ, quid notent.*
10 *Sandalia eo quòd capiti conueniunt, quid deſignent.*
11 *Sandalijs vti, quibus licet, & quibus prohibetur.*

De Caligis, & Sandalijs. Cap. 8.

SVperius de ſex ornamētis, tam ſacerdotibus, q̄ epiſcopis cōibus dictū eſt: nunc autem de nouem pontificum ſpiritualibus dicendum reſtat, & prius de caligis & ſandalijs uideamus. Veſtimentum † autem pedū non habuit originem ab Aaron qui duntaxat in Iudæa conuerſabaū, ideoque neceſſe non habuit, ſed ab Apoſtolis quibus dictum eſt. Euntes, docete oēs gentes. Niſi fortè quis dixerit q; caligæ & ſandalia in locum ſeminaliū ſuccedunt. ¶ Celebraturi † igitur pōtifices, pedes interea dū dicuntur quinq; pſalmi in præparatione Euangelij pacis, caligis & ſandalijs calciantur, quorum pulchritudinem admirabatur propheta, dicens: Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizātium bona. Vnde Apoſtolus ad Epheſios. Calciati pedes calciamentis virtutū. Et in Euangelio legitur Dominum miſiſſe diſcipulos ſuos ſandalijs calciatos, calciatos vtiq; in præparatione Euāgelij pacis. Si n. calciati non eſſent, qſio, ſuper ſerpentes & ſcorpiones calcare potuiſſent? Cogitent † igitur epiſcopi, cur ita calciati ſunt, imitentur eorum exempla, quorum imitātur calciamenta. Siquidē per pedes cōuenienter effectus intelliguntur. Debēt nanq; habere affectus & deſideria calciata ne puluere terrenorū ſeu tēporalium maculentur. ¶ † Per huiuſmodi quoque calciamentum prohibitio pedum congruè intelligitur, ne videlicet ad illicita feſtinent. Quia uerò affectus inficiuntur, & maculantur tempore proſperitatis, quod per dextrum, quàm tempore aduerſitatis, quod per ſiniſtrum intelligitur, ideo, ut maiori periculo citius occurrendum oſtendatur, à dextro pede pontifex incipit calciari. ¶ Prius tamen, quam ſandalia pedibus imponantur, caligis induuntur, vſque ad genua protenſis, ibique conſtrictis, quia prædicator pedibus ſuis rectos facere greſſus ſuos & genua debilia roborare. Nam qui fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Caligæ quoque iacinthini, id eſt, aerei ſeu cœleſtis coloris denotant, quòd cœleſtes debet habere pedes, id eſt, affectus & firmos, ne claudicet ſed dicat: Confortamini puſillanimes. Et conſequenter † ſandalia pedibus imponuntur, quæ ſic uocantur ab herba, uel ſandalico colore, quo depinguntur. Habent autem deſubtus integram ſoleam: deſuper verò corium feneſtratum, quia greſſus prædicatoris & ſubtus debent eſſe muniti, ne polluantur terrenis: iuxta illud dominicum. Excutite puluerem de pedibus veſtris, & ſurſum aperti quatenus

2
5
Matt. 28. Eph. 6 2
Eph. 6 Marc. 6.
Eph. 6 Lu. 10
3
4
Matt. 5.
5 Eſ. 35

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus ad cognoscenda mysteria seu cœlestia
Psal. 118. reuelentur. Iuxta illud propheticum, Reuela oculos meos & cons. mirabilia de lege tua. In hoc quoque, quòd desuper aperta sunt, quòd corda semper ad Deum erecta habere, & oculos mentis ad ea, quæ sursum sunt, aperire debemus, significatur.
Gene. 27. Quòd etiã subtus solida sunt, significat, q; mentem in terrenis obtusam habere debemus, nec debemus querere benedictionem Esau, quæ in terris est, sed Iacob, quæ est in cœlis. ¶ Rursus, quòd sandalia in qui-
6 busdam locis aperta, & in † quibusdam integra seu clausa sunt, designat q; euangelica prædicatio nec omnibus reuelari, nec omnibus abscondi debet, iuxta illud Luc. 8. Vobis datum est, nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis Mat. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas spargere ante porcos. ij. q. iij. nolite. ¶ Sandala † quoque interius quando-
7 que ex corio albo fiunt, quia necesse est intentionem candidam, & conscientiam puram coram Deo habere, & exterius nigrum apparet, quia prædicatorũ vita propter tribulationes huius mundi nigra & despecta secularibus videtur. Quandoque etiam rubeum, ad votũ martyrij designandum, & quandoque diuersis coloribus variatum, quo virtutum varietas, quibus ornatus esse debet, significatur. ¶ Lingula
8 † verò à corio separata, super pedem consurgens, linguas eorum qui prædicatori bonum perhibent testimonium, significat: qui tamẽ quodammodo à spiritualiũ conuersatione separati sunt. ¶ Secũdo lingua ipsa, spiritualium lingua est, quæ prædicatorem in opus prædicationis introduxit. ¶ Tertiò, etiã ipsius prædicatoris linguam designat, linea verò ab ipsã lingula, vsque ad finem scandalij, per medium eius procedens, euangelicam perfectionem designat, ligneę verò ab vtroque latere procedentes, quæ in fine sandalij ad ipsam lineam mediam referuntur, ibiq; terminatur, legem figurant propheticam, quæ in euangelio recapitulantur & in eo determinantur. ¶ Superior quoq; pars sandalio rũ, per quã pes introducit, varijs cõsuitur funiculis, ne duo eius cornua desluant seu abinuicem separentur, seu abinuicem disiungantur: ad notandum, quòd prædicator seipsum varijs alligare debet virtutibus, aut scripturæ sententijs, ne ipsius intrinseca ab his, quæ exterius lucẽt, coram altissimo disiungantur. Ipsa quoque sandaliorum ligatura, significat, quòd prelatus, qui huc illucque discurrere habet, gressus mentis firmare debet cùm in turbis versatur. ¶ Quia verò † corrigiæ huc atque il- 9
luc manibus ducuntur, vt sandalia firmentur, & ligentur: significat, quòd prædicator sic firmo gressu incedere debet, vt nulli onerosus existat, & ne in uia ministranda deficiat. Nã frustra uelociter currit, qui prius, quàm ad metã peruenìat deficit, de pœ. dis. iij. in cassum. Mysticè enim sandalia, cursum prædicatoris significant. Quandoque tamen sandalia nõ ligantur, quia Christi incarnatio aliquando humanis sensibus aperta est, ut est pannis inuo- Luc.
lui, & in præsepio poni. Aliquando uerò 10.
corrigiæ sandalijs supererogantur, quia scriptum est. Quodcunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Potest etiam dici, quod caligæ significant il- Io. 13
lam lotionem, de qua Dominus ait: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet. Sed quia non sufficit munditia cordis, absque patientia persecutionis, ideo sequuntur centones rubei, qui martyriũ figurant. Qui autem in corde munditiam & in uoluntate (si opus fuerit) habuerit patientiã securus accedet ad prædicationẽ, quia sandalia aliud designant apostolica. ¶ Porrò 10
secundum † quod capiti, scilicet Christo conueniunt sandalia, aliud designant: Pontifex enim in altaris officio, capitis sui scilicet Christi, cuius est membrum representans personam, dum pedibus assumit sandalia aliud incarnationis dominicę cal ciamentum insinuat, de quo Dominus ait in Psal. In idum æneam extendam calcia- Ps. 59
mentum meum, id est, in gentibus notam faciam incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas, ut pro nobis Dei filius sacerdotio fungeretur. Per lingulas autem, quibus pedibus ipsa sandalia constringuntur: Illud idem accepimus, quod per calciamenti corrigiam Io. Baptist. significauit, cùm ait. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, unionem uidelicet ineffabilem, & copulam cagnalem insolubilem, quibus uerbis

bis diuinas nostræ se carni coniunxit. Sanè mediantibus caligis pedes sandalijs coniunguntur, quoniam anima mediante carne, diuinitati est unita. Sicut enim pes corpus sustentat: ita diuinitas mundum gubernabat. Vnde Psal. Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est. Verũ secundum decretum Greg. xciij. dist. §.
1 cõpagis. & duobus cap. seq. Diaconi † non debent uti compagis, idest, scandalijs, neq; manipulis, idest, calciamentis episcopalibus, absque indulgentia sedis Apostolicæ speciali. Olim enim utebantur, quia eorum erat discurrere per comitatum. Hodie ergo nec ipsi nec sacerdotes utuntur: sed episcopi solum, ut per uarietatem sandaliorum, notetur uarietas officiorum. Præterea, episcopi habent per plebes discurrere: sacerdotes verò Domini hostias immolare. Clerici autem Romanæ Ecclesię ex cõcessione Constantini Imperatoris uti possent calciamentis cum udonibus: id est candido linteamine. xcvj. distinctio. Constantinus.

SVMMA.

1 *Orale, siue uelum, quod suo capiti episcopus imponit, quid significet.*
2 *Crux ante pectus Pontificis maximi posita, quid designet.*

De Succinctorio & Orali. Cap. 9.

DE succinctorio nil aliud dicimus: q̃ q; sub zona & cingulo, in procemio huius partis dictũ
1 est. ¶ Sanè Rom. † Pontifex post albam & cingulum, assumit orale, quandam uidelicet sindonem, quod capiti quasi in modum ueli imponit, & replicat super humeros, & ante pectus legalis pontificis ordinem sequens, qui post lineam strictam & zonã induebat ephot, idest, superhumerale: cuius locum modò tenet
2 amictus. ¶ † Assumit etiam Crucem quandam, catenulis insertam, quam à collo suspẽsam, sibi statuit ante pectus. Quoniam & legalis, pontifex laminam auream getebat in fronte, pro qua põtifex iste Crucem gerit in pectore: & sic signo Crucis aurea lamina cessit. Nã mysterium, quod in quatuor literis auri lamina cõtinebat, in quatuor partibus forma Crucis explicuit: iuxta quod inquit Apostolus: Vt comprehen Eph. 3
datis cum omnibus sanctis, quæ sit latitu- Ro. 10
do & longitudo: quæ sublimitas & profundum. Sacramentũ ergo, quod ille tunc per laminam præferebat in fronte: hoc iste iam recondit in mente. Nam corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem, & secundum Hiero. auro legis, sanguis euangelij pretiosior est. Crucem quoque statuit sibi ante pectus, ad designandum, quod ait Apostolus: Glo
rificate & portate Deum in corpore ve- 1. Corin. 6.
stro. Imponendo autem sibi & deponendo, Crucem illam osculatur, ad denotandum, quòd Christi passionem, quæ per illam significatur, credit & confitetur, ad quam repræsentandum in officio missæ se parat.

SVMMA.

1 *Tunica Episcopi, quid significet.*
2 *Tunica duæ, in ueteri testamento, & earum significatio.*
3 *Iacinthi lapidis vis.*
4 *Tunicã vnam super alia, cur induat Põtifex.*

De tunica. Cap. 10.

POst appositam stolam, pontifex induit tunicam, quæ alibi subtile, in lege uerò ποδήρης, idest, talaris dicebatur, significantem perseue-
rantiam, unde Iosephi Ge. 37
inter fratres suos talarem uestem describitur habuisse. Cùm enim cæteræ uirtutes in stadio currant, perseuerantia tantum brauium accipit: quoniam qui perseuera-
uerit usque in finem, hic saluus erit, de Apoc.
pœn. distin. ij. Apostolus &c. multi. Vnde 2.
precipitur: esto fidelis, usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. ¶ Rursus ideò post albam tunicam induitur: quia sicut per albam castigatio corporis: ita per tunicam uirtutes intimę intelliguntur: quas semper debet habere perfectus. Porrò tunica

Universidad de Deusto
Biblioteca

nica non cingitur: quoniam ſub formam
iter non impeditur: ſic & uirtutes per il-
lam deſignatæ liberum iter ad comtempla
tionem Dei præbent: ſed alba cingitur,
2 prout ſub cingulo dictum eſt. ¶ In †uet. teſ.
Mat. 3. erant duæ tunicæ: uidelicet byſſina & ia-
cinthina Exo. xxxix. c. & hodie etiam qui-
dam pontifices duabus utuntur, ad notan-
dum, quòd proprium eſt eorum, habere
ſcientiam duorum teſtamentorũ, ut ſciant
de theſauro Domini proferre noua & ue-
tera, ſiue ut ſe oſtendant diaconos & ſacer
dotes. Præterea unaq; earum typum pro-
prium gerit: quoniam alba, quæ byſſina
ſiue linea eſt, caſtitatem ſignificat, ut ſub
ti. de alba dictum eſt. Prima etiam tuni-
ca, ſerica eſt, quę originem traduxit ex uer
mibus, qui ſine coitu creatur, caſtitatem &
humilitatem demonſtrat. Secunda tuni-
ca, quæ iacinthina eſſe debet, ſicut & olim
3 erat coloris lapidis † iacinthi, qui ętheris
ſerenitatem imitatur, ſanctos ſignificat cę
leſtia cogitantes, & imitantes, ſiue cœle-
ſtem cogitationem & conuerſationem. Si-
cut enim lapis ille colorem cum aere mu-
tat: nam in ſereno aere, ſerenus, & in ob-
ſcuro, pallidus eſt: ſic ſpecialiter decet epi
ſcopum gaudere cum gaudentibus, & flere
cum flentibus. Si autem illa alterius colo-
Ro. 12 ris fuerit, ſic & alterius ſignificationis.
4 ¶ Cæterum † pontifex unam tunicam ſub
alia induit, ad denotandum, quòd ſicut
cooperta tunica à populo non uidetur:
ſed tantum à clericis ſcitur: ita & ratio
ſublimium, & uirtutes, quas prę fectus ſem
per habere debet, quæ per illam ſignifican
tur, patere non debent omnibus: ſed ma-
ioribus & præfectis. ¶ Porrò, ſecundum
quod capiti, id eſt, Chriſto conuenit hæc
ueſtis, quæ in ueteri ſacerdotio iacinthini
erat coloris, & habebat pro fimbrijs mala
punica, cum tintinabulis aureis, ab infe-
riori parte dependentia, ut pontifex to-
tus uocalis incenderet: prout dicetur ſub
tit. de legalib. indumentis: cœleſtem Chri
ſti doctrinam inſinuat: cuius notitiam ha-
buerunt omnes, quibus dicitur per Pro-
phetam, In montem excelſum aſcende tu,
qui euangelizas Sion. Præcipuè tamen
hanc tunicam habuit euangelicæ textrix
Io. 15. doctrinæ ſapientia Dei, Ieſus Chriſtus: &
Io. 19. dedit illã Apoſtolis ſuis. Omnia (inquit)
quæ audiui à patre meo, nota feci uobis.
Hoc ergo ſignificauit illa tunica Domini,
quam milites ſcindere noluerunt, eo quòd
eſſet inconſutilis deſuper, contexta per to
tum xvj. q. vij. ſicut Domini damnum fo-
re magnum exiſtimantes. In quo ſignifica-
tum eſt, quàm damnoſi ſint, qui doctri-
nam euangelicam hæreſibus ſcindere mo-
liuntur. Subdiaconus quoque utitur tuni-
ca, de qua in ſequenti tractatu dicetur.

SVMMA.

1 *Dalmatica Epiſcopi, unde ortum habuerit. Et unde dicta, nu. 2*
3 *Dalmatica, quales habeat manicas. Et quid notent.*
4 *Epiſcopus cur plura ornamẽta habeat, quam ſimplex ſacerdos.*
5 *Dalmaticæ forma, & compoſitio. Et nu. 6. 7. Et eius ſignificatio, ibid. & nu. 8*
9 *Dalmatica cur intermittatur aduentus Dominici tempore à diacono, à ſubdiacono uerò tunica.*

De Dalmatica. Cap. II.

Pontifex immediatè ſuper tunicam dalmaticam veſtit, ſecundum
1 † inſtitutionem Silueſtri Papę quę ab incon
ſutili Dominici tunica, & apoſtolorum col
lobio creditur mutuata. Et autem κολλόβιον, veſtis ſine manicis, prout in cucula
monachali apparet: ſed Silueſter Papa in
dalmaticam uertit, latas manicas addendo, & in ſacrificijs altaris portandam in-
ſtituit in xciij. diſtinct. diaconi ita. ¶ † Di-
2 cta eſt autem dalmatica, eo quod in Dal-
macia, & poſt omnia alia indumenta ſacer
dotalia ſint reperta. Hæc ſui forma ſigni-
ficat largitatem, eo quòd largas habet ma
nicas & protenſas. Vnde, ſecundum Apo-
Titũ 1 ſtolum oportet epiſcopum non eſſe turpis
lucri cupidum: ſed hoſpitalem xlvij. diſt.
lxxxviij. diſtinct. conſequens. Non ergo
manum habeat ad dandum collectam, &
ad recipiendum porrectam: ſed illud ef-
ficiat, quod Propheta ſuadet. Frange eſu-
rienti panem tuum, & egenos uagosque
intro-

Iſ. 58 introduc in domum tuam &c. Et ob hoc
fortè diaconi ſpecialiter utuntur dalmati
cis: quia principaliter electi ſunt ab Apo-
ſtolis, ut mẽſis ex officio miniſtrent. ¶ † Cę
3 terum, dalmatica diaconi ampliores ha-
bet manicas, quam tunicula ſubdiaconi,
quæ alicubi ſubtile uocatur: quia ipſe am
pliorem debet habere charitatem, quàm
ſubdiaconus, propter maius donum. Ponti
ficis etiam dalmatica latiores habet mani
cas, quàm diaconi, adnotandum quòd ipſe
magis eſt expeditus, nihil habens, quod ip-
ſius manus reſtringat: quia pro cœleſtibus
omnia debet largiri. Charitas enim eius
extendi debet etiam uſque ad inimicos.
Nempe tunicella ſubdiaconi: dalmatica
diaconi: & caſula presbyteri, ſuccedunt in
locum tunicæ iacinthinę: quę erat coloris
cœleſtis, id eſt aerei: adnotandum, q; om-
nes miniſtri altaris cœleſtem debent ha-
bere conuerſationem: licet ſecundum ma
ius & minus: quod notat latitudo uel ſtri
ctura manicarum dalmati cæ & tunicellę,
4 ut præmiſſum eſt. ¶ † Quia igitur ſacer-
dos maximè debet eſſe ad cœleſtia expedi
tus, ideò hæc ornamenta non gerit: nec
aliò brachia ſtringens. Epiſcopus autem
ſimul utitur, & dalmatica, & tunicella, &
omnium ornamentis: ut oſtendat ſe per-
fectè omnes habere ordines, tanquam, qui
eos alijs confert. Minores ſacerdotes eos
non conferunt & ideo nulla non portant,
quibus ſufficit unum, quod cœleſtem ſigni
ficet conuerſationem. Præterea, Pontifex
in ornamentis atque in officio magis ex-
preſsè gerit ſimilitudinem Saluatoris,
quàm ſimplex ſacerdos: & magis ſibi con-
ueniunt ornamentorum ſignificata: ideo-
5 que pluribus utitur ornamentis. ¶ † Debet
autem dalmatica habere duas lineas coc-
cineas hinc inde, antè & retro, à ſũmo uſq;
Deut. Lu. 10 ad deorſum, ut Pontifex oſtendatur habe-
1. Io. 2 ibid. re feruorem charitatis ad Deum, & proxi-
mum in proſperis, & aduerſis: Iuxta uete-
ris & noui teſtamenti præceptum, quod eſt
Diliges dominum Deum tuum, ex toto
corde tuo: & proximum tuum, ſicut teip-
ſum, unde Ioan. Chariſsimi non mandatũ
nouum ſcribo vobis: ſed mandatum uetus
quod ab initio habuiſtis. Et iterum, manda
tum nouum ſcribo vobis, &c. Quandoque
lineæ purpureæ ſunt ſignificantes fidem
ſanguinis Chriſti in utroque populo ne-
ceſſariam, in ſiniſtro quoque latere dalma
tica fimbrias ſolet habere, ſolicitudines
actiuæ uitæ ſignificantes, quas Epiſcopus
pro ſubditis ſuis debet habere: iuxta quod
dicit Apoſtolus: Præter illa, quæ extrin-
ſecus ſunt, inſtantia mea, quotidiana ſolici 1. Cor. 2.
tudo omnium Eccleſiarum. Per dextrum
verò latus, quod fimbrijs caret, notatur cõ
templatio cœleſtium ſine ſolicitudinibus,
& quieta à multiplicitate perturbationũ.
¶ † Adhuc quædam dalmat icæ quindecim 6
habent fimbrias, antè & retrò: quia quin- Io. 2. 9
decim Pſalmi in ueteri teſtamento quaſi
quindecim armi gradus exeunt de tramite
charitatis: & quindecim ſimiliter in nouo
teſtamẽto excreſcunt de opere charitatis
uerbi gratia. Charitas, patiens & benigna
eſt, &c. uſque charitas nunquàm excidit.
Atiqui verò habent xxviij. antè, & toti-
dem retrò: ubi ſeptiformis ſpiritus eſt,
octies repetitur, qui replet octo maneries
laudantium Deum: ſcilicet reges & po-
pulos: Principes & iudices: iuuenes & uir
gines: ſeniores & iuniores. ¶ † Rurſus in 7
dalmatica varietas eſt ſine ſciſſura: quia li
cet uaria religionis opera apud Deũ agan
tur: tamen in uotis non diſcrepant. Item
aperta eſt à lateribus ſub aſcellis, inſinuãs
illi qui eam induit: vt Chriſti qui in late
re lãceas perforatus eſt, ueſtigia imitetur.
¶ † Adhuc dalmatica formam Crucis prę-
tendit: unde per eam Chriſti paſſio figu-
ratur: ideoq; in miſſæ officio portatur, ubi 8
Chriſti paſſio repręſentatur. Significat e-
tiam dalmatica ſanctam religionem, & car
nis mortificationem, atque ſublimium ra-
tionem. Alba dalmatica, ſanctam & imma-
culatam ſignificat uitam. Rubea martyriũ.
Alba verò opere polymitico variata, no-
tat munditiam, & uirtutum uarietatem:
& eſt aurifriſio adornata: Iuxta illud: Aſti Pſal.
tit regina à dextris tuis, in veſtitu deaura- 44. 9
to circundata uarietate. ¶ † Porrò, ſecun-
dum quod capiti, ſcilicet Chriſto conue-
nit dalmatica, ſui formam latam & largam
Chriſti miſericordiam ſignificat: quàm
ipſe prę cęteris & docuit & impẽdit. Eſto-
te inquit miſericordes: ſicut & pater ueſter Luc. 6
miſericors eſt. Beati nanq; miſericordes: Mat. 5.
quoniam ipſi miſericordiam conſequen- Lu. 10
tur. Hic eſt ergo Samaritanus ille proxi-
mus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus noſter qui fecit nobiſcum miſericordiam, ſuper infundens vulneribus noſtris
Luc. 1. uinum & oleum. Nam per uiſcera miſeri-
Tituſ 3 cordiæ domini Dei noſtri, uiſitauit nos
Mat 9 oriens ex alto, qui nõ ex operibus iuſtitiæ noſtræ, quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit. Pro peccatoribus uenit, ut de peccatis veniam indulgeret. Miſericordiam inquit uolo, & non ſacrificium. Legitur in canone Greg. xxiij. diſt. communis, quod in primitiua eccleſia non licebat epiſcopo uel diacono uti dalmatica abſque indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. ¶ † Sanè dalmaticæ tempore
9 aduentus Domini, à diaconis intermittuntur, quoniam qñ aliqua claritas ſacri ordinis ad tẽpus intermittitur, clarius reſplẽdet & auidius ſumitur, qñ reſumitur in animis deuotorum, quia quod rarum eſt, magis appetitur. xciij. diſt. legimus ad fi. ¶ Rurſus in aduentu diaconus nõ vtitur dalmatica, nec ſubdiaconus tunica, quia lex, quã ſubdiaconus ſignificat, ante incarnationẽ Domini Euangelij ornatu carebat: & charitas Euangelij, quam diaconus ſignificat, nondum apparuerat, uel quia nondum uenerat, qui ueſtem innocentiæ & immortalitatis nos induere debebat, ideo, ueſtes lætitiæ dimittuntur. Vtuntur autem tunc caſulis, de quo in ſecunda parte ſub titulo de diacono dictum eſt. In ieiunijs tamen Pente. poteſt diaconus dalmatica uti.

S V M M A.

1 *Chirotecæ, quo conſilio vtatur epiſcopus. Et eius ſignificatio.*
2 *Chirotecæ cur manus interdum velentur, interdum ſpolientur.*
3 *Chirotecæ, quid notent.*
4 *Hœdis pellis figura, & ſignificatio.*

De Chiroteca. Cap. 12.

1

QVIA † pleriq; bonum opus, quod faciunt, inani fauore corrumpũt, ideo ſtatim poſt inductam dalmaticam, pontifex iuxta ritum apoſtolorũ, manus operit chirotecis, vt neſciat ſiniſtra ſua, quid faciat eius dextra. Per chirotecam ergo, cautela congrua deſignatur, quę ſic facit opus in publico, q̃ intentionẽ continet in occulto. Nam & ſi Dominus dixerit. Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Ad quod etiam deſignandum chiroteca circulũ deſuper habet aureum, ipſe tamen præcipit. Attendite, ne Matt.
iuſtitiam ueſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem ueſtrum, 5
qui in cœlis eſt. ¶ † Manus ergo quandoq; 2
uelantur chirotecis & quandoq; denudantur, quia bona opera interdũ ad vitandum uanam gloriam occultantur, & interdum ad ædificandum proximos propalantur. ¶ Sunt † autem inconſutiles, quoniã actiones pontificis fidei rectæ debent eſſe concordes. Per chirotecas quoq; in manibus, 3
exempla ſanctorum quæ in operibus habẽda ſunt, intelliguntur, quæ opera ab omni inquinamẽto mundata ſunt, ne modicum 1. Cor.
fermẽti, totam maſſam corrumpat. Per ipſas uerò chirotecas albas caſtitas, & mundi 5.
tia denotatur, ut manus, id eſt operationes ſint mundæ & ab omni ſorde immunes. ¶ Porrò ſecundũ quod capiti, ſcilicet Chriſto, conueniunt, chirotecæ ſunt hœdorum pelliculæ, quas manibus Iacob Rebecca circundedit, ut piloſæ manus ſimilitudinẽ maioris fratris exprimerent. Sanè, pellis Ge. 27
hœdi eſt † ſimilitudo peccati, quam Re- 4
becca mater, id eſt Spiritus ſancti gratia, manibus ueri Iacob, id eſt operibus Chriſti circumdedit, ut ſimilitudinem maioris, id eſt prioris Adæ ſecũdus exprimeret. Chriſtus enim ſimilitudinem peccati ſine peccato ſuſcepit, vt incarnationis myſterium diabolo celaretur. Nam ad ſimilitudinem peccatorum eſurijt & ſitiuit, dormiuit & expauit, dormiuit & laborauit. Vnde cum ie iunaſſet xl. diebus & xl. noctibus, ac poſtea Matt. 4.
eſuriſſet accedens ad illum diabolus, eum ad ſimilitudinem prioris Adę tentare tentauit. Sed qui primum uicerat, eiſdem modis uictus eſt à ſecundo.

S V M M A.

1 *Mitra epiſcopo, corona Papæ datur.*
2 *Mitra quid deſignet. & nu. 5.*
3 *Lingulæ duæ, in mitra epiſcopi, quid notent.*
4 *Mitra circulum aureum habet, & magna ſignificatione.*
6 *Mitra ſolemni quando vtendum, & quando ſimplici. nume. 7.*
8 *Pontifex Romanus vtitur regno.*
9 *Mitra. quid ſignificet eo nomine, quòd capiti conuenit.*
10 *Mitram, an, & quando, & quorſum epiſcopus deponat, & nu. 11.*

De Mitra. Cap. 13.

1

QVOQVAM epiſcopus planetam induit, † mitra loco cidaris ſeu tiaræ ſeu infulæ capiti eius imponitur. Iuxta illud, Gloria & honore coronaſti eum dñe, Sed & Papa coronã frigium ſorum, ſuper humerale, clamidem purpureã, & tunicam iacinthinã habet ex conceſſione Conſtantini Imperatoris xcvj. diſtinctio. Conſtantinus. ¶ † Mitra autem ſcientiam utriuſq;
2 teſtamenti deſignat. Duo nanq; illius cornua, duo ſunt teſtamenta: anterius, nouũ, poſterius, uetus, quæ duo epiſcopus memoriter debet ſcire. xxiij. q. j. Epiſcopus, & illis tanquam duplici cornu, fidei inimicos ferire. Videri debet quidem ſubditis epiſcopus cornutus, ſicut & Moſes de monte Synai deſcendens, & duas tabulas teſtimonij tenens apparebat cornutus Aaron, & filijs Iſrael ex cõſortio ſermonis Dei, pro
Exod. ut legitur Exod. xxxiiij. cap. Quidã autem
34. hæretici mitram & eius cornua, & epiſcopum illam ferentẽ, condemnant, inducentes in fomentum ſui erroris, quod Io. ait
Apoc. in Apoc. Vidi aliam beſtiam aſcendentem
13. de terra, & habebat cornua duo ſimilia, agno. & loquebatur ſicut draco. Duæ uero fimbriæ poſterius dependentes, ſpiritus & litera ſunt. ¶ † Per duas quoque fimbrias
3 ſeu lingulas, notat q̃ paratus eſſe debet tã in myſtico, quàm in hiſtorico ſacrę ſcripturę intellectu, in quarum ſummitatibus ſunt fimbriæ rubei coloris, denotãtes eius promptitudinem ad fidei, & ſacræ ſcripturæ defenſionem, etiam uſque ad ſanguinis effuſionem. xxv. q. j. ſunt qui dam. Quæ ſuper ſcapulas pendent, ad notadum, quod id quod prędicat ore oſtendere debet opere, quia enim ſcapulis nulla pars altior eſt ad opus, ſiue ad onus ferendum, ideo rectè per eas opus intelligitur. ¶ † Cir- 4
culus aureus, qui poſteriorem & anteriorem mitræ partem complectitur, indicat, q̃ omnia ſcriba doctus in regno cęlorum, de theſauro ſuo noua & uetera, pferre debet. Matth. xiij. Caueat ergo diligẽter epiſcopus, ne prius uelit eſſe magiſter, quàm nouerit eſſe diſcipulus. x. diſtinctio. miſerum. extrà de electio. c. cum magiſtrum. de renun. poſt tranſlationẽ. & c. niſi. ne ſi cœcus cœcũ duxerit, ambo in foueam cadant, Scriptum eſt enim per prophetã. Tu ſciens tiam repuliſti: & ego te repellam, ne ſa- Oſee 4
cerdotio fungaris mihi xxxviij. diſtin. omnes & in prædicto cap. niſi. Non incompetenter etiã mitra, quæ in altum de ſui forma producitur, altitudinem ſapientię deſignat. Debet enim epiſcopus ſic ſubditos ſcientia excellere, ut ipſius comparatione cæteri merito grex dicantur. xxv. diſtin. §. nunc autem. j. q. j. uiliſſimus. & q. vij. conuenientibus. Duæ pendulæ ex poſteriori parte, duplicem deſignãt memoriam. Prima, eſt actuum diuinorum, ne celebrando eam Exod.
contemnens, puniatur. Vnde & in uetери 4.
teſtamento ſacrificium oblaturus ambiebatur tintinabulis, ut per eorum ſonitum reciperetur dignus, uel repelleretur indignus ab Angelo, ad cuſtodiam templi poſito. xliij. diſt. c. j. Secunda eſt peccatorum ſuorum, ut de illis compungatur, de pœ. diſt. iij. Iudas. ¶ † Mitra etiam quia quan- 5
doq; linea eſt, & alba, caſtitatis candorem munditiamq̃ ſignificat. Vnde hoc ornamentũ multum capiti neceſſarium erat in quo quinq; ſenſus corporis vigent, quibus corruptis facilè caſtitas uiolatur. ¶ Sunt etiam nonnulli dicentes, quòd mitra pontificis ſpineam coronam ſignificat, & inde eſt, quod diaconus in officio Miſſæ in quo Pontifex Chriſtum in paſſione figurat, mitram illi imponit, & deponit: quia ipſe ex officio ſuo habet Euangelium legere, in quo Chriſtus ſpinis legit coronatus. Duo cornua, ſunt duo charitatis præcepta. Pontifex igitur mitram accipit, intelligens quod quinque ſenſus à mundi illecebris cuſtodire debet, ut duorũ teſtamentorum præcepta ſeruet, & duo charitatis præcepta impleat, ut coronam percipere merea tur æternam. ¶ Cæteri verò ſacerdotes &

Universidad de Deusto
Biblioteca

clerici, generaliter caput contegunt nullo ornamento, licet in festis sint in toto alio corpore subornati, tum quia nõdum est plenum gaudium nostrũ. Gaudeamus enim non in re præsentium, sed in spe futu
6 torum: tũ quia ad hoc tendimus, ut Deum nuda facie contemplemur. ¶ † Sanè mitra aurifrisiata utendum est, à pascha usq; ad aduentum, & à natiuitate Domini usque ad septuagesimam in omnibus festis duplicibus, & nouem lectionum totius anni, nisi in festo Innocentium, prout dicetur sub ti. de coloribus, & in Dominicis prædictorum temporum, & generaliter quandocunque, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus. dicuntur. Cùm enim illa dicantur in festiuis diebus, in quibus uirtutem & gaudiũ generale, vt speciale capitis uel membrorum ad memoriam reducimus, vt dicetur in proęmio septimæ partis, merito tũc mitra aurifricata utimur, quia aurum & gemmarum nitor gaudium repræsentant. In diebus uerò ieiuniorum, nõ est ea vtendum, ut sequitur, quia cum dies illi ordinati sint ad delenda peccata, quæ tũc sunt ad memoriam reducenda, non sunt tunc agenda uel ferenda, quæ gaudium, sed quę potius humilitatem & afflictionem designant. In † alijs uero temporibus regulariter nõ aurifrisiata, sed simplici utendum
7 est, uidelicet ab aduentu usque ad natiuitatem: nisi quia Dominus Papa utitur aurifrisiata in Dominica, gaudete, & septuagesima, usque ad Pascha, & in Dominica, Lætare Hierusalem, prout dicetur sub tit. de coloribus, & etiam in quinta feria cœnæ Domini, in officio Missæ tantum, & in Sabbato sancto in officio Missæ. Item festis trium lectionum illius temporis, & in omnibus uigilijs, in quibus ieiunium celebratur, & quatuor temporibus, & in rogationibus. Dominus tamen Papa utitur in
8 festo sancti Marci, in Missa tantum. Item in officio defunctorum. ¶ † Illud quoque notandum est, quod Romanus Pontifex in signum imperij utitur regno, id est, corona imperiali, & signum Pontificis, utitur mitra. Sed mitra semper vtitur, & vbique, regno verò non semper, necubique, quia pontificis authoritas & prior est & di
Prod. 40. gnior, & diffusior imperiali potestate. Sacerdotium enim in populo Dei regnum præcessit, cùm Aaron primus pontifex, Saulem primum regem præcesserit, & Noe Nembroth, quia sicut legitur principium Regni Nembroth extitit Babylonis. vj. distinct. qui is ita. Noe uerò ædificauit altare Domino, & oblocausta obtulit super illud. Regno quidem non utitur nisi certis diebus & locis, nunquam intra ecclesiam, sed extrà. ¶ † Porrò secundum quod capiti, id est Christo conuenit mitra. Pontificis, illud significat, quod propheta loquẽs de filio, dicit ad patrem: Gloria & honore coronasti eum Domine, & consti. &c. Hoc est itaque nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium &c. Nam & in aurea lamina frontis pontificalis sculptum erat nomẽ Domini τετραγράμματον, cuius mysterium declarabimus, in titu. de lega. indumentis. Per mitram ergo capitis, Christi summam illam glorificentiam intelligimus, quę propter diuinitatem debetur humanitati. Nam propter pedem adoratur scabellum. Adorate (inquit) scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.
10 ¶ † Et nota quòd sicut ait Zacharias Papa de consecr. dist. j. nullus. Episcopus ad altare oraturus accedens, seu altari assistẽs, uel orationes ad Deum effundẽs, mitram deponit & baculum, quia Apostolus prohibet uirns capite uelato in ecclesia orare, ut reuelata facie gloriam Domini contempletur. Quando uerò ad populum se conuertit, ut illi prædicet insignia comminationis suæ, resumit. unde & Moses causam populi apud Deum precibus, causam uerò Dei, ad populũ gladijs allegabat
11 xlv. distinct. disciplina. ad finem. ¶ † Vltimo nota, quòd quidam episcopi solenniter benedicunt, in Missa & altari, turificantes deposita mitra Alij verò cum mitra in capite. Primi ea ratione mouentur, quia solenniter benedicendo vice Dei fungunt, & Deus per eorũ ministeriũ benedicit Nume. vj. in fin. ubi dicitur: Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Altaris uerò turificatio, significat orationes, Apoc. viij. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia ergo in orationibus causam plebis ad Deum agit, ideo cum reuerentia, mitra uidelicet deposita, illud agere debet.

Gen. 8.
Ps. 20
Phil. 2
Ps. 98
2. Corin. 3.

debet. Secundi uerò attendunt, quòd benedictio & turificatio non sunt essentialia ad consecrationem corporis Christi: sed ad solennitatem pertinent: & ideò ea cum mitra agunt, ut per hoc à simplicibus sacerdotibus discernantur. Quanuis enim plus habeat Episcopus, quàm simplex sacerdos in his, quę ad solennitatem pertinent, ut in ornamentis & alijs: non tamen in his, quę ad consecrationem ipsam spectant. Sed hæc ratio minus sufficiens videtur: quoniam secundum hoc mitra in Missa non deponeretur, nisi quando uerba, ad quorum prolationem fit specierum transsubstantiatio, proferuntur.

SVMMA.

1 *Anulus est fidei sacramentum. Et eius vsus vnde aduectus. nu. 2.*
3 *Anulo literæ antiquitus sigillabãtur. Et qua significatione.*
4 *Anulus aureus, & rotundus, quid significet.*

De Anulo. Cap. 14.

1 ANulus est fidei sacramentũ, † quo Christus sponsam suam sanctam Ecclesiã subarrauit, ut ipsa de se dicere ualeat. anulo suo subarrauit me D. meus Iesus Christus: cuius custodes & pedagogi sunt Episcopi & prælati, anulos pro signo in testimoniũ huius rei ferentes: de quibus sponsa dicit in Canticis: Inuenerũt me uigiles,
Cãt. 3. Lu. 25 qui custodiunt ciuitatem. Hinc anulum dedit pater filio reuertenti, secundum illud Euangelij: Date anulum in manu eius. Ex
2 quo in Euangelio anuli vsus creditur acceptus. ¶ Anulus † ergo Pontificis, integritatem significat fidei, ut uidelicet Ecclesiã
2. Cor. 10. Dei sponsam sibi creditam, sicut se diligat, & sobriam, & castam, cœlesti sponso custodiat: iuxta illud: Despondi enim uos uniuiro, id est, Christo, & se meminerit non Dominum sed pastorem. vij. quæstione j. sicut alterius. De hoc sponso & sponsa Ioã
Ioã. 2 nes Euangelista dicit. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit cum gaudio, gaudet propter uocem sponsi. Episcopus ergo vicarius & amicus sponsi, quòd si vicarius est, & ipse quodammodo sponsus est. ¶ † Rursus antiqui literas anulo sigillabant. Vnde Epi- 3
scopus anulum portat: quoniam scripturę mysteria & Ecclesiæ sacramenta perfidis sigilare, & humilibus reuelare debet. ¶ Porrò, secundum quod capiti, scilicet Christo conuenit anulus digiti, donum significat Exo. 8 Luc. 2 Colos. 2. sancti Spiritus. Digitus enim articularis atque distinctus Spiritum sanctũ insinuat, secundum illud: digitus Dei est hic, & alibi. Si ego in digito Dei eijcio dæmonia: filij uestri in quo eijciunt. ¶ † Anulus au- 4
tem aureus & rotundus, perfectionem donorum eius significat quam sine mensura Christus accepit, quoniam in eo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Iam qui desursum uenit, super omnes est: cui Deus non dedit spiritum ad mensuram, dicens: Super quem uideris Spiritum sanctum & descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat. Nam requiescet super eum Spiritus sapientiæ & intellectus. Ipse uerò de plenitudine sua, secundum differentes donationes distribuit: alij (secundum Apostolum) dans sermonem scientię: alij gratiam sanitatum: alij operationem virtutum &c. Quod & visibilis Pontifex subdiaconos, & huiusmodi. Nam igitur abre in Episcopi digito gẽmatus fulget anulus: per cuius mysterium dantur fulgida charismata gratiarum de anulo sponsę satis dictum est in prima parte sub titulo de Ecclesiæ sacramentis.

SVMMA.

1 *Baculus pastoralis, quid significet. Et vnde habuerit ortum nu. 2.*
3 *Baculus Pastoralis, cur sit curuus: & qua significatione, & de eius varia forma & compositione.*
4 *Baculus pastoralis. est acutus in calce, in medio rectus: in apice retortus. Et qua significatione.*
5 *Papa non utitur baculo pastorali: duabus de causis, & nu. 6.*
6 *Virga Pontificis, quid notet.*

De Baculo pastorali. Cap. 15.

1 Baculus † pastoralis correctionem pastoralē significat, propter quod à consecratione dicitur consecrato. Accipe baculum pastoralis officij vt sis in corrigendis vitijs piè sæuiens. De quo dicit Apostolus:
2.Cor. 12. In virga veniam ad vos. Virga igitur pastoralis, potestas intelligitur sacerdotalis, quam Christus ei contulit, quando Apostolos ad prædicandum misit, præcipiens eis, vt baculos tollerent. Et Moses cum virga missus est in Aegyptum. De hoc in prima parte dictum est in titulo de consecra-
1.Cor. 4. tionibus. Baculus † ergo à lege & Euangelio sumitur; quia & virga pastoralis & sambuca, & pedum, & ferula nuncupatur.
Exod. 4. Moses enim ex mandato Domini virgam habuit, quæ terribilia fecit in cœlo & in mari, quia cibum de cœlo, potum de petra produxit, & gregem ad terram fluentem lacte & melle manauit. Adhuc per baculum, doctrinę authoritas intelligitur. Hac enim infirmi sustentantur, inquieti corripiuntur, errantes ad pœnitētiā trahuntur. Vnde & pedum uocatur quod est lignum recuruum, quo pastores pedes retrahunt
3 animalium. ¶ † Sanè quandoque baculus ex osse, & ligno conficitur, quæ chrystalina, & deaurata sphærula coniunguntur, os superius recuruatur: lignum inferius ferro acuitur, modicè tamen reconditur. Siquidem os, est duritia legis: lignū mansuetudo Euāgelij, quę duo cōiuncta, sunt sphęrula diuinitatis Iesu Christi. Vel os, seueritas, lignum, Pontificis est lenitas, quas iungit iudicio per charitatem. Nam seueritas uel misericordia multū destituitur, si una sine altera teneatur. xlv.dist. disciplina. Ad quod significandum, ferrum obtunditur, quia iudicium misericordia temperatur, baculus recuruatur, cum pœnitentes ad pœnitentiā reuocantur. ¶ Aliquan-
Abac. 3. do in curuatura caput formatur, quoniam ad Deum conuersis uita æterna promittitur. Quandoque etiam in curuatura scribitur. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis, ne ob culpam gregis ira turbet in pastore oculum rationis. vj.q.j.ex merito.

¶ Aliquando in sphęrula scribitur, homo, ut Pontifex se hominem memoretur, & de potestate collata non eleuetur. Aliquando iuxta ferrum scribitur: Parce, ut in disciplina subditis pareat, & misericors à misericordia misericordiam consequatur.
¶ † Quòd uerò baculus est acutus in fine, 4
rectus in medio, & retortus in summo, designat, quòd Pontifex debet pūgere pigros, regere debiles sui rectitudine, & colligere vagos. xlvij.dist. §. necesse. xlviij.distin. disciplina. & cap. omnis. vnde versus. Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Et reddēdo singula singulis, versus iste continet omnia præmissa. vel sic: Attrahe per primum, medio rege, pūge per unum.
¶ † Romanus autem Pontifex, pastorali vir 5
ga non vtitur, tum propter historiam, tum propter mysticam rationem. extrà de sac. vnc. cap. vnico. in fin. Historia est, quoniam beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cum dixit, Nisi efficiamini, sicut paruulus iste, non intrabitis, &c. misit cum quibusdā alijs ad prædicandum Germanis. Qui in via ad viginti dietas defuncto Fronto, collega eius, redijt ad nuntiandum hoc Petro. Cui Petrus: Accipe
Math. 18. hunc baculum & tangens illum dic: Surge in nomine Domini & prędica. Ille verò in quadragesimo die à tēpore mortis illius, tetigit eum, & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius vero Papa tertius, scripsit in ecclesiæ speculo, quod beatus Petrus misit baculū suum Euchario, primo Treuerorum episcopo, quem vna cùm Valerio & Materno ad prędicandum Euangelium genti Teutonicæ destinauit, cui successit in episcoparū Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum vsque hodie cum magna ueneratione Treuereñ. ecclesia seruat, & ideo Papa in illa diœcesi
6 utitur baculo, & non alibi. † Mystica uerò est ratio, quia baculus in summitate, est curuus, quasi ad attrahendum, quod in Romano Pontifice necesse non est, quia nullus ab eo finaliter diuertere potest. Præterea per baculum designatur coertio, quàm quia cęteri pontifices ab homine recipiūt, ideo à suis superioribus baculos recipiunt

&

& habent. Romanus uerò Pōtifex, quia potestatem à solo Deo accipit, baculum non
7 habet. ¶ † Porrò, secundum quod capiti, scilicet Christo conuenit uirga Pontificis, potestatem Christi significat, de qua
Psal. 44. Psalmista: Virga recta, siue directionis, uirga regni tui, quia dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propter quod alibi di-
Ps. 2. cit. Reges eos in virga ferrea: duritia ferri, uigorem significat æquitatis: qua Christus tanquam vas figuli peccatores confringet. Verùm potestas Christi non solum est uirga, sed baculus, quia non solùm corripit,
Ps. 22 sed etiam sustentat. Vnde Psal. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.

SVMMA.

1 *Sudarium Episcopi quid.*
2 *Sudarium quo nobis conueniat.*

De Sudario. Cap. 16.

1 Expeditis nouem specialibus Pontificum ornamētis aliqua de quibusdam alijs. Et primò de sudario † uideamus, qd est lineus pannus, quem ministrās episcopo sem per paratum habet, quo ille sudorem & omnem superfluum corporis tergat humorem, significans studium quo humatas contagiones in hac uita extergimus, per exempla Sanctorum patrum, quibus ad patientiam corroboramur. Sicut enim sudor est in corpore: sic etiam tædium est in anima, quandoq; ex conscientia peccatorum pre-
2 mens conscientiæ frontē. Habeamus † igitur sudarium ex lino multis tunsionibus castigato, & mundato, per quod mundanos extergamus affectus. & etiam cum Dauid & Iob tristitiam abijciēdo, nos tergamus. In quibusdā ecclesijs diaconus Sudarium habens, illud in dextro cornu altaris deponit, ut si fortè quicquam sordidum accesserit, illo tergatur, & sudarium sacerdotis mundissimum maneat. ¶ Manipuli quoque penè eadem est significatio, prout ibi dictum est.

SVMMA.

1 *Pallium, quorum sit proprium: Et quid significet. nume. 2.*
3 *Pallij forma & compositio.*
4 *Pallijs circulus, est timor Domini.*
5 *Lineæ duæ in pallio, quid designent.*
6 *Pallij duplicitas, quid signet. & nu. 7.*
8 *Pallij quatuor Cruces, quid significent.*
9 *Pallij tres acus, quid notent, & quid acus aurea. nu. 10.*
11 *Metropolitanus an potest actus legitimos exercere ante pallij adsumptionem.*
12 *Pallij vsus.*
13 *Pallio quibus diebus vti licet, quibus non, & vbi.*
14 *Pallium Romanorum Pontificum, quale.*

De Pallio. Cap. 17.

Consequenter aliqua de pallio subijciamus, qd Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum † est proprium, vt 2
per illud à cæteris Episcopis discernantur, Q priuilegiatam obtinent dignitatem, quare sub præmissis à communibus uel specialibus ornamentis minimè continentur. Siquidem per pallium, simul utrunque & superhumerale & rationale legalis pontificis intelligimus. Quia enim super vtrunque pontificis humerum iacet, superhumerale, siue λογίου dicitur, quia uerò inde descendens in ipso pontificis pectore iungitur, rationale vocatur. Habebat enim superhumerale & rationale, quæ catenulis aureis simul iungebantur. Sunt tamen, qui dicunt quòd rationali nullum hodie ornamentum succedit. de quo sub titu. de leg. indu. dicetur. Alij dicunt, quòd pallium pro aurea lamina institutum est, quanuis probabilius uideatur, quòd aurifrisia, mitræ uicē laminæ gerant. ¶ † Sanè pallium, 2
quo maiores vtuntur, significat disciplinā, qua seipsos ad exemplum subditorum, & etiam ipsos subditos regere & constringere debent. Per hanc acquiritur torques aurea, quam legitimè certantes accipiunt, de qua dicit Salomon in Parabolis: Audi, Pro. 1.
fili mi, disciplinam patris tui, & ne dimit-

Universidad de Deusto Biblioteca

tas legem matris tuæ,ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Sicut autem
1.Cor. 9. torques seu brauium non dabatur,nisi legitimè certanti,iuxta illud Apostoli.Multi quidem currunt, sed unus accipit brauium,ita & ad honorē pallij nemo ascensurus est,nisi qui in singulis bonorum gradibus legitimè prius desudauerit. Nam & officia secularia,nō deferunt principalem locū ingressus in uestibulum actionis. lix. dist.si officia. sed exanimatis per plurimos gradus.& is gradus cęteros antecellat quē labor prolixior & stipendia longiora fecerunt anteire.C.de offic. ma. offi. nemo. ff.de mu.& ho.gradatim. Super cuncta indumenta fertur,ut cæteri hoc uidentes,ad legitimum certamen hortentur. ¶ Pontifex uerò pallium, dum sibi imponitur & detrahitur,osculatur: ad notandum summum legitimè certādi desiderium,& brauium promerendi. ¶ † Est autem pallium
3 de candida lana contextum,habens circulum,humeros cōstringentē, & duas lineas ab utraque parte, uidelicet ante & retro pendentes, à sinistris est duplex, à dextris simplex. habet quatuor cruces purpureas, scilicet ante, & retro, à dextris & à sinistris.Infiguntur in pallio tres acus,& quędam sunt, quæ per Metropolitanum sine pallio agi non possunt. quo etiam,nisi certis diebus uti non ualet, quia omnia moralibus sunt imbuta mysterijs & diuinis grauida sacramentis.Nam (ut scriptura testatur)in thesauris sapientiæ significatio disciplinæ, in lana quippe asperitas, in candore benignitas designatur.Nam ecclesiastica disciplina contra rebelles & obstinatos
Eccle. 2. seueritatem exercet, sed erga pœnitentes & humiles exhibēt pietatem. Propter quod de lana non cuiuslibet animalis, sed ouis duntaxat efficitur, quæ est animal mansuetum.vnde Propheta: Tanquā ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se,nō aperuit os suum.Hinc
Es.53 est quòd illius semiuui uulneribus,quem
Lu.10 Samaritanus duxit in stabulum, & uinum adhibetur, & oleum: ut per uinum moderentur uulnera: & per oleum foueantur: quatenus qui sanādis uulneribus prę-est, in uino morsum seueritatis adhibeat: in oleo molliciem pietatis. Hoc nimirum & per arcam tabernaculi designatur. xlv. distinct.disciplina,in qua cum tabulis uirga continetur & manna,quoniam in mente rectoris cum scripturæ scientia uirga debet esse directionis, & manna dulcedinis, ut seueritas immoderatè non fæuiat, & pietas plusquam expedit nō indulgeat. Item, fit de uili materia, scilicet lana, ut habeat pretium, non à se: sed ab eo, quod significatur in se, ut nou oculis sed menti spectabile sit, ut non ad ornandum,sed ad
4 significandum indui intelligatur. † Circulus pallij per quem humeri constringuntur, est timor Domini, per quem opera exercentur, ne uel ad illicita defluant, uel ad superflua relaxentur: quoniam disciplina sinistram cohibet ab illicitis,formidine pœnæ: dextram uerò temperat à superfluis iustitiæ amore.Beatus ergo uir, qui semper est pauidus. Nam iuxta senten
Prou. 28. tiam Salomonis: Timor Domini pecca-
Eccle. 1. tum repellit. Qui uerò sine timore existit, iustificari non poterit.Ideo enim circulus pallij sub collo humeros constringit,ad notandum, quòd illum ferens, de-
5 bet esse idem opere & sermone. ¶ † Duas uerò lineas,quarum una post dorsum,& altera progreditur ante pectus, huius uitæ curas & solicitudines significare putamus, quibus & cor & humeri pontificis sic sæpissimè grauanī & impediuntur,ut à proprio statu eum auertant, & uana quædā & transitoria cogitare & portare cōpellāt.Hinc, quòd pallium ante & retro à dextris, & à sinistris ante pectus,& super humeros frequenter aptatur, ut is posthabitis in seipsum sæpe redire intelligatur. Actiuam quoque & contemplatiuam uitam significant, quas ita debet exercere prælatus, ut exemplo Mosi nunc in montem ascendat, & ibi philosophetur cum Domino, & nūc ad castra descendat, & ibi necessitatibus prouideat populorum, prouisurus attentius,ut cùm sępe se dederit alijs,interdum Lu.10 se sibi restituat, quatenus & cum Martha circa frequens ministerium satagat,& cum Maria audiat. Saluatoris, extrà de renun. nisi, ad fin. lxxxviij. distinctio. decreuit. Sapiē. 10. Vtraque tamē linea grauat inferius, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ¶ † Pallium du
6 plex est in sinistra, sicut & rationale, sed simplex

simplex in dextra, quia uita præsens, quæ per sinistram accipitur, multis est subiecta molestijs, & in ea duplicitare carere non possumus, quia nunc prosperis extollimur, nunc aduersis frangimur,nunc terrena petimus, nunc cœlestibus adhæremus, nunc carni, menti seruimus, sed uita futura, quæ per dextram significatur in una semper est collecta quiete,quod ueri-
Lu.10 tas ipsa designauit cum intulit: Martha, Martha, solicita es, & turbatis erga plurima. Porrò unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non au-
7 feretur ab ea. ¶ † Rursus pallium duplex est in sinistra, quatenus ad tollendas uitæ
Ps.25 præsentis molestias prælatus fortis existat. simplex in dextra,quatenus ad obtinendam uitæ futuræ quietem toto suspiret affectu: Iuxta uerbum Psalmistæ dicentis, unam petijt à Domino, hanc requirā, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus uitæ meæ, Illic enim nulla est duplicitas,siue ruga: sed prosperitas sine aduersitate, gaudium siue tristitia, & feli-
8 citas sine miseria. ¶ † Quatuor Cruces
Matt. 5. purpureæ,sunt quatuor uirtutes politicæ, scilicet iustitia,fortitudo,temperantia, & prudentia, quæ nisi in Crucis Christi sanguine purpurentur, falsam sibi nomen uirtutis usurpant, & ad ueram beatitudinis
Cāt.7. gloriam non perducunt. Vnde Dominus inquit Apostolis. Nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam Scribarū & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Hæc est purpura regis tincta carnalibus, quam Salomon commemorat in Canticis canticorum. Is ergo qui pallij gloria decoratur,si cupit esse,quod dicitur in anteriori parte, debet habere iustitiam,ut reddat unicuique,quod suum est: prudentiam in posteriori,ut caueat,quod cuique nociuum est: fortitudinem à sinistris, ut eum aduersa non deprimant: temperantiam à dextris, ut eum prospera non extollant.
9 ¶ † Tres autem acus in pallio infiguntur, scilicet ante pectus, & super sinistrum humerum, & post tergum. non ad pungendum, id est non propter huius uitæ punctione, sed ad planetam pallium que iungendum sunt inuentæ. Vnde quædam ansulæ antiquitus in planetis positæ erant, quibus acus inferebantur, & pallium simul cum planeta firmabant: ne à suo loco pallium moueretur. Possumus tamen per tres acus, fidem spem, & charitatem intelligere, sine quibus pallium ab episcopo ritè teneri nō potest. Rursus tres acus, compassionem proximi, administrationem officij, distinctionemque iudicij significant: quarum prima pungit animam per dolorem, secunda per laborem, ter-
1. Corin. 2. tia per terrorem. ¶ Prima pungebat Apostolum, cum dicebat, quis infirmatur, & ego non infirmor, qui scandalizatur, & ego non uror? extra de renunt. nisi. ¶ Secunda,cum aiebat,præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarum. ¶ Tertia pun-
2.Pet. 4. gebat Iob dicentem. Si iustus uix saluabitur, impius & peccator, ubi apparebunt? Super dextrum humerū nō infigitur acus, quoniam in æterna quiete nullus est afflictionis aculeus, nullus stimulus punctionis,Absterget enim Deus omnem lachry-
Apoc. 21. mam ab oculis Sanctorum, mos ultra non erit,neque luctus,neque clamor, neq; dolor erit ultra,quę priora abierunt. ¶ † Acus
10 verò aurea esse debet,sed inferius est acuta,& superius rotunda,lapidem continens pretiosum, quia nimirum bonus pastor propter curam ouium in terris affligitur, sed in cœlis coronabitur,ubi illam pretiosam margaritam habebit de qua dominus inquit in Euangelio: Simile est regnum
Math. 13. cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas: inuenta una pretiosa margarita, uendidit omnia sua & comparauit eam. In pallio & cum ipso confortatur pontificalis officij plenitudo. † Hinc
11 est quòd ante, quàm metropolitanus pallio decoretur, non debet concilium cōuocare,chrisma conficere,clericos in sua prouincia ordinare,pontifices consecrare,vel ecclesias dedicare,nec se archiepiscopum nominare,extrà de elect. quòd sicut, in fi. de post. bonæ. ij. ad fi. Aiunt tamen quidam,quòd extra prouinciam suam inuitatus posset ordines tanquā simplex episcopus sine pallio celebrare. Sunt etiam, qui dicunt,quòd episcopus etiam si sit talis, q pallio, utatur, non potest dare licentiam alieno Archiepiscopo utendi pallio, in diœcesi sua, nisi dictus episcopus palliatus exēptus existat, nec ēt archiepiscopus in

Universidad de Deusto Biblioteca

in prouincia sua, nisi fortè inuitatus priuilegium habeat, quòd possit vti pallio extra suam prouinciam si fuerit inuitatus. Sed hæc potius iuris, & rigoris sunt quàm curialitatis, neque subtiliter intuēti aliud videtur in episcopo palliatio exempto, q̃ in non exempto. † Sed vnus metropolitanus non potest cum alterius pallio celebrare, neque pari ratione sepeliri, sed cum proprio tātum, extrà de usu pallij. ad hoc. Palliatus tamen ad aliam ecclesiam translatus, cum pallio secundo loco sibi concesso sepelitur. Item palliatus ad aliam translatus ecclesiam, non potest ibi vti pallio in prima ecclesia obtento, quia non solùm datur contemplatione personæ, verum etiam loci. extrà de postu. bonæ. ij. ad fin. Hinc est, q̃ non pōt vti eo extra prouinciā sibi decretam. extrà de usu pallij. cum nuper &. c. ex tuarum. Sed & si quis renūtiet archiepiscopatui, nequit ulterius pallio uti, extrà de renunt. c. ad supplicationem. Nec etiam potest quis pallio, nisi intra ecclesiā & in diuinis officijs uti. Vnde si fortè processionaliter, vel ad prædicandum, vel aliquod huiusmodi eum ecclesiam exire contigerit, cum pallio non exhibit, extrà eod. c. j. dist. j. pallium. &. c. semper. Siquidem regulariter usus pallij † interdicitur, nisi in solennibus diebus, & qui in cuiuscunque ecclesię priuilegijs continetur. extrà. c. penul. & vl. puta in festiuitatibus natalis Domini: sancti Stephani, sancti Io. Circūcisionis, Epiphaniæ, ramis palmarū, cęnę Domin., Sabbati sancti, in tribus diebus Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, sancti Io. Baptistæ, omnium Apostolorum, in quatuor festiuitatibus beatæ Marię, & sancti Michaelis, & omnium sanctorum, sancti Martini, qui par est Apostolis, in festiuitatibus principalibus ecclesię pallio decoratæ, in dedicationibus ecclesiarum, consecrationibus episcoporum, ordinationibus clericorum, & anniuersario cōsecrationis palliati. de conse. distin. j. c. porrò. Quidam etiam addūt dies dominicas, quæ ad resurrectionem pertinent, quod tamen in vsu non est. Posset etiam dici, quòd ubicunq; in sua prouincia corpus alicuius sancti quiescit, metropolitanus in festo eiusdem sancti, & etiam in principali festo cuiuslibet loci suæ prouinciæ, ad locum illum declinans, poterit pallio & sandalijs uti. In exequijs uerò defunctorum, uel in benedictionibus nubentium uti non licet, nisi hoc in priuilegio contineatur expressum. extrà eo. c. fi. episcopus Hosti. qui Papa consecrat, pallio utitur ex institutione Marci Papæ, & etiam quidam episcopi ex priuilegio speciali, ut Anicen. & quinque Eccien. extrà de præsum. cum in iuuentute. ¶ Postremo sciendum est, quòd Roma. †pontifices, qui beatum Siluestrum precesserunt, depinguntur tanquam gerentes lineas pallij circa humeros inuolutas, nam legalis sacerdos dum sacrificabat, summitates balthei, super humeros reflectebat, in quo significatur quòd illorum iurisdictio & potestas per pallium significata, inuoluta, & implicata, non libera fuit. Ipse verò & eius successores liberam & explicatam habuerunt, quare lineæ ipsæ in eis explicitæ & extensæ, ante & retro dependentes depinguntur. Potest etiam dici, quòd lineæ ipsæ quæ (ut præmissum est) solicitudines & curas significant, ideo a tempore Siluestri Papæ explicitæ dependent, propter concessa sibi & successoribus temporalia, quæ absque solicitudine & cura nequeunt possideri. xcvj. dist. Constantinus. Denique Bruno dixit, quòd summus pontifex præter premissa ornamenta, & regnū portat, & purpura utitur, prout sub tit. de mitra dictum est, nō pro significatione, sed quia Constantinus Imperator olim beato Siluestro omnia Rom. imperij insignia tradidit in prædicto. cap. Constantinus. Vnde & in magnis processionibus omnis ille apparatus Roma. pontifici exhibetur, quæ quondam Imperatoribus fieri solebat, & cum diademate imperiali Papa ipse coronatur.

SVMMA.

1 *Coloribus quot, & quibus vtatur ecclesia.*
2 *Indumentis albis, quibus in diebus utatur ecclesia.*
3 *Indumentis albis vtendum in consecratione ecclesiæ, etiam quocunque die celebretur.*
4 *Paramentis rubeis, quando sit vtendum.*
5 *Martyrium præfertur virginitati.*
6 *Paramentis nigris quando sit vtendum.*
7 *Paramentis viridibus quando sit locus.*
8 *Colores misti omnes, ad quatuor genera referuntur.*
9 *Paramenta violacea, quo tempore adhibeantur. numme. 10.*

De quatuor coloribus, quibus ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis. Cap. 18.

1 QVatuor † sunt principales colores, qbus secūdū proprietates dierū, sacras uestes Ecclesia distinguit. albus, rubeus, niger, & uiridis. Nam in legalibus indumentis quatuor colores fuisse legūtur, byssus, purpura, iacinthus, & coccus, de quibus in seq. ti. dicetur. Ecclesia etiam Rom. uiolaceo & croceo colore vtitur, ut infrà
2 dicetur. ¶ Albis † indumentis utendum est in festiuitatibus sanctorum confessorū, virginum, qui martyres non sunt, propter integritatem & innocentiam. Nam candidi
Iob 38 facti sunt nazarei eius. Tre. iiij. Et ambulabunt mecum in albis: uirgines enim sunt, & sequuntur agnum, quocunq; ierit. Apoc. iij. Propter eandē causam, vtendum est albis in solennitatibus angelorum, de quorum nitore Dominus loquitur ad luciferum. Vbi eras, cùm me laudarent astra matutina. Item in omnibus festis Dei sanctæ genitricis Mariæ. In festo omniū sanctorum: quidam tamen tunc rubeis vtuntur, ut infrà dicetur. In principali festo sancti Ioannis Euangelistæ. In conuersione sancti Pauli. In cathedra Pētri. De his etiam infra dicetur, Item, à vigilia natiuitatis Domini, usque ad octauam Epiphaniæ inclusiuè, ut dicetur in proœmio septimæ partis, exceptis festiuitatibus martyrum intermedijs. In natiuitate Saluatoris, & etiam pręcursoris, quoniam uterque natus est mundus; id est, carens originali
Esa. 19 peccato. Ascendit enim Dominus nubem leuem, id est, assumpsit carnem à peccatis immunem, & intrauit Aegyptum, id est, uenit in mundum, iuxta illud quod Ange-
Luc. 1. lus inquit ad uirginem: Spiritus sanctus su-
Hier. 2 perueniet in te, & uirtus altissimi obum-
Luc. 2. brabit tibi &c. Ioannes autem & si fuerit
Mat. 2. in peccato conceptus, fuit tamen in utero sanctificatus secundum illud propheticū. Antequam exires de vulua, sanctificaui te. Et angelus inquit ad Zachariam. Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Item in Epiphania propter splendorem stellæ, quæ Magos duxit secundum illud propheticum. Ambulabunt gentes Esa. 60 in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. In ὑποπάντι, propter puritatem Luc. 2. Mariæ, quæ iuxta canticum Simeonis obtulit lumen ad reuelationem gentium &c. Ioā. 3. In cœna Domini, propter confectionem chrismatis, quod ad mundationem animæ consecratur. Nam & euāgelica lectio munditiā principaliter in illa solennitate commendat, qui lotus est, inquit, non indiget, nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et iterum: si non lauero te, nō habebis partem mecum. Item, in Sabbato sancto in officio missæ usque ad octauam ascensionis Mare. 16. inclusiuè quandocunque officium de tempore agitur, præter dies rogationū, & præterquam in festis martyrum intermedijs, Mare. 18. prout infrà dicetur. In resurrectione, propter angelum testem resurrectionis nuntium, qui apparuit stola candida coopertus, de quo dicit Matthęus, quòd erat aspectus eius, sicut fulgur, & uestimenta eius Acta. 1. sicut nix, & quia pueri tunc renati albas habent uestes. In ascensione propter nubē lucidam, in qua Christus ascendit. Nam & duo uiri astiterunt, iuxta illum in uestibus albis, qui & dixerunt. Viri Galilæi, quid hic statis, &c. ¶ † Illud autem notandum 3 est, quod licet in consecratione pontificis talibus sit indumentis utendum, qualia secundum Dei proprietatem conueniunt in dedicatione tamen ecclesiæ semper est utendum albis, quocunque dicrum dedicatio celebretur, quoniam in consecratione pontificis cantatur missa de die, sed in dedicatione basilicæ, de dedicatione missa cantatur. Nam & ecclesia uirgineo nomine nuncupatur, iuxta illud Apostoli. De- 1. Cor. 10. spōdi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. De qua sponsus ait in Cāt. 4. cāticis. Tota pulchra es amica mea, & ma- Eccl. 9 cula non est in te, ueni de libano, &c. Ipse tamen, qui consecratur debet esse albis ornatus: ad notandum, quòd omni tempore uestimenta eius debent esse candida, id est, vita eius immaculata. Item, per octa-

Universidad de Deusto Biblioteca

uas prædictorum festorum, octauas haben
tium utendum est colore albo, quando de
ipsis agitur octaua. ¶ Rubeis autem † vten
4 dum est indumentis in solennitatibus apo
stolorum, euangelistarum, & martyrũ, pro
pter sanguinem passionis, quem pro Chri
sto fuderunt. Nam ipsi sunt, qui uenerunt
ex magna tribulatione, &c. Apoc. vij. Præ
ter, quàm in festo Innocentium, ut iam di
cetur. Item, in festo Crucis, in qua Chri
stus sanguinem fudit pro nobis. Vnde pro-
Esi. 61. pheta: Quare rubeum est indumentum
tuum, sicut calcantium in torculari. Sed se
cundum alios, melius est tunc albis uti,
quoniam nõ passionis, sed inuentionis uel
exaltationis est festum. Item, à uigilia pen
tecostes in missa, usque ad sabbatum post
ipsum festum inclusiue, & hęc propter Spi
ritus sancti feruorem, qui super Apostolos
Act. 2 in igneis linguis apparuit. Nam apparue-
Prou. runt illis dispertitę linguæ, tãquam ignis,
1. &c. Vnde propheta: De cœlo misit ignem
in ossibus meis. Licet autem in Apostolo-
rũ Petri & Pauli martyrio rubeis sit uten-
dũ est albis sicut & licet in natiuitate san-
cti Io. Baptistæ sit albis utendum, in decol
latione tamen ipsius utendum est rubeis.
5 Cum autem illius festiuitas † celebratur,
qui simul est martyr & uirgo, martyrium
uirginitati præfertur, quia signum est per-
fectissimæ charitatis, iuxta quod ueritas
Io. 15. ait. Maiorem hac dilectionem nemo ha-
bet, ut animam suam quis ponat pro ami-
cis suis. Quapropter & in omni commem-
oratione sanctorum quidem rubeis in-
dumentis utuntur, alij verò, ut ecclesia
Romana candidis, cum non tamen in ea-
dem, sed de eadem solennitate dicat eccle
Apoc. sia, quòd sancti secundum Apocaly. Io. Sta
7. bunt in conspectu agni amicti stolis albis,
& palmæ in manibus eorum. Hinc sponsa
Can. 5 dicit in canticis. Dilectus meus candidus,
& rubicundus electus ex milibus, cãdidus
in confessoribus, & in uirginibus, rubicun-
Can. 2 dus in martyribus ac Apostolis. Hi siqui-
dem & illi sunt flores rosarum, & lilia con
uallium. Rursus, qui in festo omnium san-
ctorum rubeis utuntur, ex eo mouentur,
quia festum illud primo in honorem mar-
tyrum tantum institutum fuit. Sed respon
deri potest, quòd imo etiam in honorem
beatæ uirginis, & hodie ex institutione
Greg. vij. festat ecclesia die illa, etiam pro
cõfessoribus, & virginibus, prout in vij. par
te sub isto festo dicetur. Item per octauas
habentium, utendũ est colore rubeo quan
do agitur de octaua. ¶ † Nigris utendũ est, 6
feria sexta in parasceue, & in diebus affli-
ctionis & abstinẽtiæ pro peccatis, & etiam
in rogationibus, sicut sub illo tractu in se-
xta parte dicẽ, & in processionibus, quas
Romanus pontifex nudis pedibus fecit, &
in missis pro defunctis, & ab aduentu vsq;
ad uigiliam natiuitatis, & à septuagesima
usque ad Sabbatum paschæ. Sponsa quip-
pè dicit in canticis. Nigra sum sed formo- Can. 1
sa, filia Hierusalem sicut tabernacula ce-
dar, sicut pellis Salomonis, nolite me con
siderare, quòd fusca sim, quia decolorauit
me sol. In festo autem sanctorum Innocen
tium quidam nigris, alij uerò rubeis indu-
mentis, utendum esse contendunt, illi, pro
pter tristitiam, qua uox in rama audita est Hiere.
ploratus, & ululatus multus, Rachel plo- 3. &
rans filios suos &c. Nam & propter ean- 31
dem causam cantica lætitiæ subticentur, Mat.
& sine aurifrisio mitra defertur, isti, pro- 2.
pter martyrium quod principaliter com- Apoc.
memorãs inquit ecclesia. Sub throno Dei 6.
sancti omnes clamant. Vindica sanguinem
nostrum, qui effusus est, Domine Deus no
ster. Sicut & in læcare Hierusalẽ, propter
lætitiam, quam aurea rosa designat Rom.
pontifex portat mitram aurifrisio insigna
tam, sed propter abstinentiam, nigris uti-
tur indumentis. Sed ecclesia Roma. tunc
utitur uiolaceo colore, quando illuc oc-
currit extra dominicam, sed in octaua ru-
beo. ¶ † Restat ergo, quòd in diebus feria- 7
libus & cõmunibus uiridibus sit indumen-
tis utendum, quia uiridis color medius est
inter albedinem & nigredinem, & rubo-
rem, & specialiter inter octauam Epipha-
niæ inter septuagesimam, & inter Pen-
tecosten & aduentum, quando dominica-
le agitur officium, hic color exprimitur,
ubi dicitur, cipri cum nardo, nardus & cro Cãt. 8
cus. ¶ Ad hos † quatuor colores cæteri 8
referuntur, scilicet ad rubeum coloré coc
cineus, ad nigrũ uiolaceus, qui aliter coc-
cus uocatur, ad album byssinus, ad uiridẽ
croceus, quanquam nonnulli rosas ac mar
tyres, crocum ad confessores, & lilium ad
uirgines referant. De coloribus etiam in
fine

fine sequentis tractatus dicetur. ¶ Viola-
9 ceo † autem colore uti, in diebus, quibus
est usus nigri coloris, non est inconueniẽs.
Vnde ecclesia Roma. utitur colore uiola-
ceo, à prima Dominica aduentus usque ad
missam uigiliæ natiuitatis domini inclu-
siuè, & à septuagesima, usque ad officium
uigiliæ paschæ exclusiuè. Quandoque in
prædictis tẽporibus officium dicitur tem-
pore agitur, exceptis quinta feria cœnæ
Domini, & sexta feria in parasceue. In fe-
stiuitatibus uerò sanctorum, quę in septua
gesima & in aduentu occurrunt, non est ni
gris uel uiolaceis utendum. Et est intelli-
gendum, quod in Sabbato sancto in toto
officio, quod agitur ante missam, uten-
dum est uiolaceo colore. hoc excepto,
quòd diaconus, qui benedicit cereum dal-
matica, & subdiaconus ministrans indu-
tus tunicella, albis utuntur, quia benedi-
ctio illa sicut & Missa ad resurrectionem
pertinet. Sed benedictione cerei expleta,
diaconus remota dalmatica, assumit pla-
netam uiolacei coloris & tenet eam usq;
dum inchoatur officium missæ: subdiaco-
nus verò nõ mutat uestes. Quidam etiam
in Dominica ramis palmarum utuntur al
bis in processione, & in ramorum benedi-
ctione dum legitur Euangelium, & dum
cantatur: Gloria laus. propter lætitiam
festiuitatis Christo sanctę, quæ in præmis-
sis commemoratur, sed ecclesia Romana
tunc semper utitur uiolaceo colore, & in
processione quæ fit in purificatione, ante
missam pro eo, quòd officium illud est de
anxia expectatione Simeonis, & sapit ue-
tus testamentum. Vtitur etiam ecclesia
10 Romana † uiolaceo colore in quatuor
temporibus septembris & in uigilijs san-
ctorum, in quibus est ieiunũ quando mis-
sa est de uigilia. Et in diebus rogationum,
& in missa, quæ dicitur in die sancti Mar-
ci, de officio litaniæ, cum enim ieiuna-
mus, carnem nostram crucifigentes, ma-
ceramus, ut sic facta liuida Christi liuori-
bus confirmetur, cuius liuore sanati su-
mus. Ad quod designandum tunc colore
uiolaceo utimur, qui pallidus & quasi li-
uidus est. Cæterum uelamina trium co-
lorum ponũtur in altari, in festo paschali:
prout dictum est in parte prima sub tra
ctatu de picturis &c.

SVMMA.

1 *Indumenta quatuor, secundum legem Mosaicam.*
2 *Indumenta quatuor, propria legalis pontificis, eorumque compositio, textura & forma. Et per discursum, nu. 3. 4. & 5.*
6 *Vestimentorum legalium significatio, iuxta allegoriam.*
7 *Vestimentorum legalium significatio, secundum tropologiam. Et primo de feminalibus.*
8 *Linea sacerdotis, quid notaret.*
9 *Balteus sacerdotis, quid signaret.*
10 *Tunica talaris sacerdotis.*
11 *Ephod, superhumerale sacerdotis, & eius compositio atque significatio.*
12 *Rationale, sexto loco adsumebat sacerdos legalis. Et qua significatione. Simul de eius compositione.*
13 *Charitas, summa virtutum.*
14 *Rationalis loco, quid hodie successit.*
15 *Tiaria sive cidaris, suprenum capitis ornamentum legale, quod pontifex vltimo adsumebat. Et eius significatio.*
16 *Domini nomen est τετραγράμματον.*
17 *Indumenta legalia, ex quo fabricata.*
18 *Pontifex Maximus, cur exterius cappam rubeam gerat. Et cuius concessione possit gerere chlamydem purpuream, & coccineam, atque imperialia ornamenta omnia, numero 19.*

De indumentis legalibus seu ueteris testamenti. Cap. 19.

Q VONIAM minus plenè rem significatam, humana fragilitas apprehendit, si penitus rem significantem, ignoret, id circo de indumentis legalibus ab huius cœcitatis ignorantiam propellendam: primò secundum historiam: secundò secundum allegoriam: tertiò uerò, secundum tropologiam aliqua dicemus. ¶ † Primò 1
igitur secundum historiam notandum est, quòd quatuor erant indumenta secundum Mosaicam legem, tam minoribus sacerdotibus quam principi sacerdotum communia, de quibus legitur Exod. xxviij. cap. ¶ Primũ dicebatur manascas, quod Græcè

περίζω·

Universidad de Deusto Biblioteca

περίζωματα vel περισκελὶς, latinè uerò feminalia linea dici potest, de byſſo retorta contextum, quo vtebantur, pro eo quòd legitur in Exod. xx. c. in fine. Nõ aſcendes ad altare meum, per gradus, ne reueletur tur pido tua. & Ezech. xliiij. Feminalia linea erunt in lumbis eorum. ¶ Secundum cathemone, ſiue linea, quod nos ſubuculam uel albam, ſed Moſes abaneth appellauit. Hebræi uerò diſcedentes à Babylonijs, emiſſaneam uocauerunt, eratq; byſſinum & duplex. ¶ Tertium balteus, id eſt, zona, uel cingulum circa latus, quaſi digitis quatuor ſic reticulatus, vt quaſi pellis viperea uideretur, contextũ de byſſo, coco, purpura, & iacintho: per quæ quatuor elementa ſignificantur. ¶ Quartum eſt tyara, quod hebræi, namphiæ, nos autem infulam uel mitram appellamus à cidari pontificali in plurimum differens, quaſi formam rotundę caſſidis repreſentans. ¶ Super hæc
2 quatuor communia † quatuor proprijs indumentis pontifex utebatur, primum erat tunica iacinthina, qua hebræus dicit uethit: græcè dicitur ποδήρης latinè talaris, quæ habebat pro fimbrijs malogranata cũ octuoginta tintinabulis aureis interſcalari modo diſpoſita, ut audireẽ ſonus cũ pontifex ingrederetur ſanctuariũ, ne ſortè mo
3 ueretur. ¶ Secundum † erat, Ephod, id eſt ſuperhumerale: de quatuor prædictis coloribus, auroque contextum, ſine manicis, ad modum collobij: habens aperturam in pectore quandam, ad magnitudinem palmi, in qua λογιον eiuſdem menſuræ inſerebatur. In cuius parte ſuperiori uidelicet ſuper humeros infibulati erant auro duo lapides onichini: quibus duodecim nomina filiorum Iſrael erant inſculpta: ſex in uno & ſex in altero. Quod autem Samuel & Dauid induti legunt Ephod: illud erat lineum & propriè quidem Ephotar, dice-
4 batur. ¶ † Tertium hebraicè dicebatur heen, Græcè λογίον. Latinè uerò rationale uocatur, quod pontifex ferebat in pectore. Dictum eſt autem rationale iudicij: quia ibi erant lapides, in quorum ſplendore ſibi Deum eſſe propitiũ cognoſcebant. Erat autẽ rationale quadrangulum in modum unius palmi: de quatuor prædictis coloribus, auroque contextum habens duodecim lapides per quatuor ordines. In primo ſardium, topazium, & ſmaragdum. In ſecundo, carbunculum, ſapphirum, & iaſpidem. In tertio ligurium, achaten, & ametiſtum. In quarto chryſolitum, onichinum, & berillum, in quibus erant ſcripta duodecim nomina filiorum Iſrael, in ſingulis ſingula, iuxta ordinem ſuæ natiuitatis. Erant etiam in eo ſcripta hęc duo nomina Purin & Thiamin, id eſt, ueritas & diſciplina. Inferebatur autem λογίον, ſuperhumerali à parte ſuperiori, per duos anulos, & duas catenulas aureas, immiſſas duobus uncinis, qui ſub duobus prædictis onichinis & ſuperhumerali continebatur infixi, ab inferiori uerò parte per duos anulos aureos, cum duabus iuncturis ſiue cate
nis iacinthinis colligabaẽ Ephod. ¶ † Quar 5
tum & ultimum erat capitis ornamentum, uidelicet, tyara ſeu cidaris in acutum procedens, habens circulum aureum, cum malo granatis & floribus, ex qua ſupra frontem pendebat aurea lamina, quam petalũ dicunt, ad modum lunæ dimidiæ, in qua ſcriptum erat, anoth adonay, id eſt, ſanctũ nomẽ Domini τετραγράμματα, id eſt, quatuor literarum vt intrà dicetur. Ne verò cum mouebatur põtifex, moueretur & lamina, ligabatur vitta ſeu iunctura iacinthina perſpicua, quę ſummitates poſterius diffundebat. Noſter ergo pontifex pro feminalibus habet ſandalia, pro lineaa lba, pro balteo, cingulum, pro ποδήρη tunicã pro ephod, amictum uel ſtolam, pro λογίῳ, pallium, pro cidari ſeu tyara, mitram, pro lamina, crucem, & quædam ex his diuerſam habent formam ab illis ſecũdum eandem
figuram. ¶ Secundò, dicamus, de typo † di- 6
ctorum legalium indumentorium ſecundum allegoriã. Sanè, his veſtibus ornatus pontifex totius orbis pręferebat imaginẽ. Fœminalia nanque biſſina, terrã congruè figurabant: quia biſſus de terra procedit. Eſt enim biſſus linum ægyptiacum. Baltei cum vittis & vaſculis, circunuolutionem occeani deſignabant. Tunica iacinthina ipſo colore aerea præferebat. Per tintinabula, ſonitus tonitruorum. Per malogranata, coruſcationis fulgurum ſignabantur. Quatuor minoris ſacerdotis, & quatuor microcoſmi, & quatuor macrocoſmi, partes ipſo numero deſignabant, id eſt quatuor humores quatuor elementa. Eph od

ſui

ſui varietate cœlum ſydereum oſtẽdebat. Quod autem aurum erat intextum coloribus: figurabat quòd calor vitalis penetrat vniuerſa; duo lapides onichini, ſolem & lunam, vel duo hemiſpæria deſignabant. In rationali verò xij. gemmæ pectorales xij. ſigna in zodaico præferebant. Rationale quidem erat in medio, quia ratione plena ſunt vniuerſa terrena, cœleſtibusque hærent, imò ratio terrenorum, & temporum caloris, & frigoris, & duplex inter vtrunq; temperies, de cœli curſu, & ratione deſcendit. Per anulos, catenulas, & uncinos, elementorum humorum, & temporum colligamenta ſignificabantur. Cidaris, cœlum empyręum, lamina ſuperpoſita. Deum pręſ. 18. figurabat omnibus pręſidentem. Hanc quidem allegoriam libri Sapientiæ cofirmat authoritas dicens. In veſte enim ponderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia, in quatuor lapidũ ordinibus erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius erat ſcripta. ¶ Tertio ſubijcienda † eſt expoſitio
7 indumentorum legalium, ſecundum tropologiam. His ſiquidem indumentis legalis ſacerdos hoc ordine induebatur. Lotis namque prius manibus, & pedibus, prius induebat manaſtaſim, id eſt, feminalia, ſignificans quòd ſacerdos mundatis operibus, & affectibus lachrymis pœnitentiæ, debet aſſumere continentiam, vt offerat hoſtiam immaculatam ſanctam Deo placentem. Ro. xij. Noſter tamen pontifex, quia iugẽ debet habere continentiam non induit in ſacrificio fœminalia, ſed ſandalia, ac ſi dicatur, Qui lotus eſt, nõ indiget, Pſal. 134. niſi vt pedes lauet, ſed eſt mũdus totus. Math. 10. Io. xiij. Per manus enim opera deſignãtur, ſecundũ illud Benedictus Dominus Deus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Per pedes, ſignificantur effectus, ſecundum illud: Excutite puluerem pedibus veſtris. Et eſt notandum, quòd ipſemet ſacerdos ſibi fœminalia induebat, per quæ virginalis continentia ſignificabatur, qua quoniam res eſt cõcilij, non præcepti. xxviij. q. j. ſicut enim. xxxiiij. 1. Cor. q. v. qui ſitit, ideo ipſemet ſibi imponebat 7. iuxta illud Apoſtoli ad Corin. De virgi- Matt. nibus præceptum Domini non habeo, cõ- 19. ſilium autẽ do. Et Dominus in euangelio. Qui poteſt capere, capiat. Hoc indumentũ alternatim induebant ſacerdotes, quoniã ad iugem continentiam non ita tenebantur, ſicut miniſtri noui teſt. ideoq; ſecundũ quoſdam huic indumento nullum hodie reſpõdet. ¶ Secundò induebat † cathemo- 8
nem, id eſt, lineam, ſignificans, quod ſacerdos debet induere innocentiam, vt quod ſibi non vult fieri, alij ne faciat. Linũ enim propter candorem, ſignificat innocentiam ſecundum illud. Omni tempore veſtimẽta Eccl. 9
tua ſint candida. ¶ † Tertiò cingebat ſe bal 9
theo, ſignificans caſtitatem quo circa lumbos debet accingi vt reſtringat carnis concupiſcentiam. Vnde veritas ait. Sint lumbi Lu. 12
veſtri præcincti &c. Baltheũ autem, quod contextum erat, ex quatuor (prout ſuperius dictum eſt, ſignificabat, quòd omnes Prou. motus ſurgẽtes ex quatuor humoribus ſiue 31.
ex quatuor elementis debet refrænare. Eſ. 9.
Salomon. Et cingulum tradidit Cananeo, & Eſa. Erit iuſtitia, cingulum lumborum eius. Per iuſtitiam enim refrenãtur huiuſmodi motus beſtiales. Pendebant autẽ vſque ad pedes, quia vſque ad finem vitę debebat eſſe mundus. ¶ † Quartò induebat 10
tunicam ποδήρη; id eſt talarem, ſignificas, quod pontifex debet induere perſeuerantiam, quia qui perſeuerauerit uſque in finem hic ſaluus erit. Per talum enim, id eſt, per extremitatem, perſeuerantia deſignatur ſecundũ illud: Ipſa conteret caput tuum, Math.
& tu in cap. eius. Dependebant autem pro 10.
fimbrijs malogranata, cum tintinabulis Gen. 3
aureis. Per malogranatum intelligitur operatio. Per tintinabulum aureum, accipitur prædicatio. Quæ duo debent in ſacerdote coniungi, ne ſine illis ingrediens ſanctuarium, in conſpectu domini moriatur. Cœpit enim Ieſus facere, & docere, ſacerdotibus relinquens exemplum, ut ſequantur ueſtigia eius, qui peccatum non fecit, vt ſit honeſtas in conuerſatione, nec inuentus eſt dolus in ore eius, ut ſit ueritas in prædicatione. Per tintinabula quoque intelligitur vox prædicatoriſque uidelicet ſacerdos per ſilentium iudicium ſuperni Act. 1
inſpectoris offendat. Per malogranata, exẽ 1. Pet.
plum bonæ uitæ uel uoluntas martyrij: 2.
quia huiuſmodi granis reficiũtur infirmi. Sacerdos autem ſecundum Gregorium, xliij. diſtinct. ſit rector. ingrediens moritur,

Universidad de Deusto Biblioteca

cur,uel egrediens moritur,si de eo sonitus non audiatur,qui iram circa se occulti iudicis exigit,si sine prędicationis sonitu incedit. Apte ergo tintinabula uestimentis illius describũtur inserta. Per uestimenta etenim sacerdotis quid aliud,quàm recta opera recipere debemus, iuxta illud prophetæ. Sacerdotes tui induantur iustitiam. Vestimentis itaque illius tintinabula inhærent,ut uitæ uiam cum linguę sonitu ipsa quoque sacerdotis opera clament. Iterum tintinabulis malum punicum coniungitur. Quid per mala punica nisi fidei unitas designatur? Nam sicut in malo punito uno,exterius cortice, multa interius grana visuntur,sic innumeros sanctę ecclesiæ populos unitas fidei contegit,quos intus diuersitas meritorum tenet. ¶ Quintò induebat Ephod,id est, superhumerale significans † quòd pontifex debet induere patientiam, ut in patientia sua possideat animam suam. Humeris enim onera portamus, secundum illud: superposuit humerum suum ad suportandum,& factus est tributis seruiens. Habebat autem duas horas coniunctas in utroq; latere summitatum: significans quòd pontifex debet habere arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, ut non erigatur prosperis: nec deprimatur aduersis. Habebat & duos lapides onichinos insertos humeris,in quibus sculta erant xij. nomina filiorum Israel: sex in vno, & sex in alio. Per duos onichinos, significantur ueritas & sinceritas: ueritas,per claritatẽ: sinceritas,per soliditatẽ. Per filios Israel, significantur sancta desideria, & iuxta opera secundum illud: Maledictus homo,qui non relinquerit semen in Israel. Per senariũ significatur perfectio, eo q̃ Dñs sexto die perfecit cęlũ & terrã & oẽm ornatum eorũ,quod ergo sex nomina filiorũ Israel sculpta erant sex in uno lapide, & sex in alio: significabat,quòd desideria sacerdotis,& opera confici debent non in fermento malitiæ & nequitiæ. sed in azymis sinceritatis & ueritatis, ut sinceritas informet intentionem,& ueritas finem. Greg ait in pastorali. xiij. cap. quod superhumerale ex auro iacintho purpura coccoq; bis tincto & byſſo retorta fieri præcipitur, ut quanta sacerdos clarescere uirtutum diuersitate debeat demonstretur. In sacerdotis quippè habitu, ante omnia aurum fulget vt in eo intellectus sapientiæ principaliter eniteat. Cui iacinthus aereo colore splendens, adiungitur, vt omne per quod intelligendo penetrat,non ad fauores infirmos, sed ad amorem cœlestium surgat: ne dum suis incautis laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectus euacuetur. Auro quicquam & iacintho purpura permiscetur, vt sacerdotale cor cum summa quę prędicat sperat in semetipso suggestiones vitiorum reprimat,eisque velut ex regia potestate contradicat: auro autem, iacintho,byſſo, ac purpura, bis tinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos, omnium virtutes bona ex charitate decorentur,& cuncta quæ coram hominibus rutilant,hæc in conspectu oculi iudicis flamma intimi amoris accendat: quę scilicet charitas quia Deũ simul & proximũ diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Sed cum mens ad charitatis præcepta tenditur, restat vt per abstinentiam caro maceretur. Vnde in bis tincto cocco torta byſſus adiungitur. De terra enim byſſus nitenti specie oritur. Et quid per byſſum,nisi cadens decore munditiæ corporalis castitas designatur: quæ videlicet torta pulchritudini super humeralis innectitur: quia tũc castimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur: cum abstinentiam caro fatigatur. Cumque inter virtutes cæteras etiam afflictę carnis meritum proficit,quasi in diuersa super humeralis speciæ byſſus torta candescit. ¶ Sexto induebat † λογίον id est,rationale: significans,quòd pontifex debet induere discretionẽ,per quam discernat inter lucem & tenebras: inter dextrã & sinistram quia non est conuentio lucis ad tenebras,neq; Christi ad Belial. de pœnitentia. §. hoc idem. erat autem rationale quadrangulum significans,quòd debet discernere inter quatuor,scilicet inter verum & falsum: ne deuiet in credendis: inter bonũ & malum: ne deuiet in agendis. Erat & duplex: quia debet discernere pro duobus, pro se videlicet, & populo: ne si cœcus cœcum duxerit,ambo in foueam cadant. Habebat & quatuor ordines lapidum,significans quòd pontifex debet habere quatuor virtutes principales: scilicet iustitiam, fortitudinem, prudentiam, & temperantiam.

Psal. 123.
Lu. 21
Ge. 49
2. Cor. 6.
Gen. 2
1. Cor. 5.
2. Cor. 4.

In singu-

In singulis aũt ordinibus habebat tres lãpades, significans q̃ Pontifex in primo, debet habere fidẽ,spẽ,& charitatem: in secundo, modestiã,mansuetudinẽ,& benignitatẽ: in tertio,pacẽ,& misericordiã & largitatẽ: in quarto, vigilantiã solicitudinẽ & longanimitatẽ: Per lapides. n. figurantur virtutes,secundũ illud. Si quis aũt superædificat super fundamentum hoc, aurum & argentum, & lapides pretiosos. Habebat & duas catenulas auri purissimi,sibijnuicem cohærentes, quæ duobus inserebantur vncinis, significãs q̃ pontifex debet habere duos † charitatis affectus ad Deũ. s. & ad proximũ,de quibus præcipitur. Diliges Deũ tuũ, ex toto corde tuo, & proximum tuũ,sicut teipsum. Sicut. n. aurũ præeminet vniuersis metallis: ita charitas præcellit vniuersas virtutes, de qua dicit apostolus. Maior horũ est charitas. Duo vncini, sunt intentio & finis,quibus catenulę inserunt, vt tã Deũ,q̃ proximũ diligat ex corde puro,& conscientia bona,& fide non ficta, tã Deum,q̃ proximũ ligat,pp beatitudinem: Deum pp seipsum diligat, & proximũ pp Deum. Portabat autem Aaron rationale iudicij: in quo descripta erant xij. nomina patriarcharum, prout dictum est in prima parte sub titulo de picturis, quod secundũ Greg. in pastorali lib. in c. xij. Bene rationale iudicij vocatur quia rector debet subtili semper examine bona malaq; discernere, & quæ vel quibus, quando, & qualiter construat studiosè cogitare: nihilque proprium quærere: sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde in Exod. scriptum est. Pones aũt in rationali iudicij doctrinã & veritatẽ: quæ erunt in pectore Aarõ. qñ ingreditur corã Dño,& gestabit iudicium filiorum Israel, & in pectore suo in conspectu Dñi semper. Sacerdotem qui pe iudicium filiorum Israel in pectore suo corã conspectu Dñi gestare, est subiectorũ causas pro sola interni iudicis intẽtione discutere. ¶ † Quidã autem dixerunt, quòd rationali nullum respondet hodie ornamentum: quoniam non habemus copiam lapidum pretiosorum: sed ad instar illius defert pontifex in consecratione sua textum euangelij ante pectus coram toto populo. Ibi. n. scriptũ erat: doctrina, & veritas & episcopus debet habere in corde veritatẽ euangelij, & in ore doctrinã, quantũ ad manifestationem, & hæc potest esse causa quare in quibusdã Ecclesijs postes Codicis Euangelici, ex auro & argẽto, & lapidibus pretiosis ornãtur. Est ẽt & alia ratio, quia in illo rutilat aurum sapientiæ, argentum eloquẽtiæ, & miraculorũ lapides pretiosi. xxxix. disti. §. hinc etiã. Hæ sunt spõsæ murenulæ aureę, argẽto vermiculatę. ¶ † Septimũ & supremũ capitis ornamentũ erat cidaris vel tiara, quã vltimò pontifex assumebat, significans humilitatẽ, de qua Dñs ait Luc. xviij. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & q̃ se humiliat, exaltabitur. Hãc aũt gestabat in capite, significans quòd põtifex debet gerere humilitatẽ in mẽte exẽplo capitis nostri dicẽtis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Per caput. n. mens intelligit secundũ illud: Vnge caput tuũ,& facie tuã laua. Rursus tiara in minoribus sacerdotibus, significat cõtinentiam quiq; sensuũ: in maioribus verò cõtẽplationẽ: dicuntur. n. esse contẽplatiui. De cidari depẽdebat à frõtè lamina aurea, significãs sapietiã, vel figurabat signũ crucis, q̃ fit in officio cõfirmationis, in qua scriptũ erat: nomẽ † dñi τετραγράμματον, id est. quatuor literarũ, quę sunt: he, ioth, eth, & vau, idest principiũ vitę passionis iste, prout dictũ est in proęmio secũdę partis: ac si apertius diceretur: Ille, cuius põtifex iste gerit personam, scilicet Christus est principiũ, id est, author vitę: passionis, id est, vitę restauratę per passionẽ: quia mortẽ nostrã moriendo destruxit,& vitã nostrã resurgẽdo, reparauit. † Erant aũt hæc indumẽta pro maiori parte cõtexta opere πολύμιτω, id est, vario propter varietatẽ virtutis: de qua dicit psalmographus: Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circũdata varietate, & ex quatuor p̃tiosis coloribus scilicet purpura, cocco, byſſo & iacintho. Per purpurã regię dignitatis, significãt põtificalis ptãs, quę p̃ viã regiã debet inducere, ne declinet ad dextrã, vel deuiet ad sinistrã: ne liget dignos, aut soluat ĩdignos. per purpurã quoq; aq̃ significãt, qa in cõchis murinis habitãt vermes, q ea egerũt. per coccũ coloris ignei, significãt pontificalis doctrina, q̃ sicut ignis lucere debet, ppter q̃ & distinctus fuisse narratur. Lucere qdẽ debet per pmissionem, vt oĩs, q reliquerit domũ, patrem

13
1. Cor. 3.
Math. 22
1. Cor. 13.
1. Tim. 1.
Exod. 18
14
Cant. 1. 15
Math. 11
Mat. 5
16
17
Ps. 44
Math. 19

H trem

trem, & matrem &c. centuplum accipiet,
Mat. & vitam æternam possidebit. Vrere debet
3 per comminationem: vt omnis arbor, quæ
non fecerit fructum bonum, excidetur, &
18 in ignem mittetur. ¶ † Hinc est quod sum
mus pontifex capa rubea exterius semper
apparet indutus, cum interius sit indutus
candida veste: quia etiam interius candere
debet per innocentiam & charitatem, &
exterius rubere per compassionem, vt vi-
delicet ostendat se semper paratum pone-
re animam pro ouibus suis: quia perso-
Esa. nam gerit illius, qui pro nobis vniuersis
63 rubrum fecit indumentum suum. ¶ Ex
19 concessione vero † Constantini Imperatoris xcvj. distinctio. Constantinus, ferre potest chlamydem purpuream atque tunicam coccineam & omnia imperalia indumenta, scilicet sceptra, signa, & ornamenta. Crux quocunque ierit, eum præcedit,
Gal. 6 ad significandum, magis ei quàm cuiquam alteri conuenire, iuxta illud Apostoli: Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini, &c. vt se crucifixum imitari debere cognoscat. Rursus coecus bistinctus in veste pontificali est charitas, quæ quasi bis tingitur, dum dilectione Dei & proximi coloratur. Per byssum verò candoris eximij, significatur præclaritas famæ: quæ
1.Tim. debet esse retorta: vt pontifex bonum ha-
3 beat testimonium: secundum Apostolum: & ab his, quæ sunt intus, & ab his, quæ sunt foris. Per iacinthum, qui est coloris
2.Cor. aerei, significatur serenitas conscientiæ,
1 quam intra se pontifex debet habere, secundum quod dicit Apostolus: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.

LIBER QVARTVS.

SVMMA.

1 *Missæ sacramentum, summum omnium est: atq; adeò institutum à Christo num. 2. 3.*
4 *Apostoli & Pontifices Missam à Deo primùm instituerant, ampliarunt.*
5 *Petrus apostolus, Missam ne primus celebrauit in partibus Orientalibus, etiam in Antiochia: an uero Iacobus & num. 7. 8.*
6 *Cælestinus Papa, Missæ introitum addidit. Hæreticorum de Missæ augmento, ac cæterorum sacramentorum & institutionum Ecclesiasticorum, grauis cauillatio, & num. 9. Et responsio. 10. remissiue.*
11 *Missa, omnia Christi mysteria continet.*
12 *Missæ officium, quot, & quibus constet.*
13 *Templi antiqui diuisio, & forma.*
14 *Sacrificiorum antiquorum significatio.*
15 *Propitiatorium, eiusdem longitudinis, & latitudinis, cuius arca. Et quid dicatur propitiatorium.*
16 *Sacrificia tria Missa offert.*
17 *Sacrificium Missa, quod primum, & maximũ.*
18 *Sacrificium factum à malo sacerdote, valet perinde, ac factum a bono. Et quid ira.*
19 *Arnaldistæ sunt in ea hæresi, ut putent malos ministros non posse ministrare sacramenta. Falsò id quidem & temere.*
20 *Missa, quibus horis debeat celebrari.*
21 *Missa, qua hora sit celebranda in quadragesima & aduentu.*
22 *Missas duas, cum uno vel vnam cum duobus sacrificijs, celebrare non licet.*
23 *Missa, sicca, quæ dicatur.*
24 *Missa celebrandæ detestabilis consuetudo.*
25 *Missæ plures, quibus diebus possint celebrari.*
26 *Leo Papa, eodem die nouies celebrauit.*
27 *Pransus an possit conficere.*
28 *Missa quæ olim instituta quoquo die, & quæ hodie nu. 30.*
29 *Angeli quotaferiæ creati.*
31 *Mariæ officium, cur Sabato fiat, & vnde hoc inductum, & nu. 32. 33. 34. 35.*
36 *Ecclesia, cur triplici lingua vtatur in Missæ officio.*
37 *Missæ officio quot debeat interesse, ad minus. & num. 39.*
38 *Angeli orantibus præsunt.*
40 *Missæ partes singulæ quid notent. Et quò referantur.*
41 *Missæ in quibus locis debeat celebrari. & numero 42.*
43 *Missa quid representet, & imitetur. nu. 44.*
45 *Missæ officium, quotuplex, & nu. 48.*
46 *Catechuminorum missa quæ sit.*
47 *Missa fidelium, vnde dicatur.*
49 *Missa vnde dicatur.*
50 *Missæ diuisio.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Missa, & singulis, quę in Missa agun-
tur. Cap. 1.

1 NTER cuncta Ecclesię sacramenta, illud con-
* stat esse præcipuũ, quod in Missæ officio † supra mẽsam * sacratissimi celebratur altaris, illud Ecclesiæ repræsentans conuiuium, in quo filio reuertenti pater occidit vitulum saginatum, panem vitæ, &
2 vinum quod miscuit sapientia, proponẽs.
Lu. 15 Hoc † autem officium ipse Christus insti-
Sap. 9 tuit, cum nouum condidit testamentum,
Lu. 22 disponens hæredibus suis regnum, sicut
Mat. pater suus sibi disposuit, vt super mensam
26 eius ædant, & bibant in regno, quod Ecclesia confecrauit. Cœnantibus enim illis, accepit Iesus panẽ, & gratias agens, benedixit ac fregit, deditque discipulis suis dicens: Accipite & comedite. hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. ¶ Hac igitur institutione formati cœperunt apostoli sacrosanctum frequentare mysteriũ, propter causam, quam Christus expresserat, & formam seruantes in verbis, & materiam tenentes in rebus: sicut Apostolus
1 Corinthijs protestatur dicens: Ego accepi
Cor. 11 à Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte &c. Or igitur missæ officium cæteris diuinis officijs dignius & solennius est, ideò de illo prius, quàm de alijs officijs est in hac iiij. parte dicendum: in qua aliquibus additis & de-
3 tractis speculum Innocentij Papæ tertij prosequamur. ¶ † Sanè (vt promissum est) Missam instituit Dominus Iesus sacerdos, secundum ordinem Melchisedech: quãdo
Mat. panem & vinum in corpus & sanguinem
26 suum transmutauit, dicens: Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus: subiungens:
4 Hoc facite in meam commemorationem. † Apostoli autem hanc Missam adauxerunt, dicentes in Missa non solum verba
5 præmissa: verumetiam dominicam oratio nem superaddentes. Vnde † beatus Petrus sic Missam primus dicitur celebrasse in partibus Orientalibus: vbi post Domini passionem quatuor annis cathedrã tenuit sacerdotalem. Deinde vero accepit cathedrã Antiochiæ, vbi tres orationes ad Missam adiecit. In primordio ergo nascentis Ecclesię Missa aliter dicebatur, quam modo: sicut in sexta parte sub tit. de parasceue dicetur, sequenti vero tempore epistola tantum & Euangelio recitatis Missa celebratur. Subsequenter † Cælestinus papa 6
instituit introitũ ad Missam cantari, prout sub introitu dicetur. Cætera diuersis temporibus ab alijs Papis & à Gælatio Cælestino & Gregorio, & alijs diuersis temporibus sequuntur adiecta, prout Christianæ religionis cultu crescente visa sunt decentius conuenire. De hoc dicetur in proœmio Sextæ partis: in canone de consecra. distinct. j. Iacobus, legitur quod Iacobus † 7
frater Domini, Episcopus hierosolymitanus, & Basilius episcopus Cæsariensis addiderunt nobis in scripturis ordinem celebrandi Missam. Item iste. Iacobus Alphæi dicitur primus Missam inter Apostolos celebrasse. Nam propter excellentiam sanctitatis eius, Apostoli hunc sibi fecerũt honorem, vt post Domini ascensionem primus inter eos Missam Hierosolymis celebraret etiam prius, quam esset in Episcopum ordinatus. Vel fortè ideò dicitur primus celebrasse, quia primus in pontificalibus eam dixisse perhibetur: & sic Petrus postmodum primus Missam in Antio chia celebrauit, & Marcus in Alexandria. 8
† Quidam autem perfidi hæretici, reprehendunt nos: quia Euangelia per particulas lacerata in Missa legimus: & quia primitiuæ Missæ, videlicet ultra dominicam
Apoc. orationem, aliquid superaddimus. Scriptũ
vlt. enim est: Si quis apposuerit ad hoc, apponet super illum Deus plagas scriptas in libro isto. Et quia super nouum testamentum & præcepta Apostolorum & alias institutiones, & nouam doctrinam doctorũ instituimus, & seruamus cõtra illud, quod Christus ait: Bene irritum fecistis mandatum Dei: vt vestram traditionem seruetis.
Mat. 15 Et alibi: Omnis plantatio, quam non plan
Hebr. tauit pater meus cœlestis, eradicabitur,
13 & Apostolus: Doctrinis varijs & pere-
1.Cor. grinis nolite abduci. xij. distinctione de
3 his. Item fundamentum aliud nemo

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest ponere præter id, quod positum est
9 quòd est Christus. Dicunt † etiam, quòd
Ecclesia Christi nec Missam nec matutinas cantauit: nec Christus nec Apostoli eam instituerunt: nec in tempore Apostolorum cantata fuit: nec nomen Missæ tunc in mundo audiebatur: nec scriptum inueniebatur: sed id, quod Missa repræsentat ab Euangelistis cœna vocatur: nec in Ecclesia in principio: nec Apostoli cùm musicali organo: nec alta, nec dulci voce eam cantabant, reprehendentes nos: quia hæc agimus: & quia nocturnos & alias canonicas horas dicimus, falsò contra nos inducentes illud Amos prophetæ: Conuertam
Amos 8. festiuitates vestras in luctum, & omnia cãtica vestra in planctum. Et illud propheticum. Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt eos: & auaritiam sequitur cor eorum,
Ezec. 33. & est illis quasi carmen musicum, cũ suaui dulciq́ue sono canitur. ¶ Illorum † tamen error apertissimè confutatur, ex his,
10 quæ in proęmio. v. partis dicentur. Rursus in primitiua Ecclesia diuina mysteria hebraicè celebrabantur, sed tempore Ariani primi Imperatoris græcè in orientali Ecclesia Christianorum primò celebrari
11 cœperunt. ¶ Porrò † Missæ officium tam prouida reperitur ordinatione dispositũ, vt quæ per Christum & in Christum ex quo de cœlo descendit, vsque dum in cœlum ascendit, gesta sunt magna ex parte contineat, & ea tam verbis, quàm signi admirabili quadã specie repræsentet. Ipsum
12 † autem officium in. iiij. consistit videlicet in personis, in operibus, in verbis, & in rebus. ¶ Personarum tres sunt ordines, scilicet, Celebrantes. Ministrantes. Et circunstantes. ¶ Operum quoque tres sunt species, videlicet Gestus, Actus, & motus. ¶ Verborum etiam tres sunt diuersitates, scilicet, Orationes, Modulationes, & lectiones. ¶ Rerum si militer tres sunt maneries, scilicet, Ornamenta, Instrumenta, & Elemẽta. Siquidẽ hęc omnia plena sunt diuinis mysterijs sicut in proęmio libri dictum fuit. ¶ † Sanè olim templum erat in
13 Heb. 9 duas partes interposito velo diuisũ. Pars prior vocabatur sancta, interior verò sancta sanctorum. Quicquid ergo in officio missę ante secreta agitur, quasi in æde prio ri est, quod autem in secreta agitur, intra sancta sanctorũ est. Erant igitur intra sancta sanctorũ ara incensi, arca testamenti, tabula super arcam, prout in prima parte sub tit. de Ecclesia & de altari dictũ est, & in Exo. habetur, & supra tabulam duo cherubin gloriæ mutuo vultu se se respicientia. Huc intrabat solus Pontifex semel in anno, habens nomina patrum in rationali & superhumerali scripta, ferens sanguinem, & carbones, quos omnes cum timiamate in thuribulo orans ponebat, donec fumus eum obumbraret. Deinde tabulam & aram sanguine aspergebat. Post exibat ad populum & vestes lauabat. Non enim iudicabatur mundus ante vesperam post
14 immolationem vituli rufi. ¶ Hæc olim † signa fuerunt, sed recesserunt, postquam significata venerunt. ¶ Siquidem prior ædes, significat pręsentem Ecclesiam, sancta sanctorum, cœlum, pontifex Christum, sanguis, passionem, carbones, charitatem Christi, thuribulum, carnem ipsius, thus crematum, preces odoriferas, ara, cohortes cœli, arca Christum secundum humanitatem, tabula, Deum patrem, duo cherubin, testamenta, quę sese adinuicem respiciunt quia concordant, vestis, quæ lauantur, hominem, vespera hominis vestem significat. Conferas ergo, quæ olim fiebant, & quæ Christus egit, & respice quomodo minister Ecclesiæ illa in officio missæ repræsentat, & agit. Quid etiam hæc significent, sub canone Missæ in principio cuiuslibet particulæ illius tangetur. Per arcam quoque, Christi humilitas intelligitur, à qua nobis per ipsius misericordiam omne bonum aduenit. ¶ Et † not. quòd sicut in
15 Exod. cap. uigesimoquiato, & xxxvij. Factum est super arcam propitiatorium aureum, id est, tabula aurea, eiusdem longitudinis & latitudinis cuius & arca, vt eam tegere sufficeret. Et hoc dicebatur oraculum, quia Dominus de loco illo responsa dabat orantibus. Dicebatur etiam propitiatorium, quia exinde loquens Dominus propitiabatur populo: vel quia die propitiationis videbant gloriam Domini semper ibi descendere. Et inde tabernaculum siue locus super posteriori parte altaris collocatus, in quo Christus propitiatio nostra, id est, Hostia

consecrata

consecrata seruatur, hodie propitiatoriũ nuncupatur &c. Ex vtraque verò parte oraculi, scilicet, in duobus angulis anterioribus positi sunt duo cherubin aurei, qui sunt (secundum Iosephum) duo animalia volatilia habentia figuram, quæ à nullo hominũ est inspecta, hæc dicit Moses se in Dei sede conspexisse figurata. Vnus cherubin alterum inspiciebat, versis tamen vultibus in propitiatorium, duabusque alis ex opposito expansis, & mutuo se tangentibus velabant oraculum siue tegebant propitiatorium. Siquidem per propitiatorium incarnatus Dominus figuratur, de quo Ioan. Ipse est propitiator pro peccatis nostris. Duo cherubin duo sunt testamenta. scilicet nouum & vetus. Dum ergo illa non discrepant: sed mysterium incarnationis Christi concorditer narrant illud prophetando, istud asseuerando, in propitiatorium vultum suæ intentionis dirigunt, & se mutuo respiciunt.
16 ¶ † Rursus tria sunt Ecclesię sacrificia, quę in veteri testamento per propitiatorium, thuribulum, & altare significata sunt, videlicet, Sacrificium Pœnitentiæ, Iustitiæ, & Eucharistiæ. ¶ De primo: Sacrificium
Psal. 50 Deo spiritus contribulatus &c. ¶ De secundo: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. ¶ De tertio: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Super altare scilicet corporis caro mactatur per contritionem intra thuribulum, scilicet cordis, thus adoletur per deuotionem, ad propitiatorium, scilicet, Dei patris sanguis infertur pro redemptione. ¶ Hæc quidem tria sacrificia sacerdos offert in Missa: Primum in confessione, Secundum, in præfatione, Tertium, in actione. Nam hæc tria sunt quæ secundum prophetam Deus respicit in homine, & requirit ab homine, diligere misericordiam, facere iudicium, & solicitè ambu-
Matt. 5 lare cũ Deo. Diligat ergo misericordiam, qui vult offerre sacrificiũ pœnitentiæ. Facit iudicium, qui vult offerre sacrificium iustitiæ. Cum Deo solicitus ambulet, qui vult offerre sacrificium Eucharistiæ. Hinc
17 est, quod ait beatus † Bernardus: Fratres mei immolantes hostiam laudis iũgamus verbum verbis: sensum sensui: affectum affectui: exaltationem exaltationi: maturitatem maturitati: humilitatem humilitati: libertatem libertati. Celebraturus ergo Missam offerat altissimo sacrificium illud de quo Psalmista ait: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: & alibi Immola Deo sacrificium laudis. Et Apostolus Exhibete mihi corpora vestra, hostiam uiuentem sanctam Deo placentem, vt sit rationabile obsequium vestrum, mortificantes in altari cordis membra vestra, quę sunt super terram, videlicet, immunditiam, libidinem, cõcupiscentiam malam, & auaritiam, quatenus mundo corde, & casto corpore, sacrificetis Deo vosmetipsos. ¶ In sacramento autem corporis Christi secundum Aug. de conse. distin. ij. vtrum. nil à bono magis, nil à malo minus perficitur sacerdote, dummodo ille cum cæteris in arca consistat, & formam obseruet traditam à columba, quia non immerito sacerdotis, sed in verbo cõficitur creatoris. Aurum enim eque verum est in arca furis, sicut in thesauro regis. j. quęsti. j. §. ex his. Vnde & Cayphas Pontifex persecutor vnius & verissimi sacerdotis, quamuis ipse verax non esset, quod dedit tamen consilium, verum fuit: sed non suum dedit, sed Dei, id est, in forma Ecclesiæ j. q. j. Dominus, & capit. dictum. Non ergo sacerdotis iniquitas impedit effectum sacramenti, sicut nec medici infirmitas, virtutem impedit medicinę. Quanuis igitur opus operans aliquando sit immundum, opus tamẽ operatum, semper est mundum. Et sicut omnia sunt munda mundis, sic omnia sunt immunda immundis, prima quęstione, prima omnia, & capit. multi. Malus ergo cùm vitam accipit, mortem incurrit, sic econtrà bonus, cùm mortem sustinet, vitam acquirit. Nam qui manducat indignè, iudicium sibi manducat. Quod vero de talibus propheta ait: Maledicam benedictionibus vestris, & Greg. Benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, de præcisis ab Ecclesia non toleratis seu notorijs intelligitur: quorum benedictio debet quantum ad episcopos maledictio reputari: quoniam secundum Augustin. j. quæstio. j. quod quidem mali inquantum in eis est, dicuntur sacramenta polluere, cum tamen illa permaneant impolluta, sunt enim bonis ad præmium, reprobis ad iudicium. Vnde

Psal. 50
Psal. 49
Ro. 12
Col. 3.
Ro. 14
Cor. 2.
Cor. 2
Mal. 2

Universidad de Deusto Biblioteca

Aug.j.q.j. si fuerit spiritualis virtus Sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur ad salutem: sed per immundos ministros quasi per canale transiens non coinquinatur.¶ † Arnaldistæ tamẽ perfidi heretici, dicunt nusquam legi, quòd immundis & luxuriosis ministris Christus spósam suam Ecclesiam traderet custodiendam: vel potestatem sacrorum mysteriorũ peragere: vel claues regni, vel potestatem ligandi, vel soluẽdi: quia illi soli (vt ait Grego.) & iusti in hac carne positi, potestatem habent ligandi atque soluendi, sicut Apostoli, qui vitam vel fidem illorũ cum eorum doctrina tenẽt. Vnde, vt dicunt à talibus sacramenta præstita, nec valent, nec proficiunt ad salutem. Legitur enim in libro Numeri, Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet, & Christus: Non potest arbor mala fructus bonos facere: & Dauid, peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testimonia mea, per os tuum. Et Apostolus, Omnia munda mundis: coinquinatis autẽ & infidelibus nihil est mundum. Et Grego. in pastorali. lib. j. capit. x. & xcix. distin. §. j. dum is, qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Item ibidem lib. iij. capit. xij. Necesse est, vt munda debeat esse manus, quę diluere sordes curat, ne tacta quæque ipsa sordida deterius inquinet.¶ † Celebratur autem Missa hora tertia, sexta, & nona. In tertia, quia (secundum Marcum) hora illa Christus crucem ascendit, & linguis Iudæorum crucifixus est clamantium, Crucifige. Et quia illa hora spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis descendit, de consecr. distinct. j. nocte: In sexta, quia illa hora (secundum Matthæum) verè crucifixus & immolatus est. Et in nona, quia illa hora in cruce pendens emisit spiritum. Telephorus Papa de consecr. distinct. j. nocte. statuit, vt Missa ante horam tertiam non dicatur, quod de publicis & popularibus missis intelligẽdum est, quia sicut ait Aug. de conse. distinct. j. & hæc, nõ deberent in publico fieri; ne populus à publicis, quę hora tertia dicũtur, retrahatur. Cantatur autem diebus dominicis & festiuis hora tertia: profectis, hora sexta: in quadragesima, hora nona, de consecrat. distinct. j. solent, & §. in ieiunijs, & etiam ex institutione Pelagij Papæ & aliorum, in diebus ieiuniorum, non tamen omnium. In sabbatis verò ieiuniorum quatuor temporum serò potest celebrari propter ordines sacros, qui ad dominicam sequentem pertinere noscũtur. Sed quia missa in ieiunio dici debet, ideò ne minus ieiunẽt, post vesperas inchoatur, & sic vsque ad noctem ieiunium protulatur. lxxv. distinct. quòd à partibus, lxvj. distin. dilectionis. De quo in sexta parte sub sabbato paschali dicetur. Quòd verò Missa quandoque summo mane cantatur, ex consuetudine non ex ordine est. Leo tamen Papa de consecra. distinct. j. necesse diluculo, siue prima diei parte ad missam intrabat, nescio an necessitate, an ratione, an sola vsus Apostolica potestate. Vel de peculiari missa intelligendum est. Qui autem necessitate præuenirunt tertiam, aut offerunt post sextam, aut nonam, amore diuino, ne videlicet eis dies absque sacrificio prætereat, excusari possunt cum discipulis, qui euellebant spicas in Sabbato de consec. distinct. v. discipulos, & cum Dauid, qui comedebat panes propositionis de consec. disti. ij. tribus. Vel quia in missa fit memoria passionis, mortis sepulturæ, resurrectionis, & ascensionis, ideò cantatur tot varijs horis. In tertia, in memoriam passionis & ascensionis, post sextam, in memoriam mortis, post nonam, in memoriam sepulturę, in mane, in memoriã fortè resurrectionis. Asserũt ẽt quidã, Dominum in meditulio horarũ crucifixum, & ideò nũc hanc, nunc illã horam positam. Vnde Ecclesia iter vnam horã, & alteram celebrat missam. In † die autem natalis domini prima missa de nocte cantatur prout sub ipso festo dicetur. Cęterùm, si quadragesima occurrunt duo officia, quos dies duplices vocamus, missa de festo dicitur in tertia, & absque genuflexione. officium verò de ieiunio dicitur, in nona, & cum genuflexione. Tempore etiam aduentus, debet missa in sanctorum festiuitatibus hora tertia celebrari. Verùm, nullus debet eadem die plures missas regulariter celebrare de consecra. dist. j. sufficit extrà de celebra. missa. te reuertente, quia Christus solus passus fuit, & valde felix est, qui etiam vnam dignè potest

19

20

Leui. 15. Matt. 7. Psal. 44 Ro. 14.

Matth. 12. 1. Re. 2.

22 test celebrare. † Nec potest quis duas missas cũ uno, vel vnam cũ duobus sacrificijs celebrare ead. distinct. tribus sub vno tamen canone, possunt plures hostiæ confici. Nam & presbiter debet semper hostiã
23 pro infirmis habere patatã. ea. dis. presbyter. † Potest quoque sacerdos vnam missam cum sacrificio, & aliam siccam celebrare, missa sicca dicitur, quoniam si sacerdos non potest conficere, quia fortè iam celebrauit, vel ob aliam causam potest accepta stola Epistolam & Euangelium legere, & dicere orationem dominicam, & dare benedictionem, quinimo si ex deuotione, non ex superstitione velit totum officium missæ sine sacrificio dicere, accipiat omnes vestes sacerdotales, & missam suo ordine celebret, vsque ad finem offerendæ, dimittens secreta, quæ ad sacrificium pertinent. Præfationem verò dicere potest, licet in eadem videantur Angeli inuocari ad consecrationem corporis & sanguinis Christi. De canone verò, nihil dicat, sed orationem dominicam non prætermittat, & quæ ibi sequuntur sub silentio dicenda nõ dicat, calicem vel hostiam non habeat: nec de is, quæ super calicem seu eucharistiam dicuntur, vel fiunt, aliquid dicat, vel faciat. Potest etiam dicere, pax domini sit semper &c. & exinde missæ officium suo ordine peragat. Melius est
24 tamen alia obmittere. Verùm † quidam incipiunt missam de die celebrantes illam suo ordine vsque ad offerendam, posteà incipiunt aliam missam & eam cantant vsque ad eundem locum, & idem faciunt pluries, si volunt, & incœpta missa viuorũ, incipiunt quãdoque missam mortuorum, eam prosequentes vsque ad eundem locum, & exinde procedentes, dicunt tot secretelas, quot missas inceperunt, semel tantùm canonem dicentes, & consecrantes & in fine tot orationes dicunt, quot officia missæ inceperunt. Sed hoc tanquam dete-
25 stabile reprobamus.¶ Potest tamẽ † sacerdos quandoque plures missas vna die celebrare, extra de celebr. miss. c. iij.¶ Primò, in festo natalis domini, sicut in septima parte sub illo festo dicetur.¶ Secundo, vbi necessitas exigit, puta si quis moriatur, vt ibi, & de consec. dist. j. sufficit. Concilij tamen Carthaginen. ea. di. sacramẽta. dicit quòd si episcopus, vel alius post tertiã obierit, commemoratio solis orationibus facienda est sine missa.¶ Tertio, causa honestatis, vt si aliqua magna persona superueniens velit missam audire, extrà e. c. j. & ij.¶ Quarto, secundum quosdam, causa vtilitatis, puta propter peregrinos, propter hospites, propter commeantes, propter infirmos, propter sponsos, & propter raritatem clericorum, & propter paupertatem ecclesiarum sacerdotes proprios non habentium.¶ Quinto, vt dixit Richardus episcopus Crem. in mitrali, cum duæ festiuitates occurrunt, possunt etiam tres celebrari, tum quia hoc fit licitè in natali, tum quia Christi passio tripartita est. Passus enim est linguis insultantium, manibus verberantium, & clauis crucifigentiũ. Ipse etiam est à patriarchis, gestibus immolatus, à prophetis, verbis sacrificatus, à patre, & à seipso, realiter oblatus.¶ Sexto pari ratione, si in die ieiunij occurrit aliquod solenne festum, potest vnam de festo, & aliam de ieiunio celebrare, si alius presbyter non adsit. † Legitur etiam quod 26
Leo Papa sæpe septies, & aliquando nonies in eadẽ die missam celebrauit.¶ Sacerdos tamen aliam missam in eadem die celebraturus, in ultima tantum perfusionem sumat, quoniam si in prima sumeretur, ieiunus non esset, & sic alia missa impediretur eo. tit. ex parte, aliàs autẽ quoties celebrat, toties corpus Christi, etiam perfusionem sumat. de cons. distinct. ij. cõperimus & c. tribus. Sed nunquid † pran- 27
sus cõficit? Respondeo sic, licet hoc facere non debeat: Non enim ieiunium est de substantia, prout in canone innuit Augu. in d. c. liquido, alias Dominus non confecisset, magister tamen Hug. dicit contra. Sanè priscis temporibus † hæresibus pul- 28
lulantibus, & trinitatem impugnantibus, ex institutione Alcuini magistri Caroli, rogatu Bonifacij archiepiscopi Maguntini statuentis, Prima feria, missa de trinitate dicebatur. Secunda feria, de Sapientia. Tertia feria, de Spiritu sancto. Quarta de charitate. Quinta feria, de Angelis. Sexta, de Cruce. Septima, de Beata Virgine. Causa verò illa cessante, illud cessauit, & dominicali officio ordinato statutum fuit quod prima feria suum haberet officium,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſcilicet de Trinitate, ſecunda de Angelis, quia tunc primo creati ſunt in bonis gratuitis, tunc enim lux diuiſa fuit à tenebris id eſt, boni Angeli, à malis: quia tunc
29 ceciderunt mali bonivero confimati ſunt. ¶ † In prima verò feria, creati fuerunt Angeli in bonis naturalibus. Cantatur etiam in ſecunda feria pro defunctis, vt illis adhibeamus ſuffragia Angelorum. Et quia, vt dicunt quidam, in prima feria refrigerium habent illi, qui ſunt in purgatorio, & ſtatim in ſecunda feria redeunt ad pœnas & laborem. Ideo, vt eorum ſubueniatur † laboribus, miſſa pro illis in ſecunda
30 feria, celebratur. ¶ In tertia feria, pro peccatis. ¶ In quarta, pro pace. ¶ In quinta, pro tribulatione, vel in tertia feria debet repeti introitus miſſæ de dominica. ¶ Inſtitutum etiam fuit vt in quarta feria ieiuneretur, & illa ſimiliter die debet miſſa de dominica dici, niſi feſtiuitas impediat. ¶ In quinta feria debet ſimiliter repeti officium dominicæ, introitus, Epiſtola & Euangelium: quia dies Iouis dicitur cognata Dominicę diei, prout dicetur ſub tit. de acceſſu Pontificis ad altare. ¶ In ſexta feria, de cruce, illa enim dies appropriatur Chriſto & cruci, quia ipſe in ea mori & crucifigi voluit, pro ſalute generis
31 humani. ¶ † In ſeptima feria de beata Virgine, quod initium habuit, quoniam olim in quadam Eccleſia ciuitatis Cõſtantinopolis erat imago beatæ Virginis, coram qua dependebat velum, quod totam velabat imaginem, ſed hoc velum in ſexta feria poſt veſperas recedebat ab imagine nullo mouente, ſolo Dei miraculo, quaſi deferretur in cœlum vt ad plenum poſſet imago à populo proſpici. Celebratis verò veſperis, in ſabbato, deſcendebat ipſum velum ante eandem iconem ſiue imaginem, & ibi manebat vſque ad ſextam feriam. Hoc viſo miraculo, ſancitum eſt, vt ſemper illa feria de beata Virgine canta-
32 retur. ¶ Alia † etiam ratio eſt, quia Domino crucifixo & mortuo, & diſcipulis fugiẽtibus & de reſurrectione deſperantibus in ea ſola tota fides in ſabbato illo remanſit. de conſecratio. diſtinctio. iij. ſabbato. Sciebat enim, quomodo portanerat eum ſine labore, & pepererat ſine dolore, & ideo certa erat, quòd filius Dei eſſet, & à mortuis tertia die reſurgere debebat. Et hæc eſt ratio, quare dies ſabbati magis, quam alia dies beatæ Mariæ appropriatur. ¶ Tertia † ratio eſt, quia dies ſabbati eſt 33
ianua, & introitus ad Dominicam diem. Vnde cum ſumus in ſabbato, ſumus iuxta Dominicam. Dies autẽ dominica eſt dies requiei, & ſignificat vitam æternam. Vnde cum ſumus in gratia Domini noſtri, ſumus quaſi in ianua paradiſi. Quia igitur ipſa eſt nobis porta ad regnum cœlorum, quod per diem Dominicam figuratur, ideo de illa ſolennizamus in ſeptima feria, quæ
diem Dominicam præcedit. ¶ † Quarto, 34
vt ſolennitas matris ſolennitati filij continetur. ¶ † Quinto, vt feſtiuitatis agatur 35
in die, in qua Deus ab omni opere requieuit. ¶ Notandum eſt etiam quod in Miſſæ officio, vbi Chriſti paſſio † repreſentatur, 36
tribus linguarum generibus vtimur, ſcilicet Græca, Hebręa, & Latina, ad ſignificandum, quod his tribus linguis ſcriptus eſt titulus crucis Chriſti. Ioan. xix. & ad deſignandum, quod omnis lingua, quæ per hanc triplicem, intelligitur Deum laudare & confiteri debet, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Licet enim multa ſint genera linguarum, iſtæ tamen principales ſunt, Hebræa, propter legem, & quia eſt aliarum mater. Grę ca, propter ſapientiam. Latina, propter nobilitatem, & Dominium Romani Imperij. Verba latina ſunt Epiſtolę, Euangelia, oſones, & cãtus. Græca ſunt Κυριε ελέησον, χριστε ελεησον & ημαν. Hębraica ſũt, alleluia, amen, ſabaoth, & oſanna. Vnde & in miſſa Romani Pontificis in præcipuis ſolẽnitatibus legitur Euangelium, & Epiſtola: non ſolum in Latino, verum etiam in Grę co, ad deſignandum coniũctionem vtriuſque populi ſub vna fide: ſiue quod Eccleſia conſtat non ſolum ex Latinis, verum etiam ex Gręcis, & vide in vj. parte ſub tit. de paraſceue. ¶ † Sed quæritur, vtrum ſa- 37
cerdos minus, quam duobus præſentibus debet celebrare miſſam? Et videtur quod non, Statuit nanq; Sother Papa de conſe. diſtin. j. quoque vt nullus miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus ipſe tertius habeatur. Cùm enim ipſe presbyter dicat, Dominus vobiſcũ, & in ſecreta dicit

orate

orate pro me, conuenit vt ipſius ſalutationi à pluribus reſpondeatur Verùm aliud eſt neceſſitatis articulus, in quo poteſt vno ſolo præſente celebrare, & aliud reli
38 gionis contemptus. † Piè quoque credendum eſt, & ſacris authoritatibus comprobatur, quòd Angeli Dei comites aſſiſtunt orantibus, iuxta illud propheticum: In
Pſal. 137. conſpectu Angelorum pſallam tibi. Et An
Thob. 12 gelus ad Thobiam. Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Sed in canone miſſæ continetur: Supplices te rogamus, omnipotens Deus, iube hæc præferri per manus ſancti Angeli tui, in ſublime altare tuũ. Præterea quilibet homo habet ſuum proprium Ange-
Matt. 18. lum ad cuſtodiam. Vnde Dominus in Euãgelio loquens de paruulis ait: Angeli eorum ſemper vident faciem patris. Illos igitur habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione conſortes. Solus tamen presbyter, non poteſt diuinum officium abſque miniſtri ſuffragio celebrare prout in conſtitutione Alexandri cauetur, extrà de filijs presbyte. propoſuit. Canon quoque Tholetan. concilij xij. quæſtio. j. illud. ſtatuit, ut ibi temporis vel loci ſine clerici copia ſuffragatur habebat quiſque Deo ſacrificans poſt ſe vicini ſolaminis adiutorem, vt ſi aliquo caſu ille, qui ad officia impleturus accedit, turbatus vel ad terram illius fuerit, à tergo ſemper habeat, qui eius vicem intrepidè aſſequatur. Si quidem copia temporis ſuffragatur: ſi non ſit guerra loci, ſi eccleſia ſit diues cleri: ſi ſit ſibi copia cleri-
39 eorum. † Generaliter autem dicendum eſt, quòd illa eſt legitima Miſſa in qua ſunt ſacerdos reſpondens, offerens atque communicans, ſicut ipſa precum compoſi-
40 tio euidenti ratione demõſtrat. ¶ † Introitus ad chorum prophetarum reſpicit: quoniam ſecundum Auguſtin. Moſes miniſter fuit vete. teſtamen. prophetæ, miniſtri noui. Κυριε ελεησον ad eos reſpicit Prophetas qui circa domini aduentum erant, de quibus fuerunt Zacharias, & Ioannes Baptiſta filius eius. Gloria in excelſis, ad cœlum reſpicit, angelorum gaudium natiuitatis domini paſtoribus annuntiandum. Prima collecta, reſpicit ad hoc, quod dominus circa annum xij. agebat, ſcilicet quando aſcendẽs Hieroſolymam ſedebat inter doctores audiens, & interrogans. Epiſtola, ad Ioãnis prędicationem pertinet. Reſponſorium, ad beneuolentiam apoſtolorũ reſpicit, ſcilicet quomodo à domino vocati, ſecuti ſunt eum. Allelu Ia, ad lætitiam mentis eorum pertinet, quam habebant de promiſſionibus eius. vel de miraculis, quę per eum vel per nomen eius. fiebant. Euangeliũ reſpicit tempus à ſua prædicatione, vſque ad prædictum tempus. Quod verò deinceps in miſſæ officio agitur, ad illud reſpicit tempus, quod eſt à dominica, quando pueri Hebręorum obuiauerunt ei: vſque ad diem Aſcenſionis eius ſiue Pẽtecoſten. Oratio uerò ſecretæ vſque: nobis quoque peccatoribus. deſignat illam orationem quam Ieſus in monte Olueti exercebat. Quod autem poſtea agitur, ſignificat tempus illud, quo dominus in ſepulchro tacuit. Quãdo verò panis in vinum mittitur animã Dei ad corpus redire demõſtratur. Salutatio ſequens, ſignificat ſalutationes poſtea diſcipulis à Chriſto factas. Fractio oblatæ, ſignat fractionem panis factam à domino diſcipulis in Emau. Hæc plenius in ſuis locis dicẽtur. De miſſa pro mortuis & ipſorũ officio ĩ vij. parte diceẽ. ¶ Adhuc
† miſſa non niſi in ſacratis Deo locis, id 41
eſt in tabernaculis diuinis precibus à pontificibus delibutis, abſque magna neceſſitate dici debet. Non ergo in prophanis domibus abſque epiſcopi licentia: quia ſanctius eſt miſſam non cantare, vel non audire, quam in locis, in quibus hoc fieri non oportet. de conſec. diſtin. j. clericos & c. ſeq. Vnde ſcriptum eſt, de conſec. diſt. j. ſic & c. iij. ſeq. & c. concedimus. & c. vnicuique. Vide, ne offerat holocauſta tua in omni loco, quẽ videris, ſed in omni loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. De hoc dicitur in proœ. v. partis. Poteſt autem eſſe neceſſitas, ut dicatur in naui, vel in exercitu, ſub papillione, ſiue ſub diuo, ſi illud haberi non poſſit, ſed tunc cum tabula ſeu altari viatico eadem diſtinct. c. ſi. Presbyter autem non debet miſſam celebrare ſine licẽtia Epiſcopi, in altari, in quo Epiſcopus ea die celebrauit eadem diſt. concedimus. extra de priuileg. in his. Sixtus † tamen 42
Papa, ſtatuit miſſam non niſi ſuper altari celebrari. Felix Papa primus, ſtatuit ſupra

memo-

memorias martyrum missas celebrari. Bonifacius Papa, secundus, statuit, ut in missæ celebratione clerici à laicis sint diuisi. Martinus Papa, statuit missam alta voce cantari. Viglius Papa, statuit eam in ecclesiæ orientali parte dici. ¶ Illud † quoque
43 notandũ est, quod in missa repræsentatur pugna, & victoria sacerdotis contra hostẽ antiquum: processus ad hanc pugnam ponetur sub titu. de accesso. pontific. ad alta. in fine. Arma vero & pugna sacerdotis po
44 sita sunt in proœmio tertiæ partis. † Rursus missa quasi quoddam iudicium imitatur. Vnde & canon actio vocatur. de consec. dist. j. necesse. Est enim actio, causa in iudicium deducta, de verb. significa. forus. In missa quidem causa nostra agitur, oratorium, est prætorium, Deus iudex, diabolus accusator, ministri testes, sacerdos aduocatus, & defensor. Hic est Moses qui causam populi ad dominum allegabat cuius patrocinio delatoris fallacia confutatur: & nostra innocẽtia comprobatur & absoluitur: & iudicis ira placatur: & per misericordiã culpa remittitur. xlv. dist. disciplina. extrà de re iudi. cum vterini. Cęterum missa, dicitur mysteriũ, quod profertur, & sacrificium, q̃ offertur. ¶ Missæ autem † offi
45 cium in duas principaliter diuiditur partes, videlicet in missam catechuminorũ: & missam fideliũ. ¶ Missa catechuminorũ est
46 ab introitu vsque post offertorium: † quę missa ab emittendo dicitur. quoniam quãdo sacerdos incipit consecrare eucharistiam, catechumini foris de Ecclesia mittũtur. Vnde antiqu. tus perlecto Euangelio diaconus supra pulpitum acclamare solebat: Si quis catechuminus adest, exeat foras, prout dicetur in sexta parte sub quarta feria quartæ dominicæ quadragesimæ. Quod ideò fiebat, q̃m catechumini licet sint in fide instructi, nõdum tñ sunt renati siue baptizati: & ideò nondum sunt de corpore ecclesiæ, sicut nec Iudæi nec Gẽtiles quare sacris altaris mysterijs interesse nõ debent, quæ non nisi baptizatis fidelibus committuntur: nec thesauri ecclesiæ sunt inimicis ostendendi. Vnde de quibusdam qui catechuminorum, & nondum renatorum typum seu figuram gerebant, scriptũ
Ioã. 2 est: Iesus autem non credebat se illis, sciẽs quid in homine esset. Hinc etiam in canone Carthaginen. concilij. de consecratione distinctione prima, episcopus dicitur, quòd nec Gentilis nec hæreticus, nec Iudęus prohibeatur Ecclesiam ingredi, & audire uerbum Dei, usque in finem missę catechuminorum: nec etiam incestuosi, trigesima quinta distinctione tertia. de incest. & ca. sequen. ¶ † Missa uero fidelium, est 47
ab offertorio usque ad post communionẽ: & dicitur missa illa à dimittendo: quia ea expleta, ad propria quisque fidelis dimitti tur. Missa ergo aliquando † est nomẽ col 48
lectiuum, quia quandoque missa uocatur, quod est ab introitu, usque ad offertorium quandoque, quod est ab introitu, usque ad, ite, missa est, & hoc uerius, quia tunc hostia mittitur. Quandoque quod usitatius est, dicitur missa totum officium ab introitu, usque ad ite missa est, siue inuocatio nominis Dei, quæ fit à sacerdote, super altari, quasi transmissa: eo quòd populus fidelis per mysterium sacerdotis, qui uice mediatoris inter Deũ & homines, id est, Christi, fungitur, preces, supplicationes, ac uota altissimo transmittit. quandoque tamẽ officium quod sub silentio dicitur, quãdoque solũm uerba illa quibus dominicum conficitur corpus. ¶ Aliquando † missa est 49
nomẽ proprium: quia significat Christum qui missus est à patre in hũc mundũ, significat etiam Angelũ qui mittitur, ut per eius manus hostia offeratur in sublime altare domini. Ipsum ergo sacrificiũ. i. hostia, uocatur missa quasi trãsmissa prius si quidem à patre nobis, ut. sesset nobiscum, postea à nobis patri, ut intercedat: & sit pro nobis apud ipsum. ¶ Item transmissa primo nobis à patre diuino: qui per incarnationem Christi filij sui, qui fuit missus cœlestis, & postea patri à nobis per passionem eius, similiter in sacramento transmissa nobis primo à patre, per sanctificationẽ, qua nobiscum esse incipit: postea patri à nobis per oblationem qua pro nobis apud patrem intercedit: hæc enim missio seu legatio sola sufficiens, & idonea est, ad soluendas inter Deum & homines inimicitias, & offensas. Cùm ergo diaconus in fine missæ dicit, ite missa est, idem est, ac si dicat, redite ad propria, uel sequimini Christum: quia missa siue oblata est hostia salutaris, pro nobis ad Deum patrem placandum

50 candum. ¶ Potest † etiam & aliter missa diuidi in quatuor partes, secundum Apostolum, id est, ad Timotheum secundo: & habetur etiam in canone concil. Tolet. scilicet in obsecrationes, orationes, postulationes, & laudes, siue gratiarum actiones, quorum verborum expositio in quinta parte, sub tertia ponetur. ¶ Pars prima, protẽditur ab introitu vsque ad offertorium, & dicitur obsecrationes, id est, prædicationes, quæ scilicet fiunt prius, quàm species incipiant benedici. ¶ Secunda, vsque ad finem dominicæ orationis ibi, videlicet libera nos quæsumus Domine &c. ¶ Tertia, vsque ad communionem, videlicet secundum Augustinum, orationes, quas episcopus dicit post communionem. ¶ Quarta, vsque in finem, scilicet secundum Augustinum, quando post ite missa, vel benedicamus Domino, populus respõdet, Deo gratias, secundum alios uerò prima pars, protenditur ab introitu vsque ad, te igitur, secunda, vsque ad, oremus præceptis salutari. &c. tertia vsque ad collectas, quarta vsque ad, ite missa. ¶ Rursus quia quinq; fuerunt sanguinis Christi effusiones, ideò missæ officium ab offertorio in antea, in quinque subdiuiditur partes, vt ibi dicetur &c. Sed & quia in sola Cruce etiam in quinaria fuit sanguinis effusio, ideo & solus canõ subdiuiditur in quinque partes. Prima, vsque, qui pridie, Secunda usque ad memento, Tertia, vsque ad præceptis, Quarta vsque ad embolismum, Quinta, ad collectas &c.

ADNOTATIO.

Mensam.] Sacrificium vnum est in nouo testamento, quod Hebraicè Missa appellatur, Græci Λειτουργίαν; Latini sacram Oblationem appellant. Est autem Missa (vt Iodocus Clichtoueus diffinit) diuinum officium, ab ecclesia & primorum Patrum institutione in sacro altari fieri solitum, in quo sanctæ Eucharistiæ secundum ritũ legitimum consentio fit & oblatio. Huius partes essentiales sunt, consecratio corporis, & sanguinis Christi (veteres benedictionem mysticã appellarunt) oblatio. hæ à Christo ipso sunt institutæ, Accidẽtales Ceremoniæ sunt, quibus consecratio ipsa & oblatio ritè perficiuntur, vt orationes, benedictiones, gratiarum actiones. oscula manuum, expositiones, eleuationes, cõplicationes, genu flexiones, signacula Crucis, cõio, memoriæ sanctorũ, salutationes, rifiones, oblationes, & si quę sunt similes. Harum quædam à concilijs ecclesiæ sunt traditæ. Isidorus ordinem Missæ & Orationum, quibus Deo oblata sacrificia consecrantur, primo à beato Petro constitutum esse, eiusdemque celebrationem vno eodemque modo, vniuersum orbem peragere adfirmat, quippe qui primam Missam Antiochiæ celebrauerit. N. Doard.

SVMMA.

1 *Episcopus celebraturus, quare præmittat psalmos. Et qui sint illi.*
2 *Religiosi, celebraturi se calciare debẽt: etiam si discalciati soleant ambulari.*

De quinque Psalmis, quos Pontifex celebraturus dicit. Cap. 2.

Celebraturus † pontifex 1
missarum solẽnia, quosdam psalmos & orationes, ex institutione Cęlestini Primi, præmittit: quos interim dum caligis & sandaliis ornatur, dicit secundum exhortationẽ psalmistæ dicẽtis: Præoccupemus faciem eius Psal.
in confessione, & in psalmis iubilemus. Hi 94.
psalmi sunt quinque videlicet, Quam dilecta tabernacula tua. Benedixisti. Inclina. Credidi. & De profundis, ut quicquid immundum quinque sensuum transgressione commisit, quinque psalmorum oratione detergat. Quædam enim continentur in quolibet ipsorum, quæ rectè. conueniunt celebraturis altaris mysterium & eucharistiæ sacramentum. Orationes verò, quas dicit, manifestè pertinent ad impetrandum cordis & corporis munditiam, & munimen. ¶ Rursus ideò dicit. Quam dilecta tabernacula tua. & alios psalmos vt in Christo, cuius typum gerit, virtutum plenitudo notetur.
¶ Et nota, † quòd religiosus secundum or 2
dines suæ professionis discalciatus incedẽs missam celebraturus, se calciat, ex præce-

pto

Universidad de Deusto Biblioteca

pto Apostolo.dicentis ad Eph.vj. State calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Nempe per calciamenta, quæ fiunt de pellibus animalium mortuorum, & calcãt terram. & sunt clausa desubter, & aperta desuper, significatur, quòd sacerdos debet esse mortuus mundo, & debet cor habere clausum ad terrena: & ipsa tanquam lubrica calcare, & vilipendere, & apertũ ad respiciendũ, & desiderandum cœlestia.

SVMMA.

1 *Episcopus celebraturus, caput pectit. Et quo id consilio, aut exemplo, nu. 2.*
3 *Pecten, discretionem significat.*
4 *Lotio manuum, quid notet. Et vnde cœperit numero. 5.*
6 *Sacerdos antè, quàm ad altare accedat, quid agere debeat.*

De capitis compositione, & manuum lotione. Cap. 3.

1 ALTIS † & sandalijs impositis pontifex & sacerdos caput pectinat: manus & faciem lauat. Nam & legalis sacerdos sacrificaturus, lotis prius manibus & pedibus induebat manastasim, cuius loco hodie sandalia habentur, prout dictum est in tertia parte sub titu. de legalibus indumẽ-
2 tis. ¶ Pectinat † igitur caput, & faciem lauat, primo exemplo Mariæ quæ futuram Christi passionem figurans vnxit oleo caput eius, etenim in missæ officio Christi passio representatur. ¶ Secundo ex manda-
Matt. 5. to Christi dicentis Luc.iij. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuũ ac faciem tuam laua, per hoc significans quòd in sanctis operibus nostris omnem fictionem & simulationem à nobis amouere debemus. ¶ Tertio pectinatur caput, nam per capillos, superfluæ cogitationes, & cura terrenæ solicitudinis, per caput mens & intentio, quę cunctis animæ actibus, sicut caput cæteris membris supereminet significãtur. Congruè igitur pectine capilli complanantur & ordinantur, & euulsi separantur, ad notandum, quòd tunc specialiter mores componere & superfluas cogitationes à se repellere debet, iuxta illud propheticũ: Auferte malum cogitationum vestrarum, atque mẽs ipsius prauia discretione separari quietari & purgari à terrenis solicitudinibus & virtutibus ornari debet Pectẽ. n. propter † ordinatam in incisionibus diuisio- 3
nem, discretionem significat, qua intentio animæ adornatur, sicut capilli capitis pectine adornantur. ¶ Manus † quoque lauat propter reuerentiam tanti sacramẽti, qua 4
tenus ad illud per tractandum mundissimus accedat, vnde Gregor. in pastora. lib. j. c. xij. Necesse est, ut mũda studeat esse manu, qui diluere sordes curat. Corporali igitur lauat manus, vt spiritualiter mundet actus, iuxta illud Psal. Lauabo inter inno- Psal.
centes manus meas, &c. ne quasi illotis ma- 25.
nibus ad mensam peruenire videantur: nõ quòd lutum manuum diuina sacramenta contaminet, sed si quis indignè manducat, & bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Vnde in euangelio Matthæi, non lotis ma- 1. Cor.
nibus manducare, non coinquinat hominẽ 2.
quæ vero de ore procedunt, & de corde Matt.
exeunt, videlicet cogitationes malæ, homi- 15.
cidia, & adulteria, & huiusmodi, hæc sunt, quæ inquinant hominem. Solicitè ergo sa-
tagẽdum est, vt non tam exteriora manuũ, 5
quam interiora mentium inquinamenta purgentur. † Manuum autem lotio à lege sumpsit exordium, vt præmissum est. Legitur enim Exo. xxx. & xxxviij. & xl. c. ℣ Moses fecit labium æneum de speculis mulierum, in quo lauabant se sacerdotes ingressu tabernaculi testimonij, quando accessuri erant ad altare. Siquidem in labio æneo sonoro, significatur confessio, in altari aureo, mentis amaritudo, in speculis mulierum vitæ sanctorum cõsideratio. ¶ † Sa- 6
cerdos ergo prius, quàm ad altare veniat, per confessionem, siue lachrymis pœnitentiæ se abluat: per mentis amaritudinem se purget, per considerationem vitæ sanctorum se informet. De primo dicitur: Mun- Es. 4.
damini, qui fertis vasa Domini. De secun- 1. Cor.
do: Expurgate vetus ferm. &c. De tertio: 6.
Habentes impositam nubem, deponamus Heb.
omne pondus, & circunstans nos peccatũ, 13.
vt sit in numero innocentium audacter di- Ps. 25
cẽtium. Iudica me Domine, quoniam ego in inno. &c. & infra Lauabo inter innocentes

tes manus meas & cir. alt. tuũ. Deinde manus lotas manutergio tergit, quia post lacrymas contritionis peccata abhorrere, & abolere, per opera satisfactionis debet. Linum quidẽ per laborem ad cãdorem perducitur, & pœnitentes per satisfactionem ad perpetuam glorificationem perducuntur. Crinium igitur, manuum, & faciei ornamenta, non sunt voluptatis oblectamenta; sed in figuram à Domino sacerdotibus legis iniuncta.

SVMMA.

1 *Aspersio aquæ benedictæ, quid significet. Et quis eam instituerit, nu. 2.*
Et quo consilio, nu. 3
4 *Aqua cur benedicatur qualibet die dominica*
5 *Aquæ aspersio, varie fit.*
6 *Turificatio, quid designet.*
7 *Christus fuit lanceatus, in latere læuo.*
8 *Aqua benedicenda, cur sale condiatur: et forma benedictionis.*
9 *Sal cur prius benedicatur quàm aqua.*
10 *Aquæ benedictæ, genera quatuor.*

De aquæ benedictæ consecratione & aspersione. Cap. 4.

1 SACERDOS in dominicis diebus celebraturus, alba † & stola paratus, prius, quàm planetam induat, vt liberius vacare possit; aquam ex institutione Alexãdri Papæ primi benedicit, altare, Ecclesiã, & populum aqua benedicta conspergit, ut omnis spirituum immundorum spurcitia tam de habitaculo, quàm de cordibus fidelium propellatur. Hæc enim virtus aquæ exorcizatæ inest, & etiã, quia omnis Christianorum populus baptismatis sacramento renatus; ita ministerio aquæ lota renatorũ corpora diluit, sicut sanguis agni à prisco populo, ad repellendum percussorem, in postibus ponebatur; vnde in canone Alexandri ita legitur: Aquam † sale aspersam
2 populis benedicimus: vt ea cuncti aspersi
Heb. 9 sanctificentur & purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus; nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat, atque mũdabat, scilicet à venialibus, multò magis aqua sale aspersa, diuinisq; precibus sacrata, populũ sanctificat atque mundat à venialibus, & si sale aspersa per Elisæum sterilitas aquæ sa- 3. Re.
nata est, quanto magis diuinis precibus sa- 2.
cratus sal, sterilitatem rerum aufert humanarũ, & coinquinatos sãctificat, & purgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit; & à phantasmatis uersutijs homines defendit. ¶ Rursus tunc sacerdos iustus tabernaculum aspergit dum Dei misericordiam petit, Cyprianus † quoq, Pa-
pa, ait, ℣ ideò homines aqua benedicta a- 3
sperguntur; quia valet ad sanctificationẽ; vnde scriptura per Ezechielẽ dicit: Aspergam super vos aquam mundam & munda- Ezec.
bimini ab omnibus immunditijs vestris: & 36
dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum in vobis. Item Num. qui tetigerit cadauer Num.
hominis siue humanæ animæ morticiniũ, 19
id est à morte cadens, & propter hoc octo diebus fuerit immũdus, aspergatur ex hac aqua die tertia & septima, & sic mundabitur à peccato. Si enim aspersus die tertia non fuerit, septima non poterit emundari. Item, qui ex hac commistione aspersus nõ fuerit, polluet tabernaculum, idest, tanquã pollutus non intrabit cum alijs tabernaculum, id est, seipsum, qui est pars tabernaculi Domini, id est, Ecclesia; & peribit ex Israel. Item, qui aqua expiationis non est aspersus, immundus erit; & manebit spurcitia eius super eum. Et iterum; purificabis Leuitas circunspergens eos aqua purificationis. Et iterum; aqua aspersionis purificatio est; ex quibus apparet aspersionem aquæ instar salutaris lauacri obtinere. Quidam tamen præmissa referunt ad aquam baptismi. Aqua igitur in † memo- 4
riam baptismi omni dominica benedicitur, vt dicetur. In vj. parte sub ascensione; præterquã in pascha: pent. quia in sabbatis dominicas illas præcedentibus benedictis fontib. ante chrismatis infusionẽ aquæ recipi, & ad spargendũ nos, & domos, reserua tur sicut in canone cautũ habetur, ex aqua ergo benedicta nos & loca in significationẽ baptismi aspergimus. Nec aspergimur, vt rebaptizemur: sed vt gratiã diuini nominis

Universidad de Deusto Biblioteca

minis cum memoria baptismatis inuocemus, & licet in dictis duabus dominicis aspergatur altare, non tamen tunc cantatur antiphona: Asperges me domine, &c. quia tunc potius lugendum nobis est, cum recolimus nos esse à Christo mũdatos, per
Tre. 3 suæ supplicium passionis: iuxta illud. Memoria memor ero, & tabe. in me anima mea. In dominicis ergo diebus; ante missam, & maius altare tantum, & totus populus aspergũtur, quamuis in nocturnis & vesperis omnia altaria vel saltem præcipua
5 turificentur. ¶ † Circa quod considerandum, quòd huiusmodi aspersio alia ratione fit super populum & super altaria, quia
Gal. 2 enim conclusit Deus omnes sub peccato,
Prou. 24. saltem veniali, quia septies in die cadit iustus, idcireo ipse populus Ecclesiam ingrediens, diuinis insistere intẽdens, ipsa aqua sanctificata aspergitur, quæ videlicet ad quotidiana delenda: sicut & cinis vitulæ in
Heb. 9 veteri test. Secundum quod, qui immũdus
1. Cor. 10 erat, prohibebatur Ecclesiam ingredi: donec aqua lauaretur. Altare enim aspergitur propter reuerentiam sacramenti, quod ibidem consecrandum est, vt inde omnium malignorum spirituum præsentia arceatur, quemadmodum Christus per altare, quod esse debet lapidem, significatur, secũ
1. Cor. 10. dũ illud Apostoli: Petra aũt erat Christus: & fides nostra de vno Christo & nõ de pluribus est: idcirco vt signum signato respondeat, vnico altari asperso vniuersus aspergitur populus, quia ipse solus est, qui tollit peccata mundi. Turificatio vero quando
6 que † representat diffusionem diuersarũ gratiarũ spiritualium, & quoniam gratia non solùm in capite, verum etiam in alijs subiectis capiti inuenitur, ideò conuenienter post primum, secundario alia altaria: quæ per diuersi gradus sanctorum intelligũtur, turificari solet. Rursus thus ĩ turibulo, cor igne orationis accensum significat, quia vero solum oratio nostra ad Deum & christum mediatorem nostrum debet principaliter applicari: ideò & altare & crucifixus turificari solent. In paschali au
Eze. 47 tem tempore ad aspergẽdum cãtamus: Vidi aquã, quod sumitur de Ezechiel. c. xlvij. Cui Dominus ciuitatem ostẽdit ædificatã super montem vergentem ad austrum in qua erat mirabile templum, ciuitas Ecclesia est, de qua dicitur, Non potest abscondi ciuitas supra montem posita, tem- Mat. 5.
plũ est corpus Christi: de quo dicitur. Soluite templum hoc, & post triduum reæd. il Ioã. 2.
lud. Aqua de templo egrediens, fons est baptismi de latere Xpi procedens. Sed † cùm
7 fuerit in læuo lãceatus, cur hic dr à latere dextro? Respondeo, duo sunt latera christi, scilicet, dextrum & læuũ. Dextrum, est diuinitas: & lęuũ, humanitas: A latere igitur dextro, exiuit aqua, qa de diuini Christi natura Spiritus sancti aqua inuisibilis procedit: de aqua inuisibili, quæ latere læuo, id est, humanitate lanceata perfluxit saluandi virtutem tribuit. Rectè igitur hæc in processione paschali cantamus in laudem fluminis huius, inundatione per mortem Christi reuiximus. Verum post octauam pentec. cantatur in dominicis ad aspergendum antiphona: Asperges me Domine &c. quæ à pascha, vsque tunc intermittitur: quia de fide passionis; & humilitate baptismi propheta prædixit. ¶ Porrò Ps. 50. 8
aqua † cum benedicitur, sal admiscetur, quod ab Eliseo sumpsit exordiũ: & fit hoc 4. Re. 2.
ad notandum, quod populus per aquam intellectus vt sanctificari possit per sacerdotis officium verbo Dei imbuitur, quod per salem significatur. ¶ Fit ter crux super aquam, & salem: quia docetur populus sanctæ trinitati gratias pro sua eruditione atque redemptione referre. ¶ Per aquam quoque, confessio: per salem, amaritudo significatur. ¶ Ex aqua mista geminus partus procedit: scilicet diuisio seu separatio
9 delictorum: & ortus virtutum ac bonorum operum. ¶ Sed † quare prius benedicitur sal, quàm aqua? Respondeo: per sal intelligitur amaritudo pœnitentiæ: per aquam baptismus, quia ergo cordis contritio debet præcedere absolutionem, & pœnitentia baptismum, ideo prius benedicitur sal, quàm aqua. ¶ Et nota quatuor esse genera aquæ benedictæ. ¶ † Prima, in qua fit iudi- 10
cium purgationis, quæ in vsu non est. ¶ Secunda aqua, quæ sanctificat in dedicatione Ecclesiæ & alteris, de quibus in prima parte dictum est, sub tit. de consecr. Eccle. & alta. ¶ Tertia est, in qua in Ecclesia aspergimur, de qua hic agitur. ¶ Quarta, aqua baptismi, de qua dicetur in sexta parte sub sabbato sancto: & hac solebant homines

mines aspergi prius, quàm chrismarentur: & adhuc fit in quibusdam locis sed hodie interdictum est. Putabant enim se iterum à peccatis huius aquæ aspersione mundari: cum tamen constet nullum bis baptizari posse. Quia verò maius dignum, trahit ad se minus dignum, ideò si aqua non benedicta admisceatur benedictę, efficitur benedicta.

S V M M A.

1 *Introitus Missæ significatio. Et ortus.*
2 *Damasi Papæ institutio, circa Missæ introitum.*
3 *Introitus Missæ forma. varie.*
4 *Introitus, vnde dicatur.*
5 *Introitus, vnde debeat adsumi.*
6 *Tropus quid, & vnde dictus, nu. 7.*

De officio seu introitu Missæ. Cap. 5.

1 IN introitu prima pars missæ incipit: Sciendum † est autem, quòd sancti patres & prophetæ ante Christi aduẽtũ, suspirantes & præconisantes præmiserũt desideria, opera, laudes, & preces, quæ singula figurantur in missa. Introitus nanque scilicet ipsa antiphona, vaticinia prophetarum & sanctorum patrum desiderium cũ præconijs filij Dei aduentum, & incarnationem Dei expectantium exprimit. In cu
ius rei signum in prima dominica aduen- Psal.
tus cantat. Ecclesia introitum: Ad te leua 24
ui. Chorus igitur psallẽtium clericorum, qui significat chorũ prophetarum, & multitudinem sanctorum, Christi aduentum expectantium, animam suam dilatat, & introitum in iubilo cantat: quoniã prophetæ, patriarchæ, reges, & sacerdotes, oẽsque
Es. 16 fideles aduentum Christi cum desiderio expectabant, clamantes & implorantes: Emitte agnum Domine, dominatorem terræ &c. Item, veni Domine, & noli tardare &c. Hinc etiam ille Simeon iustus & se
Luc. 2. nex benedixit, dicens: Nũc dimittis seruũ tuum Dñe &c. Quia viderunt oculi mei. & Euangelista: Multi reges & prophetę voluerunt videre, quæ vos videtis, & non vi-
Heb. 1 derunt &c. Ex eorum ergo persona cantatur introitus, per quos Christus introiuit in mundum: iuxta illud: Et cum introduxit primogenitum in orbem terræ, & adorent eum omnes angeli Dei. Sequitur versiculus psalmisticus, siue Psal. qui versiõnẽ ad operationem notat. Dicitur etiam uersus quia per eum reuertimur ad introitum significans opera & uaticinia. Consequen-
ter † ex institutione Damasi Papę, dicitur 2
gloria patri &c. quod significat laudem: quia post operationem danda est gloria. Dicitur etiam gloria, ut ostendatur patrẽ & filium, & spiritum sanctũ habere æqualem gloriam, & coæternam maiestatem in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, id est, in præterito, præsenti, & futuro tempore. Interpositio autem gloriæ inter primam cantationem introitus, & ipsius repetitionem, designat captationem benevolentiæ. Vt enim quod expecta- Psal.
bant facilius obtinerent, ad totam trinita- 84.
tem cordis & vocis glorificationem clama 69. &
bant, dicentes: Ostende nobis Domine mi 44.
sericordiã tuam, & salu. tu. da no. qui sedes Es. 61
super cherubin: appare corã effra. b. & ma. quorum tandem clamorẽ spiritus sanctus exaudiens, vnxit eum oleo lætitiæ pręconsortibus suis: & euangelizandum pauperibus destinauit: sicut ipse Dei filius per prophetam testatur, dicens: Spiritus Domini super me: propter quod vnxit mẽ, euangelizare pauperibus misit me. Deinde antiphona ipsa seu introitus repetitur: ut desiderium antiquorum patrum seu itera tio, & multiplicatio suspiriorum, & clamo ris ipsorum euidentius exprimatur. Vnde Es. 28
propheta: Manda, remãda, expecta, re expecta: modicum ibi. & modicum ibi: si moram fecerit, expecta eum: quia ueniens veniet, & non tardabit. Hoc autem desideriũ antiquorum nõ semper representat introitus intellectu literæ: sed iubilo cantilenæ. ¶ Verũ in † diebus profestis bis introi 3
tus cantatur in laudem diuinæ & humanæ naturæ: quæ in persona filij sunt vnitæ. In quibusdam verò Ecclesijs, & præcipuis festiuitatibus triplicatur in laudem & honorem trinitatis, quasi ei tripudiemus: in cuius memoriam missam cãtamus: & dicitur semel cum gloria patri, ad laudem incarnationis. Quandoq; autem inchoatur voce de missa, ad notandũ humilitatem: subsequenter alta voce repetitur, quæ vocis exaltatio significat excitationem à somno peccati,

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati, quam vox suppressa demonstrat:
Ps.13 iuxta illud Apostoli. Hora est iam nos de somno surgere. Potest etiam & aliter dici, prout de inuitatorio, in sexta parte, sub titu. de nocturnis dicetur, semper tamen integrè repetitur, vt perfectio lætitiæ denotetur. Quædam verò Ecclesiæ dicũt introitum primò perfectè, quia Ecclesia Deũ laude perfecta laudat, secundò imperfectè, quia imperfecta est omnis laus vitæ. Tertiò perfectè, quia perfecta est laus patriæ. ¶ Dicitur autem introitus eò, quòd dum il
4 le † canitur, sacerdos ministraturus ad altare intrat: seu quia per illam antiphonã ad officium intratur, qui etiam vocatur officium, quasi efficiũ, prout dicetur in prooemio. 5. partis. ¶ Cęlestinus Papa statuit ut psalmi Dauid cẽtum quinquaginta ad introitum missæ ante sacrificium cum antiphona canerentur, q̃ anteà nõ fiebat, sed Epistola Pauli tantùm, & euangelium legebantur, & postea missa celebrabat̃. ¶ De
5 illis ergo psalmis excepti sunt omnes introitus regulares: gradualia, offertoria, & communiones, quæ cum modulatione primò cœperunt ad missam in Ecclesia Rom. cantari. Grego. enim introitum missę cum cantu ordinauit: & unum versum de illo psalmo, qui cantabatur retinuit. Irregulares verò introitus sunt, qui secundum varietatis solennitatũ instituti sunt: vt, puer natus est nobis, &c. & Spiritus Domini repleuit, &c. & ibi sunt versus præter, quàm illi viri Galilæi, & Nunc scio verè, quia misit, &c. & alij quidam secũdum aliquas Ecclesias. Et est notandum, quòd quando introitus de psalmo sumitur, si primus versus psalmi sit introitus: aliquis de sequentibus versibus eiusdem psalmi, erit versus illius introitus, sicut patet in introitu tertiæ feriæ primæ hebdomadæ quadragesimæ quę incipit: Domine refugium: versus est enim; Prius, quàm montes fierent. Si verò non primus uersus psalmi; sed si aliquis alius de sequentibus sit introitus, tũc primus versus psalmi, erit versus ipsius introitus: vt ecce in natali est introitus. Dominus dixit ad me, &c. versus verò est; Quare fremuerunt gentes. & in festo Innocentium introitus est; Ex ore infantium, &c. versus est; Domine, Dominus noster &c. & sic de alijs, quod fit, ad significandũ vnionem, & connexitatem capitis & membrorum. ¶ Rursus versus quandoq; est duplex: quandoque est vnus, quandoque dimidius. de quo dicetur in sexta parte sub sabbato tertiæ hebdomadæ quadragesimæ. Cùm autẽ introitus cantatur, non sedetur: quoniam ad opus & præconium Christi introitus refertur, vt prædestinati ad verum cultum Dei vocentur. ¶ In quibusdam Ecclesijs tropi dicuntur, pro psalmis ex institutione Grego. Papæ ad maius gaudium de Christi aduentu repręsentandum. ¶ Est autem † propriè tropus; quidam versiculus, 6
qui in præcipuis festiuitatibus cãtatur immediatè ante introitum, quasi quoddam præambulum: & continuatio ipsius introitus. vt verbi gratia; In festo natiuitatis ante introitum illum; Puer natus est &c. præcedit tropus iste; Ecce adest, de quo prophetæ cecinerunt, dicentes; Puer natus est &c. Habuit autem tropus originem à lege. Legitur enim Numeri x. q̃ dum eleuaretur arca, cantabatur. Exurge Domine. cum verò deportabatur, cantabatur, Reuertere Domine, ad multitudinem exercitus: & dicitur † tropus, à τρόπος, quod est 7
conuersio, quoniam quædam ibi solent fieri conuersiones, ad introitum; vnde quandoque prius dicitur versus, & post τρόπος. Et inde etiam tropus dicitur, zona, quæ conuertitur ab vmbilico ad vmbilicum, cũ circuneundo. ¶ Potest † etiam aliter dici, 8
quoniam introitus est laus Ecclesiæ, de Iudæis conuersis. Vnde tria continet videlicet antiphonam, versum, & gloriam: & hęc propter tres ordines fidelium, qui fuerant hebraicæ linguæ, scilicet patriarchæ, prophetæ & Apostoli. Introitus sine antiphona est patriarcharum, versus prophetarũ; gloria verò Apostolorum, antiphonę repetitio, est prædicationis identitas & confirmatio, quasi quod longè prius patriarcha gestibus figurauit, propheta prędixit: Apostolus euangelizauit. Ad quam etiam conuersionem notandum, quòd solennes tropi aliquid inseruntur, qui sunt laudes ad introitum conuertibiles. Nam τρόπος Grecè, dr̃ conuersio Latinè, vt præmissum est.

SVMMA.

1 *Sacerdos accinctus, ad altare accedens, quid notet. Et eius processionis ordo, & forma,*

nu. 2.

nu. 2. 7. 8. 9. Et quorumlibet significatio, fusissimè per discursum, nume. 3.
4 *Altaris ministri quid significent.*
5 *Ignis necessarius, ad omnia sacrificia.*
6 *Turiferarius, cur ceroferarios & alios antecedat.*
10 *Diaconi duo Pontificem deducentes, quid significent.*
11 *Mapula, quam quatuor ministri ferunt super episcopum quid notet. & nu. 12.*
13 *Stupa, quæ comburitur in ecclesia quid significet.*
14 *Processio sive potius supplicatio, ad instar castrensis aciei instructa, quid notet. Atque nostræ hisce institutionis collatio, cum veteris testamenti vita. nu. 15.*
16 *Processiones, vnde ortum habuerint.*
17 *Processionis sive supplicationis ordo.*
18 *Crux, est vex illum triumphi & gloriæ.*
19 *Campanæ pulsatio, quid notet.*
20 *Processiones quatuor solennes.*
21 *Dominicæ diei obseruatio, antiquitus nihilominus religiosa, quam hodie.*
22 *Processio, quos cantus poscat.*
23 *Christus, post resurrectionem suam, matri primo apparuit: quod falso tamen Magdalenæ tribuitur.*

De accessu sacerdotis ac Pontificis ad altare, & de processione. Cap. 6.

C VM introitus canitur, Pontifex seu sacerdos
1 † paratus & sacris indumentis ornatus, de sacra æde egreditur, & ad altare accedit, significans, quòd Christus expectatio gentium, carne sacrosancta assumpta, ex virginis carne incorrupta de secreto habitaculo cęlorum egressus est in mundum, uel de secreta æde, uidelicet de uirginali utero egressus est, tanquam sponsus
Psal. 18. de talamo suo. Porrò episcopus siue sacerdos egrediens procedit inter duos: uidelicet inter unum presbyterum, & diaconum, quem antecedit subdiaconus Euangelij codicem clausum gerens. Illum precedunt duo ceroferarij, quos etiam præcedit ferens turibulum cum incenso. Demum episcopus uel sacerdos ad altare peruenens, mitram deponit, confessionem facit: codicem aperit, & osculatur apertũ. Sacerdos itaque seu episcopus, illum magnum representat sacerdotẽ, scilicet Christũ de quo ait Apostolus: Christus assistens Heb. 9
pontifex futurorum bonorum &c. Sacerdos & leuita illum deducentes, legem & Luc. 1
prophetiam designãt, secũdum illud quod Mat. 1.
ipse dominus preposuit in parabola sauciati, quia sacerdos quidam descendit eadem uia, & uiso illo præterijt, similiter & Deut. 2.
leuita. Moses quoq; & Helias, in figura legis & prophetiæ apparuerunt in monte cũ Christo loquẽtes, Sacerdos ergo & leuita deducũt episcopum, quia lex & prophetia Christum annunciauerunt, & promiserũt. Vnde Moses inquit, prophetam suscitabit uobis Deus de fratribus uestris: ipsum tanquã me audietis. Item Esaias: Ecce veniet propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem. ¶ Vel episcopus † seu sacerdos inter 2
duos existens, significat Christũ inter duo testamenta. Ipse .n. à duobus testamentis mundo per prophetas & Apostolos prædicatur. Quia uerò ille in mundum uẽturus, premisit prophetas, sapientes, & scribas, in locum scribarum præmittit pontifex seu sacerdos subdiaconum portantem scriptuas qui sapiens sit dominica disponere uasa. Quandoq; uerò archidiaconus & sacerdos pontificem deducunt, quẽ immediatè diaconus & subdiaconus antecedunt qui significant Apostolos, & discipulos, quos Christus misit ante faciem suam, & adhuc quotidie mittuntur prædicatores, & prela Luc. 1
ti ecclesię præparare uiam Dño spiritualiter ante faciẽ suam. Adhuc subdiaconus antecedens significat Ioannem Baptistam, qui p̃cessit in spiritu & uirtute Heliæ prępararе Domino plebem perfectam, & fert ante pontificem codicem Euangelij, quia Ioan. ante Christum prædicationem euan gelicam inchoauit, dicens: pœnitentiã agite: appropinquabit. n. regnum cœlorũ. Diaconus uerò repręsentat prophetas, qui annuntiauerunt futuram ex Euangelio vitã. Cęterum episcopus ideo sequitur Euangelium, ad notandum, quòd debet semper illud intueri & in mente habere, & ante illum portatur: quia per doctrinam Euangelij ad Christum uitam uia præparatur. Mat. 3
¶ Potest etiam dici, quòd per subdiaco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 num librum † ferentem, & per diaconum, Euangelij præconem, sanctos noui testamenti: per librum verò Euangelij, nouum intelligimus testamen. per ceroferarios uerò & turiferarium sanctos, qui præcesserunt nouum testamentum, & per duo candelabra cum cereis ardentibus, legem & prophetiam, quæ Christum mundi lucem
5 nuntiabant, commemoramus. Sine † igne enim non debet sacrificari. extrà de celebr. miss. c. fi. iuxta illud Leui. vj. c. Ignis in altari meo semper ardebit. Quid lumen huiusmodi significet, & de candelabris, dictum est in prima parte sub titu. de picturis. Cerei feruntur super candelabra, quæ fundamentum designant, ut super fundamentum luceat coram hominibus lux prædicatorum. Pulchrè ergo candelabra diaconus & subdiaconus ante Euãgelium præcedunt, quia lex & prophetæ legem gratiæ præcesserunt. In quibusdam ecclesijs sunt tres cerei, quorum medius significat illum, qui ait: ubicunque fuerint duo uel
Mat. 18. tres &c. In alijs septem, quia gratia septiformis tota ecclesia illuminatur. De hoc
6 aliàs sub Euangelio dicetur. ¶ † Turiferarius uero ceroferarios & alios antecedit, ad notandum quod turis significatio sanctis utriusque testamenti communis est. Per turibulum autem, cor humanum conpetenter notatur, quod debet esse apertũ superius ad suscipiendum & clausum inferius, ad retinendum, habens ignem charitatis & tus denotionis sive suauissimæ orationis, seu bonorum exemplorum sursum tendentium quod per fumum in de resultantem notatur. Sic uentilantus in igne turibuli suauiter redolet, & sursum ascendit ita opus bonum uel oratio ex charitate, ultra omnia thimiamata fragrat. ¶ Adhuc turibulum cum incenso, corpus Christi suauitatis odore plenum: carbones Spiritum sanctum; tus boni operis odorẽ designant. De hoc etiam dicetur in quinta parte sub tit. de laudibus matutinis, & in-
7 frà sub titul. de turificatione. ¶ † Postquam ad altare uentum est, cerei qui præcesserant post ponuntur, ut ostendatur doctores fuisse ante natiuitatem, & post illuminantes. Candelabra uerò manibus peracolytorum teneuntur, donec Κυριε ελέησον, incipiatur. ad notandum, quòd doctor opere debet exercere, quod docet quòdq; non debet rudem populum deserere, donec sciat profiteri Domine miserere. Illo uero incepto, deponuntur quandoque in pauimento: tum quia post acta bona opera humiliare, & esse puluerem recognoscere non debemus, tum quia doctores in bono opere & in prædicatione se terram esse cognoscere debet. Sed dum officium inchoatur, subleuari debent: quia quisque & præcipuè prælatus se erigere per bona opera debet, ut cæteri hoc viuentes glorificent patrem, qui in cœlis est. Adhuc pontifex ad altare peruenies, mitram deponit; prout dictum est in tertia parte sub *Mat. 5*
titu. de mitra deinde confessionem dicit.
¶ † Interea uerò dum confessio fit, sub-
8 diaconus tenet librum Euangeliorũ clausum ante faciem eius, à parte sinistra. Stat quidem ad sinistram, quoniam ipse tenet in aliquibus locum prophetarum, quos sæpe in ecclesia legis, tenet librum ante oculos pontificis, ut ille iugem memoriam habeat Euangelicæ prædicationis, qui clausus tenetur, quoniam euangelica clausa in prophetis mysticè continetur. Confessione autem facta sacerdos librum aperit & osculatur, prout sub titul. de osculo
9 altaris dicetur. ¶ † Sanè secundum Innocent. papam. III. Romanus Pontifex dũ stationalis solennitas celebratur, cum sex ordinibus clericorum, de quibus in prooemio secundæ partis dictum est, à sacrario siue à loco ubi se induit & parauit, processionaliter progreditur ad altare designans, quòd Christus exiuit à patre, & *Io. 16*
uenit in mundum. Hic enim processionis *Mathi*
ordo, generationis Christi seriem repre- 11
sentat, quam Matthæus Euangelista describit, in qua sex inueniuntur ordines personarum, à quibus secundum carnem Christus originem traxit, & in mundum processit: uidelicet Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Principes, Pastores, & Duces. Abraham, Patriarcha, Dauid, Prophetam Salomon, Rex. Salomon Princeps. Iudas, Pastor. Zorobabel Dux. ¶ † Duo
10 diaconi Pontificem deducentes, significant Abraham & Dauid: quibus incarnationis Christi facta est repromissio. Nam illi promissum est, in semine tuo benedicentur omnes gentes: isti uerò pollicitum est.

Ps. 76 est. De fructu uentris tui ponam super se-
Mat. 1 dem tuam propter quòd Euangelista figuraliter hos duos in generatione Christi præmisit inquiens. Liber generationis
3. Reg. 7. Domini nostri Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Isti sunt duæ columnæ, quas uetus ille Pontifex in uestibulo templi posuit ante ostium, quas ambit funiculus duodecim cubitorum, id est, quos fides duodecim apostolorum amplectitur de quarum medio Christi ostium credentibus aperitur. ¶ † Quatuor autem mi-
11 nistri super Pontificem mapulam ferunt in summitatibus quatuor baculorum colligatam, & inde ipsi ministri mapularij nuncupantur: mapula illa, quæ diuersis figurata est imaginibus sacram designat scripturam, quę multis & uarijs est insignita mysterijs. Hæc quatuor baculis super Pontificem portatur extensa, quia sacra scriptura quatuor modis super Christum fertur exposita, uidelicet historicè, allegoricè, anagogicè, & tropologicè: prout
Gen. 1 dictum est in prooemio primi libri. Hic
Exod. 25. est fluuius paradisi, quia quatuor in capita diuisus progreditur. hæc est mensa propositionis, quæ quatuor pedibus eleuata subsistit. Super Pontificem ergo portatur extensa, ut is uenisse monstretur, quem lex scripserat & prophetę. Nam ipsemet Christus incipiens à Mose & prophetis, inter-
Lu. 24 pretabatur in omnibus scripturis, quæ de
Ioã. 5. ipso erant: propter quòd dicitur alibi, si crederetis Mosi crederetis & mihi, de me
12 enim ille scripsit. † Quatuor ministri mapulam ferentes, quatuor sunt Euangelistę sacram scripturam declarantes & fidẽ exaltantes. Hinc est quòd in summitatibus baculorum, eorum imagines collocantur, & præferuntur duo luminaria cum incenso, quia lex & prophetę cum Psalmis Christi pronuntiauerunt Aduentum Christo
Lu. 24 attestante, qui ait: Necesse est impleri omnia illa, quæ in lege Mosis, & prophetis, & psalmis de me scripta sunt. In maioribus autem solennitatibus septem candelabra, coram pontifice deferuntur, per
Apo. 1 quod illud ostenditur, quod Ioannes in Apoc. describit: Conuersus (inquit) uidi septem candelabra aurea, & in medio illorum similem filio hominis, uestitum podere: ut ille, per hoc aduenisse monstretur super quem requieuit spiritus gratiæ
Esa. 2. septiformis, secundum illud Esa. uaticinium: Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini &c. ¶ In quibusdam etiam basilicis circa mediũ † cho-
13 ri manipulus stupæ appenditur: cui Pontifex transiens, ignem apponit, ut in conspectu populi cito incineretur: per hoc secundum aduentum commemorans, in quo Christus uiuos & mortuos, & seculum per ignem iudicabit. Nam ignis in conspectu eius semper ardebit. Leuitic. vj. & in circuitu eius tempestas ualida, Psalm. 19. ne uidelicet, quis malè securus existat, quoniam qui in primo aduentu blanditur, pro secundo exterret: qui enim iudicandus venit in primo, iudicaturus ueniet in secundo. Hoc etiam fit, ut Pontifex ignem apponens, consideret, quòd ipse debet in cinerem redigi, & ornatus eius in fauillam conuerti, & quòd quemadmodum stupa facilè comburitur: sic etiam facilè & quasi in momento præsens transit mundus. & concupiscentia eius: quia (secundum Iacobum Apostolum) uita nostra, uapor est, *1. Io. 2*
& ad modicum parens, ne fortè qui glo- *Iaco. 4*
riosus incedit, in temporali gloria dele- *Es. 40*
ctetur: nam omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Cum autem iam pontifex appropinquat altari primicerius stolæ cantorum accedens, dextrum ipsius humerum coram adstantibus osculatur, quia cum Christus nasceretur in mundo, Angelus ille cum quo facta est cœlestis militiæ multitudo laudãtiũ Deum, *Luc. 2*
natiuitatem eius pastoribus patefecit, de *Esa. 9.*
quo dicit propheta: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius. ¶ Porrò tres sacerdotes, qui Pontifici uenienti, coram altari reuerenter occurrunt, & inclinantes os eius osculantur, & pectus, significant illos tres Magos, qui venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est, qui natus *Mat. 2*
est Rex Iudæorum? & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, tus, & myrrham. Per geminum quidem osculum geminam in Christo cõfitentur naturam diuinam, scilicet & humanam: diuinam, quasi latentem in pectore: humanam, quasi pa-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſt patentem in ore: quas etiam per oblata munera Magi myſticè figuratunt. Oſculum enim ſignum eſt reuerentiæ, ut ſub ti tul. de pacis oſcul. dicetur. ¶ Diſponitur autem iſta † proceſſio, uelut caſtrorum 14
Can. 6. acies ordinata. Nam maiores & fortiores quaſi cuſtodes exercitus preueniunt, & ſequuntur: minores autem quaſi debiliores in medio colliguntur: præcedunt enim epiſcopi, & presbyteri ſubſequuntur, Pontifex, & diaconi in medio colliguntur ſub diaconi & acolyti: cantores uerò quaſi tubicines, exercitum præcedunt, ut eum ad prælia contra dæmones excitent & inuitent, de quo prælio Apoſtolus dicit. Non
Eph. 6 eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Vnde buccinate in
Pſ. 80 15 neomænia tuba, in die inſignis ſolennitatis ueſtræ. ¶ † Præmiſimus de proceſſione ſummi Pontificis: inde etiam occaſione ſumpta & de alijs proceſſionibus aliqua ſubijciamus. Circa quod generaliter notandum eſt, quòd ſicut in Miſſa legatio Chriſti pro nobis in mundum figuratur, & in proceſſionibus noſtris reuerſio noſtra ad patriam noſtram denotatur, quarum ſolennitas egreſſum populi de Aegypto penè in omnibus imitatur: ſicut enim populus ille per Moſen ereptus eſt de manibus Pharaonis: ſic populus Dei per Chriſtum liberatur de ore leonis. Et ſicut tabulæ teſtamenti de monte Synai acceptæ ſunt à Moſe, & coram populo portatæ Exod. xxxiiij. & xxxv. cap. ſic liber Euangelij ſumitur de altari & portatur. Illos uerò columna ignis præcedebat: & nos lumen candelæ præcedit. Ante turmas illorum ſigna ferebantur: ante nos cruces & uexilla portantur. Ibi, prodigia fiebant, & apud nos miracula non ceſſant. Illic, leuitæ tabernaculum fœderis portabant, & noſtri diaconi & ſubdiaconi planaria & capſas ferunt. Ibi, arca Domini, à ſacerdotibus portabatur, & apud nos ſcriniũ aut feretrum, cum reliquijs à presbyteris deportantur. Apud illos, Aaron ſummus ſacerdos ſequebatur ornatus, & apud nos, epiſcopus infulatus. Apud eos, Moſes cum uirga, apud nos rex cum ſceptro, uel epiſcopus cum ſambuca. Ibi, clangor tubarũ, hic ſtrepitus campanarum. Ibi, populus armatur, hic clerus ſacris ueſtibus & populus uirtutibus adornat. Ibi populus aſpergebatur ſanguine: hic, aqua benedicta, cum ſale. Illis obuiebat Amalech ſanguinem ſitiens: nobis turba dæmonum noſtrę uitæ ſemper inſidians. Illis ſuus Ioſue uictor extitit: & noſter Ieſus uictoriam nobis obtinuit. Cùm autem ad aliquem eccleſiam proceſſionaliter tendimus, tunc quaſi ad terram promiſſionis accedimus. Cum uerò eccleſiam cantantes intramus, quaſi gaudentes ad patriam peruenimus. Cùm circa eccleſiam feretrum cum campanarum pulſatione portamus, quaſi cum arca cum ſono tubarum & cum clangore populi Hiericho circuimus. Hiericho corruit & deſtruitur cum in nobis concupiſcentia uincitur. Cum uerò de choro ad aliquod altare imus, ibique ſtationem facimus, ſignificat quòd animæ ad Chriſtum tendunt & continenter in conſortijs Angelorum. ¶ Secundò, etiam Dauid † & Salomon nos ad proceſſiones infor- 16
mauerunt cum Dauid arcam Dei in tabernaculum & Salomon in templum cũ hymnis & canticis portauerunt & ſub alis cherubin locauerunt. Sicut Chriſti humanitas aſcendens cœlum ingreditur, & ab Angelis perenniter adoratur, quem fidelis anima comitatur. ¶ Tertiò, etiam in proceſſionibus memoramus, quòd Chriſtus de ſinu patris uenit in mundum, de præſepe ad templum, & de Bethania in Hieruſalem, & de Hieruſalem in montem: optantes, ut de mundo reuertamur ad patriam, & de una eccleſia ad aliam, ſcilicet de militãte ad triumphantem: ſequentes crucem, id eſt, ueſtigia crucifixi, & nos uitijs & concupiſcentijs crucifigentes. Sequentes etiam ueſtigia ſanctorum, præcepta Euangeliorum, & induti ueſtes ſacras, ſcilicet loricam iuſtitiæ, cingulum continentiæ, ſcutum fidei, & galeam ſalutis
Eph. 8 æternæ. Deinde ſacerdos celebraturus quaſi contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus pugnaturus, ſacris ueſtibus quaſi armis induitur: prout dictum eſt in proœmio tertiæ partis. ¶ In † nonnullis autem 17
Eccleſijs ſic proceſſio ordinatur. præcedunt nanque, ſeptem acolyti cum luminarijs, ſignificantes omnes qui per ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam lumen ſcientiæ

tiæ fidelibus miniſtrauerunt, illos ſequuntur ſeptem ſubdiaconi, cũ planarijs, ſignificantes illos, qui per eandem gratiam plenitudinem diuinitatis in Chriſto habitatuam corporaliter docuerunt. Et poſt eos ſeptem diaconi repreſentantes uniuerſaliter omnes, qui per eandem gratiam ſpiritualem intelligentiam, uidelicet Euangelicam de Chriſto habuerunt. Et poſt eos xij. priores, figurantes omnes, qui fide ſanctæ Trinitatis uel trium, uel quatuor uirtutum operibus coruſcarunt, quos comitãtur tres acolyti, cũ turibulis & incenſo, ſignificantes tres Magos, qui Chriſto munera obtulerunt. Deinde ſequitur unus ſubdiaconus codicem Euangelij baiulans, qui ſignificat legẽ, qui ideo Pontificem præcedit, quia lex continens in ſe paſſionis Euangelicæ ſacramentum, præceſſit Chriſti aduentũ, & portat illum clauſum. ad notandum, quòd illud fuit in lege obſcurum; prius, quàm agnus ſeptimi libri ſi-
Apo. 3 gilla aperiret. Deinde Pontifex à duobus quaſi in curru uehitur, quem turba comitatur orando in quo deſignatur, quòd populus ſequitur Chriſtum in cœlum, in quo comitatu decẽ ſunt ordines, ſcilicet oſtiarij, lectores, exorciſtę, acolyti, ſubdiaconi, diaconi, presbyteri, cantores, laici, mares, & mulieres, quia currus Dei decem milibus multiplex milibus dicitur, ad inſi-
Pſ. 64 nuandum eorum perfectionem. Sed dia-
Math. 24 conos, ſubdiaconos, & acolytos præſertim ſecum paratos adducunt, iuxta illud. Ecce ego mitto ad uos prophetas, ſapientes & ſcribas. Prophetæ ſunt diaconi, ſapientes, ſubdiaconi, ſcribæ acolyti. His ſiquidem Chriſti uicarius, & ipſe Chriſtus in publicum deducitur in modum adoleſcentula-
Pſ. 67 rum tympaniſtriarum. Cum autem prodeunt cãtores in duo chori ſuſcipiunt gratulando cantantes introitum, cum Gloria in excelſis. nempè cantores ſiue clerici in albis exultantes. Angeli ſunt qui Chriſtũ aſcendentem, cum gloria & laudibus in altiſſimis acceperunt, Duo chori, qui laudes concinunt, ſunt duo populi, Iudaicus uidelicet & Gentilis, qui Chriſto uenienti cum laudibus occurrunt. Ipſa uerò proceſsio, eſt uia ad cœleſtem patriam. Aqua benedicta præcedens, munditia uitæ eſt. Luminaria, miſericordiæ opera, iuxta illud. Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris &c. Siquidem Pontifex, ſeu ſacerdos, quaſi medius collocatur inter clerum & crucem præcedentem, & populum ſubſequentem, tanquam mediatoris Dei & hominum uices gerens. Præterea maiores in choro & in proceſsione poſteriores ſunt, quia ſalus ſit deſcendenti. Vnde Zachæus, princeps pu- Lu. 19
blicanorum, quia puſillus erat, cum aſcendiſſet arborem ſycomorum, ut uideret Ieſum tranſeuntem. ait ei Ieſus, Zachæe deſcende, quia hodie oportet me manere in domo tua. at ille deſcendit, & excepit illum gaudens in domum ſuam Iudæi uerò
Mat. 23 in ſublimi ſtantes erãt, & maiores eorum primas cathedras in ſynagogis habebant. ¶ Crux † ergo, quaſi regale uexillum & 18
triumphale ſignum in proceſſionibus premittitur. Primo, ut fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Pſalm. lxvij. Eſt enim ſignum uictoriæ Chriſti. Iuxta illud: Vexilla regis prodeunt &c. quo dæmones uicti ſunt. vnde illo uiſo timent & fugiunt. Et propter hoc in quibuſdam locis tempeſtatibus aeris opponitur, ut dæmones fugiunt, & ab aeris concitatione deſiſtant. Nempe ſanctæ crucis myſterium, eſt noſtrum ſignum & uexillum. Vnde Eſa. 2. Statim ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. ¶ Secundo crucis uexillum præmittitur, quia ſicut ait Apoſtolus ad Ga-
Gal. 5 lat. Abſit nobis gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti per quem mũdus nobis, & nos mundo crucifigi debemus. De hoc etiam ſub titul. de Euangelio dicetur. Quandoque etiam uexilla præmittuntur, ut dicetur in ſexta parte ſub titu, de rogationibus. ¶ † Sanè, ut præmiſſum 19
eſt. dum fit proceſſio campanæ pulſantur. Nam ſicut rex terrenus in exercitu ſuo legalia habet inſignia, ſcilicet tubas, & uexilla. ſic & rex æternus Chriſtus, in eccleſia ſua militanti campanas pro tubis, & cruces pro uexillis habet, de quo in parte prima ſub titul. de campanis dictum eſt. Adhuc campanarum ſtrepitus prophetas, qui Chriſti Aduentum prænuntiarunt, figurat, panni, & alia ſubſternuntur in loco, unde tranſire & ad cantandum proceſſio ſtare debet. Iuxta illud Thobiæ penul.

Universidad de Deusto Biblioteca

Plateæ tuæ sternuntur auro mundo, & can
dido & in vijs eius cantabitur alle lu-Ia.
20 ¶ † Illud autē sciendum est, quòd quatuor
sunt solennes processiones, scilicet in puri
ficatione beatæ virginis Mariæ, in Ramis
palmarum: in pascha, de quibus in suis lo-
cis dicetur: & quarta quæ fit in ascensione
Domini, ad representationem illius vlti-
mæ processionis, quam discipuli post Do-
minum in die ascensionis eius in cęlum fe
cerunt, uenientes cum eo ad montem Oli
ueti. Vnde assumptus est, uidentibus illis,
in cuius processionis representationem fit
21 processio in dominicis diebus. † Scien-
dum est enim, quòd primitiua ecclesia ob
seruabat diem dominicam solemnem, ut
& modo, & fiebat in ea processio in memo
riam Resurrectionis, & obseruabat etiam
quintam feriam, & fiebat in ea processio
in memoriam dominicæ Ascensionis, sed
multiplicatis sanctorum festiuitatibus, su-
blata est solemnitas quintæ feriæ, & eius
processio, per Agapitum Papam in Domi
nicam translata est, ut à populo tunc ad ec
clesiam conueniente simul & solenniter
ualeat celebrari, vt propter hoc dies Iouis
dicitur vulgariter cognata diei dominicæ
quia uidelicet antiquitus par solennitas
fuit vtrique. In diebus igitur dominicis
processionem facientes. Resurrectionem
dominicam memoramus, vt processionem
per discipulos post Dominum factam repre-
sentamus: non quòd illi eam in domi-
nica die fecerint, ut præmissum est. Nem-
pè egrediendo & regrediendo ad eū, quasi
de Hierusalem redimus ad Hierusalem,
prout illi fecerunt, & sequimur crucem,
sicut illi Crucifixum, & licet illi sine Ie-
su redierunt: nos tamen cū cruce redimus,
pro eo quòd ipse dixit. Vobiscum sum us-
que ad consummationem seculi, quæ pro-
cessio antequam tertia dicatur, facienda
est, prout in sexta parte sub Ascensione di
22 cetur. ¶ † Non est etiam prætermittēn-
dum quòd in Dominicalibus processioni-
bus de nouo duntaxat testamento canta-
re & uirginem salutare aliquid, quod ad
eius laudem propriè pertineat cantare de
bemus, ex quo etiam consuetudo inoleuit,
ut in claustris oratorium uirginis cōstrua-
tur, quā in statione primo ex pristina con-
23 suetudine salutamus. Licet † enim dica-
tur, quòd Christus resurgens prius Magda
lenæ apparuerit: verius tamen creditur,
quòd matri suæ ante omnes apparuerit,
sed Euangelistas hoc dicere nō pertinuit,
quorum officium fuit testes Resurrectio-
nis inducere, nec decuit ad testificandum
pro filio matrem inducere. Si enim uerba *Psal.*
extranearū fęminarum uisa sunt incredu- 86.
lis deliramenta: quomodo non magis ma
trem pro filij amore crederent deliraſſe?
& sic Romana sētre uidetur ecclesia, quæ
in prima die post Resurrectionem, scilicet
in pascha, apud beatam Mariam maiorem
celebrat stationem, quasi præponens Hie-
rusalem, id est uirginem, quæ uidit pacem
præ alijs in principio lætitiæ suæ, quocir-
ca sicut prima die ad misericordiam suam
apud sanctam Mariam maiorem præcur-
rimus, sic & ad eius honorem in Domini-
calibus processionibus prima statio depu-
tatur, ut eam laudibus extollentes, & ad
eius orationem festinantes cum sponso di
cere uideamur. Vadam ad montem myr- *Can.* 4
rhæ, & ad collem turis: mons quidem, est
ipsa casta uirgo, ad quam filius resurgens
uadit apparendo, & nos adorando. Sed
non est necesse, quòd si dicatur: quia nun-
quam disparuit, & quod semel, melius
est, &c. Sed ideo sic ponitur propter ru-
des, & sensibus tantum, & non intellectu
præditos. Postremo notandum est, quòd
in quibusdam Ecclesijs post processionem
omnes clerici ante crucifixum ueniunt in
clinantes illi, & dicentes. Aue Rex no-
ster, benedictus: sed & qui pluuialia aut
alias solennes uestes portarunt, ante alta-
re illas deponunt: primò ad representan-
dum, quòd filij Hebræorum sternebant ue
stimenta sua in uia ante Christum in pro-
cessione sibi Hierusalem venienti facta.
Secundò, ad ostendendum, quòd diuino
uacaturi officio, omnia mundana à men-
tibus abijcere debent.

Mat. 28
Luc. 1

Mat. 28

SVMMA.

1 *Confessio cur ante Missam, à sacerdote ineundа, & nume. 2.*
3 *Pectus, quando & cur tundamus.*
4 *Manipuli impositio in brachio episcopi, quid notet.*
5 *Manuum iunctio, in confessione quid notet.*

Inclina-

6 *Inclinationes sacerdotis, in missa, quid notēt.*
7 *Inclinationes Christi, tredecim in anima passionis.*

De confessione facienda in Missa. Cap. 7.

1 PRIVS quàm † sacerdos
vel Episcopus gradus
altaris ascendat, & an-
tè, quàm sacrum ordi-
netur officium, ad seip
sum reuertens inclinat
se ante altare, significa-
cans Xpi exinanitionē, qui inclinauit cœ-
los & descēdit: Ps. 17. cū se formā serui ac-
cipiens exinaniuit, & considerans q̄ sicut
Prou. 18. dicit Salomon iustus in principio sermo-
nis accusator est sui confisus etiam de illa
Ps. 31 prophetica consolatione, Dixi confite-
bor. & tu re. &c. de pœ. di. j. dixi. de peccatis
suis cum adstantibus generaliter confite-
tur: Psal. illum prēmittens ex institutio-
ne Cœlestini Papę. j. q. j. rite ad hoc conue
Ps. 25 nientem: Iudica me Deus, &c. ut discre-
tus à gente non sancta, & ab homine libe-
ratus iniquo, ad altare dignus introeat.
Petit enim liberari à tentatione, & illu-
minari à gratia, ut patet in ipso psalmo.
Petit etiam à Deo, ut det ei quòd offerat,
scilicet filium suum, quem nisi ei daret,
Ge. 22 prout Abrahæ dedit, non haberet quid of-
2 ferret. † Fit ergo confessio, ut purior sit,
& sine macula ingrediatur. In quo notan-
dum est, quia non, (ut quidam minus pro-
uide faciunt in specie) ne cauterizentur
conscientiæ auditorum, sed in genere cō-
fitenda sunt peccata, quoniam ista confes-
sio non est occulta, sed manifesta & nota,
4. Reg. 8. quòd cum in templo Salomonis dedicato
sacerdotes dicerent. Confitemini domi-
no quoniam bonus: quoniam in seculum
misericordia eius: nebula impleuit do-
mum domini & obumbrauit facies sacer-
dotum. ita quòd seinuicem uidere non po
terant. Et ait Salomon: Dixit dominus,
quòd habitare in nebula: dixit, id est, o-
pere demonstrauit. quoniam in monte Sy
nai apparuit in nebula: Israel in nube pro
cessit, & ante Mosen in cauerna positum
3 transiuit in nebulam. ¶ † Percutimus
Lu. 18 autem pectus, cum peccata confitemur,
exemplo publicani, qui pectus suum per-
cutiebat dicens. Domine propitius esto
mihi peccatori. In tunsione quidem pecto
ris tria sunt: ictus, sonus, & tactus, per quæ
significantur tria, quæ sunt in uera pœni-
tentia necessaria. uidelicet cordis contri-
tio, oris confessio, & operis satisfactio,
quia in tribus peccamus, scilicet, corde,
ore, & opere. Deinde pro circunstantibus
orat, indulgentiam peccatorum implorās,
nam Christus de secreto patris in mun-
dum veniens, & de vtero virginali proce-
dens, patribus suspiria multiplicantibus
pro nobis passurus Hierusalem introiuit,
in montem se inclinauit, causam suam cōtra
hominem dolosum, & iniquum Deo
committens, & patri confessionem fecit,
dicens. Confiteor tibi pater cœli, &c. ip- *Mat.* 2
se quoque nobis indulgens proprio corpo
re peccata nostra portauit. ¶ Sanè pon-
tificij † facturo confessionem subdiaco- 4
nus manipulum coram altari immittit.
Primò ad notandum quòd concessa tem-
poralia per manum alienam, puta subdia-
coni uel alterius, & non per propriam re-
cipere & administrare debet. ¶ Secundò ad
designandum, quòd non sufficit oris con-
fessio, nisi & boni operis fructus per popu-
lum significatus, sequatur. ¶ Tertiò, ut ui-
dens se in inferioris ministerij ornamen-
to ornari, animo humilietur. ¶ Rursus,
ideo pontifex post acceptam casulam, &
non ante manipulum recipit, quia Chri-
stus, cuius typum gerit, non prius manipu
los operum, qui per manipulū ipsum de-
signantur, obtulit, quam cœlestem habe-
ret conuersatio, qui per casulā figuratur:
prout in parte tertia, sub dalmatica dictū
est. Sacerdos uerò econtra, ante indutam
casulam manipulum sumit: quoniam cœ-
lestem conuersationem adipisci nequit:
nisi prius sanctorum operum manipulos
portet. ¶ Adhuc Pontifex postquam ad al
tare peruenit, manipulum recipit, ad no-
tandum quòd tunc demum bonorum ope-
rū effectiuum præmium percipiemus, cùm
ad æterni tribunal iudicis præueniemus.
¶ † Sacerdos autem, dum facit confessio- 5
nem, & etiam sæpe in Missæ officio manus
iungit, quæ manuum iunctiones deuotio-
nem significant. Et quia illa in aliquo est
maior, in aliquo est minor, ideò certus ma

Universidad de Deusto Biblioteca

nuum iunctionum non est numerus determinatus. ¶ Rursus, sacerdotis manuum iunctio, significat omniũ bonorum à Deo fluentium in ipso vnitatem & coniunctionem. Et quia infinita bona infinitis & indeterminatis modis possunt à Deo procedere, ideo manuum iunctionum sacerdotis numerus determinatus non est. ¶ Inclinationes † verò sacerdotis in officio Missę secundum morem quarundam ecclesiarum sub certo numero perstringũtur quoniam regulariter octo uicibus profundè coram altari, & tredecim vicibus mediocriter super altare inclinat. ¶ Octo profundas inclinationes ante altare, facit ad referendas gratias ipsi Christo, de octo principalibus, quæ egit ante sui immolationem, quam sacerdos in officio figurat altaris. ¶ Primum fuit admirabilis incarnatio. ¶ Secundum, fuit discipulorum gratuita uocatio. ¶ Tertium, dæmonis in tentationibus superatio. ¶ Quartum, miraculorum operatio. ¶ Quintum, infirmorum sanatio. ¶ Sextum, mortuorum resuscitatio. ¶ Septimum, omnium quæstionum, & propositorum per suam sapientiam determinatio. ¶ Octauum, salutaris populorum instructio, & quæcunque ante sui immolationem egit ad hæc octo secundum Bern. reduci uidentur. ¶ Tredecim uerò inclinationes mediocriter facit, super altare: quia Christus tredecim fecit in ara crucis, sumendo aram crucis, pro toto tempore suę passionis, quòd incedit in hora captionis. ¶ Primum fuit inde † proditoris discreta redargutio, dicentis: Iuda, osculo filium hominis tradis? ¶ Secundum fuit ipsius captionis sui imprebitio, dicentis eis. Quem quæritis? qui responderunt: Iesum Nazrenũ, quibus respondit. Ego sum. ¶ Tertiũ falsis testibus, & regibus mansueta responsio. ¶ Quartũ, sputorum & uerborũ sine murmuratione toleratio. ¶ Quintũ in his, quæ vidit & audiuit nulla sibi uel alijs data perturbatio. ¶ Sextum, discipuli eum ter negantis culpæ condonatio. ¶ Alia uerò septem enumerat Ambrosius ab eo, in ligno crucis facta dicens. Actor pietatis in cruce pendẽs officia diuidebat, persecutionem Apostolis, pacem discipulis, corpus Iudæis, spiritum patri, paranymphum uirgini, paradisum latroni, & infernum peccatori. ¶ Oscula quoque sub certo numero fiunt, prout dicetur in quarta particula canonis.

6

Lu. 22
Io. 18

SVMMA.

1 *Turificatio altaris, quid designet.*
2 *Christus omnes orationes non exaudit.*
3 *Tus, orationem significat.*

De incenso benedicendo, & in turibulum mittendo. Cap. 8.

POST factam confessionem & datam absolutionem † Pontifex uel sacerdos prius, quàm dicat. Deus tu conuersus &c. incensum cum benedictione in turibulo apponit, se præsentãs, quòd legalis sacerdos ferens sanguinem & carbones cum thimiamate in turibulo, orans ponebat, ut fumus eum obumbraret: prout dictum est, in procemio huius partis. Per hoc etiam illud insinuans, quòd Angelus uenit, & ante altare stetit habens turibulum aureum in manu sua: quod impleuit de igne altaris, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum. ¶ Sanè Angelus, est Christus turibulum aureum, corpus immaculatum, altare Ecclesia, ignis, charitas, incensum, oratio: secundum illud propheticum. Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. Venit ergo Angelus, id est, Christus: qui stetit ante altare, id est, in conspectu Ecclesiæ, habens turibulum aureum, id est, corpus immaculatum: plenum igne, id est, charitate, & data sunt ei, scilicet à fidelibus incensa multa, id est, orationes, ut daret, id est, representaret eas patri de orationibus sanctorum. ¶ Et † nota, quia non dicit orationes: Christus enim non omnes orationes exaudit: sed dicit de orationibus, de illis uidelicet quæ pertinent ad salutem. unde cum Paulus ter Dominum rogasset, ut ab eo stimulum carnis auferret, respondit ei Dominus: Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Episcopus ergo uel sacerdotus in turibulo apponit: quia Christus orationes inspirat animo, ut per ipsum offeratur incensum in odorem suauitatis: sacerdos

1

Psal. 140

Apoc. 8.

2

2.Cor. 2.

cerdos autem minister incensum repręsentat episcopo, vel diaconus sacerdoti: quia lex illud pretiosum thimiama confecit, quod in odorem suauitatis altissimo offeret, de quo Dominus subdit in Exod. xxx. cap. Talem confectionem non facietis in vsus vestros: quia sanctum est domino, & homo quicunq; fecerit simile, vt odore illius perfruatur peribit de populis suis. Et ex hoc verbo fuerũt qui dicerẽt, q̃ si oblato ture & benedicto, supra altare turibulum descẽdat ab altari ad clericos vel laicos, tunc aliud intus sine benedictione apponendum est: & omnibus tam clericis, quàm laicis offerendum, tanquam illud spectet ad λατρειαν, istud ad δουλειαν Melius, tamen secundum spiritum, quam secundum literam, intelligitur: nam litera occidit, spiritus uiuificat: & propter præmissam etiam causam odor turis benedicti non datur in ecclesia sponso & sponsæ. Per † concremationem vel consecrationem verò turis significatur, quòd sacerdos orationem feruentem & deuotam debet habere. Thus enim virtutem habet ascendendi, ex fumi leuitate, consolidandi sui qualitate, constringendi ex glutinitate, cõfortandi ex aromaticitate: sic dũ oratio ascendat in Dei memoriam, animam consolidat, quantum ad culpam præteritam, impetrando medelam, & constringit, quo ad committendi licentiam: confortat quo ad præsentem impetrando tutelã: de quo etiam dictum est sub tit. de accessu pont. ad al. & dicetur sub tit. de turificatione. ¶ Navicula verò, in qua incensum reponitur, designat, q̃ per orationem, quam incẽsum significat, de huius mundi mari magno, & spacioso, ad cœlestem patriam satagamus nauigare. Vnde in Prou. Facta est quasi nauis institoris portans de longe panem suũ. Potest etiam dici, per turibulum, cor hominis: per ignem, feruor deuotionis: per incensum, orationes efferuntur: quæ per Angelum ad Deum perferuntur, signat Vascula quibus ignis recipitur, sunt filij, qui corda patrum pietate, & fluentia imitantur: & flammam cęlestis sacrificij, quam in proximorum mentibus aspiciunt, in suis ascendere satagunt. ¶ Instrumenta uerò, quibus ignis ad alteram portatur, sunt prædicatores, qui exemplis sanctorum charitatis ignem portant, & in corda fidelium transferunt. quæ corda patrum in filios conuertunt. Turibulum autem, quid significet: dietur sub titulo de Turificatione.

2.Cor. 3

3

Pron. 31.

Luc. 1.

SVMMA.

1 *Osculum altari, quid notet. Item Euangelij, nume. 2.*
3 *Osculatur ministros Episcopus. Et qua id admonitione. Idque varie, nu. 4. & 5.*

De osculo altaris, & libri. Cap. 9.

POST immissum in turibulo incensum sacerdos seu episcopus dicto: † Deus tu conuersus &c. sacrum osculatur altare, vt notetur pacificatio cũ Iudæis: & ad designandum, quòd Christus ad nos veniens sanctam sibi copulauit ecclesiam, iuxta illud: Epitalamicum osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidem, os ori sui coniungitur: & in Christo non solum humanitas, est vnita diuinitati: uerum etiam sponsa copulata est sponso: iuxta illud propheticum. Quasi sponsam decorauit me corona, & quasi sponsam, ornauit me monilibus. Rursus, quando prophetalis versus introitus à cantore incipitur, sacerdos ad altare ascendens illud osculatur: quia prophetarum testimonio Christus uenit in mundum, & ad passionem altaris. Quoties autem in officio Missæ osculetur altare, & in qua parte eius oscula fiant: & quare manibus super illud depositis: & quare signo crucis in locis osculandis prius impresso, dicetur sub quarta particula canonis. In hoc autem loco altare significat populum iudaicum. ¶ Codex † uerò Euangelij siue euangelium, populum gentilem, qui per Euangeliũ crediderit, ideò ergo Episcopus uel sacerdos euangelium, & altare osculatur: quia Christus utique dedit pacem, quando lapis angularis factus fecit utraque vnum. Potest etiam dici, quòd subdiaconus

1

Cãt. 91

Es. 61.

2

Universidad de Deusto Biblioteca

contis librum Euangelij, qui clausus portabatur, offert Episcopo, uel sacerdoti: ille verò ad altera peruenies, illum aperit, ad insinuandum illud, quod in Apocalyp. describitur, quòd nemo dignus est aperire librum, qui intus erat scriptus, & foris sigillis septem signatus: nisi Leo de tribu Iuda, clauis Dauid: qui librum aperuit, & septem eius signacula soluit. Per altare verò Ecclesia signatur, iuxta illud Exo. Si altare lapideum feceris mihi, non ędificabis illud de sectis lapidibus. Per sectionem lapidum in altari, diuisionem filiorũ reprobat ecclesia: ne uidelicet per errores & schismata diuidantur. Liber ergo aperitur, cum episcopus ad altare peruenit: quoniam ubi Christus primitiuam Apostolorum congregauit ecclesiam: docens & prædicans scripturę mysteria reuelauit, dicens, Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei; cęteris autem in parabolis. Vnde post resurrectionem aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Rectius igitur facit episcopus cum ipsemet aperit librũ Euangeliorum: licet & Christus per ministros suos patefecerit mysteria scripturarum. Libro verò aperto illum osculatur à parte sinistra ad designandum, quòd prędicatores reconciliauerunt & obtulerunt gentes Christo, quibus ipse per se non prædicauit, licet & ipse per se pacem in Euangelio prædicauerit dicens, Pacem meã do vobis &c. Quia verò ipse etiam in cruce pendens pacem fecit, ideò mox transiturus ad dextrũ cornu altari, signat se signo crucis, quia vt ait Apost. ad Ephe. Christus pax nostra vtraque fecit vnum: duos ac diuersos parietes, id est, populos copulans. Post hoc codex Euãgelij super altare clausus ponitur, q̃ quantum ad hoc significat Hierusalem, prout sub Euangẽlio dicetur.

Ephe. 2. Apoc. 5. Exod. 20 Luc. 8 Lu. 24 Io. 14 Ephe. 2.

3 ¶ Deinde † Romanus pontifex (& etiã alij quidam) conuersus osculatur diaconum, vt ostendat pacem illam in aduentu Christi venisse, quã prophetę promiserãt. vñ Dauid orietur, In diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec, &c. Et alius propheta: Pax erit in terra nostra, cum venerit. Et ideò Christo nascente, vox intonuit Angelorũ; Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶ Osculum enim quandoque pacem significat, prout dicetur sub tit. de osculo pacis. Diaconus verò statim se inclinans osculatur pectus eius; designãs quòd inspiratione diuina prophetæ pacem prędixere futuram. Nam & Ioannes super pectus Domini recumbens Euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. xciij. dist. legimus. In † nonnullis verò ecclesijs episcopus primùm osculatur ministros, postea altare: deinde Euangelium quoniam Christus primùm reconciliauit sibi Apostolos, postea Iudæos, deinde Gentiles. In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus, quasi retrorsum implens illud: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Dat quidem præsentibus, relinquit absentibus, nec ante osculum pacis cantores dicunt, Gloria patri, quia fides trinitatis nõ ante claruit, quàm se Dominus inclinauit, & nos reconciliauit, & trinitatem per Apostolos prædicari mandauit. Et ideò osculo dato episcopus innuit eis vt dicãt: Gloria patri & filio & spiritui sancto: sicut erat in principio, & nunc & semper & in secula seculorum Amen. Ecce quid cantor annuntiat: scilicet quòd corda patrum conuertantur in filios. Abraham tres vidit, & vnum adorauit. Sic oportet nos filio eius credere, trinitatem in vnitate. ¶ Post datam ergo pacem cãtor dat sanctæ trinitati gloriam, quasi diceret referimus gloriam Deo patri & filio & spiritui sancto, quia pacẽ quã prophetauit per sanctos suos prophetas, nobis in nouissimis temporibus dignatus est ostẽdere. Quando uerò dicit: sicut erat in principio; diaconi ad altare procedunt, & iterum reuertuntur ad episcopũ, in quo figuratur, q̃ ideò Apostoli se morti tradiderunt, vt Christi corpori adunarentur. Prius autem steterunt cum episcopo ante altare inclinati, sed cum versus ipse incipitur, se erigunt, quod chorus sanctorum martyrum ante nouissimam tribulationẽ in conualle lacrymarum maneret. Posteà verò martyrio coronati erecti stabunt liberati, & securi ante Dominum semper. Osculo autem dato, rursus diaconi Pontificem orant, quasi dicant; Domine doce nos orare. In quibusdam † etiam ecclesijs diaconi bini & bini latera altaris intrinsecus siue alternatim osculantur, eò q̃ dominus Apostolos binos misit ad prædicandum, dicens

Io. 13 4 Io. 14 Luc. 1 5

cens eis: In quãcunque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui. qui reuersi sũt ad Christum, sicut diaconi reuertuntur ad episcopum.

Lu. 10

SVMMA.

1 *Turificatio quid significet, & nu. 4.*
2 *Turibuli forma & substantia.*
3 *Vniones in Christo treis.*
5 *Altare cur incensetur.*
6 *Sother, Papa.*

De turificatione. Cap. 10.

1 POST datum † osculũ, episcopus seu sacerdos accipiens de manu diaconi turibulum sacrum incensat altare, quia Christus corpus assumens, de genere prophetarum, factus ex semine Dauid, secũdum carnẽ suis orationibus fouet Eccl. secundum quod orat in Euang. Pater sancte ego pro eis rogo, & non pro eis tantũ, sed pro illis, qui credituri sunt per uerbũ eorum. Quòd autem diaconus posteà turibulum accipit, ut incenset Episcopũ vel sacerdotem, mortaliter instruit, q̃ si dignè volumus incensum orationis offerre, turibulum incarnationis debemus tenere, nã sine fide mediatoris, homines Deo placere non possunt: sed iuxta uerbum promissionis ipsius, si quid petierint in oratione, credentes, accipient. ¶ Per turibulũ enim verbum accipitur incarnatum. Nam sicut † in turibulo pars superior, & inferior tribus catenulis vniuntur: ita in Christo tres sunt † vniones, quibus diuinitas & humanitas vniuntur, vnio carnis ad animam, unio humanitatis ad carnem, vnio diuinitatis ad animam. Quidam. n. quartam unionem assignant, uidelicet diuinitatis ad compositum simul ex anima, & carne: vnde & quædam turibula quatuor catenulas habent. De hoc etiam turibulo Moses inquit specialiter ad Aaron: Tolle turibulũ, & hausto ignẽ de altari, mitte incẽsum desuper. Est & alia in turibulo consideratio, prout in tit. de accessu pon. ad al. tactũ est. ¶ Rursus † ideò turificato altari, Episcopus uel sacerdos turificatur, ad significãdum quòd sicut Christus est altare & hostia: sic est Põtifex & sacerdos, cui est orationis sacrificium offerendum, quia verò adoratur non solùm inquantum Deus, sed etiam inquantum homo: ideo in quibusdã ecclesijs pontifice turificato, altare à diacono circumcirca turificatur: unde psalmus, Circundabo altare tuum domine. Sanẽ turibulum aureum, significat sapientiam, quia omnes thesauri sapientiæ Dei in eo fuerunt absconditi. Vnde stetit Angelus iuxta altare, habens turibulum aureum, & data sunt illi incensa, id est, Christi resurgens carnẽ habuit in potestate. Argentum significat Christi carnem ab omni labe mundam & mundicia renitentem cupreum fragilem, & mortalem ferreum resurgentis fortitudinem. Si quatuor, habet catenulas, demõstrat eum ex quatuor elementis constare, vel quatuor virtutibus. s. iustitia, prudentia, fortitudine, & temperantia decorari. Quinta, quæ partes diuidit, animam designat, quæ se in morte à carne illo triduo separauit. Si verò tres habet catenulas, figurat animam carnem, & verbum in vna conuenire persona. Quarta, quę partes separat, potestas est, qua animam suam posuit pro ouibus suis. Si vna tantùm catenula sustentatur, designat q̃ solus de virgine generatur, quodq̃ solus est inter mortuos liber Circulus, cui hæc omnia innectũtur est deitas, quæ nullo termino clauditur, à qua hæc omnia continentur, & operantur. Præter mysticam † etiã rationem ob hoc incensatur altare, ut omnis ab eo nequitia dæmonum propellatur. Fumus enim incensi valere creditur ad dæmones effugandos. Vnde cum Thobias interrogasset Angelum quot remedia haberent ea, quæ de pisce iusserat obseruari. Respondit, cordis eius particulam, si super carbones ponas fumus eius omne dæmoniorum genus extricat. ¶ Sother † Papa xxiij. dist. sacratas, statuit ne moniales incensum circa altaria ferant.

Ro. 1. Io. 17 Num. 16 Psal. 25 Cor. 2 Apoc. 8. Tho. 6

2 3 4 5 6

SVMMA.

1 *Sacerdos qualiter se disponere debet initio Missæ.*
2 *Sacerdos, initio Missæ cur ad dextram altaris partem primium deflectat.*
3 *Episcopi & superiores Missam auspicantur, remoti ab altari, ad dextrũ latus vergẽtes. Et quibus id de causis, nu. 4. 5. 6. 7.*

Anacletus

Universidad de Deusto Biblioteca

8 *Anacletus Papa, item, Lucius, statuerunt ministros plures Episcopos celebranti. Et quibus causis ducti.*

9 *Puluinar Missale, quid notet.*

Qualiter Episcopus vel sacerdos, & ministri ad altare stare debent. Cap. 11.

1 VRIFICATIONE † peracta, episcopus vel sacerdos ad dextram altaris partem se transfert: ibi vnà cũ ministris planè officium & Κυριεελεησον dicit, qui transitus de medio altare in dextram partem, significat Christi transitum de passione per resurrectionem ad vitam æternam. Item à læua transiens in dextram imitatur Christum ingredientem mũdum: læuam enim tetigit Christus quando temporalẽ assumpsit vitam: ad dextram iuit, quando carnẽ assumptã ad Dei dexterã eleuauit. ¶ Rursus per hoc, q̃ † accedens ad altare prius dexteram illius patrem petit, innuit quod Emanuel in lege promissus prius uenit ad Iudæos quàm ad Gentiles. Iudæi enim tũc propter legẽ in dextra parte fuerunt: Gentiles verò quasi in sinistra: quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris vestibus ornatus, Christũ carne nostræ humanitatis vestitum significat: veniens ad altare, Christum de cœlis venisse ad populum, ut eum saluaret designat: deinde in dextram transiens, designat q̃ Christus in mundum ueniẽs, uenit ad Iudęos, de quibus voluit nasci. Beata enim Maria, Iudæa fuit: de hoc transitu dicetur sub tit. de mutatione sacerdotis & ordine. Et nota, quòd licet Domino Papæ celebranti vel missam audienti, legatur à capellanis suis introitus & Κυριε, ελ & Gloria in excelsis, & Credo, & Sãctus, & Agnus Dei: non tamen Graduale, vel allelu-Ia, vel tractus, vel offertorium, vel post communio: pro eo, quòd illa instructoria sunt & introductoria quibus ipse non eget. Illud autem notandum est, q̃ sacerdos stat erectus ante altare, ad notandum, q̃ Christus venit suos regere inuincibili doctrina: & respicit versus orientem, quia Christus non suam, sed patris voluntatem quæsuit: nec respicit retrorsum: tũ quia Christus semper patris faciem intuetur: iuxta illud, Scio vnde venio, & quò vado, tum quia nemo mittẽs manum ad aratrum, & respiciens retro a, est, r, Dei. extrà de voto. magnæ imò ad populum dorsum vertit representans, quod Dominus ait ad Mosen, Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre nõ poteris. Exod. xxxiij. cap. ¶ † Episcopi tamen & superiores, celebrantes non ante altare, sed remoti ab illo ad dextrum eius latus vsq; post dictum offertorium manent, quod fit primo ad representandum quòd ex latere Christi qui per altare significatur, initium nostræ redemptionis fuit. ¶ † Secundo fit hoc, non solùm ad maiorem solennitatẽ, ut per hoc à minoribus sacerdotibus decernãtur. Verumetiam fit hoc, quia ipsi in missa representant non solùm Christi dignitatem, & excellentiam, aut eius oblationem: verũetiam humilitatem & obedientiam in ipsa sui oblatione & consecratione. Siquidẽ Christus quantum ad sui dignitatẽ, est patri æqualis, & sedet à dextris Dei patris: prout in symbolo legitur, quod representat prelatus, stans ante oblationem, ad dextrum latus altaris. In sui verò oblatione, Christus pro nobis factus est hostia, & adeò prælatus eius vices gerẽs, ex tunc ipsi altari, quod arã Crucis insinuat, debet totaliter inhærere. ¶ † Tertiò, quoniã prælatorum actus esse debent incitamento subditis ad doctrinam, ideò vsq; tunc manet ab altari separatus, & ex tũc manus lauandum & turificandum & sacrificandum ad altare accedit vt ostendat quæcunque in missa præcedunt solennitates, & laudes esse: de consec. dist. ij. panis est. Sed tunc deinde ad essentialia seu substantialia peragenda accedit. ¶ Quarto, in † hoc repræsentat, quòd legalis põtifex intrans in sancta sanctorum, carbones ferebat, & sanguinem, prout tactum est in procemio huius partis. ¶ † Quintò fit hoc ad representandum quod ait propheta: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedũ tuorum. Sacerdos quidem Christum representans, sedet à dextris altaris Deum patrem in hoc loco signantis, donec ad consecrandum hostiam accedat: per quã fracta sunt tartara: & inimici dæmones deuicti, & quasi

Io. 8. Luc. 9 Exod. 38 3 4 5 6 7 Psal. 109.

quasi scabellum pedum positi. Ministri verò, s. diaconus, & subdiaconus, retro illũ ad altare stantes, qui tamen inueniendo precesserunt: signantes martyres, qui in veteri testamento fuerunt, post domini natiuitatem dignè coronantur, & ad quamcunq; altaris partem ille transierit, ipsum retrostantes sequuntur, vt ostendat impletũ esse, quod Dominus admonuit, dicens: Qui mihi ministrat, me sequat: & vbi ego sum, &c. Intendentes semper atque solicitè in illum, ad notandum, quòd fideles, quamuis adhuc in hac vita positi, tamen æternitati Christi semper intendunt. ¶ In quibusdam etiam ecclesijs illo se vertente, ad populum illi similiter se vertunt: & illo se conuertente ad altare, se similiter conuertũnt. Nam Christus ab oratione ad prædicationem; aliquando verò ecõuersò, dum viueret, se conuertit: quod designat versio ad populum, & conuersio ad altare. In quo quidem imitãdus est à prædicatoribus qui per ministros ipsos congruè designantur.

Io. 12

8 ¶ Anacletus † Papa de conse. dist. j. episcopus. statuit quòd episcopus Deo sacrificãs, secum testes habeat diaconos, qui oculi eius dicuntur, & subdiaconos, reliquosque ministros: qui sacris induti vestibus in frõte, id est, antè & à tergo; & presbyter à regione, id est, à parte dextera, læuaque, contrito corde, humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum à maliuolis hominibus, & consensum præstantes sacrificio. Et secundum Lucium Papam de consecra. distin. j. iubemus. eum non deserant, quia propter maliuolos oportet illum habere bonum testimonium ab his, qui foris sunt. statutum est etiam, vt celebrans missam habeat à tergo vicini solaminis adiutorem, prout dictum est in procmio huius partis. Et ideò in quibusdam ecclesijs aliqui diaconi stant post episcopum, quasi orantes, vt eum sequantur vsq; ad mortem, & cum eo transeant ad vitam æternam. Maior tamen pars in dextera parte moratur altaris & minor in sinistra, quia vtrunque petit ecclesia, scilicet & temporalem benedictionem, & æternam: ut ibi sic transeamus per bona temporalia, ut non admittamus æterna. ¶ Cæterùm, dicti ministri retrò stãtes inclinati ante facies suas, vsque in finem dominicæ orationis perseuerant: significantes illos Apostolos, qui in passione Domini magna tribulatione oppressi, non audebant se erigere, ut Christi discipulos se esse confiterentur. Stabant tamen in facie fidei; sed posteà eriguntur, sicut dicetur sub secunda particula canonis super verbo; nobis quoque. signantes etiam chorum sanctorum martyrum in conualle lacrymarum ante nouissimam tribulationem manentium, posteà eriguntur; quia illi posteà martyrio coronati stant erecti, id est, ab omni tribulatione liberati. Adhuc stantes facie inclinati, signantes mulieres, quę de cœnaculo ad monumentum vultibus declinatis, currebant in Christi amore ardentes. ¶ Sanè sacerdos † minister inter moras puluinar molle missali supponit, ad notandum, q̃ deuotum & molle cor & quod facile diuinam impressionẽ recipiat, supponi debet iugo Domini & cęlestium præceptorũ. Iuxta illud sapiẽtis; Suscipiat verba mea cor tuũ &c. vt in eo spiritus Domini requiescat. De hoc etiam sub euangelio dicetur.

9

SVMMA.

1 *Κυριε ἐλεὴσον, quid significet. Et cur nouies dicatur, nu. 2.*

3 *Peccatum, in quotuplici sit differentia.*

De Κυριε ἐλεῆσον. Cap. 12.

1 TRANSLATIO in † dextrã altaris partem episcopo seu sacerdote, deinde quia tempus plenitudinis, & annus benignitatis aduenit, sicut prædictum fuit à Psal. Tu exurgens Domine misereberis Sion, quia venit tempus miserendi eius. cõgruè corus laudat & inuocat trinitatem triplicando Κύριε, ἐλεῆσον. Ideò autem post introitum, dicitur Κύριε ἐλεῆσον, quia antè omnem orationem sacerdotum necesse est misericordiã Domini implorare. Siquidẽ Κυριὲ, ἐλεισον Græcè interpretatur Domine miserere. Nam Κύριε sonat Dñe ἐλεῆσον miserere. & inde Χριςε ἐλεῆσον id est, Christe, miserere. Vnde propheta; miserere nobis: te.n. expectamus. ¶ Dicitur † aũt nouies; primò,

Psal. 91

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

primò, vt ordo humanus ex hominibus reparatus, nouem associetur ordinibus angelorum. Secundo vt ecclesia perueniat ad
Es.33 societatem nouem ordinum angelorum. Tertio, cõtra nouem genera peccatorum. Est † enim peccatum originale, veniale, &
3 mortale. Item peccatum cogitationis, locutionis, & perpetrationis. Item peccatũ fragilitatis, simplicitatis, & malignitatis: fragilitatis per impotentiam: simplicitatis, per ignorantiam: malignitatis, per inuidiam. Hoc est peccatum in patrem, peccatum in filium, peccatum in spiritum sanctum. Adhuc ideo dicitur ter ad patrem, Κύριε, ἐλέησον, ad filium autem, ter, Χριστε ἐλέησον. & ter ad spiritum sanctum. κύριε, ἐλέησον, ed ad patrem & spiritum sanctum sub eodem tantum uocabulo, quia pater & spiritus sanctus sunt eiusdem tantum naturæ: ad filium verò sub alio: quia filius & filius eiusdem naturæ cum illis: est tamen & alterius, ut geminæ gigas substantiæ. Propterea, ideo dicit ter quantum ad patrem, ter quantum ad filium, ter quantum ad spiritum sanctum; vt notetur pater in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroq;. De hoc dicetur in quinta parte sub tit. de prima: sed in medio mutatur Κύριε in χρε ςε vt notet duas esse naturas in Christo. Rursus Κύριε ἐλέη. ter triplicatum, significat preces patrum veteris testamẽti multiplicatas: ad hoc vt gratia summæ trinitatis per aduentum Christi eos consociaret nouẽ agminibus angelorum. ¶ Est † autem magna istorum verborum efficacia.
4 Legitur enim q̃ dum beatus Basilius Κυριὲ ἐλεισον clamasset, portæ Ticinæ siue Papien. Ecclesiæ sunt apertæ. ¶ Rursus beatus Geminianus Κύριε ἐλ. clamante: quinque reges conuersi dicuntur in fugam: vnde fortè significat aliud, quàm Domine, miserere. quod tamen nos ignoramus. ¶ In quibusdam ecclesijs statim post vltimum Κύριε ἐλ. subijciunt ἡμᾶς. quod verbum Græcum sonat Latinè nobis. Et sensus est, Κύριὲ ἐλέησον ἡμας, id est potentia diuina miserere nobis. beatus Gregor. instituit Κυριὲ ἐλ. nouies, & à clero tantum publicè in missa cantari: quod prius apud Græcos simul à clero, & populo cantabatur. Siluester verò Papa illud de Græcis assumpsit.

SVMMA.

1 *Gloria in excelsis, hymnus, à quo, & quo loco dicatur. Et eius hymni excellentia. nu. 3.*
2 *Christus dissoluit triplicem inimicitiam, quæ intercesserat ante suum aduentum.*
4 *Hilarius Pictauien. quid addiderit, ad hymnum, Gloria in excelsis.*
5 *Simacus Papa.*
6 *Innocentius tertius, quid statuerit in rem sacram.*
7 *Bethleemitani Episcopi priuilegium.*

De gloria in excelsis. Cap. 13.

Ic to Κύριε ἐλ. mox sacerdos vel pontifex ex institutione Telesphori Papæ incohat † hymnum Gloria in excelsis Deo, quẽ angeli auditi sunt decantare: sicut legitur in euangelio Lucæ, qui angelorum hymnus perhibet testimonium tẽporali Christi natiuitati. Sanè sacerdos primus & solus illum inchoando pronuntiat, qui angelum magni concilij repræsentat. Nam ortum saluatoris solus angelus, cuius personam ipse gerit, primo nuntiauit: vnde Lucæ: Ecce euangelizo vobis Lu.2. gaudium magnum, quod erit omni populo: quia hodie natus est, &c. & illum inchoando stat ante medium altaris, in hoc commemorans, q̃ dum medium silentium tenerent omnia, natus est in medio, id est, pro hominibus Messias, quem prophetæ Sapiẽ. prædixerant: repræsentans etiam, q̃ angelus Christi natiuitatem pastoribus annuntians stetit in medio eorũ, & incipiens eleuat manus propter causas scriptas in sequ. tit. ad fi. Item incipiens uertit se ad orientem: tum quia angelus ab oriente uenit in Bethleem, tum quia ad orientem Dominum adorare solemus. Tertio inchoãs stat ante medium altaris: ad notandum, quòd Christus mediator fuit inter nos & Deum x. distinct. quoniam per cuius mediationẽ Deo pacificati sumus. Chorus verò concinendo respondens, gerit personam multitudinis, de qua in euangelio sequitur. Subito fac. est cum angelo multitudo cœ. mi. lau. de. & di. gloria in altissimis Deo, & in Luc. 2

terra

terra pax hominibus bonæ volunt. &c. de consec. dist. j. nocte. ¶ Hymnus autem iste non tantum est angelorum, sed etiam hominum congratulantium: ex eo quòd mulier illa quæ drachmam perdiderat decimam; iam lucernam accenderat, vt drachmam perditam inueniret, & pastor dimissis nonagintanouem ouibus in deserto
Lu.15 iam venerat, vt quæreret centesimam oue amissam. ¶ Ante natiuitatem enim Chri-
2 sti tres erant inimicitiarum † parietes: primus inter Deum & homines: secundus, inter angelum & hominem: tertius, inter hominem & hominem. Homo nanq; per inobedientiam creatorem offenderat, & per suum casum restaurationem angelorũ impediuerat, atque per uarios ritus se ab homine separauerat; Iudæus nanque cęremonias excolebat: Gentilis idolatriam exercebat, sed veniens pax nostra, fecit vtraq; vnum, & huiusmodi parietes destruxit: Abstulit enim peccatum, & reconciliauit hominem Deo: reparauit casum, & reconciliauit hominem angelo: destruxit varios ritus: & reconciliauit hominem homini. Restaurauit ergo, secundum Apostolum, quæ in cęlis, & quę in terris sunt, & ob hoc illa cœlestis militiæ multitudo psallebat:
Eph. 2 Gloria in excelsis Deo, id est angelis, qui
Eph. 1 nunquam peccauerunt, nec discordiam cũ
Luc. 2 Deo habuerunt. Et in terra pax à Christo facta hominibus, videlicet Iudæis, & Gentilibus bonæ voluntatis, qui usq; ad Christi natiuitatem propter peccata sua cum Deo & cum angelis discordiam habuerũt. Hinc etiam est, q̃ angelus loquitur, & congaudet pastoribus; quia pax est inter angelos & homines reformata: nascitur Deus homo, quia pax est inter Deum & hominem restaurata; nascitur in præsepio bouis & asini, quia pax est inter homines &
Deut. 22 homines reparata. Per bouem enim Iudaicus, per asinum, Gentilis populus figura-
Esa.1 tur, secundum illud: non Arabis in boue, & asino, Iudæo scilicet & Gẽtili. xvj. q. vij. in noua. Et iterum, cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.
3 ¶ Ideo ergo † canitur hymnus iste, quia quem venerantur angeli in cęlis, homines uenerantur in terris. Per hoc q̃ dicitur. Gloria in excelsis &c. repræsentatur mœstitia antiquorum patrum ex tædio expectandi incarnationem Domini. Esa. xxviij. Expectate Deum &c. Et ideo etiam canta tur allelu-Ia: quia habebant spem liberationis; vnde Psal. Sperauerunt & liberasti eos. In hoc quoq; hymno notatur spes Ecclesiæ, quæ cum angelis spectat se canere; vnde iam illorum canticũ assumit. Sequitur laudamus te. scilicet inenarrabilia opera tua prædicando, quæ verba & sequen tia à beato † Hilario Pictauien. asserũtur 4
apposita fuisse, & præcedentia solum anti Ps.22
quitus dicebantur in missa. Innoc. tamen tertius dixit illa à Telesphoro Papa addita fuisse. Alij vero à Simaco Papa. ¶ † Si- 5
macus Papa cõstituit tam in dominica die quàm in natalitijs martyrum, Gloria in excelsis ad missam cãtari, quia sanctos per dominicam resurrectionem gloria Angelorum sociatos esse recolitur. Cantatur etiam in festis Apostolorum & Confessorũ, in quorum honorem quæcunque ecclesia ded cata est: & generaliter in festis, quæ nobis cœlestem solennitatem repræsentant. In diebus uerò luctus & ieiuniorum, non dicitur præterquàm in duobus sabbatis specialibus ministerijs adornatis. Iuxta illud, cantate Domino canticum nouum, prout dictum est in proœmio huius partis. Dictus quoque Telesphorus Papa, præcepit illum cantari ad missam nocturnam natalis domini, quam & ipse instituit. Quidam dicunt non esse cantandum in missa, nisi in hora tertia, quia tunc spiritus sanctus super Apostolos descendit, & eos gloria & exultatione repleuit. Innoc. † ter- 6
tius statuit, vt quando in diebus festis celebratur in honorem beatę Virginis, vel spiritus sancti vel sanctæ Crucis, nec hymnus angelicus, nec symbolũ dicatur, nec etiam Te Deum laudamus, in laudibus matutinis: In aduentu uerò vel in septuagesima non canitur prout ibi in septima parte, & sub tit. de septem diebus post pascha dicetur; Episcopus † tamen Bethleemita- 7
nus ex abusu omni die & omni missa & pro defunctis, Gloria in excelsis decantat, pro eo, q̃ hymnus ille Luca testante, primo in Bethleemitana regione cantatus est.

SVMMA.

1 *Dominus vobiscum, salutatio; vnde ortũ habuerit*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnoris & vbi habeat locum, nu. 2. Et quomodo intelligatur, nu. 4.

3 *Orationes, flectamus genua, vel humiliate capita uestra Deo, cur tantum præmittãtur.*

5 *Responsio, & cum spiritu tuo, vnde orta.*

6 *Amen, responsio, quid significet. & quomodo accipiatur.*

7 *Pax vobis &c. vers. cur dicatur ab Episcopo in Missa.*

8 *Diaconus, quare ad horas, non dicat, Dominus vobiscum*

9 *Populus in Missæ salutatur septem vicibus. Et quæ id potissimum significatione.*

10 *Sacerdos, quare quinque vicibus se vertat ad populum salutandum.*

11 *Sacerdos, cur semper voluat si ad dextram.*

De Salutatione ad populum. Cap. 14.

ANGELICO hymno finito, sacerdos ad populum se voluens, illum
1 A salutat, dicens; Dominus † vob. scum; quod sumptum est ex libro Ruth. ij. Sic enim legitur, Booz salutasse messores suos: & propheta in Paralipomenon, Assa regẽ, & qui cum eo erant: & Angelus salutans Gedeonem dixit: Dominus tecum. Bouz quidem figurã Saluatoris expressit, qui Ruth Moabitem duxit uxorem. Et hæc salutatio, significat salutationem, quam Christus fe-
Io. 10 cit Apostolis post resurrectionem, de quo in quinta parte sub tit. de prima parte di-
2 cetur. In † omnibus ergo missę orationibus sacerdos præmittit: Dominus vobiscum, nisi in orationibus quæ pręcedunt prophetias, vel etiam orationes super populum ĩ quadragesima, & nisi in orationibus, quæ immediatè sequuntur post primam orationem, & in illis, quę dicuntur in parasceue: sed tunc Missa non dicitur, licet sacerdos communicet. Cùm enim per dictam salutationem optetur Dominum esse cum populo, qui est in eo per spiritum gratiæ septiformis: ideo ecclesia ordinauit septies tantum in Missa populum salutari, vt iam dicatur. Ideo in pręmissis orationibus tan
3 tum dicitur. Præmittitur † tamen alijs exhortatio ad humiliationem per, flectamus genua, vel per, humiliate capita vestra Deo. quia oratio, quæ facienda est cum ieiunio ad magnum spiritum eijciẽdum, tũc demũ valet, si cum humilitate fiat. ¶ Rursus in diebus ieiuniorum † representat ec 4
clesia tempus Babylonicę captiuitatis. Meritò ergo sacerdos tunc populum vt pote absentem non salutat, nec se ad illum conuertit, sed absolutè incipiens, oremus insinuat pro illo fore orandum: & quia oratio debet fieri cum effectu, mox subijcitur flectamus genua, vel humiliate capita vestra Deo. Representat etiam tempus dominicæ passionis, quod præcipuè post cęnam cũ discipulis factam incepit, quia ergo tẽpore illo Dominus discipulos non salutauit: sed eos ad orãdum pluries excitauit, ideo sacerdos tunc populum non salutat, sed ei orare insinuat. Sed & q̃ tẽpore illo Christus in oratione genua flexit: ideo mox ad genua flectendum inuitat: Dicit autem, flectamus genua, in persona vniuersitatis omnium fidelium, quasi omnium syndicus seipsum includens, & ideò loquitur in prima persona, excitans se & omnes ad orandum humiliter, & deuotè: sed mox subiicit eleuatio in persona alterius. s. Christi, cuius typum gerit in officio Missæ, & tunc loquitur in secunda persona, & in dissimili cantu, quasi ipsi Christus dicat: surgite, quoniã vestram humilitatem & deuotionem video, & tunc uice omnium loquitur siue orat. Quid significent collectæ, quæ dicuntur post, flectamus. & post humiliate. dicetur in quarta parte sub quarta feria in capite ieiuniorum. Alijs uerò diebus ecclesia tẽpus exultationis & plenitudinis, quæ præcipuè fuit post Christi resurrectionem representat. & tunc sacerdos populum salutat representans, vt præmissum est, quòd Dominus post resurrectionem discipulos salutauit. Sacerdos ergo orationibus præmittit Dominus vobiscum: ut populum reddat attentum, q̃ mens eius ad Deum dirigatur, & ei per intentionem sedulam coniungatur: & est sensus, Dominus vobiscum, id est, in vobis maneat & uos præmio uitæ æternæ remaneret, & petitionibus vestris effectum tribuat seu gratiam Dei impetretis, perseuerantes in illa. Chorus † ve 5
rò & populus respondent, Et cum spiritu tuo: quod sumptum est ex Epistola secunda ad Timot. vlt. vbi dicitur, Dominus Iesus

sus Christus cũ spiritu tuo, huiusmodi etenim mutuæ salutationes, notant q̃ sacerdotis & populi unus debet esse affectus, & est sensus, tu pro nobis facturus es preces ad Dominũ, & quia Dominus Deus preces illas tantũ approbat, & exaudit, quę ex bono corde procedunt, oramus & nos similiter prote, ut ille sine quo nullum est bonũ sit cũ spũ tuo, vt qui tecum est in ore, sit & in corde, & in te maneat, & secundum hoc cęssat hæsitatio quærentium, quare populus respondet, & cum spiritu tuo: cũ sacerdos dicendo, Dominus vobiscum optauerit dominum esse cum illis, non solum in spiritu uerum etiã in corpore: nam & idipsum populus per hanc responsionẽ optat, ut præmissum est. Potest etiam dici, q̃ hac responsione populus se refert solum ad actionem immolationis, ad quam sacerdos procedit, in qua per spiritum totaliter eleuatus, & ab omni terrenitate prorsus abstractus esse debet. Postquam uerò chorus respõdit, ipse ad altare reuoluet. s. ad oriẽtẽ, ut dicitur in proœ. v. partis, & quasi parum de sua bonitate cõfidens vniuersalem ad se colligit ecclesiam dicens: quasi oĩum syndicus: oremus. q. d. orate omnes simul mecũ, vt quod postulamus citius impetremus: quoniã impossibile est multitudinem non exaudiri, & sic orationem dicit: dicendo ergo oremus, ortatur alios ad orandũ, quia & ipse monuit Christus discipulos orare dicens: orate, ne intretis in tentationem, & postea orat, quia postea Christus
Matt. 10 orauit: ipse. n. fecit & docuit: quod autem dicit oremus, ab antiquis habemus, q̃ præmisso, oremus, subiungebant communiter orationem: dicit autem oremus, stans ante medium altaris propter rationes positas in principio præcedentis ti. oratio autem quam dicit significat indulgentiam, quam Dominus repromisit, & deinde transit ad dextram partem altaris, ut dicetur
6 sub tit. seq. ¶ Oratione finita † chorus respondet amen: quod est hebraicũ uerbum. q. d. fiat nobis, sicut orasti: seu feliciter acta oratio tua, & est sumptum amen ex Apoc. 10. Amb. Exponit amen, id est, uerum est, quòd sermo sonat, affectus sentiat. de consec. dist. ij. reuera. in fi. xxxviij. dist. sedulo. iij. q. v. & hoc nomen quandoque ponitur pro uerè, ut ibi: amen amen dico uobis: extrà de iureiur. & si Christus, prout sub titu. de oratione dicetur. Et nota, quòd pręmissa salutatio, scilicet, dominus vobiscum, ad minores & imperfectiores, & simplices ptinet sacerdos episcopus, uel eius superior qui perfectus esse debet, & expressam Christi similitudinem gerit, ut se uicarium Christi ostendat. oraturus prima uice utitur uerbo Domini dicentis Io. 20. pax vobis, † quæ fuit prima uox Domini 7
ad discipulos, quando eis post resurrectionẽ apparuit, quasi diceret in præsenti detur uobis pax temporis, & in futuro pax æternitatis. De utraque Io. 13. Pacem relinquo uobis: pacem meam do uobis. Hoc *Corin.*
etiam uerbo vsus est dispẽsator Ioseph ad 13
fratres eius. Postea uerò ad instar cæterorum sacerdotum, dicit Dominus uobiscũ, ut se esse unum ex ipsis ostendat. xcv. dist. olim. & c. seq. in fi. Et est aduertendũ, quòd tunc demũ pax uobis dicitur, quando gloria in excelsis cantatur, & hoc ideo, ut cor respondeat ei, quod ibi dicitur: & in terra pax hominibus &c. Præterea, hæc salutatio à Christo tempore gaudij & lætitę, scilicet resurrectionis ad discipulos facta illi cantico lætitiæ correspondere debet. Sunt etiam, qui dicunt q̃ pontifex solenniter celebrans in diebus, quibus. gloria in in excelsis, dicitur, representat Christum post resurrectionẽ seu resurrectionis gaudium, quo tempore sæpe Christus dicta salutatione ad discipulos usus est: ideoque Christum imitando primis diebus hoc dicit. In missis verò, quas alijs diebus uel tẽporibus dicit, uel etiam, quæ ab inferioribus dicunt, Christi passio figuratur & plãctus atq; afflictio conformatur. Et ideo in illis pax uobis non dicitur: ne gaudiũ cum dolore misceatur, Potest etiam dici, q̃ per Christum facta est pax inter Deũ & hominem, & inter angelos & homines, quod manifestauit angelus, qñ in Christi natiuitate cantauit: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Pacẽ uerò inter Deũ & homines manifestauit Christus, qñ post resurrectionem dixit Apostolis: pax uobis. hæc representatur in missa. Primum per quemlibet sacerdotem; qui potest cantare: Gloria in excelsis, angelum representans. Secundum, per episcopum, qui solus dicit, pax uobis: representans Christum qui in

Universidad de Deusto Biblioteca

Io. 10 persona ecclesiæ dixit Apostolis: pax uobis, vtrunq; autem dicit episcopus solenniter celebrans, quia vtrunq; scilicet Christum & angelũ repræsentat. Ipse.n.specialior est Christi vicarius, quàm simplex sacerdos: ideoq; cum omittit officium angeli.s.temporibus,quibus cãtica letitiæ subticentur.s. Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis: omittit similiter adhuc officiũ Christi non dicens, pax vobis: sed Dominus vobiscum: sicut simplex sacerdos. Non enim per episcopum qui repræsentat Christum, & angelum vna pax sine altera nuntiatur. Idem etiã est in,Ite missa est, quod non dicit nisi Gloria in excelsis dicatur.

8 ¶ † Sanè diaconus non dicit,Dominus uobiscum per horas: eo quòd non ita gerit typum Christi qui per Booz hac salutatione usus est: sicut sacerdos, qui ea in persona Christi utitur: legens tamen Euangelium hoc dicit,quia tunc utitur officio prędicatoris,& pronuntiat doctrinam ab ipso Christo immediatè prolatam,& etiam cereũ paschalem benedicens,quia tunc Christi resurrectionem repræsentat:Sunt tamẽ quidam, qui dicunt, ꝙ in diuinis officijs, quę dicere tenẽtur,licitè possunt hoc dicere,cum prohibitum non legatur:quibus generalis usus ecclesiæ contradicit,ut se inferiores sacerdotibus cognoscãt. ¶Notan

9 dum autẽ est,ꝙ septem † uicibus populus salutatur in missa, quatenus exclusis septẽ uitijs capitalibus suscipiat gratiam septiformem. Mysteriũ enim missæ, ad septem dona Spiritus sancti refertur. ¶Primo,in ipso missæ exordio ante collectam. ¶Secundo,ante Euangeliũ.¶ Tertio,post Euangelium sine dicto symbolo,scilicet ante offertoriũ.¶ Quarto ante præfationem,cum dicit sacerdos:Per omnia secula seculorũ: & consequenter Dñs uobiscum. ¶ Quinto,ante pacis osculum cum dicit: Pax Domini sit semper uobiscum. ¶ Sexto, ante primam post communionem. ¶ Septimo finito finali post communionem uel orationem. ¶ In prima salutatione spiritus sapientiæ,intelligitur: quia sapientia intrauit in hunc mundum,ut saluaret nos. ¶ In secunda spiritus intellectus:ideo enim prędicauit,vt doceret nos. ¶ In tertia spiritus

Io. 20 consilij: hoc enim secreto Dei consilio se passionis obtulit, vt redimeret nos. ¶ In quarta spititus fortitudinis,quia pendens in cruce diabolum expugnauit, ut redimeret nos. ¶ In quinta,spiritus scientiæ,quia resurgens discipulos salutauit, & eis sensum aperuit,ut erudiant nos.¶ In sexta spiritus pietatis, quia sola pietate humanam naturam super astra leuauit, ut exaltaret nos. ¶In septima spiritus timoris:quia angeli tremebunt cùm uenerit ad iudicium, ut glorificent nos. ¶ Cæterum,in qualibet salutatione mutatur officium missæ, & de uno officio ad aliud transitur:quare merito salutatio præmittitur.Cũ enim ad operarios nouiter ingredimur,eos salutare solemus, & secũdum hoc octo officia sunt in missa. ¶Rursus salutatur etiam in octaua, ut quidam uolũt, scilicet post offertorium ante secretellam.Nam voluens se ad populum dicturus: Orate fratres &c.debet dicere sub silentio:Dominus vobiscum.¶Verum licet eis † quos salutamus faciem regulariter repræsentemus: tamen in quinq; duntaxat ex præmissis salutationibus sacerdos ad populum se conuertit. Nam in illa salutatione, quæ fit ante Euangelium se non conuertit, quia iam intentus est ad uerba Dei annuntianda,nec etiam in illa, quæ ante præfationem,quia iam intentus est ad sacrificium altaris tractandum, nec etiam in illa, quæ fit ante pacis osculum, quia iam tenet corpus Christi in manibus, & habet cor sursum ad Deum. Et omnino intentus est ad reuerenter illud tractandum. Nemo enim mittens ad aratrũ & respiciens retro aptus est regno Dei. extra de uo.magnæ. ¶Cæterum quinta,ad populum, cum Dñs uobiscum facta cõuersio,significat quinq; apparitiones,quas Christus fecit discipulis suis in die resurrectionis. ¶Prima fuit Mariæ Magdalenæ Ioã. 20. & Matt.vlt. ¶Secunda eidem,& alijs mulieribus redeuntibus de sepulchro, qñ dixit eis:auete. Mat.ult. ¶Tertia,Petro. ¶Quarta, duobus discipulis euntibus in Emaus. ¶Quinta,in domo decem discipulis absente Thoma Ioã. 20.Sed quia altera illarum manifesta non fuit,qñ uidelicet primo apparuit Mariæ Magdalenæ, uel secundum alios,quãdo apparuit Petro,quia nescitur quando,aut vbi,ideo sacerdos ante secretellam dicturus orate fratres:prædicit sub silentio,Dñs uobiscum,sed patenter dixit Apostolis: Orate,ne intretis in tentationem.Fuerunt etiã,& aliæ apparitiones de quibus nil ad præsens.¶Non est etiã omit

11 tendum † ꝙ sacerdos semper uoluit se ad populum ad dextram,& per eandem se ad altare reuoluit,quasi isto facto dicens: Dextera Dñi fecit uirtutẽ:dextera Dñi exaltauit me: dextera Dñi fecit uirtutem.¶Se

Psal. 117 cundo,ad designandum,ꝙ in sepulchro dominico angelis à dextris sedebat. Tertio, ut per hoc sacerdos innuat se rectã & obtentam habere intentionem pro se & pro populo,ad cœlestem patriam,quæ per dex

Cãt.2. tram significatur: iuxta illud in canticis. Dextera eius amplexabitur me. Quarto quia uersus salutando populum,& conuersus dicẽdo oremus: hortatur tam se,quàm populum ad orãdum, & oratio debet fieri pro æternis,quę per dextram significantur

Matt. vlt. unde Christus sedere dicitur ad dextram patris, meritò parte dextera fit utroque, gerit quippe sacerdos typum Christi qui perfectus est in salutationibus,& orationibus, quæ ad dextram fiunt. Veruntamen

Psal. 126 postquam dixit, orate pro me fratres, &c. se reuoluit ad sinistram: iuxta Ps.Circuiui & immolaui in taber.eius ho.&c.prępara̅s se ad immolandum,quendam circuitum facit, se igitur conuertit tunc ad sinistram, q̃ imperfectior & infirmior est, ad notandum imperfectionem cuiuslibet sacerdotis,præter Christum. Hinc est,ꝙ præmissa uerba dicendo,obsecrat tanquam imperfectus,& peccator,& indigens aliorũ auxiliũ impendi sibi ab alijs siue beneficiũ orationis.Secundo quoq;,reuoluitur tunc à sinistra, ut per hoc significet tristitiam de passione Christi,ad quam repræsentandã statim intẽdit.Tristitia.n.rectè per sinistram significatur:iuxta illud Apostoli à dextris & à sinistris per gloriam & ignobilitatem,

2.Cor. 7 per infamiam & bonam famã.Debent etiã fieri illæ uolutiones,& reuolutiones,ante

Eccle. 15 medium altaris, iuxta illud: in medio ecclesiæ aperuit os suum,&c. In quo & illud

Can. 3 cõmemoratur,quod redemptor noster,iuxta Salomonem,corpus suum media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Et attendite, quia quidã dicto Dñs vobiscũ,ab altare reuoluti,dicunt oremus: stantes ante medium altaris, per hoc insinuantes se loco in manifesto & populo conuenienti orare.s.ante medium altaris,quodque populus debet de medio cordis orationes ad Deum effundere. Alij verò ad dextrum cornu altaris, vbi orationem præferre debent,dicunt oremus, ut sic inter insinuationem & orationẽ nullum actũ alium interponant,& ut ibi præcedat orandi insinuatio, ubi mox subsequi ipsa oratio, & orantis populi esse decet intentio.

SVMMA.

1 *Oratio nostra à Deo incipere, ab eodem terminari debet.*
Missæ officium cur ab oratione incipiat, et in gratiarum actionem terminetur.ibidem.
2 *Orationes cui competat dicere.*
Sacerdotes qui dicantur. ibidem.
Dominus vobiscum cur à sacerdotibus præmittatur omnibus orationibus. ibidem.
3 *Oratio habenda est breuibus.*
4 *Oratio, vnde dicatur. & vnde originem habuerit.*
5 *Orationum verba, qualiter intelligantur.*
6 *Oratio,cur principium à patre, finem verò à filio sortiatur.*
7 *Iesus,nomen est proprium.*
8 *Seculum,quid, & vnde dicatur.*
9 *Amen,respon.quid significet.*
10 *Collectæ,qũo terminẽtur. variè per discursũ.*
11 *Collecta cur nulla dirigatur ad spũm sãctũ.*
12 *Orationes qualiter terminari debeant in exorcismis.*
13 *Orationes,cur dicantur collectæ.*
14 *Collectarum quinam fuerint authores.*
15 *Orationes dicendæ in templo quot numero.*
16 *Oratio vnica in summis festis,dicitur.Et qua idipsum ratione.*
17 *Lateranensis ecclesia orationem dominicam dicit loco collectæ in Missa & horis.*
18 *Manus quo consilio eleuentur in orationibus.*

De oratione seu collecta. Cap. 15.

SALVTATIONE premissa, subijciũtur orationes: quia † enim omnis nostra oratio à Deo inchoata, circulariter p ipsum terminari debet: ideo missæ officium incipit ab oratione,& terminatur in

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiarum actione. ¶ Vnde uidendum est, quis debet orationes dicere. Qualiter & pro quibus sit orãdum. Quid sit oratio. Et quando. Et ubi. Et uersus quã partem orationes dicendæ sint. ¶ De mutatione sacerdotis ab una parte altaris, ad alterã. Vnde orationes dicantur, & unde originẽ habuerint. Qualiter verba eorum intelligantur. Qualiter orationes terminentur. Quare uocentur collectæ. Quæ & quot orationes dicendæ sunt, & de inuentoribus earum. Quomodo pontifex uel sacerdos illas di-
2 cens, stare debet. ¶ Circa † primum notandum est, quòd ea quibus populus immediatè ordinatur ad Deum, sacerdotes tantùm dicũtur, qui sunt mediatores inter Deum & populum, quorum quidam dicuntur publicè spectantia ad totum populum, in cuius persona ipse solus ea Deo proponit, sicut sunt orationes & gratiarũ actiones, quidam priuatim, quę ad officium eius tãtum spectant, ut consecrationes & huiusmodi orationes, quas ipse pro populo facit: non tamen in persona populi orans, & in omnibus præmittit Dominus uobiscum, ut mens populi Deo coniungatur, & quia populus in his, quæ ad Deum pertinent sacerdotem ducem habet, ideo in fine cu iusſibet suæ orationis populus cõsentit, respondens amen: ut iam dicetur propter quod & omnis oratio alte terminatur, etiam si priuatim fiat. ¶ Sanè orãdum
3 † est, breuibus uerbis, non in multiloquio, ut iam dicetur. xij. dist. omnia. xliij. distin. sit rector. propè fi. Vnde & græci parum & frequenter orant, sed in lachrymis & in puritate cordis, non in uoce clamosa, sed in mentis intentione & lachrymarum cõpunctione: sic in conspectu diuinæ maiestatis & angelorũ, oportet nos esse, ut mens no- Ps. 6.
stra uoci concordet, iuxta illud Psal. Exaudiuit Dominus uocẽ fletus mei. Et iterum: Ps. 50
sacrificium Deo spiritus cõtribulatus &c. Debet etiam oratio esse deuota: nam omniũ creatori cum deuotione est supplicandum. Dum autem sacerdos altè dicit orationem, alij non debent uerbis orare, sed illã orationẽ attendere & ad eam respondere amen. Pro quibus sit orandũ, dicetur in sexta parte sub tit. de parasceue. ¶ Quid sit oratio, & qua hora, & ubi horę canonicę licendę sunt, & uersus quã partem oran-

dũ est, dicetur in proœmio. v. partis. Quid significet oratio, quæ dicitur ante epistolam, dicetur sub ti. de sessione episcopi. Sanè sacerdos dum orat ad dextram consistit altaris, iuxta illud Exo. Deprecabitur Exod.
Aaron super cornu altaris, & placabit su- 30
per eũ in generationibus suis, in hoc illud signans, quod fuerat prophetatum Deus ab austro ueniet. Christus enim Iudęos do Abac.
cuit, ad quos à patre missus fuit, qa dextra Iudæos Gentiles sinistra figurat, & quoniã lætitia per dextram, tristitia uerò per sinistram designatur: idcirco ad dextram partem altaris primum accedit, ut gaudium dominicæ natiuitatis ostendat. Deinde dicturus Euangelium, ad sinistram conuertitur, ut tristitiam passionis insinuet. Sed iterum redit ad dextram, ut gaudium resurrectionis annuntiet. de hoc aliter dicetur sub tit. de mutatione sacerdotis. Romanus uerò pontifex oraturus, ad sedem post altare, uel alius episcopus ad latus altaris ascendit, & stans collectam pronuntiat quã in libro legit aperto, & deinde sedet, quia sicut Euangelista testatur, uenit Iesus Luc. 4
in Nazareth, ubi nutritus fuerat, & intrauit secundum consuetudinem diei sabbati, in synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Esaiæ prophetæ, quem ut Esa. 1
aperuit, inuenit locum, ubi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, & cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Rursus Pontifex ad latus altaris, usq; ad dictũ offertoriũ morat- 4
ur, ut dictum est sub ti. qualiter eps uel sacerdos. ¶ † Sequitur uidere unde oratio, dicatur, & unde orationes originem habuerunt. Et quidẽ dicitur oratio, ab orando, eo quod per eam populo bona corporis, & aiæ orando petuntur. Licet n. Dominus sciat, quibus egemus orare tñ debemus prout dicet sub oratione Dñica. orat enim sacerdos, pro bonis, ut adsint & pro malis, ut absint. Designãtur autem orationes, in Apoc per fumum aromatum, qui a- Apo. 8
scendit in conspectu Dñi de manu Angeli Ps. 39
Christus verus. n. homo, propter nos pas- Heb. 5
sioni deditus, cuius illa uox est, holocausta etiã pro delicto non postulasti, tunc dixi, ecce uenio, semper pro nobis orabat, quia secundum Apostolum. Exauditus est in omnibus pro sua reuerẽtia. ¶ † Qualiter 5
uerba

verba orationum intelligenda sint, videamus. Et quidem, quod in quibusdam codicibus continetur, profit huic, uel illi sancto talis oratio ad gloriã & honorem, sic intelligi debet, quod ad hoc profit, ut illi magis ac magis infidelibus glorificenẽ, aut etiã honorentur in terris, extrà, de celebr. mis. cum Marthæ. prope fi. Cùm. n. ipsi sint perfectè beati, oĩa eis in cęlis ad votũ succedunt, unde non egent nostris orationibus, imò iniuriã facit martyri, qui orat pro martyre, licet pleriq; reputent non indignum sanctorum gloriam posse usque in diem iudicij augmentari, & ideò ecclesiã interim rite pro posse augmentationem glorificationis eorũ, optare. Quia aũt post finem orationis subiungitur, per Dominũ nostrum Iesum Christum filium: illud significat, quod ipse in euãgelio dicit: Quic quid petieritis patrem meum, in nomine
Io. 14 meo, fiet uobis. Orat. n. sacerdos ad Deum patrem, ut per filium suum, qui Dominus noster est æqualiter, sicut pater, oratio per
6 ficiatur. ¶ Hinc † enim est q̃ omnis oratio generaliter ad patrem dirigitur: & terminatur in nomine filij. Non enim per aliam viam ad nos æterna Dei beneficia possunt decurrere, quàm per eum qui est mediator Dei & hominum homo, Christus Iesus x. distinct. quoniam. sicut per mediantem crystallum mittitur ignis in escam superpositam à sole longinquo. Et sumptum est
Ro. 5. hoc de Epistola ad Romanos, ubi dicitur: Gloriemur in Deo, per dominum nostrum Iesum. nemo enim uenit ad patrem nisi
Io. 14 per me. Et ipse alibi dicit: Siquid petieritis patrem, in nomine meo, dabit uobis.
7 ¶ Et nota, quòd † Iesus, est proprium nomen: prout dictum est in proœmio secundæ partis. Quod uerò sequitur, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti, &c. ita potest intelligi, in unitate spiritus sancti: hoc est unà cum spiritu sancto. nam pater, & filius & spiritus sanctus, sunt unũ. Vel in unitate spiritus sancti: hoc est in spiritu sancto: qui est unitas patris & filij, & amor, & connexio utriusque. Possunt etiã sic exponi præmissa uerba, per dominum nostrum, &c. ut sit sensus: O pater exaudi per filium tuum, qui hoc uult & potest uult, quia uiuit: potest, quia regnat: uiuit inquam, & regnat tecum in unitate spiritus sancti. non quidem uiuit & regnat, ut tyrannus spiritu iniquitatis: sed uiuit & regnat Deus spiritu benignitatis. ¶ Quod uerò sequitur: Per omnia secula seculorum, uel consecutiue: uel antinomaticè intelligi potest. Consecutiuè, sicut generationes generationum: quasi dicat, per omnia secula seculorum sibi inuicem succedentiũ. † Dicuntur enim secula, quia 8
sequuntur: nam alijs discedẽtibus alia sequuntur. Antinomaticè, sicut cantica canticorum: & est sensus: sicut ante omnia secula filius cũ patre in unitate spiritus sancti, in deitate uixit & fuit: ita & in præsenti seculo, & in futuro ubi iusti cum sanctis Angelis permanebunt: & iniusti cum diabolis cruciabuntur: credatur æqualiter uiuere cum patre, & spiritu sancto: & nullo fine concludi. † Sequitur amen: quod ver- 9
bum optantis uel affirmantis, ostendit affectum uel consensum, ut præmissum est: Populus enim assentiens uoci sacerdotis, qui dixit, per omnia secula seculorum: assentit, quòd seculum per eum creatum est. Vnde in fine psalmorum, ubi nos dicimus, fiat fiat, hebræus dicit, amẽ amen. Et Christus in Euangelio sæpe dicit, amen amen, id est, uerum dico uobis. Respicit ergo ad formam orationis, ut quod oratur, optetur, uel ad modum conclusionis, ut quod concluditur affirmetur. ut ut gratia, cum sacerdos orans dicit, Da nobis quæsumus domine, salute mentis & corporis, populus respondet, amen, id est, fiat, & cum sacerdos concludit, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorũ, populus affirmando respondet, amen, id est, uerum est, uel amen, interpretatur ueritas, ut in Apocal. Apoc.
hoc dicit amen, testis fidelis, de hoc dictũ ult.
est in præcedenti tractatu. ¶ Circa † termi 10
nationem collectarum, notandum est, q̃ in eis quandoq; dirigitur sermo ad patrẽ, quandoq; ad filiũ, quandoq; ad spiritũ sanctum, & quandoq; ad totam trinitatem. Si sermo ad solum patrem dirigitur, nõ habita mentione de filio, neque de spiritu sancto, tunc dicetur in fine: Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum: sine per eundem, & eiusdẽ, ut in illa oratione:

Universidad de Deusto Biblioteca

Protector in te sperãtium,&c. Si verò fiat mẽtio de filio,vel de spiritu sancto, refert an ante finalem partem orationis,an in fine ipsius fiat mentio de filio. Si verò dirigatur ad patrem, habita mentione de filio, ante finem,tũc dicitur in fine Per eundem dominum nostrum,&c. vt in illa oratione: Deus qui de beatæ Mariæ virginis, &c. Si in fine,tunc subijcitur immediatè, qui tecum: sine, per eundem, & eiusdem, vt in illa collecta sancti Stephani: Omnipotẽs sempiternæ Deus,qui primitias martyrum. Et in illa: Deus qui salutis ęternæ: vel dominum nostrum Iesum Christum: sine,per,vt in illa collecta: Deus, qui nos redemptione,quæ dicitur in vigilia Natalis. & in illa: Illumina quæsumus.quæ dicitur in Epiphania.vel Iesus Christus dominus noster,vt in illa: Deus,qui ad æternam, quæ dicitur feria tertia post Pascha, & in secreta illa, Ipsi tibi. quæ dicitur in cœna Domini. Si verò in oratione;quę ad patrem dirigitur,fit mentio de spiritu sancto,dicitur in fine: Per Dominum nostrũ, sed tunc dicitur ibi in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus,vt in illa: Deus, qui corda fidelium,& in illa: Adsit nobis quæsumus virtus spiritus sancti,&c. Quòd si fiat ibi mentio de spiritu sancto: & posteà de filio,tũc subijcitur in fine immediatè, qui tecum,vt in illa oratione: Mentes nostras quæsumus Domine paracletus, & in illa: Vre igne,&c. ¶ Rursus, quando ad patrem dirigimus sermonem, orando ut ipse det nobis spiritum viuificãdi,vel huiusmodi: tunc dicitur, per dominum: sine per eundem,vel eiusdem,vt in illa oratione, quæ dicitur in benedictione cinerum. Deus qui humiliatione,&c. & in illa quæ dicitur in benedictione fontis: Omnipotens sempiternæ Deus,Respice,&c. Si autem sermo ad filium dirigatur: vt in illa oratione. Excita domine potentiam tuam, & ueni: & similiter in alijs collectis, de aduentu Domini. & in illa,Deus qui virginalem aulam: tũc dicitur in fine,qui viuis & regnas cum Deo patre, in vnitate spiritus sancti Deus,&c. Et si fiat ibi mentio de patre,tũc dicitur,qui cum Deo patre, &c. vt in illa oratione canonis: Domine Iesu Christe fili Dei, &c. Si verò sermo dirigitur ad spiritum sanctum, dicunt quidam, quòd tunc dicitur in fine: qui cum patre & filio viuit, & regnat Deus, &c. Verumtamen † omnis oratio dirigitur ad patrem,vel ad filium,& nulla ad spiritum sanctum: quia spiritus sanctus ad donum & à dono non petitur donum: sed potius à largitore doni: petitur ergo à patre,& filio, & ad eos sermo dirigitur,tanquam ad donatores,& non à spiritu sancto,qui est donum: & pariter ab vtroque procedit. Si autem ad totam trinitatem sermo dirigitur, tunc dicitur in fine: per dominum,siue, per eundem: & eiusdem. vt in illa oratione canonis: Suscipe sancta trinitas, & in illa quæ dicitur in fine Missæ: Placeat tibi sancta trinitas, in quibus dicitur per Christum dominum: quod succedit in orationibus, in locum,per dominum nostrum causa breuitatis. Idemque in oratione,quæ ad Deũ patrem diritur,de eo mentio fiat,ut in illa,Omnipotens sempiternæ Deus qui dedisti famulis tuis; tunc dicunt quidam:qui viuis & regnas Deus,per omnia secula seculorum. Alij verò intelligẽtes,quòd oratio ipsa ad Deum filium dirigatur: dicunt tunc; qui viuis & regnas in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum,& in illa oratione;Fideliũ Deus omnium conditor: tota namq; trinitas conditor & redemptor est licet Christus propriè sit redemptor.Potest etiam dici,quòd oratio, quæ ad trinitatem dirigitur, concluditur sine aliqua personarum distinct. sic,qui viuis & regnas Deus per omnia secula seculorum.Vel conuertat orans sermonem ad se,vel à populum,dicens: quod ipsa præstare dignetur,& sic etiam concluditur in orationibus benedictionalibus. Sanè in oratione ĩ qua sermo dirigitur ad caput Ecclesię,sic videtur debere dici:qui viuis & regnas: cum Christus sit caput ecclesiæ:extrà de sacra vnctione,cap.primo, sed non est ita.Tota namq; trinitas est caput ecclesiæ.ideoq; dici debet, per dominum nostrum. In exorcismis † verò ad expellendum dæmonem aliter dicitur: quoniam in aquæ benedictione dicitur,per eũ qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Similiter & in catechismis dicitur,qui venturus est,&c. quàm cito.n.diabolus audit Christum esse vẽturum iudicare seculum per ignem: fugit,timens

11

12

mens iudicium ignis; quia scit se post diẽ iudicij æterno igne premendum. Eadem quoque ratione dicit magister Gilbertus, quod orationes in exequijs mortuorum debent simili modo finiri:communis tamẽ vsus ecclesiæ tenet,vt dicatur, Per dominum nostrum,&c.in illa tamen oratione: Fidelium Deus omnium conditor: debet dici,qui viuis & regnas, &c. ut præmissum est. Et aduerte,quòd orationes in laudibus in missa,& in vesperis,sub eodem & solenniori tono dicuntur, pro eo, quòd illæ horæ solennius & festiuius in ecclesia dicuntur: in alijs verò horis & officijs alius tonus minus solennis seruatur,tum quia minus solenniter dicuntur, tum quia illæ ad alium referri possunt signatum. Omnibus autem orationibus, præterquam in exorcismis prẽmittitur,oremus,non tamẽ semper Dominus vobiscum, ut dictum est in præcedenti. ¶ Sequitur videre † quare orationes,quæ circa principium Missæ dicuntur, collectæ uocentur. Et quidem ideo, quia sacerdos qui fungitur legatione ad Deum pro populo, in eis petitiones omnium in vnum colligit,& concludit,ut eas ad dominũ referat, propriè tamen dicuntur collectæ,quæ super collectum populũ dicuntur; puta in processionibus,vel dum colligitur populus ad stationem faciendã; vt de vna ecclesia procedant ad altare.lix. dist.quoniam.de consecr. dist.v. conuenit. In vrbe nanque quælibet ecclesia stationalis habet aliquam ecclesiam sibi vicinam, in qua colligitur populus die stationis, & ibi dicitur collecta super populum collectum: & inde omnes simul ad ecclesiam,in qua fit statio,accedunt. Vnde in concilio Agaten.de conse. distin.v. conuenit, in fi. dicitur quod plebs collecta oratione ad vesperam dimittatur ab episcopo,cum benedictione,& est sumptum hoc nomen de Leuitico,vbi scenophegia, quæ est vltimũ festorum legaliũ,collecta uocatur; pro eo quia in fructuum collectione fiebat; & figurabat futuram operum nostrorum collectionem cum dicetur; Ecce homo, & omnia opera eius cum eo. ¶ Orationum † uarij fuerunt doctores; quarum numerus & varietas intantum excrescebat,quòd octauum Africanum concilium constituit, ut nullæ preces,vel orationes, vel Missæ, vel Præfationes,vel commendationes,vel manuum impositiones dicantur,nisi in concilio fuerint approbatæ. Et Gelasius Papa tam à se,quàm ab alijs appositas preces dicitur ordinasse. Beatus Grego.seclusis his quę nimia,vel incongrua videbantur, rationabilia coadunauit: congrua multa nihilominus per se necessaria superaddens. ¶ Cæterùm,quidam † modum & ordinem excedentes,intantum orationes multiplicant,vt auditoribus tantum tædium generent & fastidium,quasi Deus & homo, verborum multitudine flecti possit,vt præmissum est. de consec dist.v.non mediocriter. cùm econtra Esaias dicat: Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam. & Dominus in euangelio dicat,Cum oratis nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt. Putant enim in multiloquio exaudiri. Vnde cum ei dixissent Apostoli, Domine doce nos orare: compendiosam eos orationem docuit: Pater noster,&c. Hariusmodi ergo orationis formam sequentes sacerdotes in Missa septenarium orationis numerum non excedunt. Nam Christus septem petitionibus omnia corpori, & animæ necessaria comprehendit in illa, prout sub eo dicetur: quia verò numero Deus gaudet impari,quidam obseruãt,vt impares dicãt in Missa orationes,videlicet,vel vnam tantùm,sicut vna epistola,vel vnum Euangelium dicuntur, & iste numerus est ordinarius,vel tres,vel quinque,vel septẽ. Vnum,ad designandum fidei vnitatem,vel vnitatis sacramentum. Tres, ad significandum mysteriũ trinitatis, & quia Christus ter in passione orauit dicens:Pater,si fieri potest,transeat à me calix iste. Quinque, ad designandũ quinque plagas Christi seu in quinque partitã Christi passionem. Septem ad designandum spiritum gratiæ septiformis seu septem dona spiritus sancti. Deus enim diuisionem & discordiam detestatur. Vnde cum cęterorum dierum operibus benediceret,operibus tamen secundæ diei benedixisse non legitur: eò q̃ binarius numerus primò ab vnitate recedebat: & ab eo cæteri diuisibiles numeri originẽ sortiuntur,& impar numerus mundus est. xxxij.quæst.j. nuptiæ. ¶ Et nota, quòd in summis † festis tantummodo dicitur vna collecta:nisi forte eadem die aliud festum

13

14

15

Esa.1.

Mat.6

16

Universidad de Deusto Biblioteca

occurrat. ¶ Sciendum quoque est, quòd totidem collectæ & eodem ordine dici debent in secreta, post communionem, quot præcesserunt ante Epistolam in exordio Missæ nec plures nec pauciores: finis nanque debet suo principio & quilibet post communionem collectæ & secretelæ præcedentibus conuenire. Cauendum est etiam, quia si collecta pro defunctis intermisceatur in Missa quæ dicitur pro uiuis, non finalis, sed penultima, uel antepenultima dicatur, quia finis debet ad suum principium retorqueri, de consec. distinctio. prima. episcopus. Semper enim facienda est memoria pro defunctis: prout dicetur sub 10. particula secretæ, super uerbo: Memento etiam Domine, &c. cæt. quia etiam uiuorum & etiam sanctorum, in quorum honore celebrantur, qui in vita gloriæ uiuunt, auxilio egent. Sed in Missa pro defunctis intermisceri non debet collecta pro uiuis: etiam, ut quidam dicunt, illa communis, Deus qui uiuorum dominaris, &c. ab August. composita ad notandum, quòd defuncti iuuare nequeũt uiuentes in hac uita, nec etiam implorare æternam uitam: licet ipsi iuuari ualeant ab utrisque. In Missa tamen pro defunctis potest, ut quidam dicunt, esse penultima collecta de sanctis, & econuerso. Inno. Papa primus composuit quatuor collectas pro mense Septembri. Innocentius uerò Papa tertius composuit illam. A cunctis nos quæsumus Domine, mentis & corpo-
17 tis defende, &c. In † ecclesia Laterann. unquam dicitur oratio, sed in Missa & in omnibus horis loco orationis alta uoce pronuntiatur orario dominica, quæ in no uo testamento prima oratio fuit. Nam &
18 in primitiua ecclesia sic fiebat. ¶ † Sanè pontifex seu sacerdos dum orare seu orationem dicere incipit, manus eleuat, & extendit iuxta illud He. 12. Manus remissas erigite, & genua debilia roborate, & Romano Pontifici, & etiam alijs episcopis in multis ecclesijs ministri adstantes, eleuatas manus sustentant: quæ manuum eleuatio à lege sumpsit exordium. Legitur enim Exod. xvj. & cap. xxxvj. distinct. si quis quòd cum Israel pugnaret aduersus Amalech in deserto, Moses ascendit super uerticem collis. Cumque leuaret manus, uincebat Israel: si uerò paululum remisisset, Amalech populum superabat: Aaron autem & Hur, sustentabant manus eius, ex utraque parte. Legitur etiã 3. Regum cap. viij. quòd Salomon stetit ante altare Domini in conspectu ecclesię Israel, & expandit manus suas in cœlum orans pro populo. & Gene. 4. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum. Eleuatio autem ipsa, representat, quòd Christus eleuatis manibus ferebatur in cœlum. Vel eleuat manus ad instar Saluatoris in cruce pendentis, Vnde illud: Eleuatio manuũ mearum, sacrificium uespertinum. Extensio uerò manuũ, ideo fit. Nam Christus cum expandisset manus in cruce, pro persecutoribus orauit, dicens: Pater mi, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt, moraliter instruens, quia Christus semper paratus est recipere pœnitentes. Iuxta illud, quòd ipse promisit. Omnis qui uenit ad me, non eijciam foras, Quidam tamen per fidi hæretici deridẽt huiusmodi manuum extensionem, propter illud Esa. ¦Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis.

Act. 1

Psal. 140.

Lu. 23

Ioã. 6

Esa. 1.

SVMMA.

1 *Epistola, quid. Vnde dicatur. & quid significet.*
2 *Epistola vbi debeat legi.*
3 *Epistola cur præmittatur Euangelio.*
4 *Diaconus lecturus Epistolam, à quibus. & quot comitetur.*
5 *Epistolam legens, quo flectere vultum debeat.*
6 *Epistola sumpta ex libro Mosi vel Salomonis qualiter terminetur.*
7 *Epistolam legere non potest quis nisi fuerit subdiaconus.*
8 *Ministerium verbi Dei, est triplex.*
9 *Sedendi vsus, vnde.*
10 *Lectiones Apostolicas & Euangelicas, quis primum statuerit debere dici ante sacrificium.*
11 *Euangeliorum, Epistolarum, & Prophetiarum varia est terminatio.*

De

De Epistola. Cap. 15.

1 O RATIONE finita, dicitur epistola, † quæ significat doctrinam Apostolorum, Elegãter autem illam præcedit oratio, quia legitur Luc. x. ca. Rogate dominum messis, vt mittat operarios suos in messem suã. ¶ Sanè epistola Græcè, & Latinè supermissio, uel superogatio, dicitur ab ἐπὶ q̃ est supra, & σολον missio. Missa enim est ab apostolis supra legem Mosi, supra Psalmistas & Prophetas, supra Euangeliũ, sicut & prophetiæ supra legem, unde & literæ de una persona ad aliã missæ, appellantur epistolæ, scilicet supra missæ, quasi missæ supra, seu præter id, quod refert nuntius uiua uoce, sicut & Apostolus supra id, quod dixerat Ephesijs, Corinthijs & alijs, epistolas
2 mittebat. Legi debet † epistola secundum magistrum Petrum Antisiodoren. in dextra parte ecclesiæ, quia Christus primò uenit ad Iudæos, qui dicebantur in dextera esse, Melius tamẽ fit in medio ecclesiæ pro eo, q̃ Ioãnes fuit medius inter Apostolos, & prophetas, ut iam dicetur. Dicitur quoque epistola in loco inferiori. Euãgeliũ in superiori, & supposito panno, de quo sub Euangelio dicetur. Prẹmittitur † autẽ Epi
3 stola Euangelio. Epistola namq; designat
Luc. 1 officium, quod Ioannes ante Christũ exercuit, qui prẹiuit ante faciẽ Dñi parare uias eius: sicut ipse testatur: Ego, vox clamantis
Math. in deserto, parate viam dñi. Ioannes ergo
20. quasi subdiaconus & sub minister illius, q̃ de se dicit: Non veni ministrari. Vnde sicut prẹdicatio Ioannis prẹcessit prædicationẽ Christi: ita Epistola Euangelium prẹcedit. Gerit quoq; Epistola, figuram legis & prophetiæ, quẹ Christi aduentum prẹcesserũt: sicut ipsa Euangelium præcedit. Præcessit quidem lex Euangelium: sicut vmbra lucem, sicut timor charitatẽ, & initium per-
4 fectionem. ¶ Sanè † subdiaconum epistolam lecturum vnus tantum comitatur acolytus: quia prædicationem Ioannis pauci secuti sunt: quoniam lex neminem ad perfectionem ducit, sed diaconum Euangelium lecturum, tam subdiaconi quàm acolyti & cæteri comitantur: quia prædicationem Euangelij, quæ perfectionem facit, plurimi susceperunt. Dici etiam potest quod per subdiaconi & diaconi ad legendum processum, duplex Christi manifestatio per duplicem eius aduentum significatur, quorum primus vnum tantum habuit præcursorem, scilicet Ioannem, qui per subdiaconum præcedentem significatur. Secundus duos habebit, videlicet Enoch & Heliam, qui per duos vel plures prẹcedentes diaconum figurãtur. Facies autem † epistolam legentis respicere debet altare, quod Christum significat, quia Ioannis prædicatio se & alios dirigebat in Christum, de cuius vultu iudiciũ, & æquitas procedunt, extrà de eccle. ben. vt nostrum. Is verò, qui præcedit subdiaconum euntem legere, non vertit faciem ad legentem, quia Ioannes non ad se audientes, sed potius ad Christum dirigebat. ¶ Sed qui diaconum euntem legere præcedebant, nunc respiciunt ad Euangelium, & ad faciem recitantis. Primò, ut ex mutua vtriusq; inspectione, amor & charitas Christi notẽt, qui in Euãgelio prædicatur. Secundo, vt se esse contestes euãgelicæ doctrinæ ostẽdãt, sicut legitur in Esa. Vos estis testes mei, di cit Dñs. Quia verò Ioannes fuit limes præ *Es. 44* cedentium, & subsequentiũ, medius inter Apostolos & Prophetas. Nam lex & pro-
Lu. 16 phetæ vsque ad Ioannem, & ex eo regnum Dei euangelizatur. Ideò epistola nec semper legitur de prophetis, nec semper de Apostolis, sed interdum sumitur de veteri testamento, interdum de nouo. Ioannes enim, cuius vocem repræsentat epistola, cum antiquis Christum prẹdixit futurum, *Ioan. 1* dicens. Qui post me venit, ante me factus est, & cum modernis. Christum ostendit *Ioan. 1* repræsentem, dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Interdum ergo sumitur de Apostolis, quia licet eorum doctrina non præcesserit euangelium, tamen ad vitam æternam refertur, sicut lex & prophetia, & interdum de veteri testamento, raro tamen, quia velum templi est scissum, nec ponendum est ante oculos velũ, epistola tamen non legitur de quinq; libris Mosi, quia in illis temporalia promittebãtur. In cuius signũ lectiones de illis sumptẹ terminantur in grauem acentũ. ut iam dicetur. ¶ Considerandum † autem est,

Universidad de Deusto Biblioteca

est, quòd quando lectio uel epistola de libris Mosi, uel Salomonis sumitur: nomen eorum recitatur, ut dicetur, in proœmio sextæ partis. Item in epistolis, quæ sumuntur de prophetis, uel de actibus Apostolorum, siue de Apocalypsi ponitur in principio hæc oratio: In diebus illis, & in fine dicitur: ait Dominus omnipotẽs, eo quòd in libris illis hoc sæpe scriptum inuenitur. Eadem etiam ratione, dicitur in epistolis Iacobi & Petri, Charissimi, & in epistolis Pauli, fratres, & in Christo Iesu Domino
Heb. 3 nostro. In epistola tamen ad Hebræos dicunt quidam non debere apponi: Fratres, eo, q̃ Apostolus suspectus erat Hebræis, sed melius est, ut apponatur: quoniam qui dã boni erant inter eos, vt ipse eos in quodam loco eiusdem epistolæ uocat fratres. Propter præmissam etiam causam dicitur in Euangelio. In illo tempore: propriè tamen loquendo nulla epistola est de ueteri testamento, sed illæ lectiones uocantur. Porrò licet in epistolis, quæ de Apoca. leguntur dicatur: Lectio libri Apocalypsis beati Ioannis Apostoli, in quibusdã tamen ecclesijs, & Apostoli tacetur illud verbum beati. Certum est enim, quòd beatus Ioannes præcipuè fuit inter Apostolos à Christo dilectus. Dilectio autẽ Dei, bonos nos
Ps. 64 efficit, quia beatus, quem elegisti & assumpsisti. Hac ergo consideratione, eum sicut cæteros sanctos superuacuum est beatitudinis titulo sanctum ostendere, & solem quodammodo faciebus adiuuare. vj. quæst. j. cap. omnia. cum ipse uelut titulus per se parens effectum beatitudinis, scilicet dilectionẽ Dei euidenter præ cæteris si sortitus. Cæterum nullus debet † epistolam so-
7 lẽniter in ecclesia legere, nisi sit subdiaconus, qui fortè defuerit, dicatur à diacono, de quo dictum est in secunda parte sub tit. de subdiacono, & de diacono, uel etiam à sacerdote. Melius. n. est, ut sacerdos etiam missam cãtans, illam legat, q̃ si ab acolyto vel alio inferioris ordinis legatur. ¶ Circa hoc autem notandum est, quòd populi instructio fit per verbũ Dei, quod quidem à Deo per eius ministros ad populum peruenit: & ideò ea quæ ad plebis instructionẽ pertinent, non à sacerdote, sed à ministris
8 dicuntur. ¶ † Ministerium tamen verbi Dei triplex est. ¶ Primum, authoritatis: quod cõpetit Christo qui minister dicitur, Matthæi septimo. Erat enim sub potestate docens. ¶ Secũdum, manifestæ ueritatis, quod competit prædicatoribus noui testamenti, Rom.
de quo dicitur in secundo Corinth tertio. 20
Qui & idoneos fecit ministros. ¶ Tertium, figurationis: quod cõpetit prædicatoribus ueteris testamenti, ideoq; doctrinã Christi proponit diaconus. Doctrina uerò p̃dicatorũ ueteris testa. proponitur per subdiaconos. Nec obstat, q̃ aliq̃ per eos legit loco epistolę aliquid de ipso ueteri testamento, quia prædicatores noui testamenti etiã ue
tus prædicant. Cæterum doctrina prædica Matt.
torum ueteris testamenti, non semper legitur: sed illis diebus, quibus præcipuè cõ- 21
figuratio noui & ueteris testamenti designatur: ut in ieiunijs quatuor temporum: & quando aliqua celebrantur: quæ in ueteri lege figurata sunt, sicut passio, nariuitas baptismus, & aliquid huiusmodi: & quoniam utraq; doctrina ordinat ad Christum & eorum, qui præibant: & eorum, qui sequebantur: ideò doctrina Christi postponitur quasi finis. Cùm autem dicitur Epistola: genua non flectimus, cùm ad nouum pertineant testamentũ: imò sedemus: quia doctrina in silentio & quiete audienda est.
Vsus † etiam sedendi à ueteri testamento 9
assumitur, sicut in Esdra legitur. Milites tamen stare consueuerunt, qñ Epistolę Pauli leguntur in honorem eius, quia miles fuit: vnde in signum militiæ suę dipingitur cum ense in manu: uel ideò, quia ipse suam prædicationem Euangelium nominauit. ¶ Et est sciendum, quòd nunquam in quadragesima legitur Epistola Pauli: nisi tantum in cœna Domini: quia ad nouum pertinet te
stamentum. ¶ † Sanè lectiones apostolicas, 10
& euangelicas, quis primò ante sacrificium dici debere statuerit, non omnino certum est. Creditur tamen, quòd primi successores Apostolorum, eo q̃ in illis eadem sacrificia celebrari iubentur. ¶ Quæritur autẽ, quare † prophetias voce inferius deflexa: 11
Euangelium uerò ac Epistolam, vocẽ exaltãdo, finimus? Respõdeo per prophetã, quę est in veteri testamento, synagogo, quę inclinata est, & cecidit, intelligitur: ideòque inclinando uocem, & quasi cadendo prophetia finitur. Hinc etiam est, quod synagoga depingitur, quasi fracta hasta vexilli:

per

per Euangelium uerõ & Epistolam Ecclesia militans repræsentatur, quæ exaltata est & ideò illa cum exaltatione uocis finiuntur. Præterea, in ueteri testamento temporalia & caduca promittebantur: in cuius figura lectiones in grauamen accentum terminantur. In nouo uerò testamento spiritualia & eterna, in cuius rei signum Euangelium & Epistola in accentum terminantur acutum. Quædam tamen lectiones de ueteri testamento sumptæ, quæ in officio Missæ pro Epistolis sæpe leguntur, in acutum terminantur accentum: & sub tono Epistolari leguntur. Cum enim tunc in locum Epistolæ succedant, meritò, & quo ad hoc, & quo ad nomen, illarum debent imitari formam.

ADNOTATIO.

* Missio.] Videtur author hoc verbum minus duxisse à sua ἐτυμολογίᾳ. Dicitur enim ἐπιστολὴ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Vel, si maius, ἐπιστολή, iussum, mandatum.

SVMMA.

1 *Subdiaconus, Epistola lecta, reuerentiam facit sacerdoti, quaq; id significatione, & n. 3*
2 *Subdiaconus, manus sacerdotis osculatur, lecta Epistola.*

De reuerentia post lectam Epistolam facienda. Cap. 17.

1 POST lectam † epistolam, subdiaconus cum acolyto ad sacerdotem accedit, illud insinuans Matth. 11. quòd Ioãnes cum audisset in vinculis opera Christi, misit duos ex discipulis suis nõ credentes Christum esse Messiam, vt interrogarent illum. Tu es qui venturus es: an
Ioã. 1. alium expectamus. Et respondens Iesus, ait illis. Euntes annunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis. Cæci vident &c. ut dicetur in sexta parte, sub tertia dominica aduentus. Quia uerò illi per uisa miracula cognouerunt hunc esse, de quo eorum magister prædixerat, Qui post me uenit, ante me factus est, cuius non sum dignus soluere calciamenta sua, ideo pronus ad pedes calciamentum Roma. Pontificis subdiaconus osculatur. Præterea, quia dextra † Domini fecit virtutem, ideo subdiaconus in 2
quibusdam ecclesijs osculatur dextram sa Psal.
cerdotis. Adhuc lecta Epistola subdiaco- 117
nus librum clausum episcopo repræsentat ipse uerò supra illum manum ponit, quam subdiaconus osculatur. Nempe episcopus Christum figurat, qui clausus liber representatur, ad designãdum, quòd solus Christus potuit aperire librũ, & soluere signacula eius: in quo & ipse Christus & eius mysteria clausa erant, donec cœpit ab ipso Christo per prædicationem Euangelij aperiri. Christus autem legẽ, in qua clausus tenebatur opere impleuit, qui non uenit legem soluere, sed adimplere, quòd significat manus impositio super librũ. Manus enim, opus significat. Ipsa quoque manus impositio, significat desiderium & promissionem credendi, & opere complendi, quæ lecta sunt. Quia uerò nemo accipit benedictionem in lege promissam, nisi qui cum amore qui per osculum designatur, opere perficit, quod sermones alios facere docet, ideo ad hoc designandum subdiaconus benedictionẽ accepturus manum episcopi osculatur. ¶ † Rursus quia Pontifex (ut præmissum est) Christum representat, subdiaconus & cæteri debent ei actus suos humiliter subdere, & ab ipso benedictio-
nis gratiam postulare. Vndè in Euangelio: Luc. 7
Cũ omnia benefeceritis, dicite, Serui inutiles sumus, qd̃ debuimus facere, fecimus, & subsequenter episcopus uel sacerdos benedicit, quia & Christus cõmendauit Ioannem dicens: Quid existis uidere in deser- Math.
to prophetam? etiã dico vobis plus, quàm 11
prophetam. Amen amen, dico vobis. Inter natos mulierũ, &c. Subdiaconus ergo post finem, diaconus uerò ante principium sectionis ad sacerdotes accedit, & exhibet reuerentiã, quia lex finem accepit in Christo: sed Euangelium originem sumpsit ab ipso, nam lex & Prophetæ usque ad Ioannem, Euangelium Christi & epistolæ post
Ioannem. In missa uerò pro defunctis sub- Ioã. 1.
diaconus lecta epistola, non uenit in osculum manus tum quia ibi cessat ratio suprà dicta, tum quia in illa missa quælibet solennitates subtrahuntur.

SVM-

SVMMA.

1 *Sacerdos, in missa quare sedeat. limita. nu. 3.*
2 *Sessio ministrorum in missa, quid notet.*

De confessione sacerdotis, uel episcopi & ministrorum. Cap. 18.

1 RATIONE finita † sacerdos seu episcopus sedet. ¶ Et est notãdum, quòd in Missæ officio tribus horis sedet: videlicet dũ epistola legitur, de quo in titu. de mutatione sacerdotis dicetur, & dum responsorium & Allelu-Ia cantantur, significans tres dies, quibus dominus sedit Hierosolymis in tẽplo, in medio doctorum, audiens & interrogans illos. Sedens autem stat conuersus ad populum, ut ostendat potestatem sibi à Deo esse datam, quòd possit speculari, & superintendere, qui stant in ecclesia humiliter, qui superbè, animæ enim ei cõmissæ sunt, & de illis est rationem redditurus Deo. Sed etiam in loco eminentiori, ut quasi uineator custodiat uineam suam, & populo superintendat: nam & dominus in alta polorum sede stans, custodit ciuitatẽ suam. ¶ Porrò, oratio, quæ dicitur ante epistolam, prius, quàm sacerdos sedeat, specialiter significat tempus illud, quo Christus in cœlum ascensurus Apostolis benedixit. Sessio uerò, quę sequitur, significat Christi sessionem post Ascensionem ad dextrã patris: sedes quippè uictoris est. Vnde sessio sacerdotis, uictoriam Christi designat, ut dicetur sub titul. de mutatione sacerdotis.

Luc. 2
Act. 1
Marc. vlt.

2 ¶ Sessio † ministrorum, significat sessionem ipsorũ, quibus dicitur. Sedebitis vos super sedes iudicantes 12. tribus Israel, scilicet illos, qui in cœlestibus iam regnant. Qui uerò in choro laborant, illos qui adhuc in mundo peregrinantur. Vnde lectores & cantores ad officium surgentes, negotium Dei agunt: quibus dicitur: negotiamini, dum uenio. Quidam ergo ministrorũ cum episcopo sedent, per quos Christi membra in pace iam quiescentia, ibi intelliguntur, de quibus Apostolus. Consedere fecit nos in cęlestibus in Christo, aut illi, qui iudicabunt 12. tribus Israel, alij uerò stant, per quos Christi membra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempe pontifice sedente in quibusdam ecclesijs, candelabra mutantur de locis suis, & collocantur in ordinem unius lineæ à primo, vsque ad altare: ad notandum, quòd de plenitudine Christi omnes accepimus in spiritus unitate: sed gratiarum uarietate: diuisiones enim sunt gratiarum; idem autem spiritus. de consec. dist. iiij. cum omni. Spiritus enim à primo cereo stato seu candelabro, id est, à Christo, procedens, & usque ad altare, id est electorum corda perueniens alternatim in membris dona uariat gratiarum. Et memento, quòd acolyti deponunt candelabra in terram, quoniã post peracta prędicationis officia per humilitatem agnoscunt, quòd sunt puluis & cinis, sicut dicit Abrahã. Loquar Domino, cùm sim puluis & cinis. † In Romano ordinario legitur, ut Pontifex non sedeat: donec post primã orationem, dicatur amen. Non ergo debet sedere usque ad lectionẽ, quoniam præcedens officium gratulationi de Aduentu & operibus & Christi deputatur. Episcopus enim Christum uenientem & operantem significat, cæteri uerò eos, qui præibant, & qui sequebantur, & qui obuiabant, repræsentant.

Matt. 19.
Lu. 19
Eph. 2
Ioã. 1.
1. Cor 12
Ge. 18

SVMMA.

1 *Graduale sequitur Epistolam Limi. nume. 2. quid significet. ibid. & 7. & vnde dicatur. nume. 3.*
4 *Graduale, qua voce offerendum.*
6 *Responsorium, vnde dicatur.*
8 *Versus responsorij, vel gradualis, quid significet.*
9 *Hymnus, gloria patri. non cantatur post responsorium Missæ, post horarum autem, sic.*
10 *Gradualia, qui composuerint.*

De graduali. Cap. 19.

1 POST epistolam † cantatur graduale seu responsorium, quod pertinet ad opera actiuæ uitæ, vt notetur nos operibus respondere eis, quæ in lectione audiuimus, scilicet prędicationem. ¶ Rursus, quòd Ioannes prædicabat pœnitentiã dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Et iterum, Facite dignos fructus pęnitẽtiæ. Merito post epistolã graduale sequitur, quod pęnitentiæ lamentum insinuat, propter quod in diebus Pentecostes de officio tollitur, ut iam dicetur. Tertio ideo post epistolam sequitur graduale, quia post prædicationem Ioannis discipuli secuti sunt Christum, sicut Ioannes Euangelista describit. Stabat (inquit) Ioannes, & ex discipulis eius duo, & respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei, & audierunt duo discipuli eum loquentem, & secuti sunt Iesum. Ad hoc cantus epistolam comitatur, quia prædicationes prædicatorum secuta sunt gaudium ecclesiæ & Dei laudes, & præconia credentium de conuersione, quia per graduale, cõuersio de Iudæis, per uersum, conuersio de Gentilibus, per allelu-Ia, utriusque in fide lætitia per sequentiam, canticum uictoria figuratur. Alia ratio ponetur sub titu. de tractu. ¶ † In quibusdam tamen ecclesijs graduale ante epistolam cãtatur, ad notãdum, quòd prædicator prius opere, & postea uerbo debet docere. Dicitur autem † graduale, uel grãdale, à gradibus scilicet humilitatis, significans ascensus nostros de uirtute in uirtutem: sicut filij Israel de mansione in mansionem processerunt, ut tãdem uideamur Deus Deorum in Syon. Vnde in Deut. Terra nostra monstruosa est. Hæc terra, est cęlestis Hierusalem, quæ per cogitationes cœlestium habetur. Conuenit enim graduale illi, qui nedum ascẽdit de uirtute in uirtutem: sed adhuc in conualle positus lacrymarũ: iam tamen ascensiones in corde disposuit. Rectius † ergo faciunt qui graduale non festiuis & modulatis uocibus offerũt: sed quasi cantum grauem, asperum simpliciter potius & lamentabiliter canunt: tamen responsorium, per quod etiam prędicatio noui testamenti figuratur, altius lectione & epistola, quæ significat prædicationem ueteris testa. canitur, vt si quis fortè cordis auribus obturatis, depressa admonitione ueteris testa. non excitaẽ, saltẽ excelsa modulatione noui demulceatur. Verũtamen, & lector & cantor officium suum impleturi gradum ascendunt, quia doctor perfectione uitæ vulgum transcendere debet. iiij. distin. statuimus. ¶ Potest etiam dici, q̃ per epistolam Ioannis, per graduale Apostolorum prædicatio intelligitur: per allelu-Ia, deuotio & lætitia. ¶ Rursus per lectionem, vetus per cantum uerò, nouum intelligitur testa. Sic ergo cantus suauior est lectione, sicut nouum testamen. suauius est ueteri. † Secundo dicitur graduale, à gradibus altaris, eo quòd in festiuis diebus in gradibus cantatur sicut & allelu-Ia, ad notandum præmissos virtutum gradus. In profestis uerò diebus in medio chori ante gradus altaris cantatur, ad designandum, quòd in corde, quòd est medio corporis, præmissos gradus fundare debemus. Tertio, dicitur graduale quoniã apostoli post Dominum gradiebantur, ut iam dicetur. ¶ Responsorium † uerò dicitur: quia uersui uel epistolæ correspondere debet, ut si in epistola agatur de gaudio, & in respõsorio similiter, si ibi de tristitia, & hic similiter, ne possit nobis improperari, quod Dominus dicit: Cantauimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Vnde Apostolus: Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Dicitur etiã responsorium, quia choro respõdente illud incipientibus cantatur: propter quod significat vitam actiuã, in qua sancti se adinuicem hortantur, vt ad æternã perueniant uitam. Potest tamen responsorium ad responsionem Apostolorum referri, quoniã Christo uocante & dicente: Venite post me: ipsi non tantum uerbo, sed opere responderunt, quia relictis omnibus secuti sunt eum, & gradiebantur post Dominum, discipuli post magistrum. de hoc dicetur in proœmio quintæ partis. ¶ † Significat autem graduale seu responsorium laborantes in hac vita, & ideo non dicitur intra octauas paschę & pentecostes, per quas octauæ nostræ resurrectionis designantur, quando omnis laboris expertes erimus, Absterget Deus omnẽ lachrymam ab oculis sanctorum suorum. Itaque in graduali seminamus: in allelu-Ia, metemus. Versus responsorij sic vocatur: quoniam de eo fit reuersio ad ipsum responsorium, prout subtit. de allelu-Ia dicetur. ¶ Rursus graduale bonum opus, & uitã præsentem, in qua seminamus, & à Domino peregrinamus, signifi-

Math. 3.
Ioã. 1.
Deut. 2.
Ps. 83
Luc. 7
Ro. 11
Mat. 4
Apoc. 21

Universidad de Deusto Biblioteca

significat: versus verò adiutoriũ designat.
8 ¶ Versus† ergo post graduale canitur, quia adiutorium nobis est necessarium, quãdiu in hoc ergastulo detinenda. Graduale planè incipitur, ne nimis uersus ascendant, in quo designant, qui religionẽ propter eius austeritatem ingredi metuunt: versus verò altè, in quo designantur, qui ieiunando, orando, & alia bona faciendo ascendunt: non timentes carnem, quam cum uitijs & concupiscentijs mortificant. Ad hoc quandoq; vnus solus uersum cantat, ad monendum q̃ quisq; secum fragilitatem suã tractet. Et quanquam graduum tenore versus alte non inchoetur. In quo etiã significantur hi, qui consideratione proprię fragilitatis quicquid agunt, humiliter agunt. Finito tamen uersu, uox fiducialiter exaltatur, in quo designatur, quod de misericordia Dei confisi fiducialiter omni suæ actio
9 ni insistunt. Cantatur † autem graduale à perfectis, prout in ti. sequenti dicetur. Porrò, responsorium quod in missa cantatur: nec perfectè nec imperfectè repetitur: nec ei, gloria patri, subijcitur, quod tamen in responsorio aliarum fit horarum. Circa quod attendendum est, quòd aliæ canonicæ horæ institutæ sunt, ad referendũ Deo laudes, pro diuersis beneficijs in illis horis ab eo receptis. Hinc est, quòd lectio in illis primo dicitur, in qua beneficium uel pars eius in illa hora datum designatur, postea cantatur responsorium: in quo laus
Phi. 3 beneficio correspondet, quia ergo laus reperi debet, iuxta illud Apostoli: Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete, id est laudem Deo dicite. ideo huiusmodi responsorium repetitur. Sed & quia quis benefactori suo tenetur, Deo uerò nihil aliud possumus, nisi gloriam & honorem offerre: ideo in fine responsorij & cuiuscũque nocturni: ubi in lectionibus aliquod beneficium totum, vel pars eius est repetitum, referimus gloriam, & gratiam trinitati. Responsorium autem, quod in missa cantatur gratiam designat, ut præmissum est responsoriũ Apostolorum, Christo eos uocante, omnia relinquentium. Quia ergo illi nihil retinuerunt pro quo iterum eos uocari oporteret, ideo responsorium illud nullo modo repetitur: sed nec cum gloria patri finitur, quia non ad gloriam, sed ad luctum uocati sunt, dicente Domino in Ioã. Sicut misit me pater, & ego mit Cã. 20
to uos. ¶ Et nota. † quòd Gregorius, Ambrosius & Gelasius composuerunt graduali 10
a: tractus, & allelu-Ia, & ad missam ea cantari statuerunt. Cæterum, quandoque solum responsorium cantatur in missa, quandoque solum allelu-Ia: quandoque responsorium, cum allelu-Ia, quandoque cum tractu: quandoque allelu-Ia, cum tractu, de quo dicetur in sexta parte, sub titu. de septem diebus post pascha.

SVMMA.

1 *Allelu-Ia, quid significet. & vnde profecta vox. nume. 2.*
3 *Allelu Ia verbum hebraicum, & eius interpretatio variè. nume. 4.*
5 *Allelu-Ia quòd cantetur in ecclesia. vnde tractum.*
6 *Pneuma allelu-Ia, quid significet.*
7 *Versus, vnde ducatur.*
8 *Cantorum varia differentia.*

ADNOTATIO.

* De hoc verbo magna est apud Doctos dissensio: primum de significatione, proximè de orthographia. August. enim duas dictiones efficit: ut Allelu. sonet laudate: Ia uerò, uniuersalem uel uniuersaliter, scilicet Dominũ. Ia autem apud hebræos, teste Hieronymo, vnũ est de decem nominibus. Tu ex præsentium Authorum uarietate, probabilius sequere iudiciũ. N.D.

De Allelu-Ia. Cap. 20.

VIA post luctum sequitur cõsolatio. Nam beati, qui lugent † quoniam ipsi consolabun- 1
tur, ideo post graduale cantatur allelu-Ia, quod est lætitiæ canticum, & auditum ab Angelis decantati: sicut legitur in Apoc. 19. ¶ Rursus, quia a- Mat. 5
scensus de uirtute in uirtutem, per quos gradua-

graduale diximus significari, sæpe tædiosi essent, nisi gaudium haberent admistum, sicut filijs Israel multa inconuenientia accideruntur, quando de mansione in mansionem processerunt, ideo post graduale cantatur allelu Ia. Thobię penul, Plateę duę sternuntur auro mundo, & candido, & in
2 uicis eius cantabitur allelu-Ia. Est † autem, allelu-Ia, laus angelica: sententia quidem breuis, magnum continens iubilum, sine incitans ad iubilum. Iubilat enim ec
3. Reg. 9. clesia, sciens quòd grandis restat uia usque ad mõtem Dei Oreb. quod interpretatur mensa timens, quòd fideles obdormiant in fide, & faciant vitulum conflatilem, id est
3 lasciuiant in temporalibus. Est autem † allelu-Ia, hębraicum nomen: uocabulum siquidem significans potius, quàm exprimẽs ineffabile gaudium, in hac uita peregrinantium: gaudium, uidelicet angelorum, & hominum in æterna felicitate lætantium, quod nec oculos uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cuius uerbi expositio secundum Innocen. III. ex 112. Psal. habetur: cum allelu-Ia præmittatur in titu. statim Psalmus exponendo titu. incipit, Laudate pueri Dominum. vn-
4 de, secundum eum † allelu Ia, interpretatur: Laudate pueri Dominum. Aug. verò sic exponit al. id est, saluum: le. id est, me, lu. id est, fac, ia. id est, Domine. Hiero. sic: alle. id est, cantate, lu. id est, laudem, ia, id est, ad Dñm. Greg. sic alle. id est, pater. lu, id est, filius, ia. id est Spũs sanctus, uel alle. i. lux, lu. id est, vita, ia id est salus. Magister Petrus antisiodiorensis, sic al. id est, latissimus, le. id est, leuatus est in cruce, lu, id est lugebant Apostoli. Ia, id est, iam surrexit Petrus comestor dixit super App. & Augusti. in glossa psalterij, q̃ allelu-Ia est uerbum imperatiui modi: & sonat allelu-id est, laudate, ia. id est uniuersalem, uel ia. id est, inuisibilem, scilicet Deum, quasi laus inuisibilis Dei. Et quoniam allelu-Ia, futuræ beatitudinis quasi proprium est uocabulum, merito magis eo tempore, scilicet paschali frequentatur: quo Christus resurgens eiusdem beatitudinis spem nobis tribuit & promissũ: prout ibi dicetur. Quod
5 enim † alijs temporibus caneretur ad missam, olim ecclesiæ Romanæ consuetudo non erat: sed à beato Gregor. constitutum: imò potius restitutum est. Nam cum prius tempore Damasi Papæ fuisset eadem consuetudo defecerat. Hieronymus dicit, quòd allelu-Ia dicatur in missa, tractum esse de Ecclesia Hierosolymitarum. Canimus igitur allelu-Ia, post graduale, canticum uidelicet lætitiæ post luctum pę nitentiæ: summo opere nitentes exprimere magnitudinem consolationis, quæ reposita est lugentibus. Iuxta illud: Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabun- Mat. 5
tur: iubilantes potius, quàm canentes unamque breuem digni sermonis syllabam, in plures pneumas protrahimus: ut iocundo auditu mens attonita repleatur, & rapiatur illuc, ubi semper erit uita sine morte: & dies sine nocte. ¶ Est † 6
etiam allelu-Ia modicum in sermone, & multum in pneuma: quia gaudium illud maius est, quàm possit explicari sermone. Pneuma enim seu iubilus qui fit in fine exprimit gaudium, & amorem credentium, & quanta lætitia & laus secuta sit, per prædicationem & fidem auditam. Iuxta illud: Audiuit & lætata est Syon &c. Ps. 99
& in canticis: Exultabimus, & lætabimur Can. 1
in te. Quid sit pneuma, dicitur in procemio quintæ partis: Quando autem dicitur sequentia: non dicetur pneuma, post allelu-Ia prout sub tit. de sequentia dicetur. Potest etiam allelu-Ia referri ad exultationem eorum, qui de miraculis Christi gaudebant: laudantes Dominum, & dicentes: Quia vidimus hodie mirabilia, & quia Luc. 5
uisitauit Dominus plebem suam. Tunc e- Lu. 18
nim cantabatur iubilo allelu-Ia, quia omnis plebs, ut uidit, dedit laudem Deo, & gaudebat de uniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo. Hinc est, quòd à septuagesima usque ad Pascha, non cantatur allelu Ia. quia tempore tristitiæ non debet decantari carmen lætitiæ: prout ibi in procemio sextæ partis dicetur. Porrò, quòd allelu-Ia interpositio uersu repetitur: & sic bis in missa dicitur, designat æternæ uitæ gaudium: & quod interiecta lætitia Sãcti geminam glorificationis stolam accipient, animæ uidelicet & corporis. Nam Psal. 149
secundum stolam mentis seu animæ, exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. secundum stolam carnis fulgebunt, & tanquam scintillę in arundin. & Sap. 3
de

de hoc dicetur in sexta parte sub sabbato
in albis. Versus ergo nihil sinistrum aut tri
ste, sed totũ iocũdũ, & dulce debet sonare,
Ps.29 quales sunt illi. Dns regnauit decorẽ indu
Ps.96 tus. Dns regnauit, exultet terra &c. Iubila
Ps.99 te Deo oīs terra &c. Iustus & palma flore-
Ps.91 bit &c. quoniã absterget Deus oẽm lachry
Apoc. mam ab oculis sanctorum, & iam non erit
21 luctus, neque clamor, neque dolor erit ul-
7 tra. ¶ † Versus quoque dicitur à reuerten
do, eo quòd per eum reuertimur ad allelu
Ia, qui post allelu Ia sequitur, quia significat operationem, quæ laudi coniungi debet, quia non bene Deum laudat, qui bene operari cessat. Per hoc uerò quòd allelu Ia cũ pneuma repetitur, laus & gaudium ineffabile patriæ significatur. In nõnullis ecclesijs allelu-Ia cantatur à pueris, gra-
Ps. 8. duale à magnis, ut notetur, quòd Deus ex
Psal. ore infantium perfecit laudem, & psalmi-
112 sta. Laudate pueri Dominum, cuius psalmi titulus est allelu Ia. Illi enim, qui pueri sunt, laudi Christi conueniunt, fortes verò in fide, & in tolerando aduersa, qui pugnare possunt, contra amalechitas, gradua
3 le debent cantare. ¶ Circa † hoc notandũ est quòd cantorum alij sunt, qui in choro cantus uoce magna distribuunt: hi sunt rectores ecclesiẹ, qui Deum laudant, & alios uerbo & exemplo ad laudandum inuitãt, alij sunt pueri, qui graduale in gradibus cantant, hi sunt actiui de uirtute in uirtutem, in charitatis gradibus ascendentes, qui dũ graduale inchoant, alios ad cõpunctionẽ inuitant. Dũ uersum concinunt ad se redeuntes suas cogitationes accendunt, & dum illum finiunt, se bonum certamen
2.Tim. certasse, & cursum insinuant consummas-
4. se. Alij sunt perfecti uiri, qui in alijs eccle sijs allelu-Ia uel tractus in pulpitis concinunt, hi sunt contemplatiui, carnem affligentes, & mentem excedentes, quorũ conuersatio est in cęlis, non est hic hominum,
Phil.2 sed Angelorum. ¶ Sequentiam uerò non illi soli decantant, sed chori communiter iubilant, quoniam iubilus æternus & ineffabilis, angelis erit communis & hominibus. Deberet etiam allelu-Ia in gradibus & uersus orientem decantari, & quoniam vitam contemplatiuam significat, debet legi in altiori loco, quàm responsoriũ, quod
9 actiuam designat. ¶ † Rursus in quibusdam ecclesijs cantans allelu-Ia, sumit aliquid in manu, ut insinuet se Deum non solum uoce, sed etiam opere collaudare, seu manus ducit, iuxta psalmistam. Omnes gen- Ps.46
tes plaudite manibus, iubilate, &c. In plerisque etiam ecclesijs allellu-Ia de Trinitate cantant in dominicis diebus, scilicet Benedictus, uel qualis pater, ut fidem hilater profitentes ad spem perueniant. Et attende, quòd allelu-Ia dominicale, à Pentecoste usq; ad Aduentum sæpe omittimus quoniam aliter & aliter in alij & in alijs gradualibus disponuntur. Et igitur diligens cantor attendat, & diligẽter vniuersitatibus officiorum assignet.

SVMMA.

1 *Tractus, quid. Et quando, & cur adsumatur ecclesia. Et vnde. nu. 3.*
2 *Tractus, & allelu-Ia, quam differant.*
4 *Tractuum dicendorum ordo. & nu. 5.*
6 *Tractus, significat captiuitatẽ Babylonicã.*
7 *Versus sequentiarum, cur dicãtur à duobus.*

De tractu. Cap. 21.

DOMINICA † septu- 1
agesimæ, usque ad uigiliam paschę, scilicet in diebus & officijs luctus quia tunc non canitur carmen lætitiæ, loco allelu-Ia, quod significat exultationem habitam de spe æternorum dicitur tractus ex institutione Thelesphori Papæ. Dicitur autem tractus, à trahendo, quia tractim & cum asperitate uocum & prolixitate uerborum canitur, eo quod miseriam & laborem præsentis inco Psal.
latus insinuat, de quo Psalmista. Heu mi- 119
hi, quia incolatus meus prolungatus, &c. In tractibus enim representatur longa sanctorum patrum expectatio. & Iudæorũ captiuorum mœror, & afflictio, qui tempore Babylonicę captiuitatis sedentes super flu Psal.
mina Babylonis, & flentes in salicibus, sua 136
organa suspenderunt: quod tempus ecclesia representat à septuagesima cantica lætitiæ subticendo, & tractus dicendo. ¶ Tan
tum † autem interest inter allelu-Ia, & 2
tractum, quantum inter lætitiam & tribulationem.

lationem. Item tantum interest inter responsorium, cui omnes respondent, & tractum, cui nemo quantum inter actiuam & contemplatiuam vitam. Est autem tractus medius inter respõsorium & allelu-Ia, vt dicetur in vj. parte sub tit. de septẽ diebus post Pascha. Porrò, tractus quia gemitum & canticũ lachrymabile exprimit: lachrymas sanctorum, siue in actiua, siue in con-
3 templatiua vita repręsentat. † Vnde tra-
Iosue. ctus dicitur, quia sancti suspirãtes ab imo
15 pectoris gemitum trahunt quia licet gau-
Psal. deant, vt monet allelu-Ia, tamẽ hic in val
136 le lachrymarum commorantes, habent irriguum superius & inferius: quod tractus mysticat: gemit enim flebiliter pro dilectione superną beatitudinis, & super flumina Babylonis sedentes patriæ suæ memores: interim lachrymas fundunt pro suis & aliorum accessibus: dum ex uicinitate Babylonici fluuij seipsos vident sepe asperos & alios penitus immersos: ipsius fluuij rapiditate ferri deorsum. Sed quia hic ploratus, quandoque est respectu superni gaudij: quandoque respectu nostræ miseriæ: ideo tractus similiter quandoque est de lætitia pro superiori irriguo, vt De profundis & alijs huiusmodi, de vtroque irriguo tractat Greg. ī iij. lib. dialogorũ. c. xxxiiij.
4 ¶ † Et est aduertendum quia post duos tractus tribulationis, sequitur tractus lętitię: prout sub dominica septuagesimę, & dominicis sequẽtibus videri potest, & hoc ideo quia post duos dies sepulturæ domini occurrit tertius resurrectionis. ¶ Rursus, qa gaudium sanctorum non est hic plenum & continuum, sed sæpe interrumpitur: ideo ecclesia quandoq; interponit tractum, vt in tempore septuagesimali: & cum in sabbato paschali, post alia sequatur, tractus, quia hoc gaudium non expedit sine fletu: in sabbato tamen in albis duplicatur allelu-Ia: quia æterna vita perfectum erit gaudium: glorificata carne cum anima, & com pleta resurrectione sanctorum cum resur-
5 rectione Christi. ¶ Sanè, in † dominica se-
ptuagesimę vsque ad quartam feriam cinerum dicuntur tractus solum in dominicis diebus, eo quòd populus tunc melius conuenit in ecclesia, qui indiget edoceri, qualiter captiuitatem diabolicam per babylo-
6 nicam significatã, debet deplorare. ¶ † Tractus enim tempus babylonicę captiuitatis repręsentat, sed post dictam feriam, quæ est caput ieiuniorum, magis frequentãtur, quia tunc magis est tempus mœroris & afflictionis: utpotè ordinatum ad excutiendum iugum diabolicæ captiuitatis: per mę roré contritionis, & humilitatẽ confessionis: atque asperitatem satisfactionis, quæ præcipuè in ieiunio uigent. Sed licet & dominica dies resurrectionis figuret, tamen in dominicis septuagesimæ cantica lætitiæ subticentur, & tractus dicuntur, quia Iudæi toto septuagenario babylonicæ captiuitatis continuè afflicti fuerunt, & non in istius uitæ septuagenario, quæ per septenarium, & per consequens, per septuagenarium ducitur, continuè dolores & miserias experimur: donec ad octauam ueræ & perfectæ, & non figuratæ resurrectionis, per Christi misericordiam veniamus. ¶ † Postremò considerandum est, 7
quòd uersus sequẽtiarum bini & bini, sub eodem cantu dicuntur: quod contingit, quia (ut plurimum) bini & bini per rithmos sub paribus syllabis componuntur, quod in uersibus tractuum non reperitur, qui ex sacra scriptura vt plurimum sumuntur: ideoque intantum nequeunt combinari. Rursus illæ sub uno cantu combinantur: ad notandum, quòd exultatio ueræ charitatis in uno Deo perficitur: sequẽtia enim exultationem, combinatio charitatem designat. Versus uerò tractuum, quia męrorem significant. singulariter decantantur: iuxta illud Psal. Singulariter Psal.
sum ego, donec transeam. Hier. xj. quæst. 140
j. quando. Solus sedebam, quia amaritudine plenus eram. ¶ Non est etiam omittendum, quòd licet regulariter graduale, vel allelu-Ia immediate sequatur epistolam: ne nos musicus ille reprehendat dicens: Cantauimus & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis. Allelu-Ia. n. cantatur pro saltatione: graduale pro planctu subiungitur pœnitentiæ. Hoc tamen fallit in sabbatis quatuor temporum: & in quarta & in sexta ferijs maioris hebdomadę, & in quibus tractus immediatè sequitur epistolam, & hoc ideo, quia in illis diebus musicus ille nobis aufertur: Nam in dicta quarta feria uẽditur: in sexta crucifigitur, quod in dictis sabbatis, quo ad aliquid re-

Universidad de Deusto Biblioteca

præsentatur: & ideo ad maiorem luctum insinuandum, tractus in illis immediatè epistolam comitatur. Quòd autem tractus maiorem insinuet luctum quàm graduale: per hoc innuitur quòd nunquam cum allelu-Ia cantatur: nisi ob specialem causam in sabbato paschali.

SVMMA.

1 *Sequentia seu prosa, quid & quidnã notet.*
2 *Nocherius Abbas, sequentiarum author.*
3 *Petrus Compostellanus episcopus, author est antiphonæ: Salue Regina.*

De prosa seu sequentia. Cap. 22.

1 POST allelu-Ia, † prosa seu sequẽtia dicitur quod est similiter canticum exultationis ad notandũ geminam glorificationis stolã, quã sancti accipient, prout iam præmissum. Cantatur autem sequentia ab omnibus simul, in choro, vt notetur concordia charitatis: talis enim laus Deo
Can. 4. placet: vnde in canticis: vulnerasti cor meum, soror mea, sponsa mea, in uno oculorum tuorum: ideo dicit in uno, ut notetur concordia & uoluntas uniformis, quia laus sic facta, est cibus delicatissimus Deo hæc est tunica illa incõsutilis, quam Deus non patitur scindi. xvj. q. xj. sicut de hoc dictum est sub ti. de allelu-Ia, ut dicetur in proœmio quintæ partis, ubi de antipho-
2 nis agitur. ¶ Nocherius abbas sancti † Galli, in Theutonia, primo sequentias pro pneumis ipsius allelu-Ia composuit, & Nicolaus Papa ad missas cãtari concessit. Sed & Hermanus contratus Theutonicus, inuentor astrolabij, composuit sequentias illas: Rex omnipotẽs & sancti Spiritus, &c. & Aue Maria gratia. & antiphonam. Alma redemptoris mater. & Simon bariona Petrus uerò Compostellanus episcopus, fe-
3 cit illam. † Salue Regina misericordiæ, uita dulcedo, & spes nostra, salue: ad te clamamus. Quidam uerò rex Franciæ Robertus nomine, composuit sequentiam illam: Veni sancte Spiritus. & hymnum Chorus noue Hierusalem. Antiquitus enim mos erat, ut semper cantaretur allelu-Ia, cum pneuma, sed postea dictus Papa instituit loco illius pneumæ in præcipuis solennitatibus sequentias dici. Quando ergo non dicetur allelu-Ia, non decet sequentia dici, quoniã loco pneumæ eius dicitur, & idem significat, quod pneuma, scilicet æternę vitæ gaudium, & delicias: quæ nullo uerbo exprimi possunt: & ideo per pneuma, quæ est uox nõ significatiua, intelliguntur. Et inde est, q̃ quidam sequentiæ antiquæ solent uerba noua & incognita habere & inusitata: tum quia cœli gaudium secretum atque incognitum mortalibus est: tum quia nobis incognitus est modus laudandi Deum in patria, tum quia iubilus cordis in præsenti vita cognitus est ad plenum: tum quia omnia noua sunt pulchritudine decorata: vt in proœmio digestorum. Hodie verò sequentiæ cum uoce significatiua dicuntur, ad notandum, quòd in illa magna festiuitate uitæ æternæ iubilus plenè scietur. Sequentiæ uerò æternæ uitæ mysticant laudes, iuxta illud: Beati, qui habitant in domo tua Domine: in se- Ps. 83
&c. Habent enim uerba laudiflua & dulcem atque suauem cantum: quia ibi omnia erunt plena laude & melodia cœlestis organi, abundauit dulciflua lætitia, quia sicut lætitiam omnium habitatio erit ibi. ¶ Rursus quoniam laudes æternitatis uerbis humanis plenè non resonantur, ideo Ps. 86
quædam ecclesiæ mysticè pneumatizant sequentias sine uerbis, aut saltem aliquos uersus earum. nullã enim erit significatio uerborum necessaria, ubi singulorum corda patebunt singulis intuentibus librum uitæ, & ubi idem erit testis accusator, & iudex. x. q. iij. eorum. ¶ Et nota, secundum Isidorum, quòd prosa est producta ratio à lege metri resoluta, sic dicta, ex eo quòd sit profusa: seqnẽtia uerò dicta est, quia pneumam iubili sequitur: & hic in Euangelio dicitur: sequentia sequentiæ in numero singnlari.

SVMMA.

1 *Sacerdos mutat locum in altari. Et id qualiter, quãre significatione.*
2 *Euangelium, quo consilio legatur in sinistra parte altaris.*

De

De mutatione sacerdotis. Cap. 23.

1 HACTENVS, dum epistola lecta fuerit, & choro graduale psallente, sacerdos † tacitus ad dextram partem sedebit altaris, Illud insinuans, quòd Ioanne prædican te Christus quodãmodo tacebat: quia non prædicabat apertè, sed dicturus Euangelium surgit, quia ut Euangelista tradit: postquam Ioannes traditus est, uenit Ie-
Mar. 1 sus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei: & quoniam sedes uictoris est,
Matt. sessio sacerdotis, uictoriam Christi rectè
4 significat, qui post ieiunium uicit diabolum: nam reliquit eum tentator, & accesserunt Angeli & ministrabant ei. Post dictam ergo sequentiam, surgens sacerdos, & ad sinistram altaris partem accedens, pronunciat Euangelium, significans, quòd Christus non uenit uocare iustos, sed peccatores: iuxta quod ipse in Euangelio dixit: Quia non indigent qui sani sunt, medico: sed qui male habent. ij. quæstione. j.
Matt. 9 multi. per dextrã enim iusti, per sinistram autem peccatores significantur: propter quod Dominus in iudicio statuet quidem oues à dextris: hœdos uerò à sinistris, de hoc dictum est sub titu. de oratione. Qui-
2 dam † tamen dixerunt, quòd ideo sacer-
Math. 25 dos in principio missæ consistit ad dextrã, cum uerò pronunciat Euangelium conuertitur ad sinistram, & circa finem iterum redit ad dextrã: quia cultus Dei primo fuit in populo Iudæo, & Iudæa tunc erat ad dextram: deinde Iudæis non credentibus, & uerbum Dei tanquam indignis respuentibus, cultus Dei transiuit ad Gentes, ad quas Apostoli transierunt, & tunc Iudæa fuit à sinistra parte, & circa finem reuertetur iterum ad Iudæos, ad prædicationẽ Enoch & Heliæ, qui conuertent corda patrum in filios: quoniam in diebus illis saluabitur Iuda, & reliquiæ Israel saluæ fiẽt: qui enim primo dixerat in uiam Gentium
Luc. 1. ne abieritis. posteà præcipit, dicens: Ite in
Hier. 22 orbem uniuersum. Quia ergo prædicatio peruenit etiam ad illos, qui in sinistra
Marc. vlt. parte fuerunt, dum siccato Gedeonis uellere ros aream irrigauit, merito in parte sinistra legitur Euangelium, sicut in seq. Iudi. 6
titu. dicetur. Vnde versus: Est ratio, cur pars altaris dextera missæ, principium finemque tenet mediumq; sinistra: Dextera Iudæos, Gentiles læua figurat. Cępit ab his, defertur ad hos, refertur ad illos nostra fides: & erunt omnes in fine fideles. Sed cum sacerdos, qui pronunciat Euangelium, representat personam Christi, qui Matt.
non prædicauit Gentibus, sed Iudæis: iux- 15.
ta quod ipse dicit in Euangelio. Non summissus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vtrum illud rectè dicatur: prudens auditor aduertat. De hoc dictum est sub titu. qualiter episcopus uel sacerdos. Ad quancunque uerò altaris partem ille se transferat, ministri eum retro sequuntur, prout dictum est ibidem.

SVMMA.

1 *Diaconus lecturus Euangelium, benedictionem petit. Et quorsum idipsum. nu. 7.*
2 *Euangelium, vnde dicatur. Et quid.*
3 *Euangelium, est mysteriorum omnium capus.*
4 *Diaconus, manuũ Pontificis quare osculetur.*
5 *Euangeliorum librum, vnde sumat diaconus.*
6 *Diaconus librum euãgeliorum ab vtra sumat potius altaris parte.*
8 *Diaconi benedictio, vnde cœperit.*
9 *Diaconus qualem debeat se præstare.*
10 *Diaconus et subdiaconus eademne via in pulpitum ascendant: atque redeant.*
11 *Puluinar suppositum libro euangeliorum, quid notet.*
12 *Diaconus, cur præmittat ante Euangelium, turibulum cum incenso.*
13 *Acolyti cum turibulo & incenso præcedunt diaconum dicturum Euangelium. Et quibus de causis.*
14 *Cerei, quid significent. & nu. 15.*
16 *Crux antecedit diaconũ in Euãgelij lectione.*
17 *Ambo, ambonis: quid, quidque notet.*
18 *Euangelium in alto & sublimi loco dicitur. fallit. nu. 19.*
20 *Aquilæ superimponitur liber euangeliorum, & qua significatione.*
21 *Euangeliũ, quare versus aquilonem legatur.*
22 *Diaconus, lecturus euãgeliũ, populũ salutat.*
23 *Euãgeliũ legente diacono, oẽs stãtes audiunt.*
24 *Euangelium, auditur nudato capite. Item positis armis & baculis. nu. 25.*

26 *Diaconus, cur principio Euangelij, subijciat sequentia sancti Euangelij.*
27 *Diaconus, initio Euangelij, lustratos, frontem, & cor, signo sanctæ crucis: Item populus. nu. 28. Et quid ita.*
29 *Subdiaconus, vtram manuum supponat libro Euangelij.*
30 *Diaconus, librum Euangelij osculatur.*
31 *Subdiaconus, librum Euangelij, refert, vacuo diacono.*
32 *Sacerdos, osculatur Euangeliũ: Euangelio dicto à diacono. Et qua id significatione. n. 33*
34 *Sacerdos cur turificetur, dicto Euangelio.*
35 *Euangeliorum præfationis duæ, & vtrilibet vbi locus.*
36 *Euangelijs, quibusnam præponatur. In illo tempore, & quibus non.*
37 *Euangelia leguntur variè. pro loci, temporis, & rei varietate.*
38 *Mulier vel abbatissa non potest legere Euangelium in Missa.*

De Euangelio. Cap. 24.

1 VPRA proxime tactum † est, qualiter sacerdos non solenniter celebrãs, ipsemet Euangelium dicit. Verũ, quando episcopus uel sacerdos celebrat cum ministris cuncta solennius peraguntur, tunc. n. in quibusdam ecclesijs, ut Romę, diaconus dextra manu Pontificis osculata codicem Euangelij sumit de altari: illum subdiacono ad ferendum tradens: postea benedictionem postulat ab episcopo, vel à sacerdote, & ei benedicitur. In alijs tamẽ ecclesijs prius benedictionem postulat, quàm codicem accipiat de altare. Data itaq; benedictione procedit diaconus, ad pulpitũ per dextram partem chori: quem præcedit diaconus, cum textu Euangelij, & illũ præcedit turibulum cum incenso, & ante turiferarium ceroferarij cum faculis accensis, ante illos in quibusdam ecclesijs Crucis uexillum: sicque pulpitum ascendit, & Euangelium incipit, in quo dicto ab episcopum uel sacerdotem simul redeunt, quæ singula prosequemur. Notandũ est autem, quòd in quibusdam ecclesijs in præcipuis festiuitatibus, diaconus proficisci uolens, ad legendum Euangeliũ. incipit antiphonam, quę est in nocturnis super benedictus & dum ipse accedit ad pulpitum, illa cantatur & finitur à choro, ut noteẽ charitas, & cantatur sine pneuma: ad notandum, qd Deus non præcepit nos habere, nisi simplicem charitatem. ¶ Sanè iam figura mutatur. nam diaconus, qui prius representabat prophetam iam, representat Ioannem Euangelistam: quoniam lex & prophetæ usque ad Ioannem, & ex eo regnum cœlorum euangelizatur. Ideo autem Euangelium legitur, ut uelut Christus post legẽ, prophetias, & Psalmos ore suo prædicauit: ita post epistolam responsorium & allelu-Ia, per illud populo prædicatio eius annuntietur. † Et dicitur Euangeliũ, quasi bonus nũtius ab εὖ quod est bonum, & ἄγγελος qd est nuntius. Est. n. Euãgeliũ Christi & Apostolorũ prædicatio: nuntiat quidem uitam, post mortẽ: requiem, post laborem: regnum, post seruitium. ¶ † Est autem sciendum, quod sicut caput præeminet cæteris corporis mẽbris, & illi cætera membra seruiunt: sic & Euangelium principale est omniũ, quæ ad officium missæ dicuntur, & toti pręeminet officio missę, & quęcunque ibi cantatur, & leguntur, illi consentiunt in intellectuali ratione prout in sexta parte sub qualibet dominica dicetur. ¶ † Diaconus ergo primo dextram manum pontificis, osculatur, nihil dicẽs: quia prędicator euangelizare debet pro gloria æterna, de qua sponsa dicit in cãticis: Dextera illius amplexabitur me. Nã & Angelus qui resurrectionis Christi gloriam uenerat nuntiare, sedebat in dextra, stola candida coopertus. In alijs tũ ecclesijs non osculatur, sed solũ inclinans benedictionẽ poscit. Verum subdiaconus uel diaconus non manus, sed pedes Ro. pontificis osculatur, vt summo põtifici summã exhibeat reuerẽtiã, & ostendat eũ esse illius vicariũ, cuius pedes osculabatur mulier illa, quæ fuerat in ciuitate peccatrix. Adorandũ est. n. scabellum pedum eius, quia sanctũ est, cuius etiam resurgentis à mortuis pedes mulieres tenentes, adorauerunt. Generaliter nemo debet manum summi Pontificis osculari nisi cum de manibus eius aliquid accipit, vel cum ad manus eius aliquid tribuit ut ostendatur, quòd ex utroque debemus

Matt. 10.

Luc. 7
Psal. 109
Matt. 28

ei gratias agere, qui sicut semper dat propria: sic nunquã recipit aliena, Quas oblationes Romanus Pontifex recipiat, sub titulo de oblationibus dicetur. ¶ Subsequẽter † diaconus textum Euangelij sumit de altari, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem: non utique mosaica lex quondam exiuerat de monte Sinai, sed euangelica, de qua propheta ait: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, consummabo testamẽtum nouum, supra domum Israel, & supra domum Iuda. Sumitur etiã liber de altari, quoniã Apostoli, de altari Euangelium acceperunt, cum prædicantes passionem Christi euangelizabant. Vel altare in hoc loco, significat Iudæos, à quibus transfertur regnum Dei, & datur Genti facienti fructum eius. Et ex eo, q liber sumitur de altari, notatur, q Euangeliũ est uerbum Dei, quod per altare significatur, secundum illud Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. Et propter premissas rationes, quidam volentes dicere finita missa Euangeliũ sancti Ioannis, vel aliud, imprimunt primo signũ crucis super altare, & postea in frõte. ¶ Sumit † autem illum, vt quidam volunt, de dextra parte altaris, quia ecclesia de Iudæis, à qua nostrum sumpsit exordiũ antiquitus, fuit à dextris, & ponit eum in manu sinistra, dextram supponẽs: iuxta illud: Leua eius sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me, & hoc propter triplicẽ causam. ¶ Primo, quia Euãgelista docet cœlestia, quę per dextram, terrenisque per sinistram intelliguntur, supponi. ¶ Secundo, inclinatur liber super sinistrum humerum, ad notandum quòd Christi prædicatio de Gentili populo, trãsibit ad Iudaicum. Esa. xx. c. in diebus illis saluabitur Iuda. ¶ Tertio, quia in uita tẽporali, qui per illam significatur, necesse est Euangelium prædicare, Et textus Euangelij in quibusdam ecclesijs ornatur exterius argento, & lapidibus, prout dictũ est in parte iij. sub tit. de legalibus indumentis. Liber autem ipse ab aduẽtu sacerdotis, ad altare, donec Euangeliũ legatur, super altare remansit: quod quantum ad hoc significat Hierusalem: quoniam euãgelica doctrina primum in Hierusalem facta est, & ibi permãsit ab aduentu Dñi, donec publicaretur Gentilibus, Iuxta illud: De Sion exibit lex, &c. vt supra, Hierusalem enim est locus passionis, quæ per altare etiam significatur. ¶ Cõsequenter † benedictionem postulat, quia nullus debet prædicare nisi mittatur. Iuxta illud: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur: extrà de hære. cum ex iniuncto. & Dominus inquit Apostolis: Rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. xxv. dist. in nouo. Esaias autem cum audisset uocem domini dicentis: Quem mittam & quis ibit ex uobis. Respondit: Ecce ego sum, mitte me: dixitque Dominus. Vade, & dic populo huic: audite audiẽtes, &c. viij. q. j. sciendum. ¶ Rursus † huiusmodi benedictionem præfigurauit Moses, qui ascendens in montem accepit tabulas & benedictionem, & populo mandata proposuit, & Dominus etiam benedixit ordini diaconali cui dedit Spiritum sanctum, & misit ad prædicandũ per vniuersum orbem. Pontifex ergo, uel sacerdos uisibiliter benedicit diacono, qui lecturus Euangelium, quod non fecerat subdiacono lecturo epistolam, quia Christus inuisibilis manens. legem, & prophetias quæ per epistolam significantur, inuisibiliter misit: sed postquam in terris uisus, & cum hominibus conuersatus est, Apostolos & Euangelistas uisibiliter misit, & docuit. Euntes (inquit) prædicate, dicentes: Appropinquabit regnum cœlorum, Illi autem regressi circuibant castella, euangelizantes, & curantes ubique. Et mittit eũ ad legendum Euangelium, ad notandũ quòd Christus misit Apostolos ad prædicandum regnum Dei. ¶ † Diaconus autem, ea quæ sibi in benedictione dicuntur cõsiderans, se corde purum, ore mundum, & opere castũ, studeat exhibere, quatenus sacro sanctum Euangeliũ possit dignè proferre, quia puteus aquarum uiuentium, id est euangelica prædicatio, non fluit impetu, id est, libere, nisi de libano, id est, corde casto, & ore candido Non enim est speciosa laus in ore peccatoris, imò peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias, & assumis testamentum meum per os tuum? iij. q. viij. §. quod testatur, & ideo signo crucis munitur, deinde licentia & benedictione obtentis, & insuper cruce impressa, ut securus incedat, procedit ad pulpitum cum silẽtio, inclinato capite: nihil in quibusdã ecclesijs

5

Esa. 2.

Matt. 21

6

Gãt. 2.

Esa. 1.
Rom. 10

Lu. 10

7

8

Exod. 24

Esa. 6

Baruc 2.

Matt. 10

9

Luc. 4.

Cãt. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

ferens, propter illud, quod dñs ipse præce
pit Apostolis, quos misit ad prædicãdũ re
Lu. 10 gnũ Dei. Nihil inquit tuleritis á uia, & ne
minẽ salutaueritis. In alijs tñ ecclesijs dia
conus fertlibrũ, vt iã dicet. Sed peruenies
ad ambonẽ, salutat quasi intrãs domũ cui
offert pacẽ, ut infrà dicet, & transit per de
xteram partẽ chori ad sinistram, ut liber
euangelij de dextra ad sinistram transfer-
tur: & ibi legitur, quia de Sion exibit lex
Esa. 1. & uerbum, vt supra. Iudæa enim respuen-
te verbum Dei, Apostoli transierunt de
Iudæis ad gentes, & postea prędicatum est
Gentibus, quæ per sinistram intelligũtur.
Actu. Vnde Apostolus ab He. dicit: Vobis opor-
13. tebat prius prædicare uerbũ Dei, sed quo
niam repulistis illud, & indignos uos iudi-
castis, ecce conuertimur ad gentes. extrà
de renun. nisi de hoc suprà in tit. proxi. In
10 ecclesia † Romana & in quibusdam alijs
subdiaconus per unam uiam, & diaconus
per aliam in pulpitum ascendit, quoniam
ille docendo, & iste discendo in augmen-
tum scientiæ procedit, & quia ministrator
per meritum operis, & prædicator per me
ritum oris in augmentum iustitię progre-
Ps. 35 ditur. unde psalmista: Iustitia tua sicut mõ
tes Dei, per eandem tamen viam desce-
dentes ad pontificẽ reuertuntur: quia per
finalem perseuerantiam pertingunt præ-
Matt. mium: sicut dominus ait: Qui perseuera-
10. uerit vsque in finem, &c. de pœn. dis. ij. apo
stolus & c. multi. Et quia prædicatio sine
Act. 1 opere, non sufficit. Cœpit enim Iesus face-
re & docere, ideo prædicator per eandem
uiam reuertitur, per quam accesserat mini
strator. Præterea, ideo lecturus Euangeliũ
ab vna parte progreditur, & ascendit: & ab
altera regreditur & descendit: iuxta illud
Euangelij: Per aliam uiam reuersi sunt in
regionem suam: quoniam Apostoli prius
Mat. 2 prędicauerunt Iudęis, & postea Gentibus,
Actu. secundum illud Apostoli: Quoniam repu
13. listis uerbum Dei, & indignos uos fe. &c.
11 ¶ Sanè diaconum † subdiaconus antecedit,
quia Ioannes & eius prędicatio Christum
& eius prædicationem præcessit, portans
in quibusdam ecclesijs, puluinar quod li-
bro supponat. Per puluinar quidem, quod
libro supponitur, ad quietem, significatur
uitæ solatium, siue tẽporalia: quasi dicat,
Si vobis seminamus spiritualia, non est mi
rũ si à uobis metimus carnalia. j. Cor. 9. 12.
q. j. §. j. Nam secũdum Apostolũ 1. ad Cor. 1. Cor.
Qui altari seruiunt, cum altari participãt. 9.
extrà de præben. cùm secundum. dignus est
enim operarius mercede sua Matth. 10. & Deut.
dominus pręcepit in lege: Non claudes os 15.
bouis triturantis. extrà de præben. extir-
pãdæ. ¶ Rursus puluinar supponitur Euan
gelio, ad notandum, quòd suaue est iugum
domini, siue onus Euangelij illud portare Math.
uolentibus. Vnde in Matthęo: Iugũ meum 11
suaue, & onus meum leue: huic iugo, qui
subijcitur, omnia subiecta habet, secũdum
Aug. puluinar ergo suauitas & dulcedo in
mandatis Dei. Vnde propheta: Parasti in Ps. 83
dulcedine tua pauperi Deus, & iterum, q̃ Psal.
dulcia faucibus meis eloquia tua domine. 118
In ecclesia tamen Romana diaconus præ-
cedit, vt doctor, subdiaconus sequitur, ut
auditor: ille præcedit, ut prędicet, iste se-
quitur, ut ministret. Post lectionem uerò
subdiaconus, quasi sufficienter edoctus pręcedit referens Euangelium, quoniam mercedem Euangelij de sua ministratione reportat, secundum illud, quod dominus ipse promisit in Euangelio, Qui recipit pro Matt.
phetam in nomine prophetæ, mercedem 10
prophetæ recipiet: quem ideo præmittit
diaconus ad pontificem, ut ostendat se fructum prædicationis referre, de quo dominus iusserat: posui vos, ut eatis & fructum Io. 15
afferatis, & fructus uester maneat, Adhæc
subdiaconus librum, & puluinar reportãs,
significat, quòd prædicator bono opere debet uitam suam Deo offerre. unde Apostolus ad Cor. 9. Omne quodcunque facitis,
aut verbo, aut opere in nomine domini Ie
su Christi facite. xxvij. q. ult. non obseruetis. Præmittit quoq; † diaconus ante Euan 12
gelium turibulũ cum incenso: quia Christi opera pręcesserunt eius doctrinam: iuxta illud Cœpit Iesus facere, & docere. Iu Act. 1
ribulum autem, cùm ture significat oratio
nem cum deuotione: quam tunc maxime
debent habere fideles in audiendo diuinũ
sermonem. ¶ Rursus diaconus ideo pręmit
tit turibulum, quia prædicator debet odo
rem bonæ opinionis ex se mittere: iuxta il 2. Cor.
lud Apostoli: Christi bonus odor, sumus 2
in omni loco: nam cuius uita despicitur,
restat ut eius prędicatio contemnatur, ex-
trà de sac. unc. c. j. ¶ † Tertio turibulum pręcedit 13

Psal. cedit vt ipsius diaconi oratio sicut incen-
140 sum in conspectu domini dirigatur. Ante
turibulum uerò præmittit duos ceroferarios cum faculis accensis. ¶ Primo, quia de
bet desiderium & gaudium in cordibus au
ditorum accendere, quatenus & libenter
audiant, & gratanter obediant. In quibus-
dam tamẽ ecclesijs turibulum cereos pręcedit: quoniam orationes & opera uirtutes de oratione famam, lucẽ, & signa præcedunt: iuxta illud: Luceat lux uestra, &
Math. illud: Et uirtus exibat de illo, & sanabat
5. omnes. ¶ Secundo, sacerdos uel episcopus
Luc. 6. præmittit ante diaconum duos acolytos
portantes cereos, & incensum ad notandũ
quòd Christus præmittebat binos nuntios
ante faciem suam in omnem ciuitatem, &
locum quo ipse erat venturus, pręferentes
coruscationes miraculorum, & odorẽ uir-
Mat. 7 tutum. unde reuersi dixerunt: Domine in
tuo nomine etiam dæmonia subijciuntur
nobis: Facies enim Christi conuenienter
hic intelliguntur Apostoli, qui normã do
ctrinæ suæ populis ostendebant: propter
Matt. quod ipsis aiebat: Qui uos recipit, me re-
10 cipit. ¶ Tertio, ideo librum Euangelij præ
cedunt turibulum, & candelabra, quia do-
ctrina Christi uirtus & fama preibat, Euã-
gelista testante. Exiuit Iesus in uirtute spi
Luc. 4. ritus in Galilæam, & fama exiuit de illo
in uniuersam regionem, & ipse docebat
in synagogis eorũ. ¶ Quarto, propter cau-
sam, in secunda parte sub titu. de acolyto
14 scriptam. ¶ † Rursus duo cerei illuminati, doctores ecclesiæ per quos ecclesia illuminatur, qui debent habere notitiã utriusque testamenti designant: Hinc est, quòd
ipsi cerei plerunque quibusdam diuersorum cœlorum lineis decorantur, ad notan
dum quòd per doctores ipsos sacra scriptu
ra diuersis sensibus exponitur, prout dictũ
est in principio libri. Si uerò lineæ ipsæ
aureæ uel argenteæ sint, designant quòd
in ipsis doctoribus est aurum sapientiæ, &
15 argentum eloquentię. ¶ † Vel cerei ipsi de-
signant duo testamenta, quibus genus hu-
manum illuminatur: uel legem, & prophe
tas, qui in quibusdam ecclesijs, dum Euan
gelium legitur, in pauimento ponuntur:
quoniã legis umbra & prophetarum enig-
mata per lumen Euangelij etiam ab humi
libus intelliguntur: quia propter euange-
licam doctrinam, lex & prophetia penitus
euanuerunt in litera. In quibusdam tamẽ
ecclesijs in diebus festis, unus puer cũ
uno tãtum cereo diaconum præcedit, per
quod significatur. quòd primum Christi
aduentum, qui humilis fuit & occultus,
præuenit tantum unus præcursor, scilicet
Ioãnes Baptista, qui fuit lucerna uerbi. In
diebus uero festiuis duo cerei præcedunt:
quia in secundo aduentu, qui solennis erit
& manifestus duo pręmittentur pręcones,
scilicet Helias & Henoch, qui interficien
tur ab Ant christo in Hierusalem, quod
significatur per extinctionem cereorũ. De
candelabris & etiam cereis aliter dictum
est in prima parte sub ti. de picturis. ¶ An-
tecedit † quoq; crux, primo ad notandum, 16
quòd diaconus debet prædicare crucifixũ.
¶ Secundo, quòd qui eum intuetur per fi-
dem sanatur à morsu serpentis antiqui. ip-
se est enim serpens in palo. ¶ Tertio, crux
præcedit Euangelium in signum, q̃ prædi
cator sequi debet crucifixum. Vnde domi-
nus inquit Petro: Sequere me. Ioan. xxj. c.
Post hæc diaconus super ambonem ascen-
dit: † dicitur autem ambo, ambonis, pul- 17
pitum, ubi legitur Euangelium, dictus ab
ambio, ambis: quia locus ille gradibus am
bitur. Sunt enim in quibusdã ecclesijs duo
paria graduum, siue duo ascensus in illam
per medium chori: unus à sinistris: uideli
cet uersus orientem, quo fit ascensus: alter
à dextris: uidelicet uersus occidentẽ: quo
fit descensus, vt præmissum est. Vel ascen-
dit ab australi parte, nam Christus à Be-
thel, id est, Bethleem, quæ est austrum, ue-
nit, in Hierusalem. unde dicitur: Deus ab Abac.
austro uenies. Ascendit ergo super ambo- 3.
nem, ad notandum, quòd Christus ambit
omnes qui custodiunt uerbum Euangelij,
& ut possit ambiri: & sic melius ab homi-
nibus intelligi. Item ascendit † ut in ed- 18
to & alta uoce annuntiet Euangelium, tã-
quam ubique & ab omnibus audiendum,
iuxta illud propheticum: Super montem
excelsum ascende tu, qui euãgelizas Sion,
exalta in fortitudine uocem tuam, & do
minus inquit in Euangelio. Quod dico uo Matt.
bis in tenebris, dicite in luce: & quod in au 10.
re auditis, prædicate super tecta: extrà de
hæredit. cum exiuiuncto. ut imitemur do-
minum qui in montem ascendit, ut Euan-
gelium

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelium prædicaret, & aperiens os suum,
docebat discipulos, dicens: Beati pauperes
Mat. 5 spiritu, &c. Lex etiam in monte data est.
Exod. 19 Euangelium ergo in alto & in eminēti loco legitur: quia doctrina euangelica delata fuit ubique terrarum: unde in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. xix distinctio. ita. Epistola uerò in loco inferiori: quia lex & prophetæ, qui per illam figu-
Ps. 75 rantur, clausi fuerunt in Iudęa: vnde notus in Iudæa Deus, &c. Præterea, per epistolā prædicatio uete. testam. quę humilior, per Euangelium no. test. quæ excelsior est, intelligitur: doctrina enim Christi, uel lex euangelica excellit apostolicam, & apostolica legalem doctrinam. Vnde Apostolus ad Hebr. vij. Lex neminem ad perfectionem ducit: Euangelium autem dat salu-
19 tem omni credenti. In missa † autem pro defunctis non in illo loco eminētiori, sed iuxta altare Euangelium, & epistola leguntur, ad notandum quòd quantum spectat ad defunctos, non prosunt prædicationes, quæ uiuis publicè fiunt. Ipsis autem, cum sint absentes, fieri nequeunt publicè, uel occultè, sed magis fiunt pro ipsis orationes per quas ad Christum, qui per altare significatur appropinquantes eis possu-
20 mus reuelationem aliquā obtinere. ¶ † Legitur etiam de more Euangelium super Aquilam: iuxta illud Psalmi xvij. Et uolauit super pennas uentorum: & Aquila ipsa seu locus, in quo legitur in diebus festiuis aliquo panno lineo vel serico cooperitur, ad significādum mollitiem cordium christianorum. Vnde dominus per prophe-
Ezec. 11 tam: Ecce cor carneum dabo uobis, & scribam legem meam in cordibus uestris, Locus uerò, in quo epistola legitur non cooperitur, ad significandum duritiā cordium
21 Iudæorum. † Lecturus autem Euāgelium, transit ad partem sinistram, prout iam & suprà sub titu. de mutatione sacerdotis dictum est, & opponit faciem suam aquiloni, iuxta illud Esa. 43. Dicam aquiloni: da, & austro noli prohibere, ut ostendat nos doctrina Euangelij debere armari, & prædicationem Christi contra illum speciali-
Esa. 4. ter dirigi, qui ait: Ponam sedem meam ab
Hie. 1. Aquilone, & similis ero altissimo: nam & secundum prophetam. Ab aquilone pandetur omne malum super habitatores terræ. ¶ Rursus versus aquilonē Euangelium legitur, iuxta illud, quod legitur in canticis 4. Aquilo surgat, idest, diabolus fugiat, & auster veniat. i. Spūs sanctus accedat. Rectè enim contra diabolum Euangelium legitur, vt illum sua virtute expellat, quoniam diabolus nihil tantum, quantū Euangelium odit. Si quidem Aquilo, uentus frigidus, diabolum significat, qui flatu tentationum corda hominum à Dei timore cōgelat, & refrigerat. Cum ergo fides in Euā gelio contineatur: quæ est armatura nostra contra diabolum: iuxta illud. Cui resi- 1. Pet.
stite fortes in fide: merito legitur contra illum. Quandoq; etiam uersus meridiem legitur, quia doctrina Christi quæ prima fuit inter Iudæos, & nunc inter Gentiles, ad eos in fide redibit. Hi uerò, qui eum inueniendo pręcesserunt, respiciunt ad Euangelium, & ad faciem recitantis, prout sub
epistola dictū est. ¶ Deinde † lecturus euan 22
gelium, salutat populū, ut illū ad audiendum uerbum Dei attentum reddat, dicēs: Dominus uobiscum: ostendens etiam per hoc se orare, ut dominus sit cum eis, & obseruans, quod dominus iussit: In quancunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Chorus uerò & populus quasi redditus attentus, ad illū, & ad quā- Lu. 10.
cunque partem in qua Euāgelium legitur Marc.
se uertunt, quia omnibus propositum est: vlt.
Ite in mundū vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, id est, homini, pro quo facta est omnis creatura, vel qui habet aliquod participium cum omni creatura, & respondent, & cum spiritu tuo: supple, vt dignè possis Euangelium legere, ac si dicant: tecum sit ad dicendum, & sic mutuo se salutant: prout sub præfatione dicetur.
¶ † Sanè Euangelium stando & non sedendo auditur, sicut statuit Anastasius Papa 23
de consec. dist. j. apostolica. ut ad prælium pro Christi fide seruanda promptitudo notetur. Vnde Lucæ vigesimosecundo. Qui non habet gladium, uendat tunicam, & emat illum. Et quia ipsius doctrina ad amorem cœlestium dirigit mentes nostras, ad huiusmodi etiam promptitudinem designandum, quidam dum Euangelium legitur, chlamydes deponunt, & etiam ad notandum, quòd omnia tēporalia admittenda sunt propter Christum, iuxta illud Euā gelij:

Math. gelij: Ecce nos reliquimus omnia, & se-
19 cuti sumus te. Et ex quo standum est apparet, quòd nec iacere nec appodiare debemus Euangelium audiendo. Reclinatoria ergo tunc relinquuntur: ad notandum q̄ non debemus cōsidere in principibus, nec sustentari in terrenis: quia uanitas uanita-
Eccl. 1 tum, & omnia uanitas dixit Ecclesiastes. Subauditur comparatione Dei, in quem curam nostram iactare debemus. Et secundum ipsum Anastasium, stantes curui manere debemus, ut humilitatem, quæ à do-
mino docetur, etiam corpore demonstre-
24 mus. ¶ † Auditur etiam capite nudato. Primo, ut attentio adesse demonstretur, ob quam etiam causam quidam tunc mentionem & genas manu tenent. Secundo, vt quinque sensus patuli sint ad audiendum.
Matt. Tertio, ad notādum, quòd omnia quæ sub
17 uelamine & figura in lege ac prophetis cōtinebantur, sunt in Euangelio manifestata. In Christi passione velum templi scis-
25 sum est, &c. ¶ † Deponuntur etiam tunc baculi & arma. Primo, ne imitemur Iudæos, in conspectu crucifixi arundines, & arma ferentes. Secundo, ad notandum, q̄ Christo prędicante omnes legales obseruantię quæ per baculos significantur, depositæ sunt. Tertio, depositio baculorum & armorum, humilitatē notat, & Christianæ perfectionis esse non se vindicare, sed domino reseruare uindictam, iuxta illud, Mihi
Ro. 12 vindictam, & ego retribuā: dicit dominus, & Matth. 5. Qui te percusserit in una maxilla, præbe ei & alteram. xxiij. quæstio. j. §. j. Auditur etiam Euangelium in silentio, quia omnia soluta sunt in Euangelio, quæ in lege & prophetis promissa erant. ¶ Pontifex verò seu sacerdos, dum Euangelium legitur, faciem vertit ad illud, ad notandum q̄ Christus prædicatores Euangelij semper ad adiuuādū respicit, stans super scabellum, ad designandum, quòd per huiusmodi prædicationem omnis aduersa potestas debellatā, & Christi pedibus sub-
Psal. mittitur, & sic impletur, quod in Psal. di-
109 citur, Donec ponam inimicos tuos scabel.
26 &c. ¶ Diaconus verò statim † postquam sibi respōsum est, & cum spiritu tuo, ut cunctos reddat dociles & beneuolos, ad audiē dum verbum Euangelij, id est, bonum nuntium nuntiantem regnum Dei, subdit: Sequentia sancti Euangelij, turificās librum, & signans signo crucis. Et etiam in quibusdam locis circulatur librum. q. d. hic est liber seu Euangelium Dei, hic est liber crucifixi, quem prædico, hic est liber pacifici per quem reconciliationem accepimus. vnde Apostolus. j. ad Cor. j. Prædicamus vobis Christum crucifixum. Per incēsi autem fumum, bonæ prædicationis opinio
intelligitur. ¶ Deinde signat † se in fron- 27
te, in ore, pariter & in pectore, seu in corde, ne diabolus, qui bonis operibus insidiatur, tollat ei per erubescentiam deuotionem de corde, uel sermonem de ore, ac si dicat Rom. 1. Ego Christi crucem non erubesco, sed eā ore prædico, & corde credo, quia corde creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem. j. Cor. j. Prędicamus, inquit Apostolus, Christum Iesum, & hunc crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Et apostolus ad Gal. vj. Mihi autem absit glo-
riari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri Luc. 9
sti, Dominus etiam in Euangelio ait: Qui me erubuerit, & sermones meos, hūc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua & patris, & sanctorum Angelorū. Vnde in Daniele legitur: Non est confu- Dan. 3
sio confitentibus te. Quidam autē signant se tantum in fronte, & in pectore quasi in vtroq; super liminari. Clerus verò & populus audito titulo Euangelij. s. sequentia &c. sine bono nuntio vertētes se ad orientē, sive ad altare, vt Deū, q̄ est verus oriēs glorificent, qa misit eis verbū salutis, sicut Actu.
legitur in actibus apostolorum, & glorifi- 11
cauerunt Deum dicētes, ergo & Gentibus Deus penitentiam dedit & vita, cum reuerētia & honore respōdēt: Gloria tibi dne. Proposito itaq; Euangelio ad legēdum, in quo agitur de gloria, & de nostra liberatione, scilicet qualiter Christus diabolum deuicit, & nos ab ipsius seruitute liberauit, & uictor ad gloriam patris ascendit, ipsi auditores Euangelij lętantes in laudē sui Saluatoris clamant, dicentes: gloria tibi domine, quasi dicant, gloria tua, quæ nobis in Euangelio prædicatur, nobiscum, sine fine permaneat, & semper crescat, &
hæc dicendo signo † crucis in fronte in ore 28
& in pectore, se similiter contra diabolū muniunt, ne eos impediat in audiendo: in

in fronte, quia ibi est locus pudoris & uerecũdiæ. Vnde per hoc, quòd crucem fronti imprimunt, ostendunt se non erubescere credere crucifixum, cuius liber legitur, & eum habere Deum & dominum. Per hoc, quod in ore signãt, significant crucem domini audacter prædicare. Per hoc, quod in pectore, ostẽdunt se libenter compati pro nomine Christi, qua etiam ratione quidam quandiu Euangelium legitur, cum utroque pollice ante pectus signum crucis figurant: ¶ Rursus nos in ore signamus, ad designandũ, quòd de uerbis Euangelij debet esse locutio nostra. In pectore uerò, ad designandum, quòd uerba Euãgelij debent nos percutere in pectore, & in mente. Mox uerò post factum signum crucis, versus diaconum auditurl Euãgelium se conuertunt. De crucis mysterio, dicetur
29 in procemio quintæ partis. ¶ † Porrò alicubi subdiaconus dum legitur Euãgelium sinistram manum librum supponit ad notandum, quòd illi qui sub tẽpore legis fuerunt, quorum finis seu ultimus fuit Ioannes, quem significat subdiaconus, & si aliqua bona agebant: illa tamen debila & infirma erant quę per sinistram significãtur, quia si lex ad gratiam disponeret, tamen illa gratiam non præbebat. Conuenienter ergo sinistra manus libro Euangelij supponitur in quo Christi fides prædicatur, sine qua per opera legis nemo saluatur. ¶ Rursus per sinistram manum temporalia, per librum Euangelij, spiritualia congruè designantur. Manus ergo sinistra libro supponitur, ad notandum quòd sicut anima sine corpore non uiuit, ita nec spiritualia diu sine temporalibus subsistere possunt. Terminatur autem Euangelium, exaltando uocẽ in fine, prout sub epistola dictum est & mox illo finito munit se diaconus signo crucis, ne diabolus susceptum semen
30 Euangelij de uase signato surripiat: † Et deinde Euangelium osculatur, ad notandum se ex charitate & amore euangelizasse. Auditores uerò se uersus orientem conuertunt, quasi ad Hierusalem gratias agẽtes, quia inde uenit ad nos Euangelũ iux-
Act. 1 ta illud, quod Dominus dixit in Euangelio Apostolis: Vos eritis mihi testes horũ in omnes gentes, incipientes ab Hierusalem, & signo crucis se in pectore muniunt contra diabolum: ne semen uerbi Dei suffocetur in eis, unde Lucę 8. Volucres cœli comederunt illud. Et ne sermonem domini rapiat de pectoribus eorum: q. d. Deus nos faciat in doctrina Christi perseuerare, & ut significet se habere in corde, quod exprimitur ore. Quod etiam apertius designatur in quibusdã ecclesijs in quibus finito Euangelio dicitur: amen: & bene, quasi dicant uerũ est, quod in Euangelio dictum est, quod est cõtra quosdam hæreticos, qui lecto Euangelio, quasi contradicentes, dicunt, falsum est. Vel amen, q.d. fiat nobis, quod dominus in Euangelio pollicetur. iuxta illud Neemiæ 8. Benedixit Esdras Domino Deo magno. Et respondit omnis populus: amen amen. Et eleuantes manus suas incuruati sunt & adorauerunt proni in terram. In alijs uerò ecclesijs, Dicitur Deo gratias. sicut fit post aliquam lectionem, uel capitulum. Quidam etiam litera ti dicunt: Benedictus qui uenit in nomine domini quod est finis Euangelij Matthęi, quod legitur in festo beati Stephani, & in Dominica palmarum. In quibusdam locis cerei qui significabãt doctores p quos ecclesia illuminatur, perlectum Euãgelium extinguuntur, quoniam Christo in eis loquente post ecclesiam illuminare: eo autẽ tacente, id est Spiritu sancto ab eis recedente, hæc nequeunt. Præterea Euangelij prædicatione finita, lex & prophetiæ cessabunt. In nõnullis tamen ecclesijs dũ Euangelium legitur, candelabra cum cereis deponuntur ad terram, ad notandum legem & prophetiam inferiorem Euangelio esse. ¶ Consequenter † subdiaconus codicem 31
Euangelij refert: diaconus uerò uacuus redit: ut ostendat se prædicatione finita contemplationi uacare. Veniens autem prius ad legendum Euangelium, librum in quibusdam ecclesijs ferebat ad notandum, q̃ ipse non solum debebat docere: sed & facere. Redit etiam ad episcopum seu sacerdotem, unde uenit: ad notandum, quòd omnis doctrina à Deo est, & ad ipsum reuertitur. Vnde Salomon: Vnde exeunt flumina Eccl. 1
reuertuntur: Textus quoque Euangelij super pulũinar reportatur: quia ecclesia, ut audiuit Euangelium, illud suauiter corde susceptit, & lætata est. Iuxta illud: Audiuit Ps 96
& lætata est Sion, & ait: Anima mea li Can. 5
quefacta

quefacta est, ut dilectus locutus est. Liber quoque Euangelij, & turibulum ad Pontificem reportantur, quia ad eum omnia bona referenda sunt, à quo cuncta procedũt.
Apo. 1 Ipse enim est finis consummans, sed nõ cõsumens, α & ω, primus & nouissimus, initium & finis. Nam & Apostoli prędicatione peracta, ad Christum reuersi sunt, referentes ei gratias de miraculis & prædica-
32 tionis profectu. ¶ † Episcopus uerò tus odorat, & Euãgelium osculatur. Primo ad notandum, quia quod episcopus inspirauit & docuit, hic approbat & acceptat. Deus.n. nihil accipit, nisi quod efficit, nec remunerat, nisi quod donat. quia sicut cuncta quæ fecit, bona sunt: sic nulla sunt bona, nisi quæ fecit. Nam vidit Deus quæ fecerat, &
Gen. 2 erant ualde bona. ¶ Secundo apertum codicem osculatur, ad significandum, quòd scire debet quod nuda ac aperta sibi esse debent quæcunque sunt in lege: unde Lucæ. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, & Malachiæ. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt, supple subditi, de ore eius: extra de hær. cùm ex iniuncto. ¶ Tertio, quia ipse solus intrat in sancta sanctorum: prout in procemio huius partis dictum est.
¶ Quarto, quia huiusmodi osculum significat affectum amoris, ad Euangelium, quæ præcipuè in episcopo uigere debet, adeo ut paratus sit mortem, pro eo subire. xxv. quæstio. j. violatores. ¶ Quinto, subdiaconus librum apertum prælato seu sacerdoti offert ad osculandum, ad notandum ipsum debere delectari in fide fidelium, quæ infusa est in eis: & patefacta per Euangelij prædicationem: quæ prius in lege fuerat clausa. Postea in quibusdam ecclesijs liber clausus illis, qui sunt in choro, ostenditur,
Luc. 8 pro eo quòd post præmissa uerba uobis datũ est &c. sequitur in Apostolo: cæteris au
33 tem in parabolis. † Et est aduertendum, quod postquam diaconus lecto Euangelio librum osculatus est, ad notandum se ex charitate & amore euangelizasse: tunc demum fertur Euangelũ episcopo, qui Christũ significat ad osculandum, id est, ad prædicationem acceptandam, & non ante ad figurãdum, quòd Deus illam duntaxat ad prædicationem acceptat: quæ fit ex amore & charitate. Veruntamen in missa pro defunctis Euangelium nõ fertur Pontifici ad osculandum: tum quia tunc præmissæ rationes cessant: tum quia in Missa illa omnis solẽnitas subtrahitur, ne festiuæ solennitates cum desolationis mœroribus misceantur. Legens tamen Euangelium in missa, pro defunctis: librum in quibusdam ecclesijs osculatur: quia quicunque illud pronunciat, debet charitatis amore in illum tẽdere, cuius doctrinam euangelicam recitauit, qui amor per osculum designatur. ¶ Et est † aduertendum, quòd statim 34
post libri osculum: sacerdos minister Pontificem, qui Christum designat, incensat, ad ostendendum, quod sacerdotis maximè officium est, orationis ignitum sacrificiũ, quod per incensum significatur, Christo offerre, non solum in expiationem delicti: verumetiam in gratiarum actionem: prout in Leuit. habetur. Potest etiam sub epilogo dici: quia quòd liber Euangelij per subdiaconum portatur: quòd diaconus pulpitum ascendit: quòd aperto libro populum salutat, & omnes respondent: quòd titulum Euangelij præmittit, quòd alta uoce & distinctè, & contra aquilonem legit, quòd omnis populus aures, & oculos ad librum dirigit, & in silentio ac stando audit, & in fine ad cœlum manus leuans orat dicens, amen. Hæc inquam omnia & singula ex lege sumuntur. Legitur enim in principio Neemiæ, q̃ congregato populo ad plateã, quæ est ante portam Nee. 8
aquarum, Esdras scriba attulit librum legis Mosi: & stetit super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & aperuit librum coram omni populo. Porrò Leuitæ silentium faciebant in populo, ad audiendum legem, benedicentes Deo magno, & omnis populus stans in gradu suo respondit, Amen. Et legerunt in libro legis Dei distinctè & apertè ad intelligendum. Omnis uerò populus eleuãtes manus suas adorauerunt proni in terram. ¶ Illud † quoq; 35
prætereundum non est, quod Euangelijs, quæ in ecclesijs leguntur, generaliter duæ præfationes præmittuntur: prima est. Initium sancti Euangelij. secunda, Sequentia sancti Euangelij. Siquidem prima præfatio præmittitur principio cuiuslibet Euangelij quatuor Euangelistarũ: scilicet Euangelio Ioannis: In principio erat verbum:
&

& Euangelio Matthæi: Liber generationis: Euangelio Lucæ: Fuit in diebus Herodis, & Euangelio Marci: Principium Euangelij Iesu Christi. Quòd in quibusdam ecclesijs legitur in prima dominica de aduentu, ut ubi dicetur, & tunc non subijcitur illis. In illo tẽpore, quia in ipsis principijs agitur, & determinatur certum tempus: vnde esset negatio, & superfluerẽt uerbalia illa. Secunda uerò præfatio præmittitur omnibus alijs Euangelijs, Et dicitur sequentia, quia verba ipsa, quę legẽda sunt, sequũtur post initium, seu postea, quæ pręcedunt Euangelium, vnde sumpta sunt verba sancti Euangelij, &c. vel sequentia, est numeri singularis, & tunc cum dicitur: sequentia sancti Euangelij secundum Ioan-
36 nem, suppletur hæc est. ¶ † Sanè Euangelijs, quibus ipsa secunda præfatio præponitur, subijcitur quandoque: In illo tempore, & quandoque non subijcitur. Siquidem sine, in illo tempore: dicuntur, quando ex eorum uerbis certum est de tempore, ut præmissum est, & tunc incipiunt per aliquam determinationem regię uel alterius potestatis: ut illud, Anno quintodecimo Tyberij, uel simplicem rei gestę narrationem, certum tempus determinantem, ut illud: Cùm esset desponsata, & illud, Postquam consumati sunt, & illud: Cùm natus esset Iesus. & illud: Factum est autem, cùm baptizaretur, & illud: Cùm autem esset annorum duodecim, & illud, Postquam impleti sunt dies, & illud: Vespere autẽ Sabbati, & illud: Elisabeth impletum est &c. Reliquis uerò Euangelijs subijcitur: In illo tempore: & est sensus, In illo tempore,
II. Cor. 6 scilicet gratiæ, de quo dicit Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile &c. de pœniten. distinctione. j. ecce. ¶ Non † est etiam
37 omittendum, quòd Euangelium legitur in ecclesia, quandoque secundum historiam, ut illud, quod dicitur in die paschę, Marię Magdalenæ, & Mariæ Iacobi &c. & illud quod cantatur in natali ad secundam missam de pastoribus. ¶ Quandoq; secundum allegoriã, ut illud, quod legitur in assumptione beatæ Mariæ: in quo mentio fit de Maria & Martha, ubi dicitur: Intrauit Iesus in quoddam castellum &c. prout in septima parte dicetur. ¶ Quandoque secundum rem, ut illud de sancta Trinitate. ¶ Quandoque secundum personam, ut illud quod cantatur in festo sancti Thomæ Apostoli, ubi dicitur: Thomas vnus de duodecim. ¶ Quandoque secundum partem, vt illud, quod dicitur in festo sanctæ crucis, de Nicodemo, ubi dicit: Sic oportet exaltari filium hominis &c. In quo uerbo Christus passionem suam significat, & exaltationem corporis sui in cruce. Et ideo Euangelium, in quo hæc clausula continetur, legitur in festo sanctæ Crucis, & in festo Michaelis Archãgeli: propter illum uersum: Angeli eorum semper uident faciem patris mei, qui in cœlis est. ¶ Item etiam secundum partem, ut illud: Liber generationis &c. Et hoc propter ultimũm uersum in quo fit mentio de Christo. ¶ Quandoque secundum totum, ut illud quod legitur in circuncisione Domini: Postquam consumati sunt dies octo &c. Quandoque secundum tempus, ut illud quod dicitur in prima die quadragesimæ, scilicet propter ieuinium. ¶ Quandoque propter litanias, ut illud: Si quid petieritis &c. quod in litanijs dicitur, in quo fit mentio de aliquo pane & pisce. ¶ Et quandoq; propter locum: vt illud; quod legitur in Dominica sexagesimæ, scilicet exijt, qui seminat, &c. ¶ Sanè
38 mulier etiam † abbatissa non debet lege-
vel 17 re Euangelium. Licet enim beata uirgo dignior & excellentior esset Apostolis uniuersis: Dominus tamen non commisit ei claues regni cœlorum: extrà de pœnit. & remis. noua. Hinc est quòd abbatissa nõ potest proprias moniales benedicere, uel earum confessione in criminibus audire, uel Euangelium legere, uel publicè prædicare. In matutino tamen posset, sed non publicè Euangelium dicere. vij. q. j. diaconissam. ¶ Et nota, quòd quatuor sunt Euangelia de beata Maria: ut dicetur in septima parte sub festo assumptionis.

SVMMA.

1 *Symbolum Apostolorum, immediate sequitur Euangelium.*
2 *Symbolum dicitur voce sublata maximè in Missa. In prima autem & completorio, de missa. & nume. 3.*
4 *Symbolũ auspicãs sacerdos, cur manus eleuat*
5 *Symbolum, quid.*

Symbo-

6 *Symbolum, est triplex, & vnde dicatur.*
7 *Apostoli symbolum ediderunt.*
8 *Athanasii symbolum.*
9 *Symbolum Nicenum.*
10 *Symboli cantandi in missa vsus à Græcis profectus.*
11 *Græcorum error de processione Spiũs sancti.*
12 *Græci temere Spiritum sanctum à filio procedere negant.*
13 *Symbolum matus, quibus diebus adhibeatur. vide per discursum, & nu. 14.*
15 *Symboli expositio. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24 25. 27. 29. & 30.*
16 *Deo credere, Deum credere, & in Deum credere, quid & in quo differant.*
17 *Diuinarum personarum distinctio.*
26 *In ecclesiam quando credamus.*
28 *Lepræ curatio.*
31 *Vita æterna.*

De Symbolo. Cap. 25.

1

VANGELIO † lecto mox cantatur alta uoce symbolum illud, scilicet Credo in vnum Deum: quia enim corde creditur ad iustitiã: ore autẽ confessio fit ad salutẽ. Ro. 10. ideo ecclesia, ut ostendat q̃ Euangelij uerbum seu prædicationẽ fide & corde recipit, mox fidei symbolum ore decantat. Symbolum ergo post Euangelium, fidem post prædicationem ostendit. Vnde Ioan. Hęc eo loquente, multi crediderunt
Ro. 10 in eum. Nam secundum Apostolum ad Roma. 10. Fides est ex auditu: auditus autem
2 per uerbum Dei. ¶ † Dicitur autem alta uoce: vt omnes illud dicãt & addiscant. Om-
Eccle. 10 nis enim Christianus tenetur publicè fidẽ catholicã confiteri: propter quod in fronte signatur. In prima verò & in completorio sub silentio dicitur, ne muscæ morientes perdant suauitatem vnguẽti, prout in quinta parte sub titu. de prima tangetur.
3 ¶ † Rursus ideo in missa patenter dicitur, ad notandum quòd hodie fides catholica libere prædicatur & docetur. In prima verò sub silentio, dicitur, ad notandum, quòd in primitiua Ecclesia præsertim tempore passionis Christi prædicatores & fidei professores siluerunt. & in completorio ad notandum, quod similiter in fine seculorum, Antichristi nempe persecutione inualescente illorum hora claudentur. ¶ Sanè sacerdos seu episcopus illud incipit, ad designandum, quòd omne bonum à Christo Iaco. 1
procedit. Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. &c. j. q. j. quàm pio. Ne autem musicus ille cœ- Luc. 7
lestis dicat: Cantauimus vobis, & non saltastis: chorus Euangelicæ doctrinæ consona voce respondet, & solenni tripudio fidẽ catholicam profert, dicens: Patrem omni potentẽ, &c. quanuis in missa Papæ quandoq; aliter obseruetur, prout iam dicetur.
¶ † Adhoc sacerdos illud incipiens manet 4
erectus ante medium altaris, manibus extensis, sursum eleuatis, quas postquam inceperit, iungit. Siquidem sacerdos Christum representans, erectus manet: ad notãdum, quod Christus semper paratus est cunctis spiãlia bona largiri. Et ante altaris medium: innuens quòd non est personarum acceptator: sed quantum in ipso est, omnibus æqualiter influit: nec angulum diligit, neque sinum. Manibus quoq; extensis: ad designandũ, quòd paratus est abundanter bene meritis illa largiri. Sursum tamẽ eleuatis, quasi ipso facto ostendens, q̃ quæ sursum sunt, q̃rere, atq; à Deo misericordiam poscere, & in eo solo sperare debemus. Deinde postquã inceperit, manus iungit, quia ei soli de perceptis bonis gratias agere, & nos humiliare debemus. Et quoniã symbolum, verbum est euãgelicũ, quo ad sensum, ideo stãdo illud audire sicut & Euangelium, & sic illo dicto, signum crucis facere debemus. ¶ Σύμβολον * † aũt Græ- 5
cè, Latinè sonat iudicium, uel signum, uel collatio: tum quia regulam fidei plenam indicat, & perfectam: tum quia simul in vnum fidei continet articulos. ¶ † Et nota, 6
quòd triplex est symbolum, primum est symbolum Apostolorũ, quod uocatur symbolũ minus quod videlicet ex institutione Damasi Papæ dicitur tacitè per ferias in singulis canonicis horis. Et illud dicitur à σύν ἐ est cũ, & βολος quod est sentẽtia, q̃ cõpositũ fuit ex diuersis verbis apostolorũ sicut pueri in festiuis cõueniẽtes afferre solent bolos, id est, frustra carnium & panis, quæ in vnum collecta, symbolum vocatur, id est, collectio minutiarum. xliij. distinct.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non oportet. traditur.n.q; postq̃ Apostoli
spiritũ paracletũ acceperũt: cum iã forent
ad prædicandũ Euangeliũ profecturi, con-
ferentes in vnũ super articulis fidei statuẽ
runt: vt sicut oẽs erant in fide cõcordes, sic
oẽs vnam fidem concorditer prædicarent.
& ideo symbolum minus componentes, v-
nusquisq; bolum, id est, particulam vnam
apposuit. Vnde secundum Apostolorum ca
talogum siue numerum duodecim particu
7 las dignoscitur continere. † Petrus nanq;
apposuit, Credo in Deũ patrem omnipo-
tentem, creatorem cęli & terræ. Andræas.
Et in Iesum Christum filium eius unicum
dominum nostrum. Iacobus: Qui conce-
ptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria
virgine. Ioannes: Passus sub Pontio Pila
to: crucifixus, mortuus, & sepultus. Phili-
lippus: Descendit ad inferos: tertia die
resurrexit à mortuis. Bartholomæus: A-
scendit ad cœlos sedet ad dexteram Dei
patris omnipotentis. Thomas: Inde ven-
turus est iudicare viuos & mortuos. Mat-
thæus: Credo in Spiritum sanctum. Iaco-
bus: Sanctam ecclesiam catholicam, san-
ctorum communionem. Simon: Remissio
nem peccatorum. Thaddæus: Carnis re-
surrectionem. Matthias: Et vitam æternã.
8 ¶ Secundum symbolum est: † Quicunque
vult saluus esse &c. Ab Athanasio patriar
cha Alexandrino in ciuitate Treueri com
positum. Hoc tamen potest dici tertium:
nam Nicenum de quo sequitur, fuit prius
in prima Nicena synodo compilatum.
9 ¶ † Tertium est Nicenum. xv. distin. cap. j.
scilicet, Credo in vnum Deum. quod Da-
masius Papa ex cõdictio. vniuersalis syno-
di apud Constantinopolim celebrare, in-
stituit, in missa cantare patenter: quanquã
& Marcus Papa primus statuisset illud al-
ta voce cantari: & vocatur symbolum ma
ius. ¶ A græcis ergo vsus cantandi ad mis
sam symbolum, creditur prouenisse: quod
similiter duodecim clausulas continet.
10 † Prima est: Credo in vnum Deum &c. Se
cunda: Et in unum Dominum Iesum Chri
stum. Tertia: Qui propter nos homines
&c. Et cum dicitur ibi. Et homo factus est:
debemus genua flectere: quia Christum ho
minem factũ & pro nobis crucifixum ado-
ramus. Quarta: Crucifixus etiam pro no-
bis. Quinta & resurrexit tertia die secun-
dum scripturas, id est, eo modo, eo ordine,
& eo tempore, quo prædictum est in scri-
pturis. Sexta: Ascendit in cœlum. Septi-
ma: Et iterum venturus est &c. Octaua: Et
in Spiritum sanctum dominum. Nona: Et
vnam sanctam catholicam ecclesiam. De-
cima: Confiteor vnum baptisma. Vndeci-
ma: Et expecto resurrectionem mortuo-
rum. Duodecima: Et vitam venturi secu
li, amen. ¶ Et est notandum quod in prædi
ctis Niceno & Constantinopolitano conci
lijs non leguntur verba illa: secundũ scri-
pturas: neq; illa, filioque procedit, & quo-
niam apud † græcos in fine ipsius symboli, 11
sub anathemate dicitur prohiberi, ne quis
de fide trinitatis aliud docere vel aliter
prædicare, quàm ibi continetur pręsumat,
sed & Calcedonense concilium apud eos
celebratum anathematizare pręcepit eos,
qui alteram fidem ausi essent componere,
proferre, scribere, docere, uel aliud Sym-
bolum tradere, quàm præmissum est, ideo
ipsi græci nos anathematizatos afferunt
pro eo, quod ibi addimus verba ipsa. Sed
minus benedicunt: tũ quia illud non fuit
canon latæ sententiæ: sed cõminatio quę-
dam: tum quia inferior potentiorem liga
re non potest. xxj. distin. inferior. Romana
enim ecclesia non subest concilijs, sed po-
tius concilia subsistunt sibi: extrà de elec.
significasti. Præterea, verba illa: secundum
scripturas: sumpta sunt ex expositione fi-
dei eiusdem cõcilij Constantinopol. & sic
nihil uidetur additum nec errorem ali-
quem sapiunt: sanè, vt suprà sunt exposita
intellecta. Item per uerba illa: filioque
non docemus aliud uel aliter de trinitate
prædicamus, imo idem. Cum enim filius
idem sit cum patre in substãtia: ergo quod
à patre procedit, & à filio procedit, & sic
nihil addimus, sed potius declaramus, nec
alteram fidem componimus, proferimus,
scribimus, vel aliud symbolum tradimus,
nec in aliquo contra prædictum facimus
anathema. Mirum † tamen est, quo ausu 12
ipsi græci Spiritum sanctum à filio proce-
dere negare pręsumunt, cùm & hoc in con
cilio Ephesino apud eos edito cõtineatur
expresse, de consec. dist. v. ult. & penul. sed
ipsi se errasse videntes, quosdam prælatos
de suis ad generale concilium Lugduneñ.
sub Grego. Papa. x. celebratum miserunt,
qui

qui in dicto concilio publicè nobis viden
tibus suo & omnium prælatorum & Impe
ratoris Romani nomine professi sunt, q;
Spiritus sanctus æternaliter ex patre & fi-
lio: non tanquam ex duobus principijs, sed
tanquam ex uno principio, non duabus spi
rationibus, sed unica spiratione procedit,
extrà de summa Trini. & fide catho. prout
in eiusdem Grego. constitutione habetur,
coram toto concilio ter græcè, & ter lati-
nè symbolum cum dictis uerbis, secundum
scripturas, filioque similiter decantando.
13 ¶ † Cantatur autem hoc symbolum maius
in solennitatibus eorum duntaxat, qui il-
lud composuerunt, & in illis, de quibus ali
qua mentio fit in ipso: videlicet in omni-
bus diebus dominicis. In festiuitatibus Do
mini, scilicet in natali, Epiphania, cœna
Domini, pascha, ascensione, pentecoste, &
transfiguratione, & in festo de Trinitate,
& in omnibus festiuitatibus beatæ Mariæ,
sanctæ Crucis, angelorum, & apostolorũ,
de quibus fit mentio ibi: Et apostolicã ec
clesiam. In solennitatibus autem Lucæ &
Marci euangelistarum, dicunt quidam nõ
debere cantari, quia illi Apostoli non fue
runt. Idem dici debet in dedicationibus ec
clesiarum, & in cõmemoratione omnium
sanctorum: quanquam & ipsa sit dedicatio
nis festiuitas. Et dicitur etiam intra octa-
uam natalis Dñi, excepta die Innocentiũ,
in qua cãtica lætitię subticẽtur. In octaua
tamen cantatur prout in sexta parte sub il
lo festo dicetur. Cantatur etiã intra octa-
uas Epiphaniæ, Paschæ, Ascensionis, Pen-
tecostes, Apostolorum Petri & Pauli, & as
sumptionis beatæ Marię. Licet enim in na
tiuitatibus sanctorum Ioã. Baptistæ, & san
cti Laurentij, symbolum non cantetur: in
octauis tamen eorum cantatur, eo q; intra
octauas Apostolorum & assumptionis oc-
currunt, & ob hoc etiam in octaua sancti
Ioan. Baptistę præfatio, de Apostolis, & in
octaua beati Laurentij, præfatio de assum
ptione cantatur. In quibusdam tamen ec-
clesijs, dicitur symbolũ in festo beati Ioã-
nis Baptistæ, & non competenter, quia
in symbolo de prophęta fit mẽtio ibi: Qui
locutus est per prophetas, & quia ipse non
solum fuit propheta: sed plusquã prophe-
ra, de eo quoque scriptum est. Fuit homo
Mat. x. missus à Deo, &c. & ita fuit Apostolus, de
ipso est, ait Io. os aureum in sermone, qui Ioã. 1.
legitur in festo decollationis Io. par ange
lis Apostolorum vox. Ipse etiam primo
baptizauit & Baptismum prædicauit, & in
symbolo fit mentio de baptismo. Horum
quidem omnium fit cõmemoratio in sym-
bolo. Quorundam tamen obscurè, ut Epi-
phaniæ, est tamen illud festum Domi-
ni: est etiam festum illud baptismatis, de
quo in symbolo continetur ibi: Confiteor
unum baptisma, &c. & cœnæ Domini, sed
illa est solennitas eucharistię ad quam re-
spicit illud: Sanctorum communionem, &
angelorum, sed illi nomine cœli debent
intelligi, de quo in symbolo dicitur, ibi:
Creatorem, uel factorem cœli & terrę, &c.
Quibusdam tamen uidetur tunc non esse
cantandum, eo quòd Angeli nunquam ha
buerunt fidem, sed spem, nec credunt, sed
sciunt: quoniam plenam scientiã habent.
Fit etiam cõmemoratio licet obscurè de-
dicationis ecclesiarum: sed ad illam respi
cit illud: Sanctam ecclesiam catholicam:
tunc enim sanctificatur, & ut ita dicam ca-
tholizatur ecclesia, cũ dedicatur. Ad octa
uas uerò respicit resurrectio mortuorum,
de qua dicitur ibi: Et expecto resurrectio-
nem mortuorum. In festo sanctæ Agnetis
symbolum non cantatur: quia licet in ec-
clesia celebretur: non est tamen festũ octa
uæ: prout in septima parte sub ipso festo
dicetur. ¶ † Porrò quidã non absurdè sym 14
bolum cantant singulis diebus, à die resur
rectionis usque ad festum ascẽsionis, sicut
in omnibus diebus Dominicis, & etiam in
solennitate beatæ Mariæ Magdalenæ: di-
centes illam fuisse Apostolorum epistolã,
eo quòd ipsa prima resurrectionis gau-
dium Apostolis renũtiauit, & in festo bea-
ti Martini: quia de eo cantatur: Martinus
par Apostolis. Quidam etiam dicunt illud
in principali festo cuiuslibet ecclesiæ seu
oratorij: non tamen in octauis illorum, si
eas celebrent. Veruntamen de quibusdam
mentio fit in symbolo in quorum comme-
moratione symbolum non cantatur, vt pas
sionis, & sepulturæ, quoniam illorum die-
rum officium aliorum regnorum regulam
non sectatur. Non dicitur etiam, quãdo in
festis celebratur ad honorẽ beatæ Ma-
riæ uirginis, uel sanctæ crucis, uel sãcti Spi
ritus: extrà de celeb. missarum, consilium.
¶ In

¶ In quibusdam locis cãtato symbolo, vel cum cantatur, populus cantat. Κύριε ἐλεησον, quoniam postquam Christus & Apostoli docuerũt fideles, fide recepta, laudes Deo dederunt: quas forsitan representat suauissimi symboli melodia. ¶ Illud autem sciendum est, quòd Christus non uenit prędicare Gentibus, sed Iudæis: iuxta illud
Math. 15 Euangelij: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Vnde præcepit Apostolis: In uiam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: donec post resurrectionem prę
Matt. vlt. cepit eis, dicens: Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et idcirco Romano pontifice solenniter celebrante symbolum fidei, non cantores in choro, sed subdiaconi ad altare decantant, & generaliter ipsi ad uniuersa respondẽt, usque dum ipse pontifex dicit: Pax Domini sit semper uobiscũ quoniam usque post Christi resurrectionem sola Iu
Ro. 10 Matt. 15. dæorum ecclesia, quæ per subdiaconum, qui sursum ad altare consistat designatur: corde creditur ad iustitiam & ore confessio fit ad salutem: extrà de sacr. cap. j. sed ex tunc cantores in choro respondent, & uniuersa decantant: quia post resurrectio nem ecclesia Gentium, quam cantores qui deorsum in choro subsistunt, designant, fidem Christi recepit, & laudum præconia personuit Saluatori. Inter Euangelium tamen & sacrificium chorus concinit offertoriũ: quoniã inter passionẽ & prædicationem Gentilitas fidei votum Deo offerens cantauit: quando mulier Cananea de finibus Tyri & Sidonis egressa, clamauit & dixit: Miserere mei Domine, fili Dauid. Filia mea male à dæmonio vexatur: cuius tãdem fidem commendans Dominus, ait. O mulier, magna est fides tua: & fiat tibi si-
15 cut petisti. ¶ † Postremo symbolum Apostolorum, tanquam breue & omnia continens, sub compendio exponamus. Credo in Deum patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ &c. Nota quòd aliud est, ut ait August. credere Deo: aliud est crede-
16 re Deum, & credere in Deum † Credere Deo est credere uera esse, quæ loquitur: quod etiam mali faciunt, & nos credimus homini, & non in hominem: Credere Deũ, & credere quòd ipse sit Deus: quod etiam dęmones faciunt. Credere in Deum, & credendo amare: & credendo in eum, ire: credendo ei adhærere, quod soli boni faciunt: ergo qui dicit credo in Deum, mentitur, si non diligit Deum: nisi dixerit, q̃ in persona ecclesiæ loquitur: dicens autẽ Deum, singulariter, deorum fugit pluralitatem. Vnde notabiliter in maiori symbolo additum est hoc verbum vnum: iuxta illud: Audi Israel, Dominus Deus tuus, vnus est. Et Apostolus, vnus est Deus, vna fides, unum baptisma. † Dicens uerò patrem, incipit personas distinguere, de quibus Esa. Quis appendet tribus digitis molem terræ. Et alibi: Seraphin clamabant sanctus, sanctus, sanctus. Et Dominus: Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et Ioan. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo: pater, uerbum, & Spiritus sanctus. Pater, est prima, non tempore, sed authoritate in Trinitate persona. Quod sequitur, omnipotẽtem: nomen est essentiale: ideoq; illud ad substantiuũ Deum, uel ad relatiuum patrem, non sine ratione referimus, dicentes: Credo in Deum patrem omnipotentem: uel credo in patrem omnipotentem. Similiter & quod sequitur: Creatorem † cœli & ter 18
ræ, ubi confutatur hæreticus, qui aliũ cœli, alium terrę asserit creatorem, alium cęlestium, alium terrestrium, alium corporum, alium animarum: contra quos ait Mo Gen. 1
ses. In principio creauit Deus cœlũ & terram. Et Dauid. In principio tu Dñe terrã Psal. 101
fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli. & Apostolus: In ipso condita sunt uniu Col. 1.
ersa in cœlo & in terra. † Sequitur: & in 19
Iesum Christum filium eius vnicũ Domi Mat. 1
num nostrũ. Ecce altera in Trinitate, per Ps. 44
sona hic est Iesus, qui saluũ facit populum suũ à peccatis eorũ: hic est Christus oleo lætitiæ præ consortibus unctus: hic est enim unicus patris filius, de quo Dauid. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et Apo Ps. 2.
stolus: Misit Deus filium suum, natum de Gal. 4
muliere, factum sub lege, hic est Dominus noster, qui nos creauit, qui nos suos alienos, pretio sanguinis emit. † Sequitur, qui 20
conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Ecce primum Christi sacramentum, scilicet incarnatio, ac si dicat. Qui cum sit Deus, factus est homo, non ex

Deut. 6
Eph. 4 17
Es. 40
Esa. 6
Math. 28
Ioã. 5.

virili

uirili semine: sed conceptus operatione Spiritus sancti, natus ex Maria uirgine. un
Esa. 7 de Esa. Ecce virgo concipiet, & pariet fi-
Luc. 1. lium: & uocabitur nomen eius Emanuel. Et Angelus in Euangelio: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum: & ille: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quidam tamen hæc uerba. Qui cõceptus est de Spiritu sancto:
21 iungunt cũ præcedentibus. Sequitur: † passus sub Põtio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Ecce secundũ sacramentum: secundum humanitatem Christi, scilicet passio, cuius tẽpus describitur sub Pontio Pilato: forma subditur, crucifixus: finis cõcludit: mortuus, & sepultus: vnde plangens
Ps. 21 dicit ex ore Dauid, & Hieremi. Foderunt manus meas, & pedes meos: & dinumeraueruntomnia ossa mea. De morte ait propheta: Domus Domini fuit exitus mortis.
Es. 2. De sepulchro ait Esa. Sepulchrũ eius exti
22 tit gloriosum. Hæc sunt in Euangelio manifesta. Sequitur: † Descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ecce tertium sacramentũ, scilicet resurrectio: sed de descẽsu ad inferna præmittitur, ex quo mortui liberantur. unde in Osee: De manu mortis liberabo eos. de morte redimã eos: ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero, inferne. Hic est euangelicus fortis, qui fortem ligauit, & eius uasa dirupit: hic est qui
Ps. 3. dicit in Ps. Ego dormiui & soporatus sum,
Ps. 56 & exurrexi, quoniã Dominus suscepit me: qui patri dicenti: Exurge gloria mea, exurge cum psalmis, & cithara: breui sermone respondet: Exurgam diluculo, cuius resurrectioni mulieres, & uiri perhibẽt testimonium in Euangelio. Quod tamen dicitur in maiori symbolo. Resurrexit tertia die, secundum scripturas: exponitur, id est, eo modo, eo ordine, & eo tempore, quo præ-
23 dictum est à scripturis. Sequitur: † ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: Ecce quartũ sacramentum, scilicet ascensio. Ascendit, enim sicut ait
Ps. 17 Dauid, super cherubin, & uolauit super pẽ
Psal. 102 nas ventorũ, & parauit in cœlo sedẽ suam,
Psal. 107 & regnũ eius omnibus dominabitur. Cui ait pater: Sede à dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Et ut ad ascensionem, de uisu quoq; testimo-
Act. 3 nium non deesset, ait Luc. uidentibus disci pulis eleuatus est, & nubes suscepit cũ ab oculis eorum. Sequitur: inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ecce quintum, quod nondum apertum est sacramentum: ueniet enim rex manifeste. cui pater iudi-
Ps. 49 ciũ dedit, & sicut ait Dauid: Parauit in iu
Ioã. 5. dicio thronum suum, & iudicabit orbẽ ter
Ps. 17 & 4 ræ in æquitate: iudicabit populos in iustitia. Et alibi: Deus manifestè ueniet, Deus
Act. nostet, & non silebit. Et Lucas: Ita ueniet,
Mich. 6. sicut uidistis eum euntem in cœlum. & Michæas. Iudicium Domini cum populo suo.
24 Sequitur: Credo in Spiritum sanctũ. † Ec-
Gen. 1 ce tertia in Trinitate persona, scilicet Spiritus sanctus: de qua Moses spiritus Domi
Psal. ni ferebat super aquas. Et Psal. Flabit spiri
147. tus eius, & fluent aquæ. Et Dñs in Euange-
Io. 15 lio: Spiritus, qui à patre procedit, docebit uos omnia. Ille enim docet: ille sanctificat: ille uiuit: ille peccata remittit: p hunc resurrectionẽ in gloria, per hunc cõsequimur uitam æternam. Vnde sequitur: San-
25 ctam ecclesiam catholicã. Et † possunt hęc uerba & sequẽtia sic intelligi & cõiungi: Credo in Spiritum sanctum, sanctã ecclesiam catholicã, id est, credo per Spũm sanctum sanctam ecclesiã fidelũ sanctificari. Item, credo in spũm sanctum, sanctorũ cõmunionẽ. i. per Spũm sanctũ sanctos in uinculo charitatis vniri. Et credo in Spũm sanctum, remissionẽ peccatorum. i. per Spũm sanctũ peccata remitti. Et credo in Spũm sanctum, carnis resurrectionem, & vitã æternam, id est, per Spũm sanctum gloriam carnem consecuturam, & animã uitã æternam, uel sic: Credo sanctam ecclesiam catholicam: non ita dicimur, ut asserit Aug. de consec. dis. iiij. prima. in fine. credere in
26 ecclesiã, sicut in Deũ, sed in ecclesiã † sanctã catholicã credimus, dũ in ecclesia conuersantes & in Deum credimus. & quæ sequuntur: nos inde firmissimè cõsequi profitemur. s. sanctorũ cõionem, & remissionem peccatorũ, carnis resurrectionem & uitam æternam: unde & sic coniunges: Credo in sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum cõionem. i. per fidem quam habeo, existens in sãcta & uniuersali ecclesia, assequor sanctorum cõionem. i. concordiã & unionem. Sicut. n. erit unus pastor, sic unũ ouile: sicut unus Deus, sic una fides, & unum baptisma. Vel præcipio sanctorum communio-

M nem,

Universidad de Deusto Biblioteca

nem, id est, panem benedictionis, de quo dicitur Crede, & manducasti. de consec. dist. ij. vt quid. Similiter, & quę sequuntur. Cre
27 do in † sanctam ecclesiam, peccatorum remissionem, id est, per fidem quam habeo
28 existens in sancta & uniuersali ecclesia, consequor remissionem peccatorum & le
Num. 12 pra curationem; de † qua dicitur in lege
4. Reg. 5. & Euangelio: Maria soror Aaron, cum
Lu. 17 septem diebus fuerat extra castra, est à lepra mundata. 50. distinct. §. econtra. Naamam Syrus septies lotus in Iordane est à lepra curatus: sic & Dominus decem le-
Luc. 7 prosos mundauit: sed vnus tantum dedit gloriam Deo. De Magdalena dicitur: quia
Luc. 5 dimissa sunt ei peccata multa: quia dilexit multum Paralytico quoque ait Dominus: Fili, remittũtur tibi peccata tua. ¶ Se-
29 quitur: † Credo in sanctam ecclesiam catholicam, carnis resurrectionem, id est, per fidem quã habeo existens in ecclesia, con-
Iob 17 sequor carnis resurrectionem: de qua Iob: Credo quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo Deũ Saluatorẽ meũ: vnde in Euangelio: Deus Abraam, Deus Isaac, & Iacob: non est Deus mortuorum, sed uiuorum. Et Apostolus: Omnes qui-
Math. 22. dem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Similiter coniungendum est quod
30 sequitur: Credo † in sanctam ecclesiam catholicam, uitam æternam, id est, per fi-
Ps. 26 dem quam habeo existens in ecclesia consequar uitam æternam: hæc est terra uiuentium: de qua Dauid: Credo uidere bo-
31 na Domini in terra uiuentium. † Est autem uita æterna uidere Deum patrem, & quem misit Iesum Christum, de hoc etiam sub sabbato sancto, in sexta parte, vbi agitur de baptismo, dicetur.

ADNOTATIO.

* Σύμβολον autem Græcè. Σύμβολον, variè accipitur, pro varia uerbi, à quo manat, ratione & natura. Συμβάλλω enim, παρὰ τὸ βάλλω, natura sua actiuum est, & significat committo collido, confligo, conuenio, confluo, paciscor, contractus cõuentaque in eo, item & conijcio, vt συμβαλλω τὸ ἐνύπνιον. Inde σύμβολον; signum, vt signa militaria Herodiano. Signis equi dem vtebantur inuicem Apostoli. Σύμβολον item, nota, & signum rei apud Ciceronem, vt dictio & nomen, est nota rei animo conceptæ. Σύμβολον etiam, insignia, id est, παράσημα. Item; omen καὶ οἰώνισμα. Gregorio dicitur & masculino genere. Qua ratione vsus est Synesius in τῷ ἀδελφῷ: Οὐ γὰρ οἶμαι νομίζεται νυμφευ τρίαις, βαδίζον ἐπ ἐκφορὰν, ἵνα μὴ τῷ νυμφίῳ σύμβολος ἀμαίσιος γένηται. Itẽ & fœminino συμβολη, conflictus, conflictio militaris. Σύμβολα etiam dicebantur tesseræ quædam, quæ dabantur publicè è ciuitatibus quibusdam hominibus sibi amicis, vt hospitaliter & amice reciperentur in oppidis fœderatis. Hodie sic uocari possunt tesseræ collybisticæ, ut placet Budæo, quas literas collybicas uocant; quasi ad permutandam pecuniam externam institutas. Σύμβολον αὐτὸ τμῆμα, quasi tessera, & frustum abscissum. Plato in Symposio, σύμβολον commissuram videtur dicere. homines enim eo in loco ait geminos fuisse, id est, διφυεῖς. σύμβολον etiam, significat similitudinem, & quandam naturæ concinnitatem, Aristoteli περὶ γενέσεως καὶ φθορας. σύμβολαι in conuiuijs dicebantur, quas Terentius & Plautus symbolas vocauerunt. Athen. lib. vij. Conuiuium autem ipsum è symbolis coagmentatum, dicebatur: σπυραγώγιον, & δεῖπνον συναγώγιμον, vt ipse inquit. Qui autem symbolas non conferunt, ἀσύμβολοι dicuntur. Ασύμβολος, etiam pro incerti & inutili ponitur, qui nihil in medium attulit. Apostolorum ergo σύμβολον, dices signum & breuiarium quoddam fidei Christianæ, cõmistum, conflatum & compositum ex multis bolis, id est, frustis particulisque. Symbolorum porrò hæc est lex, ut sententiam absoluant uerbis ad summum quinque, & quo breuiora sunt, hoc uenustatis plus habeant; quale est illud Augusti: Matura, Obscuritatis aliquid & allegoriæ symbolum condit, ut paululum à naturali sensu deflectatur: modo ne tanta sit, quanta Pythagoras est usus, ut ab intelligentia dictorum suorum arceret imperitos; qui symbola sua quasi quædam ænigmata longissimè abduxit illinc, quo sensus spectaret: ita ut Tyrrhenos induxerit, illis citra omnem allegoriam parere; cùm eam non assequerentur.

rentur. Vnde συμβολικὸν, pro allegorico & ænigmatico dicitur, apud Plutarch. in viij. Sympos. Nico. Doard.

SVMMA.

1 *Prædicationis vsus, vnde.*
2 *Prædicationis officium, cui competat.*
3 *Prædicatio, sublimi loco debet fieri.*
4 *Prædicatio, qualis esse debeat.*
5 *Prædicationem, quæ sequantur.*

De prædicatione. Cap. 26.

1 VONIAM, vt præmissum est, Euangeliũ prædicatio est, & symbolum, fidei † professio: ideo post illa, fit populo prædicatio, quasi Euangelici uerbi, & symboli, siue noui & ueteris testamenti expositio, qui modus sumptus est ex lib. Nee-
Neem. 8. miæ, in principio ubi legitur: Et legerunt Leuitæ in libro legis Dei. Neeminas autem sacerdos, & Esdras scriba interpretabantur populo uniuersa. Præterea monebantur antiquitus, qui in fraterno odio erant, ut ad concordiam uenirent, prius, quam communicarent: & mundi essent, prius coram suo Saluatore, cui nota sunt secreta cordiũ apparerent: ex quo siquidẽ prædicandi usus in ecclesia inoleuit. Inde etiam est quòd oratio Domini, quæ est ad primam: & in alijs horis uoce demissa, dicitur ad missam alta uoce, & patenter dicatur: quia in huiusmodi fraterna monitio continetur: communiter tamen post prædicationẽ symbolum decantatur, quia
2 fidem prædicatam se tenere ecclesia profitetur. ¶ Verum † cùm prædicandi officium priuilegiatum sit: nullus prædicare debet, nisi cui committitur: aut cui ex of-
Ro. 10 ficio sibi iniuncto incumbit, iuxta illud Apostoli: Quomodo prædicabunt, nisi mittantur: extrà de hæreticis. cum ex iniuncto, & ideo prædicaturus licentiam petit dicens: Iube Domine. Debet autem
3 † prædicator in loco eminentiori esse, sicut & Euangelium legens propter ratio-
Mat. 5. nes sub titu. de Euangelio scriptas. Nam & Iesus uidens turbas. ascendit in montẽ, & aperiens os suum, docebat eos. Et Es-
Neem. 8. dras fecit gradum ligneum ad loquẽdum, ut dictum est in prima parte sub titu. de ecclesia, ubi de pulpito agitur. ¶ Debet † ta
4 men humiliter proferre, quæ docet: nec secundum Grego. xlvj. distinctio. habet, in fi. illum elatis moribus, prædicet quem in cordibus audientium sacris sermonibus insectatur. Et secundum Ambr. prædicatio Christiana non indiget pompa: nec cultu sermonis: debet quoque, secundum Grego. prædicator esse discretus in silentio, utilis in uerbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. xliij. distinctio. si rector. Sunt tamen nonnulli huius doctrinæ oblti: qui sicut ait Beda. ij. q. vij. secuti sunt: auditores suos in præcipitium mergunt: quibus non salutaria quæ corrigant, sed quæ illos delectent, erronea prædicant. Alij verò secundum Greg. xlix. distin. hinc & enim. viij. q. j. oportet. xliij. distin. §. fi. dum æstimari hebetes nolũt, sæpe ex immoderata subtilitate, se in quibusdã inquisitionibus plus quam expediat exercent se, secreta mysteria sua prædicatione non intelligentibus reserando. Oportet enim eum qui docet, & instruit, pro ingenio discentium semetipsum aptare, & uerbi ordinem pro audientium capacitate dirigere: quoniam qui docet ea, quæ ab auditoribus intelligi nequeunt, non ad eorum vtilitatem: sed ad sui ostentationem facit, vt plura scire videatur: vel adulatione, vt eis placeat: quibus secreta reuelant: Cor. 1.
iuxta quod Apostolus ait: Christus me misit prædicare non in sapientia uerbi. ¶ In concilio Carthagiñ. de consec. dist. j. sacerdote. statutum, vt sacerdote verbum, scilicet prædicationis in ecclesia faciente, qui egressus de auditorio fuerit, videlicet contemnens excommunicetur. ¶ Post prædica
tionem, fit confessio † & indulgentia pro 5
commissis & omissis conceditur, ut sic conscientijs emundatis: iuxta illud prophe-
Ps. 76 ticum, & scopebam spiritum meum, accedant singuli ad communis sacramentũ, quod mox in missa: vel sacramentaliter, vel spiritualiter recepturi sunt: quæ spiritualis communio fit per fidem, operantem per dilectionem: iuxta illud Augusti. Crede, & manducasti: de consec. distinctio. ij. vt quid.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMA.

1 *Canon Missæ, in quot partes diuidatur.*
2 *Secreta, in quot partes diuidatur.*
3 *Offertorium, vbi quandoque fiat.*
4 *Offertorij versus, hodie sæpe intermittitur, idque temerè.*
5 *Offertorium vt cantetur, à patribus receptum est. idque de causa. nu. 6.*
7 *Offertorium, vnde nomen traxerit.*
8 *Offertorio facto quid faciat sacerdos.*

Secũda pars missæ in offertorio. Cap. 26.

SECVNDA pars missæ in offertorio, siue in Dominus uobiscum, incipit, quæ in quatuor † subdiuidit particulas. ¶ Prima, dicitur secretella. ¶ Secunda, præfatio. ¶ Tertia canon. ¶ Quarta oratio dominica, cum sua prefatione, scilicet preceptis salutaribus. ¶ Potest etiam quicquid hoc loco, usque in finem missæ dicitur, secreta uocari: quæ secreta in quinque diuiditur partes. ¶ † Prima est ab offertorio usque ad perfectionem, & hoc specialiter dicitur secreta. ¶ Secunda, dicitur prefatio. ¶ Tertia, canon. ¶ Quarta, oratio dñica. ¶ Quinta, est embolismus. Quia etenim fuit dominicis sanguinis effusio. ¶ Prima, in circũcisione. ¶ Secunda, in sudore. ¶ Tertia, in flagellatiõe. ¶ Quarta, ĩ crucifixione. ¶ Quinta, in mortui lanceatione. ¶ Sanè ordo cõueniens est, vt post prædicationẽ sequatur fides in corde, laus in ore, fructus in opere. Prædicationem quidem est in Euangelio, fides in symbolo, laus in offertorio, fructus in sacrificio: quapropter offerenda cantatur: quia sacrificium laudis offertur: vnde Psal. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiã uociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino. & in Paralip. Cũ offerent holocausta, cœperunt laudes canere Dño, organis, & in diuersis, quæ Dauid rex cõparauerat concrepare. † Offertorij quidem inter Euangeliũ & sacrificium canitur: prout in tit. de symbolo dictum est. ¶ Sacerdos autẽ dicturus, oremus, præmittit Dominus uobiscum: quasi diceret: nisi Dominus sit uobiscũ, orare non possumus ad salutem nostrã. Subijcit ergo oremus, monens populum orare: ut fidem in symbolo recitatam credat, & in ea stabilis permaneat, quia & Christus discipulis suis dixit: Orate &c. Lu. 22. monens etiam unumquemq; ad se redire, conscientiam suã discutere, & seipsum in holocaustum iustum Deo offerre. Prius ergo, q̃ chorus cãtet offertoriũ, salutat à sacerdote, ut possit deuote cãtare, & mox postq̃ ille dixit, oremus chorus cantat canticum offerentiũ siue offertoriũ, & populus offert, ut notetur, q̃ post impletionem mandatorum offerimus nos ipsos: sicut sub ti. de oblatione diceẽ: ac si unusquisque offerens dicat, Credo: & fidem quam in symbolo professus sum, opere compleo, & orationi sacerdotis consensio: unde & sacerdos statim offert dona cõsecrãda. ¶ Et † attende, quid offertorij uersus cum multa diligentia ab antiquis partibus inuenti, hodie plerisq; locis omittũtur: tum breuitatis causa, vt tam ministri, quã populus oblationibus, orationi, & sacramento altaris liberius uacent, tum ét, quia sicut ait, Aug xij. dis. oĩa ipsam Christianam religionem paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei uoluit esse libera. Et secundũ Hier. de cons. dis. v. non mediocriter. Melior est quinq; psalmorum, cum cordis hilaritate decantio, q̃ totius psalterij cũ anxietate modulatio: uerborum etenim multitudine Deus flecti non potest. Solum ergo in offertorio, quod dicitur in missa pro defunctis, uersus ipsi hodie dicuntur: quia officium illud non sequitur in multis normam alterius officij. ¶ † Porrò à patribus introductum est, ut offertorium cantetur: quia (ut præmissum est) quando offerebãt. in tubis clangebant: hilarem nanq; datorem diligit Deus. xxiij. quæstio. vj. §. ex his. Inductum est etiã ex eo, q̃ Salomon in dedicatione templi, & altaris, innumerabilem multitudinem holocaustorum obtulit, cum magna solennitate, & à Mose cui descendenti de monte, & populum salutanti, & oranti occurrit populus, & munera obtulit. † Cantatur etiam offertorium, dum offertur, ad memorandum iucunditatem Israelitici populi, offerentis denaria ad ædificiũ tabernaculi, uel potius ad designandum clamorem mulieris, de qua legitur

Ps. 26. 2. Para. 5

2. Cor. 9

3. Reg. 8. Exod. 35. 6

gitur in Apoc. xij. cap. Mulier, id est, ecclesia amicta sole, id est, Christo quem induit in baptismo: habens lunam sub pedibus, id est, omnia mutabilia calcans, & in capite coronã duodecim stellarum, id est, chorum duodecim Apostolorum, & habens in vtero, supple ea, quæ in sui initio gesta sunt: clamat parturiens, & cruciatur ut pariat. Clamorem ergo eius parturiẽtis uel salubrem Domini cruciatum imitatur offerenda, per suum grauem & grandinosum cantum, quæ pneumis distentia, & uersibus fœcundata: quantumuis longa iubilatione, quod significat, non satis exprimere ualet. Quis tamen offertorium cantare instituerit, ignoratur. Traxit † nomen offertorium à feria, quod est oblatio, quæ in altari offertur, & à pontificibus consecratur, inde offertorium dicitur, quasi præfertum: oblatio verò, vocatur, quia offertur. Dicitur etiam offertorium, quia dum offerenda cantatur, sacerdos accipit oblationes, vel hostias à ministris, de quibus sub ti. de oblatione dicetur. ¶ † Aduertendum autem est, q̃ licet sacerdos premittat oremus: non tamen immediatè orat, imo turificat, oblationes recipit, & alia agit: quasi ipso facto dicat: non cessat orare, qui non cessat bene agere. Dum ergo offertorium canitur, & incensum portatur, instante memoria dominicæ passionis, silentium obseruant, usque dum alta voce dicit: Per omnia secula seculorum. Illud insinuans, q̃ Iesus post suscitationem Lazari non palam ambulabat apud Iudæos, cum cogitarent eũ interficere: sed abijt in ciuitatem, quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis. Collegerunt enim pontifices & pharisæi concilium, & vnus ex ipsis, Cayphas nomine, dixit: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Et ab illo die cogitauerunt eum interficere, de hoc dicetur sub titu. de inclinatione sacerdotis.

SVMMA.

1 *Manus lauat sacerdos denuo, statim ab offertorio, & turificatione, & qua de causa. Et qua significatione. nume. 3.*
2 *Manuum lotio fit semper ad dextrum altaris cornu.*

De manuum ablutione. Cap. 28.

P RIVS, quàm sacerdos offerat, manus iterum lauat, quanuis † prius dũ vestibus se ornaret, lauasset, prout dictum est sub ti. d̃ capitis cooperatione. Et etiã post secundam turificationem iterum lauat: ut sic magis ac magis mundatus offerat hostiam immaculatam, sanctam, Deoque placentem. Nam & Psalm. cum mundatus esset, petebat amplius emundari, dicens: Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato &c. Lauat † autem semper ad dextrum cornu altaris: nam dextra prosperationem, sinistra aduersitatem significat: quia igitur pluries peccatur in prosperis, quàm in aduersis: iuxta illud Psal. Cadens à latere tuo, scilicet sinistro, mille, & decem millia à dextris tuis. merito magis lauandum est ad dextram quàm ad sinistram. Sacerdos itaque † hostiam oblaturus lauat manus: ad significandum, quod lauare ac mundare debet conscientiam lachrymis pœnitentiæ, & cõpunctionis: iuxta illud: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratũ meum rigabo. Et ideo tunc dicit: Lauabo inter innocentes manus meas. i. opera: & Esa. Lauamini, & mundi estote. Nam & Christus prius, quàm verum & vnicum sacrificiũ in ara Crucis offeret, in resuscitatione Lazari lachrymas miseratus effudit Euang. testãte: Iesus, inquit, infremuit spiritu: turbauit semetipsum, & lachrymatus est. Lauat etiam manus, ne reus sit corporis & sanguinis Domini: iuxta illud: Mundæ sunt manus meæ à sanguine huius, & vt mundi sint à terreno pane, iã in populi oblatiõe recepto, vel à terreno desiderio.

1 Ps. 50. 2 Ps. 91 3 Ps. 6. Ps. 25 Esa. 1. Io. 11

SVMMA.

1 *Pallam super altari disponit diaconus, sacerdote manus abluente.*
2 *Sacrificium altaris, ex quo confici debeat.*
3 *Corporale, quid significet.*
4 *Corporale, qualiter complicetur, & sternatur super altari. Et quàm variè id ipsum significat.*

5 *Corporale, quandiu maneat sub altari.*
6 *Sotheri Papæ edictum, ne mulieres contingant vasa sacra.*
7 *Palla altaris, quid. & vnde dicatur.*

De pallis, & corporalibus. Cap. 29.

1 NTERIM verò dum sacerdos manus abluit, diaconus † corporalem pallam, super altare disponit: in quo admonentur ministri & populus, vt sint ab omni carnali cupiditate mundi: sicut ipsa palla mũdata est à naturali viriditate, & humore: munditia quoque corporalis significat munditiam populi fidelis. De hac palla in canone ita dicitur, de consec. distin. j. ex consulto. Ex consulto enim omnium con-
2 stituimus, vt sacrificium altaris † non in serico panno, aut in tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato: terreno scilicet lineo, id est, de terra procreato, atque contexto: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi
Mat. 27. in syndone linea, munda sepultum fuit: & Christus ueram carnem passibilem & mortalem de terreno virginis corpore assumpsit: de lino igitur candido, non intincto ex institutione Sixti Papæ Eusebij, fit cor-
3 porale. ¶ Significat † autem corporale passionis intentionem seu corpus Christi, quia sicut linum multo labore ac multis tonsionibus acquirit candorem: ita Christi caro multo certamine ad resurrectiõis gloriam peruenit. ¶ Significat etiam ecclesiam; per quã corpus Christi intelligitur: quæ multis passionibus, & præssuris ad candorem æternæ vitæ perducitur. ¶ Tertio, significat ipsum Christum. Cùm enim sic complicetur, vt nec initium nec finis eius appareat: sic eius diuinitas initio caret, nec finem habebit. Et sicut oblata coniungiũ corporali, & ponitur in altari: sic Christi caro iuncta diuinitati, affigitur Cruci.
4 Et nota † quod in quibusdam ecclesijs palla corporalis, quæ calici supponitur, in lõgum altaris extenditur: quæ quatuor in longum, & tres habet plicaturas in latum. Siquidem in longum altaris extenditur, quia ut aiunt quidã, linteamen quo Christi corpus inuolutum fuit, per illam figuram extensum in longitudine sepulchri inuentum est. Quatuor eius plicaturę in longum, quatuor designant Cardinales uirtutes, scilicet iustitiam, prudentiam, temperantiam, & fortitudinem: per quas innatę nobis passiones reprimũtur. Tres verò plicaturæ in latum, tres theologicas virtutes, scilicet fidem, spem, & charitatem: per quas Deo vnimur, figurant. ¶ Potest quoq; & aliud in his figurari. ¶ Duplex enim est palla, quæ dicitur corporale. vna scilicet, quam diaconus super altare extendit: altera quam super calicem plicatam imponit significãtes duo linteamina, quibus Ioseph corpus Christi inuoluit. Extẽsa, repræsentat syndonem qua corpus fuit in sepulchro inuolutum: & inde corporale vocatur, plicata, super calicẽ posita, sudarium Io. 20
quo caput eius fuit separatim inuolutum. Siquidem extensa, quæ vocatur, significat fidem plicata, quæ sudarium uocatur intellectum. hoc enim mysterium credi debet, sed comprehendi non valet: vt fides habeat meritum cui humana ratio non præbet experimentum. de pœnit. distin. iiij. in domo. Secũdo quoque, corporale siue syndone subsistens, significat Christi humilitatem in passione: sudarium uerò laborẽ. Tertiõ, corporale, significat linteum, quo Christus erat præcinctus: sudarium laborem in persecutionibus. Adhuc palla super calicem posita, aliquam, scilicet superiorem eius partem non totum tegit, in quo datur intelligi, quod sudarium aliquã partem capitis Christi tegebat, & aliquã non: sicut mos est Iudæis facere: quædam tamen ecclesiæ non habent, nisi unum corporale, pro eo quod in Euangelio legitur, quòd Ioseph corpus Iesu inuoluit in syndone munda. non enim dixit in syndonibus, in plurali: & hoc ad significandum sacramenti vnitatem, & significat syndonem qua Christi corpus fuit inuolutũ. ¶ † Cor- 5
porale autem ideo remanet super altare vsque post sumptionem corporis & sanguinis, & eleuationem calicis de altari: quia linteamen & sudarium in sepulchro vsque resurrectionem remanserunt. Præterea corporale remanens propter sui albedinẽ ostendit munditiam mentis, quam semper habere debet corpus domini sumẽ. ¶ † So- 6
ther

ther Papa xxij. distin. sacratas, statuit ne fœminæ sacratæ, uel moniales sacra vasa, puta calicem, uel patenam, uel sacras pallas, & corporale contingant. Ipse tamen huiusmodi ornamenta altaris & ministrorum facere possunt: exemplo Mariæ quæ talia fecit, & texuit in vsum mysterij ta-
7 bernaculi fœderis. Communiter † tamen palla, uocatur munda mappa super quam distenditur corporale. Et dicitur palla, eo quod palliat vel abscõdat in se mysterium supradictum. Debet autem altare duplici mappa operiri: ad duplicem stolam, mentis scilicet & corporis designandam.

SVMMA.

1 *Manibus episcopi, aut sacerdotis lotis minister quid agere debeat, Item subinde episcopi munus. nume. 2.*
3 *Episcopus accedit ad altare sine mitra, & baculo.*
4 *Offertorium, triplex. Et ex quo illud fieri debeat.*
5 *Offerendi antiquus mos.*
6 *Panes sacerdotales: item propositionis. nu. 7.*
8 *Hostiæ rotunda cur fiat.*
9 *Oblationum duo genera, donum quippè, & sacrificium.*
10 *Sacrificium, quid.*
11 *Libare, quid.*
12 *Hostia, quid.*
13 *Holocaustum, quid.*
14 *Ministrorum officia circa oblationem sacerdotis. & nu. 16.*
15 *Panis & vini oblatio, quid signet: cùm & vnum solum sacrificium sint.*
17 *Diaconus patenam cum hostiæ, offert sacerdoti, & qua significatione.*
18 *Aquam cum vino miscere in calice inferiori episcopo non licet. Et quid commistio designet. Et id ex cuius institutione. Et quorsum. nume. 19.*
20 *Sacerdos missurus aquam in vinum, cur paulillum in terram fundat.*
21 *Aqua benedicitur, vinum minus. Et quid ita.*
22 *Manus osculum. quid significet.*
23 *Hostia, ferè ponitur inter sacerdotẽ & calicẽ.*
24 *Ampulla quid, & vnde dicatur.*
25 *Calicis ferendi mos, variè. Et cur maximè læua. nume. 26.*
27 *Cantoris primi officium. Item secundi. nu. 28.*
29 *Patenæ absconsio seu relatio, quid significet. & nume. 30.*
31 *Subdiaconus qualiter teneat patenam.*
32 *Offerre debet populus, & vnde offerẽdi mos. & nu. 34. Et qua significatio oblatorum.*
33 *Sacrificiorum legalium diuersa genera.*
35 *Offerens manum sacerdotis osculatur.*
36 *Clerici & monachi, an & quando offerant.*
37 *Oblationes qui recipiant.*
38 *Pontifex Romanus quas oblationes tangat.*
39 *Oblationes pro defunctis, cuiusmodi sint.*
40 *Moses iubet finem imponi oblationibus.*

De oblatione Sacerdotis, & de officio ministrorum circa illam, & de Patena, & de Oblationibus populi, & clericorum. Cap. 30.

1 OTIS igitur manibus diaconus uel sacerdos, minister extensis manibus mediante munda † tobalia, accipit manus episcopi, quasi iuuans illũ de faldistorio ad surgendum, quod quidem fit non ad adiuuandum, sed potius ad prouocandum illum, id est, Christum quem significat. quòd surgat, & pro populo oret. Iuxta illud: Exurge domine adiuua nos. Et iterum: Exurge, Ps. 43
qui dormis, & sic mediante mũda tobalia, ad notandũ, quod mediante munditia manuum, id est operum nostrorum, excitatur Eph. 5
dominus ad adiuuandum omnes nos apud patrem. Si autem hoc ad ipsum põtificem Christi uicarium referatur: tunc dicẽdum est, qd ipse prouocatus adiuuatur per munditiam manuum eorum, pro quibus orat: ut eius oratio efficax habeat. Rursus Christus omnia bona opera ecclesiæ principaliter operatur: sicut legitur in Esa. Omnia Es. 26
bona opera nostra operatus es in nobis domine. cuius locum gerit episcopus. Minister uerò tanquam eius famulus, eius coadiutor typũ cooperantis ecclesiæ gerit: quæ in suis operibus Christi operãtis ministra est, & adiutrix: sicut dicit Apostolus: Co- 2. Cor.
adiutores enim Dei sumus, qui tobaliam, 3
id est, deuotam reuerentiam adhibet. quoniam, secundum Apostolum, Non sumus sufficientes aliquid cogitare à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo.

2 Deinde episcopus † vel sacerdos ingrediditur sanctuarium, perueniens ad altare
Lu.22 consecratũ, id est Christus qui cœnaculum grande stratum est ingressus, cum discipulis cœnaturus, & eis corpus suum traditurus: vbi mysticam oblationem accepit à ministris, insinuans illud, quod Ioannes Euangelista describit: Iesus (inquit) ante sex dies paschæ venit in Bethania: vbi La
Io. 12 zarus mortuus fuerat, quem suscitauit Iesus: & fecerunt ei cœnam, in qua Martha
3 ministrabat. ¶ Procedit autem ad † altare absque mitra & baculo: & cum uestibus sacris: prout in suis locis dictum est. Considera ergo ordinem: nam Euangeliũ præcedit: fides in symbolo sequitur, deinde munera offeruntur: necesse est enim primum audire: quomodo inquit Apostolus,
Rom. credent, sine prædicante? deinde, quis nisi
10 rectè crediderit, munus Deo acceptabile
Heb. offerre non poterit: quia sine fide impossi
11 bile est Deo placere. ¶ Hic ergo de triplici oblationis genere dicendum est: videlicet de oblatione sacerdotis, ministrorum, & populi. Sacerdos itaq; primo offert seipsum. † Offerenda etiam sunt quę sunt Dei
4 Deo, id est, animę habentes similitudinem Dei impressam. Deinde, quæ sunt sacrificio necessaria, scilicet panem, vinum, & a-
5 quam, & alia sacrificio apta. ¶ Et † nota, quod in veteri testamento ponebantur su
Exod. per mensam tabernaculi. xij. panes azymi
40 & similia, mundi valde, & ponebantur seni altrinsecus, & singulos supponebatur patena aurea, & super patenam pugillus tu-
6 ris. Panes † aũt isti dicti sunt sacerdotales, qa soli sacerdotes eos de altari sublatos comedebant: vel secundum Iosephũ: quia Dñs præceperat, quod soli sacerdotes, illos formarent, coquerent: & ponerent in mensa, & tollerent: ipsi tamen hoc nõ obseruauerunt. Et ex his cõuincitur q; sacerdotes debeant hostias facere per seipsos:
7 † Dicebantur enim panes propositionis, quia positi erãt super mensam propositio
Exod. nis coram Domino: in memoriam sempi-
25. ternam duodecim tribuum filiorũ Israel, vel porrò positi, id est, longo tempore positi, scilicet per totam hebdomadam. Nam in diluculo sabbati recentes, & calidi imponebantur mensæ, & erant ibi immoti vsque ad sequens sabbatum, & tunc subtrahebantur, vel erant ibi in ęternum, per successionem ponendi in mensa. ¶ Hostia autem formatur † rotunda, quia domini in 8
terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. viij. distin. quo iure, & ipsa sui forma significat illum, qui principio caret, & fine: quanuis ipse sit α & ω principium principians, atque finis. Apoc. j. c. ¶ Rursus cum figura rotunda fo metur à puncto ad punctum, per hoc innuitur, quòd ab ipso sunt omnia, & ad ipsum omnia retorquentur: vnde Psal. Veritas Ps. 88
tua in circuitu tuo. De hac figura dictũ est in prœmio secundæ partis: de hoc etiam dicetur in sexta particula canonis super uerbo: Accipit panem. ¶ † Cæterum duo 9
sunt, quæ offeruntur: donum videlicet, & sacrificium. ¶ Donum dicitur, quicquid auro vel argento, vel qualibet alia specie offertur. Aliud tamen est donum, & aliud munus, prout dicetur sub prima particula canonis super verbo hæc dona. ¶ † Sacrifi- 10
cium, est victima & quæcunque in ara cremãtur, seu ponuntur quasi sacrum factum, vel signum, quia prece mystica consecratur, pro nobis in memoriam dominicæ passionis. Quidã autem peruersi hæretici nobis ad prę sumptionem magnam reputant, quia sacrificamus & cõsecrationem hostiæ sacrificium appellamus: cùm scriptura ex persona domini dicat: Nolo sacrificium, & Esa. Ne offerat vltra sacrificium frustra. Et Es. 1.
in Euangelio: misericordiam volo, & non Matt.
sacrificium. Dauid, Si voluisses sacrificium 3
&c. De hoc, & quid sit sacramentũ, dictum Ps. 50
est in prima parte sub tit. de ecclesiasticis sacramentis. Omne autem, quod Deo datur, aut dedicatur, aut consecratur. Quod dedicatur, dicendo datur: vnde & appellatur. Errant igitur, qui consecrationem, dedicationem significare putant. Immolatio ab antiquis dicta est, eo quòd in mola altari superposita victima reddetur: mactari enim post immolationem est: nunc autem immolatio panis & calici & conue nit: libatio † verò tantum calicis oblatio 11
est: Iuxta illud & libauit de sanguine vuæ. Eccle.
& illud poeticum: Nunc pateras libate Io 50
ui. Libare enim propriè est effundere, & antiquitus quod in liquida materia offere batur, vt vinum & oleum, libamen diceba tur: quod verò in sicca, vt similia panis, & thus,

12 thus, oblatio nominabatur. Hostiæ † apud veteres dicebantur sacrificia: quæ fiebant prius, quàm, contra hostes pergerent: victima verò sacrificia, quæ post victoriam deuictis hostibus immolabant, de quo sub vj. particula canonis dicet super verbo: Qui pridie & erant victimæ maiora sacrificia, quàm hostiæ: vel victima dicebatur, quia
13 vincta ducebatur ad aras. ¶ † Holocaustum illud est, ubi totum, quod offerebatur, puta agnus vel vitulus, in altari igne consumitur. ὅλον, enim græcè, dicitur totum: καυστὸν incenso. Cæremonię apud latinos, dicuntur sacra omnia: quæ apud græcos ὄργια vocantur. propriè tamen cæremoniæ, à carendo dicuntur: eo quòd his, quę in sacris offeruntur, in suo vsu careant homines. Alij appellant cæremonias obseruantias Iudæorum in abstinentia quarundam escarum, secundum veterem legem, à carendo: quia carent rebus, quibus obstinent. Panis autem & calicis sacramẽtum, eucharistia dicitur: prout dicetur sub dicto verbo: Qui pridie. ¶ Porrò, circa obla
14 tionem † sacerdotis ministri sua officia exequuntur. diaconus enim corporalem super altare explicat & disponit: in quo ostenditur q; Euangeliũ Christus seu corpus Christi, imò tantam ipsius humanitatem plenè describit. Corporale enim hoc corpus Christi significat: prout in præcedenti titu. dictum est. Deinde subdiaconus in primis calicem præparet: panem & uinũ in illo disponens, à sacerdote postmodum consecranda, quia nimirum lex, quæ per subdiaconum hic congruè designatur,
Gene. huiusmodi oblationis mysteriũ præsigna-
14 uit, dicens: q; Melchisedech sacerdos obtulit Abrahæ panem, scilicet de frumento, & vinũ de racemis à Christo postmodum exhibenda, & in veritate consecrãda: sicut in Genesi habetur, & dicetur sub sexta par ticula canonis, super verbo: Acceperit pa-
15 nem: Oblatio † panis & vini significat pia desideria fidelium, seu pro immolatione seu pro hostia viua. ¶ Rursus in pane corpus Christi, & in vino, sãguis eius, in aqua populus representatur. Et dicitur panis, à πᾶν quod est totum, quoniã hic & in futuro est tota vita nostra. vinum dicitur à uite, cui Dñs in Euãgelio se comparat. Aqua verò ab ęqualitate dicitur: quia per hoc sacramentũ Angelis æquari debemus. Licet autẽ duæ sint species: non tamen sunt duo sacrificia: vnitas. n. verbi, vnitatem efficit sacrificij: hoc est enim illud pallium, quod Matt.
Noe filij cõtexerunt: quo Christiani Chri 20
sti ebrietatem, id est, passionem sub sacrifi cio tegunt. Deinde † subdiaconus ferens 16
in manu sinistra calicem & desuper corpo rale & illum diacono offerens, significat q; dominus subdiaconus fuit, quando librũ apperuit: & diaconus, quãdo dixit: non veni ministrari, sed ministrare. Diaconus verò patenam cũ hostia de manu subdiaconi recipit inter pollices & indices vtriusque manus, interposito tamen manipulo inter ipsos pollices, & patenam. Nempe manus subdiaconi, opera sunt legis: patena, latitudo cordis: manipulus, opera Euangelij: pollex, vigor virtutis: index, discretio. Fiũt igitur hæc ad significãdum quod opera legis, & latitudo cordis: ac opera charitatis, non sufficiunt ad salutem: nisi operibus euangelicis, quoniam diaconus annuntiator est, cum vigore uirtutis, & discretione mentis adhibitis adiuuentur atque perficiantur. Supponuntur autem indices pollicibus, ad notandum, quod virtutis vigor exercendus non est, absq; discretione, quæ cunctarum est mater & fundamentum virtutum. extrà de offi. cu. cap. j. ¶ Subsequen ter † diaconus ipse patenã cũ hostia, ex in- 17
stitutione cõcilij Anthiritani. 50. dist. pre sbyteros. xxv. dis. perlectis, pontifici repre sentat ad notandũ quod per euangelicam traditionem, quam diaconus figurat, ad altare, id est, ad solennem ritum peruenit ecclesia, quia lex quæ per subdiaconum signatur, hoc nostræ salutis sacrificiũ solũmodo præfigurauit, vt prę missum est, & põtifex seu sacerdos hostiam collocat super altare: calicem verò cum vino, ipse diaconus retinet, & collocat in altari. Circa qd notandum est, quod hostia significat corpus Christi non sanguinem, sacerdos Christum, solus ergo sacerdos absque cuiusque adiutorio illam offert, dicens: Suscipe sancte pater, &c. quia Christus seipsum in ara crucis obtulit Deo patri, & illã in altari super corporale quasi supra sindonem mundam disponit, innuens quòd ipsemet Christus. Hoc sacramentum instituit & ec clesiæ tradidit obseruandum, dicens: hoc Lu.22
est

Universidad de Deusto Biblioteca

est corpus meum, &c. hoc facite in meam commemorationem, &c. Disponit autem & collocat hostiam cum signo crucis: quia sicut Christi oblatio in cruce facta fuit, sic & oblatio sacerdotis, qui in illius memoriam fit, cum signo crucis fieri debet. Collocat etiam illum directè super crucem, in consecratione altaris cum chrismate factam: quia & Christus carnem suam cruci affixit. Verùm vinum in calice, sanguinem Christi designat: & ideo solus diaconus absque sacerdote, qui Christum designat, calicem tenet: ad notandum, quòd in Christi immolatione sanguis fuit à corpore separatus: non tamen solus, sed una cum sacerdote illum offert: & super pallam corporalem collocat, seu potius sacerdotis illo mediãte: quod ex eo patet, quia non dicit offero in singulari, sicut dicitur in hostiæ oblatione, sed dicit: Offerimus tibi domine, &c. Ex quo etiam clare conuincitur, quòd ambo pariter debent ipsa uerba proferre. Diaconus ergo calicẽ vna cum sacerdote offert: quia non solũ Christus seipsum Deo patri obtulit, verũ etiam per Euangelium suum, cuius diaconus est figura, & baiulus, huius sacrificij ritum instituit, & ecclesię commendauit, quam institutionem, & commendationem ipse diaconus tanquam prędicator Euãgelij enuntiare & manifestare debet ex suo officio, ab ista militante ecclesia obseruãda. Ideo que participari debet sacerdoti in calice offerendo: non tamen in consecrãdo, quia illud solius est officium sacerdotis. Solus
18 † tamen Episcopus uel sacerdos aquam uino commiscet in calice, quod nulli inferiori facere licet, quoniam solus Christus populos sanguine suo redemit. Præterea administio, huius unionem populi, cum Christo designat, ut sequitur. quæ fieri nõ potest, nisi per gratiam Christi cuius typũ gerunt pontifex & sacerdos. ¶ Commiscetur autem aqua vino in calice, ex institu-
19 tione Alexandri Papæ.j. ¶ Primo † ad notandum, quòd nunquam salus populi esse potuit sine sanguinis effusione: nec etiam sanguinis effusio sine populi salute, quia Christus populũ sibi reconciliauit in morte. Scriptum est enim, quòd aquæ multæ, sunt populi multi. Christus autem sanguinem suum fudit pro populo, sicut ipse testatur: Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. ¶ Secundo, ad notandum quòd de latere Christi simul exiuit & sanguis & aqua, quatenus nec Christus sit sine populo, nec populus sine Christo. Cum ergo aqua vino miscetur, tunc Christo populus adunatur, de consecra. dist. ij. cum omne. prope finem. Hoc quoque mysterium lex Mosaica præsignauit: sicut Apostolus exponit, dicens. Bibebãt de spirituali, con- *Lu.22*
sequenti eos petra: petra autem erat Chri- *I.Cor. 9*
stus, de consecra. distin. ij. reuera. Quapropter sacerdos in calice aquam fundit, ut sicut aqua non separatur à uino, sic populus nunquam separetur à Christo. ¶ Tertio, commiscetur, ut diuinitas & humanitas in una persona coniunctæ esse intelligantur. de consecra. distinct. ij. cap. iij. iiij. & v. Nam per uinum diuinitas, per aquam humanitas, intelligitur: qui ergo in altaris officio aquam sine vino uel econuerso, ei ministrat: quantum in se est diuinitatẽ ab humanitate separat: de hoc dicetur in particula canonis, super uerbo: hoc est corpus meũ, & super uerbo: hic est calix. ¶ Sa-
20 nè sacerdos † minister, missurus uinum & aquam in calicẽ, prius effundit modicum in terram, non solum vt meatus siue locus uasis, per quem fluere debet, mundetur, & si quid est in superficie vini, vel aquæ emittatur: verum etiam ad ostendendum, quòd sanguis & aqua de latere Christi usque in terram fluxerunt, ad quod mysterium se
21 præparat peragendum. ¶ † Considerandũ etiam est, qui aqua benedicitur, quando vino admiscetur: uinũ uerò non, & hoc ideo, ut dicũt quidam. ¶ Primo, quia uinũ suam benedictionem expectat: sed hæc ratio nõ uidetur sufficiens: imo quia tunc totum uinum est: quoniam in benedictione vini sub nomine calicis tam vinum quam aqua simul benedicuntur. Vnde potest secũdo modo dici quod uinum in hoc loco Christum significat, q̃ nulla eget benedictione: aqua populũ, qui in hac uita nequit esse sine peccato, propter quod indiget benedictione Dei: vt reddatur dignus ad premissã unionem cum Christo. Ad hoc igitur significandum, aqua benedicitur, quando uino admiscetur. ¶ Tertio, etiam uinum non benedicitur: quia subdiaconus qui non benedicit

cit, debet illud ex officio suo in calicẽ mittere, ut præmissum est. ¶ Quarto, quia populus per aquam significatur, unitur Christo solum per benedictionem gratie ipsius Christi quem sacerdos benedicẽs figurat. ¶ Est autem plus de uino, quam de aqua ponendum, arbitrio sacerdotis: ita tamen quòd aqua à uino absorbeatur, & uini sapore retineat. extrà de cel. miss. perniciosus, & hoc in signum, quòd ecclesia debet incorporari Christo, non Christus ecclesiæ: unde Aug. Non tu mutabis me in te, sicut cibum carnis tuæ. sed mutaberis in me, de hoc etiam dicetur super dicto uerbo: Hic est calix, & in vj. parte sub v. feria cœnæ domini propè fin. Prædictus etiam Alexander Papa statuit oblationẽ ex azymo & in modica fieri quantitate, dicens. Hæc oblatio quanto rarior, tanto pretio-
22 sior. ¶ Non est etiam † omittendum, quòd in missis priuatis ministrãs sacerdoti ampullam cum uino, manum eius non osculatur, sed ministrãs ampullam cum aqua sic, quoniã vinũ Christum, aqua, genus humanũ, osculum uerò pacẽ inter Deũ & hominem significat reformatam. ¶ Regulariter tamen cùm celebranti aliquid porrigitur, uel ab eo recipitur, manus osculum interponitur, ad designandum quòd omne seruitium, omnisque reuerentia Deo exhibita, cuius uices celebrans gerit, procedere debet ex feruore charitatis, & amoris, qui per manus osculum designatur, de hoc ẽt sub Euangelio dictum est, & sub tit. de pacis osculo dicetur. Calix autem ponitur Romæ ad dextrum latus oblatæ, & bene, quasi sanguinem suscepturus, qui de latere Christi noscitur proflux sse, & ad designandum sanguinem & aquam de dextro Christi latere emanasse. Præterea nisi à latere stet recta pars crucis, quæ sit communiter super hostiam & calicem, non producitur solummodo super hostiam. quod tamen fieri debet. Crux enim ipsa inchoari debet super hostiam, & perfici super calicẽ, prout ex diuersis locis, & uerbis ipsius canonis colligitur euidenter, de hoc dicetur in viij. particula canonis, super verbo:
23 hostiam sanctam. ¶ Communiter † tamen alibi ponitur hostia inter sacerdotem & calicem. ¶ Primo ad notandum, quod Christus est mediator Dei & hominum. x. dist. quando. & secundum hoc sacerdos Deum patrem, hostia, Christum: aqua in calice, populum significat, quia non nisi Christo mediante ad resurrectionis gaudium possumus peruenire. ¶ Secundo, propinquior est sacerdoti hostia, quàm calix: quia prius à Christo cõsecrata legitur, quàm sanguis, & Apostolis prius data. sed hęc ratio facit potius pro dictis Romanis, qui cruces incipiunt super hostiam, & deinde eas super calicem producunt. Porrò, cum sacerdos accipit patenam, cũ hostia, urceolum cum aqua, calicem cum uino, turibulum cum incẽso, efficit super ea crucis signaculum, ut per crucis uirtutem omnis conatus diabolicæ malignitatis effugiat, ne contra sacerdotem uel sacrificiũ aliquo modo præ-
24 ualeat. ¶ Et nota, † quòd ampullis in quibus uinum & aqua continentur pro sacrificio, spiritualiter considerandum est, quòd in parua substantia incomprehensibilia cõtinẽtur futura sacramẽta. ¶ Dicitur autem ampulla, quasi ampla bulla, significãs cor humanum, quod amplum debet esse latitudine charitatis. ¶ Rursus ampullæ, i. uasa ad offerendũ uinũ, sunt prædicatores mordaciter increpantes, uel quilibet Spiritus sancti gratia inebriati, & alios inebriãtes. Hydriæ uerò, id est, aquatica uasa, sunt doctores aqua sapientiæ salutaris potati, & uitalibus aquis repleti. ¶ Rursus adhuc
25 premissa alio ordine prosequamur. In † quibusdam ecclesijs subdiaconus portat calicem in sinistra, patenam in dextra, & desuper corporale: vnus cantor oblatam cum fanone, & uinum cum ampulla: alter verò præbet aquã uino miscendam: vltimo diaconus fundens aquam in calice offert presbytero seu episcopo. Nempe subdiaconus est Christus, calix, passio: patena, crux, sinistra, præsens uita: dextra, futura: corporale ecclesia, unus cãtor, iudaicum populum figurat: alter, Gẽtile: ampulla, deuotionẽ: oblata, corpus: uinum, sanguinem: aqua, ecclesiam. archidiaconus, Christus: presbyter seu episcopus, Deum patrem. Subdiaconus ergo calicem † portat in sinistra, 26
quia Christus de torrente bibit in via, id *Psal. 109*
est, passionem sustinuit in præsenti uita, patenam in dextra, quia per crucem peruenit ad gloriam: propter hoc enim exalta- *Phil.2*
uit illũ Deus: desuper corporale, quia eius passionem

passionem ecclesia nõ definit imitari. Corporale enim candidatur, & ecclesia per multas tribulationes Christo conformatur. Subdiaconus etiã noster, scilicet Christus patenam cum calice portauit, quando
27 crucẽ in passione baiulauit. † Primus cantor offert oblatam cum fauone, & vinum cum ampulla, quia primitiua ecclesia de Iudæis suscepit fidem passionis in deuotione mentis. Oblatam ergo non nudis manibus, sed cum fauone candido, id est, cum manipula alba, & munda offert, ad notandum, quòd Christi corpus ab his tantum dignè suscipitur, qui carnem suam cum vi-
28 tijs & concupiscentijs crucifigunt. † Alius autem cantor offert: quanquã diaconus miscet vino, & offert presbytero seu episcopo: hæc est Gentilitas, quæ suam obtulit multitudinem, quam Christus in passione obtulit Deo patri. Potest enim nõ incompetenter dici, quòd altare mensam domini, in qua cum discipulis suis conuiuabatur: ara, crucem: calix, sepulchrũ vel passionem Christi: de quo in prima parte sub titu. de picturis dictum est, & patena, quæ à patendo dicitur, cor latum & amplum significat. Super hãc patenam, id est, super latitudinem charitatis, sacrificium iusti-
Ps. 19 tiæ debet offerri, vt holocaustum animæ pingue fiat. Hanc cordis latitudinem habebant Apostoli cum Petrus dicebat: Et si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes Apostoli Christo dixe-
Math. 26 runt. Sed latitudo cordis ab eis aufugit, & latuit, cum omnes magistro relicto, fuge-
29 runt & latuerunt. Ad † quod significandum post susceptam inde oblatam sacerdos abscondit, sub corporali patenam: vel saltem eam ab altari remotam subdiaconus retro continet inuolutam. Per hoc ergo discipulorum fuga, vel latibulum, vel infidelitatis excœcatio designatur: qui dũ verum sacrificium offerretur, Christo relicto fugerunt, & latuerũt, sicut eis ipse præ-
Matt. 26 dixerat. Omnes (inquit) vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Scriptum est enim: percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis: postquam autem surrexero, præcedam vos in Galilæam. Aliquanta particula patenæ nõ absconditur, vt ostendatur, quòd beata virgo & beatus Ioannes Euangelista non fugerunt, nec latuerunt. de hoc dicetur sub titu. de sanctis. Et ideo sacerdos dicturus: pax domini, quasi dominicæ resurrectionis annuntiaturus eulogium, resumit patenam, quia cum esset sero die illa vna sabbatorum, & fores essent
clausæ, ubi erant discipuli congregati, pp Io. 20
metum Iudæorum, venit Iesus, & stans in medio, dixit eis: Pax vobis: resumẽs oues, quæ trepidantes aufugerẽt. † Rursus pate-
30 na quæ propter sui formam, diuinitatem quæ initio caret, & fine, significat, vsque ad dominicam orationem, absconsa tenetur, ad designandum, quod diuinitas nobis absconsa & velata est in hoc mũdo: sed quando in oratione dominica dicitur. Panem nostrum: manifestatur ad ostendendum, quod quando ad panem nostrum, qui in cęlis est, peruenieimus, tunc diuinitas quæ in hoc mundo absconsa & velata est, manifestabit se nobis, & videbimus ipsum sicuti Ioã. 3.
est. De hoc dicetur sub titu. de resumptione patenæ. In quibusdam tamen locis patena discooperta tenetur, ad designãdum, quod sacerdos orat pro æternis, quæ per Christi prædicationem nobis reuelatur. Phi. 3
¶ Per patenam enim, quæ rotunda est, ęternitas, quæ principio caret & fine, congruè designatur. ¶ Sanè subdiaconus † tenet pa-
31 tenam parte posteriori eleuata, quasi diceret. Imitamini me, qui posteriorum oblitus, ad anteriora me extendo: innuens ẽt, q̃ referre debemus omnia opera nostra ad Christum, & ad coronam ęternam. Patena quoque seorsum, à calice reuoluta, scilicet pars superior subtus posita, significat lapidem à sepulchro commotũ & reuolutum. Et nota, quod diaconus tradit patenã subdiacono tenendam, innuens, quòd Christus cõtulit discipulis suis potestatem prędicandi regnum Dei. Circa hoc etiam videbitur sub titul. de resumptione patenæ. Exod.
¶ Circa † oblationem populi, notandũ est, 23.
quod populus offerre debet: iuxta illud, 32
Exod. Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus. de consecratio. distin. j. omnis. Per 3. Reg.
oblata quoque munera possumus commemorare copiosam victimam, quę oblata est 8.
à populo, cum Rex Salomon templum & altare domino sacraret. Exemplo enim illius plebs fidelis offert se & dona Deo, sed in veteri testamento cõueniebat populus in Hierusalem quibusdam magnis solenni

tatibus

tatibus, scilicet Pascha, Pentecoste, & in festo Scænophegiarum, ut orarent in templo: & tunc tebantur offerre. Et nota, quod in ueteri testamento, populus offerebat sacrificium legale, & uolũtarium pro peccato; pro gratiarum actione dona, uo-
33 ta, & holocausta. ¶ † Sacrificiũ legale sunt decimæ & primitiæ: per ea quæ lex iussit offerri. Deut. xij. c. Voluntarium est, quod sponte pro peccato, & pro legis transgressione offerebatur. Dona sunt, quæ in templi ornatum offerebantur. Vota, quæ pro periculis infirmitatis uel belli. De holocausto præmissum est: unde dicitur in Paralipom. quòd obtulerunt principes pro uotis, pro spontaneis, pro peccato, pro re-
34 gno, pro sanctuario, pro Iuda. Ritus † igitur Synagogæ transiuit in religionem ecclesiæ, & sacrificia carnalis populi, mutata sunt in obseruãtiam populi spiritualis. Nam sicut populus ille Mosi descendenti de monte, diuersa dona ad faciendum tabernaculum offerebat: sic episcopo de pulpito uenienti Christiani deuotas offerunt oblationes. Alius offert aurum, imitatus
Matt. 2 Magos qui aurum domino obtulerunt. Alius argentum, secutus illos, qui pecuniam in gazophylactio posuerunt. Alius uerò aliquid de sua substantia, ut associetur illis qui per Paulum & Barnabam necessaria pauperibus transmiserunt. Nec est curandum, quæ quantitas, uel species offeratur: sed potius mens attenditur offerentis, vnde prouerb. iij. Honora dñm Deũ tuũ, de tua substantia: & Tho. iiij. Ex tua substantia fac eleemosynam: & Magi obtulerunt Christo nato aurum, thus, & myrrhã. Matth. ij iuxta illud Psalm. Tibi offerent reges munera. Nec secundum Grego. offerens à muneribus: sed munera ab offerente placent. Offerunt quoque legale sacrificiũ in decimis & primitijs: uoluntarium in spontaneis oblationibus pro peccato, dum pęnitentias redimunt, pro gratiarum actione, dũ pro collatis à Deo aliqua gratia quicquam offerunt dona, dum in ædificio ecclesiarum, uel utensilia, uel aliquid offerunt. Vota, dum quod in particulis vouerunt, expluunt. Holocaustum offerunt, qui seculum derelinquunt, & sua paupe-
35 ribus distribuunt. ¶ Offerens † autem manum sacerdotis osculatur, per quod fides cum opere designatur: de quo etiam præmissum est. Offerẽs uerò panem & uinum, significat discipulos qui præueniunt parare necessaria ad pascha. ¶ Verum † cle- 36
rici & monachi etiam administrationes habentes, non offerunt, nisi in officio mortuorum, & in noua celebratione sacerdotis, & in quibusdam præcipuis solennitatibus. de consecra. distin j. alia. cum enim ipsi de oblationibus uiuant, & ipsi ac sua Deo oblati sint, non tenentur offerre. Viri ante mulieres offerunt. Ipsi enim fortes in Christo designant, scilicet martyres, qui in primitiua ecclesia plures contumelias pasi Christo uictimam obtulerunt, dum occubuerunt. Deinde mulieres, quæ fragiliores designant, scilicet confessores, qui tempore pacis domino laudis hostias obtulerunt. Præterea, uir, caput est mulieris, & ideo à capite ratio est reddenda. ff. de edendo. argentarius. ¶ † Subdiaconi au- 37
tem uel acolyti recipiunt oblationes, quæ ad manum episcopi deferuntur: ad notandum quòd ipse non sua, sed aliena manu 38
debet temporalia ministrare. ¶ † Sanè Romanus pontifex nullam oblationem manibus tangit, nisi illam, quæ pro defunctis offertur: quam ideo manibus accipit, ut sigillet errorem dogmatizantium, eleemosynas non prodesse defunctis, & nisi oblationem panis, quam tangit: tum propter reuerentiam sacrificijs, quod ex pane conficitur: tum quia est uicarius eius, qui de se dicit: Ioan. vj. Ego sum panis uiuus. Cæteras uerò oblatiões ad pedes accipit propter illud quod in actibus Apostolorũ habetur: quoniam offerebant pretia eorum, quæ uendebantur, & ponebant ante pedes Apostolorum. Actuum. iiij. Et quia omnia sua sunt: prout sub Euangelio tactum est. Et sacerdos oblationes manu tangit repre-
sentans illud Leuit. j. & iiij. Ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit atque in expiationem proficiens. Et † not. 39
quòd pro defunctis offertur panis & uinũ. Iuxta illud Thobiæ. iiij. Panem tuum & uinum tuum super sepulturam iusti constitue, id est, distribue. Et pecunia siue argentum, exemplo Iudæ Machabæi, Qui misit offerri. xij. millia drachmas argenti pro peccatis mortuorum. ij. Machab. xij. Et pretia eorum ponebantur ante pedes

des Apostolorum, ut præmissum est. Et lumen, ad illuminandum illos, qui in tenebris purgatorij sedent. quasi offerens, ipso facto: Lux æterna luceat eis Domine &c.
40 ¶ Sanè † Moses, uidens quòd populus multa obtulisset, iussit præconis uoce cantari, ne quis ultra offerret, Exod. xxxv. & xxvj. c. Nullus tamen sacerdotum nostri temporis talia facere usus est. In nonnullis locis parochiani in die natalis domini offerunt sacerdotibus panes, quos Calendarios uocant: propter illud quod legitur Leuitic. xxij. Offeretis panes duos sacerdoti qui ce dũt in usum eius. Et uocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum &c. Susceptis itaq; à populo oblationibus & choro offertorium cantante, episcopus uel
Matt. 21 sacerdos ad altare reuertitur: quoniã Christus susceptis fidelium uotis cantantibus turbis: Osanna in excelsis, in proximo immolandus intrauit in templum.

S V M M A.

1 *Turificatio altaris, suscepta oblatione mystica quid innuat. & nu. 3. Et qualiter, & quando fieri debeat.*
2 *Maria ter unxit corpus Christi.*
4 *Rhotomagense concilium, quid statuerit de turificatione.*

De secunda turificatione. Cap. 31.

1 BLATIONE mystica de qua præmissum est, suscepta, statim † adoletur incensum: per quod illud innuitur, quod statim subscribitur à Ioanne in Euangelio, de quo premissum est propè principiũ præcedẽtis titu. Maria ergo, scilicet, Magdalena accepit libram unguenti nardi, pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & impleta est domus ex odore unguenti. Et sacerdos in modum crucis superducit & circunducit incensum super sacrificium, & altare, ut & crucis signaculo & turis incenso diabolicæ fraudis malignitas extricetur, & effugiat. Quod uerò tertio superducit & circunducit in-
2 censum, designat quod Maria ter † exhibuit & adhibuit unguentum circa corpus Iesu. Primo .n. unxit pedes illius in domo Simonis pharisæi. Secundo, cũ in domo Si *Luc. 7*
monis leprosi super caput eius unguẽtum *Ioã. 2.*
effudit. Tertio, cum emit aromata ut ue- *Matt. vlt.*
niẽs ungeret Iesum iam positum in monumento: uoluntas enim reputatur pro facto. xvij. q. j. & si ergo, cùm per ipsam non steterit, quo minus expleuerit, quod incepit. Quod uerò postmodum undiq; totum incensatur altare: designat, quòd post factum illud totam respersit ecclesiam: sicut Dominus ipse testatur: Amen, amen dico *Matt.*
uobis ubicunque prædicatum fuerit Euan *26*
gelium hoc in toto mundo, dicetur quòd *Apo. 8*
& hæc fecit in memoriam eius. Potest † et *3*
dici, quòd altare turificatur in figuram angeli, qui stetit iuxta aram templi habens turibulum in manu sua: de quo fumus aromatum ascendebat. Christus enim magni consilij angelus, carnem immaculatã igne sancti Spiritus plenam, pro nobis in ara crucis obtulit Domino in suauitatem odoris. Fumus aromatũ, sunt orationes sanctorum, quæ per ardorem charitatis ex passione domini prorogatæ ad Deum patrem ascendunt, & nos ad coronam Trinitatis prouehunt: ideoq; sacerdos turificat in modum crucis & coronæ: si semel turificat, recolit unicam passionem: si autem semel coronat, unius denarij retributionem, Si uerò ter, æternitatis in passione operationem, & trium ordinum glorificationem, & ideo turificans
ait: Dirigatur domine oratio mea, sicut *Psal.* 104
incensum in conspectu tuo &c. Moraliter *2. Cor. 2.*
autem incensum deuotionis adolendũ est in u ibulo cordis igne charitatis, ut odorem suauitatis emittat: vt videlicet tam
nos, quàm oblatio nostra, simus bonus o- *Eccle.*
dor Deo: de quo dicit scriptura, fungi sa- *44*
cerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, &c. Hoc enim incensum sacerdos accipit, id est. Christus acceptat & incensat ex eo sacrificium & altare. Potest etiam dici quòd turibulum, quod oblationi sacerdos supponit, significat Christũ per quem petit, ut sibi propitietur Deus. Sanè omnibus defertur incensum, ut ostẽdatur, quòd omnia à sacerdote facta pertinent ad omnes: unde Psalmista, dirigatur Domine o- *Psal.*
ratio mea: sicut incensum in cõspectu tuo: *140*
nisi missa pro defunctis, ut dicetur in. vij.

parte

parte sub titul. de officio mortuorum. In
4 † concilio Rhotomagensi in bucardo, lib. iij. c. ut tempore, ita legitur: In tempore quo legitur Euangelium, finito Euangelio super oblationem incensum in mortem, uidelicet redemptoris nostri, ponatur, decreuimus. Leo etiã Papa statuit incensum super oblatam poni. Quidam tamen hæretici gatriunt, non esse in missa turificandum: quoniam Christus in cœna terrenũ
Esa. 1 incensum non fumigauit: & Esa. Incensum est abominatio mihi. Quare altare & crucifixus turificantur, ut dictum est sub ti. de aquæ benedictæ aspersione. Post turificationem, iterum digitos lauat: nec ulterius usque post communionem cum eis, cũ quibus sacram hostiã tractare debet, aliquid tangat: sed post eius eleuationem eos iungat, ut dicetur sub viij. particula canonis. Minister quoque episcopi trahit & super brachia eius informat planetam, & alia indumenta, nam & legalis sacerdos dum sacrificabat, summitates balthei super humerum reflectebat.

S V M M A.

1 *Inclinat se sacerdos facta turificatione. Et deinde osculatur altare nu. 2. Et eorum significatio mystica.*
3 *Sacerdos conuersus ad populum. omnium rationes petit, quamque his orationem adsumat. Et cuius exemplo, aut præcepto.*
4 *Oza percussus à Domino, quòd eius arcam temerè tetigisset. Item, Bethsanitæ.*
5 *Sacerdos cur oret voce demissa, implorato statim populi suffragio: vide p nu. 6. 7. 8. 9. 10*
11 *Sacerdos cur tollat vocem incipiens: Per omnia secula seculorum.*
12 *Sacerdos cur manũ tollat ab altari, incipiens, Per omnia secula seculorum.*

De inclinatione sacerdotis, & osculatione altaris, ac oratione. Cap. 32.

1 VRIFICATIONIS expleto mysterio, sacerdos † se inclinando dicit: Suscipe sancta Trinitas, &c. quod sumitur de tertio Danielis: ut uidelicet hostiam offerat expinguedine charitatis, ut sit dignus ad sacrificium immolandum. Sacerdotis inclinatio, Christi humilitatem significat, qui
exinaniuit semetipsum, formam serui acci *Phil. 2*
piens, factus obediens usque ad mortem: mortem autem Crucis: qui etiã inclinans se ad pedes discipulorum, post sacramentum in cœna traditum orauit ad patrem.
† Postea uerò se erigens, osculatur altare, 2
ad notandum quòd per passionem Christi populus liberatus est, & Deo patri reconciliatus: unde Apostolus ad Ephe. iij. Faciens pacem, ut reconciliet ambos Deo in uno corpore. Consequenter sacramentum incepturus, orat primũ pro se: deindè pro
populo. Conuertens enim † se ad illum 3
sub silentio dicit: Dominus uobiscum: sicut dictũ est sub tit. de salutatione, & mox uoce aliquantulum eleuata, ut oratio omnium auxilietur ei, quasi non præsumens, quòd solus possit tantum mysterium exequi monet illum dicens. Orate pro me fratres, &c. & ego pro uobis, in quo significatur illud, quod Christus discipulis suis dixit. Lucæ xxij. Orate, ne intretis in tentationem, & ibidem. Ego pro te orani Petre, Monet autẽ orare, ut sacrificium fiat Deo acceptabile: & populus debet simili-
ter secretè orare respondens. Memor sit *Ps. 9.*
Dominus omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat, uel respondet. Suscipiat Dominus sacrificium &c. vel dicat. *Luc. 1*
Spiritus sanctus superueniet in te, uel il- *Ps. 17*
lud. Mittat tibi Dominus auxilium de sancto, uel immo a Deo sa. Iac. Debemus e- *Iaco. 5*
nim inuicem orare, secundũ Apostolum vt saluemur. Orauit enim Christus primum *Io. 17.*
pro se. pater (inquit) uenit hora. clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. deinde pro populo dicens. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, ut sint vnum, sicut & nos. extrà de sum. Trin. c. ij. Dicturus ergo. Orate pro me fratres, se uertit ad populum, quia ipsum distinctè alloquitur, sed dicturus. Oremus, post Dominus uobiscum, se ad altare conuertit, quia tũc non distinctè, sed per modum conceptionis ad aliquid excitat ad secum orandum, seu gratias referendum. ¶ Monito itaque populo sacerdos statim reuoluitur ad altare, per sinistram partem, prout sub titu. de salutatione ad populum dictum est, & tũc tandem dicit orationem quam intermise-

rat

Universidad de Deusto
Biblioteca

rut ab offertorio, citra, quando dixit. Oremus, ad notandum, quòd Christus iterum redijt Ierosolymã ad domum orationis,
Ioã. 11 quam ad tempus deseruerat cum succesſerat in Effren. Sic enim legitur in Euangelio: Cum uenisset Iesus Ierosolymam, intrauit in templũ, & eiecit ementes, & uendentes de templo, dicens: Domus mea, do
1. Aeg. 6 mus orationis uocabitur. Instat .n. sacerdos orationibus, ne indignus inueniatur,
4 † ut Oza, qui tetigit temerè arcam Domini, & percussus est à Domino. Nec legitur aliud fecisse, nisi uxorem propriam cognouisse in nocte præcedenti. Bethsamitæ quoque, quia temerè noluerunt arcam Domini tangere, occisi sunt de populo lxxxviij. de plebe quinquaginta millia, pretiosa arca est calix Domini, Orat autem uoce de-
5 missa. ¶ † Primo, ne uilescat officium missæ, & ideo oratio ipsa persecretè, dicitur à quibusdam secreta à quibusdam secretella, ad differentiam maioris secretæ: à quibusdam verò sacra vocatur, de quo & de huiusmodi silentio sub titu. de secreta dicetur, ut dictum est sub titu. de offerto-
6 rio. ¶ Secundo orat in † silentio, ut deuotius oret, nec cogitet quomodo eius uox & corporis compositio placeant populo, quia & Dominus elongatus est à discipulis, quantum continet iactus lapidis, ut ora-
7 ret. ¶ Tertio, in † hoc quòd secretè orat, significat secretas preces Christi dicentis:
Math. 26 Pater mi, si fieri potest, transeat à me calix iste. Mat. xxvj. Quarto, hoc silentium † re-
8 colit sacramentum in sacrificijs patrũ absconditum, ut in Abel, Isaac, in agno paschali, in uitula ruffa, in hirco emissorio.
9 ¶ Quinto, in hoc † repræsentatur silentiũ, quod Dominus habuit in passione, quia tã quam ouis ad occisionem ductus est, quod & martyres imitati sunt. Vnde non murmur resonat, non quærimonia &c. ¶ Sex-
10 to, ideo † orationes quæ post oblationes sequuntur in silentio & secretè dicuntur, quia Iudæi statim post suscitationem Lazari, uoluerunt occidere Iesum, ille uerò abscondit se in ciuitatem Effren, in solitudine, & tacuit à prædicatione, & miraculorum operatione, usque in sabbatum in ramis palmarum, quo uenit in domum Simonis leprosi, & tunc prædicauit apertè, ad quod designandum sacerdos in fine secretæ eleuat iterum uocem, dicens palam
& alta † uoce: Per omnia secu. secu. quod 11
expositum est sub titu. de oratione. Secundo ideo dicitur alte. Per omnia, ad notandum, quòd post resurrectionem Christus prædicauit apertè. Tertio, quia est principium sequentis orationis, ut iam dicetur. quia uerò quærit assensum populi, & confirmationẽ, quia ipse est quasi legatus populi ideo populus assentiens uoci eius dicit, Amen: quia seculum per ipsum creatum est, † adhuc dicturus, per omnia se- 12
cula seculorum, deponit manus sub altare. Primo, ad notandum, quòd omnem cogitatum temporalem deponit, & se totaliter Deo committit immolationi dũtaxat tota mẽte intendens. Secundo manus deponit: cùm enim nunc ad cordis eleuationem, & ad gratiarum actionem inuitet, & eleuationem cordis per cõtemplationem præcedere debeat, exercitum bonę operationis, quã manuum depositio, significat. De qua operatione postea gratias referimus ei, qui in nobis incipit opus bonum; ut perficiat, sicut dicit Apostolus: idcirco tunc manus deponit.

S V M M A.

1 *Præfationis principiũ quibus literis notetur.*
2 *Præfatio quorsum instituta. & vnde dicta. nume. 3.*
4 *Præfationis declaratio. & nu. 6. Et amplius nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 34.*
5 *Sacrificij faciendi vetus mos: maximè de oratione sacerdotis inter sacrificandum.*
15 *Angelorum nouem ordines.*
16 *Angelis cur pennæ adpingantur.*
17 *Gabriel, quid significet, & eius munus.*
18 *Michael quomodo interpretetur, & eius officium.*
19 *Raphael, quid sonet latinè, & cui officio p̃sit.*
20 *Vriel quomodo sonet latinè.*
21 *Angelorum omnium officia, et per discursum nu. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*
29 *Cherubin & Seraphin, in cœlo eminentia, & sedes.*
30 *Angelorum sex tantum ordines cur in communi adferantur præfatione, tribus silentio præteritis, & nu. 32.*
31 *Hierarchia quotuplex, & vnde dicatur.*
33 *Deus, angelicam & humanam creaturam edidit,*

edidit, in laudem & gloriam.
35 *Gelasius Papa, præfationes communes dictauit primum.*
36 *Vrbanus Papa, quid addiderit præfationi communi.*

De præfatione. Cap. 33.

1 NTE prefationem describitur in libris quædã † figura representãs ex parte anteriori literam, v. ex parte verò posteriori, literam d. quæ duæ literæ coniunctæ pro verè dignum ponuntur, litera videlicet, pro dictione. Sanè per literam v. quæ inferius clausa & superius aperta est, habens initium à linea longiori humanitas siue humana Christi natura, quæ in virgine principium habuit, sed fine carebit: per d. verò circulariter clausum diuinitas, seu diuina natura, quæ nec principium nec finem habet figuratur. Tractus autem in medio vtranque copulans partem: crux est, per quam diuinis sociantur & vniuntur humana. Ideo ergo hæc figura in prefationis principio ponitur: quia per mysteriũ vnionis, & dominicæ passionis pacificantur homines angelis, & sociantur humana diui-
2 nis, in preconia saluatoris. ¶ † In præfationibus enim omnibus conueniunt homines & angeli, ad concinendum præconia regi: vnde & alta & delectabili voce cantatur: quia in eis angelorum præconia repræsentantur. Et cantantur coram altari, & à solo sacerdote, iuxta illud Apo. xiiij. & cantabunt quasi cãticum nouum ante sedẽ, & nemo poterat dicere canticum, nisi &c. Si-
3 quidẽ † hæc oratio vocatur præfatio, quia præcedit sacrificium principale. Est enim quasi prælocutio, id est, ad ministrium preparatio: prælocutio, videlicet totius orationis secuturæ à, Te igitur, vsq; ad, Agnus Dei. In hac enim preloquitur sacerdos grates laudes Deo, vt melius ad consecrandum corpus Christi valeat peruenire. Vocatur etiam præparatio: quia præparat fidelium mentes ad futuræ reuerentiã con-
4 secrationis. Dicitur † etiam hymnus angelicus: quia angelicis laudibus est plenus. Veruntamen sacrificium vocatur, in secretella oblatio, sed à, Dñs vobiscum: quod statim post illam sequitur, vsque ad sanctus, vocatur hymnus. Sanè in proximo ti. dictum est in fine secretellæ dicitur alta voce: per omnia sec. secu. quod quidem est finis illius orationis, & initium præfationis per q̃ sacerdos insinuat, q̃ Christus est lapis angularis, qui fecit vtraque, vnum Iu- Io. 10
deos continens & Gentiles, vt sit vnũ ouile, & vnus pastor. Dicturus ergo sacerdos rem attentione dignissimam, salutat populum dicens, Dñs vobiscum, optans nos tales existere, cum quibus dñs manere dignetur, & illud nobiscum celebrare conuiuiũ ad quod mulier attulit alabastrũ vnguenti nardi, pistici pretiosi, & effudit illud super caput dñi recumbentis, & populus respõdet, & cum spiritu tuo: & sic mutuo pro se orant. Nam † & in ve. testamento omnes 5
sacerdotes orabant, dum consummaretur sacrificium Ionatha inchoante, & cæteris Io. 12
respondentibus. Postea sacerdos eos incitans, subiungit: Sursum corda, scilicet in 2. Mac. 1
cœlestibus, nõ in terrenis, & eleuat manus, ꝓpter rationes sub titulo de oratione scriptas ad fi. Chorus respondet. Habemus ad Dominum, id est, habere debemus. vnde in canone Cypriani. de consec. dist. j. quando Papæ ita dicitur: ideo sacerdos ante orationem canonis prefatione premissa parat fratrum mentes dicendo: Sursum corda. vt dum plebs respondet habemus ad Dominum. admoneatur nihil se quàm Dominum cogitare debere. Rursus ideo chorus subiungit: habemus ad Dominum, vt ecclesia sicut mulier vnguentaria, sursum ad illam verbi diuinitatem cor eleuet, & illud caput æquale Deo patri, fide contingens, vnguẽto catholicæ professionis perungat, cuius sanè præconium sacerdos prosequitur dicẽs: Gratias † agamus Domino Deo 6
nostro, quia pro omnibus beneficijs quæ nobis cõtulit, gratias ei referre debemus. Chorus respondet: Dignum & iustum est: quoniam gratias omnipotenti Deo referre debemus. Sequitur per Christum Dominum nostrum. supplendum est: confidentes & credentes, quod per Christũ maiestatem eius laudant angeli: adorant dominationes: tremunt potestates. Hoc sacrę confessionis præconium ita rectè concludit ecclesia: vt cũ angelis & hominibus decantet

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.6 hunc deuoti pectoris Hymnum : Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus sabaoth: pleni sunt cœl. &c. de quo infra dicetur.
7 ¶ Potest † etiam præfationis officium ad
Lu.22 illud referri: quia Iesus ascendit in cœnaculum magnum stratum in quo multa locutus est cum discipulis suis, & gratias agens, hymnum illum retulit Deo patri de quo d. Matth. & hymno dicto exiuerunt in montem Oliueti. Ergo per, Dominus uobiscum oratio, quam discipulis fecit, accipitur. per, Sursum cordà, ascensus ad cœnaculum: iterum, per sursum corda, ad confitendum filio surgimus: & angelorum ministeriũ imploramus, qui uota nostra suscipiant, & ad Deum perferant. Per gratias agamus, Christo recolimus gratiarum actionem: & inuitamus populum ad agendum gratias Deo patri, per filium: per quem redimimur: & cum Angelis ad laudandum admittimur. Monet ergo sacerdos populũ, sursum, id est, supra semetipsum habere uel eleuare corda, ad
Col.3. Dominum: iuxta exhortationem Apostoli dicentis: Quæ sursum sunt, quærite:
Matt. 5. non quæ super terram, Nam quæ in terrenis sunt, nihil dignũ Deo offerre possunt: ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Multi quidem dum ore loquuntur cœlestia, corde meditantur terrena: quibus Dominus improperat, per prophetam: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. Chorus uerò respondens, profitetur se sacerdotis monita suscepisse, dicens: Habemus ad Dominum, unde diligenter prouideat, ne cor habens deorsum ad seculum, spiritui san-
Es.29 cto damnabiliter mentiatur. Sacerdos etiam, postquam attentos reddidit, & deuotos hortatur, ut gratias agamus Domino Deo nostro: quoniam ipse est Deus, id est, Creator: ipse est Dominus, id est re-
2.Cor. demptor: ipse est noster, scilicet Saluator.
14 Tunc enim erit uerissimè noster, cum erit omnia in omnibus, id est, sufficientia singulorum. ¶ Rursus, quia † populus
8 professus est, se intentum esse ad Dominum: ideo presbyter subiũgit. Gratias agamus. Chorus uero sacerdotis uerbũ approbans, & affirmans respondet: Dignum & iustum
Ps.94 est: Dignum quidem quantum ad Deum: quia ipse est Dominus Deus noster. Iustũ, quantum ad nos: quia nos sumus populus eius, & oues pascuæ eius. Dignum quoque, & iustum est, quantum ad utrunque: vt, scilicet populus simul cũ sacerdote gratias agat Deo: à quo omnia bona suscepimus. ¶ † Subsequenter subiungit sacer- 9
dos: Verè dignum &c. Et secundum magistrum Petrum Antissiodoren. hic, incipit præfatio, id est, prologus uel prolocutio sequentis canonis: captans domini beneuolentiam, dicens: Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, dignũ, quòd bonus est. iustum quia benefecus. æquum, quia misericors: salutare, quia salus. vel, dignum, quia nos mera uoluntate fecisti: iustum, quia nos pura misericordia redemisti: æquum quia gratuite nos iustificas: salutare, id est, salute plenum: quia perpetuo nos glorificas. Nos tibi semper & ubique gratias agere: Domine sancte pater omnipotens æterne Deus. vbiq; enim est Dominus sanctus: vbique est pater omnipotens, & semper est æternus Deus. Vnde
Psal. Psalm. In omni loco dominationis eius be
101 nedic anima mea Domino. Et iterum, be-
1.Io.2 nedicam Dominum in omni tempore, sem
10 per laus eius in ore meo. Sequitur † per Christum Dominum nostrũ. Aduocatum enim habemus secũdum Apostolum apud patrem, Iesum Christum dominum nostrum, qui interpellat pro nobis: & ipse est
Heb.5 propitiatio pro peccatis nostris, qui exaudit in omnibus, pro sua reuerentia. Per eum ergo, quasi per mediatorem laudes offerimus: per eum, quasi aduocatum gratias exhibemus. † Per quem maiestatem 11
tuã &c. Maiestas dicitur quasi maior stans, uel maior potestas, quia maior est eius potestas, quàm hominum. Laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt potestates: utique illum laudant adorant, & tremunt, per quẽ omnia facta sunt: per quem
Gen. 1 simul cum patre oẽs spirituũ ordines sunt
Ps.32 creati. Nã dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Verbo dixit, & uerbo fecit, quia uerbo Dñi cœli firmati sunt, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Chorus angelorum nominat, quia Angeli huic officio, non dubitantur adesse. ¶ Et est notandum, quod ecclesia Angelis est assimilanda, ad hoc ut placeat Deo. ¶ Rursus
12 † per hoc, quod dicitur: Domine sancte pater

Psal. pater omnipotens æterne Deus, per Chri
148 stum Dominum nostrum, quem laudant
Nee.9 Angeli, adorant, &c. intelligitur, quod ec
Iob.26 clesia & Angeli laudãt Deum: non solum inquantum Deum: uerum etiam inquantum hominem: Dicitur ergo laudant. Vnde Psalmistæ: Laudate eum omnes Angeli eius. adorate &c. vnde Esdras: Exercitus cœli te adorant. Tremunt. † Vnde Iob:
13 Columnæ cœli contremiscunt, & pauent aduentum eius. Tremere uerò, dicuntur non metu fortitudinis, cùm sint perfectè beati, sed administrationis affectu, uel obedientiæ famulatu: cùm secundum Apostolum, omnes sint administratorij spiritus
Heb.1 in ministerium destinati. Tremunt quoq; potestates, non quòd ordines angelorum corporales sint, sed ideo dicitur, vt intelligamus omnia cœlestia, terrestria, & infernalia ante conspectum diuinæ maiestatis
Phil.2 tremere atq; timere: sicut & nos tremere
Es.66 ac timere ante dominos nostros solemus.
14 ¶ † Sequitur: cœli cœlorũ: per cœlos thro
Psal. ni accipiuntur, quia Dominus ait: Cœlum
148. mihi sedes est, & dicuntur cœli laudare Deum: quia laudis materiam præbent. vnde propheta: Cœli cœlorum, & aquæ quæ super cęlos sunt, laudent nomen Domini. Cœli quidem diuinæ iussioni obediunt, quia se ostendere serenos & nebulosos, potestatem non habent. ¶ Cherubin quoque
15 & Seraphin. † Ad intelligentiam eorum, quæ hic dicuntur, notandum est nouem esse ordines angelorum, uidelicet Angeli, Archangeli, throni, & dominationes, uirtutes, principatus, potestates, Cherubin, & Seraphin. Αγγελοί quoque Græcè dicuntur nuntij Latinè, scilicet excelsi & cœlestes, eo quod de cęlis ad annuntiandum & exequendum Domini voluntatem mittun
16 tur. † Angelorum autem uocabulum, officij nomen est, nõ naturæ: spiritus enim sunt super, sed cum mittuntur Angeli, uocantur, Quibus ideo pictor licentias pennas facit, ut celebrem eorum in cunctis discursum significet: sicut & iuxta fabulas poetarum venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem scilicet iuxta illud:
Psal. Quia ambulant super pennas ventorum.
103 Αρχάγγελοι ergo Græcè, summi nuntij interpretantur: qui enim parua vel minima annuntiant, Angeli sunt, qui summa, Archangeli nuncupantur. Archangeli ergo dicuntur, eo quod inter Angelos teneant principatum, nam ἀρχων Græcè, Latinè princeps interpretatur. Sũt enim duces & principes, sub quorum ordine vnicuiq; angelorum sunt officia deputata. Quidã autem Archangelorum priuatis nominibus appellantur, vt per vocabula ipsa in opere suo, quid valeant designetur. ¶ † Gabriel 17
nanque hebraicè, interpretatur latinè fortitudo Dei. vbi enim ipsa potẽtia diuina, vel fortitudo manifestatur, Gabriel mittitur. vnde ipse annuntiauit Christum nasciturum: qui diabolum deuicit, & humiliter ad debellãdas aereas potestates venit.
¶ † Michael interpretatur, quis vt Deus, 18
quãdo enim aliquid miræ virtutis in mundo fit, hic Archangelus mittitur, & ex ipso opere nomen est ei: quia nemo valet facere, quod facere potest Deus: vnde ipse missus est in Aegyptum ad immittendas illas plagas famosas. Quidam tamen dixerunt,
19 q; Michael est nomen vnius Angeli. ¶ † Ra
phael interpretatur curatio vel medecina Dei. vbicunque enim curandi vel medicandi opus necessarium est: Raphael Archangelus mittitur. vnde ad Thobiam missus est, vt eum à cœcitate liberaret. de Gabrie
Exod. le, Michaele, & Raphaele, dicetur in septi
3 ma parte sub festo Michaelis. ¶ Vriel, in-
20 terpretaẽ † ignis Dei, sicut legimus apparuisse ignẽ in rubo: legimus ẽt ignem missum desuper, & implesse quod præceptum est: hæc sunt nomina personalia angelorum, quæ nec à seipsis, nec à Deo imposita sunt: sed ab hominibus, & nescitur à quibus. nec alia personalia inuenũtur in scriptura. Alia verò sunt nomina ordinum.
¶ Cæterũ throni, dominationes, virtutes, principatus & potestates: quibus uniuersam cœlestem societatem Apostolus complectitur: ordines angelorũ & dignitates
21 intelliguntur, ut iam dicetur. ¶ † Sed pro hac ipsa distributione officiorũ, alij throni, alij dominatiões, alij virtutes, alij principatus, alij potestates, dicuntur pro certis dignitatibus quibus adinuicẽ distinguuntur.
22 Throni † sunt agmina angelorũ, qui latinè sedes interpretantur, & uocati sunt throni, quia illic conditor præsidet, & per eos iudicia sua disponit. ¶ Dominationes, † sũt
23 hi qui in virtutibus, & principatibus præe-

Universidad de Deusto Biblioteca

minent, qui pro eo, quòd cæteris angelorũ dominantur agminibus, dominationes vocantur. Nominantur ergo hic ad notandũ, quòd eis magis assimilari debemus: quia vsum dominandi docent. Est enim dominatio, facere Dei voluntatem. ¶ Virtutes
24 † angelicæ quædam ministeria perhibent, per quos in mundo signa & miracula fiũt: propter quod & virtutes dicuntur. ¶ Principatus sunt qui angelorum † agminibus
25 præsunt, qui pro eo quòd subdictos Angelos ad explendum ministerium diuinũ disponunt, principatus vocabulũ acceperũt, nã alij sunt, qui administrant: alij, qui adsi
Dan. 7 stunt: sicut & per Danielem dicitur: Milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia adsistebant ei. ¶ Potestates
26 † sunt, quibus virtutes aduersæ subiectæ sunt, & inde potestatũ nomine nuncupantur, quia maligni spiritus eorũ potestates coercentur, ne tantum noceant, quantum cupiunt. nominantur ergo hic, ad notandum, q̃ potestatẽ diaboli arcere debemus.
27 ¶ † Cherubin autem & ipsi sublimes cęlorũ potestates, & angelica ministeria perhi
Exod. 25 bent, qui ex hebręo in latino scientiæ mul
3. Reg. 6 titudo seu plenitudo, interpretantur. Sunt .n. sublimiora agmina angelorum, qui pro eo, q̃ vicinius sunt positi, diuina sciẽtia cæteris amplius sunt pleni. Ipsi sunt illa duo animalia, super propitiatoriũ arcę ficta ex metallo, propter significandum Apostolorũ prę sentiã, in quorũ medio medius osten
28 ditur Deus. ¶ † Seraphin verò, est multitudo angelorũ, qui ex hebræo in latinum, ardentes vel incendentes interpretantur, eo q̃ præ cęteris ardent, & accẽduntur in charitate, & quia inter eos & Deũ nulli Angeli consistunt, & ideo quanto vicinius corã eo consistunt, tanto magis claritate diuini
29 luminis inflãmantur: vnde & ipsi † sicut in
Es. 6. Esa. legitur: Velant faciem, & pedes sedentis in throno Dei. Et idcirco cętera angelorum turba videre plene Dei essentiã nõ valet, quoniã Seraphin eam tegit: secundũ
Es. 6. Esa. nominatur ergo hic Cherubin & Seraphin: quia sicut illa toti in Dei dilectione ardere debemus. Reperitur autem hoc nomẽ Seraphin neutrum & masculinum, sed neutraliter terminatur in n, vt in hoc loco: beata Seraphin. Masculini verò terminatur, in m, vnde propheta: Seraphim clamabant alter ad alterum. Hiero. dicit, q̃ Cherubin & Seraphin singularis sunt numeri, & generis masculini: cuius terminatio pluralis est per, n, nõ quod in ministris Dei sit sextus, sed vocabula diuersis generibus iuxta linguæ proprietatem appellãtur. Græca verò consuetudo neutro genere per m, scribit. Iosephus dicit Cherubin & Seraphin esse duo animalia volatilia: prout dictum est in prooemio huius partis. Præmissa autem ordinum nomina præter Cherubin & Seraphin, & ꝑter nomina angelorum, latina sunt. ¶ Verùm cùm nouem sint ordines angelorum, sicut dictum est.
† Qui postquã decimus cadens propter superbiã, versus est in diabolũ, in perseuerãtia ęternę beatitudinis solidati sunt. Quæritur quare tribus exclusis, sex tantũ in prę fatione cõi ponunt, in qua per cęlos throni accipiuntur: vt dictum est. Videtur .n. ex hoc quòd illi, cum cæteris maiestatem diuinam nõ glorificant, & adorant: sed absit hoc. Nam virtutes cœlorum omnes ordines comprehendunt, vt testatur Gregorius in homelia illius Euãgelij: Erũt signa
Ps. 23 in sole & luna. vnde Psalmista: Verbo Dñi
Idem. cœli firmati sunt, & in spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Et iterum: Dñs virtutum ipse est rex gloriæ. vel fortè licet occulta, tẽ circa hoc prouisum est ratione.
31 Dionysius † quippe tres esse tradidit hierarchias, siue ordines angelorum, trinos in singulis ponẽs, vt similitudo Trinitatis in eis insinuet impressa, & dr ἱεραρχία, à ἱερὸν qd est sacrum, & ἀρχὴ, qd est principatio, quasi sacer principatus. Sũt .n. tres ordines superiores, & principales: tres inferiores, tres medij. Superiores sunt, Cherubin, Seraphin, & throni. Medij sunt, dominationes, principatus, & potestates. Inferiores sunt, virtutes, archangeli, & angeli. de quo
32 rum singulis medius † ordo in præfatione subtrahitur: ad notãdum, q̃ comparatione Trinitatis æternę, cuius maiestas in ea prę cipuè commendatur, omnis alia Trinitas diminuta reperitur, & imperfecta: nã quis in nubibus æquabitur Domino: quis similis erit Domino in filijs Dei. De superio-
Ps. 88 ribus subtrahitẽ Cherubin, de medijs principatus, de inferioribus archangeli. Hanc quippe æternam & indiuiduam Trinitatẽ laudant angeli, adorant dominationes: tremunt

tremunt potestates: cum quibus & nostras
33 uoces, &c. ¶ Deus † omnipotens, duas rationales edidit creaturas, angelicam, uidelicet, & humanam: quæ laudibus diuinis insisterent, & ei gratiarũ redderent actiones: quas dum pari voto concelebrant tanquam superiores cum inferioribus corde in cœlesti cythara sociantur: de qua dicit Ioannes. Et audiui uocem cytharœdorum cytharizantium in cytharis suis: & cantabant quasi canticum nouum. Apoca. xiiij.
34 Ideo ergo dic: † Socia exultatione concelebrant. quoniam omnes prædicti ordines & etiam humana creatura maiestatem Dei patris per Christum, socia exultatione æqualiter concelebrant: supplici confessione: quasi non superba præsumptione, sed humili laude dicentes: Sanctus,
35 Sanctus, Sanctus, &c. ¶ † Porrò Gelasius Papa tractus, & hymnos composuit, & præfationes cantuum quidem, & non elimato sermone dictauit. ¶ Et est notandum, quòd licet olim innumeræ essent præfationes: hodie decem tantum sunt canonizatæ. Vnde Gelasius Papa de consecratione, distinctio. j. inuenimus. inquit: Inuenimus has nouem præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas: vnam, in resurrectione, & in albis paschalibus, id est, septimana paschali: aliam, in die ascensionis Domini: tertiam, in die pentecostes: quartam, in natali Domini: quintam, in epiphania Domini: sextam, de Apostolis: septimam, de sancta Trinitate: octauam, de cruce: nonam, de ieiunio in quadragesima tantummodo dicendam, de qua dicetur, in vj. parte sub quar
36 ta feria cinerum. Vrbanus † quoque Papa lxx. distinctio. sanctorum. addidit decimam de beata virgine Maria. illam videlicet, Aequum & salutare: quæ & unigenitum tuum Sancti spiritus &c.

SVMMA.

1 *Sanctus, Sanctus, Sanctus, hymnum quis primum instituerit. Et quorum sit ille hymnus. nume. 2.*
3 *Sanctus, Sanctus, Sanctus, cur ter cantetur. & eius explicatio. nu. 4. 5. 7.*
6 *Sabaoth, quomodo interpretetur.*
8 *Osanna, quid significet. Et cur geminetur. nume. 9.*
10 *Organorum vsus vnde profectus.*
11 *Diaconus & subdiaconus stant post sacerdotem, in principio canonis. Et quid.*

De Sanctus. Cap. 34.

CCLESIA sperans
E ociari Angelis, & Archangelis, de quibus
† in præfatione mentio facta ẽ, statim post 1
illam conformat se Angelico cantui canens hymnum illum: Sanctus, sanctus, sanctus. quem Sixtus Papa primus instituit decantari. Hic enim est cantus puerorum, quem cantauerunt Domino offerenti se illis in decima luna, qui quasi reseruatus fuit, vsque ad quartamdecimam lunam in Bethania. Cum ergo sacerdos finit laudem siue præfationem, totus chorus, qui representat ecclesiam, simul canit dictum euangelicum hymnum, vt vna & æqualis gloria & laus & honor decantetur Patri & Filio & Spiritui sancto. ¶ † No 2
tandum autem est, quòd hymnus iste partim angelorum & partim hominum verba complectitur. Prima enim pars laudem continet Angelorum, ultima hominum. Legitur enim Esa. vi. c. quòd Seraphin clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dominus, Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Legitur quoque in Euangelio Matt. xxj. c. & Marci xj. c. quod qui præibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini. Siquidem vox angelorum, scilicet Osanna in altissimis Trinitatis, & vnitatis in Deo, commendat arcanum vox hominum, scilicet Osanna filio Dauid, diuinitatis & humanitatis in Christo, personat sacramentum. Meritò autem cantica angelorum in ecclesia cantamus: quia per hoc sacrificium terrena cœlestibus iungi non dubitamus, & ideo cum eis in excelsis saluari clamamus. ¶ † Illud enim aduer- 3
tendum quòd ter dicitur sanctus: ut notetur trinitas seu distinctio personarũ. sed se

Universidad de Deusto Biblioteca

mel tantum dicitur: Dominus Deus Sabaoth: vt notetur diuinæ vsiæ vnitas. de consecra. dist. incl. ij. ego. quia vnitas adoratur, vt sic Trinitatis & vnitatis mysterio comprobetur. Item, dicitur ter, in singulari numero sanctus: & non dicitur pluraliter sancti, vt vna sanctitas in his tribus personis, & vna æternitas intelligatur. Hoc non solum Seraphin clamabant, sub excelso Dei solio, secundum propheram:
Apo. 4 sed & quatuor animalia, secundum Apoc. in circuitu sedis requiem non habebant die ac nocte, dicentia. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens.† Di
4 citur autem Deus sanctus, id est, sanctificãs non autem sanctificatus: vnde sancti estote:
Leuit. 19 quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Dicitur pater sanctus, dicente filio:
Io. 17 Pater sanctifica eos in veritate, quos dedi
Luc. 1 sti mihi, quia tu sanctus es. Dicitur filius sanctus, angelo protestante: Quod nascetur (inquit) ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Dicitur Sãctus, sanctus, sanctus, Chri-
Io. 20 sto dicente: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remissa erũt.
5 Dicitur † quoq; Dominus Deus sabaoth, id est, Dominus exercituum: videlicet angelorum & hominum, quorum terribilis
Ps. 23 est, vt castrorum acies ordinata de quo in psalmo dicitur ab Angelis. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, &c. tot enim exercitus habet Deus in terra, quot sunt ordines in ecclesia: tot habet in cœlis, quot ordines sunt in Angelis. Nomine ergo cęlorum & terræ, Angeli & homines diuina pleni gratia, hic perhibentur. vel ad literam cœli & terra gratia diuina re-
Psal. plentur, quia deitas est vbique. vnde pro-
138 pheta: Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Sabaoth
6 † ergo Dominus exercituum siue militarium virtutum, siue uictoriarum interpretatur: vel omnipotens, vt ipse sit Dominus Deus & ipse omnipotens: qui exercitus angelorum atque hominum disponit. Et ideo subdit: Pleni sunt cœli & terra gloria tua: hoc est vt eius gloria cęli & terra gubernẽtur: & qui in cœlis, & qui in terra sunt, glorificent & honorent nomẽ sanctum eius: cœli autem pleni sunt gloria, re, terra verò, spe. Tunc verò in re plena erit, cùm adimplebitur illud: fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Dum au- Matt.
tem dicimus: Pleni sunt cęli & terra glo- 6.
ria tua, agimus gratias creatori, de omnibus beneficijs. Dum verò dicimus † Bene- 7
dictus qui venit, &c. agimus gratias specialiter de beneficio redemptionis. Quia Io. 5.
enim necessarium est ad æternam salutem incarnationis mysterium confiteri, rectè subiungitur: benedictus, qui venit in nomine Domini. Ego, inquit, veni in nomine patris mei: nomen patris, est filius: de
quo dicit propheta: Ecce nomen Domi- Es. 30
ni, venit de longinquo. Dum ergo sanctus ctus inchoatur, inclinati stare debemus: quia tunc incarnationem maiestatemque diuinam per angelorum hominumq; cantum incognitam veneramur. ¶ Rursus dicendo: Benedictus, &c. & cum hæc sint de Euangelio, debemus signum seu vexillum crucis nobis facere seu imponere, qa Christus per crucem triumphauit, & nos triumphare facit. Quando enim Christus venit ad Hierosolymã descendit de monte oliueti: tunc filij Israel clamauerunt, dicentes: Benedictus, qui venit in nomine Domini. quia aduentus Christi in Hierusalem significat futuram resurrectionẽ, quando ipse veniet iudicare viuos & mortuos, & apparebit nobis in eadem carne, in qua
pro nobis passus est, & tunc in nomine Ie- Phil. 2
su omne genu flectetur cœlestium, terrestrium & infernorum: vnde & ex tunc quidam incipiunt genu flectere, & deuote ora
re. ¶ Sequitur: † Osanna, quod est verbũ: 8
hebræum & significat: salua obsecro: supplendum est populum tuum, vel totũ mundum. compositum quidem verbum est, ex osi, quod interpretatur saluifica, & anna, quod est apud hebræos interiectio, obsecrantis, motum animi significans, sub deprecãtis affectu. Integrè ergo, dicitur Osãna: quod nos corrupta, i, vocali litera & elisa, dicimus osanna: qd facimus ex ignorantia, aut scienter synalephantes vocalẽ, elidimus prout in metris fieri consueuit.
Dicitur autem bis † osanna in excelsis, 9
propter duas partes salutis, quæ sunt stola mentis, & stola carnis: quibus sancti beatificantur in gloria: vt videlicet anima & corpore saluati inter angelos deputemur in excelsis, id est altis, scilicet in cœlo. Reperitur autem hic versiculus in Ps. cxvij.

quòd

quòd enim turbæ dixerunt: Osanna, hoc
Psal. est quod hic dicitur: O Domine saluũ me
117 fac, & eisdem verbis ibi subiungitur: Bene
10 dictus, qui venit in nomine Domini. ¶ †Sanè in hoc angelorum & hominum concentu, quandoque organa concrepant, quod à Dauid & à Salomone introductum est, qui instituerunt hymnos in sacrificio Domini organis, & alijs instrumentis musicis concrepari, & laudes à populo conclamari. Veruntamen quanto cor est maius corpore, tanto. Domino deuotius corde, quam corpore confitemur, de hoc dicetur in fi-
11 ne procemij v. partis. ¶ Ex nunc autẽ † verbis & gestibus Christi passio representatur. Nam diaconus & subdiaconus vadunt post dorsum episcopi seu sacerdotis, i quo fuga Apostolorum in Christi passione significatur, prout in tit. de oblatione dictũ est, Si qui uerò stant retro altare prospicientes in episcopum, significãt mulieres, quæ à longè stante, eius passionem viderunt. Omnes autem, & qui retro stant, & qui faciem episcopi inspiciunt, inclinant se, maiestatem diuinam, & incarnationem Domini uenerantes: quæ per cantum angelorum, & hominum introducta sunt. Ordo enim angelorum d. sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus sabaoth: maiestatem introduxit diuinam. Ordo uerò hominum dicens: Benedictus, qui uenit in nomine Domini: aduentum significauit in carne, ipsa quoque inclinatio mœstitiam significat discipulorũ, de morte Christi qui non audebant se erigere & confiteri se esse discipulos eius: ideoque stant inclinati, do-
Psal. nec dicatur: libera nos à malo. Vanum. n.
129 erat eis ante lucem surgere, id est, ante resurrectionẽ de Christo gloriari: per quam sunt ab omnibus tribulationibus liberati: Vnde & hæc petitio in Dominica oratione septima est: qui numerus est uniuersitatis. De hoc dictum est sub ti. qualiter episcopus uel sacerdos ad altare &c.

SVMMA.

1 *Canon Missæ soli sacerdoti conuenit, & est summum Missæ. Et quàm secretè fiat nu. 3.*
2 *Canon, quid, & vnde dicatur, & cur cum silentio fiat. & nu. 6.*
4 *Anna typum ecclesiæ gerens. tacitè orauit.*
5 *Canon primus, siue secretella, quid signet.*
7 *Canon quòd sublata fuisset voce dictus, ostẽtum quoddam & prodigium emersit.*
8 *Consecrantis mens quo ferri debeat.*
9 *Canon expeditè dici debet & cur ita.*
10 *Canonis Missæ substantia, est quadam passionis dominica imago.*
11 *Canon vnde incipiat.*
12 *Canonum Gelasius Papa, à Petro ordinauit.*
13 *In canone Missæ sedentes, quid notent. Item quid stantes.*

De secreta vel canone Missæ. Cap. 35.

POST acclamatum pręconium secretum silẽtiũ, in quo & missæ canon deuotè dicitur, & sacrum mysterium peragitur, quod fit per solum sacerdotem: quoniam secundum Matthæum, Christus so- Matt.
lus orauit. Et secundum quosdam hic in- 26
cipit missa: quoniam cætera sunt de solen
nitate. de consec. dist. ij. panis est. † Canon 1
autẽ missę & oblatio, ut dictum est in titu. de præfatione, & actio & canon & sacrificium, & secreta uocatur. Actio dicitur propter sacra mysteria, quæ in eo aguntur, & quia tunc cum Deo agitur causa nostra, vt dictum est in procemio huius partis. vnde quia in cap. illo: communicantes &c. & in illo: Hanc igitur oblationem certis diebus ultra ordinaria canonis seu actionis uerba, quædam adduntur & dicuntur, ideo in missalibus in uarijs locis super illas additiones scribitur talis titulus seu rubrica: Infra actionem, eo quòd ille infra, seu quasi in medio ipsius actionis siue canonis dici debet. Canon † uerò dicitur, 2
quod regulis patrum compositus est, à sanctis enim patribus aliqua uerba mystica sunt ibi instituta. Κανὼν autem Græcè, dicitur regula Latinè. Dicitur etiam canon, quia regulariter Christus uerus sacerdos in eo representatur, seu quia per hunc regulariter fit consecratio sacramenti. Sacrificium autẽ dicitur à sua parte digniori, de quo dictum est sub tit. de oblatione. Secreta dicitur, quasi nobis occulta, quia humana ratio nequaquam tantum mysterium plenariè corpore potest, ad quod si-

Universidad de Deusto Biblioteca

gnificandum, merito secreta uoce celebra
3 tur. ¶ Ad hoc † est significandum sacer-
dos secretam intrans quasi uelatur quibus-
dam cortinis, quę sunt in lateribus altaris:
prout infrà dicetur in quarta particula ca
nonis super uerbo: Hanc igitur. Dicitur
etiam secreta: quia secretè & sub silentio
dicitur. Christus enim ad consecrationem
corporis sui uenturus, secretè, & solus ora
bat ab hora cęnæ, usque dum suspensus est
in cruce, quas orationes secretè significāt.
Priscis quoque temporibus antiqui patres
sub silentio sacrificabant, & communica-
bant, quod etiam in sabbato sancto obser-
Io. 12. uamus: Præterea, ut Ioannes Euangeli-
sta describit, postquam Christus honorifi-
cè fuit receptus & magnificatus à turbis,
cum Psalmis & laudibus, abijt, & abscon-
dit se: non vtique trepidantis formidine,
sed dispensationis officio: quia nondum
uenerat hora eius, quæ postquam post ad-
uenit, spontaneus ad passionem accessit.
Illud ergo Christi latibulum, hoc secre-
tum silentium representat: in quo sola
dirigitur ad Dominum intenta deuotio.
Tunc enim sacerdos intrare debet in cubi
culum cordis, & ostio sensuum corporis
1. Reg. clauso, Deum patrem orare: qui exaudi-
1. tor est clamoris cordis, non uocis. Vnde
4 Anna † typum gerens ecclesiæ, non peti-
tione clamosa, sed tacita deuotione, quod
petiuit impetrauit, de qua in libro Regū
legitur, quòd loquebatur in corde suo, &
labia eius tantum mouebantur: sed uox
penitus non audiebatur. Vnde & Mosi Do
Ps. 4. minus inquit: Qui clamas ad me? cùm ta
men ipse taceret. Propheta etiam dicit:
Dicite in cordibus uestris, & in cubilibus
uestris compungimini. ¶ Potest tamen † di
5 ci, quòd prima secretella representat tem
pus illud, quando Christus uenit Hiero-
solymam ad diem festum non manifestè:
hæc autem secreta tempus illud quo rece
ptus fuit in Hierusalem cum hymnis & ra
mis, & sexta feria sequenti crucifixus fuit.
præfatio uerò illud, quando Christus in
cœnaculo hymnum retulit, & illo dicto
exierunt in montem oliueti: sursum cor
da ascensionem. ¶ Secundo ideo secreta
6 † in silentio dicitur, ne sacerdos clamando
his quæ aguntur, minus intendat. Ter-
tio, ne uox sacerdotis nimio clamore defi-
ciat. Quarto, ne sacrosancta uerba uile-
scant. ¶ Fertur † enim, quòd cùm anti- 7
quitus publicè & alta uoce canon diceretur, omnes penè per usum illum sciebāt, & in plateis & in uicis decantabant. Vnde cùm quidam pastores illum in agro cantarēt, & panem super lapidem posuissent, ad uerborum ipsorum prolationem panis in carnem conuersus est: ipsi tamen diuino iudicio igne cœlitus misso percussi sunt, propter quod patres statuerunt uerba ista sub silentio dici, inhibentes sub anathema te, ne proferantur, nisi à sacerdotibus super altare, & in missa & cum uestibus sacris. Quædam etiam orationes, quæ ante præfationem sub silentio dicuntur, secretæ uocantur: de quo & de silentio sub tit. de inclinatione sacerdotis dictum est. Cōsecrantis ergo † mens, ut præmissum est, 8
ad id solum debet esse intenta: nam eos Ioā. 4.
qui adorant, in spiritu & ueritate adorare Eccle.
oportet. Ne uerò muscæ uenientes perdāt 10.
suauitatem unguenti, id est, ne importunę cogitationes tollant deuotionem orationis, flabello spiritus abigantur, id est, inspiratione gratiæ repellantur: quatenus auster adueniens, & Spiritus sanctus accedēs,
perflet hortum, id est, mentem fœcundet: Can. 4
ut aromata fluant, id est uirtutes abundēt. ¶ Ad quod etiam significandū, æstiuo tem pore materiale flabellum, dum secreta dicitur, adhibetur. Hac etiam † ratione uidelicet ne muscæ uenientes perdant suauitatē unguenti: dici potest quòd canon dici debet expedite, non morose, & ne auditoribus tædium generet. Vnde in Exod. di Exod.
citur: Fac festinanter. quod de immolatione agni dictum est. Et probatur etiam 12
ibi: Et comedetis festinanter, sed nec nimis etiam festinanter: quia non debet sacrificium sine sale, idest, discretione & deuotione offerri. Debet etiam in libro legi, ne ullus error contingere possit. † Porrò 10
sacerdos missam celebrans, representat ea, quæ olim pontifex inter sancta sanctorum egit, & quæ Christus egit, quem ille præfigurauit. Siquidem ea, quæ fiunt à principio secretæ, vsque in finem, passionem domini, sepulturam & resurrectionem domi nicam representāt. Recolitur enim ibi me moria eorum, quę gesta sunt per hebdoma dam ante paschalem à decima luna primi men-

mensis, quando Iesus abijt Hierosolymā, usque ad septimam decimam quando resurrexit à mortuis. propter quod in plerisque sacrarijs inter prędicationem & cano nem imago crucifixi depingitur, ut non solum intellectus literæ, uerum etiam aspectus picturæ memoriam dominicæ passio-
11 nis inspiret: † Et fortè diuina factum est prouidentia: licet humana non sit industria procuratum: ut ab ea litera canon incipere, scilicet à T. quę hebraicè thau, quę in sui forma signum & mysterium crucis ostendit, & exprimit, dicente domino per
Ezec. Ezechielem: Signa thau in frontibus ui-
9 rorum dolentium, & gementiū super abominationibus Hierusalem, quoniam per Christi passionē hæc oīa in cruce impleta sunt & efficaciam habēt. In quibusdam tñ codicibus & maiestatis patris, & etiā imago depingitur crucifixi, ut sacerdos quasi præsentem uideat, quem inuocat, & quem alloquitur, dicens. Te igitur &c. & passio, quæ hic representatur, cordis oculis ingeratur. Sacerdos autem osculatur pedes ip sius maiestatis, & se signat in fronte. innuens, quòd reuerenter ad mysterium passionis accedit. Quidam tamen prius osculantur pedes maiestatis, & postea crucifixi, secūdum seriem canonis. Alij econtrà, quia per filium peruenitur ad patrē. Dein de dicens. Te igitur, se inclinat, ut ibi dicetur. Secreta ergo passionē representat: passio incipit ibi: unde & memores &c. cru cifixio ibi: Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam. Oratio uerò à Christo in cruce incepta ibi: supplices te rogamus &c. Episcopi seu sacerdotis inclinatio tunc facta ante altare, significat emissionem spiritus, capite inclinato. Eleuatio uocis, cùm dicitur: Nobis quoque, significat exclamationem Centurionis, dicentis: Verè filius Dei, erat iste. Duæ cruces supra corpus, & calicem factæ, docent Christum pro duobus populis crucifixum oblata in calice, significat corpus Christi. Vinum in calice, sanguinem eius. Subdiaconus recedens à facie episcopi, incipientis, Pater noster significat mulieres, sepulto domino recedentes à monumento. Patena, significat fœminarum corda in obsequio sepulturæ Christi, latitudine charitatis patientia: prout sub titu. de oblatione dictū est, & de his per sua loca dicetur. Tra
ditur † autem quòd Gelasius Papa quin- 12
quagesimus primus à beato Petro, canonē principaliter ordinauit. Non enim secreta tota simul ab uno composita est, prout dicetur in tertia particula super uerbo: cōmunicantes. Et licet aliqua uerba sint ab aliquibus, quos tamen ignoramus: addita, quæ in Euangelij textu non continentur, ut dicetur in sexta particula super uerbo: Eleuatis oculis: nulli tamē subtrahere uel addere licet: nisi fortè quandoque eorum nomina, pro quibus nominatim sacrificiū offertur, sicut inferius in decima particula
ostendetur. ¶ † Notandum uerò est quòd 13
quidam sedent in canone missæ: significantes Apostolos, qui sedebant tristes de nece domini in cęnaculo, alij stant, significātes Mosen, qui extensis manibus orabat, &
Aaron, & Hur illius manus sustentabant, Exod.
de quo sub ti. de oratione dictum est. Qui- 17
dam uerò ut aliqui ex ministris, nec sedēt nec stant: sed in uestibus sacris stant capite inclinati, prout dictum est sub ti. de sanctis, & sub tit. qualiter sacerdos & ministri ad altare debent stare.

SVMMA.

1 *Canon, quot contineat partes uariè. Et nume. 2. 3. 4.*
5 *Canonis expositio primæ partis, scilicet: Te igitur. Et nume. 6.*
7 *Christus fuit à tribus traditus.*
8 *Cruces tres cur faciat sacerdos super oblatione: quidńe notent.*
9 *Sacerdos benedicens, dicit: hæc dona, hæc munera. Et quæ id significatione. Et an & quatenus illa differant latè. Et cur dona, potius, quàm, donum, dicat. nu. 10.*
11 *Illibata dona & munera, dicit sacerdos, in benedictione. Et quæ dicantur illibata.*
12 *Sacrificia ecclesiæ, quot.*
13 *Canonis secunda pars, cum expositione.*
14 *Sacrificiū altaris, pro quibus offerri debeat.*
15 *Pacificare & adunare, an idem. Item, custodire & regere.*
16 *Papæ nomine cur oretur. Et ex cuius institutione. Et pontificis etiam nomine.*
17 *Orationes pro quibus faciendæ.*
18 *Potestates duæ sunt.*

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De expositione Canonis, qui incipit: Te igitur. Cap. 36.

EXPOSITIONI canonis hic vacare præuidimus. Veruntamen quicquid exponēdo conamur ex primere, uix ullius apparet esse momēti. Deficit nanque lingua sermo disparet, superatur ingenium, opprimitur intellectus. Pulsabo tamen ad ostiū, ut amicus accōmodet mihi tres panes de pœniten. distinct. j. opportuna. qui maximè in hoc conuiuio necessarij erunt: uidelicet fidem, quę petit & accipit uitā: spem, quæ quærit, & inuenit uiam, & charitatē,
1 quæ pulsat, & aperit ueritatem. ¶ † Canon autem undecim continet partes. Secunda incipit ibi: Memento Domine. Tertia ibi: Communicantes. Quarta ibi: Hāc igitur. Quinta ibi: Quam oblationem. Sexta ibi: Qui pridiè. Septima ibi: Simili modo. Octaua ibi: Vnde & memores. Nona ibi: Supplices te rogamus. Decima ibi: Memen
2 to. Vndecima ibi: Nobis quoque. ¶ † Alij dicunt, quòd continet duodecim partes. Secunda pars ibi: In primis. Tertia ibi: Memēto. Quarta ibi: Communicantes. Quinta ibi: Hanc igitur. Sexta ibi. Qui pridiè. Septima ibi: Vnde & memores. Octaua ibi: Supra, quæ propitio. Nona ibi: Memento. Decima ibi: Nobis quoque. Vndecima ibi: Per quem hæc omnia. Duodeci-
3 ma ibi: Oremus pceptis salut. moni. ¶ † Sed secundum alios sex solum cōtinet partes. Secunda incipit ibi: In primis. Tertia ibi: Communicantes. Quarta ibi: Hanc igitur. Quinta ibi: Supplices te rogamus.
4 Sexta ibi: Oremus præceptis. ¶ Sunt † ét qui dicunt, quòd quinque tantum sunt partes: unde & quinquies concludit, per Christum Dominū nostrum, eo quòd per quin-
cupartitam Domini passionem oratio fidelium exauditur, de hoc dictum est in fine
5 prooemij huius partis. ¶ Incipit ergo † canon, & eius prima particula. Te igitur. Et exponitur igitur, id est, certè. Sacerdos enim hoc dicens alloquitur Deum tanquā præsentem. uel igitur istud continuat ad præcedentia, quasi diceret. Tu es sanctus Deus. igitur clementissime pater, id est, clarissima mente abundantissime, uel, id est, misericordissime, uel, id est, mentem clarificans. Mens enim clarescit, cū Deum propitium sentit, quæ uerba dicendo, sacerdos se ante altare inclinat, significans, quod Petrus inclinauit se, dum prospexit *Io. 20* in monumentum. Rursus hæc sacerdotis inclinatio in principio canonis humilitatem Christi ad passionem. quòdque sacerdos ipse cum reuerentia ad mysterium crucis accedit, significat. ¶ Et in his uerbis notatur, quod sicut legalis sacerdos vultū uersus propitiatorium habebat, prout dictum est in prooemio huius partis: sic & noster ad Dei clementiam cor debet habere & sicut pontifex intrabat in sancta sanctorum semel in anno ferens sanguinem hirci *Heb. 9* aut uituli, sic & Christus per propriū sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta, sic & minister ecclesię intrat cum sanguine in sancta sanctorū, quoties in mēte memoriā sanguinis Christi gerens secretè inchoat mysterium, qui non solum mente, sed etiam crucis signaculo, de quo iam dicetur, Christi recitat passionem. ¶ Sequitur: † Supplices, id est, 6
humiles, uti accepta habeas, id est, ut accipias seu grata habeas, & hic osculatur altare in reuerentiam passionis, per hoc compati se ostendens. ¶ Sanè eodem die, qua
† laudes à turbis Christo sunt acclamatę, 7
uidelicet decima luna primi mensis, quando secundum legem typicus agnus in domos Hebræorum inferebatus, uerus agnus Iesus Christus ingressus est Hierosolymā, & multis insidijs quærebatur ad mortem. Traditus autē à tribus, scilicet à Deo pro *Rg. 8.* nobis. unde Apostolus. Proprio filio suo nō pepercit Deus: sed pro nobis omnibus tradidit illū, à Iuda: unde in Mat. Quærebat Iudas opportunitatem, ut eū traderet *Matt.* 28
Iudęis & à Iudęis Pilato, ut in Ioāne: Gēs *Io.* 18
tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. *Gal.* 2
Prima traditio, fuit ex gratia, quia dilexit *Math.* 16
nos. & tradidit se ipsum pro nobis. Secunda ex auaritia, quia constituerunt ei xxx. *Math.* 27
argenteos. Tertia, fuit ex inuidia. Sciebat enim Pilatus, quòd per inuidiam tradidissent eum, Deus ergo tradidit ex dono: Iudas pro munere: Iudæus in sacrificium illibatum. ¶ Ad quod † designandum sacer- 8
dos facit tres cruces super oblatam, & calicem

licem cum dicit. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, quasi dicat, offerimus tibi clementissimę pater, hęc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, commemorantes illam traditionem, quā Deus fecit ex dono, Iudas pro munere: Iudæus *Phil. 2* in sacrificium illibatum: singuli tamen ad mortem: mortem autem crucis. ¶ Secundo etiam fiunt tres cruces in reuerentiam eius, qui est trinus Deus, cuius potentia fit conuersio panis & uini. ¶ Tertio, in figurā triplicis unionis in acceptatione saluatoris. ¶ Quartò, in memoriam trinæ crucifixionis. Prima fuit in uoluntate persequentium, de quo Io. ij. Collegerunt ergo pontifices & pharisæi concilium &c. Secunda *Mar.* 15 fuit in uoce clamantium, de qua Mar. At illi magis clamabant, crucifige eum. Tertia fuit in crucifixione manuū, & pedum, *Lu. 23* de qua Luc. crucifixerunt eum. ¶ Quinto, in tribus crucibus tempus ante legē, quod tribus distinguitur interuallis, innuimus, scilicet ab Adam ad Noe, inde ad Abrahā, & inde ad Mosen. In quibus tribus temporibus iusti Christum suis sacrificijs præfigurauerunt, ut Abel in agno. Melchisedech, in pane & uino, & Abrahā, in filio. Verum per præmissa tria uerba, non aliud atque aliud dicitur, sed res una pro sui magnitudine diuersa appellatione laudatur, donū quidem, dantis: munus accipientis: sacrificium offerentis. Pater dedit: filius obtulit. Spiritus sanctus recepit: unde Apostolus. Christus per Spiritum sanctum semet ipsum obtulit Deo immaculatum, singuli tamen dederunt & obtulerunt & acceperunt, sed ad distinctionē pater dicitur dedisse, propter authoritatem, filius obtulisse propter humilitatem, Spiritus sanctus accepisse propter benignitatem. Eadem e-
9 nim † sacrificia dona sunt, simul & munera, dona sunt, à nobis ad sustentationem, à Deo collata. munera sunt nobis Deo, ut laudetur, oblata. Nā & quæ sacris offeruntur altaribus & munera nuncupantur, & dona. unde & Dominus inquit in Euang. Si offers munus tuū ante altare, vade prius *Dan. 5* reconciliari fratri tuo. Et Daniel dixit ad Balthasar. Munera tua tibi sint, & dona tua alteri da. xiiij. quęstio. v. rescriptum, & *Gen. 5* alibi. respexit dominus ad Abel, & ad mu *Heb. 5* nera eius. Sacrificia dicuntur, quia sacrificantur & offeruntur, pro peccatis nostris, ut nos sacros efficiant. Vnde populus inquit, de pontifice, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Sermonum igitur inculcatio, pię deuotionis est exercitatio, & ineffabilis commendatio sacramenti, quod sacramentum dignè eucharistia appellatur, prout dicetur in vj. particula, super uerbo. Qui pridie, quam pateretur. Propriè autē munus homini, donum Deo datur. Nā munera dicuntur, quæ manibus dantur uel accipiuntur. Rursus dicūtur dona, quo ad panem in quo est farina & aqua, munera quo ad uinum in quo est vinum & aqua. Hæc sancta sunt sacrificia quo ad utrunque secundum Augu. Dona referimus, cum nosmetipsos Deo offerimus, & donamus munera. cum eius beneficiorum memores sumus, sacrificia illibata, cùm ei humilitatē, & laudes impendimus. de hoc uide, de cōsecrat. distinct. ij. in canone comperimus. 10
¶ Et † nota, quòd ideo dicitur pluraliter dona, munera, sacrificia, quia panis & uinū prius, quàm consecrētur, diuersæ sunt species substantiarum, & diuersæ substantiæ specierum, sed ubi consecratio cœlestis accesserit, species quidem remanent, sed substantiæ conuertuntur. itaque diuersa sunt continentia, sed unicum est contentum, nam idem sub utraq; continetur. licet non in idem utraque substantia conuertantur: sicut infrà plenius ostendetur. Dicuntur etiam † sancta, & illibata, quia panis & vi 11
num sanctificantur in sacrosanctū corpus, & immaculatum sanguinem Christi. Non enim dicuntur illibata, quasi nondum gustata, sed potius dicūtur illibata, id est, immaculata, quæ sine macula cordis & corporis oportet offerri, quatenus & cor ab iniquitate, & corpus ab immunditia purgetur, ante, quam offerantur, quoniam (ut ait Apostolus, de consecra. distin. ij. qui cæ *1. Cor.* lare. &c. sequen.) Quicunque manduca- 11
uerit panem, & biberit calicē domini indigne, reus erit corporis. Et sanguinis domini. probet autem seipsum homo, & sic de paue illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicuntur ergo illibata, id est, sine labe: sicut agnus paschalis immaculatus, qui significat Christum qui est sine macula, id est, ruga. Vel illibata, id est incorru-

incorrupta: non quia ſubſtantia panis uini corrumpi non poſſit: ſed quia corpus & ſanguis filij Dei, in qua virtute verborum ſpecies iã tranſubſtantiatæ ſunt, corrumpi non poſſunt. Vnde Pſalmiſta: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. Ter
Pſ.15
tio, dicuntur illibata, ad notandum, quòd nullus extraneus ad fidem debet approximare illis, ut dicetur in tertia particula,
12 ſuper verbo: Communicantes. ¶ Tria † autem ſunt eccleſiæ ſacrificia, per tria, quæ fiebant in veteri teſtamento, figurata prout dictũ eſt in proœmio huius partis. ¶ Se-
13 quitur † in primis, quæ tibi offerimus &c. Sanè legalis pontifex ingrediens in ſancta ſanctorum orabat, ut dictum eſt in proœmio huius partis, & Chriſtus ante paſſionem orauit ſe glorificari, diſcipulosq; conſeruari, & nunc etiam ſedens ad dextram patris interpellat pro nobis: ſic & noſter miniſter ſequens Aaron & Chriſtum pro
Ro.8. tota ſupplicat eccleſia, quæ conſiſtit in prę latis, & ſubditis &c. Licet autem unus tantum ſacrificium offerat: tamen pluraliter dicit offerimus, quia ſacerdos non tantum in ſua, ſed in totius eccleſiæ perſona ſacrificat. Quapropter in ſacramento corporis Chriſti, nil à bono maius, nil à malo minus perficitur ſacerdote: prout dictum eſt
14 in proœmio huius partis. ¶ Verum † nobis hic inueſtigandum occurrit, quibus, & pro quibus, & qualiter, & quare, debeamus ſacrificium altaris offerre. Et quidem hæc quatuor ex ipſo canone colligere poſſumus euidenter: quibus ſoli Deo, videlicet indiuiduæ Trinitati: pro quibus eccleſia ſancta catholica, videlicet pro omnibus orthodoxis, qualiter, in una fidei, uidelicet in communione ſanctorum: quare, pro beneficijs corporalibus, ſpiritualibus, & æternis, ſed omnibus propter Deum. Primum notatur ibi: Tibi reddunt uota ſua æterno Deo, uiuo & uero. Secundum ibi: Pro eccleſia tua ſancta catholica. Tertium ibi: Communicãtes & memo. uene. Quartum ibi: Pro redemptione animarum ſuarum: pro ſpe ſalu. & incolu. ſuæ. Sacrificium ergo laudis offertur, & generaliter pro cunctis, & ſpecialiter pro quibuſdam, id eſt,
Ro.13 pro prælatis qui ſunt iuxta Apoſtolum in ſublimitate conſtituti, & pro ſubditis uiris & mulieribus, ꝑ ſacerdotibus & aduerſtantibus, pro nobis & noſtris. De prælatis & ſubditis ibi: Vna cum famulo tuo Papa noſtro, & omnibus orthodoxis. De uiris & mulieribus, ibi: Memento Domine famulorum famula. tua. De ſacerdotibus, & aſtantibus, ibi: Omnium circunſtantium, & qui tibi offerunt hoc ſacrificium. De nobis & noſtris, ibi: Pro ſe ſuiſque omnibus. Sic ergo exponenda eſt litera, quæ tibi offerimus in primis, id eſt, principaliter pro eccleſia tua ſancta, catholica, id eſt, vniuerſali toto terrarum orbe diffuſa, ſed fidei ſacramentis unita: quam, id eſt, ut eam pacificare digneris, ut habeat pacem ab hæreticis, & ſchiſmaticis: & adunare, quæ diſperſa eſt inter perfidos, & paganos. Vel hic dicitur, quod orandum eſt pro diſcordantibus ab inuicem: quam & cuſtodire digneris à uitijs & dæmonibus, & regere in proſperis & aduerſis. Idem tamen uidetur
15 eſſe † pacificare, quod adunare, cuſtodire, quod regere. Tunc enim pacificat, cum fidelium mentes adunantur, ut per Spiritum ſanctum charitate diffuſa multitudi-
Ro.5. nis credentium ſint cor unum, & anima u-
Act.4 na: extrà de ſum. Trini. c. ij. Tunc cuſtodit,
Pſ.19 cum inter mundi pericula regitur, ut de ſancto mittens auxilium: eã de Syon tuea
Apo.1 tur. Licet enim in Apoc. ſeptem ſcribatur
Can.6 eccleſijs: una tamen in Canticis eſt columba, nam ſap. edi. ſi. do. & excidit co. ſeptem. Vna igitur eſt eccleſia ſeptem ordinibus diſtributa, vel ſeptem chriſmatibus inſigni
16 ta: quam ipſe pacificat & adunat: ille † cuſtodit & regit qui propter ipſius regimen, & munimẽ propoſuit uniuerſis, ut omnes ab uno ſicut corpus à capite, gubernentur, pro quo ſtatim oratur cũ dicitur. Vna cum famulo tuo Papa noſtro, q̃ uerba Clemens Papa addidit. Nam ut inquit Pelagius Papa, conſtat ab uniuerſo orbe ſeparatos eſſe, qui qualibet diſſenſione inter ſacra myſteria. Apoſtolici pontificis memoriam ſecundum conſuetudinem non frequentant, qui uerò nõ ſunt de Romana eccleſia diœceſi, pro ſuo quoque debent orare pontifice, quatenus unitatem ſpiritus in uinculo pacis obſeruet: unde debent dicere uerba ſequentia, ſcilicet & antiſtite noſtro. Antiſtes tamen ipſe celebrans non debet ea dicere. Quod uerò addunt, quidam de antiſtite & rege, noua traditio eſt, ubi orãdum eſſe

eſſe pro prælatis oſtenditur orandũ etiam eſſe pro principe, Apoſtolus docet j. ad
17 Tim. ij. c. † Obſecro (inquit) primo omniũ fieri obſecrationes, orationes, & poſtulationes, & gratiarũ actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate, & caſtitate de cõſecra. diſtin. j de hymnis ad fi. Sicut enim duæ ſunt vitæ, cœleſtis videlicet, & terrena, vna qua ſpiritus viuit ex Deo, & altera qua caro viuit ex ſpiritu,
18 ita duæ ſunt † Poteſtates: eccleſiaſtica videlicet, & mundana: vna quæ moderatur ſpiritualia: altera quę moderatur carnalia iſta per clericos: & illa per laicos. xvj. diſtin. duo. Poſt vtrãque Poteſtatem, orandũ eſt pro omnibus orthodoxis, qui vtranque fidem, catholicam videlicet, & apoſtolicã venerãtur & colunt: & ſic heretici & ſchiſmatici excludũtur. Orthodoxi enim quaſi gloriantes dicuntur: qui videlicet Deum rectæ fidei confeſſione glorificant.

SVMMA.

1 *Canon memoriam viuorum continere debet.*
2 *Deus ſcit eos quos approbat: obliuiſcitur, quos reprobat.*
3 *Orandum pro omnibus fidelibus.*
4 *Sacrificium laudis.*
5 *Amicos diligere debemus, vt charitatis ordo ſeruetur.*
6 *Bona hominis tria, pro quibus ſacerdos offert Deo.*
7 *Vota quæ dicantur.*

De ſecunda parte canonis, ſcilicet Memẽto domine. Cap. XXXVII.

3
Memento Domine famulorum famularumq; tuarum & omnium circunſtantium &c. Secunda † pars in qua etiam oſtenditur orandum eſſe pro ſubditis. Et ex hac iunctura verborum euidenter conuincitur, quod in hoc loco debeat ſacerdos ſpecialiter viuos quos voluerit memorare, quoniam ſub ſequenti: Memento defunctorum, poterit agere memoriam ſpecialem. Hinc etiam euidenter apparet, quod ſanctum ſit & ſalubre miſſarum intereſſe myſterijs: cum ſacrificium euchariſtię pro circunſtãtibus ſpecialiter offeratur. ¶ Verum † cum 2
Deus nihil ignoret, nec alicuius valeat obliuiſci: quid eſt quod petimus vt Deus meminerit noſtri? Porrò Deus dicitur ſcire, quos approbat: vnde nouit Dominus qui ſunt eius: & diſcitur neſcire quos reprobat, vnde: Nõ noui vos. Rurſus, dicitur obliuiſci malorum, cum malus ad bonũ reuertitur, vnde ſi impius egerit pœnitentiã omnium iniquitatum eius nõ recordabor. Et dicitur obliuiſci bonorum, cum bonus ad malum peruertitur: vnde ſi iuſtus à iuſtitia ſua auertit ſe, oẽs iuſticias eius non Iob. 7
recordabor. Deus etiã quandoq; recorda- Pſal.
tur ad miſerendum: vnde Memento mei 139
Deus meus: quia ventus eſt vita mea: quan- Pſ.24
doq; ad puniendum vnde: Memento Dñe filiarũ Edom in die Hieruſalem. Petimus ergo non vt noſtri meminerit, ſed vt noſtri miſereatur ſecundum illud: Reminiſcere miſerationum tuarum Domine: & miſericordiarum tuarum quę à ſeculo ſunt. ¶ Sequitur: Quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio &c. quaſi qui propitiaris fidelibus & deuotis, qui ſolus vides in conſcientijs, quæ rectè credant, & deuotè te diligant, vtpotè regnum ſcrutator & cordium Deus, ſciẽtiarũ dñs, occultorũ oĩum perſcrutator, in cuius cõſpectu nulla creatura eſt inuiſibilis. Pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc ſacrificium laudis &c. quaſi diceret: Memento Domine, non ſolum eorũ, pro quibus offerimus, ſed etiam ſacerdotum, qui offerunt hoc ſacrificium laudis &c. Cum enim ſacerdos offert pro populo, nihilominus & pro ſe. 3
Vel ideo dicit: Pro quibus † tibi offerimus vel qui tibi offerunt, quia nõ ſolũ offerunt ſacerdotes, ſed & vniuerſi fideles, nam & quod ſpecialiter adimpletur miniſterio ſacerdotum: hoc vniuerſaliter agitur voto fidelium, vel pro quibus offerimus, ſcilicet actu, vel qui tibi offerunt, ſcilicet deuotione. Dicitur autem ſacrificium laudis: ſecũ- 1. Cor.
dum illud Apoſtoli: Quicquid facere de- 10
betis, oĩa, in laudẽ Dei facite: vt Deus laudet in vobis, Sc̃do ſacrificiũ laudis dicitur, 4
qa † Chriſtus gr̃as agẽs illud iſtituit, prout dicet i ſexta particula ſup verbo gr̃as agẽs

Tertiò

Universidad de Deusto Biblioteca

Ps.49 Tertio ideo quia cum Deo quicquam offe
rimus, sua sibi reddimus, non nostra largi-
mur: vnde si esuriero, nõ dicam tibi, meus
est enim orbis terræ, & plenitudo eius: er-
Math. go immola Deo sacrificiũ laudis, & redde
28 altissimo vota tua. Quarto, quia Deũ lau-
dare debemus non solũ quia passus est pro
nobis, sed etiam, quia nobiscum est quoti-
die, vsque ad consummationem vitæ, vel
quia non solum se dedit pro nobis in pre-
Ioã.6. tium, sed etiam quia dedit se pro nobis in
cibum, ut per pretiũ redimeret nos à mor
te; per cibum aleret nos ad vitam. vnde:
Qui manducat me, viuit propter me, pro
se, ἐνθεσιν est, id est, expositio eius, quod se
quitur, scilicet pro redemptione animarũ
nostrarum: pro spe salutis & incolu. suæ.
5 ¶ Sequitur † suisq; omnibus &c. videlicet
consanguineis vel affinibus, familiaribus
Matt. vel amicis: licet enim diligere teneamur
5. etiam inimicos, secundum illud: Diligite
inimicos vestros: seruare tamen debemus
Can.2 ordinem charitatis, qui incipit à seipso,
Ro. 8. xxiij.q.v.si non licet. de pœnit. dist.iij. sanè
cauendum. extrà de vsu pallij. in fi. secun-
dum illud: Introduxit me rex in cellam vi
nariã, & ordinauit in me charitatem. nam
& Apostolus ait: Dum tempus habemus,
operemur bonum ad omnes: maximè au-
tem ad domesticos fidei. Pro redemptio-
ne animarum suarũ &c. quasi non pro tem
porali lucro, vel appetitu terrenorum, sed
pro spe salutis & incolumitatis suæ, id est,
pro salute vel incolumitate speranda. spe
enim salui sumus pro salute quidem men-
tis & incolumitate corporis, nam vtraque
sanitas est ab illo qui dicit. Salus populi,
ego sum. Verum vtraque sanitas prouenit
ex redemptione animæ, id est, de remissio-
ne peccati: sic ecõtra de reatu peccati pro
cedit infirmitas utriusque, iuxta sententiã
veritatis: Ecce sanus (inquit) factus es, iam
noli peccare: ne deterius aliquid tibi con-
Ioã.7. tingat: extrà de pœnit. & remiss. cum infir
6 mitas. in princ. ¶ Porrò † tria sunt homi-
nis bona, corporalia, spiritualia, & æterna. videlicet infima, media & suprema: pro qbus sacerdos dicit se offerre. Pro cor poralibus, id est, pro incolumitate, pro spi ritualibus, id est, pro redẽptione, pro æternis, id est, pro salute. Nam & Dominus docet nos pro his tribus orare, videlicet pro æternis. vnde: Adueniat regnũ tuũ: pro spiritualibus. unde: Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, & in terra: pro corporalibus. vnde Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Offerimus enim sacrificium pro ęternis, vt dentur nobis in præmium, pro spiritualibus, Matt. ut dentur nobis in meritum, pro corpora- 6.
libus, ut dentur nobis ad adminiculum, vt per hæc & ista perueniamus ad illa. ¶ Verum cum dicat Apostolus, quòd virtus in 2.Cor.
infirmitate perficitur. extra de sacra. vnct. 8.
c. j. & iterum cum infirmior, tunc fortior sum. Quid est, quod pro corporali incolumitate sacrificium laudis offerimus, nisi vt nobis conferta vel reddita sanitate gratiarũ actiones in ecclesia referamus. ¶ Sequitur. Tibiq́ue reddunt vota &c. † Vota 7
sua dicuntur, quæ voluntariè promittuntur, quia volenter & libenter Deo vouere & votum reddere debemus: extrà de vo to, magnæ. Verum, cùm nostra donemus, & aliena reddamus: quomodo vota, si sua sunt, reddunt: & non potius donant, vel si reddunt quomodo sua, & non potius aliena? Sanè votum & hominis & Dei est, sed Dei propter authoritatem gratiæ: hominis, propter libertatem arbitrij: propter quod dicit Apostolus: Non autem ego, sed gratias Dei mecum. Vel vouere, hominis est, reddere verò, Dei.

SVMMA.

1 *Canonis tertia pars: Communicantes. Et quis eam addiderit.*
2 *Canonis Missæ, à pluribus compositus fuit: & cum triplici sanctorum cõmemoratione.*
3 *Canon commemorationem beatæ Mariæ, & aliorum sanctorum cõtinet. Confessorum tamen, non. nu. 5.6.7.*
4 *Ecclesia ex multis constat.*

De tertia parte canonis. Cap. 38.

COMMVNICANTES, ter-
tia pars. † Ciritius Pa 1
pa addidit hæc verba. Communicantes & memoriã venerantes. ¶ Sanè pontifex, vt lex iubebat, turribulum viuis carbonibus plenũ intra sancta sanctorum secum

secũ portabat, sicut in procemio huius partis dictum est, & Christus carnis suæ turribulum omni virtute plenũ tulit ad astra, sic & sacerdos noster Christi vicem tenẽs, vacuus à peccatis & plenus virtutum, odoribus ad sacrificiũ altaris accedere debet. Communicantes & memoriam venerantes. Communicare idem est, quod participare, quia sanctorum & angelorum pascuis communicare debemus. Quatuor autem modis in Ecclesia communicatur, prout dicetur in vj. particula super verbo, qui pridie. Memoriam venerari, idẽ est quod memoriã honorabiliter colere, quod beata Maria virgo per aduẽtum Spiritus sancti genitrix facta est filij Dei Iesu Christi domini nostri, qui Deus & homo est. ¶ Illud † autem notãdum est, quod secreta nõ
2 rota simul ab vno sed particulatim à pluribus ex eo perpenditur fuisse composita quia ter in ea sanctorum commemoratio repetitur, licet hoc ipsum prouenerit ad laudem & gloriam Trinitatis. In secunda quippe commemoratione supplentur, qui de primitiuis sanctis deesse videbantur in prima; verum in ea commemoratione, quę fit ante consecrationem corporis Christi, postulatur sanctorum suffragium; in ea vero, quæ fit post consecrationem corporis Christi, sanctorum consortium imploratur, quia nimirũ ante, quam corpus Christi, quod est vniuersalis Ecclesia consecretur, id est, ante, quam regnum adueniat, necessarium est nobis in via sanctorũ suffragium, vt meritis eorum & precibus diuinę protectionis muniamur auxilio, sed vbi corpus Christi fuerit consecratum, id est, vbi regnum aduenerit, assequemur in patria sanctorum consortium; vt societatẽ & partem cum sanctis Apostolis & martyribus habeamus. In via quippe communicamus cum sanctis per fidem, qua ipsi hic habuerunt, & nos habemus, in patria verò paticipabimus cum sanctis per spem, quã
3 ipsi habent & nos habebimus. Nos † enim fidem habemus, & spem, & illi spem habẽt, & rem; nos percurrimus stadium, illi possident brauium, nos pugnamus in via, illi triumphant in patria. Communicamus igitur & memoriam veneramur Apostolorum ac martyrum, & præcipue gloriosæ virginis Dei genitricis Mariæ, vt eorum suffragio, de fide, perducamur ad spem, de stadio, perueniamus ad brauium, de via, ad patriam transeamus. In primis autem nominatur nomen beatę Marię, quia ipsa eũ, qui oblaturus est, & qui verè hostia est, genuit, & in cœlis obtinet principatum. Nominatur & xij. Apostoli & xij. Martyres, qui omnes huius sacrificij testes fuerũt & passionem Christi, verbis, & effusionis sanguinis testimonio probauerunt. In hac igitur commemoratione sanctorum illud obseruat Ecclesia, quod antiquitus agere consueuit, vt in orationibus suis recolat patrum memoriam, quatenus eorum meritis suffragantibus facilius obtineat, quod implorat. Sic & Moses, pro peccante populo intercedens, patrũ memoriam impo- Dan.3
suit, dicens Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, seruorum, &c. Exod. xxxj. Sic & Azarias orasse legitur in fornace. Ne quęsumus auferas misericordiam tuam à nobis Domine Deus noster, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Et quoniã extra vnitatem ecclesiæ non est locus offerendi sacrificium unitatis: ideo sanctorum memoriæ communicamus in sacrificio, quatenus in communione sanctorum sacrificium offeramus. nam sicut † vnus panis ex mul- 4
tis granis, & vnum corpus ex multis membris, sic ex multis fidelibus vna constat ecclesia. Scriptum est enim alienigena non vescetur ex eis; quoniã sancta sunt, & ideo Exod.
solum illum ad esum eius agni recipimus, 12
qui nostræ coniunctus est domui: videlicet omnem domesticum fidei, à principe, vsq; ad plebeium, à populo, vsque ad publicanum. Scripserũt autem quidam, quòd quia Exod.
sacerdos legalis scripta habebat in λογείῳ 12
nomina duodecim tribuum seu patrum. Exod. xxx. ideo in huius rei memoriã presbyter nominat memoriam beatæ virginis & Apostolorum & quorundam martyrum ¶ Sed † cum Ecclesia inter sanctos magnificè memoriam confessorum veneretur, quare in canone non fit de illis cõmemoratio? Responderi potest, quod canõ prius fuit editus, quam memoriam sanctorũ cõfessorum Ecclesia celebraret. Nam omnes ferè sancti qui in canone commemorantur præcessere. Siluestrum, præter Ioannem, & Paulum, & Marcellinum, & Petrũ, qui

qui proximè succesſerunt. Eccleſia verò
poſt tempus beati Silueſtri, cœpit memo-
riam ſanctorum cõfeſſorum venerari. Ca-
non autem ex eo conuincitur præceſſiſſe,
quod Apoſtolorum catalogus non ita re-
peritur in illo diſpoſitus, ſicut in emenda-
tioribus codicibus, ſiue euangelijs inueni-
tur. In prioribus enim editionibus, vt dicit
Hierony. non ſolum euangeliſtarum mu-
tatus eſt ordo: ſed etiam verborum & ſen-
6 tentiarum erat confuſa commiſtio. ¶ † Po-
teſt etiam dici, quòd ideo in canone ſolum
fit mentio de martyribus, quia cum hoc
ſacramentum ſit ſacramentum amoris, in ip-
ſius ſacramenti miniſterio debet ſolum
memoria fieri de illis, in quibus ſpecialius
apparuit ſignum veri amoris. In Apoſtolis
apparuit per temporalium abiectionem,
in martyribus per corporum tormentis ex
poſitionem. De primo, Matth. xix. Ecce
nos relinquimus omnia &c. De ſecundo,
Sapient. iij. & ſi coram hominibus tormẽ-
7 ta paſſi ſunt &c. ¶ Rurſus † ideo non fit
mentio de confeſſoribus, quia illi non ſunt
paſſi, ſicut Chriſtus, cuius paſſionis eſt me-
moriale hoc ſacramentum. Grego. III. ad-
didit hæc verba, ſcilicet illa, quæ in qui-
buſdam Eccleſijs dicuntur, ſcilicet: Quorũ
ſolennitas hodie in conſpectu tuę maie-
Ioã. 2 ſtatis celebratur, Domine Deus noſter, in
toto orbe terrarum. Terminatur autẽ hæc
particula per eundem Dominum noſtrum:
ſicut enim per filium omnia facta ſunt, &
ita per ipſum habent omnia eſſe reparata,
& terminata & ſecundum quoſdam nõ de-
bet hic reſponderi amen: neque vſque ad
fractionem hoſtię, quia angelorum chorus
ſancto miniſterio adſiſtens, reſpondet amẽ
hoc tamen non vbiq; ſeruatur, de hoc di-
cetur in ij. particula.

SVMMA.

1 *Canonis quarta pars. Et eius expoſitio.*
2 *Seruitutis duæ ſpecies.*
3 *Adoratio ſoli Deo competit: non imaginibus.*
4 *Leo Papa, quid addiderit canoni miſſæ.*
5 *Pax variè & multipliciter accipitur.*
6 *Oſculatio altaris, quotuplex Et qd ſignificet.*
7 *Oſculatur altare ſacerdos manibus ab ipſo altari remotis. Et quid ita*

De quarta parte canonis Cap. XXXIX.

HANC igitur oblationẽ. Quarta pars, & hoc di-
cẽdo, ſacerdos † in qui- 1
buſdã Eccleſijs profun-
de ſe inclinat. ¶ Sanè
legalis pontifex orans,
fumo thimiamatis obũ
brabatur, & tegebatur, ne pateret alicui
dum cremaret incenſum, ſicut in proœmio
huius partis dictum eſt. Et Chriſtus dum Ro. 8.
patrem interpellat pro nobis, angelorum Mat. 4
pertranſit intuitũ, quia intelligi nõ poteſt
quantum præſentia ſumptæ carnis impe-
tret apud patrem pro nobis. Sacerdos quo
que dum vicem Chriſti gerit, quodammo-
do tegitur, & latet, quia nec cogitari, nec
narrari poteſt, quanta virtus & potentia
ſit in verbis eius & in hoc myſterio, quod
latet homines & angelos, ad quod repre-
ſentãdum in quibuſdam eccleſijs ſacerdos
ſecretã iutrãs, quibuſdã cortinis, quæ ſunt
in vtroque latere altaris, quæ tunc exten-
duntur, quaſi tegitur & velatur. ¶ Seruitu-
tis noſtrę, id eſt, meę & cunctorum, qui tibi 2
ſeruiunt, & famulantur. Et † nota, quod
duæ ſunt ſeruitutis ſpecies, vna quæ ſoli
creatori debet: quæ dicitur λατρέια altera
quæ creaturis impenditur, quæ vocatur
δουλεία. Quaſdam enim creaturas poſſu-
mus inter omnia venerari. Vtranque ſpe-
ciem Dominus determinat, dicens: Redde-
te quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt
Dei, Deo. Vnde verſus: Latria ſit Domino,
debet dulia ſeruo. Ad corpus Chriſti fer-
tur perdulia ferè. Latria ergo eſt ſeruitiũ,
ſiue cultus ſoli Deo creatori debitus, quẽ
debemus ſuper omnia reuereri. Ad eam
quidem pertinẽt templa, & altaria, ſacer-
dotalia, ſacrificia, feſtiuitates, ceremoniæ,
& huiuſmodi: quæ ſoli Deo ſunt exhiben-
da iuxta illud: Dominum Deum tuum a-
dorabis, & illi ſoli ſeruies, id eſt ſoli Deo Deu. 6.
ſeruitutem adorationis impendes. Non
enim ſanctis & angelis ad honorem Dei,
ſed potius Deo ad honorem ſanctorum, &
angelorum dedicantur templa, & altaria
conſecrantur, & ſacrificia offeruntur, nec
ipſis adorationis ſeruitus: ſed ſoli Deo im-
penditur, vt dicetur in proœmio vij. partis.
ne ſi ſecus fiat, non θεοσεβείας cultus exhi-
beatur

ſeruiendo creaturæ tanquam creatori, &
Ro. 1. mutando gloriam incorruptibilis Dei, in
ſimilitudinem corruptibilis hominis. Si
3 † igitur nec homines nec angeli adorandi
ſunt, attendant quid agunt qui ſub prætex
tu cuiuſdam religionis ſeu pietatis diuer-
ſas adorant imagines. non.n. licet aliquid
manufactum adorare, prout probatum eſt
in parte prima, ſub ti. de picturis. Vna qui
dem tantum Dei patris eſt imago, quam
una cum patris adoratione uenerari debe
Heb. 1 mus, ſcilicet unigenitum Dei filiũ, Ieſum
Chriſtum qui eſt ſplendor gloriæ, & figu-
ra ſubſtantiæ eius, cuius non ſolum deita-
tem, ſed etiam humanitatem adorare de-
Pſ. 98 bemus, iuxta illud. Adorate ſcabellum pe
dum eius, quoniã ſanctum eſt. Cæteras ue-
rò imagines & creaturas ſacras & ſanctas,
.i. angelos, homines, & ſacramenta, non la
Gene. tria, ſed dulia poſſumus uenerari. De ado-
18 ratione angelorum legitur, q̃ Abraham
Ge. 33 oculis eleuatis in conualle Mambre tres
& 34 uidit, & unum adorauit ex angelis. Loth
quoque duobus angelis intrantibus ciuita
tem, occurrens adorauit, petens ut in do-
mum ſuam hoſpitio declinarent. De ado-
ratione hominum, legitur q̃ Iacob uidens
Eſau uenientẽ, præceſſit utranq; turmam,
& pronus in terram ſepties adorauit. Filij
quoq; Iacob adorauerunt Ioſeph in Aegy
pto. De adoratione ſanctorum dicit eccle
ſia. Crucem tuam adoramus Dñe. Et alibi
legitur Chriſtiani ſacras imagines piè ue-
4 nerantur & adorãt. ¶ Sequitur. Dies † quo-
que noſtros, & nota, quod Leo Papa adiu
xit infra actionẽ. Hanc igitur oblationem
uſque, placitus accipias. Beatus aũt Greg.
has tres petitiones in canone dicitur addi
diſſe. Prima eſt, diesq; noſtros in tua pace
diſponas, ſupple, per eũ, qui pro nobis eſt
traditus in manus eorum, qui pacem ode-
runt. Secunda, ab æterna damnatione nos
eripi: ſupple, per eum, qui pro nobis tem
porali morte dãnatus eſt. Tertia, & in ele
ctorũ iubeas grege numerari: ſupple, per
eũ, qui pro nobis damnatus eſt cũ iniquis.
5 ¶ In pace tua, &c. † Et nota, q̃ eſt pax pec-
catorũ, pax iuſtorũ, quæ dr̃ pax pectoris ſi-
ne ſpũalis, pax tẽporalis, & pax æternita-
Pſ. 67 tis. De pace peccatorũ dixit pſalmiſta. Ze-
Gal. 5 lani ſuper iniquos pacẽ peccatorũ uidens.
Io. 14 Et de pace iuſtorũ, dicit apoſtolus. Fructus
ſpũs eſt: charitas, gaudiũ: pax, patiẽtia. Hãc Pſ. 61
reliquit Dñs apoſtolis, dicens. Pacẽ relin- Io. 14
quo uobis. De pace tẽporis inquit prophe
ta. Orietur in diebus eius iuſtitia & abun-
dantia pacis. De pace æternitatis, Dñs di-
xit Apoſtolis. Pacẽ meã do vobis, non ſũ
mundus dat, ego do uobis. Pro hac triplici
pace ter oramus in miſſa. Primò in hac o-
ratione. Hanc igitur, ibi. diesq; noſtros in
tua pace diſpone. Secũdò, in oratione libe
ra nos, ibi. Da propitius pacẽ in diebus no
ſtris. Tertiò, in pax Dñi, ibi. Da nobis pacẽ,
ut de pace tẽporis, per pacẽ pectoris tran-
ſeamus ad pacẽ æternitatis. Ob hoc ẽt ſa-
cerdos in miſſa ter oſculatur altare, videli
cet in princ. canonis, dicẽs. Vti accepta, &c.
& in oratione. Supplices, & poſt orationẽ.
Dñe Ieſu Chriſte, q̃ dixiſti apoſtolis, licet
quidã nouies oſculẽtur, ut ſui adiutorium
ad hoc impetrandũ nonẽ choros uel ordi-
nes angelorũ, in quibus oẽs sãcti locati vel
locãdi, ſunt, inuocẽt, uel inducãt, uel hoc
faciũt, quaſi gratias agẽtes de nouẽ ordini
bus quos quilibet ſacerdos gradatim ſuſce
pit. ¶ Circa huiuſmodi † altaris oſcula no- 6
tandũ eſt q̃ ſacerdos ea facit tribus tẽpori
bus in miſſa, iuxta tria, quibus indiget, &
alia tria ab eo in alaris agẽda. Primò enim
facit quædã oſcula, ante collocationẽ ho-
ſtiæ & calicis. ſ. quando primo ad altare ac
cedit, qñ ad primum collectã dicturus eſt,
Dñs uobiſcum, & iterum poſt Euãgelium
dicturus. Dñs uobiſcum. qui oſcula facit,
ut fiat dignus miniſter in ſacrificãdo. ¶ Se-
cundò facit alia poſt collocationem cali-
cis, & hoſtiæ prius, quàm cõmunicet ſcili-
cet dicturus. Orate fratres &c. & quando
in canone dicitur. Vt accepta, & quando
dicit Ex hac altaris participatione, & fini
ta oratione illa. Domine Ieſu Chriſte, qui
dixiſti Apoſtolis, quæ facit, ut ſit iuſtus in
Chriſti corpore recipiendo. ¶ Tertio uerò
facit alia poſtquã communicauit, ſcilicet
dicturus Dñs uobiſcum, ante poſt commu-
nionem, & completa oratione, Placeat ti-
bi ſancta &c. quæ facit ut ſufficiens inue-
niatur gratia Domino Deo pro receptis
referenda. Verũ oſcula, quæ fiunt ante col
locationẽ hoſtiæ & calicis, & ea quæ fiunt
poſt communionem, fiunt ſuper altare, ui-
delicet in medio eius. Cum enim ſacerdo
tis dignitas & authoritas in ſacrificando,

nec non sufficientia ad referendas gratias de acceptis, sit solum à Deo, à quo nostra sufficientia est: idcirco ante calicis, & hostiæ locationem, & postquam communicauit, osculatur mediũ altaris, per quod propter virtutem consecrationis & vnxionis ibi in missa altaris factæ maximè repræsentatur Deus, in quo vniuntur extrema. Oscula verò, quæ fiunt post calicis & hostiæ collocationem ante, quàm communicet, fiunt à sinistris calicis, prope hostiam. Ad hoc enim, quòd sacerdos sit iustus, in sacrificando, requiritur nõ solum actio diuina, verumetiam sua. vnde Aug. Qui fecit te sine te, non iustificabit te, sine te. Requiriẽ ergo dispositio ex parte sua, quod sit, si non resistit diuinis monitibus, sed infusio gratiæ fit ex parte Dei. ideoque oscula quæ fiunt ante communionem non directè fiunt in medio altaris. ¶ Rursus illud quod est ex nobis in iustificatione nostra, est quid diminutiuum, & est modicum respectu eius, quod ex Deo est, merito ergo fiunt à sinistra parte calicis, quæ est pars diminuta & obliqua respectu dextræ. Fiũt tamen iuxta hostiam, tum quia in iustificatione plura & nobiliora sunt à Deo seu à Christo, tum quia etiam illud, quod à nobis est, potius haberet rationẽ mali, quàm boni, nisi quodammodo esset à Deo per gratiam præuenientem elicitum, regulatum & acceptum. ¶ Potest etiam secundo dici, quòd ideo quando calix & hostia non sunt super altare, oscula fiunt in medio altaris videlicet directè super locum crucis, ex chrismate in ipsius cõsecratione factæ,
Io. 20 qa Christus stãs in medio discipulorũ suorum, dixit eis. Pax vobis, quæ pax per ipsa oscula designatur. Tertio, ad designan-
Can. 1 dum quòd sicut habetur in Canticis, Christus ascensum in cruce purpureũ, id est sanguine rubricatum, media charitate monstrauit, quæ charitas per osculum designatur, quæ etiam media dicitur, quia communis omnibus: pro omnibus enim voluit
7 pati ex charitate. ¶ Porrò † fiunt oscula ipsa manibus super altare depositis. Primò ad notandum, quòd charitas per osculum designata, operibus debet inniti: nam secundum Greg. Operatur magna, si est: si autem tenuit operari, amor non est. ¶ Secundo, ad notandum, quod in altaris sacrificio sacerdos omnium temporalium curã deponere, & solum ipsi sacrificio affixam mentem debet habere. Tertiò ad designandum, quòd ad hæc opera eius, non sufficit, quòd solum Dei misericordia obtinetur. Adhuc nonnulli in locis ipsis osculandis signum crucis cùm tribus extensis digitis prius imprimunt: tum quia omnia in fide Trinitatis agenda sunt, tum quia regulariter quicquid ori applicandum est, debet prius crucis signaculo insigniri. ¶ Et quanquam altaris mensa consecrata fuerit, & alia multa crucis signa in ipso missæ officio præcesserint, non tamen hoc superfluũ tum quia non ratione ipsius loci, sed ratione operis in loco ipso fienda fiunt: tũ quia quantumcunque altaris mensa fuerit consecrata: nescitur tñ quid in loco ipso maligno spiritui permittat à Deo, alia ét multa signa prius facta non rõne loci sed rõne consecrationis corporis & sanguinis Christi facta fuerunt. Alij tamen in penultimo & finali. Dominus vobiscum, nec osculantur altare, nec in illo imprimunt signum crucis, sed se solum ante faciẽ suã signant, & bene, tum quia per altaris osculũ, quod in fine missæ fit, intelligitur sacerdos omnia præcedẽtia approbare, & eis toto mentis affectu assentire: tum quia per corporis Domini præsentiam omnis immundus spiritus loco ipso credendus est aufugisse. De osculo etiam altaris & libri, sub ti. de osculo altaris dictum est.

ADNOTATIO.

Dicitur λατρεια.) Paulus ad Roma xij. Rationem cultum, quem Deo præstare debemus, τὴν λογικὴν λατρείαν apellat, & θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ: hostiam viuentem, sanctam, acceptamque Deo. Cęterum enim ille omnem victimarum immolationem & oblationem, omnem item idolorum seruitutem aspernatur abhorretque. N. D.

SVMMA.

1 *Canonis quinta pars. Quam oblationem. & eius expositio. & nu. 7. 8. 10. 11. 13.*
2 *Iudas, quarta feria, immane sacrilegium perpetrauit.*

3 *Cruces quinque facit sacerdos in quinta Canonis parte. Et quid illæ designent. 4. 5. 6.*
9 *Rationale & Rationabile, quid differant.*
12 *Hostia, dicitur salutaris rationalis, acceptabilis, & rata. Et quibus idipsum rationibus.*

De quinta canonis parte. Cap. 40.

1 QVAM oblationem &c. Quinta † pars in qua sacerdos accedit ad dominici corporis consecrationem dicens, Quam oblationem, id est terrenam materiã, ad corpus tui filij destinatã, tu Deus quæsumus in omnibus, id est, tota cogitatione, tota mente, & toto intellectu, digneris facere benedictam &c. Sané quarta feria Iudas
2 † vnus ex duodecim, à diabolo supplantatus, immane sacrilegiũ perpetrauit: dum filium Dei. xxx. argenteis vendidit Pharisæis in recompensatione damni, quod in-
Io. 12 currerat propter effusionẽ vnguenti. Qua re, inquit, hoc vnguentũ non venditur trecentis denarijs & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eũ, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, asportabat, Quilibet autem argenteus ualebat decem denarios usuales. & ita damnum unguenti, q̃ valuerat trecentos denarios, triginta compensauit argẽteis. Si uerò dicamus argenteos fuisse denarios vsuales, dicemus, q̃ Iudas uendidit Christum quasi uile mancipium triginta denarijs, qui sunt decima trecentorum denariorum quos ualuerat unguentum, propter quod Dominus despectiuè
Zac. 11 loquitur per prophetam. Appẽderunt (inquit) mercedem meam triginta argẽteos, pretium appretiati, quo appretiatus sum
3 ab eis. Ad designandum † ergo pretij quãtitatem, quo Christus uenditus est, sacerdos hic facit tres cruces communiter super oblatam & calicem cùm dicit: benedictam, adscriptam, & ratam: nam & trecenta pariter & triginta multiplicationem suscipiunt à ternario: postmodum autem ad designãdum uenditionem & emptionem, duas cruces imprimit sigillatim, nam ut super hostiam, & alteram super calicem, cùm dicit. Vt nobis corpus & sanguis fiat q. d. Illa uenditio fuerat maledicta, proscripta, irrita, iniqua, & detestabilis, sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem & acceptabilem. Iudas enim dilexit maledictionem, & uenit ei, & noluit benedictionẽ, & elõgata est ab eo, sed tu Deus hanc oblationem digneris facere benedictam, per quam nos in cœlestibus benedicas. Iudas deletus est de libro uiuentium & cum iustis non scribetur. Sed tu Deus hanc oblationem digneris facere adscriptam, per quam nos inter electos adscribas, Iudas laqueo se suspendit, & episcopatum eius accepit alter. Sed tu Deus digneris hãc oblationẽ facere ratam, per quam ratum sit nostræ salutis promissum. uel rata, quo ad confirmationem in omnibus bonis ne sicut Cain offeramus, qui se non Deo, sed diabolo obtulit sacrificiũ. Item Iudas exiuit condemnatus, & oratio eius facta est in peccatum. Sed tu Deus, hanc oblationẽ facere digneris rationabilem, id est, ratione plenam, per quam rationabile fiat nostræ seruitutis obsequium. Iudas quoque reddidit malum pro bono, & odiũ pro dilectione retribuit. Sed tu Deus, hãc oblationem facere digneris acceptabilem per quam nos tibi reddas acceptos. ¶ Secundò fiunt tres cruces † communiter su-
4 per oblatam & calicem, quia Christus tria communiter egit circa panem & uinum, uidelicet accepit, benedixit, & dedit. Postmodum specialiter facit vnam crucem super oblatam, quia dixit: comedite, hoc, est corpus meum, & alteram super calicem, quia dixit: Bibite, hic est sanguis meus, & secundum hunc sensum rectè subiungitur.
5 Qui pridiè, quàm pateretur &c. ¶ † Tertio fiunt tres cruces quia Iudas uendidit Christum ad Crucifigendum tribus, scilicet sacerdotibus, Scribis, & Pharisæis. Ad notandum ergo communiter tres emptores, facit sacerdos tres cruces communiter super oblatam, & calicem, dum dicit: benedictam, adscriptam & ratã. Ad notandum uerò discretè uenditorem, & uenditum, uel tradentem, & traditum, facit duas cruces discretè super oblatam & calicẽ, cum dicit. Vt fiat corpus & sanguis. ¶ Quartò
6 tres † primæ cruces notant, quod factum

Psal. 108
Ps. 68
Psal. 108

est, esse ex uirtute crucifixi. Vel, significãt tres dies quibus Christus prædicauit post Dominicam in ramis palmarum, uel triduum quo in sepulchro quieuit: uel tria loca corporis, in quibus passus est, id est, manus, pedes, & latus. Duæ uerò sequentes significant diuinam & humanam naturam, uel quod Christus in anima & corpore passus est. Et fiunt quinque in figuram, quòd Christus quinque vulnera habuit, uel in quinque crucibus tempus legis exprimimus, quod quinq; libris distinguitur, & in quolibet Christi passio denotatur, quæ lex quinq; personis regebatur, scilicet iudice, rege, principe, propheta, sacerdote, quibus Christus assimilatur. ¶ Possunt quoque præmissa uerba secundo modo sic exponi; petimus ut Deus hanc oblationem † faciat benedictam, adscriptam, & ratam, id est, ut eam conficeret, approbet, & confirmet in rationabilem hostiam, & acceptabile sacrificium, ita ut nobis, id est ad nostram salutem panis, fiat corpus, & uinum, sanguis dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi, Patri quidem dilectus est filius, sicut ipse pater de cœlo testatus est, dicens. Hic est filius meus dilectus &c. & nos cum diligere debemus, quia ipse prior dilexit nos, & pro nobis passus est.

Mash. 3

¶ † Tertio modo sic. Quæsumus, ut tu Deus hanc oblationem facere digneris benedictam, id est, ut à te spiritualiter benedicatur. Vnde uirtute patris nostri fuit benedictus fructus uirginis Marię, adscriptã, id est, talẽ, quæ de memoria tui nulla possit obliuione deleri: ratam, id est talem, quæ de beneplacito tuo nulla possit obliuione cõuelli, rationabilem, id est, talem, quæ tuę diuinę rationi conueniat. Differt enim † inter rationabile & rationale; rationabile dicitur, quod de ratione procedit, rationale uerò dicitur, quod utitur ratione. unde & liber iste rationale uocat, quia eorum, quæ in ecclesiasticis officijs aguntur, rationes cõtinet. Acceptabilem, id est, ut per eam tibi Deo acceptemur.

¶ Quarto modo sic. † Digneris facere benedictã, id est, Spiritu sancto replere, adscriptã. i. diuinitati adscribere, ratam. i. in ueritate, ut ad salutem sufficiat solidare, rationabilem, id est, in nostra fide, acceptabilem, id est, in nostra deuotione. ¶ Quinto modo sic, quam † oblationem tu Deus omnipotẽs digneris facere in omnibus benedictam, hoc est transferre in eã hostiam quę est omnimodè benedicta, adscripta, rata, rationabilis, & acceptabilis. benedicta dicitur hostia salutaris. i. ab † omni causa maledictionis immunis tam originali q̃ actuali, tam criminali, quàm ueniali, sicut Elisabet inquit ad virginẽ. Benedictus fructus uentris tui. adscripta dicitur, id est, figuris & scripturis ueteribus designata. tã in agno paschali, quàm in manna cœlesti, tã in Isaac immolando, quàm in Abel immolato, quoniam (ut inquit Ioannes.) Hic est agnus, qui occisus est ab origine mũdi. Rata dicitur quasi nõ transitoria, sicut vetus lex, quæ cessit, ubi noua successit, sed quæ permanet in æternum secundum ordinem Melchisedech. Rationabilis dicitur, quasi non pecualis, sicut erat legalis, quæ sanguine taurorum & hircorum non poterat à peccato mundare, sed quæ sanguine proprio cõscientias emundat ab operibus mortuis. Acceptabilis dicitur, quasi non illa, de qua dicit propheta: Sacrificium & oblationem noluisti, sicut Dñs ait. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos, sed illa, de qua dicit Psalmista. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Vnde Dñs ait. Sacrificium laudis honorificabit me. Et secundum hanc dispositionẽ recte subiungitur, ut † fiat corpus & sanguis dilectissimi filij tui Dñi, &c. Patri enim dilectus est filius. Iuxta illud. Hic est filius meus dilectus, &c. & nos cum diligere debemus, quia ipse prior dilexit nos, & passus est pro nobis. Aug. uerò sic exponit. Benedictam per quã benedicimur, Adscriptam per quam in cœlo omnes adscribimur. Ratam, per quã in uisceribus Christi, id est, de corpore Christi quòd est ecclesia, censemur. Rationabilẽ, per quam à bestiali sensu eximur. Acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicemus per hãc acceptabiles eius unico filio simus, subiungens quòd sacerdos Euangelistarum uerba assumens, dicit; Qui pridiè, quàm pateretur, &c. Amb. dicit, q̃ hæc uerba. Quam oblationẽ adscriptam, rationabilẽ, &c. sunt uerba Euangelistæ usque ibi. Accipite & manducate, & bibite ex hoc omnes. Alii uerò dicunt q̃ Alexander Papa primus addidit canoni verba

Luc. 1

Heb. 9
Ps. 39
Ps. 49
Psal. 115
Ps. 49

Math. 3 13
1. Ioã. 4

verba illa. Qui pridiè, vsque: Hoc est corpus meum.

SVMMA.

1 *Canonis sexta pars: qui pridiè, quàm pateretur ab Alexandro Papa adiectæ. Et eius partium interpretatio. & nume. 12. 14. 39. 44. 45.*
2 *Christus passus est, sexta feria.*
3 *Eucharistia datur post baptisma, sicut olim manna post transiduum maris rubri, & quid Eucharistia.*
4 *Hostia vnde dicatur.*
5 *Melchisedech panem & vinum offerens primus illum sacrificij ritum exercuit.*
6 *Panis in sacrificio debet esse de frumento, & vinum de vite.*
7 *Panis sacrificij, debet carere sale. Et de eius forma. nu. 8.*
9 *Panis sacrificij, non debet esse fermentatus, sed azymus.*
10 *Græci sacrificant ex fermentato pane, falso ducti errore.*
11 *Sacrificans in fermentato, an conficiat.*
13 *Consecrationis forma cur alia vtatur ecclesia, quàm fuerit tradita ab Euangelistis.*
15 *Sacramenti fractio. Et an Christus prius fregerit, quàm consecrarit: aut contra. Merè diuina. & paradoxa.*
16 *In Christi corpore, vnde miracula considerantur quæ percurrit Author per discursum. numero 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24 25. 26. 27.*
28 *Gregorius Papa, cum ministraret hostiam matronæ ridẽti & incredulæ orauit pro ea.*
29 *Hugo de Sancto Victore. quid responderit fratribus, simplicem sibi offerentibus hostiam.*
30 *Corpus Christi sub alia specie sumitur, quinque potissimum de causis.*
31 *Panis fractio, in altari. & eius intellectus.*
32 *Sacramentum mure corrodente, quid comedatur. Item quid incineratur, dum sacramentum crematur, nu. 33*
34 *Christus, quale corpus suum dedit in cœna mortale, an immortale, passibile, an impassibile, & nu. 35.*
36 *Iudas an cum alijs Apostolis, corpus Christi sumpserit. In vtranque partem rationes probabiles.*
37 *Eucharistiam an debeat negare homini criminoso & scelesto sacerdos, disting.*
38 *Iudæ Christus ne dederit sacramentum, ad bonum, an malum potius eius.*
40 *Christus manu sua communicauit Apostolos.*
41 *Corpus Christi sumptum & comestum, quid.*
42 *Corpus Christi non violatur in secessu, nec vomitu.*
43 *Panis an consecretur prius, quàm vinum: aut econtra aut simul & vna.*
46 *Sacramenti formæ nihil est addendum, detrahendum, transponendum, aut mutandum.*
47 *Sacerdote vno defficiente quouis casu, post consecrationem, an alius debeat totum, vel partem supplere.*
48 *Consecrari vna species tantum & seorsum, an possit.*
49 *Vino in calice prætermisso, quid agendum sacerdoti.*
50 *Sacerdotibus pluribus vni episcopo concelebrantibus, an ille solus conficiat: qui primitus pronunciat verba.*
51 *Corpus Christi c r eleuetur post consecrationem. latè & maximè nu. 52.*
53 *Campanula, cur pulsetur in eleuatione sacramenti.*

De sexta parte canonis. Cap. 41.

QVi pridiè, quàm pateretur &c. Sexta pars & hæc verba dicitur † Alexander Papa primus addidisse, vt premissum est. Quod autem hoc loco agitur, representat id, quòd Christus in cœna fecit: & est sensus horum verborum. Qui pridiè, quàm pateretur, id est vna die ante, quàm ipse passus est pro nobis: voluit tradere discipulis suis corporis & sanguinis sui mysterium, vt illi traderent nobis. Quintadecima † nanque die primi mensis, qui tunc extitit feria sexta, passus est Christus, & præcedente nocte: videlicet decimaquarta luna primi mensis ad vesperam, vt leges scripturã impleret post typicum pascha, corporis & sanguinis sui sacramentum instituit: & Ecclesiæ tradidit frequentandum. Sic enim fuerat præfigura-

Universidad de Deusto Biblioteca

Exod. 10 tum in Exod. x. die mensis primi tollat vnusquisq; agnum per familias domos suas: & seruabit eum, vsque ad quartamdecimam diem mēsis huius: immolabitq; cum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam, & sument de sanguine agni, ac ponent super vtrunque postem, & super liminaribus domorum, in quibus comedent illum. & post pauca. Est enim Phase hebraicè: πασχα Græcæ: Latinè transitus Domi
3 ni. ¶ † Illud autem notandum est, quòd sicut manna data fuit Hebræis post transitum maris rubri iam submersis ægyptijs: sic Eucharistia datur Christianis post absolutionem baptismi, iam deletis peccatis: vt per baptismum emundetur à malo. per Eucharistiam confirmemur in bono. sicut enim manna populū illum per vastitatem ioüiæ solitudinis ad terram promissionis perduxit: sic Eucharistia populum istum per incollatum vitæ præsentis ad patriam paradisi perducit: sic dicta, quia non aliud inuenitur vocabulum, quo dignè tantum sacramentum valeat appellari, nisi quòd Græcè melius dicitur εὐχαριστια quod latinè exponitur secundum Isidor. bona gratia: vel secundum alios, dator gratiæ. viaticum quoque rectè appellatur, quia deficientes in via, deducit ad patriam. Sicut enim filijs Israel à trāsitu maris rubri māna non defuit, donec venirent ad terram promissionis: ita & fidelibus renatis per baptismum rubricatum & sanctificatū sanguine Christi non deficiet Eucharistia, donec veniet finis huius seculi: Sed nec tūc, nisi quo ad hoc, quia vlterius nō sumetur sub specie, Sed videbimus Deum facie ad
4 faciem. ¶ Hostia † verò secundū Hebræos dicitur ab hostio: quoniam ad hostium tabernaculi offerebatur. Sed secundum Gentiles dicitur ab hoste: quia deuictis hostibus fiebat hostia, id est sacrificium: & victima pro vincendis: de quo dictum est sub titulo de oblatione. Dicitur quoque hostia immolatio: qa ibi Christus sacramentaliter immolat, qui semel in veritate pro peccatis immolatus est in cruce, quod tractū est à molà, quæ fieri solebat de quodam genere frumenti: quod far seu ador dicitur. Quod ergo in manna præcessit, in Eucharistia consumatur: nam quantamlibet quisque partē accipiat, totam percipit Eucharistiā, sicut euenit de manna: quia nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec q minus parauerat, reperit minus. Hanc ergo præfigurabat panis ille cœlestis, de quo sapiens protestatur: Panem de cœlo præstitit sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: quod de se Christus exponēs Ego (inquit) sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et est notandum, q in ecclesia communicatur corpus Christi sumendo pacem, dando panem benedictum, & benedictionem suscipiendo: vt dicetur sub titulo de pacis osculo. Qui autem vult communicare, debet timorem, fidem, & dilectionem habere, de consecratione distinctione secunda, timorem. ¶ Sequitur: accepit panem &c. Hunc † sacrificij ritum Melchisedech legitur celebrasse primus, offerens panem & vinum. Erat enim sacerdos Dei altissimi. Vnde Dauid inquit ad Christum: Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech &c. Sacrificium igitur euangelicum præcessit legale, nō solum dignitate, sed etiam tempore, sicut Apostolus plenius ostendit in epistola ad Hebræos. Ideo verò panem & vinum in sacrificium corporis & sanguinis sui Christus instituit: vt in sumptione corporis & sanguinis Christi doceatur esse perfecta refectio: quia sicut præ cæteris cibis & potibus corporalibus, panis cor hominis confirmat, & vinum cor hominis lætificat: ita & corpus & sanguis Christi præ cæteris cibis & potibus spiritualibus interiorem hominem reficiunt & satiant: vnde Poculum tuum inebrians quam preclarum est. In his enim duobus plena consistit, & perfecta refectio: sicut ipse testatur: Caro mea, verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus. De hoc etiam dicetur in septima particula super verbo: Hic est calix. ¶ Cæterum † panis debet esse de
6 frumento, vinumque de vite: quia Christus semetipsum comparauit frumento, cū ait: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet. Et vitis, cùm dixit: Ego sum vitis vera. Ipse etiam fuit racemus torculari crucis præssus. Vnde Esa. lxiij. Vestimēta tua, sicut

Exod. 10 — Sap. 16 — Ioā. 6 — Ge. 14 — Psal. 106 — Psal. 103 — Ps. 22 — Ioā. 6 — 6

sicut calcantium in torculari. Porrò nec racemus vuæ, nec granum frumenti debet offerri, nisi vel expressum in vinum, vel redactum in panem: de consecra. dist. ij. cum omne, quia Christus & panem se dicit, & frumento se comparat]. In canone tamen Apostolorum in bucardo lib. v. c. si quis, ita canitur: Si quis episcopus vel presbyter præter ordinationē Domini alia quædam in sacrificio offerat super altare, scilicet mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legitimam constitutionem faciens, deponatur. de hoc dictum est sub titu. de oblatione sacerdotis. ¶ Non
7 † debet etiam in pane ipso poni sal: quanuis quidam hæretici contra faciant, propter illud, quod scriptum est: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies. & illud:
Leuit. 2 Non auferas sal fœderis Domini Dei tui de sacrificio tuo. & illud: In omni oblatione tua offeres sal. Et in Euangelio: Omnis victima salietur: quę de sale discretionis non materiali intelliguntur. Panis au
8 tem † hic formatur in modum denarij: tum quia panis vitæ pro denarijs traditus est, tum quia idem denarius in vinea laborantibus in præmium dandus est, & in forma rotunda, vt dictum est sub titu. de oblatione. In hoc n. pane sæpe scribitur nomē & imago Imperatoris nostri. q. j. quòd quidam. in fine: quia per eum ad imaginem Dei reformamur, & nomina nostra in libro vitæ scribuntur. Nonnulli etiam ibi agnum figurant: tū quia is, qui immolatur, verus est agnus: tum etiam, propter illud quod legitur Exod. xxix. Hæc quidē facies in altari, offeres agnos iugiter & vinū, ad
9 libandum in agno. ¶ Panis † quoque non
Exod. 12 fermentatus, sed azymus in sacrificium debet offerri: tum ratione facti, tum ratione mysterij. Scriptum nanque est in Exo. prima & decimaquarta die primi mēsis ad vesperam: comedetis azyma vsque ad diem xxj. eiusdem mensis ad vesperam. Item, septem diebus fermentatum nō inuenietur in domibus vestris. Itē, qui comederit fermentatum peribit anima eius de cœtu Israel. Item omne fermentatum non comedetis. Item in cunctis habitaculis vestris comedetis azyma. ¶ Cum ergo Christus die quartadecima primi mensis ad vespe-
ram cœnauerit cum discipulis: & agnum paschalem comederit: & vtique ritu legali cum azymis panibus & lactucis agrestibus, constat quòd ea hora fermentatū non inueniebatur in domibus Hebræorum: & ita panem azymum in corpus suum absq; dubio consecrauit. Cùm enim fermentum corruptionem significet: Vnde secundum Apostolum: Modicum fermentum totam 1. Cor. 5
massam corrumpit: vt nihil corruptum vel corrumpens: totum syncerum atque syncerans in hoc esse sacramento mōstretur: non fermentatum: sed azymum consecramus. Iuxta illud Apostoli: Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur 1. Cor. 5
non in fermento veteri, sed in azymis syceritatis, & veritatis. ¶ Græci † tamen in 10
suo persistentes errore de fermentato conficiunt: latinos azymitas vocantes, cùm ipsi varius fermentarij valeant nuncupari. Dicūt enim in Parasceue lunam xiiij. extitisse, in qua verus agnus est immolatus, vt legis impleretur figura, quæ xiiij. luna primi mensis paschalem agnū iusserat immolari. Dominus igitur eo die se passurū esse prænoscens, in præcedenti vespera, necessitate ductus, anticipauit comedere pascha: & quia tunc licite poterat comedere fermentatum, ideo & ipsi corpus Domini de fermentato conficiunt. Dicunt enim quod cum beata virgo Maria prægnās fuerit de Spiritu sancto rectè per fermentatum significatur Domini incarnatio, propter virginei vteri tumorem. Sed responderi potest, quod non offerimus in sacrificium virginis vterum: nec ille est ad transsubstantiandū necessarius, sed fides & Dei verbum. ¶ Sed † nunquid conficit, qui fer 11
mentatum, vel azymum simul, & fermentatum, hodie apud nos sacrificat? & videtur quod non: cum Christus azymum consecrauerit, quando sacramentum instituit, vt dictum est. Præterea, vt iam dicetur. Ecclesia à beatis Petro & Paulo hunc sacrificij ritum accepit. Quidam tamen contradicunt, præsertim si negligentia vel ignorantia hoc facit: extrà de celeb. miss. cap. fin. Nam & legitur in Leuitico: Offeretis panes fermentatos, cum hostia gratiarum, qui offerentur pro pacificis. Item in Pentateuco legitur: Offeretis panes primitia Leuit.
rum, de duabus decimis fermentatæ simi- 7

Universidad de Deusto Biblioteca

Leuit. 23 læ, & multis cum fermentato sacrificantibus ecclesia communicat. ¶ † Sequitur:
12 Eleuatis occulis in cœlum &c. Per hoc, quòd Christus oculos in cœlum leuauit, insinuat nobis se habere à patre, quod habet, quodque in principio nostrorum operum debemus dirigere mentis oculos ad Dominũ, tanquam ad doctorem omnium operum bonorum. Item per hoc, quod oculos ad cęlum leuauit, & patri gratias egit: docuit nos, quod semper patri supplicare debemus, vt hoc tam magnum sacramentũ per manus nostras perficere dignetur.
13 ¶ Hic autem † tria commemorantur, quę nullus euangelistarum describit, videlicet Eleuatis oculis in cœlum &c. vsque, discipulis suis. Item, æterni testamenti. Itẽ, mysterium fidei. quis ergo tantæ audaciæ extitit, vt hoc de corde suo tentauerit interponere. extrà de celeb. miss. cùm Marthæ. ¶ Sanè formam istam verborum ab ipso Christo acceperũt Apostoli, & ab ipsis ecclesia. Multa quidem tam de verbis, quàm de factis Dominicis propter breuitatẽ prętermiserunt Euangelistæ, quæ tamen Apostoli suppleuerunt: vt est, quod Apost. ait in epist. j. Cor. xv. Visus est plusquam quingentis fratribus simul: deinde visus est & Iacobo: deinde Apostolis omnibus: nouissimè autem tanquam abortiuo visus est & mihi. Nã & inter ipsos Euangelistas quædã omittuntur ab vno, quæ supplentur ab alio: vnde cum tres Euangelistæ commemorent. hoc est corpus meum. solus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur. Et cum Matthæus & Marcus dicant, pro multis, Lucas dicit, pro vobis: sed Matthæus ad-
14 didit in remissionem peccatorum. ¶ † Sequitur, Gratias agẽs &c. Hic colligitur vnde sacrificiũ laudis dicatur. Dicitur enim sic: Christus gratias agens &c. illud instituit. Gratias autem agebat, non pro se: sed pro nobis, id est, pro reparatione omnium futura, de hoc dictũ est in secunda particula, super verbo, pro quibus benedixit &c. Benedixit. n. benedictione cœlesti, & virtute verbi, qua cõuertitur panis in substãtiã corporis Christi, scilicet, hoc est corpus meũ. Et in prolatione huius verbi, fit crux super panem, quę significat quòd Christus passus est etiam in natura: totus enim passus est: & secundum animam & secundum corpus, vt dicetur in xj. particula super verbo: & præstas: vt totum hominem redimeret. Quia enim Christus accepit panem & calicem, in sanctas ac venerabiles manus suas, vtrũq; benedixit: ideo sacerdos Christi exemplo, panem & calicem in manus accipiens, vtrunque per se crucis signaculo benedicit, quæ duæ cruces innuunt tempus cœnæ, & tempus gratiæ, in qua duo parietes in angulari lapide coniunguntur, *Psal.* vel quod Gigas geminæ substantiæ crucifigitur. Cùm autem ad prolationem verborum istorum. Hoc est corpus meũ. Hic est sanguis meus: sacerdos cõficiat. de consecratione distinct. ij. panis est credibile iudicatur, quòd & Christus eadem verba dicendo confecit. ¶ Verùm † cum Dominus 15
prius fregerit, quàm cõsecrauerit, videtur quòd ecclesia, quæ prius consecrat, quam frangat, aliter agat, quam Christus egerit, & sic peccat, quoniam eius actio, nostra debet esse instructio. xij. q. j. exemplum. Super hoc dixerunt quidam, quòd Christus post benedictionẽ & conuersionem fregit: nam tunc confecit cum benedixit literam hoc ordine construentes. Accepit panem, benedixit subaudiendum est, dicens: Hoc est corpus meum, & tunc fregit, & dedit, & ait: Accipite, & comedite, & iterauit: hoc est corpus meum: Prius ergo protulit hæc verba, vt eis vim conficiendi tribueret: deinde protulit eadẽ, vt Apostolos formam conficiendi doceret. Alij dixerunt, quod etiã Christus prius fregit, q̃ consecrauit, nã prius benedixit, & postea fregit, & demũ protulit verba illa, hoc est corpus meũ &c. & tunc dedit, secundũ hoc & sacramentum confecit, & formam instituit post benedictionem, cum dixit. Hoc est corpus meum: intelligentes illam benedictionem fuisse vel aliquod signum, quod super panem impressit, vel aliquod, quod super panem expressit, quibus illud videtur obsistere, quòd prius fregit, quàm dixit. Hoc est corpus meum, nec est credibile, quòd prius dederit, quàm confecerit. Sanè dici potest, quòd Christus virtute diuina nobis occulta primo confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicunt. Ipse namque virtute propria benedixit, nos verò ex illa virtute, quam indidit verbis. Cùm ergo sacerdos

illa

illa Christi verba pronuntiat, hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus, panis & vinum in carnem, & sanguinem conuertuntur, illa verbi virtute, qua verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quia dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt, qua fœminam mutauit in statuam, & virgam conuertit in colubrem, qua fontes mutauit in sanguinem, & aquam conuertit in vinum. Nam si verbum Heliæ potuit ignem de cœlo deponere, nonne verbum Christi potuit panem in carnem mutare, certè maius est de nihilo creare, quod non est, quam quod est in aliud transmutare. de cõsecr. distinct. ij. re vera. & cap. panis. & incõparabiliter maius est quàm Deus ita factus est homo quòd non desijt esse Deus, quàm quòd panis ita fit caro, quòd desinit esse panis. Illud per incarnationem semel factum est, istud per consecrationem iugiter fit. Ad prolationem ergo verborum panis diuinitus transsubstantiatur in carnem diuina enim & materialis huius sacrificij: substantia, est verbum, quod accedens ad elementum, perficit sacramentum, sicut verbum carni vnitum effecit hominẽ Chri-
16 stum. ¶ Notandum † est autem quod in corpore Christi vndecim miracula considerantur, de quibus expressa reddi ratio non potest, licet similitudinariè rationes ad hoc deseruiant. ¶ Primum † est, quod
17 panis & vinum transsubstantiantur in corpus, & sanguinem. de quo iam rationes positæ sunt Alia etiam ratio huic deseruit: quia & cibus & potus corporalis, fit caro, & sanguis mediãte natura multo ergo fortius ipsa natura, scilicet Deus immediatè facere potest, quod panis conuertatur in corpus suum, & vinum, in sanguinem. ¶ Se-
18 cundum † est, quòd quotidie panis transsubstantiatur in corpus, & nullum fit augmentum in Deo, ratio huic deseruit, quia *Ioan.* 1 & si scio aliquod secretum, quod pluribus *Psal.* manifesto, licet illud omnes illi me reuelante sciant, tamen in me solo siue in mente mea nullum propter hoc fit augmentũ *Exod.* 4. ¶ Tertium † quia quotidie sumitur, & co-
19 meditur, nec aliqua fit eius diminutio. ratio, quia & si de lumine meo lumina mille sumantur, nil deperit in meo, nam & vidua Sareptana comedebat, & nunquam diminuebatur farina de hydria, nec oleum de lechito. ¶ Quartum † est, quia indiui-
20 sibile diuiditur, & in qualibet parte eucharistiæ totus & integer remanet. ratio in speculo, in quo aliquid repræsentatur, & si diuidatur per partes, in qualibet parte idem repræsentatur, vt dicetur in sequenti particula sup verbo, Simili modo. ¶ Quin-
21 tum, † quia à criminosis sumptum, non coinquinatur. ratio, quia nec sol transiens super loca fœtida coinquinatur. xix. dist. secundum. ¶ Sextum, quia † corpus 22
Christi quod est cibus vitæ, peccatoribus est mortale, vt dictum est in prooemio huius partis, ratio quia & infirmis & debilibus corpore bona cibaria, vt capones, & bona vina, sunt nociua. ¶ Septimum, quia † sumptum à sacerdote 23
& quolibet alio ore clauso in cœlum rapitur. de consecra. distinctio. ij. quia corpus, in princ. vt iam dicetur super verbo, Accipite. ratio, quia, de corpore virginis incorruptę Christus exiuit, quia etiam de monumento clauso surrexit, cùm sit res simplicissima, & ostio clauso in locum vbi
24 erant discipuli intrauit. ¶ Octauum, † cum fit corpus immensum, quod in tam parua hostia stat. ratio, quia & pupilla oculi, quę minima est, magnum montem apprehendit. ¶ Nonum, † quia idem corpus totum 25
simul in diuersis locis consistit, & à diuersis percipitur, & videtur ratio, quia & uerbum hominis semel prolatum, iuxta uocis naturam, totum simul est in auribus diuersorum. Præterea, qui fecit corpus & locum vtrunque fecit in altero esse, vt uult Rursus, luna & sol, & lumen, in diuersis locis à diuersis videntur. ¶ Decimum, † quia pane 26
transsubstantiato, remanent accidentia panis, scilicet tactus, color, & sapor: ratio, per similitudinem defecit hic vt dicetur 27
super verbo Fregit. ¶ † Vndecimum, quia sub specie panis est, & sumitur corpus & sanguis Christi: imò totus Christus. Similiter sub specie vini est, & sumitur vtrunque, & tamen non est ibi duplex sumptio corporis & sanguinis Christi ratio, quia licet in uno prandio comedam ante potum, & post, non tamen dicor bis prandere: & de hoc dicetur sub vij. particula super verbo: simili modo. Verumtamen (sicut ait Leo Papa de consecra. distinct. ij. in quibus) Quid quæris naturæ or

dinem

Universidad de Deusto Biblioteca

dinem in Christi corpore, cum præter natuam sit ipse natus Christus ex virgine? ¶ Et not. quod † quædam matrona singulis diebus dominicis offerebat panes beato Gregorio qui cum post missarum solennia corpus Domini illi offerret, & diceret: corpus Domini nostri Iesu Christi
28 custodiat te in vitam æternam, illa lasciua subrisit: ipse verò mox dextrã ab eius ore conuertens, partem illam Dominici corporis super altare deposuit, deinde coram populo matronam interrogauit, ob quam causam ridere præsumpserit. At illa inquit: quia panem, quem proprijs manibus feceram, tu corpus Domini appellabas. Tunc Grego. pro mulieris incredulitate se in orationem prostrauit, & surgens particulam illam panis ad instar digiti carnẽ factam reperit: & sic matronam ad fidem
29 conuertit. Orauit iterum, & carnem illam in panem conuersam vidit, & matronæ sumendam tradidit. ¶ Legitur † quoque quòd cũ Hugo de sancto Victore, doctor excellentissimus, ultima infirmitate laboraret, corpus Domini instanter petijt sibi dari cumque nullum cibum retinere posset, fratres eius turbationem timente, simplicem sibi hostiam attulerunt, quod ille per spiritum agnoscens ait, Misereatur vestri Deus fratres: cur me deludere vultis? Iste enim quem portatis, Dominus meus non est. At illi attoniti, mox corpus Domini attulerunt: sed ipse se videns non posse recipere, eleuatis in cœlũ manibus sic orauit: Ascendat filius ad patrem: & spiritus ad eum, qui fecit illum. Eccle. vlti. Et inter hæc uerba spiritum emisit, & corpus Domini inde disparuit. ¶ Quinque autem
30 † ex causis sacramentum corporis & sanguinis sui Christus sub alia specie sumendum instituit. ¶ Prima est ad augendum meritũ, quoniã aliud ibi cernitur, & aliud esse creditur, vt fides habeat meritum, cui humana ratio non præbet experimentum: de pœ. di. iiij in domo. ¶ Secunda est, ad fouendũ sensum, ne abhorreat animus, quod cerneret oculus: quia non cõsueuimus carnem crudam comedere, vel sanguinem humanum bibere. de consec. di. ij. panis est. Fouetur enim sensus in vno, dum videlicet solita percipit. & ædificatur fides in altero dũ in eo quod videt, quale sit illud, quod non videt, agnoscit. ¶ Tertia est, ad vitandum ridiculum ne insultaret paganus, cum illud ageret Christianus: ut ita veritas adsit, & ridiculum desit. ¶ Quarta, quia non posset mortalis homo intueri claritatem, quæ est in corpore Christi, quod experti sunt discipuli in transfiguratione, præterea panis confirmat: & uinum lætificat cor hominis. ¶ Quinta, non sumitur sub specie agni, ne iudaizare videamur, & de more legali agnum offerentes. ¶ Sequitur † fregit.
31 quæri solet quid Christus in mensa fregit & quid sacerdos nunc in altari frangit? Et fuerunt, qui dixerunt, quòd sicut post consecrationem vera panis remanent accidentia: sic & vera panis substantia, quia sicut subiectum non potest subsistere sine accidentibus: sic accidentia non possunt subsistere sine subiecto: quoniam accidentis esse, non est aliud, quàm inesse: sed panis & uini substantijs permanentibus, ad prolationem illorum verborum, corpus & sanguis Christi, eraciter incipiunt esse sub illis: ita quòd sub eisdem accidentibus vtrũque verè suscipitur, scilicet panis, & caro: vinum, & sanguis: quorum alterum probat sensus reliquum creuit fides. Hic dicunt, q̃ substantia panis frangitur ac atteritur, inducentes ad hoc illud Apostoli: panis quẽ frangimus. Et Lucas. Vna sabbati, cum venissemus ad frangendum panes &c. Et secũdum eos dum sacramentum à mure † coroditur, etiam ipsa panis substantia comeditur, sub qua corpus Christi mox esse desinit, cum corrodi incipit: de consecration. distinctione. ij. qui bene super verbo: hoc est corpus. Innocent. iij. dicit in speculo ecclesiæ quod forma panis frangitur & atteritur: sed corpus Christi sumitur & comeditur, ea quæ notant corruptionem referens ad formam panis: ea verò, quæ notant acceptionem, ad corpus Christi. Berengarius quippè, quia suspectus habebatur de hæresi, coram Nicolao Papa confessus est panem & vinum, quæ altari imponuntur post consecrationem, non solùm sacramentum: sed etiam in veritate verum corpus & sanguinem Christi esse, & sensualiter non solùm sacramentum, sed etiam in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: non autem corpus Christi vel in partes diuiditur, vel dentibu

Matth. 17
Psal. 103
1. Cor. 10
Actu. 20
32

bus laceratur, cùm sit immortale, & impassibile. Sed in qua re fiat fractio vel attritio Beatus Augu. de consecra. distinct. ij. qui manducat, ostendit, dicens. Quando Christus manducatur, reficit, non deficit: nec quando manducamus, partem de illo faciimus. Et quidem in sacramento sic fit. Nam & Christus carnalem sensum discipulorũ redarguit, qui putabant carnem eius, sicut aliam carnem diuidendã in partes & moribus lacerandam. Dicitur autem forma panis, non quod sit: sed quod fuit, sicut dicebatur Simon leprosus, nõ quòd talis existeret, sed quia talis extiterat. Si verò quæratur, quid à mure comeditur, dum sacramentum corroditur, vel quid incineratur, dum sacramnetum crematur. † Respondet ipse Innocen. quòd sicut miraculo-
33 sè substantia panis conuertitur in corpus Domini, cùm incipit esse sub sacramento: sic quodammodo miraculosè reuertitur, cùm ipsum ibi desinit esse: non quòd illa panis substantia reuertatur, quæ transiuit in carnem: sed eius loco aliud miraculosè creatur, quanuis huiusmodi accidentia sine subiecto possint esse, sic edi. ¶ Dedit. † Quæri solet quale corpus Christi
34 in cena dedit mortale, aut immortale, passibile aut impassibile: ac cætera quæ ad hanc pertinent quæstionem? Et licet simplicitate fidei sufficiat dicere, quòd tale dedit, quale voluit. Et rursus quale dederit, ipse nouit. Fuerunt tamen, qui dixerũt quòd sicut veraciter ipse idem erat, qui dabat, & qui dabatur: ita in eo quod dabat, erat passibilis & mortalis, & in eo, quod dabatur erat immortalis, & impassibilis sicut visibiliter gestabat, & inuisibiliter gestabatur. inuisibiliter inquam, quantum ad formam corporis, non quantum ad speciem sacramenti. Nam in eo quod gestabat, quod erat, hoc apparebat: in eo verò quod gestabatur, quod erat ipse, non videbatur: quia forma panis & vini, velabat formam carnis & sanguinis. Hic est ille verus Dauid, qui coram Achis rege Geth. suis manibus ferebatur. Quo-
1. Reg. 27 niam igitur immortalis dabatur, incorruptibiliter edebatur Hi profecto concedũt quod si pars aliqua sacramenti per triduũ mortis Christi reseruata fuisset, idem corpus simul & iacebat mortuum in sepulchro, & manebat viuum sub sacramento: in ara crucis patiebatur, & sub forma panis non lædebatur. Sed quoniam incredibile iudicatur, vt secundum eandem naturam simul esset mortalis & immortalis, quod tamen congruebat ei, secundum eandem personam: Fuerunt alij, qui dixerunt, quòd Christus mortalis vtique fuit, non necessitate, sed voluntate: in eo quippe q̃ immunis erat ab omni culpa, liber erat ab omni pœna: vt nil morti deberet: pro eò, quòd nil peccati haberet. Sustinuit tamen sponte mortalitatem: quia mortem sustinere volebat: quoniam si mortalitatem nõ susceptisset, omnino mori non potuisset. vt ergo probaret, quod mortalis erat non necessitate, sed voluntate: quãdo voluit, mortalitatem deposuit: & quando voluit, mortalitatem recepit. Legitur in euangelio, quòd cum Iudæi duxissent Iesum, vsque ad supercilium mõtis, & eum precipitare vellent, ille transiens per medium illorum ibat. Cùm ergo esset ducendus, teneri se, sicut passibilem tolerabat: sed cùm esset præcipitandus, sicut impassibilis, per medium illorum transibat. † Potest tamen salua fide concedi: quod tunc tale dedit, 35
quale tũc habuit mortale: videlicet & passibile. non quod posset pati sub sacramento, scilicet nunc: sed quòd sub sacramento poterat pati, scilicet tunc. Nunc autem sumitur à nobis immortale, & impassibile: nec tamen maiorem nunc habet efficaciã, sicut nec maiorem potentiam. Quia ergo passibilis edebatur, & tamen non lædebatur, non erat humanæ naturæ, sed diuinæ potentiæ, qua volebat quicquid omnino volebat. ¶ Discipulis suis. Dubitari solet, vtrum Iudas † cum alijs acceperit eucharistiam. Lucas enim ostendit Iudam interfuisse cum alijs, qui statim post, calicis tra 36
ditorem commemorat, dicens: Hic est calix noui testamenti, in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Veruntamen etiam: ecce manus tradentis me, mecum est in mẽsa. quotquot autem interfuerunt, eucharistiam acceperunt. Marco testante, qui ait: Et biberunt ex eo omnes. Iuxta quod Christus ipse præceperat, teste Matthæo: Bibite ex hoc omnes. Econtra Iudas non interfuisse probatur. Nam secundum Matthęũ, statim dixit Iesus bibentibus calicem: non bibam

Lucæ 4.
Lucæ 22.
Marc. 14.

Universidad de Deusto Biblioteca

bibã amplius de hoc genimine vitis, vsque
in diem illum, cum illud bibam vobiscum
Io. 13 nouum, in regno patris mei. Iudas ergo nõ
aderat: quia cum eo non erat bibiturus in
regno. In hoc casu fortè tenendum est il-
lud, quod Ioannes insinuit: quia cùm Iu-
das accepisset bucellã, exiuit cõtinuo, erat
enim nox. Christus autem post alios cibos
tradidit eucharistiam, Luca testante qui
ait: Similiter & calicem, postquam cœna-
Lu. 22 uit. Patet ergo, quod Iudas prius exiuit,
quàm Christus traderet eucharistiã. quod
ergo Lucas post calicem commemorat tra
ditorem, per recapitulationem intelligi
dictum potest: quia sæpe in sacra scriptura
quod prius factum fuerat, posterius enarra
tur: sicut Matthęus biduo ante pascha com
memorat alabastrum vnguenti: quod secũ
37 dum Ioan. ante sex dies paschæ mulier in
domo Simonis leprosi effudit. Sed † con-
cesso, quòd Iudas acceperit eucharistiam,
quod plerique concedunt: quare medicus
salutaris medicinam dedit ægroto, quam
ei mortiferam esse sciebat, quoniã qui mã
ducat indignè, iudicium sibi mãducat &c.
Respondeo fortè vt suo doceret exemplo
1. Cor. quòd sacerdos non debet illi communio-
2 nem negare, cuius crimen. & si sit sibi no-
tum: non tamen est ecclesiæ manifestum:
ne forte non sit corrector, sed proditor.
Ps. 21. Vnde legitur in canone, de consecratione
distinctione. ij. non prohibeat. Non pro-
hibeat dispẽsator, id est, sacerdos. pingues
terræ, id est, peccatores, mensam Domini,
id est corpus & sanguinem Christi mandu
care: sed moneat exactorem timere, Sed
cùm minus malum sit reddi suspectum de
crimine, quàm committere crimen: & de
duobus malis, cùm alterum vrget, minus
tamen sit eligẽdum. xiij. distinctione. duo.
& ca. nerui. videtur, quòd discretus sacer-
dos negare debet eucharistiam crimino-
so: quatenus minus malum incurrat, ut ma
ius euitet, id est. ut reddatur suspectus,
ne manducet indignè. Sanè cum nemo de-
beat vnum mortale committere, ne proxi-
mus aliud mortale committat, eligendum
est potius sacerdoti non prodere peccato-
rem, quàm ut ille non peccet, sed ille po-
tius debet eligere, vt abstinendo reddatur
Psal. suspectus, quam quòd communicando man
134. ducet indignè. xiiij. distinctione. c. 1. ¶ Sed
quæritur, an Christus ad bonũ, an ad ma-
lum † eucharistiam Iudæ tradiderit? Et 38
quidem non videtur ab bonum dedisse, ne
sua sit intentione fraudatus, qui teste pro-
pheta, fecit vniuersa, quę voluit. Iudas. n.
non ad bonum, sed ad malum accepit: sed
nec ad malum dedisse videtur, quia Chri-
stus non est actor malorum, sed vltor. Re-
spondetur, quod si hæc propositio ad, cùm
dicitur, dedit ad malum, intentionem de-
notet, uel effectum, falsa est propositio. Si
autem consecutionem innuat vel effectum
vera est, Sanè, quia Christus bucellam in-
tinctam Iudæ porrexit, constitutum est ab
Ecclesia ne eucharistia detur intincta: de
consecratione. distinctione. ij. cum om-
ne nec debet intelligi, quòd sub bucella
panis intincta, Christus eucharistiam de-
derat traditori. sed per bucellam intinctã
atque porrectam, suum denique traditorẽ
expressit. ¶ † Sequitur. Accipite & man- 39.
ducate. Quis unquam crederet, quòd pa-
nis in carnem & uinum in sanguinem con-
uerti potuisset, nisi ipse Saluator hoc dice-
ret. Qui panem & uinum & omnia ex inui
sibilibus creauit. uoluit ergo per nos panẽ
& uinum sibi offerri: & ab ipso diuinitus
consecrari, ut fidelis populus credat verũ
esse mysterium. quod ipse tradidit discipu
lis suis, dicens. Accipite & manducate, si-
Matt. militer & de calice dixit. ¶ Sanè non est
26. † intelligendum, quod si sumptum corpus
40 de manu domini, sibi discipuli ministrarẽt
sed qui consecrauit, idem & ministrauit, ac
si diceret. Comedite. hanc utranque huius
sacramenti comestionem insinuant. Dupli
citer enim corpus Christi comeditur, quia
dupliciter intelligitur scilicet uerũ, quod
de uirgine traxit, & in cruce pependit, &
mysticum quòd ecclesia Christi spiritu ve
getata. De vero corpore Dominus ait, hoc
est corpus meũ, quod pro vobis tradetur.
De mystico dicit Apostolus, vnus panis, &
vnum corpus, multi sumus. Verum corpus
Christi comeditur sacramentaliter, id est,
sub specie. Mysticum autem, comeditur
spiritualiter, id est, sub specie panis, in
fide cordis. De comestione sacramentali
dicit Dominus, Accipite & comedite, hoc
Luc. est corpus meũ, quod pro uobis tradetur,
22 hoc facite in meam commemorationem.
Hoc modo tam boni quàm mali Christi
corpus

corpus manducant, sed boni ad salutem,
mali vero ad iudicium. Nisi enim & mali
Christi corpus comederent non dixisset
1. Cor. Apostolus ad Corint. xj. Qui maducat in-
12 dignè, iudicium sibi manducat, non dijudi
cans corpus Domini. Ille autem indignè
sumit, qui sacramentaliter & non spiri-
tualiter sumit. Nam & Iudas cum alijs tra
ditur eucharistiam accepisse, vt iam dictũ
Ioã. 6. est. De spirituali comestione Dominus ait:
Nisi manducaueritis carnem filij hominis
& biberitis eius sanguinem, non habebitis
vitam in vobis, hoc modo corpus Christi
Ioã. 6 comedunt soli boni, vnde qui manducat
1. Io. 4 meam carnem, & bibit meum sanguinem,
in me manet & ego in eo. Nam qui manet
in charitate, in Deo manet, & Deus in eo,
ut quid paras dentem & ventrem? crede,
& manducasti: de consecr. dist. ij. ut quid.
qui credit in Christũ, comedit ipsum, quo-
niam incorporatur Christo per fidem. id
est, membrũ eius efficitur, vel vnitate cor-
poris eius firmius solidatur. Alibi enim
quod manducatur, incorporatur, & qui mã
ducat, incorporat, hoc autem quod man-
ducatur, incorporat, & qui manducat, in-
Io. 6. corporatur. Vtrumque modum edendi
Christus insinuat, vbi dicit. Spiritus est,
qui viuificat, caro non prodest quicquam
quia caro Christi nisi spiritualiter come-
datur non ad salutem, sed ad iudicium mã
ducatur. ¶ Sed † quid est de corpore Chri
41 sti postquam sumptum fuit & comestum?
Responderi potest, quòd si præsentia quæ
ritur corporalis, in cœlo quæratur, vbi
Christus est in dextera Dei sedens, de con-
secrat. distinct. ij. tribus. Ad tempus tamen
præsentiam adhibuit corporalem, ut ad
spiritualem præsentiam inuitaret. Vnde
cum sacramentum tenetur, gustatur & co-
meditur. Christus corporaliter adest in ui
su & in sapore, & quandiu corporalis sen-
sus afficitur, corporalis præsentia non au-
fertur. Postquã vero in percipiendo sensus
deficit corporalis, deinceps non est quæ-
renda præsentia corporalis, sed spiritualis
est retinenda, quia dispensatione comple-
ta Christus de ore transit ad cor. Melius
est enim, ut procedat in mentem, quàm de
scendat in uentrem. cibus est, non car-
nis, sed animæ, uenit, vt comedatur,
non consummetur: ut gustetur, non ut
incorporetur, ore comeditur, sed sto-
macho non digeritur, reficit animum,
sed non effluit in secessum. Illud uero, Matt.
quòd Dominus ait: Omne quod in os in- 15
trat, in ventrem vadit, & in secessum emit-
titur, non de spirituali, sed de carnali cibo
dictum est. ¶ Quòd si fortè secessus, † aut 42
uomitus post solam eucharistiæ perceptio
nem euenerit, ex accidentibus humoribus
generatur, cum interdum humores vsque
cuiuslibet cibi materia vel effluant in se-
cessum, uel emittantur ad vomitum, ita
quòd quantum ad nos, seruat per omnia
corruptibilis cibi similitudinem, sed quan
tum ad se, non amittit immolabilis cor-
poris veritatem. species quandoque corro
ditur, & maculatur, sed veritas nunquam
corrumpitur, aut inquinatur, sed quando
tale quid videris, noli timere sibi, sed esto
solicitus tibi, ne tu fortè lædaris, si male
credideris. ¶ Sequitur, hoc est corpus 43
meum. Cum ad prolationem istorum uer
borum, hoc est corpus meum, panis mute-
tur in corpus, & ad prolationem istorum
verborum. Hic est sanguis meus. uinum
mutetur in sanguinem, de consecra. dist. ij.
paris est. & prius proferantur ista verba,
q̃ illa, videtur qd panis prius mutetur in
corpus, quam vinum in sanguinẽ. Et ita in-
detur per consequens, q̃ corpus sine san-
guine est, vel sanguis est sine corpore. Pro-
pterea dicit à quibusdã, q̃ cũ totũ est dictũ
totum est factũ nolentes vel nõ uolẽtes ip
sius conuersionis determinare momentũ.
Alij verò dicũt, q̃ licet ad prolationẽ præ
cedentiũ verborũ panis anteà mutetur in
corpus, & ad prolationem sequentium, uinum
postea mutetur in sanguinem, nun-
quam tamen corpus est sine sanguine, vel
sanguis sine corpore. de consecrat. distin.
ij. comperimus. sicut neutrum est sine
anima, sed sub forma panis, sanguis exi-
stit in corpore, per mutationem panis, in
corpus, & econuerso, non quòd panis, id
est corpus in sanguinem, vel uinum mu-
tetur in corpus, sed uentrum potest exi-
stere sine reliquo, de hoc iam dicetur.
¶ Sed † quæritur, quid demonstrauit 44
Christus quando dixit, hoc est corpus
meum, per hoc pronomen, hoc, non
videtur quòd panem, quia panis non erat
corpus Christi, nec etiam corpus: quia
nondum

Universidad de Deusto Biblioteca

nondum illa verba protulerat, ad quorum prolationem panem mutauit in corpus. Super hoc dicunt quidam, quod per hoc pronomen nihil demonstratur: sed illud materialiter ponitur. Sed secundum hoc, quomodo per dictionem nihil significantem fit transsubstantiatio? Præterea, Dominus vtebatur illa voce significatiuè, & nos utimur materialiter, ergo nõ facimus quod ipse fecit. Alij dicunt, quòd ea vis data est ipsis verbis, quòd ad ipsorum prolationem fit transsubstantiatio. Item, ideò sacerdos ea non profert significatiuè, quia non posset sic ea proferre. Mentiretur, nisi diceret, hoc est corpus meũ. Verum à præmissæ quæstionis laqueo facile se absoluit qui dicit, quòd Christus tunc confecit, quãdo benedixit, de quo dictum est super verbo benedixit. Nam si opponatur de sacerdote, qui tunc consecrat, cum illa verba pronuntiat. Respondetur quod sacerdos nil demonstrat, cum illis verbis nõ vtatur enuntiatiue, sed recitatiuè, quemadmodũ
45 & cum ait. Ego sum uitis uera, ego sum lux mundi, & innumera talia. ¶ Rursus † quæritur, quid demonstrauit, cùm dixit: Manducate ex hoc omnes, licet in nullo quatuor euangelistarum hoc legatur de corpore, sed tantum de sanguine inuenitur dictum, Bibite ex hoc omnes. Cùm enim iam panẽ fregisset, si demonstrauit aliquid fragmentorum, illud non debebant omnes comedere, sed singulis debebat singula distribuere de consecra. distin. ij. singuli. & cap. seq. si demonstrauit corpus non poterant ex illo sed illud comedere, quia corpus Christi non manducatur per partes, sed integrum. Sanè frequenter in sacra scriptura videtur agi de vno, sed agitur de diuersis, ut est illud, benedixit, fregit, & dedit. benedixit panem, fregit formam, & dedit corpus. Eodem modo, cum dixit. Manducate ex hoc omnes, pronomẽ ostendit integrum corpus, & præpositio innuit formam diuisam, ut iste sit sensus: Comedite corpus integrum, sub forma diuisa. Nam sola forma per partes diuiditur & totum corpus integrum manducatur. Simili modo potest intelligi, quod subiunxit. Hoc est corpus meum, id est, illud, quod præbeo sub hac forma. ¶ Queritur
46 † etiam, si additio vel subtractio, uel transpositio, vel interpositio, uel mutatio fiat in illa forma verborum, quæ Christus expressit, utrum si effectum consecrationis impediat, ut si dicatur addẽdo, hoc est corpus meũ, quod assumpsi de virgine: vel sub trahendo, hoc est corpus, nõ dicendo meũ, aut transponendo, ut dicendo, corpus meũ hoc est, uel interponendo, ut hoc est utiq; corpus meum, siue mutando, vt hoc est corpus Iesu. Sanè grauiter peccat, qui quodlibet horum quomodolibet attẽtauerit, præsertim si formam intendat mutare, vel hæresim introducere. de consecra. distin. iiij. retulerunt. quia forma verborum, quam Christus expressit, per omnia debet illibata seruari, quamuis (secundum Philosophum) nomina & verba transposita idem significent extra de rescri. neque utile per inutile vitietur, & non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu transferendum. extra de uerb. signifi. præterea. ¶ Quid si interprolationem formæ panis, & uini interponatur spatium, & quidem nihilominus fit transsubstantiatio? de hoc tamen dubium non est, secundum illos, qui duas asserunt esse formas, vt iam dicetur, de hec no. de consecr. distinct. iiij. si non sanctificatur. ¶ Sed cum ad † prolationem istorum verborum. Hoc est corpus meum, panis mutetur in carnem. de consecra. distin. ij. panis. 47
& ad prolationem illorum. Hic est sanguis meus, uinum mutetur in sanguinem, uidetur quòd panis sine uino uel uinum sine pane ualeat consecrari, ut præmissum est. & ita si post prolationem istorum, & ante prolationem illorum impedimentum accidat sacerdoti, quo minus procedere ualeat uidetur quod panis sit mutatus in carnem, uino in sanguinem non mutato. Nunquid ergo hoc casu alius sacerdos totum repetet à principio, & sic super panem iterabitur consecratio, an vero ab eodem loco tantum incipiet, in quo sacerdos ille dimisit, & sic diuiditur mysterium unitatis extrà de elect. quod sicut. Super hoc ita legitur in concilio Tholetano. v. quæstio. j. nihil. Censuimus conuenire, ut cum à sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidit cuiuslibet interuentus, quo cœptum nequeat consecrationis explere mysterium, sic liberum episcopo vel presbytero alteri consecrationem exequi cœpti officij, ut præcedentibus, supple qui deferunt libenter alij pro complemento succedent, de hoc etiã dicetur in vij. particula super uerbo. noui & æterni ad finem. Verum cum inter theologos de tempore consecrationis, sit diuersa sententia, quibusdam dicentibus, quòd cum totum est dictum totum est factum, alijs asserẽtibus, quòd panis ante mutatur in corpus & posteà uinum mutatur in sanguinem, ut dictum est, ideo plerique tutius incedentes, affirmant quòd alius sacerdos repetere debet cosecrationem atque perficere. quoniam non dicitur iteratum, quod nescitur esse factum, extra de sacra. nõ ite. c. j. tamen ne ulla fiat iteratio uel diuisio sacramẽti, ne aliquis scrupulus erroris uel dubitationis remaneat, consultius iudicatur, ut illa talis oblata studiosissimè pro infirmis recordetur, & super alijs speciebus panis & uini totus canon repetatur, & præmissa hostia consecrata in fine missæ à
48 ministro uel alio sumatur. ¶ † Sed si uinũ inuenirì non possit, uel aliquo casu interceden te defuerit, quæritur utrum necessitate cogente, uel casu intercedente, sola panis materia possit in eucharistiam consecrari, sicut & sub sola panis specie debet eucharistia reseruari? Sunt sanè, qui dicũt quòd cum uerbum & elementum conficiãt sacramentum, nec forma uerborum nec materia rerum, quas Christus expressit mutari siue dimidiari potest, quia sicut uinũ sine pane, sic panis sine uino minimè consecratur, unde siue aqua pro uino mittatur in calicem, siue ordeum pro frumento formetur in panem, sicut neutrum per se, sic neutrum cum alio transsubstantiatur in carnem, aut mutatur in sanguinem. Nam si panis sine uino, uel uinum sine pane, mutari posset in carnem, aut sanguinẽ in his regionibus, in quibus alterutrum inueniri non potest, licitè posset alterum sine altero consecrari, minus enim ignorantia, quàm necessitas, uel negligentia quàm difficultas excusat. Alij uero dicunt, quòd cũ Christus prius conuertit panem in carnẽ, & posteà mutauerit uinum in sanguinem sicut euangelicæ lectionis textus ostendit & sine uino panem, & sine pane uinum consecrari contingit. Grauiter tamen offendit qui negligenter uel ignoranter alterutrã specie prætermittit. Grauius qui scienter aut spontè, maximè si formam intendit mutare, uel hæresim introducere. ¶ Quid † ergo faciendum est sacerdoti, si uinum post consecrationem comperiat prętermissum? Respondeo, si hoc studiosè causa in- 49
troducendi hæresim factum est, non est sacramentum corporis. Si uero per obliuionem, uel negligentiam, nihilominus facta est consecratio corporis, ut præmissum est de consecra. dist. iiij. retulerũt. Tunc enim vt dicunt aliqui, vinum apponere debet, & super illud solum verba ad consecrandũ sanguinem repetere, scilicet ab illo loco, simili modo &c. vsque in finem, omissis tamen crucibus duabus, quæ fiunt sigillatim super panem. Alij dicunt quod vino apposito in calice panem consecratum debere immittere, sicque absque aliqua repetitione sumere sacrificium, sicut fit in die parasceue. Alijs videtur quod non debet vinum apponi, ne scandalum generetur. Sed quod primi dicunt, verius est: nam vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas requiratur, extrà de regu. iur. qui scandalizauerit. Si enim hæc veritas prætermittatur, scilicet quod uinum non apponatur, nõ potest uere dici hoc sacramentum, commistio corporis & sanguinis, nec corpus Christi sine sanguine sumi debet, de consecr. dist. ij. comperimus. vel hostia seruetur, & super alijs speciebus ea non repetatur, ut præmissum est, Verumtamen, si sacerdos aqua gustata ieiunium soluerit, illa die non iteret sacramentum. Si autem ante verba transsubstantiationis scilicet, Hic est calix noui testamenti &c. aduerterit uinum fortè prætermissum, vel etiam vtrunque scilicet vinum & aquam, tunc illa apponat in calice, & in consecratione procedat, reincipiens ab illo loco. Hanc igitur oblationem &c. Si vero uinũ sine aqua apponatur, non ideo minus est sacramentum, ut dicetur in sequenti particula, super verbo, noui & æterni testamenti. Quia si aliquid de sanguine stillauerit, de hoc dicetur etiam super verbo, qui pro 50
multis. ¶ Verum † cum interdum vni pontifici multi sacerdotes concelebrant, prout dicetur in. vj. parte sub quinta feria cœnę domini, vbi agitur de oleo infirmorum, si fortè non simul omnes consecratoria verba pro-

Universidad de Deusto Biblioteca

bà pronuncient,quæritur an ille solus conficiat,qui primus illa pronuntiat, & an cæteri iterent sacramentum? Si enim hoc cõcedatur,poterit contingere,quod ille non conficit,qui principaliter celebrat, & ille conficit,qui secũdario celebrabit. & sic pia celebrantis intẽtio defraudatur. Sanè dici potest,qa siue prius siue posterius proferãt sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instans prolationis episcopi, cui principaliter concelebranti concelebrant,& tũc omnes simul consecrant & conficiũt. Quã quã nõnulli consentiant,quòd qui primus pronuntiat,ille consecrat, nec aliorum defraudatur intentio,quia factũ est id, quod intenderant. Consueuerant autem presbyteri cardinales Romanum circunstare Pontificem,& cum eo pariter celebrare & consummato sacrificio de manu eius communionem accipere significantes Apostolos, qui cum Domino pariter discumbentes factam de manu eius eucharistiam acceperũt & in eo,quod concelebrant,ostendũt Apostolum tunc à Domino ritum huius sacrificij didicisse. ¶ Sanè dictis † verbis illis,hoc
51 est corpus meum, sacerdos eleuat corpus Christi. ¶ Primo,vt cũcti astantes illud uideãt,& petant quod proficit ad salutẽ. Iuxta illud. Ego si exaltatus fuero à terra, &c. Ioan. xij. ¶ Secundo ad notãdum, quod non est aliud dignũ sacrificiũ, imo est super omnes hostias. ¶ Tertio, exaltatio eucharistię in manu sacerdotis, signat Christum verũ panem,per prophetas in scripturis exaltatum,quando scilicet eius incarnationẽ prophetizabant. Vnde Esa. Ecce uir-
Esa. 7 go concipiet, & hunc cibum fore cæteris excellẽtiorẽ. Similiter & de potu. ¶ Quarto,significat resurrectionem. ¶ Quinto,hostia eleuatur, ut populus non prẽueniens consecrationem,sed ex hoc cognoscens illam factam esse, & Christum super altare
Phi. 2 venisse reuerenter ad terram prosternantur. Iuxta illud,ad Philippenses,In nomine Iesu,omne genu flectatur &c. & illũ corde & ore adorent. Iuxta illud Apostoli ad
Roma. 10. Romanos:Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Alia ratio ponetur prope finem xj. particulę canonis. ¶ Licet igitur fides sufficiat ad salutem, iuxta illud Aug. de consecra. distin. ij. vt quid crede & manducasti, non tamen superflua est eleuatio, tũ propter causas præmissas, tum † quia ibi tempus & locus agẽdi opus 52
se offerunt,fides sine operibus, secundum Iaco. mortua est, propter easdem quoque Iac. 2.
causas calicis eleuatio, licet sãguis videri non possit,superflua non est. Verum autẽ calix coopertus debet eleuari, ut dicetur in sequenti particula,super verbo qui pro uobis,& tam corpus,quàm calix,cum utraque manu eleuantur, propter maiorem reuerentiam & securitatem. Et exinde stringit pollices & indices prout dicetur super uerbo & memores. ¶ † In eleuatione autem 53
vtriusque,squilla pulsatur, nam & in veteri testamento Leuitæ pro tempore sacrificij tubas clangebant argenteas, ut earum sonitu populus præmonitus foret ad adorãdum Dominum præparatus. Et propter cãm eãdẽ,squilla pulsatur,dũ corpus Christi ad infirmum portatur. Mula etiam capellam domini Papæ baiulans, squillam fert ob reuerentiam reliquiarum,quas portat, tunc etiam cærei accenduntur,propter causam in secunda parte sub tit. de acolyto scriptam.

SVMMA.

1 *Sacramentum,quare sub vtraque specie sumatur.*
2 *Christus pascha typicum celebrauit cum Apostolis, luna primi mensis ad vesperam.*
3 *Christus,idem & totus in cælo, idem & totus hic,& vbique est.*
4 *Christus non sinit nos tentari, vltra vires nostras.*
5 *Testamentum dicitur etiam promissio.*
6 *Aqua posita cum vino in calice,an conuertatur in sanguinem.*
7 *Christus resurgens an totum sanguinem suũ resumpserit effusum in cruce.*
8 *Christi præputium, adseruari in Lateranen. Basilica.*
9 *Aqua prætermissa,an quod gestum est in calice sit irritum.*
10 *Vinum optimum sumendum est, aliud tamen non violat sacramentum.*
11 *Vinum si fuerit gelatum in calice, quid agat sacerdos. Et quid,si musca vel aranea,quid ve aliud ceciderit in calicem nu. 12.*
13 *Eucharistia non est danda ægroto vomenti. Item,nec ebrioso, insano,hæretico,epileptico,&*

co, & similibus 14. Itẽ de alijs accedentibus.nu. 15.16.17.
18 *Sacerdoti quæ pœnitentia imponenda,propter sanguinem fusum, vel hostiam sacramenti quomodolibet maculatam. Ex decreto concilij. Aurelianens.*
19 *Sanguis si profluat à naso sacerdotis, quid agendum.*
20 *Sacramentum corporis Christi quomodo sit mysterium fidei.*
21 *Sacramentum corporis Christi tria habet,*
22 *Corporis & sanguinis Christi substantia est sacramentum.*
23 *Sacramentum,an vnum tantum, an diuersa. & nume. 24.*
25 *Signorum diuersitas.*
26 *Sacramenta legalia,& euangelica differũt.*
27 *Sacramentum,dicitur actiuè & passiuè.*
28 *Sacramentum, consistit in tribus.*
29 *Sanguis Christi, pro quibus sit effusus.*
30 *Peccatum remittitur, & quo ad culpam, & quo ad pœnam, per sanguinem Christi.*
31 *Sacramentum altaris, cur quotidie Ecclesia repetat.*
32 *Passionis Christi triplex habemus memoriale.*

De Septima parte canonis. Cap. 42.

SIMILI modo &c. Septima pars. licet sub vtraq; species sumatur utrũque, scilicet corpus & sanguis: utraque tamen species consecratur: & neutra superfluit, de cõ secrat. dist. ij. comperimus. vt ostendatur, quòd Christus humanam naturam assumpsit, scilicet corpus & animam, vt totum redimeret. Panis enim fertur ad carnem, & vinum ad animam: quia vinum sanguinẽ operatur,in quo sedes est animæ. xxiij.
Leuit. 17. quæstio. ij. Moses. Vnde legitur in Leuit. Anima carnis,in sanguine. Moses quoque testatur, quòd caro pro corpore, sanguis autem offertur pro anima: quocirca panis & uinum in sacrificio offeruntur,quod ualet ad tuitionem corporis & animæ: ne sub specie panis sanguinis sumatur cum corpore,& sic sub altera tantum specie sumatur ad alterius tantum putetur peruenire salutem. Et quanuis sub specie panis sanguis sumatur cum corpore: & sub specie vini sumatur corpus cum sanguine secundum Inno. iij. nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie uini bibitur, aut comeditur, quia sicut nec sanguis comeditur, nec corpus bibitur. ita neutrũ sub specie panis bibitur,aut sub specie uini comeditur. Etsi cõcessibile videatur,quòd corpus bibendo & sanguis comedendo sumatur. Est ergo, secundum eũ,modus sumendi carnẽ & sanguinẽ,quo neutrũ mãducatur aut bibitur. Et ideò rectè statuitur in canone: de cõse. dist. ij. cõperimus q̃ corpus Christi sacerdos siue eius sanguine,nõ sumat, Vnde in quibusdã locis post sumptionem corporis & sanguinis Christi aliquid de ipso sanguine reseruatur in calice, & superinfunditur uinũ purũ,ut ipsi communicantes inde sumãt non.n. esset decens tantùm sanguinem cõficere,nec calix capax inueniretur. Vtrũ aũt per contactũ sanguinis,uinũ appositum efficiatur sacramentũ:dicetur super verbo, Luc.
hic est calix. ¶ † Sequitur. Postea quàm cẹ 22.
natũ est &c. xiiij. luna primi mensis ad ve- 2
sperã Christus secundũ legẽ, typicum pascha cum Apostolis celebrauit: de quo cũ dixisset. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscũ, ante quàm patiar. cũ hoc diceret statim ostẽdit, ut scilicet veteri paschæ finem imponẽs noui paschæ substitueret sacramentũ. Accipiens.n. panem, benedixit,ac fregit,deditq; discipulis suis, dicẽs:Accipite & comedite,hoc est corpus meũ:quod pro vobis tradetur. Similiter & calicẽ,postquàm cẹnauit,dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis noui testamẽti, qui pro uobis,& pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ, hoc facite in meam commemo. Hac igitur institutione formati, celebramus iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium, nam vbi ueritas uenit, figura cessauit. Christus enim post cœnam, corpus & sanguinem suum dedit Apostolis, ut hoc sacramentum uelut ultimum testatoris mandatum arctius memoriæ commendaretur de consecratio. distinctione secunda; liquido. vnde nouissimum condens hæredibus testamentum, dixit: Vos estis qui permãsistis mecũ in tẽtationibus meis, & ego dispono vobis regnum: sicut pater meus

Universidad de Deusto Biblioteca

mihi disposuit, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Et licet Apostoli eucharistiam, non ieiuni acceperint, non ideo calumniandum est, quod pransi debeant hoc sacramentum recipere, sicut faciebant illi, quos Apostolus arguit dicens: Conuenientibus uobis in vnum: iam non est dominicam cœnam manducare, unusquisque enim prę- *1. Cor. 1.*
sumit cœnam suam ad manducandum: & alius quidem esurit: alius ebrius est. Item ex hoc verbo: postquàm cœnatum est, uidetur quòd sacerdos communicare debet prius, quam transeat ad calicis consecrationem. Sed de hoc dicetur sub titu. de communicatione sacerdotis. ¶ Se-
3 quitur: Accipiens & hunc præclarum calicem &c. ponitur continens † pro contento. Nam & vnus & idem: & nunc & hic & alibi sacrificatur ab omnibus: totus est in cœlo: totus in altari, simul & sedet ad dexteram patris, & manet sub specie sacramenti: sicut tactum est in vj. *Marc. vl.* particula super verbo: eleuatis oculis. ¶ Quod autem uinum in calice consecrauerit, pater ex eo, quod ipse subiungit. Non bibam amodo de hoc genimine vitis *Matt. 26* &c. Et fiunt iste consecrationes cum signo crucis: ut dictum est in vj. particula, super verbo benedixit, quia virtute crucis & verborum fit transsubstantiatio naturarum. Hæc autem sunt verba: Hic est calix mei sanguinis, id est, continens sanguinem meum, vel sanguinis, significans
4 passionem. ¶ Nota † quod passio dicitur calix, vel à calida potione, vel quia mensuratè sumitur. Fidelis enim Deus, qui nõ sinit non affligi, plusquã portare possumus. j. Cor. x. De calice dictum est in parte prima sub tit. de picturis: hic autem parum eleuato calice sacerdos illum deponens, non deserit eum: ad notandum, quòd quilibet Apostolorum sic calicem accepit, quod vnicuique Dominus ministrauit. ¶ Sequitur, noui & æterni testamenti &c. Subaudi confirmatio. noui, dicit: quia nos innouat per fidem *Heb. 9.* Christi, æterni, dicit: quia lex noua non est transitoria, sicut antiqua: extrà de celebra. miss. cap. cum Marthæ. Vetus enim testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, promitte-
batur homini temporalia, & transitoria: nouum vero, quod Christi sanguine fuit consecratum, promittit æterna: & idcò testamentum, scilicet illud fuit vetus & transitorium: hoc autem nouum est & æternum. De nouo habetur Luc. vigesimosecundo. Dispono vobis regnum &c. ut suprà: vel inde probatur æternum, id est, perpetuum. vnde asseritur nouum, id est, ultimum. Nouissimum enim hominis testamentum, immobile perseuerat: quia testatoris morte firmatur. Iux- *Hebr.*
ta illud Apostoli: Testamentum in mortuis confirmatum est: alioquin non ualet, *9.*
dum uiuit, qui testatus est. ¶ † Porrò *5*
testamentum non solum dicitur scriptura, sed & promissio, ut dicetur in proœmio. vj. partis. & secundum hunc modum dicitur: Hic est sanguis noui & æterni testamenti, id est, confirmatio nouæ & æternæ promissionis, sicut Dominus ipse promittit: Qui manducat corpus meum, *Ioã. 6.*
& bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, vnde nec primum testamentum, ut inquit Apostolus: siue sanguine *Hebr. 9*
dedicatum est. Lecto enim uniuerso legis mandato Moses accipiens sanguinem hircorũ, aut uitulorũ, ipsum librum, & om- *Exod. 12.*
nem populum asperſit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad *Hebr. 9. 6*
uos Deus. Ecce, quàm propriè Moses verba præcepit quibus Christus vsus est in cœna. ¶ Quæritur vtrum aqua † cum uino conuertatur in sanguinem? De quo etiam iam infrà dicetur. Si enim conuertitur: ergo aqua est sacramentum sanguinis: imò uidetur, quòd populi. Nam, aquæ multæ, populi multi. Et ob hoc aqua miscetur vino, ut Christo populus adunetur. Nam & de latere Christi sanguis exiuit, & aqua, prout tactum est sub tit. de oblatione. Si uerò non conuertit, quæritur ubi post consecrationem existat: & quomodo separatur à vino, cui fuerat in vnum commista. Si autem post consecrationem aqua pura permanserit, secundum hoc non bibit solum sangui-
nem sacerdos, in sacramento: & sic post vnam sumptionem iterum eodem die communicare non debet, ac si prius aquam bibisset. Nam idcirco sacerdos postquàm perfudit eodem die, iterum non sacri-
ficat,

ficat: quia vinum purificationis sumit. An fortè dicetur, quod sicut vinum mutatur in sacramentum redemptionis: sic & aqua transit in sacramentum ablutionis, quæ de latere Christi pariter effluxerunt? quis hoc audeat diffinire? ¶ Nam & illud inquiritur, vtrum Christus re-
7 surgens † à mortuis sanguinem illum resumpsit, quem in cruce effudit? Si enim capillus de capite nostro non peribit, quantò magis sanguis ille non perijt: qui fuit de veritate naturæ? & tamen ille in plerisque Ecclesijs, dicitur consecrari. ¶ Quid etiam de circuncisione præputij, vel præcisione vmbilici. dicetur: an in Christi resurrectione redijt ad veritatem humanæ naturæ, & ad locum glorifica-
8 tam. Sed † melius est totum Deo committere, quàm aliud temerè diffinire. Creditur tamen præputium in Lateranen. basilica conseruari, licet à quibusdam dicatur, quod illud fuit in Hierusalem delatum ab angelo Carolo magno, qui transtulit illluc, & posuit Aquisgrani honorificè in Ecclesia beatæ Mariæ, sed postea Carolo caluo positum est in ecclesia, scilicet Saluatoris, apud Crosium, sed si hoc verum est, mirandum est. Cum enim caro illa de veritate humanæ naturæ fuerit, creditur, quòd Christo resurgente ad locum suum glorificatum redijt. Aliqui tamen dixerunt, quòd hoc verum esse posset, iuxta opinionem eorum, qui dicunt id solum esse de veritate naturæ humanæ, & resurgere, quod ab Adam traductum est. Illud autem omnino nefas est opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, videlicet, aquam in phlegma conuerti. Nam & de latere Christi non aquam, sed aquaticum humorem, id est, phlegma mentiuntur exijsse: extrà de celebra. missa. in quadam. Duo namque præcipuè Ecclesiæ sacramenta de Christi latere effluxerunt: videlicet sacramentum redemptionis in sanguine, & sacramentũ regenerationis in aqua. Non e-
nim baptizamur in phlegmate, sed in aqua *Ioan. 9* iuxta illud euangelij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non introibit in regnum cœlorum. Quibusdam tamen non videtur absurdum, quòd aqua cum vino transeat in sanguinem, ea videlicet ratione, q̃ aqua per admistionẽ trãsit in uinum, & vinum per cõsecrationem transit in sanguinem, ut in cap. cum Marthæ. & nota. de consecratio. distinctione secunda, cap. j. & c. non oportet. Aqua nanque transit in uinum, cum multo vino modicum infunditur aquæ: alioquin tota uini substantia propter guttam aquæ mutaretur ut quoddam fiat ex illis confusum, quod nec sit aqua, nec vinum, & tota fontis vel fluminis aqua propter modicam uini stillam in confusionis speciem mutaretur, nec panis ille posset in eu charistiam consecrari: qui factus est de frumento, cui fortè commissum fuerit unum granum ordei, vel auenæ. Sic ergo, si plus opponatur aquæ, quam vini, erit irritum sacramentum: oportet quidem, ut tantum vini ponatur ibi, quòd aqua commistum saporem vini retineat extrà de celebratio. missa. cap. pen. de hoc dicetur in vj. parte sub quinta feria cœnæ Domini, ad finem. Si autem post calicis consecrationem aliud mittatur in calicem illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commistum corpori, quod sub eis latet, vndique circunfunditur. non madidans circonfusum: extrà de celebrat. missa. cap. cum Marthę. ipsa tamen accidentia uinum appositum videntur afficere quod inde conficitur, quia si aqua pura fuerit apposita vini saporem assumpsit. Quidam autem uoluerũt adstruere, quòd sicut aqua pura per aquæ benedictæ contactum efficitur benedicta, sic & uinum per sacramenti contactum, efficitur consecratum, & transit in sanguinem: quorum assertioni minimè ratio suffragatur: extra de consecratio. eccle. vel alta. cap. quod in dubijs. de quo etiam dicetur sub quinta feria cœnæ Domini. Sed nunquid irritum † est, quod geritur, si forte aqua *9*
prætermittatur? & videtur quòd sic, ex his, quæ sub titul. de oblatione facta sunt. Cautum quoque est in canone Cypriani: de consecratio. distinctio. ij. sicut in sanctificando, quòd non potest calix Domini esse aqua sola, neque vinum solum, nisi utrunque misceatur. Et sicut calix Domini non est aqua sola, neque vinum solum: sic nec corpus Domini potest esse farina

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſola,niſi utrunque fuerat addunatum, & panis vnius compage ſolidatum:& hoc quidam conſtanter affirmant.aſſerentes,quòd ſicut aqua ſine vino conſecrari non poteſt, ſic nec uinum ſine aqua tranſſubſtantiari ualeat,quia de latere Chriſti ſimul utrunque manauit. Alij verò conceduut,quòd ſi quiſque non intendens hæreſim introducere,obliuione uel ignorantia prætermiſerit aquã,nõ fit irritum ſcrm.Illam tamẽ pro obliuione prætermittens venialiter peccat, per negligentiam, mortaliter, & eſt grauiter puniendus, & ſemper poteſt apponi ante tranſſubſtãtiationem,& quod prædicitur unum ſolum, non poſſe offerri intelligunt, niſi fiat ſimpliciter,uel ignoranter,uel non poteſt, id eſt, non debet. Nam & græcorum Eccleſia,dicitur non apponere aquam in ſacramento,ait enim Cyprianus,de conſe.diſt. ij.ſcriptura. Si quis de anteceſſoribus,uel ignoranter,vel ſimpliciter non obſeruauerit, quod nos Dominus facere exemplo, & magiſterio docuit,poteſt ſimplicitati eius de indulgentia Domini uenia concedi, nobis verò nõ poteſt ignoſci,qui nunc à Domino inſtructi ſumus, ut calicem Domini cum uino miſto, id eſt, uinum cum aqua in calice miſtum,ſecũdum quod Dominus obtulit,oferamus. Ex quibus uerbis apertè colligitur,quod vinum aquæ miſtum Chriſtus in cœna diſcipulis tradidit. Si uerò uinum prætermittatur,de hoc dictum eſt in ſexta particula, ſuper verbo, hoc eſt corpus.
10 ¶ Porrò licet diligenti † ſtudio uinum optimum pro ſacrificio ſit quærendum,vitium tamen uini non maculat munditiam ſacramenti, quocirca ſiue nouum uinum, quod muſtum appellatur, ſiue etiam acidum,quod appellatur acetum, offertur, ſacramentum conficitur & diuinitus conſecratur, uitandum eſt tamen,ne tale vinum miſtum vel coctum,uel roſatum, vel ſpeciatum in calice ponatur. Sunt tamen qui dicunt acetum non eſſe vinum, cum propriam mutauerit naturam, nam uinum eſt calidum,illud frigidum,& ideò ex eo confici non poſſe, ſicut nec ex agreſta. Quod concedi poteſt in aceto ex alio, quàm ex uino facto. Nam ſi ex vino factum fuerit ſecus,cum eadem propriè ſit ὀξία, id eſt, ſubſtantia.ff. de contrah. emp. & venditionibus.de conſe.diſt.ij.ego.C.de ſum.trin.inter claras. §. omnes uerò. Iulius quoque Papa,de conſe.diſt.ij. cum omne & c.præcedenti.dixit, quòd cum lacte confici non poteſt.Botrus autem vuæ in neceſſitate cõprimi & inde confici poteſt,ſed de ipſo botro non compreſſo, non poteſt communicari. Non poteſt etiam confici cum aqua, cum qua panis in muſto intinctus lauatur.
¶ † Illud autem notandum eſt quod ſi uinum in calice congelatum fuerit, debet tãdiu exhalare ſacerdos, donec glacies ſoluatur,quòd tum ſi ſic ſolui nequiuerit, adhibeat ignem. ¶ † Si autem muſca vel aranea,uel aliquid tale ceciderit in calicẽ, proijci debet uinum illud in piſcinam, & aliud uinum & aqua apponi. Si uerò poſt tranſſubſtantiationem ibi ceciderit, uel ſanguinem tetigerit,ſanguis ſumatur,& illud prius in aliquo calice ſuper uino perfundatur,& quantò diligentius & cautius fieri poteſt, abluatur, & demum ſuper piſcinam cremetur: quia uix poſſet abſque horrore,& uomitu ſumi.Ablutionem uerò ipſam ſacerdos poſt conſecrationem, vel miniſter ſumat. Sed & ſi quis ſtatim Chriſti corpore ſumpto,nauſeam patitur uomitus ſimiliter ſuper piſcinam comburatur,& puluis in piſcinam mittatur. Si tamen aliqua beſtię particula uideatur ibi, uel ſi corpus Chriſti infirmo datum,reijcitur illud reuerenter ſuſcipiatur,& contritum cum uino in calice ſumatur, ſi integrum nequeat recipi. & ſi horror ſit illud ſumere,pro reliquijs cuſtodiatur. ¶ Non eſt † igitur danda euchariſtia ægroto vomenti ſed credat,& manducauit,de conſe. diſt.ij.ut quid. Sed & ſi quis adeo ęgrotus eſt,ut maſticare non poſſit tunc tantum ſumat aquam,à Chriſti corpore tactam, minimam tamen particulam ſumens totum ſumit, ut præmiſſum eſt.¶ Non eſt † etiam danda ebrioſo,inſano, hęretico,epileptico & ſimilib.niſi infirmitate ceſſante. xxvj.q. vlt.is qui.leproſo tamẽ dari põt, & muto, & ęgroto cõpoti ſumẽti poſt cõfeſſionẽ & abſolutionẽ à peccatis. Qualis aũt pęnitẽtia imponẽda ſit ei,qui propter ebrietatẽ uel,uoracitatem, uel infirmitatẽ euchariſtiã euomit: in canone Bedę habetur,de cõſ.diſt.ij.ſi quis per totum. Et nota quod is, qui communicauit, ſi commodè, & abſque

abſque violentia naturæ poteſt, debet abſtinere à ſputo, alioquin poſt horam conuenientem ſpuere poteſt, ſaltem in loco, ubi ſputum nequeat pedibus conculcari. Si quidem homo ſpiritualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur: & omnia
15 munda ſunt mundis. Quod ſi † ſuper lignum, vel lapidem, vel terram euchariſtia, vel aliquid de ſanguine ceciderit: ſanguis lingua labendus eſt: & deinde radendus,& extergendns eſt ipſe locus & puluis in ſacrario ſiue cum reliquijs reponendus. Si verò ſuper corporale ceciderit,ſugatur ſicut diligentius fieri poterit: & lauetur ter in calice: & aqua lotionis poſt miſſam ſumatur, deinde corporale recondendum eſt, & loco reliquiarum ſer-
16 uandum eſt. † Si uerò palla altaris intincta fuerit, & eodem modo ipſa particula, intincta inciſa,eſt pro reliquijs ſeruanda. Si autem ſuper caſulam vel albam deguttet,ſimiliter fiat.Si ſuper quodcunque profanum veſtimentum, comburenda eſt pars illa,& cinis in loco ſacro reponendus vt dicunt. Pius tamen Papa ſtatuit, de conſecrat.diſtinct. ij. ſi per negligentiam, ut ſi aliquid de ſanguine ſtillauerit in terram,lingua lambatur. Si uerò fuerit tabula,locus corrodatur ne conculcetur, & raſura igne conſumatur,& cinis intra altare condatur, & ſi ſuper altare ſtillauerit,ſorbeat miniſter ſtillam quantum poterit. Si
17 † ſuper linteum altaris.miniſter lauet linteamina,quæ ſtillam tetigerunt, tribus vicibus, calice ſubterpoſito, & aqua ablutionis ſumatur in calice,& iuxta altare recon-
18 datur. ¶ Ibidem † etiam ſequitur qualis pœnitentia ſacerdoti cui hæc contingerẽt ſit prius,quàm celebret imponenda. Et nota,quòd ſi ante tranſſubſtantiationem effuſa fuerit pars mutentur pallæ ſub ſilentio, & celebrãs ſuum officium exequatur, ſi totum effuſum ſit,tunc præmiſſa confeſſione miniſter denuo reincipiat officium ab illo loco: Hanc igitur oblationem.&c. Si uerò poſt tranſſubſtantiationem pars effuſa eſt, tunc ſimiliter officium exequatur. Si totum, ita quòd nihil hauſerit, quod ualde enorme eſt, tunc ponat hoſtiam ſuper propitiatorium,& miniſter denuò ponat uinum & aquam, & reincipiat: Hanc igitur oblationem &c. confeſſione tamen pręmiſſa,& hoſtia ſeruata ſumatur poſtmodum à miniſtro in fine miſſæ, vel ſeruetur pro infirmis. Rurſus cõcilium Aurelian. de conſecrat. diſtinctio. ij. ſtatuit, quòd qui non bene cuſtodierit ſacrificium, ut mus, uel aliud animal illud comederet. xl. dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in eccleſia, vel pars eius acciderit, & inuenta non fuerit. xxx. dies pœniteat. In eodem etiam capitulo, ita ſequitur, in bucardo libro.v. Vnde ſcriptum eſt, perfundens aliquid ſuper altare de calice,quãdo offertur, ſex dies pœniteat,aut ſi abundantius,vij.dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem dum miſſæ ſolennitas celebratur.xl. dies pœnitebit. Si vero miſſa celebrata presbyter neglexerit accipere ſacrificium ſimiliter xl.dies pœniteat. Et qui pollutus nocturno tempore acceperit ſacrificium. vij. dies pœniteat. Qui negligenriam erga ſacrificium fecerit, vt à vermibus conſumptum, ad nihilum deuenerit, tres quadrageſimas cum pane, & aqua pœniteat. Si integrum inuentum fuerit: & in eo vermis comburatur, ✳ cinis ſuper altare recondatur. Et qui neglexerit, quaternis diebus ſuam negilgentiam ſoluat. Si cum amiſſione ſaporis ſacrificium dulcoratur, xx. dies ieiunio expleantur. Qui vero conglutinatum miſerit. vij. dies pœniteat, ſi ſacrificium fuerit ſordida vetuſtate perditum, igne comburendum eſt: & cinis iuxta altare ſepeliendus, ſicut legitur in burcardo, lib.v.c. omne. ¶ Item etiam notandum eſt, quòd ſi à naſo ſacerdotis † celebrantis 19
ſanguis exierit, vel nauſea ſuperuenerit, recipiatur in aliquo vaſculo,ne ſancta contaminentur, & ter terſo naſo, vel ore abluto, reincipiat ſub ſilentio, vbi dimiſit. Si verò infirmitas ſuperuenerit,inuitatur ſuper crepidinem ſiue oram altaris vel ſedeat, donec conualeſcat, & ſic incipiat, vbi dimiſit, ſed ſi nullo modo poteſt conſummare miniſterium, alius ſacerdos paratus incipiat, vbi ille dimiſit,prout dictum eſt in vj.particula ſuper verbo: Hoc eſt corpus meum.Sed ſi incertum eſt, vbi ille dimiſit, tunc quia periculoſum eſſet verba ſacramẽti iterare, uel prætermittere, poſita oblata illa ſuper propitiatoriũ miniſtret denuò,vt præmiſſum eſt.¶ Sequitur,

Universidad de Deusto Biblioteca

20 quitur:mysteriũ fidei &c.Ideo dicitur † mysteriũ fidei,quia aliud vĕ aliud intelligitur hoc credere iubemur, discutere non audemus: fides enim non est, nisi de occultis. Iuxta illud: Fides non habet meritum & c.vt suprà Gregor.de consecrat.distinct. ij. quid sit ad fidem. dicit quod ideò dicitur mysterium fidei: quia credere debemus, quod ibi salus nostra consistit:vel quia sine fide non fit hoc sacramentum,id est,sine ea illud intelligi plenè nõ potest. Dicitur autem mysteriuu, quia secretam & reconditam habet dispensationem.j.q.j.multi. μυςήριον, autem Græcè, dicitur secretum, latinè & secundum Inno.iij.de celeb.mis.cap.cum Marthæ. nullus euangelistarum dixit hæc verba. Ex his autem & alijs scripturæ verbis, quidã dixerunt in sacramento altaris veritatem corporis & sanguinis Christi non esse, sed immaginem tantum, & speciem & figuram,pro eo, quod scriptura memorat aliquoties id,quod in altari suscipitur,esse sacramentum, & mysterium, & exemplum. Sed hi profecto laqueum erroris incurrunt. De quo etiam tactum est in vj. particula super verbo,fregit. Nunquid enim ideò sacramentum altaris veritas non est: quia figura est? Absit omnino,si tamen hoc esset, ergo nec mors Christi,ueritas est, quia figura est, resurrectio Christi veritas non est,quia figura est, nam mortem & resurrectionem,Christi figuram & imaginé, & similitudinem esse manifeste declarat
Ro.8. Apostolus, dicens: Christus mortuus est
1.Pet. pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram.Et Petrus Apostolus Christus passus pro nobis,vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.Ergo mors Christi,exemplum fuit ne in peccato moriamur, & resurrectio eius exemplum fuit,vt iustè uiuamus. Si enim veritas non fuit, ergo Christus verè mortuus non fuit, & uere non resurrexit, sed mors eius & resurrectio eius,uera nõ fuit. sed absit hoc.Nã propheta de eo prædixit Verè languores nostros ipse tulit, & dolo
Esa.53 res nostros ipse portauit. Altaris ergo sacramentum, est veritas & figura. ¶Tria
21 † quippè sunt in hoc sacramento disceta: uidelicet. ¶Forma uisibilis. ¶Veritas corporis. ¶Et uirtus spiritualis de consec.distinct.ij. corpus forma panis & vini, veritas carnis & sanguinis: virtus charitatis & vnitatis. Primum,oculo cernitur.Secundum,animo creditur.Tertium, corde percipitur.Primum,est sacramentum, & non res. Secũdum,est sacramentum, & res. Tertium vero, res & non sacramentum. Sed primũ est sacramentũ geminæ rei. Tertiũ est res gemini sacramenti.Secundũ autem, est sacramẽtum vnius, & res alterius. Nam forma panis vtranque Christi carnem significat, id est, veram & mysticam:sed verã carnem & continet & significat mysticam verò significat,sed non cõtinet. Sicut enim vnus panis ex multis granis conficitur, & vinum ex diuersis racemis confluit: sic & corpus Christi ex multis membris compo nitur,& vnitas eucharistiæ ex diuersis personis consistit, scilicet in prædestinatis, vocatis,iustificatis, & glorificatis. Nã quos Ro.8.
Deus prędestinauit,hos & uocauit,& quos uocauit,hos & iustificauit.Vnde & Apostolus. Vnus panis,unũ corpus,multi sumus. 1.Cor. 10
In cuius rei typum facta est arca Domini de lignis Sethim,quæ sunt imputribilia,& albæ spinæ similia. ¶Patet † ergo, quòd 22.
substantia corporis & sanguinis Christi est sacramentum & res:sed alterius sacramenti est res, & alterius rei est sacramentum & res,sed alterius sacramenti est res, & alterius rei est sacramentum. Est enim res primi, quia figuratur & continetur à primo videlicet à forma visibili, &c. Et est sacramentum tertij,quia significat, & efficit tertium,id est, unitatem. Ecclesiasticam. Dicitur ergo hoc mysterium fidei, quoniã aliud ibi cernitur,& aliud ibi creditur.Cernitur enim species panis, & vini: & creditur veritas carnis & sanguinis. Quod autem hic dicitur mysterium fidei, alibi dicitur spiritus, & uita. Spiritus enim est 2.Cor 3.
mysterium,secundum illud: Litera occidit, spiritus autem viuificat,& fides est uita, secundum illud, Iustus ex fide uiuit. Ro. 1.
Hinc ergo Dominus ait. Verba quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Verũ, Ioan.6
cum consecratio perficiat sacramentum, & post consecrationem non sit in altari panis,aut vinum,quæritur quis panis est corporis,aut quod vinum est sanguinis sacramentum? Nam si dicatur, quòd panis qui fuit,vel uinum, quod extitit, profecto ne ille ę or-

ille corporis nec illud est sanguinis sacramentum,quia panis transiuit in corpus, & vinum in sanguinem.Si uerò dicatur,quod sit species illa,quæ ramansit. Illa quidem nec extitit ex granis,nec confluxit ex racemis, quoniam ex his non prouenit accidens, sed substantia. Quam ergo similitudinem assignabimus inter sacramentum rei & rem sacramenta? Nam si sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sunt sacramenta propriè sacramenta non dicerentur, sicut sacramentum baptismi, quod est ablutio carnis exterior, similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior. Sanè sacramentum istud in eo gerit similitudinem corporis, in quo panis similitudinẽ
23 representat,species ergo pani, sacramentũ est corporis non solum ratione rei significatæ,uerum etiã ratione contentæ.¶Quę ritur autem,vtrum species † panis & veritas corporis vnum sint sacramentum,an diuersa? Et uidentur diuersa.Cum enim diuersa sint signa, videtur quod diuersa sint sacramenta.Præterea,scriptum est, proficiant in nobis quæsumus Domine tua sacramenta,&c. quæ verba sub tit.de oratione nouissima exponẽtur.Sed videtur contrà,quòd sint solum vnũ. Cum enim eandem rem sacramenta significent: videtur, quòd idem sint sacramentum. Præterea legitur: præsta vt hoc tui corporis & sanguinis sacramentum, non sit nobis reatus ad pœnam. Super hoc dicũt quidam, quòd forma panis & vini, sunt vnum sacramentum, non propter vnum significatum: sed propter vnum contentum. Species autem panis & veritas corporis,sunt vnum sacramentum: non propter vnum contentum: sed propter vnum significatum. Hi debent concedere, quòd sicut diuersæ res propter idem, & vnum significatum, idem sunt sacramentum:sic eadem res propter diuersa significata,diuersa sunt sacramenta. Quibus obijcitur,quòd si species panis & veritas corporis, idem sunt sacramentum,cũ species panis sacramentum sit corporis, ergo veritas corporis, idem est sacramẽtũ: & ita idem est sacramentum sui. sed hoc
24 non procedit: quia species panis, & est quoddam sacramentum, quod est veritas corporis:est quoddã quod nõ est illa: quoniam sunt duo sacramenta diuersa. ¶†Alij verò dicunt, quod siue diuersa sint significata, siue diuersa significantia, semper diuersa sunt sacramenta, quod oportet concedere quod in altari sunt ad minus quatuor sacramenta:videlicet species panis,& spẽs vini veritas carnis & veritas sãguinis. Præterea, cum panis & vini diuersa sint accidentia: vt sapor, & odor, pondus, & color, quantitas, & figura: videtur quòd singula per se sint varia sacramenta. quaenim ratione potius vnum, quàm aliud dicendum est sacramentũ? Sed cuius rei sacramentum est odor, aut sapor? Ad hoc potest non incongruè responderi, quòd omnia simul accepta, sunt vnum eucharistiæ sacramentum, eò quòd nullum per se solum significet: sed omnia simul panis speciem repræsentant,quæ corpus Christi continet & significat. ¶ Signorum autem alia sunt naturalia: alia positiua. Naturalia sunt,quæ secundum naturam significãt: quorum quędam sunt,quæ per antecedens signant cõseques: vt in rubore vespertino, significatur serenitas matutina. Alia sunt, quæ per consequens significant antecedens.vt fumo,vel cinere, significatur ignis Num.
fuisse. Positiua sunt illa: quæ secundum 21
impositione significant. Quorum alia sunt signa rei sacræ, vt serpens æneus, erectus in eremo:alia sunt signa rei non sacrę ut arcus triumphalis erectus in biuio. Porro signorum rei sacræ alia sunt sacra ut baptismus, alia non sacra, vt agnus paschalis. Sacra sunt signa noui testam. non sacra ueteris, quanuis enim utraque sint signa rei sacræ, id est, rem sacram significantia, non tamen utraque sunt sacra, id est iustificantia, licet nonnulli dixe- 26
runt sacramenta legalia iustificasse. Hæc enim est † differentia inter legalia & euangelica sacramenta, quia illa significabant tantùm, hæc autem iustificant & significant, Verùm quandoque largè, quandoque strictè sacramentum accipitur. Largè, secundum quòd omne signum rei sacræ siue sit sacrum, siue non sacrum, dicitur sacramentum, vnde signa legalia,sacramenta dicuntur. Strictè secundum quod sacrum solummodo signum dicitur sacramentum. de consec. 27
distinct. ij. sacrificium, &c. signum. &c.

Universidad de Deusto Biblioteca

27 species.j.q.j.multi.Sacramẽtum † autem di
citur actiuè & passiuè, quasi sacrũ signans,
uel sacrũ signatũ.Nã omne sacramentum,
quãdoque signum rei quandoque res signi
variè nuncupatur,secundum, quod sacra
mentum accipitur pro signo rei. Sacra
mentum dicitur à sacro, & signum, quasi
sacrum signum, sed secundum quod sacra
mentum accipitur pro re signi, sacramen
tum dicitur à sacro, & secreto, quasi sa
crum secretum. Species ergo panis,dici
tur sacramentum actiuè, id est, sacrum si
gnans, unitas autem ecclesiæ dicitur sa
cramentum passiuè, id est sacrum signa
tum. Corpus uerò dominicum, utroque
modo dicitur sacramentum, id est, & sa
crum signans,& sacrum signatum.¶Sacra
28 mentum † verò consistit in tribus, scili
cet, in rebus, in factis, in verbis, secun
dum proprietatem, similitudinem, & in
terpretationem. Leo nanque, secundum
1.Pet. proprietatem, signat diabolum,unde: Ad
5. uersarius vester diabolus, tãquã leo rugiẽs
Luc. circuit, quærens quem deuoret. Semi
8. nare, secundum similitudinem signifi
cat prædicare. vnde exijt, qui seminat
seminare semen suum, aliud cecidit in
terram bonam: & aliud super petram:
& aliud inter spinas, Emanuel, secun
dum interpretationem significat Chri
stum. Vnde & vocabitur nomen eius Ema
Esa.7 nuel, quod interpretatur nobiscum Deus.
Res, vt aqua baptismi,factum,vt signacu
lum crucis, verbum, ut inuocatio trinita
tis. Singula reperiuntur in hoc excellen
tissimo sacramento: res id est,corpus & san
guis factum,id est,esca, & potus, verbum:
hoc est corpus meum, hic est sanguis meus
29 ¶Sequitur. Qui pro uobis & pro † mul
tis effundetur in remissionem peccatorũ
&c.Pro solis prædestinatis effusus est quã
tum ad efficaciam,sed pro cunctis homini
bus quantum ad sufficientiam.Effusio quip
pè sanguinis iusti,pro iniustis,tã fuit diues
ad prætium,ut si uniuersitas crederet in re
demptionem, nullum omnino uinculum
diaboli retineret.uerbum enim effusionis
abundantiam notat.xvj.q.j.reuertimini.
30 ¶Peccatum autem duobus † modis remit
titur: uidelicet quo ad meritum culpæ, &
hoc per sãguinis fidẽ, qua iustificatur à cul
pa & quo ad debitum pœnæ & hoc per san
guinis prætium quo redempti sumus à pœ
na. Omnes.n.quasi oues erraui mus, uniuſ
quisque in uiam suam declinauit,& Domi
nus posuit in eo iniquitates omniũ nostrũ.
Vnde vulneratus est propter iniquitates
nostras, attritus est propter scelera nostra
disciplina pacis nostræ super eum & liuo
re eius sanati sumus. Verè languores no
stros ipse tulit &c.Esa. liij. Quia ergo iu
stus iniustè punitus est,iniusti iustè sunt li
berati. Assumpsit enim in se pœnam, pro
omnibus,ut daret semper gratiam vniuer
sis.Hic autem sacerdos eleuat calicem,ut
illum populo ostẽdat,nec est superflua hęc
eleuatio,ut dictũ est in fine particulæ prę
cedentis. Et est notandum, quòd quędam
ecclesiæ duas habent pallas corpora
les, & ibi eleuatur calix coopertus cũ al
tera earũ.In quo ostenditur,hoc sacramen
tum occultissimũ fore,& difficilimum, ad
intelligendum, quòd tempore institutio
nis huius sacramenti sanguinis Christi in
uisibiliter erat,qui inter venas eius existe
bat.Aliæ uero ecclesiæ unam tantum ha
bent pallam, & ibi eleuatur discoopertus
absque velamine. Primo,ad designandum
quod post institutionem huius sacramenti
sanguis Christi factus fuit visibilis, per ip
sius effusionem in cruce, vnde hic dicitur.
Hic est sanguis meus &c.In eo,enim,quòd
calix non est coopertus cum palla, super
qua est hostia consecrata,designatur,quod
sanguis Christi a corpore effusus est. & se
paratus est.Secundo, quia hostia est super
pallam corporalẽ, nec bono modo posset
alibi poni. Tertio,quia propter venti fla
tum,periculosum,est coopertum cum pal
la leuare. ¶Et nota, quid sacerdos actus
Christi repræsentans,dum dicit: Accipiens
calicẽ parũ eleuat calicẽ deinde benedicit
& ut sine periculo calicẽ benedicat illũ n
altari deponit.Subsequẽter ẽt dicit,acc ipi
te,parũ tenet eleuatũ usq; dum in altũ ele
uet,ut illũ populo ostẽdat. Sequitur. Hoc
quotiescunque feceritis &c. Hæc clausula
quia cõsecrationẽ tam corporis q̃ sanguinis,respicit post depositũ calicẽ,debet di
ci. Sanè in perceptione corporis Christi
& sanguinis magna est nobis adhibenda di
scretio.Cauendum est enim, ne si nimium
differatur mortis periculũ incurratur, Do
mino protestante,nisi manducaueritis car
nem

Ioã.6. nem filij hominis,& biberitis eius sangui-
1.Cor. nem,non habebitis vitam in vobis. Si ve-
2 rò quis indignè suscipit,secundum Apostolum, iudicium, scilicet damnationis sibi manducat,& bibit,de consecra.dist.ij. qui sceleratè,& cap.seq.ideoque secundũ eun
1.Cor. dem Apostolum, probet seipsum homo,&
2 sic de pane illo edat,& de calice bibat,&c. Dicet ergo quisquam communicaudũ esse quotidie. Alius verò dicet econtra. Faciat igitur vnusquisque,quod piè crediderit facienda: non enim ligauerunt adinuicẽ,
Lu.10 nec alter alteri se proposuit Zachæus,sci-
Matt. licet & ille Centurio cum alter corũ gau
1 dens Christum in domo sua suscepit,& alter dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum,& hoc est:quod Augu.ait.xij.dist.illa.de consec.dist.ij. quotidie.alij quotidie communicant corpori & sanguini Domini, alij certis diebus accipiunt.quod liberam habet obseruantiam, de hoc sub ti.de osculo pacis dicetur. ¶Et
31 † not. quòd licet Christus semel credentes sua morte redemerit. Ecclesia tamen hoc sacramentum quotidie necessario repetit,ob tres pręcipue causas.Primò,quia in vinea laborantes, eo quotidie reficiuntur. Secundò,vt neophyti per illud incorporentur Christo. Teriò,vt memoria passionis Christi quotidie mẽtibus fidelium, ad imitandum infigatur: quotidie enim egemus,ideoq; panis quotidianus vocatur. Quotidianum ergo sacrificium,vt probat Paschasius Papa.de consec.dist.ij.cùm iteratur,est commemoratio,nõ iteratio passionis.Et ideo sequitur: In mei memoriã facietis,id est,in hoc sacramẽto vobis quotidie mortis & passionis Christi memoria renouabitur. de consec.dist.ij.corpus, &c. iteratur Vnde j.ad Cor.x. Quotiescunque manducaueritis panem hunc, & calicẽ biberitis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: propter quod ipse dicebat Apostolis.Hoc facite,in meam commemorationem.¶ Hanc vltimam nobis memoriam Dominus reliquit, prout dictum est super verbo: Postquam cœnatum est. ¶Et nota, quòd habemus triplex memoriale
32 Dominicæ passionis. † Primum,quantum ad visum in imaginibus & picturis, & propterea crucifixi imago depingitur in libro & in ecclesijs. Secundum quantum ad auditum, scilicet passio Christi prædicata. Tertium, quantum ad gustum: scilicet sacramentum altaris, in quo Christi passio patenter exprimitur, & propter hoc præmisit,& memoriam ve.Et sequitur.vnde & memores. Qui autem calicem discoopertum eleuant, illum in hoc loco cum palla corporali cooperiunt, innuentes quòd sepulto Domino aduoluto lapide, clausum est ostium monumenti, vt.d.Mar.&c.

SVMMA.

1 *Canonis pars octaua. Et eius interpretatio. Et nu.4.9.10.*
2 *Deus,propter nos: proprio filio non pepercit.*
3 *Sacerdos quare brachia extendat in octaua parte canonis.*
5 *Digiti consecrati, à sacerdote constringuntur, in octaua parte canonis, tribus de causis.*
6 *Cruces quinq; super hostia,quid significent.*
7 *Signa cur fiant super Eucharistia.*
8 *Hostiam purã, &c. illa pars canonis,quam variè exponatur.*
11 *Offerre Deo,quid. & qualiter debeamus.Et in quo peccarit Cain,Deo offerendo.*
12 *Abrahæ sacrificium, gratum Deo.Item,Melchisedech. nu.13.*

De octaua parte canonis. Cap. 43.

NDE & memores, &c. Octaua † pars:quia do 1
minus ipse præceperat in c. Simili modo, & hoc in sui memoriam faciemus. Idcirco in hac parte tria sibi commemorãda proponit ecclesia,scilicet tam beatam passionem: necnon & ab inferis resurrectionem,sed & in cœlos gloriosam ascensionem: quorum primum, id est, passio excitat charitatem: secundum, id est,resurrectio,corroborat fidem: tertium id est, ascensio, lætificat spem.Quid † e- 2
1.Cor. nim in nobis magis charitatem accendit
15 quàm quòd proprio filio suo non pepercit
Ps.67 Deus? Rom.viij. Quid magis in nobis fi-
Io. 12 dem confirmat, quàm quòd Christus resurrexit à mortuis? Sicut enim in Adam omnes moriuntur,ita & in Christo,omnes viuifi-

Universidad de Deusto Biblioteca

viuificabuntur. Quid magis in nobis amplificat ſpem, quam quod Chriſtus aſcendens in altum capti.dux.cap. de do. no. vt
3 vbi ipſe eſt, illic ſit & miniſter eius. ¶ †Sacerdos igitur hoc repreſentans dicendo: tam beatæ paſſionis, manus in modum cru cis extendit, vt habitu corporis, manum Chriſti extẽſionem in cruce repreſentet, quod tamen alij faciunt quando dicunt.
Lucæ. Hanc igitur oblationem repreſentantes
22 crucifixionem ſtatim ſecuturam. Et quia Chriſtus prolixius oras factus eſt in agonia: ideo agoniam illã habitu oculorum & faciei quodammodo repreſentat. Dicẽs autem, necnon & ab inferis reſurrectionẽ, illas ad ſe, vt prius reducens, eas parũ exi
Abac. git: vnde in cantico Abacuc altitudo ma-
3 nus ſuas leuauit, & hoc in ſignum, quod
Actu. Chriſtus inuictus leo ſurrexit à mortuis.
1 Item dicẽs, ſed & in cœlos glorioſæ aſcen ſionis, eas exigit æqualiter vſque ad hume ros, in ſignum, quòd Chriſtus eleuatis ma nibus ferebatur in cęlum, & ſedet ad dex-
4 teram Dei patris. † Quod igitur dicitur,
Marc. vnde & memores, &c. ſic eſt intelligẽdum.
vlti. q.d. nos eſſe ſacerdotes profitemur, & plebem tuam memorem eſſe teſtamur Chriſti filij tui, &c. ſacerdotes quidem memores & inſtructi eſſe debent: quia ipſi miſſam celebrant, & ſacrificium Chriſti exem plo offerunt. Plebs etiam ſancta memor eſ ſe debet, quia Chriſtus non ſolum pro ſacerdotibus, verum etiam pro plebe paſſus eſt quæ ſancta dicit, quia fide & baptiſmo
5 percepto ſanctificata eſt. ¶ Item † ex nunc ſtringuntur digiti, ſcilicet pollices, & indices, nec diſiunguntur, niſi quando oportet hoſtiam tangi vel ſigna fieri: quod ſit primò ob reuerentiam ſacramenti, ne videlicet aliquid tangant, poſt tactum corporis Chriſti. ¶ Secundò, videlicet in ſignum, quod in hoc ſacramento ſecundus accepit primo, id eſt, filius patri obedit. & ideò ſubijcitur: Vnde & memores tã beatę paſſionis, reſurrectionis, & aſcenſionis &c. ¶ Tertiò, digiti qui corpus Chriſti tetigerunt, iunguntur ad oſtendendum, quòd fideles illud fide & deuotione tangẽtes, debent eſſe charitate coniũcti: & ſicut digiti in tangẽdo, & ſignando ab inuicem ad orã diuiduntur: ſic & fidelium operationes in hac vita, cùm expedit ſeparãtur: quoniam quandoque per contemplationem ad ſpiritualia eleuantur, & quandoque pro mundanis neceſſitatibus temporalia adminiſtrant. ¶ Quartò digitorum coniunctio, indicat quod corporis, & ſanguinis Domini noſtri ſacramẽto, & mẽs corpus ſacerdotis inſeparabiliter eſſe debent affixa. ¶ Quintò ſtringuntur, ne puluis ſeu particula hoſtiæ illis fortè adhæres cadat. Quia verò
ecclesia dixit ſe memorẽ † dominicæ paſ- 6
ſionis, ideo ſtatim acerbiorem ſpeciem ipſius paſſionis commemorat recolens, in quinque crucibus quinque plagas: ſicut enim ſubſequens expoſitio declarabit, abhinc vſq; dum corporale deſuper calicem remouetur, dominicæ paſſionis ordo memoratur. Nam vbi dicit ſacerdos hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam: panem ſanctum vitæ æternę, & calicem ſalutis perpetuæ: quinarium crucis ſignaculum imprimit ſuper oblatam & calicem: ſignificans quinque Chriſti plagas, videlicet duas manum totidemq; pedum & vnam lateris, vel quinque cruces, ſignificant, quod Chriſtus quinque ſecula redemit. Tres autem cruces communiter facit ſacerdos ſuper oblatam & calicem, quoniam in tribus verbis vtrunque pariter intelligitur. Nunquam enim in crucis ſignaculo panis ſeparatur à calice, niſi cùm ſeparatim nominantur in canone, & quando hoſtia collocatur à miniſtro in latere calicis, recta pars crucis ſolũmodo ſuper panem, tranſuerſa verò vſque ad calicem debet protendi: quoniam recta pars crucis, corpus Chriſti ſuſtinuit: tranſuerſa verò, brachia diſtendit. Duæ verò cruces, ſeparatim factæ animam Chriſti ſeparatam à corpore ſignificant. Sed cum iam plenè & perfectè ſit conſecratio celebrata: nam materia panis, & vini iam tranſit in ſubſtantiam carnis & ſanguinis: nec vlterius poteſt deteriorari, vel meliorari, & ſacerdos vlterius vtitur ſuis, non Chriſti ſermonibus, de conſecra. diſt. ij. panis eſt. ¶ Quę-
ritur † quare ſuper Euchariſtia adhuc be- 7
nedictionis inſignum imprimitur, aut aliquod conſecrationis verbum profertur? Præterea quædam ſubiunguntur in canone inuenta, quòd nondum ſit transſubſtantiatio conſummata. Super hoc dicunt quidam: de conſec. diſt. ij. vtrum, quòd ſcriptura

ptura non attendit hic huiuſmodi anguſtias temporis, ſed ſacerdos cum non poſſit ſimul multa proferre, agere: ita loquitur & agit, ac ſi tempus ſtaret, & eſſent adhuc facienda, quæ in principio ſermonis nondum erat facta, & verba & ſigna nõ ad tempus ſuæ prolationis, ſed ad conceptionem loquẽtis ſunt referenda. Innocentius Papa III. dixit, quòd in canone aliud verba ſignificant, & illud ſigna prætendunt. Nanque verba principaliter ſpectant ad Eucharistiam conſecrandam: ſigna verò principaliter pertinent ad hiſtoriam recolendam: nam verbis vtimur ad conſecrandum panem, & vinum in corpus, & ſanguinem Ieſu Chriſti: ſignis vtimur ad recolendum ea, quæ per hebdomadã ante paſcha geſta ſunt, circa Chriſtum. Patet ergo, quòd quantũ ad ordinem Eucharistiæ conſecrandæ, c. illud: qui pridiè, quam pateretur &c. in fine canonis ſubijci debuiſſet, quia in eo conſecratio conſummatur: ſed quoniam impediſſet ordinem hiſtoriæ recolendæ, quia quod fuit geſtum in medio, poneretur in fine. Prouidus canonis ordinator, vt ordinem ſeruaret hiſtoriæ, quaſi quadam neceſſitate compulſus, capitulum illud: Qui pridiè &c. quaſi cor canonis in medio collocauit, vt quæ ſequuntur, intelligantur præcedere, ſecundum illam figuram, quæ ſæpe fit, vt quæ narratione ſuccedunt, intellectu præcedant: vel potius, vt tam literæ, quàm hiſtoriæ ſuus ordo ſeruetur. Dicatur itaque, quòd pertinent ſigna ad hiſtoriam paſſionis ad recolendũ, quia ſignificant quinque ſenſus, qui tunc re vera patiebantur in Chriſto: vel quinque eius plagas: vt dictũ eſt, ſed verba non pertinent ad Eucharistiã conſecrandam: imò pertinent ad Eucharistiam conſecratam, hoc modo nos ſerui, videlicet ſacerdotes, ſed & plebs tua ſancta, ſcilicet populus Chriſtianus. Nam quod populus agit voto ſacerdotes peragũt miniſterio. Offerimus
præclaræ maieſtatis tuæ, id eſt, præ cæte-
Math. ris claræ. Nam ſi iuſti fulgebunt, ſicut ſol,
23 in regno patris eorum: quanto clarius maieſtas diuina præfulget? De tuis donis, id eſt, de frugibus ſegetum, & hoc quantum ad panem, qui eſt conſecratus in carne. Ac datis, id eſt, de frugibus arborum, & hoc quantum ad vinum, quod eſt conſecratum in ſanguinem. De † his inquam 8
& illis offerimus hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, id eſt, Eucharistiam immunem ab omni culpa originali: veniali, & criminali. Vnde dicatur hoſtia, dictum eſt in ſexta particula, ſuper verbo: Qui pridiè. Vel puram, quantum ad cognitionem, quaſi puro corde, ſanctam, quantum ad locutionem: immaculatam, quantum ad operationem: quia peccatum *1. Pet.*
non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore e- 2.
ius: ſupple hoc eſt, panem ſanctum, id eſt, ſanctificantem: ſupple, datorem vitæ æternæ, quantum ad ſtolam carnis, & calicem ſalutis perpetuæ, quantum ad ſtolam animæ ſecundum illud. Ego ſum panis vi- *Ioã. 6*
uus qui de cœlo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Poſſunt † etiam ſecundo modo hæc verba ex- 9
poni: vt videlicet Chriſtus dicatur hoſtia pura: qui conceptus eſt ſine peccato, dicatur panis vitæ æternæ, quia eſt refectio angelorum, & calix ſalutis perpetuæ, quia refectio eſt hominum. Vel tertio modo, hoſtiam puram: quia Chriſtus oblatus eſt, vt nos liberaret de fœditate originalis peccati. Sanctam quia vulneratus eſt, vt ſuperfluerent ſacramẽta, quibus eccleſia ſanctificatur. Immaculatam, quia mortuus eſt, vt nos liberaret de morte æterna. Panem vitæ æternæ, quia eſt noſtrum viaticum, quaſi via. Et calicẽ ſalutis perpetuæ: quia eſt refectio angelorum, inebriãs in patria. Vel ſic quarto modo: de tuis donis ac datis. Dona ſunt in re æterna: data in opera temporalia. Offerimus hoſtiam puram, ſcilicet corporis: hoſtiã ſanctam, ſcilicet ſanguinem: hoſtiam immaculatam, quo ad vtrunque. Vel puram, id eſt, ab alijs ſeparatam: ſanctam, id eſt, ſanctificatam: immaculatam, id eſt, à maculis emundatam: hoſtiam de corde puro, conſcientia bona, & & fide non ficta. ¶ Sequitur: ſupra quæ &c. Cum autem orauerit, pro hoſtia transſubſtantianda, eamq; iam transſubſtantiatam patri obtulerit, nunc orat pro ipſius acceptatione: vt eam ad inſtar anticorum ſacrificiorum acceptet, propitio (ſupple) nobis, ac ſereno vultu, id eſt, reſpectu placabili digneris reſpicere, non quod vultu eius mutetur aliquãdo: ſed tunc Deus vultum ſuum ſuper nos illuminat, & ſerenat

cui

cum misericordiam suam super nos exhi-
Ps.66 bet: & declarat secundum illud Psal. Illu
minet vultum suum super nos, & misereatur
nostri. Item per hoc, quod dicit: digneris respicere: notatur q; sacerdos noster
vultum habet versum ad propitiatorium,
de quo in procemio huius partis dictũ est,
& tunc aspergit intus tabernaculum, dum
Gen.4 per misericordiam Dei quærit eius propi
tiationem; vt habeat Deus illa munera ac
cepta, sicut habuit munera Abel iusti. Vn-
10 de sequitur: Sicut accepta † habere di-
gnatus es munera Abel &c. Hoc autem ad
uerbium sicuti similitudine innuit, non ex
primit quantitatem. Multo quippè acce-
ptius est hoc sacrificium Deo, quam quod
Ge 22 obtulit Abel: quod obtulit Abrahã, quod
Ge.14 obtulit Melchisedech: valet .n. amplius
res, quàm vmbra: veritas quàm figura. Ip-
sam ergo similitudinẽ magis, quàm quan-
11 titatẽ debemus attendere. Offerendo † igi
tur, similes sumus Abel, rectè quidem offe
rentes, rectè nihilominus diuidamus: quod
quia Cain non egit, peccauit. sua nanque
rectè, cui debebat obtulit Deo, sed retinẽs
sibi seipsum, & cor suum subtrahens Deo,
malè diuisit: Abel autem acceptum Deo
latus in corde obtulit holocaustum: quia
non se sibi retinuit: sed Deo totum se sub-
diuidit & impendit. Et ideo legitur in Ge
Gen 4 ne. Respexit Deus ad Abel, & ad munera
eius. Ad Cain verò & ad munera eius non
respexit. xiiij. q. v. scriptum. Prius respexit
ad Abel: & postea ad munera eius, quia
12 non offerentes à muneribus, sed munera
offerente placuerunt. † Similiter & A-
braham egregius fide, totum prius se offe-
rebat altissimo, & propterea cum sua du-
ceret offerenda, placidas ei hostias offere-
bat: quòd vt nos scientes imitaremur, pa-
Ge. 14 ternos ab illo Deus exegit affectus. Tolle
(inquit) filium tuum vnigenitum, quem di
ligis Isaac: & offer eum in holocaustũ su-
per vnum montium, quem monstrauero ti
Ge. 14 bi. Statimque promptum & obedientem
inuenit, imò nobis ostẽdit. Melchisedech
13 † quoque, nisi se prius acceptum Deo sa-
crificium obtulisset, futurorum causas mi-
nimè præuidisset: quarum intuitum mysti
cum panis & vini primus obtulit sacrifi-
cium: erat enim sacerdos Dei altissimi.
Nominantur igitur isti tres patres veteris
testamenti, quia illi eorum sacramenta,
specialius cæteris, hoc sacramentum præsi
gnauerant. Quid enim per manus Abel of
ferentis de primogenitis gregis, nisi Chri
stus primogenitus, in multis fratribus, ex-
primitur: qui malitiosè occisus est à popu
lo Iudæorum: sicut ille inuidiosè à fratre
suo? Nam secundum Apostolum: Ipse est
agnus Dei: qui occisus est ab origine mun
di. Quid per sacrificium Abrahę, dilectum Ro. 8.
& vnicum filiũ offerentis, nisi Christi pas- Apoc.
sio designatur? de quo dicit Apostolus: 5
Proprio filio suo non pepercit Deus: sed Ro. 8.
pro nobis omnibus tradidit illum. Hic est Math.
(inquit) filius meus dilectus, in quo mihi 17
complacui. Oblatio quoq; Melchisedech Psal.
tam propriè nouum sacrificium præsigna- 109
uit, vt inde prædictum sit. Tu es sacerdos
in æternum secundum ordinem Melchise
dech, qui secundum Apostolum assimila-
tus per omnia filio Dei, manet sacerdos in
perpetuum. Abel, dicitur puer, non tam à
pueritia, quàm à puritate: secundum il-
lud. Ecce puer meus, dilectus, quem ele-
gi, posui super eum spiritum meum. Abra
ham dicitur Patriarcha, non ita Israeliti-
cæ plebis, quàm populi Christiani: illius
per carnem: huius per fidem, secundum il
lud. Non vltra vocabitur nomen tuum A-
braham, sed appellaberis Abraham, quia
patrem multarum gentium constitui te.
Melchisedech interpretatus est, rex iusti-
tiæ, deinde rex Salem, id est, pacis propter
illud, quod legitur: Orietur in diebus eius Ge. 17
iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna: sanctum sacrificium, immacu- Ps.71
latam hostiam: hoc addidit in canone, Leo
Papa primus.

S V M M A.

1 *Christus quomodo sanguinem suũ adspergit.*
2 *Sacerdos cur se inclinet, dicturus: supplices & cætera.*
3 *Cruces tres factæ à sacerdote, super oblatam quid significent.*
4 *Sacerdos cur se inclinet, cancellatis manibus ante pectus: in nona parte cano.*
5 *Diaconus cur manus, in nona parte canonis lauet.*
6 *Sacramenti dignitas & excellentia.*
7 *Canonis interpretatio, in octaua parte, et n. 9*
8 *Angelus adstat sacerdoti celebranti.*

De

De nona parte canonis. Cap. 44.

S VPPLICES te roga-
mus, &c. Nona pars pon
tifex, vt lex iubebat, &
in procemio huius par-
tis dictum est, asperge-
bat tabulam & aram, &
exterius sacrum sangui
1 ne pacifico: & Christus toties † aspergit
patrem sanguine, quoties eum placat per
Heb.9 carnem assumptam: aram aspergit quan-
diu numerum restaurat angelorum. Exte-
rius sacrum aspergit, dum homines sancti-
ficat, & patri, qui in terris sunt, recõciliat.
Sacerdos eosdem aspergit: quia hoc sacri
ficium placat Deum, & veniam impetrat,
& sic etiam super hos aspergit: nã qui nos
emundat, augmentat numerum ciuium su
pernorum. Aspergit etiam intus taberna-
culum: prout in præcedenti particula di-
ctum est. Dum autem hic nominat subli-
me altare, cõmemorat sancta sanctorum.
¶ Sanè hymno dicto post cœnam, exiuit Ie
Io. 18 sus in montem Oliueti transtorrentem
Math. Cedron, & progressus pusillum cecidit in
26 faciem suam, orans, & dixit. Pater, si fieri
Lucæ. potest, transfer calicem hunc à me. Sed &
22 secundo & tertio abijt & orauit eundem
Math. sermonem dicens, & factus in agonia pro-
26 lixius orabat, & factus est sudor eius sicut
guttę sanguinis decurrentis in terrã. Tunc
venit ad discipulos suos dicens: Surgite,
eamus: ecce appropinquat, qui me tradet.
Traditor autem dedit eis signum, dicens,
quem osculatus fuero ipse est, tenete eum.
Et confestim accedens osculatus est eum.
2 Quia ergo Iesus † procidit orans & dicẽs.
Pater si fieri &c. ideo sacerdos se inclinãs
orat, & dicit. Supplices te rogamus &c. vel
sacerdotis inclinatio significat emissionẽ
spiritus Christi: prout dictum est in proę-
mio canonis. De inclinationibus, dictum
est sub titu. de confessione. Item dicens, vt
quotquot ex hac altaris &c. osculatur se-
mel altare per quod repræsentatur osculum proditoris, postquam Dominus ab o-
ratione surrexit. Quidam ter osculantur,
agentes gratias Trinitati, quæ per passio-
nem Domini genus reconciliauit huma-
num. Alij bis, ad notandum geminam in
Christo naturã seu ipsum in anima & cor-
pore passum. Quia verò in agonia proli- Lu.22
xius orabat tertio dicens eundem sermo-
nem: ideo † sacerdos facit tres cruces. Pri 3
mam super oblatã dicendo: sacrosanctum
filij tui corpus, & secundam super calicem
dicendo & sanguinem: tertiã signando se-
ipsum in facie, dum dicit. Omni benedi-
ctione cœlesti, fortè propter sudorem cor
poris crucem imprimens super corpus, &
propter guttas sanguinis crucẽ imprimẽs
super sanguinẽ, & quia procidit in faciem
suam orans: ideo imprimit sibi crucem in
facie. Vel potius crux, quæ fit supra corpus
designat vincula, q̃bus est ligatũ corpus:
illa q̃ fit super sanguinẽ designat flagella,
quibus aliſus est, & sanguis eductus. De vin
culis legitur. Ministri Iudæorum compre
henderunt & ligauerunt: vincentes, duxe
runt & tradiderunt Pontio Pilato. De fla
gellis legitur. Apprehẽdit Pilatus Iesum, Marc.
& flagellauit, cuius liuore sanati sumus. 12
Per tertiam verò crucem, quæ fit in facie, Io. 19
recolitur illud: quòd expuebãt in faciem Math.
eius, & palmas in faciem eius dabant, & ve 26
lantes faciem eius dicebant: prophetiza
nobis Christe quis est qui te percussit. Ter
tio, crux quæ fit supra corpus, martyrium
Christi, quę fit supra sanguinem, martyrũ
sanctorum designat. Quarto, primæ duæ
cruces significant, quòd Christus pro duo-
bus populis passus est. Tertia, quæ fit in fa-
cie, q̃ in corpore suo passus est. Alij verò
non faciunt præmissas duas cruces. Consi-
derari † etiam oportet quòd sacerdos di 4
cendo supplices &c. stat inclinatus cancel
latis manibus ante pectus, ad designãdum,
quòd orationis humilitas per inclinatio-
nem designata, tunc demum & non alias
exaudiri digna est, si ex fide procedat pe-
ctoris, id est, mentis. Fide, dico, per dile-
ctionem operante, quæ operatio per ma-
nus intelligitur. Quia verò quædam sunt
opera vitæ actiuæ, quædam verò vitæ con
templatiuæ, sed opera vitæ actiuæ quodã-
modo cancellatim ad opera contemplati-
uæ: vitæ sicut sinistra ad dexteram compa
rantur, eo quòd opera actiuæ sicut suppo-
sita, seu inferiora ad opera contemplatiuæ
disponunt, & opera contemplatiuæ sicut
superposita & altiora illa perficiũt & con
firmant: & ideo in ipsa manum cancella-
tione dextra superponitur sinistræ. Rursus
orat

orat cancellatis manibus ante pectus, quasi ipso facto. Obsecro te per crucem & passionem tuam, vt iubeas hæc perferri &c. Cancellatio enim manuum passionē Christi figurat, & dextera per quā resurrectio, læuæ, per quam passio designatur superponitur, vt per hoc Christi resurrectio à mortuis insinuetur. ¶ Verum in nonnullis ecclesijs † diaconus infra actionem lauat manus, significans primo, quod Pilatus se lauit, cū se mundum à Christi sanguine proclamauit. Vel secundo, quod nostra sordida opera Christi passione mundantur. Tertio, quod nullus nisi mundus ad percipienda fidei sacramenta procedat. ¶ Sequitur, Iube hæc perferri &c. tantæ sunt profundati, hæc verba, vt intellectus humanus vix ea sufficiat penetrare. Vnde beatus Gregor. de consecra. distinct. ij. quid sit sanguis, & in fine † dialogi, tanti sacramenti dignus interpres de illis tanquam de re ineffabili penè, ineffabiliter loquens, quis inquit fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri: in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi; vnumque ex inuisibilibus atque visibilibus fieri? Idem etiam alibi dicit. Vno eodemque tempore ac momēto in cœlum, id est, cœlestem naturam rapitur, ministerio Angelorum, consociandum corporis Christi, scilicet mystico: & ante oculos sacerdotis in altari videtur. ¶ † Saluo tñ occulto cęlestis oraculi sacramento, possent hęc verba licet simplicius, tñ securius sic exponi. Iube. i. fac hæc. s. vota fidelium, id est supplicationes & preces: perferri. i. præsentari, per manus sancti Angeli tui, id est, per ministerium Angelorum, qui sunt administratorij spiritus, & vota nostra coram Deo offerunt. Iuxta illud, quod ait Raphael Angelus ad Thobiā. Thobię duodecimo. Quando orabas cum lachrymis, obtuli orationem tuam Domino. Ex hoc † ergo euidenter apparet, quod Angelus sacris mysterijs adesse credendus est, nō vt consecret, quia hoc non potest, sed vt orationes sacerdotis & populi Deo repræsentet: secūdum illud Apoc. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu Angeli, quæ sunt orationes sanctorum. In sublime altare tuum, supple, hoc est in conspectu diuinæ maiestatis tuę, id est, in contemplatione, maiestatis, & curiæ tuę cœlestis: nam ipse Deus, dicitur altare sublime. Exod. vigesimo. Non ascendas ad altare meum, per gradus, id est, in Trinitate non facies gradus. ¶ Porrò sicut beatus Augustinus determinat, non dicitur Angelus offerre orationes Deo, quasi tunc primo Deus nouerit, quid velimus: quia Deus omnia nouit ante, quàm fiant: sed quia necesse habet rationalis creatura temporales causas ad ęternitatem referre, siue petendo, quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat: aut quid Deo iubente implendum esse cognouerit, hoc nobis, vel euidenter, vel latenter reportet. ¶ Possunt etiam secundo modo præmissa verba sic exponi. † Omnipotens Deus, iube hæc scilicet panem & vinum: perferri, id est, transmutari. in sublime altare tuum, id est, in corpus & sanguinem filii tui, super choros angelorum exaltari, quia corpus domini dictum est altare: iuxta illud. Altare de terra facietis mihi: per manus Angeli tui, id est, per ministerium sacerdotis. Non enim secundum Augustinum deposcit ob illud illic deferenda, nisi vt intelligatur, quod illa fiant, id est transubstantietur in eo sacerdotio, id est, in eius mysterio, virtute Spiritus sancti. Sed cum iam transubstantiatæ sint. exponi possent tertio modo sic. Iube hæc, id est, corpus Christi mysticum, scilicet ecclesiam Christi militantem perferri, id est, associari, in sublime altare tuū, id est, in ecclesiam triumphantem, quæ dicitur altare: secundum illud Leuiticum. Ignis in altari meo semper ardebit, id est, feruor charitatis in ecclesia triumphabit, & hoc per manus Angeli tui, id est, per operationem & virtutem Christi filij tui, qui est magni cōsilij Angelus. Esaiæ nono. Ipse enim corpus suum mysticum Deo patri coniungit, & ecclesiæ triumphāti. Quarto modo, hic Angelus magni consilij. Consiliarius ille, cuius consilio pater mundum creauit, & recreauit sublimè altare, in cōspectu Dei est Christus crucifixus, sedens in dextra patris. Igitur Angelus fert hæc sacramenta in sublime altare, in conspectu Dei, dum cicatrices ostendens, interpellat apud patrem pro nobis hæc sacramenta conficientibus

Hebr. 1 — Apoc. 8 — Dan. 13 — Exod. 20 — Leuit. 6

tibus. Quæ verò sint illa, quæ petit in sublime altare perferri, determinat Dominus dicens: vt quotquot &c. per hoc enim demonstratur corpus Christi mysticum: quod Christus quotidie ad se trahit per membra: vnde Hieremias: patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

Hie. 3

SVMMA.

1 *Canonis decima pars. Et interpretatio. & nume. 4.*
2 *Ecclesia orat in missa pro defunctis.*
3 *Dormientes hoc est mortui, resurgent.*
5 *Quiescentes in Christo, qui dicantur.*
6 *Paradisus, locus refrigerij.*

De decima parte canonis. Cap. 45.

1 MEMENTO etiam Domine, &c. † Decima pars. Hæc coniunctio etiā continuat sequentia proximè præcedentibus, vel dici potest q̄ superfluit. Nam in antiquis codicibus p̄cedebat immediatè quædam oratio, incipiens. Memento mei, quęso Domine, &c. in qua sacerdos pro se orabat, vt dignè posset offerre: vnde tunc rectè sequebatur: Memento etiam Domine famul. &c. Sed quia in multis modernis codicibus oratio illa non inuenitur, ideo secundum illos istud etiam superfluit, vel quod melius est, respicit aliud: Memento, quod præcedit in quo rogauit pro vnius: hic autem orat pro defunctis. ¶ Orat † ergo pia mater ecclesia, non solum pro viuis: verumetiam pro defunctis, & eos Deo patri sacræ oblationis intercessione commendat: certissimè credens, quòd sanguis ille pretiosus, qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum, non solum ad salutem viuentium: verum etiam absolutionem valeat defunctorum. Ideoque Gabilon. concilium, de consecratio. distinct. j. visum. statuit, vt in omnibus missarum solennijs loco competenti, videlicet in hoc locō secretæ, vel in diebus non solennibus, in dominica enim die ob resurrectionem dominicam animę requiem credūtur habere: Ecclesia pro defunctis Dominum deprecetur, iuxta illud August. Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana catholica societate laudamus. Et quia quandoque desunt defunctis parētes, filij, cognati, amici, qui supplicationes pro eis effundant, vna & pia mater, idest, tota ecclesia omnes defunctos sub generali commemoratione suscipit tacitis illorū nominibus, & eis exhibet communionem. Innocen. quoque Papa statuit, eadem distin. de nominibus. vt ante consecrationem hostiæ non recitentur communia defunctorum: possent enim populo recitari: sed Deo, quem nihil latet, necesse non est qui cum signo fidei nos præcesserunt, scilicet ad dominum. xiij. quæstio. ij. quàm præposterum. in fi. non q̄ ibi sit fides aut spes, vbi spes est, & res: nam fides euacuatur charitas: nunquam excidit. sed signum fidei pro charactere fidei Christianitatis accipitur. de pœniten. dist. ij. charitas. qui fideles ab infidelibus discernuntur: secundum illud: Audiui numerum signatorum cētū quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel, & dormiunt in somno pacis secundum illud: In pace in idipsum dormiā, & requiescam. Frequenter enim sacra scriptura defunctos dormientes appellat: pro eo quia sicut † dormientes euigilant, ita mortui resurgent, propter quod dicit Apostolus: Nolo vos ignorare de dormientibus, vt nō cōtristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Et Dominus inquit in Euangelio; Lazarus amicus noster dormit. Ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus in hoc loco sacerdos, quorum maluerit defunctorum debet agere memoriam specialem. Finita est enim memoria mortis domini, & ideo sequitur: Mors nostra Christus p̄cessit, & nos eius vestigia sequimur. ¶ In Christo quiescentibus. ¶ Sed nonne, qui decesserūt cū fide & dormiunt in somno pacis, de quibus p̄emissum est, quiescūt in Christo, & sic videtur hoc superfluere? Sed quia sacerdos post verba illa, in somno pacis, fecerat specialē memoriam pro aliquibus, ideo subijcit. pro ipsis Dominus, & mox non incompetenter supponit clausulam generalem, & omnibus in Christo quiescentibus, de quibus præmiserat.

2 — 3 — Apoc. 4 — Ps. 4. — 1. The. 4 — Ioā. 2.

Hic

Universidad de Deusto Biblioteca

5 Hic † autem vocantur quiescentes in Christo qui in charitate mortui sunt: habentes tamen aliqua purgabilia, eo quòd non plenè satisfecerunt pro peccatis confessis, propter quod ad locum purgatorij descenderunt: vbi existentes suffragio indigent ecclesiæ militantis, tanquam nondum habentes in re pacem, & refrigerium gloriæ licet habeant incerta & infallibili spe locum refrigerij: in quo non est ardor penarum: lucis, in quo non est obscuritas tenebrarum & pacis, in quo non est conflictus pugnarum. Nã absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor: sed nec vllus dolor: quoniam priora transierunt: sed delectabuntur in multitudine
Apoc. 21 pacis, cum placebunt coram domino in re
6 gione viuentium. † Paradisus dicitur ergo locus refrigerij, propter ardorẽ ignis purgatorij, per quem animæ transeunt,
Ps. 66 iuxta illud Ps. Transiuimus per ignem, & aquam &c. Locus lucis cõtra tenebras inferni, de quibus Matth. 23. Mittite eum in tenebras exteriores. Locus pacis propter mentis tranquillitatem, quę est ibi, contra vermem conscientiæ eorum, qui salui non
Es. 66 erunt. Vnde Esa. Vermis eorum non morietur, nec ignis eorum extinguetur.

SVMMA.

1 *Sacerdos quare percutiat pectus suum in vndecima canonis parte, & nu. 2. 3.*
4 *Peccatum negare in nobis non possumus.*
5 *Misericordiæ & miserationes Domini magnæ, & multæ.*
6 *Præmium gloriæ æternæ an vnum idemque sit omnium.*
7 *Ioãnes cur denuò repetatur in vndecima parte canonis, atque præmittatur Matthiæ & Barnabæ Apostolis.*
8 *Canonis octauæ partis interpretatio, & summa & nu. 9. 10. 12. 14. 16. 17. 18. 21. 22.*
11 *Calix cooperitur: hostia non. Et quid ita.*
13 *Christus crucifixus sexta feria.*
15 *Sacerdos faciens cruces, manus super mensa altaris extendit, & qua id significatione.*
19 *Sacrificium septem vicibus signatur in canone. & qua idipsum admonitione.*
20 *Sensus quinque exercentur, in Eucharistiæ sacramento.*
23 *Christi passione quatuor impetramus. Et quot digitos sacerdos calici leuando adhibeat. Quidque illud notet.*
24 *Diaconus osculetur humerum sacerdotis, in vltima parte canonis.*

De vndecima parte canonis. Cap. 46.

OBIS quoque, &c. Vndecima pars: hęc autem oratio protenditur usque. Per omnia secula seculorum. Et hæc verba † proferendo sacer- 1
dos, paululum expressa voce percusso pectore silentium interrumpit, representans contritionem & confessionem latronis in illo passionis dominicæ articulo increpantis alterum, & dicentis: Nos digna factis recipimus: hic autem nihil mali gessit, & dicebat ad Iesum Luc. 23. Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum: propter quod dixit illi Iesus? Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Rursus † per exaltationem 2
vocis, & percussionem pectoris exprimitur illud, quod Centurio, & qui cũ illo erant, visis his, quæ fiebant timuerunt valde dicentes. Verè filius Dei erat iste, & omnis *Math.* 27
turba quæ simul aderant, ad spectaculum illud, percutientes pectora sua reuertebãtur. Noti verò eius & mulieres, quæ Christum secutæ fuerant, à Galilæa, stabant à longè hæc videntes. quos significant ministri, scilicet diaconus & subdiaconus retrostantes, qui ad hanc vocem erecti in os sacerdotis vel episcopi intuentur. Præmissa † autem pectoris vnica tunsio: significat 3
quòd secundum Apostolum ad Roman. 7. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, & fit cum tribus digitis: scilicet sine pollice, & indice: vt Trinitas in vnitate notetur. Pectoris quoque tunsio, quandoque pœnitentiam designat: prout sub titulo de confessione dictum est. ¶ † Pec- 4
catoribus, ideo dicit. Quia si dixerimus, quòd peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est: *Ioã.* 1
de pœniten. distinct. ij. si enim inquit. Licet enim omni tempore debeamus ex corde nos recognoscere peccatores. vj. distin.

testũ præcipuè tñ cũ pro remissione peccatorũ sacrosãctũ mysteriũ celebramus. ¶ De multitudine miserationũ tuarũ sperãtibus:
Ps. 50 iuxta qd̃ Ps. inquit: Secundũ † multitudinẽ
5 miserationũ tuarũ dele iniquitatẽ meam. Et nota, q̃ una tantũ est Dei misericordia, nõ aliud quidẽ, q̃ ipse misericors: sed multi sunt eius affectus, qui miserationes dicũ
Ps. 24 tur: vnde: Reminiscere miserationũ tuarũ Dñe, & misericordiarũ tuarũ quæ à seculo sunt. Partẽ aliquã & societatẽ donare digneris: sed cũ ipse Deus sit oĩa in oĩbus, salus, & præmiũ, & gloria singulorũ: iuxta illud: Salus populi ego sum: quid est, qd̃ dẽ aliquã societatẽ, &c. tanq̃ non oẽs sint eundẽ denariũ accepturi? Sanè licet vnũ & idẽ
6 sit † p̃miũ singulorũ: uidelicet ipse Deus, in cuius cognitione salus æterna consistit, secundũ illud qd̃ ipse dicit in Euangelio:
Io. 17 Hæc est uita æterna, ut cognoscant te uerũ Deũ: & hunc quẽ misisti Iesum Christũ: tñ secundũ differẽtiã meritorũ alij plus, alij minus, diuina uisione fruuntur: nã & stella
1. Cor. 15 differt à stella in claritate, p̃p quod ipse Dñs ait. In domo patris mei mãsiones mul
Io. 14 tę sunt. de pœn. dis. iiij. in domo. sicut vnus sol est, cuius lumine participant vniuersi: alij plus, alij minus, secundũ differentiã in
7 tuentiũ. ¶ Cũ † Ioãne, Stephano, Matthia, Barnaba. In hac secũda commemoratione sanctorũ magna ex parte supplẽtur, qui de primitiuis sanctis deesse videbãtur in prima. Sed quare Ioãnes repetitur, & Stephanus sociatus Ioanni, præmittitur Matthiæ ac Barnabæ Apostolis? Super hoc dici põt, q̃ Ioãnes in prima cõmemoratione dispo nitur, & cũ cæteris numeratur p̃p dignitatẽ apostolatus. In hac aũt cõmemoratione repetitur & cũ Stephano sociatur, p̃p priuilegiũ cœlibatus: uirgines. n. sunt & sequũ tur agnũ quocunq; ierit: propterea cæteris
Apoc. 14 præmittitur. Virginitas nanq; Ioãnis inde maximè commendatur: quia Christus in cruce matrem uirginem discipulo uirgini commendauit, & ex illa hora accepit eam
Io. 19 discipulus in suam. Stephani uerò virgini-
Actu 6 tas ex eo maximè comprobatur: quia ipse deputatus est sub Apostolis, ad ministerium uiduarum, & in eo, quòd fœminis est præpositus, testimonium meruit syncerissimæ castitatis. Posset autem non Euangelista, sed Baptista Ioannes intelligi, nisi præmitteretur, cum tuis sanctis Apostolis ac martyribus: unde conuincitur q̃ Apostoli tantum ac martyres sũbnotãtur: quanuis & Ioannes Baptista merito posset inter martyres numerari. Enumerat ergo sacerdos sanctos, quorum societatem petit: quia & sacerdos legalis nomina filiorum Israel habebat scripta, ut suprà dictum est. Et aduerte quòd hic octo viri, & septem mulieres computantur: quia per hoc sacrificium septem charismata gratia rum, & octo beatitudines iunguntur in nobis. ¶ Sequitur: † Non æstimator meriti, 6
quia non secundũ exigentiam meritorum *Psal.* 101
retribuit, sed mitius puniendo, uel magis *Luc.* 6
remunerando, quam quisquam meruit. Vnde non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis, alibi: Mensuram bonam & confertam & cogitatam, & superfluentem reddent in sinum uestrum. ¶ Per Christum dominum nostrum. Hic non respondetur, Amen: tum quia Angeli, qui semper assistunt, respondent, prout in fine tertiæ particulæ dictum est: tum quia hæc tacitè dicuntur: nec respõdentes audire possunt: tum quia uerba sequentia per quem oĩa &c. istis cõiũgunt̃, & ab eis dependent, ita q̃ nihil interponi põt. Hoc aũt loco benedicunt̃ vuæ, prout dicet̃ in vij. par. sub v. feria cęnæ Dñi, ubi agit̃ de diurno officio. In canone apostolorũ in bucardo lib. v. c. offert. ita legit̃. Offerri nõ liceat ad altare. s. ad benedicẽdũ p̃ter nouas spicas & uas: & oleũ, & fabas, & thymiama ad incensum tpe, quo sancta oblatio celebrat̃. ¶ Sequit̃: † Per quẽ hęc oĩa &c. ideo dicit oĩa, quia p̃ 9
filiũ oĩa creata sunt. vnde Io. 1. Oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. & vidit Deus cũcta, quę fecerat, & erãt valde
Gen. 2 bona. Creas igit̃, cõdẽdo naturã: sacrificas, cõsecrãdo materiã: viuificas, trãsubstãtiando creaturã. benedicis, accumulando gratiã. Qd̃ aũt dr̃, hæc oĩa, est simplex pronominis demonstratio, sicut tẽpus verbi cõsum: Nã præsens cõsusum præsentis nõ tenet vsum, & est sensus: hæc oĩa. s. panẽ & vinũ, & aquã, semper bona creas secũdũ causas canonicas primordiales, & sanctificas, secundũ causas sacramentales: viuificas, vt
Ioan. 1 transeat in carnem & sanguinẽ, & benedicis, ut cõseruet̃ unitatẽ & charitatẽ. ¶ Rur

Universidad de Deusto Biblioteca

sus in eo, quod dicit sanctificas, notatur ꝙ
10 † quodcunque sanctificatur, per gratiam Christi sanctificatur. De plenitudine eius omnes accepimus: vnde Io. 16. Pater sanctifica eos in veritate, id est, in filio. In eo, quod dicit viuificas, notatur qd̃ quicquid viuificatur, per filium viuificatur. Ioan. 2. Ego sum via, veritas, & vita. viij. distin. qui contempta. In eo, quòd dicit benedicis, insinuat, quod benedictio cœlestis, datur nobis per fructum virginis benedictum: vel creas, vt sint: sanctificas, tibi deputando: viuificas, animãdo, benedicis, vt vtilia sint: præstas vt prosint. Fiunt autem tres cruces super dictis verbis: sanctificas, viuificas, benedicis. In quibus ecclesia primitiua repræsentatur, quę fidem Trinitatis suscepit. De hoc tamen aliter iam dicetur. Siquidem sacerdos dicturus: præstas nobis: vel diaconus remouet corporale desuper calicem, ad notandum quòd quando Christus emi-
Math. 27 sit spiritum, velũ templi scissum est à sum-
Lu. 18 mo vsq; deorsum, & aperta sunt nobis ea,
Io. 19 quæ prius obscura erant in lege, & clausa, sicut dicitur in Euangelio, de quibusdam: & erat absconditum verbum istud ab eis: vbi enim sumpto aceto consummatum est: reuelatum est: & calice discooperto accipiens hostiam dicit: Et præstas nobis.

11 ¶ † Dubitari autem vidimus, quare calix, & non hostia cooperitur. Ad quod quadruplex potest ratio assignari. ¶ Primò, propter periculũ, quia sanguis facilius posset recipere immunditiam quàm hostia. Secũdò, quia in calice & sanguine magis sanctificatur passio Christi, quàm in hostia: vnde illud: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste, & in cano. in forma sanguinis poni
Math. 26 tur actus effusionis, ibi: Qui pro vobis effundetur &c. quia ergo in calice & in sanguine magis significat Christus mortuus, quàm in corpore: ideo sicut & mortuus, panis, & lapidibus operitur, ita & calix panno, & sanguis calice, & corporali cooperitur. ¶ Tertiò, sanguis in calice cooperto represẽtat corpus Christi in sepulchro clauso & signato: hostia verò corpus Christi extra sepulchrum. ¶ Quartò, sanguis Christi calice cooperto representat Christi corpus in synd one inuolutum: hostia verò, non inuolutum. ¶ Sequitur, Per ip-
12 sum &c. Sic † absque alicuius verbi vel temporis interpositione coniungas præmissa verba: Per Christum Dominum nostrum. Per quẽ hæc omnia &c. & facis punctum ibi. Et præstas nobis: plana est litera. Dic ergo per ipsum, id est, tanquam per mediatorem cũ coæqualis: quia ipse coæqualis patri. In ipso, tanquam in consubstantiali: vel in ipso, id est, in membris eius; in parte quippe notatur authoritas, propter principiũ; in filio, æqualitas propter medium, in Spiritu sancto communitas propter consortium. Sanè. vj. feria † cru 13
cifixus est Christus: hora tertia linguis Iudæorum, quod narrat Marcus: hora sexta manibus Gentilium: quod narrat. Io. circa horam autem nonam inclinato capite *Math.* 26
tradidit spiritum. Ad recolendam igitur crucifixionem hora. iij. factam ex linguis Iudæorum clamantium ter: Crucifige, crucifige eum: & rursus. Tolle, tolle, crucifige eum. Sacerdos facit tres cruces super oblatam & calicem, dum dicit. Sanctificas, viuificas, & benedicis. Ad recolendam verò crucifixionẽ, quę post interuallũ triũ horarũ est facta manibus Gentiliũ, cum milites crucifixerunt Iesum: sacerdos facit iterum tres cruces, cũ hostia, super calicẽ, sup præmissis tribus verbis. s. per ipsum, & cũ ipso, & in ipso. ¶ † Postmodum autem ad desig- 14
nandum diuisionem carnis & animæ Domini morientis, facit duas cruces cum ipsa oblata in ore calicis, dum dicit: Est tibi Deo patri omnipotenti in vnitate Spiritus sancti. Cũ enim in Christo tres sint vnitæ substantię: videlicet diuinitas, corpus, & anima: duæ tantũ, scilicet corpus & anima fuerunt in morte diuisæ: nam diuinitas à neutra est diuisa & separata, & propterea non tribus crucibus, sed duabus mors Domini designatur. ¶ † Cæterum sacer- 15
dos faciendo cruces manus super mensam altaris extendit, quia & Christus super arã crucis manus expandit: iuxta illud propheticum Esa. 45. Expandi manus meas ad populum non credentem mihi. Secundò etiam præmissæ tres cruces cum corpore super nudum calicem † factæ significãt 16
tres cruciatus, quos Christus in nuda cruce substinuit: videlicet, passionem, propassionem, & compassionem: passionẽ, in corpore: propassionem in mente: compassionẽ in corde. De passione corporis ait Do-

minus

Tre. 1. minus per prophetam: O vos omnes, qui
Matt. 27. transitis per viam, attendite & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Foderunt enim manus meas, & pedes meos, & dinumeraverunt omnia ossa mea. De passione men-
Marc. 14 tis, Dominus inquit Apostolis: Tristis est anima mea, vsque ad mortem. Cœpit enim Iesus tædere & pauere: cœpit contri-
Lu. 23 stari & mœstus esse. Ex compassione verò cordis, pro crucifixoribus orauit ad patrem, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: si enim cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixissent. Et ideo sacerdos facit has cruces cũ hostia super calicem: quia Christus sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore super patibulum. Per calicẽ enim passio designatur,
17 vt iam dictum &c. Tertio † modo, tres cruces cum hostia super calicem factę, significant fidem Centurionis dicentis Matt. 27. Verè filius Dei erat iste, & ita cognouit eum vnum in Trinitate, scilicet Christum Deum & hominem. Duæ verò, quæ fiunt in ora seu latere calicis designant duo sacramenta, quæ de latere Christi profluxerunt: videlicet aqua regenerationis, & sanguis redemptionis: iuxta testimonium Io. dicentis. Vnus militum lancea latus e-
Io. 19 ius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua, & ideo immediatè post has duas cruces latus calicis, in quibusdã ecclesijs cum hostia tangitur: per quod percussio lateris Christi cum lancea militis designatur. Quartò tres præmissæ cruces in quibusdã ecclesijs ita fiunt & bene. † Nam prima
18 quæ fit super ipsum: fit supra os calicis exterius, significans, quòd Deus est extra omnia, non exclusus. Secunda, quæ fit super, cum ipso, fit parum inferius sub prima: videlicet à labio calicis, in labium, significãs quòd Deus est super omnia, nõ elatus. Tertia, quę fit super, in ipso, fit ĩter os calicis, circa medium concauitatis eius, significãs quòd est inter omnia non inclusus. Quarta, quę fit super Deo patri, fit à medio oris calicis recto diametro contra faciem sacerdotis, significans, quòd omnia quæ in ministerio missæ occultè aguntur, in fine nobis ante oculos ponentur. Quinta, quæ fit super in vnitate Spiritus sancti: fit à latere calicis, inter ipsum calicẽ & sacerdotem: videlicet descendendo à summitate calicis contra pedem, significas quòd Deus est super omnia, non compressus seu prostratus; quidam tamen de his duabus vltimis non faciunt, nisi vnam. Quinto dictæ tres cruces, significãt tres cruciatus, quos Christus substinuit tribus temporibus, videlicet ante mortem, alapas, flagella, sputa, & huiusmodi: in morte, crucifixionẽ: & post mortem, lateris perforationem. Prima significat primum, secunda secũdum: tertia, tertium: quarta verò, significat separationem animæ à corpore Christi: quinta descensum in limbum, vel cruciatum in pedibus. Sextò quinque ordines signorum, quæ fiunt ante sextum, scilicet ante tactum calicis cum hostia: quando videlicet de duabus vltimis nõ fit nisi vna, significant quinque ætates mundi, quæ fuerunt ante Christi natiuitatem. Sextum verò, videlicet ipse tactus significat, sextum tempus, scilicet à Christi natiuitate, vsque ad finem mundi. Ipse enim vnicus tactus significat Dominum semel ascendisse crucem, vt finem haberet. Ipsa autem res est cruciatus, qui per dictas quinque ætates omnibus hominibus fiebat. ¶ Notandum † igitur est, quòd sacrificium septem vicibus signatur 19
in canone. Prima vice ter, vbi dicitur: Hæc dona, hæc munera &c. Secunda vice, quinquies, vbi dicitur. Quam oblationem tu Deus &c. Tertia vice bis semel, vbi dicitur: Qui pridiè, &c. Tibi gratias agens benedixit &c. & iterum, vbi dicitur: Similiq; modo &c. ibi: Itẽ gratias agens &c. Quarta vice quinquies, vbi dicitur, Hostiam puram &c. Quinta vice, bis, vbi dicitur: Sacrosanctum filij tui corpus &c. Sexta vice ter, vbi dicitur, Sanctificas, viuificas &c. Septima vice quinquies, vbi dicitur. Per ipsum &c. prout in ipsis locis dictum est. Inter quas septem vices sacrificium significatur duabus vicibus bis, & duabus vicibus ter, & duabus vicibus quinquies: septima verò vice bis & ter. Signatur ergo simul omnibus vicibus, iunctis quinquies quinque, quæ sunt simul. xxv. quo numerus per se ductus semper in seipsum reducitur, si ducatur in infinitum: quantumlibet enim multiplicetur Eucharistiæ sacramentum, semper est idem sacrificium. Augusti. tamen, de consecratione distinctione secunda semel dicit, quòd si tantum semel

Universidad de Deusto Biblioteca

ſignum crucis fieret ſuper panem, & vi-
num, ſufficere poſſet: quia ſemel Domi-
20 nus crucifixus eſt. ¶ † In hoc etiam ſacra-
mento quinque ſenſus corporis, ſcilicet vi
ſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus
exercentur, ſcilicet circa colorem, ſapo-
rem, odorem, fractionem, & ſumptionem,
vt quinque ſenſus animæ ſpirituales exu-
berent, ſcilicet uiſus intelligentiæ, audi-
tus obedientiæ, adoratus diſcretionis, gu-
ſtus dilectionis; & tactus operis de quibus
reperitur in Euangelio: Domine quinque
Mat. talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque
25. ſuperlucratus ſum. Sed & binarius & ter-
narius bene congruit ſacramento: bina-
rius propter carnem, & ſanguinem: terna-
rius propter panem, & vinum, & aquam.
Item binarius, propter duplicem modum
edendi, ſcilicet ſacramentalem ſub ſpecie
panis, & uini, & ſpiritualem, in fide cor-
dis. Et ternarius propter tria: quæ ſunt in
hoc ſacramento diſcreta: videlicet forma
uiſibilis uini, panis: veritas corporis & ſan
guinis, & uirtus ſpiritualis unitatis & cha-
ritatis, de quibus eſt in vj. partic. ſuper ver
bo. Myſterium fidei, ut ita ternarius bina-
riũ, id eſt, fides trinitatis per dilectionem
Dei, & proximi operetur. Fiũt igitur tres
cruces: quæ quatuor habent angulos ſuper
ſacrificium: quia Chriſtus dũ in cruce pe-
pendit, quatuor climata mundi redemit,
& ſeptem ordinibus ordinantur, ad notan
dum ſeptiformen Spiritus ſancti gratiam,
quæ in hoc myſterio neceſſaria eſt, & fe-
rè in quolibet ordine, per numerum im-
Math. parem ſignacula diſponuntur: quia cor-
27 pus Chriſti unum manens non ſcinditur:
omnis honor tanquam domino: & gloria
21 tanquam Deo. ¶ Sequitur: Per † omnia
ſecu. ſecu. non ſolum crucis impreſſio, ue-
rum etiam uocis expreſſio, & pectoris per-
cuſſio, quæ geſta ſunt iuxta crucẽ in ſinuat:
prout dictum eſt ſuper uerbo: Nobis quo-
que. Quia ergo Ieſus clamãs uoce magna,
tradidit ſpiritum: ideo ſacerdos dicendo.
Per omnia ſe. ſe. exaltat vocem & aliquan
tulum calicem eleuat. Vel dicitur alte, ad
incitationem populi, vt ſciens finem cano
nis, reſpõdeat: Amen. Vel ideo, quia Cen-
turio clamauit: Verè filius Dei erat iſte:
quia verò mulieres lamentabantur, flea-
tes Dominum: ideo chorus quaſi lamen-
tando, reſponder: amen repreſentans fi-
deles, qui Dominum contrito corde luge
bant, uelut quondam Abel inuidi fratris, Gen. 4.
furore occiſum parentes eius lamentaban
tur. ¶ † Conſequenter diaconus accedit & 22
exaltatum parumper ſacrificium ſeu cali-
cem cum corpore de altari tam ipſe, quàm
ſacerdos deponit: quia vt legitur Ioã. 20.
Venerunt Ioſeph ab Arimathia, & Nico-
demus, & impetratum corpus Ieſu à Pila-
to, deponentes ſepelierunt. Sacerdos ergo
eleuans, Nicodemum repreſentat: ipſa ve
rò eleuatio, Chriſti depoſitionem de cru-
ce: depoſitio collocationem in ſepulchro
demonſtrat. Et aduerte, quia ſacerdos di-
cens: Præceptis ſalutaribus moniti: cali-
cem ſimul & hoſtiam deponit. ¶ Ad cuius
rei euidentiam notandum eſt, quòd Chri-
ſti corpus & ſanguis bis in ſexta feria ele-
uata, & depoſita fuerunt ſemel in cruce le
uata, de cruce ad terram depoſita, & ſemel
de terra eleuata, & in ſepulchro collo-
cata. primum repreſentatur in prima eleua-
tione, & depoſitione corporis, & ſanguinis
Chriſti quę fit ſtatim poſt eorum conſecra
tionem: alia repreſentatur in eleuatione
& depoſitione, quę fit in hoc loco. Cõgruè
igitur, dum hæc uerba proferuntur, fit cor
poris & ſanguinis eleuatio, & depoſitio,
deſignantes eleuationem corporis Chriſti
de terra & locationem eius in ſepulchro,
quia Ioſeph, qui illud de cruce, & de terra
leuauit, & in ſepulchro locauit, monitus
& inſtructus erat p̃ceptis ſalutaribus Chri
ſti ſicut fidelis diſcipulus eius. vnde de eo
legitur in Marco: Et ipſe erat expectans re Mare.
gnum Dei. Simul autem eleuantur corpus 15
& ſanguis iam cõſecrata: quia ipſe Ioſeph
(ut aiunt quidam) ſimul corpus cum ſan-
guine in ſepulchro locauit. Adhuc in ipſa
eleuatione tenetur hoſtia cum quatuor di
gitis. ¶ Cum † enim expectemus, & neceſ- 23
ſe habeamus impetrare quatuor principa
liter per merita paſſionis Chriſti, ſcilicet,
poteſtatem contra diabolum, humilita-
tem contra mundum, caſtitatem cõtra cor
pus proprium, & ſubiectionem ac dile-
ctionem, quo ad Deum & proximum: ideo
ad hoc repreſentandum merito cum qua-
tuor principalibus digitis hoſtia tenetur.
Quædam tamen Eccleſiæ in tribus primis
petitionibus Dominicæ orationis tenent
calicem

calicem eleuatum: & tunc calicis eleua-
tio aliud ſignificat, prout ibi dicetur. In
quibuſdam etiam eccleſijs dum calix pa-
rumper ab altari eleuatur, quidam puer
ſtans vltimus, poſt diaconum, habens cap-
pam ex tranſuerſo, ad deſignandum, quòd
caput, id eſt Iudæi expectãtes Meſſiam, id
eſt Chriſtũ cùm iam venerit, tranſuerſum
eſt in caudam. Quia verò Nicodemus ſe-
Io. 19 pulto Domino aduoluit ſaxum magnũ ad
oſtium monumenti, ideo diaconus ſuper
os depoſiti calicis corporale deponit: dia-
conus quoque calicem cum corporali in-
uoluens, repreſentat Ioſeph: qui corpus
Math. Dñi ſyndone munda inuoluit. ¶ Rurſus,
27 quia in pace factus eſt locus eius: diaconus
24 † ſecundum morem quarundam eccleſia-
rum menſam oſculatur altaris, & quia fa-
ctus eſt principatus ſuper humerum eius,
oſculatur dextrum armum põtificis, vt in
vtroque ſignificet Chriſtum quieuiſſe poſt
mortem, & viciſſe poſt mortẽ, iuxta quod
Pſ. 4. ipſe prædixit in Pſal. In pace in idipſum,
Oſee dormiam & requieſcam, & alibi: O mors,
13 ero mors tua: morſus tuus ero inferne:
Phil. 2 Chriſtus enim per mortẽ triumphauit de
morte: nam quia factus eſt obediens vſq;
ad mortem: mortem autem crucis: idcir-
co Deus exaltauit illum &c. Hoc ipſum e-
tiam ſignificat, quod Chriſtus ſibi crucem
ſuper humerum baiulauit. Secundo diaco
nus oſculando dextram ſacerdotis, ſignifi-
cat quod vult eſſe particeps laboris, vt ſit
ſocius æternæ retributionis. Tertio, per
hoc innuit, quod Ioſeph deponẽs corpus:
illud fuit oſculatus. In quibuſdã eccleſijs
ſacerdos hic etiam hoſtiam oſculatur, in-
nuens quod Nicodemus idẽ fecerit, quod
Ioſeph, vel potius per Domini paſſionẽ, fa
ctam eſſe noſtram reconciliationem. Poſt
oſculum huiuſmodi, diaconus retrocedit
à facie ſacerdotis, repreſentans mulieres
ſepulto Dño à monumento recedentes.

SVMMA.

1 *Miſſæ tertia pars.*
2 *Sacerdos populum precibus lauat.*
3 *Oratio Dominica tanquam ſomna & maxi-
ma, ſubijcitur à ſacerdote, amplectenda
à populo.*
4 *Orationis Dominicæ vis. Et commendatio à
quatuor cauſis.*
5 *Orare nos vult Chriſtus, licet nihil ſit neſciens
eorum, quæ nobis conferunt. Et maxime ob
rationes quinque.*
6 *Orationis Dominicæ ſummæ.*
7 *Orationis Dominicæ ſeptem petitiones. Et ea
rum diſtributio, nu. 8.*
9 *Oratio Dominica, duplici ordine diſtincta.*
10 *Dona ſeptem. Virtutes ſeptem. nu. 10. Beati-
tudines ſeptem, nu. 11.*
12 *Vitia ſeptem capitalia, Cui reſpondent nume
ro, ſeptem populi Cananeorum.*

De oratione Dominica, Pater noſter &c. Cap. 47.

ECVNDVM eos, qui
dicũt, quod tertia pars
miſſæ, quæ dicitur † po 1
ſtulationes incipit hic:
Oremus pręceptis ſalu
taribus &c. & quod du
rat vſque ad collectas.
Hæc pars continet quinq; clauſulas. ¶ Pri-
ma, eſt ipſa præfatio. ſ. Oremus præceptis:
quod addidit beatus Grego. ¶ Secunda eſt
Pater noſter. ¶ Tertia, libera nos q̃ſumus.
Domine. ¶ Quarta, pax Domini. ¶ Quin-
ta fiat communicatio. Quia ergo Ieſus vo
ce magna clamabat, In manus tuas Domi- Lu. 23
ne commendo ſpiritum meum, ideo ſacer
dos & non totus populus, prout Græci fa-
ciunt, eleuata facie pronuntiant: Ore-
mus, præceptis &c. Non enim dicitur ſub
ſilentio, ſed palam: quia eſt de Euangelio,
ad notandum quod rex cœlorum in noua
lege palã loquebatur & ſine velamine prę
dicauit. Ab hoc ideo hæc Dominica ora-
tio, & etiam credo in vnum Deum, alta vo
ce dicuntur, vt omnes illam dicant & addi
ſcant. Alia etiam ratio poſita eſt ſub titu.
de prædicatione. Sed tertia clauſula, ſcili-
cet libera nos &c. ſub ſilentio dicitur, in
ſignum, quod Chriſtus interdũ à prædica-
tione ſiluit: aliter tamẽ ibi dicetur. Sed &
proferẽs, Pater noſter &c. iterũ ſicut prius
extendit ac ſurſum eleuat manus. Primò
.n. dicens. Præceptis ſalutaribus &c. actus
Ioſeph de quibus in præcedenti columna
dictum eſt, quos præceptis ſalutaribus mo
nitos & diuina inſtitutione formatos geſ-
ſit repreſentauit. Quia igitur doctrina au-

diendo meditando, & in quiete docenda est.v.q.iiij.in loco.ideo verba ista depositis super altare manibus protulit dicens: Pater noster,&c. Christum populum orare docentem representans, ideoque Mosi orantis exemplo manus extendit, & sursum eleuat, vt feruorem cordis & rectam ad Deum intentionem ostendat xxxvij. distin.si quis vult.Rursus dicendo:præceptis salutaribus &c. calicem simul & hostiam deponit vt præmissum est. ¶ Sanè legalis
2 † pontifex regressus ad populum lauabat vestes: immundus tamen erat vsque ad vesperam: sicut in procemio huius partis dictũ est. Sic & Christus qui intrauit in sancta sanctorum,redit ad ecclesiam, compatiendo & auxiliando: & lauat vestes suas, id est, sanctos mundificat: & tamen vsque ad finem mundi membris eius aliquæ maculæ adhærent. Sacerdos etiam redit ad populum, quia dum rursus alta voce multiplicat preces,foras exire videtur,& precibus velut aquis vestimenta sua,id est,populum lauat & mundat: & tamen immundus iudicatur, quia vsque ad mortem erit in omni homine, quid lauetur. Oraturus ergo & ostensurus se causam suã agere coram Deo, & quæ quotidie petere debea-
3 mus,monet populum orare † dicens. Pater noster &c. quæ oratio habetur Matth. 6. cap. Fiducialiter enim orare possumus, vt filij patrem: quos ipse Dominus ad sic orandum informauit, & ipse vice vniuersalis ecclesiæ quàm representat, orat: ne tamen sua authoritate & quasi præsumptiuè petere videatur, præmittit quasi loco præfationis,præceptis salutaribus &c.Dicit autem præceptis, & diuina institutione: quia dominus & hanc orationem instituit,& Apostolos sic orare præcepit, & ex tunc maximè prostrati orare debemus,vsque in finem dominicæ orationis, saltem in profestis diebus,in festiuis verò stantes. Tres autẽ articuli sequentes,scilicet,præceptis salutaribus: pater noster: & libera nos: significant tres dies dominicæ sepulturæ. ideoq; & his duntaxat vtimur in parasceue. In quibusdam ecclesijs, dum sacerdos dicit. Pater noster,à diacono,& dũ prælatus dat benedictionem solenne post Pater noster, manus eius à diacono, & sacerdote sustentantur, in quo representa-

tur, quòd Hur,& Aaron, sustentabant ma *Exod.*
nus Mosi orantis, de quo sub titu. de ora- 17
tione dictum est. ¶Beatus Grego.orationem dominicam post canonem super hostiam censuit recitari, asserens in registro incongruum esse,vt super Eucharistiam diceretur oratio, quam scholasticus composuerat, & illa omitteretur quam dominus ipse dictauerat, & Apostoli dicere consueuerant. Et cãtatur apud Græcos à toto po
pulo, sed apud nos à solo sacerdote. † Il- 4
lud autem notandum est,quòd hæc oratio cæteras orationes propter quatuor antecellit,scilicet authoritate doctoris,breuitate sermonis, sufficientia petitionum, & fœcunditate mysteriorum. Authoritate doctoris, quia fuit ipsius Saluatoris Apostolos orare docentis ore prolata, & inde
dicitur oratio dominica. Breuitate sermo *Math.*
nis quia facilè dicitur & profertur. Iuxta 6
illud: Cum oratis, nolite multum loqui &c. Sufficientia petitionum,quoniã vtriusque vitæ necessaria continet. Fœcunditate mysteriorum, quia immensa continet sacramenta. ¶Verum licet sciat dominus, quid velimus: vult tamen nos orare vocaliter propter multa. ¶ † Primo,pro exci- 5
tãda deuotione, quia quod facit flatus carboni, hoc facit pronunciatio deuotioni. vnde,ad ipsum ore meo clamaui, & exalta *Ps.65*
ui sub lingua mea. ¶ Secundo, pro alio- *Exod.*
rum instructione, vt cortina cortinam tra 36
hat, & qui audit, dicat, veni, extrà de sa- *Apoc.*
cra.vnct.cap.j. vnde. Luceat lux vestra co 22
ram hominibus. ¶Tertio,pro linguæ obse *Matt.*
quio,vt quod lingua peccamus, lingua sa- 5
tisfaciamus: vnde.Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati, ad iniquitatem, ita exhibete ea seruire iustitiæ in satisfactionem.xlvij.distinct. omnes.¶Quar *Ro. 6.*
to,pro rei petẽdæ commemoratione, quia facilius obtinetur,quod instantius postulatur. de pœnit.dist.j. importuna. xliij.dist. sit rector.in fine. vnde petite,& accipietis. pulsate,& aperietur vobis. ¶Quinto,pro *Lu.40*
impetratæ rei custodia, quia quod sæpius requiritur,diligentius custoditur, vnde te ne quod habes, ne alius accipiat coronam *Apoc.*
tuam. ¶ Sanè in hac oratione oratur pro 5
bonis adipiscendis,& pro malis vitandis. Pro † bonis temporalibus, spiritualibus 6
& æternis. Pro malis præteritis,præsenti-

bus

bus & futuris. De bonis æternis dicitur. ueniat regnum tuum.De bonis spiritualibus. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. De temporalibus. Panem nostrum quotidianum,da nobis hodie.Aeterna petuntur in præmium: spiritualia in meritum: temporalia in substentaculũ. De malis præteritis. Dimitte nobis debita nostra,&c. De præsentibus: sed libera nos à malo. De futuris. & ne nos inducas &c. Præterita sunt doléda, præsentia sunt vincenda,futura sunt præcauenda. ¶Septem
7 † sunt orationis dominicæ petitiones propter captationem beneuolentiæ, quæ significant septem verba Christi in cruce. Primum,fuit; Pater, ignosce illis.Secundum; Ecce mulier filius tuus. Tertium; Ecce mater tua. Quartum. Hodie mecum
Luc.1 eris in paradiso.Quintum. Eloi eloi. Sextum.Pater,in manus tuas.Septimum.Consummatum est. Vel significat septem verba,quæ tantũ beata virgo legitur de Chri
Ioã. 2 sto dixisse.Primum fuit discretionis, quomodo fiet istud.Secundum humilitatis: ecce ancilla Domini.Tertium salutationis.
Luc.2 ecce,vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis. Quartum gratiarum actionis. Magnificat anima mea Dominum. Quintum compassionis, fili, vinum nõ habent. Sextum instructionis, quodcunque dixerit vobis,facite.Septimum amoris. Fili, quid fecisti nobis sic? Prima autem petitio est: sanctificetur nomen tuum. Secunda, Adue niat regnum tuum. Tertia, Fiat voluntas tua. Quarta,Pané nostrum quotidianum. Quinta,Et dimitte nobis debita nostra. Sexta, Et ne nos inducas in tentationem.Septima, Libera nos à malo. Et hæ septem
8 † petitiones secundũ Apostolum. septem postulationes dicuntur, quarũ primæ tres spectant ad vitam æternã siue ad patriam, & ideo sacerdos in quibusdam locis eleuato calice dicit eas,& præfationem, præceptis salutaribus &c. dicens verò, Sicut in cœlo,parum magis eleuat illum,& dicens, & in terra, deponit illum. Tres vltimæ ad præsentem vitã siue ad viam, pertinent, & ideo deposito calice,dicit eas;media verò, .s.panẽ nostrũ pertinent,&c. ad vtrunque. Porrò tres primæ succedunt ordine temporis, sed præcedunt ordine dignitatis. Tres vltimæ succedunt ordine dignitatis,

sed præcedunt ordine temporis. Duplex
igitur † ordo est in dominica oratione no 9
tandus. vnus in ascendendo,qui conuenit cum virtutibus,alter in descendendo, qui concordat cum donis.dona nanq; de summis ad ima descendunt, vnde. Requiescet super eum spiritus sapientię & intellectus &c. Virtutes verò de imis ad summa con- *Es.11.*
descendunt.vnde: Beati pauperes spiritu: *Math.*
quoniam ipsorum est regnum cœlorum. 5
Beati mites &c. Nempe Dominus in oratione ipsa secutus est ordinem dignitatis, qui est artificialis: vt de maioribus ad minora descendet.Sed doctores in illius expositione sequũtur ordinem temporis,qui est naturalis, vt de minoribus ad maiora, id est, de temporalibus ad æterna conscendant,quem modũ seruabimus exponendo. Et fit hic adaptatio septem petitionum septem virtutum, septem donorum Spiritus sancti,& septem beatitudinum, contra septem vitia capitalia,septem virtutibus opposita.Nam dona petitionibus,virtutes do *Es. 2.*
nis & beatitudines virtutibus obtinentur. Septem dona sunt hæc, sapientia, intellectus,consilium,fortitudo,scientia, pietas, & timor,de qbus dicit propheta. Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis,spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. ¶Septem † verò 10
virtutes sunt hæ: paupertas spiritus, mansuetudo,luctus,esuries iustitiæ, misericor
dia,munditia cordis,& pax.¶Septẽ † quo- 11
que beatitudines sunt istæ: regnum cœlorum,possessio terræ,consolatio,saturitas, misericordiæ consecutio, visio Dei: filiatio Dei,de qbus cõiunctim dominus ait. De prima, Beati pauperes spiritu quoniã ipsorum est regnum cœlorum. De secunda, Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. De tertia, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. De quarta,Beati qui esuriunt & siriunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. De quinta, Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur. De sexta, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. De septima,Beati pacifici: quoniam filij Dei voca
buntur.Septem verò vitia† capitalia sunt, 12
inanis gloria,siue superbia,ira,inuidia,acidia,auaritia, gula, luxuria, quæ significa-

Universidad de Deusto Biblioteca

ea fuerunt in septem populis, qui terra Israel promissam tenebāt: videlicet Etheus, Gergezeus, Amorrheus, Cananeus, Ferezeus, Eueus, & Iebuseus. Homo igitur est ægrotus: Deus medicus, vitia sunt languores, petitiones sunt planctus, dona sunt antidota: virtutes sunt sanitates, beatitudines sunt felicitates & gaudia. Hęc septē vitia per septē petitiones huiusmodi fugant orationis, prout inferius ostendetur. ¶ Ad orationis ergo ipsius expositionem veniamus. Et nota, q̄ in quibusdā ecclesijs dum hæ septem petitiones dicuntur, diaconus stat inclinatus communionem expectans, in quo significat Apostolos, qui post mortem Domini per septem hebdomadas confirmationem spiritus expectauerunt. Subdiaconus verò quiescit, quia mulieres in sabbato, quæ est dies septima, siluerunt.

SVMMA.

1 *Orationis Dominicæ expositio.*
2 *Pater quis dicatur. Et cur Deus, dicatur pater noster quamq; variè.*
3 *Beneuolentia captatur à tribus.*
4 *Cœlum, vnde dicatur.*
5 *Malum est triplex, à quo petimus liberari.*
6 *Timor, quo auertimur à malo, est triplex.*
7 *Tentamur à tribus: Deo, homine, & Satana. idque variè.*
8 *Tentatio Dei in hominem.*
9 *Peccata, sunt debita pœnæ. Et quotuplicia sint debita, quæ petimus nobis remitti.*
10 *Debitorum veniæ petendæ diuersus modus, perfecti hominis, & imperfecti.*
11 *Peccatum in Deum, vel in proximum, an debeamus remittere: an verò potius punire.*
12 *Panes quinque sunt nobis necessarij.*
13 *Panem supersubstantialem, quem petamus.*
14 *Voluntas Dei, dupliciter intelligitur.*
15 *Voluntas Dei, qualiter fiat in cœlo & in terra.*
16 *Patrem, filium, & Spiritum sanctum, quomodo debeamus diligere.*
17 *Regnum Dei, quod petimus aduenire, quod dicatur & nu. 18. Et quàm varia regna.*
19 *Nomen Dei Patris, quatuor modis sanctificatur.*
20 *Amen, omnes ferè orationes claudit. Et quid significet. Et qualiter accipiatur in oratione Dominica. Et qualiter alibi. Et cur in eadem oratione, proferatur à sacerdotemet cùm secus fiat alias, nu. 12.*

De expositione Dominicæ orationis. Cap. 48.

PATER noster &c. Ordinem temporis, vt prę missum est in † huius orationis expositione, seruantes à fine eius initium sumamus, versus principium, ordine retrogrado procedendo. Siquidē homo multis malis circundatus, primo petit liberari à malo, quia verò sine tentatione nō est vita hominis super terram, ideo liberatus à malo, petit in tentationem ne inducatur. Et quia dum in hæc vita consistit, semper est in quocunque peccato: nam si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est, ideo perit, vt debita, id est, peccata sibi dimittantur. Cùm autē liberatus fuerit à malo, cùm vicerit tentationes: cùm debita fuerint ei dimissa, quia qui per se stare non potest, necessarius est ei spiritus fortitudinis, ne prēmium expectando deficiat, ideoq; petit, ut panis quotidianus sibi donetur deinde cùm fuerit liberatus à malis, & roboratus in bonis, petit vt fiat voluntas Dei sicut in cœlo & in terra. Et quoniam præmissa in hac vita perfectè fieri non possent, mox petit vt regnū adueniat, in quo nomen patris sanctificetur in cęlis, vt nunquam de cętero possit à sanctificationis gratia separari. ¶ Postquā petitionum cōtinuationem præmisimus, mox ad eorum excisionem veniamus. Præ notandum † tamen est, quod illud, quòd in oratione præmittitur: videlicet pater noster, qui es in cœlis, captatio beneuolentiæ est, vt iam dicetur: Nempè πατήρ Grękè, dicitur genitor Latinè, & hebraicè abba, * & dicitur Deus, pater, à patrando siue perficiendo: quia per eum omnia facta sunt. Deus autem & generaliter, & specialiter & singulariter dicitur pater. Generaliter omnium per creationem. Specialiter iustorū per adoptionē. Singulariter Christi per generationem. Per creationem, vt ibi: Flecto genua mea ad te Deum patrem omnipotētem, à quo omnis paternitas in cœlo

1

Iob 7.
1.Io.1

2

*

Eph.3

cœlo & in terra nominatur. Per adoptionem, ut ibi: Si uos, cum sitis mali. nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit vobis spiritum bonum petentibus se? Per generationem, ut ibi: Nemo nouit filium, nisi pater, & patrem, nisi filius: & cui voluerit filius reuelare. Per hoc quod dicit. Pater noster, qui es in cœlis: dehortatur nos à duobus, uidelicet à superbia, ne dicamus pater mi. quasi reputantes proprium, quod est commune, & ab indignitate, scilicet ne reddamur indigni tanto patre, qui consistit in cœlis. Deus enim solius Christi est pater, per naturam, cui soli competit dicere pater mi: fidelium autem est pater, per gratiā, quibus competit dicere, Pater noster. Ille dicit pater mi, si possibile est, transfer à me calicem hunc. Isti dicūt pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum & ipsemet dicit. Vado ad patrem meum, & ad patrem vestrū, meum quidem, per naturam, vestrum, per gratiam. ¶ Hortatur etiā nos per hæc ad duo, scilicet ad seruandum gratiā adoptionis, cùm dicit pater, & unionē fraternitatis, cùm ait noster. ¶ Rursum per hoc quod dicit pater: quod est nomen pium, notatur bonitas eius, & ecclesię deuotio, quę ipsū patrē appellat. Per hoc verò, quod dicitur. noster, ostenditur dilatatio charitatis. Per hoc, quod dicitur in cœlis, id est, in sanctis, quorum conuersatio à fæce mundi remota est, Dei pietas designatur. Quia igitur captatio beneuolentiæ in hac † ratione permittitur, sciendum est, quod beneuolētia captatur à tribus, scilicet, à persona cognitoris, petitoris, & assessoris. cognitor est Deus, petitor est homo, assessor est angelus. A persona cognitoris, cum ait pater petitoris, cum ait noster: assessoris, cum ait qui es in cœlis, id est, in angelis, uel in sanctis. de quibus habetur: Cœli enarrant gloriam Dei, vide spes nobis attribuitur ut sanctos nos faciat. Vel in cœlis, idest in secreto maiestatis diuinæ; per quod datur fiducia obtinendi bonū occultū. Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Dat ergo fiduciam impetrādi bonū, vnde nō dicit: Dne cui seruit timore, sed pater, cui amore, q.d. qa pater es, uis, qa in cœlis es, potes, ergo libera nos

3

Es.44

à malo. ¶ Et † nota, quòd cœlum dicitur à celando, quia celat diuina secreta, vel à celsitudine, quia altius est terrenis rebus. Sed libera nos à malo. Triplex est † malum, à quo petimus liberari, innatum, auditum, & inflictum. Primum, contrahitur: scilicet originale. Secundū, cōmittitur, scilicet actuale. Tertium, sustinemus, scilicet pœnale. Malum autem vitamus, per spiritum timoris. Nam (ut inquit scriptura) Timor Domini expellit peccatum. Porrò triplex est † timor quo cessamus à malo, seruilis, initialis, & filialis. Timore seruili, cessamus à malo formidine pœnę. Timore filiali, cessamus à malo, amore iustitiæ. Initiali timore cessamus à malo, partim formidine pœnæ, partim amore iustitiæ. Seruilis timor, est incipientium. Initialis proficientium. Filialis, perficientium. Dicit ergo. Sed libera nos à malo. q. d. da nobis spiritum timoris & paupertatem spiritus, ut per spiritum timoris vitemus mala, per paupertatem spiritus addiscamus bona: quatenus exclusis vitijs, & contemptis terrenis, habeamus æterna, scilicet regnum cœlorum, quod lucifer & primi parentes per inanem gloriam siue superbiam amiserunt. Per hoc ergo, quòd se humiliando, petit liberari à malo, quod fit per donum timoris, fugatur superbia, quæ opponitur timori, & sic finis orationis concordat cum principio, ubi ab humilitate contra superbiā incepit, vt præmissum est. ¶ Et ne † nos inducas in tentationem, scilicet diabolicam. Nota, quòd tentat nos Deus, tentat homo, tentat diabolus. Deus tentat, ut probet, homo, ut sciat, diabolus, vt fallat. De primo legitur. Tentauit Deus Abraham. De secundo. Tenta nos obsecro diebus decem. De tertio: Cur Sathanas tentauit cor tuum. ¶ Porrò duobus modis tentamur interius per delectationē, & exterius per suggestionem: interior tentatio parum efficit: exterior multum proficit, si non consentiatur, sed resistatur. Scriptum est enim: Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Rursus: Beatus vir, qui suffert tentationem: quia cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Cùm igitur citra consensū tētamur, ducimur in tētationē: cùm cōsentimus, in tētationē inducimur: sicut piscis ante capturā ducit in rete. Cū aūt in ducitur,

4

Eccl.8

5

6

7

ducitur,capitur & tenetur:tunc impletur, quod Iacobus Apostolus ait: Tentatur aũt vnusquisq; à concupiscentia sua mala abstractus,& illectus:deinde, concupiscentia cùm cõceperit, parit peccatum: peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. Verùm cum idem Apostol.dicat: quia Deus est intentator malorum. Quid
8 est, quod petimus, ne Deus nos inducat in tentationem? Sed † dicendum est,quòd Deus quodammodo tentat & quodammodo non tentat:tentat vt probet,iuxta illud Proba me Deus,& tenta me,non tentat vt fallat: iuxta illud: Deus neminem tentat. Petimus ergo, ne nos Deus in tẽtationem inducat, id est, ne permittat induci: quia sicut dicitur: Non est malum in ciuitate, quod Deus non faciat, id est, quod fieri nõ permittat. Scriptũ est enim: Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis,quasi dicamus: Da nobis spiritum pietatis,& mansuetudinem spiritus, vt per spiritum pietatis vincamus tentationes; exercendo nos ad pietatem,& per mansuetudinem vincamus iram, non reddẽdo malum pro malo.Vincamus etiam inuidiam,
Roma. 12. quæ opponitur pietati,ut ita possideamus terram uiuentium, quam per spiritum pietatis,& per mansuetudinem spiritus obtinebimus. Nam pietas promissionem habet vitæ,quæ nunc est & future,& beati mites, quoniam ipsi possidebũt terram,Vnde
Ps.36 Psalmista.Mansueti possidebunt terram,& delectabuntur in multitudine pacis. ¶ Di-
9 mitte nobis debita nostra &c. debita † dicuntur peccata, quæ nos debitores pœnæ constituunt. non enim hic agitur de debitis pecuniarũ,sed offensarũ. Tria aũt sunt debita, q̃ petimus nobis dimitti, scilicet peccatũ in Deũ,peccatũ in proximũ,& peccãtũ in nos,uñ peccauimus cũ patribus nostris, iniustè egimus, iniqtatẽ fecimus.vñ Psa.105.Peccauimus cum patribus nostris in Deum,iniustè egimus in proximum,iniquitatem fecimus, in nosmetipsos.Et quia peccauimus in Deum:ideò petimus,ut ipse dimittat nobis debita nostra, quia peccauimus in nos,ideo petimus, ut dimittat nobis debita nostra, quia peccauimus in proximum,ideò petimus, ut dimittat no-
Matt. 18 bis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc pacto ergo & ea conditione nobis dimittuntur,si nos dimittamus debitoribus, alioquin etiam dimissa reuocantur in debitum, secundum illud euangelij: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi,quoniam rogasti me,nonne ergo oportuit & te misereri conseruo tuo, sicut & ego misertus sumtui? Et iratus Dominus eius tradidit eũ tortoribus quo adusque redderet vniuersum debitum, sic & pater meus cœlestis faciet uobis si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris,Vt ergo Dominus euidenter ostenderet,quod nullus est totius orationis fructus,nisi debitoribus dimittamus,in fine eiusdem euangelij subiũxit ad omnia: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet uobis pater vester cœlestis peccata vestra.Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet uobis peccata uestra. His ergo, qui debitoribus non dimittunt,hæc oratio nõ prodesse videtur, sed obesse. Nam qui sic petit sibi dimitti sicut debitoribus suis ipse dimittit, profectò si non dimittit ipse debitoribus,videtur petere,ut sibi non dimittatur.de cons.distinct.ij.panem. ¶Sed
quæritur, quid † tenetur illi dimittere, 10
qui nec satisfacere vult: nec veniam postulare? Sanè distinguendum est inter perfectum & imperfectum. Is, qui viam perfectionis arripuit,etiam non petenti veniam omnibus modis indulgere tenetur, vnde in canone Inno.de pœ. dist. v. c.fi. legitur. Falsa est pœnitẽtia si pœnitẽs offenso nõ sat faciat:aut si offenderit offensus non indulgeat.Qui verò nõdũ perfectionis uotũ assumpsit, tenetur quidem rancorẽ cordis deponere, sed non tenetur satisfactionem debitam condonare:vnde in canone Fabiani.xxiij.q.iiij.cum in lege.ita,canitur. Si quis contristatus reconciliari noluerit fratri suo,satisfaciẽte eo,qui cõtristauit,acerrimis maceretur inedijs, vsque dum gratã
Matt. 5. ti animo satisfactionem recipiat. Quãquã omnes vniuersaliter teneamur diligere inimicos nostros,& benefacere his,qui oderunt nos,& orare pro persequentibus & calumniantibus nos.xc.distin.si quis. Quia verò sunt culpæ in quibus culpa est relaxare vindictam.xxviij.distinct.quæ sunt. & si
† peccatum in nos teneamur dimittere: 11
peccatum tamẽ in Deum & in proximum debe-

debemus punire. Quisquis ergo laborans odio vel inuidia,grauatur magis hac oratione,quàm iuuetur, nisi iam propositum habet dimittendi.Veruntamen non in sua quisque,sed in totius ecclesiæ videtur persona orare: vnde non dicit, dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto debitoribus meis,sed dicit:dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quidam etiam volunt ita illud intelligi,dimitte nobis,&c.id est,sic dimitte nobis debita nostra ut & nos dimittimus debitoribus nostris.q.d.Da nobis donum scientiæ, luctum & virtutem, quatenus tã nostra, quam aliena peccata cognoscamus & defleamus, ut nobis debita nostra, dimittas: & ita consolationem habebimus aduersus inuidiam, quæ facit hominem dolere, & de alieno bono tabescere, aduersus iram,quę est contraria scientiæ: quia ira impedit animum ne possit cernere verum .xj. q.iij.illa.& cap.seq. per scientiam enim & luctum in præsenti remissione accipimus, & in futuro consolationem
Ps.50 habebimus:iuxta illud quod legitur:A de
Mat.5 licto meo munda me, quoniam iniquitatẽ
Ioan.6 meam ego cognosco,& beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Panem nostrum quotidianum, &c. Vnde in euangelio Ioannis: Domine semper da nobis panem hunc:πάντα autem Grecè, interpretatur latinè omne.vnde:Oramus ut omnipotens pater omnem uictum spiritualem,& carnalem & corporalem omni tempore
2 largiri dignetur. ¶ † Quinque autem panes sunt nobis necessarij:in via quatuor,& quintus in patria,corporalis ad sustentationem,spiritualis ad informationem, doctrinalis ad eruditionem,sacramentalis ad ex
Deu.6 p ationem,& eternalis ad fruitionem. De
Mat.4 primo legitur:Non in solo pane uiuit ho-
Luc. 11. mo.De secundo:Amice,accommoda mihi
1.Cor. 11 tres panes. De tertio:Venite,comedite pa-
Ioã.6. nem meum.De quarto, Qui panem Domini manducat indignè, reus erit corporis Domini.De quinto: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Postquam enim fuerint homini peccata dimissa, necessarius est ei spiritus fortitudinis, vt premissum est:ideo dicit:Panem nostrum quotidianũ id est,nobis quotidie necessariũ, alioquin quod nostrum esset,nobis dare non posset, nisi prius desineret esse nostrum: extrà de fide instr.c. inter. Da nobis hodie. q. d. da nobis spiritum fortitudinis:qui multiplici pane roborat animam, ne deficiamus in præsenti, esuriendo iusticiam, per quam expellentes acidiam & tędium de bono, plena iustitia saturabimur in futuro:secundum illud: Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam,quoniam ipsi saturabuntur. Mat. dicit † Panem nostrum supersubstantialẽ: 13
quod duobus modis potest intelligi: velut vna sit dictio: quasi da nobis panem nostrũ supersubstantialem, id est Christum qui est supersubstantialis, id est, super omnem substantiam, scilicet creatam qui panis est in altari:vel vt sint duæ dictiones,quasi da nobis panem nostrum,id est.Christum,qui est proprius cibus fidelium: & hoc super panem, id est,præter panem substantialem id est, necessarium ad sustentationem.q.d. Da nobis vtrunque, scilicet mentis & corporis.Lucas dicit: Panem nostrum quoti- Luc.
dianum, quod tam de corporali, quàm de 11.
sacramentali pane potest intelligi: videlicet de viatico. Græcus habet ἐπιούσιον quod interpretatur super substantialem. de consec.distinct.ij. in calice, in fin. Hebræus verò segola, quod interpretatur egregium,uel peculiarem. Ob hoc fortè Lucas videns Matthæum dixisse segola, quod sonat pecuniarem, dixit quotidianũ. Græcus autem interpres Matthæi,quia vidit eum dixisse segola,quod sonat egregiũ dixit ἐπιούσιον scilicet supersubstantialem. ¶Fiat uoluntas tua. Hoc † rogamus,ut quomodo angeli uel omnes sancti 14
inculpabiles Deo seruiũt, ita & nos absq; graui peccato illi seruiamus in terra. ¶Voluntas Dei, dupliciter intelligitur, scilicet &[beneplacitum Dei æternum, & signum beneplaciti temporalis. Beneplacitum Dei æternum,semper impletur.vnde: Ro. 9.
& uoluntati eius quis resistet? & omnia Psal.
quæcunque uoluit Dominus, fecit. Signa 134.
beneplaciti temporalis sunt quinque,præ Psal.
ceptio, prohibitio,permissio,cõsilium,& 109.
operatio: vnde Magna opera Domini exquisita in omnes uoluntates eius. Hæc nõ semper implẽtur,sed,ut impleantur, oratur, unde dicitur. Fiat uoluntas tua, id est, opere compleatur, quod præcipis, quod consulis, quod suades, quia non sufficit uo

Universidad de Deusto Biblioteca

iuntas, nisi adsit facultas. lxxxvj. d. non sa-
15 tis. ¶ Sicut in † cœlo & in terra, id est, si-
cut illi qui sunt in cœlo, uoluntatem eius
faciũt, sic & nos in terra faciamus. vel sicut
in cœlo & in terra, id est, sicut in angelis,
ita & in hominibus, vel sicut in perfectis
Gal. 5 ita & in conuersis. Vel sicut in Christo, ita
& in ecclesia, vel sicut in mente, ita pariter
& in carne, ut caro non concupiscat aduer
Psal. sus spiritum, secundum illud: Cor meum
37. & caro mea exul. in. d. v. dist. da nobis spiri
Mat. 5 tum consilij, ut faciamus voluntatem tuã
maximè misericordiam, quæ perimit auaritiam, quatenus misericordiam consequa
mur: secundum illud: Beati misericordes.
q. mi. con. Sicut enim auaritia consistit in
acquirendo, & retinendo: ita misericordia consistit in dando & dimittendo, hu-
ius petitionis & aliarum duarum imple-
tio, inchoatur in uia, & consumatur in pa
tria, vbi nil uelle poterimus, nisi quod
Deũ uelle sciemus, tũc diligemus Deũ ex
toto corde, & ex tota mente & ex tota
aĩa. ¶ Et ex † corde, id est, intellectu, dili
16 gimus filiũ: toto. i. sine errore, Ex mente. i.
memoria, diligimus patrẽ. tota, id est, sine
obliuione, Ex anima, id est, uoluntate, dili
gimus spiritum sanctum: tota, id est, sine
contrarietate, patrem potentem, filium sa
pientem, Spiritum sanctum benignum, id
est trinitatis potentiam, sapientiam, & bo
nitatem. Adueniat regnum tuum. Hoc ro
gamus ut semper Christus regnet in no-
bis & non peccatum, ut nos paratos inue-
niat quando animam à corpore iubebit
exire. ¶ Regnum autem Dei dicitur, &
17 † militans ecclesia, quia regitur, & trium-
phans ecclesia, quia regnat. Item regnum
Dei dicitur, & gratia fidei, & gloria spei.
Rursus regnum Dei, dicitur & intellectus
scripturæ, & locus patriẽ. ¶ De regno mi-
litantis ecclesiæ scriptum est, Exibũt ange-
Mat. li messores, & colligent de regno eius om
13. nia scandala. ¶ De regno triumphantis ec-
Mat 8 clesiæ reperitur: Venient & recumbent cũ
Iu. 17 Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlo-
Math. rum. ¶ De regno fidei dicit scriptura: Re-
25. gnum Dei intra vos est. ¶ De regno spei
Matt. Dominus ait: Percipite regnum, quod uo-
21 bis paratum est ab origine mundi. ¶ De re
Math. gno scripturæ legitur. Auferetur à vobis
13 regnum Dei: & dabitur genti facienti fru
Luc 11 ctus eius. ¶ De regno patriæ reperitur: Ful
gebunt iusti, quasi sol in regno patris eo-
rum, sed etiam ipse Christus dicitur regnũ
Dei, secundũ illud: Si ego in digito † Dei
eijcio dæmonia, profectò uenit in uos re- 18
gnum Dei. Aduenìat igitur regnum tuum,
id est, adueniat regnum ad regnum, mili-
tans scilicet ad triumphantem. Vel regnũ
tuum adueniat, id est, ad videndum te ve-
niat: ut regnum fidei ad regnum spei tran-
seat, quoniam hæc est vita æterna, ut co-
gnoscamus te solum, uerum Deum, & quẽ Io. 17
misisti Iesum Christum. quasi dicat, Da no 1. Cor.
bis spiritum intellectus, quo mundati cor 13
de intelligamus te in præsenti regnare,
per fidem, ut in futuro, videamus te regnã
tem in nobis per spem. Tunc cognosce-
mus, sicut & cogniti sumus, videntes tũc
quasi per speculum in ænigmate, sed tunc
facie ad faciem eum videbimus, quomo-
do videbimus Deum Deorum in Sion.
Quod est contra gulam, de qua prophe- Osee. 4
ta. Vinum (inquit) & ebrietas aufert cor.
Per intellectum enim desinit homo car-
naliter uiuere. Vnde Hierony. Ama
scientiam scripturarum, & carnis uitia nõ
amabis. ¶ Sanctificetur nomen tuum. †
Hoc rogamus, ut nos sancti simus, & iusti, 19
& recedamus à malo, & semper faciamus
bonum. Et nota, quòd nomen patris qua-
tuor modis sanctificatur, in filijs duobus
modis in uia: & duobus in patria. In uia,
per efficientiam & perseuerantiam: in pa
tria per consummationem & effectionem.
In uia nanque nomen patris sanctificatur,
in filijs, quando sanctificationis effectum
operatur in eis. Vel, quando sanctificatio,
quam acceperunt in nomine patris, perse
uerat in illis. In patria verò, nomen patris
sanctificatur in filijs, quia sanctificatur &
confirmatur in eis: ut nunquam possit à fi-
liationis gratia separari, hic est quasi mo-
bile nomen patris in filijs. Nam & Iudas
quandoque fuit filius, & quandoque non
fuit, pro qua possibilitate mouendi, dixit
Apostolus & habetur iij. q. vij. §. quod te-
statur: Castigo corpus meũ, & in seruitu-
tem redigo, ne fortè cum alijs prædicaue-
rim, ipse reprobus efficiar. Ibique nomen
patris sanctificatur in filijs, quia vbi tales 1. Cor.
sunt filij, in quibus pater sanctus apparet: 9.
tunc erunt manifesti, qui nunc sunt occulti
secun-

Sap. 1. secundum illud: Nos insensati vitam illo
rum æstimabamus insaniam, & finem illo-
rum sine honore, & ecce, quomodo compu-
tati sunt inter filios Dei, & inter sanctos
sors illorum est. Dicitur ergo: sanctifice-
tur nomen tuũ: quasi dicat. Da nobis spi-
ritum sapientiæ: prout dicitur à sapore, id
est, iucunditatem æternam, ut gustemus
quàm suauis est Dominus, generans in no
bis pacem, id est, motuum interiorũ quie-
tem, ut caro nostra non cõcupiscat aduer-
Ps. 33 sus spiritum, quia non est pax ossibus meis
Gal. 5 à facie peccatorum meorum, ut ita sancti-
Ps. 37 ficetur nomen tuum, id est, pater in filijs,
quatenus in præsenti difficile, in futuro
nequaquam à filiationis gratiam separe-
mur: quod est manifestè contra luxuriam,
quia qui laborat, non iucundatur in ea, &
qui pacem mentis non habet filius Dei nõ
Iob. 1. est, sed iumento assimilatur: quia quasi iu
mentum in suo stercore computrescit: gu-
stato enim spiritu desinit omnis caro. ¶ In
20 † fine Dominicæ orationis ponitur Amẽ:
quod ad omnes petitiones refertur. He-
bræus autem ponit in fine, unum ex his tri
bus amen, sela, salem, quæque sonant verè
semper pacem. De amen, dictum est sub ti-
tulo de salutatione ad populum: licet au-
tem amen, quandoque affectum optantis
exprimat: hic tamen conclusionis affirma-
tionem ostendit. Vnde glossa Matth. 6. A-
mẽ significat in his omnibus petitionibus
indubitanter, à Domino tribui, quod peti-
tur si vltimę conditionis pactum seruaue-
rimus: vnde subdit: Si dimiseritis &c. &
ideo amen hic non à populo, vel à clero,
sed à sacerdote profertur: cum enim ipse
sit mediator inter Deum & hominẽ: quia
eius est vota populi Deo offerre, & ipsius
voluntatem populo renuntiare, sicut legi
21 tur Exod. 19. Magis † congruit illud à sa-
cerdote proferri, à quo conuenit petita à
Domino fuisse concessa affirmari, quàm à
populo cui huiusmodi renũtiatio ipso me
diante fieri debet. In alijs verò orationi-
bus, quæ in officio ecclesiastico dicuntur:
Amen exprimit potius affectum optantis,
quàm conclusionem affirmantis, ideoque
in illis congruè profertur à populo, à quo
optatur, quod in illis à sacerdote orãte po
stulatur. Profert tamẽ hic sacerdos amen,
sub silentio. Primò in signum, quòd Domi
nus vult orantes latere, quòd à Domino
exauditi sint, ne postmodum tepescant. Se
cundò, quia si alte proferret, amen, quo af
firmatur orationem dominicã exauditam
esse, iudicari posset præsumptio, & quæ-
dam ostentatio sacerdotis.

ADNOTATIO.

* Abba] Vel seruans pueros, παῖδας πνῶ-
ρου. si uerbum compositum explices.

SVMMA.

1 *Missæ tertia pars, vbi incipiat.*
2 *Embolismus, duplex.*
3 *Embolismorum & præfationum consuetudo.*
4 *Pacem petens sacerdos, quorum precibus in-*
nitatur, & suffragijs. & nu. 5.

Tertia pars missæ de silentio, post domini-
nicam orationem. Cap. 49.

TERTIA pars missæ inci
pit in hac oratione. Li-
bera † nos quæsumus 1
Dñe &c. Quæ oratio, di
citur ἐμβόλισμος uel su
per excrescẽtia, & eo q̃
nihil in ea petiẽ, quod
in pręcedenti oratione dominica petitum
non fuerit: nec tamen superfluit, quoniam
est repetitio & expositio nouissimæ peti-
tionis illius. Illa enim dicit: Libera nos à
malo, ista dicit: Libera nos quæsumus &c.
Et subdit, à quibus malis, scilicet à præsen
tibus, præteritis & futuris: subditur etiam
trãsitus ad orationẽ, pro pace ibi: Intercedente beata &c. Vel dicitur super excre-
scentia, quia in primitiua ecclesia multo
tempore dicta non fuit. ¶ Et no. quod † du 2
plex est ἐμβόλισμος: videlicet quotidianus
& annuus, quotidianus est hęc oratio: cum
. n. amen sit finis dominicæ orationis, & il
lud reseruetur sacerdoti, à clero dicente,
sed libera nos à malo, ut præmissum est: pa
tet q̃ hęc oratio intelligitur embolismus,
non solũ quotidianus: verum etiam dñicæ
orationis. Embolismus etiam quotidia-
nus, sunt præfationes: ut nerè dignum &c.
Et communicantes &c. & hãc igitur obla
tionem offerri. &c. te igitur clemẽtissime
pater.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater. Annuus verò embolismus, est consecratio olei infirmorum: de qua dicetur in sexta parte sub titulo de cœna Domini, & benedictio vuarum & agni paschalis & huiusmodi, & etiam frugum & fabarum primarum, quæ ex institutione Euthiciani Papæ super altari benedicuntur. ¶ Embolismo finito non cõcluditur, per Dominum.

3 ¶ † Hæc enim est embolismorum & præfationum consuetudo: sed ei continuatur oratio. Da propitius pacem &c. Da pacem inquam pectoris. vt simus à peccato liberi. Da pacẽ temporis, vt simus ab omni perturbatione securi: nocet .n. infirmis perturbatio: & ecce quàm apertè enodatur à quibus malis erui deprecemur. Hec autem oratio: Libera nos &c. sub silentio dicitur: prout dictum est sub titu. de pater noster super verbo: Oremus præceptis, quod silentium significat sabbatum, quo corpus Domini in sepulchro quiesciit: tunc enim
Lu. 23 nullus fidẽ prædicauit. Vnde Luca testante: Mulieres quæ parauerant vnguenta, sabbato quidem siluerunt, secundum mandatum legis. Christus tamen non siluit: imo ipse qui secundum carnem in sepulchro quiesciit: secundum animã descendit ad inferos, vt fortior superueniens superaret fortem armatum: ad quod significandum ecclesia Romana, dicit ipsam orationem alta voce in die parasceues, & Mediolanensis semper, & tunc momordit infernum, ducẽs suos vinctos de lacu, in quo non erat aqua, liberans eos de malis preteritis, præsentibus, & futuris, & dans eis perpetuam pacẽ, in qua sunt semper & à peccato liberi, & ab omni perturbatione securi. Vnde de hoc lacu liberari se, & totam ecclesiam orat presbyter dicens: Libera
4 nos &c. Et † quia nos indigni sumus veniã de præteritis & præsentibus atque futuris promereri, nisi nobis donetur oratione beatæ virginis, & beatorum Petri & Pauli atque Andreæ & aliorum sanctorum, ideo hic eos in nostrum patrociniũ invocamus. Ad impetrandum ergo pacis gratiam, imploratur mater Salomonis, id est viri pacifici, & Michael nuntius pacis, & Baptista præco pacis, & tres Apostoli testes pacis, & non plures, quia in ore duorũ vel trium
Matt. testium stat omne verbum. Prius ergo ora
12. mus, vt liberaremur à malis: nunc verò pro pace oramus. Rursus licet omnes Apostoli superius fuerunt propter authoritatem apostolatus connumerati: in hac tamen oratione, quæ triduã, quo Dominus in sepulchro iacuit, designat, tres repetuntur & specialiter isti tres propter aliquas eorum prerogatiuas, videlicet propter priuilegium prærogatiuæ dignitatis, quo ad Petrum: propter priuilegium predicationis & immensi laboris, quo ad Paulum, & propter priuilegium nimium concupitæ crucifixionis, quo ad Andream. Adhuc † in hac oratione est intentio inuocare non solum Apostolos, verũ etiam omnes sanctos, qui per triplicem statum distinguuntur: sicut & omnes qui sunt in ecclesia militante: aut enim fuerunt, vel sunt in statu coniugali, qui per Petrum: aut in statu continentiæ, aut viduali: qui per Andræam, qui secundum Chrysostomum creditur in viduali statu fuisse, aut in statu virginali, qui per Paulum designatur, ad quem statum etiam Angeli reducuntur: quia virginitas est soror Angelorum, & de beata Maria etiam fit mentio, tanquam de porta misericordiæ. ¶ Postremo nota q̃ post secretam tria dicuntur ad mysterium consecrationis corporis Dñi perficiendũ, videlicet: Præceptis salutaribus, & oratio dñica, & hæc oratio: Libera nos quæsumus, & hoc propter tres dies, quibus dñi corpus iacuit in sepulchro: siue propter triplicẽ legem, scilicet naturalẽ, Mosaicã & euangelicã.

S V M M A.

1 *Patenam tradit sacerdoti diaconus, finita oratione dominica.*
2 *Patena cur se signet sacerdos.*
3 *Sacerdotis manum seu humerum dextrũ diaconus osculatur. Et quare id.*
4 *Patenam ad quid osculetur sacerdos.*

De resumptione patenæ. Cap. 50.

VIA post passionis tristitiam ad resurrectionis gaudium peruenitur, iuxta illud: Ad vesperũ demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia, ideo subdiaconus Ps. 29
interea dum chorus respondet: sed libera nos

1 nos à malo, accedens † ad diaconum, tradit illi patenam inuolutam: diaconus vero illam recipiens eam reuelat, & reuelatam representat, & tradit sacerdoti, osculando illius manum, aut humerũ dextrum. Sacerdos uerò cum ea signum sanctæ crucis sibi facit in facie, & eãdem postmodum osculatur. Hi quidem tam numero quàm obsequio sanctas illas mulieres significãt,
Matt 28 de quibus narrat Euangelista Matthæus, quòd uespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria, & altera Maria uidere sepulchrum presentantes patenam, id est, cor patens latitudine charitatis, in obsequium sepulturæ. Iuxta, quod legi-
Marc. vlti. tur, quòd mulieres emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum: & ualde mane una sabbatorum, ueniunt ad monumẽtum orto iam sole, & dicebant adinuicem, quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? Accessus igitur diaconi: qui Marias significat in tradendo patenam, significat illud quòd Mariæ uenerunt uidere sepulchrum, & resurrectionem Christi latè credentes, eam Apostolis nuntiauerunt: qui demum Domino suæ fidei latitudinem obtulerunt, & ideo de manu diaconi patenã, id est, latitudinem charitatis accipit sacer-
Io. 20 dos, id est, Christus acceptat. Vel per subdiaconum intelligitur Nicodemus, qui etiam latè credidit & obsequium exhibuit Saluatori. Quòd vero patena prius inuoluta, dehinc reuelata ad altare deportatur: hic est Moses de fiscella ad regiã perductus domum. Exod. 2. Lex quidem quæ latuit, sed cognitis mysterijs, ab ecclesia exaltata, ad Christum ascendere de Aegy
2 pto docẽs. ¶ Quod vero sacerdos † super patena sibi à ministris oblatã signum crucis facit, representat illud, quod in Mattheo legitur quod principes sacerdotum, & Pharisæi signauerunt lapidem cum custodibus: sed nec ratio ista nec signum sanctæ crucis, necessitatis sunt. Item, quod patenã oblatã recipit, significat quod Christus omnes ad se ex charitate redeuntes cũ desiderio recipit: quod etiam ex eo patet, q̃ statim Mariẹ perseueranti & alijs comparuit. De hoc etiam dictum est sub titulo de oblatione sacerdotis. Post traditam diacono patenã, subdiaconus manipulam, qui patenam tenuerat inuolutã, plicatam nõ super pallam altaris, sed alibi deponit, in quo significatur illud, quod legitur Io. 20. quia Petrus in monumentum intrans, vidit sudarium, quod super caput Christi fuerat non cum linteaminibus positum licet separatim in vnum locum inuolutum.
† Diaconus autem manum seu humerum 3
dextrum sacerdotis osculatur: ad notandũ, quod ipse vult esse socius in passione, ut socius sit in regno: extrà de sepulc. c. j. secundum quod dicit Apostolus. Si compatimur, & conregnabimus. ¶ Rursus, quod osculetur dextrum illius humerum, significat, quòd Deum hic videre nõ possumus, nisi per speculũ & in ænigmate: in futuro uerò uidebimus eum, sicuti est: quia uerò crucifixus ardenti desiderio quærebatur, 1. Io. 3
iuxta quod Angelus inquit mulieribus, Matt. 28
scio, quia Iesum quæritis crucifixum. ideirco cum patena signatur crux in facie sacerdotis, in qua maximè uires animæ uigent, & ut hoc signo munitus possit Dei seruicium, sine impedimento consummare. Statimque sacerdos osculatur patenam: ostendens, quod Christus confestim impleuit desiderium mulierum. Mox enim occurrit Matt.
illis, dicens: auete: quæ procidentes tenue 28
runt pedes eius, & adorauerũt. Nec est dubium, quin pedes eius fuerint osculatæ, de hoc sub titulo de osculo pacis dicetur. Osculatur ét patenam, quasi petens à Deo pacem corporis & animæ. Oratur etiam pro pace temporali, quod fit specialiter in quibusdam ecclesijs, osculum etiam huiusmodi charitatem significat, prout dicetur ibidem. ¶ † Rursus ideo se signari cum pa- 4
tena, & osculatur post illam, ad notãdum, quod si per passionem filij reconciliamur Deo patri, erimus & hæredes regni cœlestis: uel signum crucis, cum osculo significat gloriationem Christi in cruce cũ charitate. Quidam ét cum patena se signant, ante pectus per quod significatur syncera affectio, quæ per partes corporis & cordis in sacra scriptura significatur. Quidam autem prius osculantur patenam, cũ dicunt. Da propitius pacem: & postea cum osculata patena in vltima clausula, scilicet ab omni perturbatione securi, se signant. quia per crucem, & hoc sacrificium & odorem eius omnia in cœlis, & in terris pacificata denuntiant. Quidam quoque conse-
quenter

quenter osculantur summitatem, & pedem calicis: quod osculum prætendit intimum effectum ad monumentum seu sepulturam Christi: exemplo Magdalenæ: quæ ex affectu stabat ad monumentũ foris plorans, vt dicitur in Ioanne. Osculũ quoq; pedis calicis, significat osculum pedum Christi: de quo iam dictum est. Aliqui etiam cum patena summitatem, latus & pedem calicis tangunt: quod similiter ex affectu intimo faciunt, quasi totũ monumentum amplectentes, quod per calicem & patenam repræsentatur. hoc enim proprium est feruenter amantium, quòd non satiantur dilectum ex omni parte corporis sui tangere, & etiam res dilecti, quod maximè ostendit Magdalena, quæ à monumento non recedebat. Tactus quoque cum patena in summitate, & latere, & pede calicis, significat tres cruciatus Domini, scilicet in capite, in latere, & in pedibus.

Io. 20

SVMMA.

1 *Hostiæ fractio, quomodo fieri debeat. & nu. 2 3.8.10.11.12.13.15.16.18.19.*
4 *Hostiæ fractio, ad quid fiat.*
5 *Hostia primò per medium frangitur. & quare idipsum.*
6 *Hostiæ altera dimidietas, cur iterũ diuidat.*
7 *Hostiæ particula, post subdiuisionem remanens in sinistra, cur coniungatur parti super patenam positæ.*
9 *Beatorum tres ordines.*
14 *Sacerdos cur dicit in missa sub fractione hostiæ, Pax Domini sit semper vobiscum.*
17 *Hostiæ particula, cur mittatur in sanguinem.*
29 *Hostia cur diuidatur in tres partes.*
21 *Hostiæ tres partes, quid significent. & nu. 22*
23 *Benedictio solennis cur detur ab episcopo. In missa verò pro defunctis, minus. nu. 24.*

De fractione hostiæ. Cap. 51.

INITA oratione præmissa, scilicet: Libera nos & resumpta patena diaconus discooperit calicem, inde remouens corporale, & super calicem sedulo intuetur.

1 De inde sacerdos intendens hostiã † frangere, ipsam de altari leuat, supponens illi patenam & super ora eius collocat: inde tollens eam super calicem per mediũ frangit, dicens: Per eundem Dominũ nostrum. Et in quibusdã ecclesijs partem, quæ post fractionem in dextra manu remansit, ponit super patenam, dicendo: qui uiuit &c. Partem uerò, quæ in sinistra remansit, iterum per medium frãgit, & particulam, quæ post subdiuisionem in sinistra manu remansit, coniungit parti prius super patenã positæ dicendo, in vnitate sancti Spiritus &c. Alteram uerò particulam in dextra remanentem, tenet super os calicis, cum duobus digitis, scilicet cum pollice & indice, & erecto calice simul & ipsa particula, parum cum ambabus manibus eleuatis alta voce, dicens: Per omnia secula seculorum, quo dicto, calicem simul cũ hostia deponit proferẽs: Pax Domini sit semper uobiscum: & hoc dicendo, producit ter signum crucis super calicem, cum dicta hostiæ particula: deinde mittit particulam illam in calicem, dicens. fiat commistiò corporis &c. & postea per episcopum datur benedictio solennis. De singulis igitur est uidendum: & primo quare diaconus discooperit calicem, & in eum discoopertum intuetur. ¶ Circa quod dicendum est, quod os calicis, in hoc loco ostium significat monumenti, de quo diaconus corporale remouet, & in eo sedulo intuetur: significans quòd Angelus Domini lapidem ab ostio monumenti reuoluit, & linteamen amouit: & in sepulchro diligenter aspexit. ¶ Secundò uidendum est, quare sacerdos hostiam super patenam locat, & inde eam tollens super calicẽ frangit. Circa quod dicendum est, quod per calicem Christi passio, uel etiam æternæ beatitudinis fruitio designatur. unde Psal. Et calix meus inebrians quàm præclarus est, & iterum: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ &c. Per patenæ rotunditatem, bonorum operum perfectio significatur, sacerdos ergo uolens hostiam † frange e, primo eam super patenã locat, ut inde illam tollens super calicẽ frangat, ad significandum, quòd nemo passionibus mundi meritoriè ualeat exponi: uel etiam ad æternæ beatitudinis fruitionẽ admitti, nisi prius in bonorum operum perfectione fuerit solidatus

2

lidatus: unde Apostolus ad Ephe. vj. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die mala, & in omnibus perfectè stare.

3 ¶ Ad hoc patena † hostię supponitur, & super calicem frangitur, ad significandum qđ Christus ex latitudine charitatis per patenæ dispositionem significatæ se supponit passioni. Rursus super calicem frangitur, ne minutię sparguntur, sed in eius concauitate cautè recipiantur. Alibi tamẽ super patenam postea frangitur, ut ipse panis uiuus qui de cœlo descẽdit fractus, pro nobis in ara crucis rememoreẽ. Alibi quoque hostia comedenda de altari tollitur: nam in ueteri testamento sacerdos panes propositionis de altari sublatos comedebat: prout dictum est sub titulo de oblatione sacerdotis. ¶ Tertiò uidendum est

Ioã. 6.

4 quare hostia † frangitur: & quidem, quia in lege iubebatur simulago frustratim offerri: sed & redemptor noster benedixit panem & fregit: fractumque discipulis distribuit, & ideo sacerdos & legem & Christum sequens, panem sacrosanctum in tres partes partitur: ut in fractione panis Dominum agnoscamus, sicut & illi duo discipuli, Dominum cognouerunt, quibus ipse resurrectionis die euntibus in Emaus apparuit. Dum enim, sicut ait Prosper de cõsecratione distinctione ij. frangitur hostia & sanguis in ora fidelium infunditur, immolatio corporis Christi in cruce, & effusio sanguinis eius de latere designatur.

Math 26.
Lu. 24

5 ¶ Quartò, quare per † medium hostia frangitur? Circa quod notandum est, quòd in duas medietates frãgitur, iuxta duplicem prædestinatorum statum, scilicet æternæ glorię, & temporalis miserię, ideoque vna medietas subdiuiditur in duas partes; quarum una est de prædestinatis, qui purgantur in purgatorio, alia pro illis, qui adhuc uiuunt in hoc mundo caduco: prout infrà dicetur. ¶ Quintò, quare pars hostiæ post fractionem in manu dextra remanens, potius ponitur super patenam, quàm quæ in manu sinistra remansit? & quidem pars ipsa quæ in dextra manu remansit, designat prædestinatos, qui iã sunt in gloria, & iam tenet illam rectitudinem, cui nulla rectitudo admisceri poterit, & ideo merito in parte dextra tenetur. Altera uerò pars designat illos prædestinatos, qui adhuc sunt in temporali miseria: vbi multa obliqua, & pauca recta inueniuntur: quare merito in sinistra tenetur. Illa igitur, quæ est in dextra, cum diuidenda non sit, ut iam dicetur, super patenam deponitur, quæ uerò est in sinistra, cum diuidenda sit, non deponitur: sed diuidenda retinetur. ¶ Sextò, quare pars † quæ in sinistra remansit, iterum subdiuiditur? Ad quod dicendum est, quod illi qui sunt in gloria, uniformẽ statũ tenent, & una beatitudine fruuntur, ideo pars in dextra manu retenta, & super patenam collocata, quæ illos, vt præmissum est, signat, non frangitur, sed illi, qui sunt in temporali miseria, in statu, & miseria, sunt diuisi. Nam alius est status miseriarum, eorum qui adhuc uiuunt in corpore, & alius est eorum, qui purgantur in purgatorio igne, ideo pars, quæ in sinistra tenetur, illos significans, diuidi debet. ¶ Septimò, quare † particula post diuisionem remanens in sinistra, cõiungitur parti super patenã prius positæ? Ad quod dicendum est, quòd secundum Augu. Deus duas habet manus, scilicet dextram, qua miseretur, & sinistram qua punit illos, qui sunt in purgatorio, inquantum ibi purgantur: respondet sola punitio, & ideo particula, quæ in sinistra tenetur, illos figurat. Hi uerò, qui sunt adhuc in præsenti uita, in qua est status merendi, cõsequi possunt misericordiam, & ideo ipsi per aliam particulam, quæ est in dextra, signantur. Quia ergo de his, qui sunt in purgatorio, nullũ est dubium: sicut de illis, qui sunt in paradiso: quantum ad futuram gloriã, ideo merito particula, quæ erat in sinistra, eos designans, coniungitur parti prius super patenam positæ: quæ illos qui sunt in paradiso designat, quoniam isti illis indubitãter sunt coniungendi: de hoc tamen aliter infrà dicetur. Sed particula, quæ in dextra parte remansit, & designat eos, qui sunt in uita præsenti, illi parti quæ est super patenam, non coniungitur, sed in sanguinem mittitur: quia illi adhuc egẽt meritis passionis Christi: quæ merita processerunt ex effusione sanguinis agni immaculati. ex præmissa autem duarum partium coniunctione duo resultant quasi in modum iuræ cornua connexionem utriusque testamenti in Christi passione factam designantia,

6

7

Universidad de Deusto Biblioteca

tia, & illa uersus calicem corrigenda sunt, quasi sibi incorporent sanguinem, siue quo corpus non est. In hac etiam coniunctione repræsentatur, quod postquam aliqui tam præsentibus quàm futuris præsuris purgati fuerint, ipsi Deo, qui est nostra beatitudo, perfectissima unione iungen-
8 tur. ¶ † Octauò quare præmissę duæ partes extra calicem, super patenam reseruantur: super quo aiunt quidam quòd tres
9 partes hostiæ, tres status † beatorum figurant, scilicet qui sunt in cœlo, qui in purgatorio, & qui in mundo uersantur, ut iam dicetur. Per calicem autem, secundum aliquē respectum, ipsa æterna fruitio, vt præmissum est, figuratur. Quia ergo tam illi, qui uersantur in hoc seculo, quàm illi qui sunt in purgatorio, nondum ad illam fruictionem admissi sunt ideo ipsæ duæ partes extra calicem reseruantur donec sumantur. Sed hæc ratio non concordat per omnia cum premissis, & ideo alia ratio inferius assignatur. Potest etiam dici, quod duæ hostiæ partes ideo super patenam ponuntur: quoniam si omnes partes super os calicis ambabus manibus tenerentur, multa quidem pericula contingere possent, de facili enim posset errare, & pars non mittēda in calicē mitti, uel propter manuum tremorem partes possent in calicem cadere. Sacerdos etiam taliter impeditus, non posset quæ incumbunt libere expedire, & similia. Alij tamen omnes partes supra os calicis tenent, ne fortè propter illarum deportationem seu translationem aliqua inde particula cadat, aut remaneat in patena: de quo etiam sub titu. de communi-
10 catione sacerdotis dicetur. ¶ † Nono, quare particulam, quæ remansit in dextra, sacerdos super calicis tenet. Ad quod dicendum est, quod particula ipsa, ut præmissum est, repræsentat illos, qui adhuc in corpore uiuentes indigent misericordia Dei, sine prædictis meritis passionis Christi & sanguinis eius effusionis precedentibus. Tenetur ergo ipsa particula, supra os calicis, respectu directo ad sanguinem, vt detur intelligi intentio, necnon expectatio, & consideratio uiuentium, quo ad merita & passionem Christi, quòd tenetur cū pollice, per quem uigor uirtutis, & cum indice, per quem mentis discretio significatur: ad ostendendum, quòd cum fidei uigore & mentis discretione hęc consideranda, & expectanda sunt. Vel cum duobus digitis tenetur: ad designandum duplicem naturam, quæ fuit in corpore Christi: diuinitatem, scilicet & humanitatem. Et coniungitur sanguini: ad ostendendum, quòd qui dignè & cum fide merita, & passionem Christi considerant, & expectant eius passione & meritis iuuantur. ¶ Decimò, quare † sacerdos dicturus, per omnia secula se-
11 culorum se erigit? Et est dicendum, quòd cum ipse petere uelit perpetuam existentiam Domini nobiscum, & omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum sit. j. quæst. ij. quam pio. merito ad Deum se tunc corpore & mente erigit, spe-
12 rans se accepturum, quod petit. ¶ † Vndecimò, quare uerba ipsa proferens uocem suam exaltat, & parum calicem eleuat. Super quo dicendum est, quòd sacerdos Christi uicarius, hostia, ut præmissum est, fracta mox pacem annuntiaturus, vocem exaltat, ut populus pacem desiderans hoc intelligens dicat: Amen. xxxviij. distin. sedulo, & calicem parum ab altari eleuando ostendit, quòd Christus qui per passionem quę per calicem designatur, descen-
Io. 20 derat eleuatus per resurrectionem à mortuis pacem, postmodum discipulis timentibus nuntiauit, dicens eis: Pax uobis. Potest etiam dici, quòd quemadmodum premissum est: particula, quæ super os calicis tenetur repræsentat uiuentes, & credentes, & expectantes iuuari meritis passionis, & effusionis sanguinis Christi. Sed, ut credamus duo. Primum scilicet Christum, uerum fuisse Deum, & sanguinem & corpus nunquam fuisse à diuinitate separata. Secundum, Christum fuisse uerum hominem & corpus uerum, & sanguinē uerum, dicta non consequimur: propter hoc ergo calicem, & dictam particulā parum simul eleuat, ut ostendat, q firmiter credimus primum, & eam statim deponit, ut ostendat, quòd etiam eodem modo credimus secundum. ¶ † Duodecimò, quare dicta ele-
13 uatio, & depositio, fit cum utraque manu, & non cum altera tantum? Ad quod dicendum, quòd hoc fit, ut per hoc detur intelligi, quòd sicut præmissa duo credit intellectu, ita amat & appetit affectu & toto conatu.

natu. Fit etiā hoc modo, ut securius & de-
14 centius fiat. ¶ † Decimotertiò quare mox dicit altiori uoce, Pax Domini &c. Et quidem, qua nō solum per signa, uerumetiam
Io. 20 per uerba resurrectionis est gaudium exprimendum, ideo sacerdos per lætitiā de resurrectione habitam procedens statim deposito calice altioni uoce dicit. Pax Domini sit semper uobiscum. repræsentans, q una sabbatorum Iesus postquàm surrexit à mortuis, stans in medio discipulorum, dixit eis. Pax uobis, & iterum. Pax uobis. Io. 20. quasi dicat: Do uobis pacem pectoris in uia, & pacem æternitatis in patria. Idem
Apoc. 7 ergo innuit sacerdos dicens: Pax Domini, id est, pax pectoris sit semper uobiscum, id est, in præsenti hic: & pax æternitatis in futuro. Hæc quidem pax est illa, quæ tunc iustis data est, quādo anima Christi in infernū descendens inde omnes fideles eduxit, abstergens omnem lachrymam ab oculis eorum, ut amplius non sit eis dolor, sed pax, qua cum eo uiuant in eternum: uel illa, quæ data est corporis Christi, quando anima eius ad corpus redijt: vt sicut nunquam anima turbata est, pro corporis morte, ita nec ipsum corpus vlterius de sua mutatione turbetur: sed utraq; pace fruatur, & semper de æterna beatitudine lætetur. Io. 20
¶ † Decimoquartò, quare dicendo pax Do-
15 mini. &c. facit signum crucis supra sanguinem, cum dicta hostiæ particula? Ad hoc dicendum est, quòd tres cruces significant triduum, quo Christus fuit in sepulchro, uel quòd tres mulieres quærebant Christū crucifixum, ad ostium monumenti: vnde illud: Quem quæritis uiuentem cum mortuis. ¶ † Decimoquintò, quare dicto. Pax
16 Domini &c. chorus respondet? Et cum spi-
Lu. 24 ritu tuo, & quidem hoc dicendo, optat pacem ipsi sacerdoti, & petit etiam pacem sibi dari, & ut dignus sit illam recipere. prædicit ter Agnus Dei. Veruntamen Pape celebranti in ecclesia Sancte Mariæ maioris in urbe, & dicenti, Pax Domini. respondetur: prout in vj. parte sub titulo de pascha dicetur. ¶ Decimosextò, quare † dicta ho-
17 stiæ particula immittitur in sanguinem? Nempè fit hæc commistio. Primò, ad notandum, quòd Christi corpus non fuit sine sanguine, nec sanguis sine corpore. Secundo, ad designandum, quòd unum sacramentum cōficitur ex speciebus panis & uini. Tertiò, corporis & sanguinis post trinum crucis signum permistio, est animę ad corpus reditio. Omnibus enim in cœlo & in terra pacificatis uirtus Trinitatis animam crucifixi reduxit ad carnem, ne deresinqueret animam eius in inferno nec daret carnem eius uidere corruptionem. Iuxta, quod ipse dicit in Psal. Ego dormiui & Ps. 15
somnum cepi, exurexi: quia Dominus su- Ps. 3.
scepit me. significat ergo unitatē & animę & carnis, quæ in resurrectione Christi denuo sunt unitæ. Nam ut præmissum est panis ad carnem & uinum refertur ad sanguinem, quia secundum Philosophum in sanguine est sedes animæ. xxxiij. q. ij. Moses. de hoc etiam sub titu. de oblatione dictum est. ¶ Decimoseptimò, quando immis-
18 sio † sit facienda, & quidem aliqui infundunt particulam ipsam in calicem, postquam dicunt: Pax Domini &c. quoniam manifestum est pacem datam esse hominibus bonæ uoluntatis, per resurrectionem quam uerba ipsa significant. Alij uerò dicto, Pax domini &c. & dicto etiam prius, Agnus Dei &c. demum immittunt ipsam in sanguinem, ut eorum oratio efficacior sit pro eo quòd tenentes eam in manibus, dum dicūt: Agnus Dei &c. oculo corporali & mentali reuerenter intuentur. Tertij uerò eam immittunt cum dicunt: da nobis pacem. Cùm enim ter dicatur, Agnus Dei: & in primis duabus uicibus dicatur miserere nobis. in primo dicitur, miserere nobis: quantum ad animam quæ maximè fundatur in sanguine. In secundo quantum ad carnem: patet, quod ista duplex oratio diuisim dicitur, & ideo illa pars hostiæ per quam caro significatur, & sanguis, per quem anima intelligitur, non debent coniungi: dum illis duabus uicibus, dicitur Agnus Dei, sed solum in fine tertij Agnus Dei, ubi repetitur, Pax. secundum vtrunque scilicet secundum corpus, & secundum animam. Ipse enim lauit nos à peccatis nostris, in sanguine suo. † Quarti re- 19
ctius & usitatius agunt, quoniā dicto Pax Apoc.
Domini, & priusquam dicant Agnus Dei 1
&c. immittunt. certum est autem q Agnus Dei post salutationem repræsentat illud, quod Dns fecit, postquam discipulos visitauit: quando uidelicet dedit eis potestatē Io. 20

dimittendi peccata, & ideo ſacerdos illud
repreſentans poſt immiſſionem particulæ
hoſtiæ in ſanguine, dicit Agnus Dei, q tol
lit peccata mundi, miſerere nobis, ad deſi-
gnandum, quod ſicut ipſe corpus ſanguini
coniungit: ita nos cõiunctos eidẽ ſanguini
ſcũ meritis ex eius effuſione, præcedentibus
ſua pietate à peccatis emundet. Et immit-
tendo dicit uerba illa. fiat commiſtio cor-
poris, &c. quæ verba referenda ſunt ad ſpe
cies panis, & vini, quibus corpus Chriſti &
ſanguis continetur. Dicunt autem Agnus
Dei calice iam cooperto, ad notandum, q
Chriſtus in domo, oſtijs clauſis, dedit apo
ſtolis poteſtatẽ dimittendi peccata. ¶ De-
20 cimooctauò quare fiunt † tres partes? Ad
quod dicendum eſt q frangitur in tres par
tes. Primò in memoriã Trinitatis. Secũdò,
in memoriam triplicis ſtatus Chriſti. Pri-
mus, fuit in hominibus manens. Secundus,
fuit mortuus in ſepulchro iacens. Tertius,
eſt immortalis, in cœlo exiſtens. Tertiò ue
rò, in memoriã & ſignũ, q Chriſtus paſſus
fuit in triplici parte ſui, id eſt, in pedibus,
in manibus, & in latere. Quartò, in ſignũ,
q tres ſunt partes myſtici corporis: prima
eſt in cœlo, ſiue in patria, ſcilicet eccleſia
triumphans: ſecunda eſt in terra, ſcilicet
eccleſia militans: tertia eſt in purgatorio,
& hæc dicitur purgans. Quintò in typum
trium perſonarũ euntium in Emaus, ſcilic-
et Chriſti & Cleophæ, & ut quidam di-
Lu.24 cũt, Lucę. ¶ Decimonono, quid partes ipſæ
21 ſignificant, videndum † reſtat, & quidẽ pri
mum ſecundũ Gelaſium Papam pars in ca
lice poſita, ſignificat corpus Chriſti quod
de uirgine traxit: pars ſicca comeſta ſigni-
fi cat omnes fideles: pars reſeruata uſque in
finem miſſe ſecundum antiquum eccleſiæ
Romanæ morẽ, pro miniſtris uel infirmis,
ſignificat omnes mortuos. Secunda pars in
calice poſita, ſignificat eccleſiam militan-
tem: pars reſeruata, eos, qui ſunt in purga
torio. Tertiò Sergius Papa de conſecr. di-
ſtin. ij. triforme ita dicit: Triforme eſt cor
pus Domini. pars oblata in calice miſſe,
corpus Chriſti quod iam reſurrexit mon-
ſtrat: pars à ſacerdote comeſta, ambulan-
tem adhuc ſuper terram: pars in altari vſ
que ad miſſe finem remanens, corpus Chri
ſti. Vel ſecundum alios, corpus fidelium la
tens in ſepulchro: hæc pars remanet in al-
tari, uſque aſt finem miſſæ, quia uſque in fi
nem ſeculi corpora ſanctorũ in ſepulchris
erunt, ſed quòd pars uſque in finem miſſæ
reſeruetur, non eſt in uſu. Quartò etiam
modo, poteſt hoc myſterium explicari. eſt
enim corpus Chriſti uniuerſalis eccleſia,
ſcilicet cum membris, iuxta illud Apoſto. 1.Cor.
Vnus panis, & unum corpus, multi ſumus. 10
Et inueniuntur in iſto corpore, quaſi tres
partes, ex quibus totum conſiſtit, una pars
eſt ipſum caput: videlicet Chriſtus qui ca
put eſt, & pars corporis: altera pars, ſunt
illi, quorum corpora requieſcunt in tumu
lis, & animæ quæ regnant cum Chriſto, &
ſunt quaſi ſimul iunctæ. Hę duæ partes ca-
put ſcilicet, & hæc corporis pars altera: ſi-
cut ſcriptum eſt: Vbicunque fuerit corpus, Lu. 17
illic congregabuntur & aquilę. Propterea
in altari ſuper patenam duæ partes coni-
unctæ extra calicem reſeruantur, quaſi ex
tra paſſionem, quæ per calicẽ deſignatur.
Chriſtus enim reſurgens à mortuis, iã non
moritur: mors illi non dominabitur, & Ro. 6.
qui cum ipſo ſunt ſancti, non eſurient, ne-
que ſitient amplius, non cadet ſuper illos
ſol: neque ullus æſtus: quoniã priora tran
ſierunt. Tertia pars in calice ponitur, ſigni
ficans ſanctos, qui adhuc in mundo uiuunt, Apoc.
paſſionesque paſſuri ſunt, donec de hac ui 7
ta migrantes ad caput ſuum tranſeant: vbi
nec moriãtur amplius, nec vllatenus pa-
tiantur: vnde verſus: Tres partes factæ de 22
Chriſti corpore, ſignãt. Prima, ſuã carnem
ſanctosque ſecunda ſepultos. Tertia viuen
tes hęc eſt in ſanguine tincta. Martyrij cali
cẽ guſtãt in carne fideles. Quinto modo, ſe
cundum magiſtrum Gulielmum Antiſſio-
dorenſ. pars quæ in ſanguine mittitur, ſi-
gnificat uiuos: vna illarum, eos qui ſunt in
purgatorio: alia uerò illos, qui ſunt in
paradiſo. Orat enim Eccleſia pro uiuis:
ut in bono conſeruentur: pro eis, qui ſunt
in purgatorio: ut citius liberentur, & pur
gentur. pro eis qui in cœlo ſunt, ut o-
rent pro nobis. Sextò etiam modo ſecun-
dum Auguſt. pars in calicem mittitur
uel ponitur, pro nõ ſanctè uiuentibus, qui
uoluuntur in ſanguine & in peccatis. Alię
uerò duæ, pro mortuis offeruntur. Vna,
pro ſanctis, qui iam ſunt in requie, & illa
eſt gratiarum actio: quia nihil reſtat in eis
purgandum: altera pro illis animabus, quę
licet

licet ſaluandæ ſint, tamen adhuc ſunt in
pœnis, & ideo pars illa dicitur oblatio. Sa
nè particula hoſtiæ ĩ calice dimiſſa, ſtatim
calix cũ palla corporali cooperitur, quia
Chriſti corpus de cruce depoſitum, latuit
in ſepulchro ſyndone inuolutum, quæ per
ipſam pallam ſignificatur. ¶ Vigeſimo lo-
23 co videndum eſt, quare nunc ſolennis † be
nedictio datur. Et quidem hoc loco, ſcili-
cet ante pacem ſolennis epiſcopalis bene
nedictio datur: ad notandum, quòd pa-
cem nullatenus habere poſſumus, niſi Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus preueniat nos
in benedictionibus dulcedinis: quæ ſunt
benedictiones gratiæ ipſius: quia ſecundũ
Pſ.20 Pſ. Dñi eſt ſalus, & ſuper populũ ſuum be-
Pſ. 3. nedictio ſua. Dum aũt epiſcopus ſe ad po-
pulũ benedicendũ conuertit, populus re-
uerenter genu flectit, quaſi ipſo facto di-
Pſ.66 cat: Benedicat nos Deus Deus noſter, &
metuant eum omnes fines terræ: nam ip-
ſe eſt Dominus qui ad illius inuocationẽ
Pſal. benedicit. Vnde Pſal. Benedixit filijs tuis
147 in te. Et licet hęc ſolenniter benedicatur:
nihilominus quidam in fine miſſæ iterum
ſolenniter benedicunt, de qua benedictio
ne ibi dicetur, tum quia poſtquam Domi-
nus ſalutauit Apoſtolos, iterum dixit eis.
Pax uobis: ut iam dictum eſt, dicetur ſub
titu. de pacis oſculo: tum quia ſicut nõ poſ
ſumus bene incipere, uel pacem acquire
re, niſi diuinæ benedictionis gratia præue
niat, ita nec in bono proficere nec in pace
finaliter perſeuerare: niſi benedictionis
24 ſuæ gratia ſubſequatur. In † miſſa verò
pro defunctis, pontifex ſolenniter non be-
nedicit: tum quia in ea omnes ſolennita-
tes ceſſant: tunc quia hæc ſolennis benedi
ctio ſit non ſolum pro uenialium deletio-
ne uerumetiam pro populi excitatione, ut
in Domini adiutorio confidat, & benedi-
ctum in ſecula confiteatur, ac defuncti ne
lut abſentes excitari nequeunt, licet poſ-
ſint noſtris ſuffragijs adiuuari: tum quia
gaudium non debet luctui admiſceri. Il-
lud autem notandũ eſt, quòd per mortem,
& in morte Domini fidelis anima benedi-
ctionem percipit. Vnde circa mortis offi-
cium ritè diaconus ad eam humiliari inui
tat, dicens. humiliate uos, ad benedictio-
nem, & ſtatim põtifex benedicit. Quidam
aſſerunt hoc officium non eſſe de ſeptem
officijs miſſæ, eo quòd has benedictiones
Romana nõ inuenit eccleſia: vnde nec uti
tur eis, & ideo non hic, ſed in fine miſſæ be
nedicit. Sed quicunque inuenerit, rectè in
hoc loco ponuntur, ubi Chriſtus ad infe- Ge.49
ros deſcendiſſe repreſentatur, ſcilicet pro- Deu.1.
ximè ante reſurrectionem cum eductis de 33
carcere æternã tribuit benedictionẽ. Has
benedictiones præfiguraunt Iacob, qui fi-
lijs ſuis, & Moſes qui filijs Iſrael, & Chri-
ſtus qui diſcipulis moriens, benedixit.

SVMMA.

1 *Agnus Dei, cur dicatur.*
2 *Agnus quid ſignificet. Et quare ter dicatur.*
3 *Chriſtus ad tria venit.*
4 *Pax, eſt quadruplex.*
5 *Requies triplex optatur defunctis.*
6 *Sergius Papæ.*

De Agnus Dei. Cap. 52.

VIA Ieſus ſtatim, ut
ſalutauit Apoſtolos, ut
iam præmiſſum eſt, de-
dit eis poteſtatem re-
mitttendi peccata, di-
cens: Quorum remiſe-
ritis peccata, remittun
tur, & † quorum retinueritis, retenta ſunt. 1
Ioan. 20. idicirco chorus clamat ad Deum
& poſtulat: Agnus Dei, qui tollis pecca- Ioan.1
ta mundi miſerere nobis. Siquidem Ioan.
uidens Ieſum ambulantem dixit: Ecce
agnus Dei, ecce qui tollit peccata mun-
di. Quare autem cum uocauerit agnum
determinat ſubdens: qui tollit, id eſt,
qui uenit, ut tollat peccata mundi, quia
pro peccatis tollendis paſcha noſtrum im
molatus eſt Chriſtus. Nempe in uete. te-
ſta: offerebatur agnus, pro peccatis popu
li, & in nouo teſt. Chriſtus obtulit ſeip- Apoc.
ſum Deo patri: ut humanum genus libera 1
ret, & lauaret à peccatis in ſanguine ſuo.
Merito ergo, dum corpus & ſanguis Do-
mini ſumitur, Agnus Dei cantatur, ut om
nes credamus, quia ipſius agni corpus &
ſanguis tunc ſumitur, qui peccata mundi
moriendo tulit, & uitam æternam nobis
reſurgendo, donauit Ieſus Chriſtus Domi
nus noſter: & ut oremus ipſum nunquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

desistere misereri nobis, q̃ in passione mi-
8 sertus est nostri. † ἁγνος autem Græcè,
Latinè purus & castus, dicitur: quòd sit ho
* stia pura, & immolationi apta. * quia ipse
uerus agnus sola pietate sua se obtulit ho-
stiam pro nobis, & nos redemit. Dicitur et-
iam agnus ab innocentia: quia agnus nec
hominibus, nec bestijs nocet. In præmissis
ergo verbis, Agnus Dei, qui tollis pecca-
ta mundi, miserere nobis. est quædam de-
precatio: vt videlicet innocentis agni mi-
sericordia peccata irruentia & subitanea
auferantur. Tertio modo dicitur agnus, ab
agnoscendo: quoniam in magno grege so-
lo balatu matrem agnoscit: sic & Christus
in ara crucis donans nobis prius pacem,
agnouit nos cura, vt iam dictum est. Agno
uit etiam patrem obedientia: Iuxta illud
Apostoli ad Philip. 2. factus est obediens
usque ad mortem. Agnouit etiam matrem
cura, quam de ea habuit. Vnde illud Ioan.
20. Ecce mater tua. Ob hoc ergo in alta-
ris immolatione ter dicitur, Agnus Dei:
quasi Agne, qui agnouisti patrem, misere-
re nobis. Agne, qui agnouisti matrem, mi-
serere nobis. Pie, qui redemisti mundum,
& qui obtulisti te pro nobis, dona nobis pa
cem. Vel ideo ter dicitur, vt triforme cor
pus Domini intelligatur: videlicet ambu
lans in terra, quiescens in sepulchro, & re-
sidens in cœlo. Potest etiã dici, quòd Chri
3 stus ad tria venit. ¶ Primò vt nos † libera-
ret à miseria culpæ. Secundò, vt nos redi-
meret à malo pœnæ. Tertia, vt nobis da-
ret de plenitudine gratiæ suæ. quãtum ad
prima duo, bis dicit̃ miserere nobis. Quan
tum ad tertium, dicitur, dona nobis pacẽ:
quæ petitio pacis sequitur statim, postquã
Agnus Dei dictum est ter, ad notandum,
q̃ ex beneuolentia Trinitatis agnus mis-
Esa. 16 sus est: vnde Esa. Emitte agnum Domine,
Apoc. 5 &c. Nam sicut in Apoc. legitur: Christus
est agnus, qui occisus est ab origine mun-
di. Et attende, quia quidam sacerdotes di-
cunt Agnus Dei. manus super altare de-
positis: ostẽdentes in hoc quòd ad ea, q̃ q̃
proferunt tota mente intendunt. Intentio
enim propriè per linguam exprimitur, nõ
per manus: ideoque loquente lingua, ma
nus quiescunt, quodq̃ ipsam misericor-
diam & pacem cœlestem pro populo pe-
tunt: non autem terrenam, quod in ma-
nuum depositione significatur. Alij verò
stant manibus iunctis, parum super altare
inclinati: ostendentes in inclinatione hu
militatem: quæ in oratione necessaria est,
& in manuum coniunctione, vnicam & nõ
variam intentionem. Porrò secundum an-
tiquam consuetudinem scholæ cantorum,
in ecclesia Romana, quam adhuc ipsa scho
la obseruat, nullatenus variatur, sed tri-
bus vicibus vniformiter dicitur Christe,
miserere nobis. propter tria genera pec-
catorum, quæ petimus remitti: cogita-
tionis in corde: locutionis in ore, & actio
nis in opere. Vel in honorem Trinitatis,
vel propter tres ordines fidelium in eccle
sia, qui sunt Noe, Dauid, & Iob: quos Eze- Ezec.
chiel vidit in visione saluandos. Postmo- 14
dum autem multis, ac varijs ecclesiæ ad-
uersitatibus ingruentibus, cœpit ad Domi
num de tribulatione clamare: dona nobis
pacem: & vt clamor eius facilius audiatur,
ideo in ipsa immolationis hora clamat, &
hæc varietas non discrepat à consuetudi-
ne veter. test. vbi cum secundò repetatur
Parce Domine, parce populo tuo: tertio
variatur, & ne des hæreditatem tuam in Ioel. 2
opprobrium. Dicamus ergo miserere no-
bis, quantum ad animam. Item miserere
quantum ad carnem: & dona nobis pacem,
quãtum ad vtrunq̃, vt habeamus pacem
pectoris spiritualẽ, & pacem corporis tem
poralem. † Est enim pax peccatorum, pax 4
iustorũ, pax tẽporis, & pax æternitatis: vn
de & ter oratur in missa pro pace: de quo
dictum est sub quarta particula canonis, su
per verbo, Diesq̃ nostros, & quia Deus
non dat pacem, nisi illis quorũ miseretur,
ideo ultimo dicitur: dona nobis pacem.
Ecclesia etiam Lateran. nũquam dicit, do-
na nobis pacem: sicut nec schola cãtorum:
sequens vt premissum est, morem antiquũ.
Vnde nec valet, nec vera est ratio dicen-
tium, quòd in ecclesia Lateran. ideo non
dicitur dona nobis pacem, quia omnes a-
liæ ecclesiæ ab illa, quæ primo fuisse dici-
tur consecrata, sumere debent pacem: non
ipsa ab illis. In feria quinta cœnæ Domi-
ni: Agnus Dei, ter dicitur, cum, miserere
nobis: vt ibi dicitur. ¶ Rursum in missa
pro defunctis dicitur bis: Agnus Dei, cũ,
Dona eis requiem, tertio additur, Sempi-
ternam: nec dicitur dona nobis pacẽ: quia
tunc

tunc imitamur exequias Saluatoris. Vlti-
mo ergo agnus Dei, tantũ adiungitur sem
piternam. Super quo notandum est, quòd
pro fidelibus defunctis triplex requies de
5 bet optari. ¶ † Primò, vt auferatur ab eis
pœna, in qua est eis labor nõ requies. ¶ Se-
cundò, vt eis gloria animæ cõferatur: quia
tunc ueraciter requiescent in bono deside
rato, scilicet in ipso Deo. ¶ Tertiò, vt do-
tentur gloria corporis, ne illud ulterius
miserijs exponat̃. ¶ Prima, non est requies
sempiterna, quia pœna sublata adhuc desi
derant gloriam. Secunda etiam, non est to
taliter requies sempiterna: secundũ Aug.
ante resurrectionẽ corporũ, semper inest
aĩabus quidã naturalis appetitus resumen
di corpora quo aliqualiter corpora retar-
dant̃, ne totaliter feranť in Deũ. Sed ter-
tia requies cũ p̃mislis est verè requies sem
piterna: quia aĩæ quæ Deũ præsentialiter
uident resumptis corporibus in ipsa ulte-
rius, & æternaliter & perfectissimè requie
scent, ideoque solum in tertia uice, & non
in duabus præcedentibus congruit dicere:
6 requiem sempiternam. Sergius † Papa pri
mus constituit agnus Dei inter cõmunio-
nem ter à clero & populo decantari.

ADNOTATIO.

* Apta.] ἁγνος verbum est æquinocum.
Præter enim hic datam significationem,
est uitex, genus arboris, qua uitæ omnes
ornabãtur Athenis, in festo Palladis. Sed
prior significatio aptissima est huic lo-
co. N. Doar.

SVMMA.

1 *Pax. quæ datur in missa, quid significet. Et vnde id præsignatum, nu. 4. Et cur non in missa pro defunctis. nu. 8.*
2 *Christiani in primitiua ecclesia, quotidie cõmunicabant. paulò post, omni Dominica, tandem aliquando rarius.*
3 *Populus cur se osculetur in missa, & nu. 5. 6 7. Mulieres non, & quid ita, nu. 9*
10 *Osculum quatuor sacramenta significat.*
11 *Episcopus, solenniter celebrans, quoties osculetur, & quos.*
12 *Episcopus bis Codicem osculatur.*
13 *Papa, in septem locis, osculum accipit.*

De pacis osculo. Cap. 53.

Postquam Dominus sa
lutauit Apostolos, ut
præmissum est, iterum,
P dixit eis. Pax uobis, o-
stendens, quòd non Io. 20
solum debemus pacem
habere in ore: uerum
etiam in pectore: ne simus ex illis, qui lo-
quũtur pacem cum proximo suo: mala au-
tem in cordibus eorum, ideoque cum hæc
dixisset Apostolis, insufflauit in illos, & di
xit: Accipite Spiritum sanctum, ad quod Ps. 27
designandum utique sacerdos facta † com 1
mistione & finita oratione accipit in qui-
busdam ecclesijs pacem ab Eucharistia, si- Io. 20
ue ab ipso corpore Domini, vel secundum
alios, ab ipso sepulchro, id est, calice uel al
tari, & mox præbet oris osculum ministro,
scilicet diacono. Qui ab ipso corpore acci
piunt, hoc faciunt in signum, q̃ pax spiri-
tualis à Christo data est humano generi.
Alij etiam idem signant. Diaconus uerò
dat pacem alijs, & alij inter se in signum,
quòd omnes debent pacem habere, præser
tim filij ecclesiæ. Ipse uerò diaconus pacẽ
à sacerdote accipiens, reuerenter se incli-
nat, & pectus osculatur ipsius: secundum
morem quarundam ecclesiarum & plane-
tam extendit, ut per pacis osculum, & per
planetæ extensionem Charitas extenden-
da monstretur, quam per planetam in par-
te. iij. diximus designari. Quia ergo chari-
tas Dei diffunditur in cordibus nostris, Ro. 5.
per Spiritum sanctum, qui datus est nobis:
ideoque pacis osculum, per uniuersos fide
les in ecclesia diffunditur. Nam Aposto-
lus admonet. Salutate vos inuicẽ, in oscu-
lo sancto. ¶ Rursus, quòd sacerdos † pacem 2
populo tribuit, prefiguratum fuit à Iosue, 1. Cor.
qui hostibus superatis terram obtinuit, 16
quam sortem diuisit, & in pace possedit, &
Christus resurgens, diabolo superato: pa-
cem & dona dedit hominibus: Pontifex ue
rò primo dat pacem ministro, qui prius e-
rat à sinistris, sed pacem recepturus acce-
dit ad dexteram eius: per quã signatur po
pulus Gentilis, qui primus in pace transi-
uit à sinistra infidelitatis, ad dextram fi-
dei, & æternitatis, & per hunc pax ad popu
lum descendit. ¶ Cæterum in primitiua ec
clesia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 clesia, omnes, qui † celebrationi missarum
intererant singulis diebus cõmunicare so-
lebant, eó quòd Apostoli omne de calice
biberunt, Domino dicente: Bibite ex hoc
omnes. de consec. distin. ij. non iste. Offere
bant enim magnũ panem, & omnibus suffi
cientem, quod adhuc Græci seruare dicun
Matt. 10 tur. Sed excrescente fidelium multitudi-
ne, traditur institutum, ut tantum diebus
dominicis communicarent. e. dis. quotidiè
de quo dictum est: sub septima particula
canonis super verbo: hoc quotiescunque.
Postmodum autem, quia nec dignè hoc po
tuit obseruari, tertia secuta est institutio,
ut ter saltè in anno quilibet Christianus
acciperet Eucharistiam. ea. distinctio. & si
non frequentius. uel hodie ad minus in
pascha: extrà de pœnitentia & remissione.
omnis. hoc inuento remedio, ut uidelicet
pro eo, quòd singulis diebus communi
cabatur, singulis diebus osculum pacis da-
retur, pro ministerio unitatis, quod sacer-
dos dans ministro dicit in quibusdam lo-
cis. Sumite uinculum pacis, & dilectionis:
ut apti sitis sacrosanctis mysterijs, quasi di
cat. Sumite ex hoc omnes, & diuidite inter
uos, & pro communione, quæ singulis die-
bus dominicis fieri solebat, daretur in die
bus dominicis panis benedictus sanctæ cõ-
munionis uicarius, qui & εὐλογιὰ dicitur.
Sed & loco quotidianæ communionis. in
quadragesima dicitur in fine missę oratio,
super populum, cui prædicitur. Humiliate
capita uestra Deo. Sanè populus se se in
4 missa osculatur. ¶ † Primò, quia cùm, sicut
præmissum est, per immolationem hostiæ
salutaris, dimissis peccatis reconciliemur
altissimo, rectè pacis osculum dari decre-
ui ecclesia, cùm pro peccatis immolatur
hostia salutaris: Homines igitur osculum,
id est pacis signum sibi inuicem dant, ut o-
stendant se cõiunctos esse in corpore Chri
sti per quem facta est pax in cœlo & in ter
5 ra. ¶ † Secundò Innocen. primus, qui oscu-
lum in ecclesia dari decreuit: quod etiam
Leo Papa II. primo statuerat. de consecr.
distin. ij. pacem. ita dicit: Pacem asseritis
ante confecta, id est, consecrata mysteria,
quosdam populis impetrare: uel sibi inter
se sacerdotes tradere eum post omnia, id
est post consecrationem, quæ aperire non
debeo, id est, nõ possum, pax fit necessario,
idest, causa mysterij inducenda: per quam,
id est, quia per eam constat populũ ad om
nia, quæ in mysterij aguntur, ac in ecclesia
celebrantur, præbuisse consensum: ac fini-
ta esse pacis concludentis, id est, determi-
nantis signaculo demonstratur. ¶ Tertiò, 6
ideo se † populus inuicem osculatur.
quia Domini sui gratiam, & Angelorum
concordiam per mortẽ eius se promeruis-
se gratulatur. ¶ Quartò, quia in osculo ca
ro carni, & spiritus spiritui iungitur. vt nos
qui carnis propagine de Adam coniun-
gimur, etiam charitatis uinculo connecta
mur. qui ergo se odientes osculantur, Iu-
dæ proditoris osculum imitantur. ¶ Quin-
tò, propter præceptum † Apostoli, de quo 7
præmissum est. ¶ Rursus ideo prius, quàm 1. Cor.
cõmunicemus pacem damus, ut inter nos 16
esse concordiam ostendamus, & cum illa
corpus Domini sumamus, sine qua mune-
nostra non recipiuntur à Deo. ¶ † In mis- 8
sa uerò pro defunctis pax non datur: quia
fideles animæ iam non sunt, nec ulterius
erunt in turbatione huius mundi, sed quie
scunt iam in Domino. unde non est eis ne
cessarium pacis osculum, quod est pacis &
concordiæ signum, & ideo in missa illa
nõ dicitur oratio illa: Domine Iesu Chri
ste qui dedisti Apostolis tuis pacem &c.
nec sacerdos recipit pacem ab altari. De
hoc dicetur in sexta parte sub titu. de offi-
cio mortuorum. Hinc est, quòd etiã inter
monachos pax non datur: quoniam mun-
do mortui reputantur. de consec. distiij. pa
cem. ¶ Viri † quoque & mulieres non sibi 9
inuicem osculum in ecclesia porrigunt, ne
fortè aliquid lasciuiæ surrepat: quia ibi
carnales fugiendi amplexus, & casti sic spi
rituales actus habendi: propter quod e-
tiam in ecclesia situ sequestrantur locali.
Odia pax pellit, castrum pax nutrit amo-
rem. ¶ † Sanè osculum in sacra scriptura 10
significat unionem, charitatem, pacem &
reuerentiã. De osculo unionis dicit spon-
sa in Canticis: Osculetur me osculo oris Can. 1
sui. De osculo charitatis Isaac inquit ad fi Ge. 27
lium. Accede ad me, & da mihi osculum fi 1. Cor.
li mi. De osculo pacis dicit Apostolus. Sa- 16
lutate uos inuicem in osculo sancto. Deus Luc. 7
autem pacis, & dilectionis &c. De osculo Hest. 5
reuerentię Dominus inquit ad Simonem.
Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex
quo

quo intraui, non cessauit osculari pedes
meos. Et Hester in signum reuerentiæ sum
mitatem virgæ regiæ dicitur osculata es-
se. ¶ Ad designandum igitur tres uniones
in Christo, scilicet unionẽ diuinitatis ad
animam: diuinitatis, ad carnem, & carnis,
ad animam, uel unionem, qua unita est in
Christo humana natura, sancta ecclesia, &
fidelis anima: Et sacerdos ter osculatur al
tare, ut dictum est sub quarta particula ca
nonis super uerbo diesque nostros, ad de-
signandum triplicem pacem, scilicet tem
11 poralem spiritualem, & æternam. † Episco
pus solenniter celebrans, iuxta morẽ qua-
rundam ecclesiarum ter osculatur: semel
ministrum, & secundo diaconum, & tertio
sacerdotem. Sed & in missa ter oratur, pro
pace ut dictum est super uerbo: Diesq; no
stros. ¶ Rursum ad notandum duorum te-
stamentorũ concordiam episcopus duabus
12 † uicibus codicem osculatur: quia rota cõ
tinetur in medio rotæ, & duo Cherubin
se se recipiunt versis vultibus in propitia-
torum. Ad notandam etiam charitatem,
sacerdos osculatur patenam, quæ designat
cor patens in latitudine charitatis. Vnde:
Exod. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis.
2 dum loqueretur nobis in via. In signum ve
Lu. 24 rò reuerentiæ subdiaconus & diaconus pe
des & manus summi ponti. osculantur: pe-
dẽ subdiaconus osculatur post epistolam
lectam, & diaconus ante legendum Euan-
gelium: manum verò subdiaconus oscula-
tur offerens ampullã cum aqua, calicemq;
cũ vino: & diaconus offerẽs patenam cum
hostia, & turibulum cum incenso vterque
etiam de manu summi pontificis Euchari-
13 stiam, ut dicetur in titu. seq. ¶ Illud † quoq;
uacare non creditur mysterio, q̃ summus
pontifex septem modis accipit osculum: vi
delicet ad os, ad pectus, ad humerum, ad
manus, ad brachia, ad genu, & ad pedes.

SVMMA.

1 *Missæ quarta pars, de communione. Et qua-*
liter ea fiat. & nu. 3. 4.
2 *Sacerdos quare in communione, non accipit*
calicem per se, sed à diacono.
5 *Papa volens communicare, quare accedat ad*
sedem suam. Et quando communicet in al-
tari. nu. 6. Et qui Eucharistiam accipientes,
ab eo osculum recipiant. nu. 7. Et de comm
nione, eiusque forma: latè nu. 8. 9.
10 *Sacerdos quid agere, dicere, aut meditari de*
beat, ante corporis & sanguinis Dominici
sumptionem. Quid post. nu. 14.
11 *Communicandi corporis & sanguinis Domi-*
nici legitimum tempus.
12 *Sacerdos sumens sanguinem, debet tenere ca-*
licem, vtraque manu.
15 *Cõmunicaturus, debet esse ieiunus. Et cur ita.*

Quarta pars missę, & primo de communio ne sacerdotis. Cap. 54.

Hic incipit quarta pars
missę, post pacis etenim
osculum sacerdos com-
municat hoc modo. Nã
† sicut in Nicensi conci 1
lio xciij. distin. perue-
nit. Legit Eucharistiam
confectam per se de altari siue de patena
sumit & comedit. Calicem uerò cum san-
guine non ipse, sed diaconus eleuat de al-
tari, & porrigit ei. † Vnde in canone Hie 2
ro. ead. distinct. diaconi sunt. inter cætera
ita legitur. Sacerdotibus etiam propter
præsumptiones nõ licet de mensa calicem
Domini tollere: nisi eis traditus fuerit à
diaconis. Ideo autẽ sacerdos corpus Chri-
sti, per se sumit, & non calicem cum san-
guine, qa sumptio corporis, significat cor-
porum nostrorum restaurationem, quam
Christus nullius ministerio perfecit, & fu-
turam resurrectionem, quam sua uirtute
absque omni ministro faciet. Sumptio ue-
rò sanguinis redemptionem animarum si-
ue peccatorum significat, quæ fit interces-
sionibus aliorum. Hoc tamen, & si iure cau
tum sit, non tamen seruari uidemus. ¶ † Sa 3
nè sacerdos ipse omnes partes hostiæ co-
medit. In quibusdam tamen ecclesijs ipse
unam partem sumit: & reliquam Euchari-
stiæ medietatem super patenam in duas
partes diuidit, quas ministris, scilicet dia-
cono & subdiacono comedendas impẽdit,
insinuans illud quod Lucas commemorat,
quia Iesus in Emaus accepit panẽ, & fregit Lu. 24
super mensam. Et etiam (vt aiũt quidam) Io. 21
comedit coram duobus discipulis: sumens
que reliquias dedit illis. Ipse quoq; post-
modum partem piscis assi, & fauum mel-
lis.

lis manducauit, & reliquias discipulis dedit, & ideo postquam diaconus & subdiaconus communicarunt, clerici & religiosi ad communicandum accedunt: ut ipsi partem sanctæ communionis accipiant. Postmodum communicat populus: quia Christus comedit non solum cum paucis Apostolis: verũetiã ascensurus in cœlum, comedit cum multitudine discipulorũ. Vnde & sumptio corporis, ascensionem significat
4 Saluatoris. ¶ † Illud autem præmittendum non est, quòd ut perceptione corporis & sanguinis Christi nulla possit fallacia suboriri: sed in utraque perceptione ueritas euidenter appareat: summus pontifex non statim particulã hostiæ permittit cadere in calicem, sed eam post trinum crucis signaculũ super patenam reponit, & post osculum pacis, ad sedem ascendẽs, ibique cõsistens, uniuersis cernentibus maiorem partem oblatæ suscipit de patena, quam subdiaconus apportauerat de altari: ipsamque dentibus subdiuidens, unam particulam eius sumit: & aliam in calicem mittit, & de sanguine, cum calamo haurit. Deinde alteram particulam tradit cum osculo diacono, aliamque subdiacono, sine osculo, quem diaconus ministrans ei, ad altare calicem osculatur, & tunc subdiaconus residuum sanguinis cum particu
5 la immissa in calice sumit. ¶ Romanus † itaque pontifex ideo non cõmunicat, ubi frãgit, quoniam ad altare frãgit, & ad sedem communicat, quia Christus in Emaus coram duobus discipulis fregit, & in Hierusalem coram discipulis duodecim manducauit. In Emaus enim fregisse legitur, sed non comedisse legitur. In Hierusalem uerò fregisse non legitur: sed legitur comedisse, secundum Inno. III. Ascendens igitur sedem, ibi communicat. Siquidem secundum Apostolum Christus caput est ec
Iu.24 clesiæ: caput autem in corpore sublimius
Co'.1. & excellentius ob sui perfectionem cæteris membris collocatur. Per calicẽ uerò, secundum quendam respectũ, æterna beatitudo seu ipsius fruitio designatur, quia in ecclesia militante summus pontifex, sicut Christi uicarius, & caput omnium prelatorum perfectius Christum repræsentat congruum est, ut ipse non in altari, sed in loco sublimiori communicet, ostendens, quòd Christus etiã in sua humanitate perfectius & copiosius participat illa ineffabilia gaudia, utpote in bonis portioribus collocata. Cum uerò celebrat pro defunctis, tunc super altare communicat, quia tunc specialiter membrorum Christi hinc fideliter decedentium gloriam repræsentat ac membra Christi cum ad illam gloriam peruenisũt, inferiorem post Christum gradum obtinent: sicut membra post caput. In parasceue quoque ad altare communicat: tum ob † reuerentiam passio- 6
nis Christi: tum quia tunc quasi exequias celebrat Iesu Christi: tum & iam tunc solus communicat, quia in Christi passione omnibus discipulis fugientibus ipse solus remansit. Alij autem prælati non sic: sed super altare communicant, quia non ita propriè Christum caput ecclesia repræsentat. Ministri autem repræsentant pontifici oblatam & calicem, quia discipuli obtule- Io. 21
runt Christo partem piscis assi, & fauum mellis, pars piscis assi, est corpus Domini crucifixi, qui fuit in ara crucis assatus. Fauus mellis, est sanguis Christi, super mel Ps. 18
& fauum dulcis faucibus animæ diligentis: ambo de manu Papæ communicant, quia & Apostoli de manu Christi commu
nicauerunt. ¶ † Ad notandum verò distin 7
ctionẽ inter sacros ordines, & non sacros, Diaconi qui & superioris ordinis sunt, cũ recipiunt Eucharistiam, osculum suscipiũt ab ipso. Acolytus & qui sunt inferiorum ordinum, non suscipiunt. Subdiaconus etiam qui caractere huiusmodi quondam inter nos sacros: nunc autem inter sacros ordines reputatur in perceptione corporis non suscipit osculum à pontifice, sed in perceptione sanguinis suscipit osculum à diacono, ut sic qui non sacri sunt minus, & qui sacri sunt amplius, honorentur: quanuis & in hoc mystica ratio possit assignari. ¶ † Ipse autem sumit illam Eucharistiæ par 8
tem, per quam prout sub titu. de fractione hostiæ dictum est, caput ecclesiæ scilicet Christus intelligitur, cuius typũ ipse specialius gerit: quod facit hoc modo. Ea nanque dentibus subdiuisa, particulam in ore remanentem sumit: alteram verò inter digitos residentem in calice dimittit: ad notandum, quod Christus resurgens, qui secundum Sergium Papam per partem in ca
lice

lice immissam significatur, quòd infernum momordit, & suos inde sumptos in paradisum misit: iuxta illud Oseę ult. ca. Exod. mors tua &c. Alia uerò pars ex qua ministri communicant, significat membra magis ipsi Christo conformia, & ideo ipsi cõmunicant de illa, ad offerendũ mysterium unionis: Eucharistia enim sacramentum
9 est maximæ unionis. Partem uerò in † calice intinctam quæ significat membra propter Christum passionibus subiecta, Domi nus Papa non recipit. Primò quia ipse ma
Ro. 8. gis quam alij repræsentat in officio missæ Christum cui mors ultra non dominabitur: secundò, quia ipse illorum typum gerit in ecclesia, qui propter eximiam sanctitatem à uita actiua semoti per cõtemplatiuam iam Christo sociantur. Sed ministri illam sumunt, quia typum actiuæ communiter repræsentant, & præcipuè subdiaconus eam sumit, pro eo, quia ipse ultimus communicat, & vltimi est reliquias sume-
Io. 21 re, & calicem purificare. Vnde & dominus reliquias dedit discipulis, ut præmissum est. Potest etiam mysticè dici, quod pars intincta, significat partem corporis mystici, quæ iam regnat cum Christo. Cum ergo Dominus Papa expresse repræsentet Christum, qui realiter & sacramentaliter incorporatus est patri ipsius mystici corporis, ideo ipse non recipit illam nec etiam diaconus, qui legem euangelicam, quam pro nuntiat, repræsentat; quæ est lex amoris; propter amorem enim charitatis quilibet incorporatur Christo capiti, & omnibus partibus corporis eius mystici. Sub-
1.Io.4 diaconus verò repræsentat veterem legem, quam sæpe pronunciat: quæ fuit lex timoris, sed timor nõ est in charitate, imo eum foras mittit, & ideo ipse particulam in sanguine missam sacramentaliter, siue in signum recipit, quia immistio ipsius partis cum sanguine dictam incorporationem figurat, quam non faciebat lex illa: licet eam figuraret. ¶ Hoc autem breuiter † no-
10 tandum est, quod sacerdos ante perceptionẽ corporis & sanguinis Christi debet dicere orationes à sanctis patribus institutas: deinde meditari debet in incarnatione, in passione, in virtute huius sacramenti, dicens: Panem cœlestem accipiam &c. Sed cum statim post uerba ipsa subiungat: Domine non sum dignus &c. uidetur contrarius sibijpsi. absit tamen hoc: sed dicens: Panem &c. seipsum incitat ad deuo- Io.6.
tionem, reducens ad memoriam, quid est, quod sumere debet, quia panem, qui de cęlo descẽdit, & qualiter sumere debet, quia nomen Domini inuocando, ut sic cum maiori sumat reuerentia & timore. Dicendo uerò subsequenter: Domine non sum dignus, &c. ex humilitate sua profitetur indignitatem: at exercitatio ad deuotionẽ, & professio humilitatis, contraria nõ sunt.
† Legitimum itaque communicandi tem- 11
pus est ante vltimam orationem quæ dicitur ad complendum, quia ibi maximè petitio pro eis est qui communicant. Deinde corpus & sanguinem Domini sumpturus, se cum illis ante faciẽ cruce signat. Sicut enim prius cruces faciendo actiuè, tanquã minister illa sanctificauit, sic se eis nunc cruce signando, passiuè petit sanctificari. Dicto itaque, corpus Domini custodiat, & cætera, sumat Eucharistiam, deinde iũctis manibus inclinans sanguini dicat: Quid retribuam &c. Et dicens: Calicem Domini accipiã, & nõ prius accipit, & eleuat calicem de altari. Postea uerò dicens. Lau- Ps. 27
dans inuocabo Dominum. se signat cum illo: quo uersu expleto, sanguinem sumit.
¶ Sanè quia circa maiora cautius est † agen 12
dum, sacerdos sanguinem sumens propter maiorem securitatem & reuerentiam, calicem cum utraq; manu tenere debet, sed in sumptione perfusionis sufficit altera tã tũ duobus digitis alterius adiunctis quasi per hoc innuẽs iã sanguinẽ ibi nõ esse. Sed & sanguinem sumendo ter haurit: Trinitatem designãs, perfusionem verò, sumendo bis, vt per hoc charitas quæ inter duo consistit significetur, seu etiam quoties nouerit expedire. Rursus qui eadem die debet iterum celebrare, non sumat vinum perfusionis, ut dictum est in procemio huius partis. Sed cum in canone dicatur. Similiquemodo postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem, &c. videtur ex hoc, quòd sacerdos statim hostia consecrata, illam debet sumere prius, quam in calicis consecrationem procedat, quia omnis Christi actio, nostra debet esse instructio. xij. q. j. exemplum. Sed ad hoc dicendum est, quòd ecclesia instituit illam post utran
que

que consecrationē sumi: ad ostendendum, quòd solū hostiam recipiens, non plenum sacramentaliter recipit sacramentum. Etsi
13 enim † in hostia consecrata Christi sanguis sit, non tamen est ibi sacramentaliter eo quòd panis corpus non sanguinem, & vinum sanguinem significat, & non corpus. Quia ergo sub altera tantum specie non est completum sacramentum, quo ad sacramentum vel signum, debet hoc sacracramentum complerī prius, quàm presbyter eo vtatur. Verumtamen cùm vnum sine reliquo, nec sit, nec unquam fuerit, nisi in solo triduo ante pascha, in quo Christi corpus mortuum fuit, in quo triduo si quis de apostolis hostiam consecrasset, sanguis ibi non esset, si uinum, caro ibi non esset, quia, ut præmissum est, nec panis sanguinem, nec vinum significat carnem. secūdum hoc nunc Christi sanguine intra venas eius existente, unum sine reliquo propter vnionem seu mistionem huiusmodi recipi non potest, quod tamen non est ratione sacraméti, vel signi quod idem est. Post
14 † sumptum sacrificium non est spuendum, de consecrat. distinct. ij. ut quid, prout dictum est sub septima particula canonis, super verbo noui & æterni, sed nec eucharistia sicut alius cibus est masticāda, sed discrete, moderatè ac leniter anterioribus dētibus tenenda, & lingua mollifiācda, ne qua eius particula dentibus adhæreat, quā fortè postmodum emitti screando contingat, post communionem illico, calix de altari aufertur, Circa quod notandum est, quod corpus Domini remanet super altare, vsque dum tria capitula compleantur, scilicet prologus Dominicæ orationis, & ipsa oratio & libera nos quæsumus, quia Dominus tribus diebus in sepulchro quiescit. Posteà verò commisto Domini corpore cum uino simul, quia pace annūtiata aufertur corpus Dominicum de altari, quoniam in tertia die anima eius, quæ descendit ad inferna, vt liberaret iustos & membra viuificaret, redijt ad corpus, nec amplius inuentum est corpus dominicum in sepulchro, quia ergo Christus totus homo resurrexit, simul, ideo ad hoc notandum illico simul cum oblatione corpus Domini de altari aufertur, & sumitur, & inde calix & corporale de altari totaliter eleuantur, prout dictum est sub tit. de pallis & corporalibus. Postremo † notandum est, quòd quisque qui communicare debet, corporea carnalibus escis ieiunus esse debet Cùm animæ spirituales sint & in mortales, spiritualia primitus alimenta vitæ æternę sumere debent.

SVMMA.

1 *Communione facta, cur sacerdos lauet digitos, & in quo altaris cornu. nu. 3.*
2 *Manuum sacerdotis locio, quid significet.*

De perfusione. Cap. 55.

POST sumptum eucharistiæ sacrificium, sacerdos † digitos ab-
P luit, & perfundit, ne 1
quid fortè incautè remaneat seu adhereat, ex contactu diuini sacramenti, non quod quicquam immūdum ex ipso contactu contraxerit, sed ut potius suam commemoret indignitatem, qui se iudicat tantis sacramentis celebrandis indignum iuxta illud quod Dominus ait. Cū omnia benefeceritis, dicite, serui inutiles sumus sicut & sacerdos legalis immundus erat, usque ad vesperam, post immolationem uitulæ ruffæ. unde omnia vestimenta sua lauabat. Indignum quidem existeret, ut manus quæ corpus incorruptibile contrectarunt, corpus corruptibile contingāt, vel ad res communes tangendas accedant donec studiosè lauētur. Et ,ppter hoc etiā quidam missa finita, exutis sacris vestibus, iterum manus lauant. Perfusionis autem aqua, debet in locum mundum & honestū diffundi, ut altitudo sacramenti reuerenter honoretur. ¶Trina † ergo sacerdotis 2
ablutio, quæ fit in principio, in medio, & in fine, designat mundationem cogitationis, locutionis, & actionis, vel purgationem peccati originalis, venialis, & criminalis, siue quod agitur per ignorantiam, & negligentiam & industriā ad quorum mundationem offertur sacrificium salutare. de consec. dist. ij. cùm omne. in princ. Hæc tamen ablutio referri potest ad ablutionem baptismi, cuius formā Christus post resurrectionem

Lu. 17

rectionem instituit, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: qui credi derit & baptizatus fuerit, saluus erit. ¶Sanè sacerdos † digitos perfundit: & perfu-
3 sionem sumit in dextro cornu altaris, vel saltem reuolutus ad illud. Primò, propter rationem tactam sub titu de manuum ablutione. Secundò, quia ipsum cornu iudaicum populum, ex quo humanam naturam Christus assumpsit, significat. Sicut autem ab illis naturam accepit: sic & ab eis illius naturæ purgationem ab omnibus defectibus, quos assumpsit habuit: quoniam ab eis occisus fuit, ad quam mortē secuta est resurrectio, in qua omnes defectus dimisit, & eis appositas virtutes accepit. Ad hoc igitur representandum in dextro cornu altaris, vel saltem reuolutus ad illud sacerdos profundit, & perfusionem sumit. Tertio, quia, ut aiunt quidam, hæc purificatio designat ablutionem manuum, quam Pilatus fecit ad perditionem sanguinis iusti super Iudeos, per dextrum cornu altaris significatos. Ad hoc quidam hausta purificatione inclinant calicem, ad ostendendum sepulchrum esse vacuum quia surrexit & inde prodijt Christus.

SVMMA.

1 *Posicommunio, cur sic dicta. Et quid. nu. 3*
2 *Posicommunio, quid denotet.*

De postcommunione. Cap. 56.

NTIPHONA, quæ post communio à pluribus † nuncupatur ideò sic
1 A appellata est, quoniam post communicationem siue in signum, quod cōmunicatio expleta est, cōcinitur. In primitiua nāque ecclesia omnes fideles qualibet die corpore & sanguine Christi communicabant: prout dictum
Hebr. est, sub titu. de communicatione sacerdotis. & statim post communicationem cantus iste fiebat, vt populus ostenderetur gratias & laudes agere de Christi corpore, & sanguine susceptis. Verum propter circunstans nos peccatum, sequenti tempore statutum est, ut ter in anno communionem, & sacerdos quotidie pro omnibus sacramē taliter sumat, prout sub titul. de pacis oscu lo dictum est. Quis autem specialiter in- Io. 20
troduxerit usum cantandi hanc antiphonam, ignoratur. ¶Hæc autem antiphona Apostolorum gaudium † de Christi re- 2
surrectione significat iuxta illud. Gauisi sunt discipuli viso dño, & præ gaudio mirabantur, Quæ uerò reciprocādo, in quibusdā ecclesijs cantatur, insinuat quod discipuli resurrectionis gaudium sibi mutuò nuntiabant. Vnde duo discipuli cum inuenissent Lu. 24
congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quia resurrexit dominus verè, & apparuit Simoni, narrabant quæ gesta erant, in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Canitur etiā ab omnibus, ut notetur communitas gaudij: & quod omnibus discipulis apparuit dominus. Est ergo † communio gratiarum Ps. 21
actio iuxta illud: Edent pauperes, & satu- 3
rabuntur & laudabunt Dominum. Propriè tamen nouissima oratio, de qua infra dicetur, postcommunio dici potest.

SVMMA.

1 *Communione peracta sacerdos osculatur altare.*
2 *Posicommunio, quæ contineat.*
3 *Orationes dicuntur ad dextrum cornu altaris communione facta.*
4 *Posicommunio, quæ dicatur mense Septembris sabbato quatuor temporum.*
5 *Missa finitur tribus, diuersisque illis periodis Secundum modum vide nu. 7.*
6 *Tertium, nu. 8. Et quid significent illi. nu. 9*
7 *Ite. Missa est. periodus Missa. quid significet, aut moneat.*

De oratione nouissima, & de, Ite missa est. Cap. 47.

ERACTO communio
nis † mysterio: pon- 1
tifex seu sacerdos oscu
latur altare, innuens
se credere firmiter & Es. 10
consentire his, quæ circa sacrificiū acta sunt,
conuersus populū salutat, & deinde redit
ad dex-

ad dextrũ cornu altaris, significãs q̃ in fine mũdi post Antichristi mortẽ Christi prædicatio siue Christus rediturus est ad Iudęos, quoniam reprobauit. Tũc n. conuertentur & reliquiæ Israel saluæ fient. Et eleuatis manibus, vltimam orationem, quæ propriè post communio uocatur exequitur in
2 † qua rogat & gratias agit de sacramenti perceptione, dicens collectas pro numero secretelarum. Orat enim pro his, qui ad hanc communionem eucharistiæ accesserunt. Hæc autem oratio, significat orationem capitis nostri Iesu Christi qui pro nobis interpellat quotidie apud patrem. Significat etiam quòd Apostoli post ascensionem Domini, in oratione perseuerauerũt. Finis verò illius orationis, ubi dicitur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filiũ &c. significat quòd aduocatum habemus
1.Io. 2 in cœlo apud patrem. ¶ Illud autem considerandũ est, quòd sacerdos dicturus post communionem, præmittit Dominus vobiscum, & Oremus, stans ante medium altaris, deinde transiens ad dextrum cornu altaris, ubi pronuntiat orationem, quasi finita rediens ante altaris medium, dicit Per Dominum, prout tactum fuit sub titulo de salutatione. ¶ † Circa quod notandum
3 est, quod dextrum cornu altaris, significat populum iudaicum, sinistrum verò gentilem. Prædicatio Christi & Euangelii eius, incępit à Iudæis, & transiuit ad gentiles & iterum redire debet ad Iudæos, ad quod significandum sacerdos à dextro cornu altaris, transit ad sinistrum. & econuersò. Meritò ergo post communio, quæ est quasi finis missæ dicitur in dextro cornu altaris. Quia verò altaris medium. repræsentat fidem Christi & ipsum Deũ, in quem vtque populus vnitur, reducitur, & finitur: ideò per Dominum nostrum &c. quod est quasi finis post communionis ibi dicitur: Ipse etiam est qui vtrunque populum ad se perendum inducit, & illuminat. & ideò Dominus vobiscum ibi dicitur Per ipsum etiã quicquid boni oratione petimus, impetramus, & ideò ibidem pronuntiatur. Oremus. de hoc dictum est sub titu. de mutatione sacerdotis. ¶ Et nota † quòd in sab
4 bato quatuor temporum mensis Septembris dicitur postcommunio illa: Perficiãt in nobis quæsumus Domine tuę sacramenta, quod continet, vt quæ nunc in specie gerimus, rerum varietate capiamus. Cuius vltimã partem Greg. exponens de consecra. distinct. ij. species. ita dicit Postulat quippè sacerdos, vt corpus Christi quod sub specie panis & vini nunc geritur, manifesta visione sicuti re uera est quandoque capiatur quanuis non improbabiliter quidã exponant hoc loco carnis & sanguinis veritatem ipsam eorundem efficientiam id est, peccatorum remissionem. De hac etiã oratione dictum est, sub septima particula canonis sub verbo. Mysterium fidei. ¶ Sanè oratione finita, iterum populum salutat dicens. Dominus vobiscum. Circa quod notandum est, quòd Christus post resurrectio
Io. 20 nem, bis legitur discipulos salutasse, dicẽs. Pax uobis. in signum duplicis pacis, videlicet pectoris & æternitatis qui secundum prophetam est pax super pacẽ, de qua Dominus inquit Apo. Pacem relinquo uobis, pacem meam do vobis. hanc duplicem pa
Io. 14 cem per duplex osculũ sacerdos insinuat, cùm uidelicet prius osculatur ministrum, & posterius osculatur altare. Prima ergo salutatio, quæ fit ante orationem significat benedictionem illam, quam Christus ascensurus in cęlum, legitur dedisse discipulis suis Namque (vt Lucas commemorat) eduxit eos foras in Bethania, & eleua
Lu. 24 tis manibus. benedixit eos, & cum benedixisset, recessit ab eis, & ferebatur in cęlũ. Vnde post salutationem nouissimam, quã sacerdos oratione expleta facit ad populum, qui significat vitam æternam, diaconus alta voce pronuntiat, Ite missa est, repræsentans. quod dictum est ad Apostolos Hic est Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum. ¶ Notandum † est autem, quod
5 missa tribus modis finitur, primò per, Ite, missa est, & hoc in solennitatibus quoties cantatur. Te Deum laudamus, & Gloria in excelsis Deo, prout dicetur in procemio. vij. partis, quasi dicat, Redite ad propria, quia missa seu oblata est Deo hostia salutaris pro genere humano, prout tactum est in procemio huius partis. Vel annuntiat populo, quod missa seu præces sunt finitæ quoniam statutum est in cõcilio Aurelianẽ de consecra. distinct. j. cum ad celebrandum quòd nullus exire debet de ecclesia, donec annuntiatum sit per ministrum. Vel est

est sensus. Ite, missa est, scilicet ite, post Christum, & sequimini ipsum. Non est enim in hoc mundo stãdum, sed ad patriã per bona opera festinandum, quod leuiter facere possumus, quia missa est ad Deum patrẽ placandũ hostia per quam fracta sunt tartara, & reseratus paradisi introitus. Dicens autem, Ite missa est dirigit vultum ad populum, quia ad eos, quos præsentes licentiamus, sermonem dirigimus, & eis: ad quos sermonem dirigimus, faciem repræsentare solemus, sicut fit, quando dicitur, Dominus vobiscum, vel, Orate fratres, prout dictum sub titulo de inclinatione sacerdotis. Sed dicens benedicamus Domino, vel requiescant in pace, vel oremus, non stat versus ad populum, quia illum distinctè non alloquitur, sed dirigit faciem ad orientem, & mentem ad Deum.
6 ¶ Dicto † autem Ite, missa est. clerus & populus gratulando respondent, Deo gratias. imitantes Apostolos, qui adorantes ingressi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno, & erant in templo, laudantes & benedicentes Deum. Etenim, prout quidam asserunt, Deo gratias, interiectio gratulatiua, uel cõgratulatiua. & hoc sumptum est de Esdra, non secundum verba, sed secundum sensum, quoniam populus Israel per iussum Pharaonis licentiante Cyro de Babylonica captiuitate ad Hierusalem reuersus, gratias egit Deo. Sed & Apostoli post ascensionem Domini, regressi sunt in Hierusalem, benedicẽtes Dominum: sic & nos vltima benectione accepta, ad cœlestem patriam ibimus, vbi semper erimus in gra-
1.The. tiarum actione. Apostoli quoque prædicãtes, dicebant, gratias agite, sine intermissione orate. Potest etiam dici, quod sacerdos incipiens. Gloria in excelsis Deo. significat angelum annunciantem pastoribus ineffabile gaudium de Christi natiuitate. Ite, missa est. designat accessum pastorum ad locũ natiuitatis Christi, prout dicetur in procemio vij. partis. Chorus respondẽs,
Luc. 2. Deo gratias: repræsentat, quòd sicut Lucas refert ibi: Pastores reuersi sunt glorificantes Deum, in omnibus, quæ viderant, & au
7 dierant. ¶ Secundo † modo, missa terminatur per Benedicamus Domino, videlicet in profestis diebus, & generaliter quãdo præmissa cantica lætitiæ non dicuntur per quod populus ad gratiarum inuitatur actiones, quia post omnia, debemus Deo humiliari: & est sumptũ de Apostolo, vel de Psalmista, uel de Hymno triũ puerorũ, vbi dicitur: Benedicamus patrem & filium & respondetur, Deo gratias. quòd ad gaudium Apostolorum, de quo præmissum est refertur. De hoc dicetur prope finem, in procemio v. partis. Et populus Deo gratias agendo, ad propria rediens, significat discipulos cum gratiarum actione post passionem Domini in Hierusalem reuertentes. Circa hoc etiam dicendum est, quòd in primitiua ecclesia cum ministri ecclesiæ missam sine populo celebrabant, claudebatur missa, per Benedicamus. quando vero populus erat pręsens, quia alias nesciebat ille, quando finita esset, dicebatur: Ite missa est. Quia ergo in profestis diebus ministri, vt plurimum, quasi soli sine populo missas dicunt, ideo iuxta morem antiquum in illis diebus dicunt Benedicamus. in solennitatibus verò, quia tunc populus conuenit, dicitur, Ite, missa est. Prima tamen missa in natali Domini in quibusdam locis clauditur per Benedicamus Domino. eò quòd Saluatoris natiuitas, de qua in illa agitur paucis ab angelo nuntiata est, scilicet pastoribus. qui ministros ecclesiæ esse figurãt. Et prætereà sæpe quasi soli ministri in illa præsentes sunt. Alia tamen ratio scribitur in vij. parte, sub titu. de Aduentu, & quia recedere non debent. sed interesse etiam secũdæ missæ in aurora. In diebus quoque ieiuniorum, clauditur missa per Benedicamus. adnotandum, quòd si Domino semper benedicendum sit multò fortius hoc tempore, id facere debemus. Significat autem benedicamus idem, quod benedictio: de qua iam sub titul. de benedictione dicetur. ¶ Tertio † finitur missa per, Requiescant in pace, scilicet missa pro defunctis, & tunc respõdetur, Amen, id est, fiat. Optatur enim requies. † Rursus finis missæ, 9
finem mundi significat, Ite, missa est. vel Benedicamus domino, libertatem, quæ dabitur iustis in patria, vbi semper Deum benedicent.

SVMMA.

1 *Sacerdos, quo consilio aut intentione osculatur humerum Episcopi. Et quid in Roma ecclesia. numero. 2.*

Quare:

Quare sacerdos humerum pontificis osculatur. Cap. 58.

ICTO, Ite, missa † est sacerdos, qui adsistit Episcopo ad altare in quibusdã ecclesijs mensam altaris, ad armum dextrum pontificis osculatur, ostendens hũc illium esse pontificem: cui secundum legis figuram dexter armus separationis debebatur de hostijs salutaribus & pacificis. ¶ Sanè per humerum exprimitur principatus, secundum illud propheticum: Factus est principatus super humerum eius. Esa.9. Principatum verò Saluatoris verè expressit vox angelica, prophetica, & legalis. Angelus enim dixit ad virginem: Dabit ei Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Propheta dicit: Sedes tua in seculum seculi, virga regni tui: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præconsortibus tuis. Moses inquit in lege: Lætamini simul cum eo cœli, & adorent eum omnes angeli Dei. Ad quod designandum in ecclesia Romana tres † humerum pontificis osculantur, in signum reuerentiæ: videlicet primicerius, in principio, diaconus, in medio, & sacerdos in fine missæ.

Luc.1 Ps.44

SVMMA.

1 *Benedictio super populum quorsum fiat. Et nu.3.4 Et qualiter.nu.2. Et vnde ea profecta ratio benedictionis, nu.5*
6 *Benedictio à quo regulariter fiat.*
7 *Benedictio episcopi. qualiter fiat.*
8 *Missa absoluta quid agendum, cùm à sacerdote, tum à populo. & nu.9.*

De benedictione nouissima. Cap. 59

LTARI seu humero osculatis, episcopus vel sacerdos † populum benedicit. Ritè quidem post communionem benedicitur: quoniã sicut legitur Luc. vlt. postquam Christus in cruce orauit, & coram discipulis manducauit: & reliquias eis dedit: eleuatis manibus benedixit eis. Vnde statuit concilium Aureliañ. de consecrat. distinct.j.cùm ad celebrandas. &c. præcedenti. ut populus ante benedictionem episcopi, vel ubi ipse abest sacerdotis, de ecclesia non discedat. Hæc autem vltima benedictio, super populum, missionem spiritus sancti significat, quem Dominus ascendens in cœlum de cœlo misit in Apostolos iuxta quod ipse promiserat eis. Accipietis (inquit) virtutem superueniẽtis in vos Spiritus sancti, vt iã dictum est sub tit. de oratione nouissima. Vnde hæc benedictio per verbum oris & signum crucis exprimitur: quoniam illa † missio personam aeris & linguam ignis innotuit: iuxta illud: Factus est repente de cœlo sonus, tanquam adue nientis spiritus vehementis & apparuerũt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, &c. Et licet Spiritus sanctus specialiter missus fuerit in Apostolos: quia tamen indiuisa sunt opera trinitatis, missionem illam tota fuit trinitas operata. Ideoque benedictionem istam facit episcopus in nomine trinitatis, authoritate Psalmistæ dicentis. Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus. ¶ Secundo † hæc vltima benedictio significat illam vltimam benedictionem: Venite benedicti patris mei, &c. ¶ Tertio illam quam Christus ascensurus † in cœlum discipulis dedit, vnde ea facta sacerdos se ad orientem vertit: quasi se Christo ascendenti commendans. Cæterũ benedictionis formam † legis expressit authoritas, dicente Domino per Mosen: Inuocabis nomen meum super omnes filios Israel, & ego Dominus benedicam. Et iterum per prophetam. Effundã super vos spiritum gratiæ: & precum. Item Aaron, postquam sacrificauerat, extendens manũ supra populum, benedixit illi. Leu. ix. Itẽ Moses & Aaron expletis hostijs & holocaustis. intrauerunt tabernaculum testimonij, & postea exeuntes benedixerunt populo. Leuit. xj. in fine. Huiusmodi ergo finales benedictiones à vet. test. sumuntur: quoniam & Iacob in fine vitę suæ filijs benedixit, & Moses populo ante mortem, sicut & Christus discipulis ante ascensionem, vt prædictum est. Et inde est, quod cùm separamur, comitiuam & protectiuam quæri-

Act.2 Act.2 2 Act.1 Ps.66 3 4 Matt. 25. 5 Zach. 12. Ge.49 Deus. 33. Luc 24.

mus benedictionem. Sumuntur etiam ab eo, quod Dominus præcepit dari benedictiones in monte Garizim, super legis obseruatores: sicut econuerso maledictiones in Hebal, super transgressores, a quibus excommunicationes originem habuerunt. xxj. distinct. denique. Regulariter † autem maior minori benedicit. Vnde Abbraham à Melchisedech benedicitur, & non econuersò. Nullus ergo sacerdos maiore suo non innuente benedictionem dare nitatur, imo Episcopo missam audiente sacerdos celebrans in cunctis illius licentiam & benedictionem exposcit. Sacerdos tamẽ missam celebrãs, potest benedicere etiam Episcopo præsente & permittere, ac benedicere nolente, aliter non: prout in præmisso concilio Aureliañ. cauetur. Nam secundum Hiero. xcv. d. eadem. presbyter populum benedicere potest, qui Christũ non metuit consecrare: illud autem quod in Carthagiñ. concilio legitur xxvj. q.v. ministrare presbytero, benedictionem super plebem fundere non licet: de solenni † benedictione soli Episcopo cõpetenti, quæ fit per verba ista: Sit nomen Domini benedictum &c. est intelligendum. ¶ Rursus benedictio Episcopalis fit per modum manus impositionis. Vnde & Episcopus eos benedicens, tenet manum more Aaron super populum eleuatam: & exemplo Christi, qui, vt præmissum est, coram discipulis manducauit: in cœlum ascensurus, eleuatis manibus eis benedixit. Quia ergo soli Episcopi manus imponunt: quia sicut legitur in actibus Apostolorum, soli Apostoli manus imponebãt. & nullus alius discipulus: ideò solennem benedictionem solus Episcopus dat. Sanè post benedictionem solennem, quæ fit per Episcopum, ante Agnus Dei, iterum benedici solenniter in fine missæ non oportet: In missa tamen pro defunctis non benedicitur, prout sub titulo de fractione hostiæ dictum est. ¶ Placeat tibi &c. quia Luca testante Actu. j. † Dominus Iesus postquam locutus est discipulis, benedicens illis, assumptus est in cœlum, sedet ad dextram Dei: ideò sacerdos non ad Christum solum, quem nubes suscepit ab oculis eorum: sed ad totam trinitatem sermonem dirigit dicens: Placeat tibi &c. Qua oratione finita osculatur altare, ostẽdens. per hoc se præmisit omnibus deuotè toto mẽtis & corporis assentire affectu: quo facto recedens à conspectu populi, ingreditur vestiarium: uel cortinam interponit, repræsentans quòd, vt præmissum est, Christum in cœlum ascendentem, nubes suscepit eum ab oculis intuentium: & sicut legitur Luc. vlt. recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Si vero Episcopus missam sacerdotis audiuerit, sacerdos ipse osculato altari, & depositis sacerdotalibus vestibus mox accedit ad Episcopum: & genua flectẽs coram illo osculatur eius manum. In hoc figurans magnam filij obedientiam, qui patri obediuit in incarnatione, in passione, in ascensione, & in alijs, quæ idem sacerdos in officio missæ repræsentauit: & ostendens se illis fidem veram habere & consentire. Pontifex uerò illi benedicit: quasi dicat hic est filius meus benedictus &c, Deinde statim dicuntur hymni illi: Benedicitè † & laudate: vel in totum vel in partem, quia Deo pro omnibus beneficiis gratias agere debemus, quem in æternum laudabimus. Vnde in cõcilio Agatheñ. de consecratione, distinctione v. conuenit. ita legitur. Post conclusionem matutinarum vel vespertinarum missarum id est, quæ dicuntur manè, vel circa nonam, post hymnos, id est, postquam sacerdos dixit: Benedicite & Laudate, capitula de Psalmis dicantur: scilicet Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, &c. & plebs collecta oratione & orationis causa, ad vesperam ab Episcopo dimittitur, cum benedictione. Per hoc autem, quod dicit ad vesperam, innuitur quòd loquitur Dominus de missis, quæ in quadragesima dicuntur post quas statim vesperæ decantantur; de consec. d. j. solet: Et sic innuit, quòd Episcopus vel presbyter non debet tunc benedicere donec vesperæ sint cantatę: quod tamen in vsu non est. ¶ Postremò licet propter † proposita notandum est, quòd benedictio mensæ dupliciter inchoatur. Primò, quia maior incipiens, dicit: Benedicite. & cæteri respondent: Dominus; quia sicut debemus Domino per gratiarum actiones benedicere: ad quod maior dicendo: benedicite: hortatur: sic & indigemus benedici à Domino suæ gratiæ infusione, quam illi optantes postulãt respondẽdo: Dñs supple

Deut. 27 6 Ge. 14 8 Lu. 14 Act.1 7 Act.6 Act.1 9 Psal. 144 10

nos benedicat suæ gratiæ infusione. Secundo modo maiore incipiente: Benedicite, ceteri similiter respondent: benedicite, ad ostendẽdum, quòd ad Dei benedictionem debemus mutuo nos hortari. Potest etiam dici, quòd in priori modo reuerentia Dei consideratur. Cum enim respondetur, Dominus: supplendum est, benedicat: quia nos digni non sumus benedicere. In secundo uerò reuerentia superioris. Cùm enim respondetur: benedicite, supplendum est: nos pater: quia minor maiore præsente benedicere non debet: deinde maiore uersum inchoãte cæteri coadiuuant ad dicendum: ad notandũ, q̃ inferiores coadiutores sunt præpositorum in oneribus supportandis. In nonnullis ecclesijs pueri benedicunt mensas etiam prælatorum, pro eo q̃ lectoris officium est benedicere panem. Lu.24 Conuenientius tamen fit per prælatos: exemplo Christi qui in Emaus mensam coram duobus discipulis benedixit. Post omnia in quibusdam ecclesijs benedicitur à Ioã.2. sacerdote panis populo distribuendus, exẽplo Christi qui in deserto quinque panes benedixit, & ex eis quinque millia hominum satiauit. de quo pane sub titulo de pacis osculo dictum est: deinde sacerdos, & alij ad propria reuertuntur: Sacerdos quidem ad propria rediens, est Christus: qui legatione peracta, in gloriam patris ascendit. Et fideles etiam reuertuntur, dum de carceris exilio liberati, in gloriæ libertatem eripiuntur.

LIBER QVINTVS.

SVMMA.

1 *Diuina officia colere debemus, exemplo & typo Hierusalem cælestis, ducti.*
2 *Esdras populum Israeliticum ad Dei laudes excitat. Ibique horæ canonicæ subijciuntur.*
3 *Nocturnum tempus, refert tempus tenebrarum scilicet ante aduentum Christi.*
4 *Horæ septem canonicæ, repræsentant septem hominis ætates.*
5 *Horis quatuor diei tantum, cur laudemus Deum: & non omnibus.*
6 *Horæ singulæ canonicæ, respondent singulis acutis passionis Christi.*
7 *Daniel induxit primus horas tres canonicas cantari, tertiam, sextam, & nonam.*
8 *Maria uirgo, iure laudanda est horis canonicis.*
9 *Mariæ uirginis officium, ab Vrbano Papa institutum.*

ARGVMENTVM.

De diuinis officijs, tam nocturnis quàm diurnis in genere. Cap. 1.

IN Exodo legitur. xxv. c. in fine, Diminum dixisse ad Mosen, Omnia fac secũdum exemplar quod tibi in mõte monstratum † est, quocirca nos conformari cum uenit illi cœlesti Hierusalem, quæ Dominum laudare iubetur: & quæ sicut ait Apostolus ad Galatas quarto. de sursum est, & mater nostra est, præsertim insimul laudando Deum: iuxta illud: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, qui tota die & nocte nõ cessabunt laudare nomen Domini. Et in Apoc. 4. cap. habetur, quòd animalia requiem non habebant, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. veruntamen militans ecclesia imitari plenè nequit triumphantem: quia sicut legitur in libro Sapientiæ capitu. ix. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Es.26 Nequimus enim infirmitate nostra prępediente in singulis. 12. diei horis, iugiter diuinis insistere laudibus, quoniam necesse habet homo aliquando necessarijs corpori intendere: iuxta illud Geñ. iij. c. In sudore vultus tui, uiseeris pane tuo. 50. distinctione. in capite. & ideo facimus quod possumus certis diei naturalis horis Deũ laudando. Vnde Esdras † propheta populum Israeliticum de Babylonica captiuitate reuersum, docuit Deum laudare, quater in nocte, & quater in die: vt vnumquodque quatuor elemẽtorum, ex quibus homo constat, per competentes horas obsequio se offerat creatoris: uidelicet de nocte: in uesperis, in completorio: in nocturnis: in diluculo, scilicet in laudibus matutinis. De die uerò, in prima, in tertia, in sexta, in nona horis. Vespertinum igitur officium

officium quod est cuiuscunque officij initium, ad noctem pertinere probatur, quod secundum Isidorum lib. Etymologiarum Psal. 118 dicitur à uespera stella, quæ surgit nocte oriente. Verùm Dauid inquit: Septies in die laudem tibi dixi, & rursus: media nocte surgebam ad cõfitendũ tibi &c. Quem ordinem concilium Agatheñ. extrà de celeb. miss. cap. j. approbat & sancta ecclesia seruat: quoniam nocturnum officium media nocte canitur. Reliquæ uerò septem canonicæ horæ de die dicũtur, uidelicet laudes matutinæ: quæ olim in aurora dicebantur: licet hodie, cum nocturnis coniungantur, prima, tertia, sexta, nona, uesperæ & completorium, quæ septem horæ uocantur canonicæ, quasi regulares: extra de pœniten. & remiss. quod in te. quia regulariter à sanctis patribus obseruatæ sunt, Nam κανὼν græcè, regula dicitur latinè. Missæ autem oblatio, propter tanti sacramenti excellentiam, quod in ea conficitur, super alias laudes est, & est laus per se, nec sub numero comprehẽditur aliarum. Propter quod, & in hoc opere tractatum per se obtinet specialem: quanuis nonnulli asseruerunt illam fore de officio tertiæ siue nonæ: pro eo, quia in his duabus horis solet regulariter celebrari. ¶ Sanè nocturnum † officium, tempus miseriæ, quo 3 genus humanum à diabolo tenebatur obsessum, repræsentat: diurnum uerò, nostræ redemptionis & liberationis per Christum solem iustitiæ factæ tempus significat: qui charitate suæ diuinitatis tenebras illuminauit: & à seruitute diaboli nos eduxit. Qui ergo tantum bonum dono septiformis gratiæ Spiritus sancti adepti sumus, merito septies laudem Deo cantamus.

4 ¶ Secundo, quia † dies naturalis repræsentat uniuscuiusque ætatem, non quam quilibet homo habet: sed quam si non peccasset, haberet. Quæ naturalis dies, septẽ habet uarietates. Prima, est infantia, quæ per Psal. 118 matutinas laudes repræsentatur. Secunda, pueritia, quæ per primã. Tertia, adolescentia, quæ per tertiam. Quarta, iuuẽtus, quæ per sextam, Quinta, senectus quæ per nonam. Sexta, senium, quæ per uesperas, Septima, decrepita ætas siue finis uitæ nostræ quę per completorium designatur. In his ideo singulis ætatibus creatorem nostrũ super iudicia iustitiæ suæ laudare debemus. De infantia beatus Nicolaus nobis ostenditur in exemplũ: qui quarta & sexta ferijs uirtute abstinentiæ materna vbera non sugebat, nisi semel in die: de alijs quoq; ætatibus satis liquet. ¶ Tertio, quia secundum Salomonem septies in die cadit iustus, per negligentiam, de pœnitentia, distinctione iiij. septies, ideo merito septies, ut per orationis uigilãtiam resurgere ualeat, diuinum debet subsidium inuocare. ¶ Quarto, quia numerus septenarius uniuersitatis est. ¶ Cæterũ cum 12. horæ diei † attribuantur, in quibus omnibus 5 laudãdus esset Dominus: quare in quatuor tantum diei horis in ecclesia psallitur: respondeo, cum in singulis horis, ut præmissum est, diuinis iugiter insistere laudibus nequeamus: quod in alijs minus fit: in prima, in tertia, in sexta, in nona horis supplet ur. In earum nanque qualibet dicuntur tres Psalmi, & sic in quatuor horis numerus Psalmorum, respondet numero horarum. Et quilibet psalmus cõtinet uersuum octonarios, octauam resurrectionis significantes, de quibus sub titulo de completorio dicetur: per octonarios siquidem in horis psallimus, quia de resurrectionis gloria exultamus: Rursus in qualibet horarũ ipsarum, dicitur ter super Psalmos gloria patri &c. ut quot diei horæ nobis pro corporis sustentatione, ad laborandum concessæ sunt, toties in ipsis horis, & gloria patri dicatur, ut per hoc in Dei seruitio omni hora nos esse monstremus. Siquidẽ tres glorificationes, quæ sunt in hora prima, indicãt nos esse in Dei famulatu, in prima, secunda, & tertia horis, & tres, quæ sunt in tertia, nos protegunt in quarta & quinta horis, & sexta, tres quoq; quæ sunt in sexta, nos muniunt contra insidias diaboli, in septima octaua & nona horis. Nona uerò, cum suis glorificationibus nos protegit in decima, undecima, & duodecima horis. Posset etiã non incompetenter dici, q̃ sub prima duæ horæ comprehenduntur: videlicet ipsa prima, secunda: sub tertia similiter tres, scilicet ipsa tertia, & quarta & quĩta; sub sexta similiter tres, scilicet ipsa sexta, septima, & octaua: sub nona duæ. s. ipsa nona, & decima: uesperæ uerò repræsentant undecimam, & cõpletorium duodecimã.

Prou. 24

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed in præmissis sex diei horis, videlicet in prima, tertia, sexta, nona, vesperis, & cõpletorio, ideò specialiter Deũ laudamus, & non in secunda, quarta, quinta, septima, octaua & decima: quia illæ in aliquibus præ aliis sunt priuilegiatæ: prout in principio tractatus cuiuslibet earũ ostendetur. pp quod meritò in illis diuinum celebratur officium. ¶ Nempè in nocte Christus
6 est cõpræhensus: † mane illusus: & ora prima gentibus traditus: tertia, flagellatus, voce crucifixus, sexta, cruci affixus, nona, mortuus: vndecima, de cruce depositus: in duodecima, sepultus. Item in nocte spoliauit infernum: manè surrexit. In prima hora Mariæ apparuit: tertia, de monumento reuentibus obuiauit: sexta, Iacobo: nona, Petro, vespera, duobus discipulis euntibus in Emaus, scripturas aperuit, & se manifestauit. In completorio Apostolis, pax vobis dixit, & cum eis manducauit. ¶ Has autem horarum laudes, qualiter absoluere debeamus, ostendit Bernardus, dicens, Fratres mei, immolantes hostiam laudis, iniungamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi maturitatẽ
M. th. maturitati humilitatem, & humilitati li-
20 bertatem. ¶ Præterea, diutinæ psalmodiæ ideò à prima, tertia, sexta, & nona, & non ab aliis nomen sumpserunt, vt per eas Dei seruitium agamus: quoniam paterfamiliàs commemoratur in Euangelio exisse illis conducere operarios in vineam suam, quæ sanctam significant Ecclesiam. Sunt etiam, qui dicunt morem cantandi tertiam, sextã
7 † & nonam fuisse à Daniele sumptum: qui intellecto, quòd Nabuchodonosor statuã erexisset, quam omnibus adorandum præceperat intra domum suam, & apertis fenestris ter in die genua flectebat versus Hierusalem: quod Hier. exponens. dicit, hinc habet Ecclesiastica traditio quòd ter
8 in die genua sunt flectenda, scilicet in tertia, sexta, & nona. ¶ In eisdem quoque † horis beatam virginem laudare debemus, scilicet in nocturnis siue matutino: quia tali hora, quędam stella apparet in cœlo, quæ transmontana vocatur, cuius ductu nautæ perueniunt ad portum: & ipsa beata virgo, est stella transmontana, quia & si eam dignè laudauerimus, nos qui sumus in hoc seculo, ducet ad portum salutis. Item, in prima: nam tunc apparet quædam stella, quæ Diana vocatur, quam sequitur sol, & ipsa beata virgo est vera stella Diana, quæ verum solem scilicet Christum nobis portauit, quæ illuminat totum mundum. Itẽ in tertia: nam hora tertia consueuimus esurire: & ipsa portauit nobis panem verum: scilicet Christum: cum quo est omnis sacietas. Item in sexta: quia illa hora magis feruet, & calefacit sol: & ipsa laudanda & roganda est, vt nos frigidos calefaciat in charitate, per solem Christum quem genuit. Item in nona: quia illa hora sol declinat ad occasum, & ipsa iuuat nos, & protegit: cum ad occasum, id est, ad senectutem declinamus. Item in vesperis, quia tũc incipit dies finiri, & ipsa laudatores suos in hora mortis defendit. Item in cõpletorio. Nam tali hora dies est completa, & ipsa in complemento vitæ nostræ pro nobis intercedit, & in æterna tabernacula recipi facit, vbi completum est gaudium electorũ. ¶ Officium † beatæ Mariæ instituit Vrbanus Papa cantari, vt dicetur in titulo de tempore aduentus. Nocturnale autem officium, nobis ad memoriam reducit tempus ab Adam vsque ad Noe. Matutinale tempus à Noe vsque ad Abraham. Prima, tempus ab Abraham, vsque ad Mosen. Tertia à Mose vsque ad Dauid. Sextà, tempus à Dauid vsque ad aduentum Christi. Nona, tempus sequens vsque ad secundum aduentum, quando venturus est reddens vicem pro abditis. Per vesperas recolimus sabbatum, id est requiem animarum. post exitũ à corporibus vsque ad diem iudicii. Per cõpletorium verò recolimus repletum numerum, & consummatum gaudium sanctorum: quod complebitur in die magnæ festiuitatis, quando benedicti percipient regnum Dei. In hac igitur parte, de officiis Ecclesiasticis in genere tractare intendimus, videlicet de his, quę in officio cuiuslibet Ecclesię dicuntur. De nocturnis. De laudibus. De matutinis. De prima. De tertia. De sexta. De nona. De vesperis. De cõpletorio.

SVMMA.

1 *Officium, quid.*
2 *Officium primitiuæ ecclesiæ, primum cuilibet liberum, & vagum fuit ac solutum. Tandem*

dem postea à Hieronymo presbytero, procurante Theodosio Imperatore, & mandante Damaso Papa, ordine, canone, & legibus est distinctum & ornatum. nu. 3.
4 *Officij ecclesiastici compilatores.*
5 *Officium Gregorianum, per vniuersam ecclesiam diuulgatum fuit: & Ambrosianum solum Mediolani celebrari concessum. idque post multas, multorum doctorum, episcoporum, conciliorum, & Imperatoris altercationes, ac tandem missas sortes.*
6 *Oratio Dominica in principio & fine horarum canonicarum dicenda est.*
7 *Horarum singularum initio cur præponatur Deus in adiutorium meum intende.*
8 *Horæ tribus modis incipiuntur, eo quod tribus modis contingit peccare.*
9 *Dæmones non secus timent signum crucis, quã baculum, quo percussi fuerunt.*
10 *Crux Christi, multipliciter & variè prefigurata in veteri testamento.*
11 *Crucis signo armatur ecclesia, confunditur ciuitas diaboli.*
12 *Crucis signum, tribus digitis est imprimendum.*
13 *Crucis signum quàm variè fiat. & nu. 14. Et vbi sit faciendum. nu. 15.*
16 *Crux est quadripartita. & quid denotet ea forma.*
17 *Gloria patri, principio omnium horarum dicendum. Excepto mortuorum officio. nu. 18. Et quid ille versus protendat. nu. 19. 20. Et quot vicibus dicatur in nocturnis festiuitatum. nume. 21.*
22 *Gloria, quid.*
23 *Hymnus, vnde natus primum. Et quid.*
24 *Hymni, an & vbi præcedant Psalmos. aut econtrà.*
25 *Hymnus, Psalmus, & Canticum, an & quid differant.*
26 *Antiphonæ, vnde ortum habuerint. Et vnde dicantur. nu. 27. 30. 31. Et qualiter cantentur. nu. 28. 29.*
32 *Neuma quid. Et quid differat à dictione pneuma. nu. 33.*
34 *Adæ & Euæ nomen nascentes hodie exprimunt. quamuis fuerit mutatum.*
35 *Neumæ vbi maximè sit vsus.*
36 *Psalmi cur dicantur alternatim.*
37 *Psalmi dicuntur sex in diuinis horis.*
38 *Psalmus idem, cur in diuersis solennitatibus legatur.*
39 *Psalmi graduales, quot: & vnde dicti.*
40 *Versiculi in diuino officio, cur dicantur. Et vnde dicantur.*
41 *Versiculi cur dicantur ante lectiones, in nocturnis.*
42 *Versus quid notet.*
43 *Lectiones matutinales quid significent.*
44 *Benedictionem petens ante lectiones cur dicat donne, potius quam Domine.*
45 *Genu vtrunque flectendum in ecclesia Dominis autem, alterum est tantum.*
46 *Lecti nibus finitis dicitur, Tu autem Domine. & cur ita.*
47 *Lectionum pluralitas quid notet.*
48 *Ordines duo sunt in ecclesia, & lectionis duo modi, siue formæ.*
49 *Lectiones quotuplici fine terminentur.*
50 *Lectio nona, cur instituta nomine Trinitatis.*
51 *Capitula cur dicantur in officijs.*
52 *Lectionum author, cur non exprimatur in nocturnalibus, siue in diurnalibus.*
53 *Responsorium vnde dicatur.*
54 *Cantica, vnde dicantur. quid. Et quot habeant versus.*
55 *Orationes cur dicantur in singulis horis.*
56 *Nocturnum, cur oratione & benedictione non concludatur.*
57 *Orandum est versus orientem, multis de causis.*
58 *Ecclesia, domus orationis. Et an alibi merito orari possit fusissimè.*
59 *Adorandi quomodo sint pater, filius, & Spiritus sanctus.*
60 *Deus qualiter sit adorandus.*
61 *Adorationis duæ species.*
62 *Benedicamus Domino, dicitur finita oratione, & vnde sumptum. Et quid significet. Item, Deo gratias. nu. 63.*
64 *Sanctorum suffragia, quorsum fiant.*
65 *Cantandi vsum vnde accepit ecclesia.*
66 *Sonorum tres species.*
67 *Musicorum tres species, in tres partes officij diuiduntur.*
68 *Cantus ecclesiasticus, cælestem lætitiam significat.*
69 *Tholetani concilij decretum, de psallendi & ministrandi consuetudine.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Quid sit officium, & de eius institutione & partibus. Cap. 2.

1

SVt autem † officium, secundum Isidorum, proprius uel cõgruus actus vniuscuiusque personę, secundum mores ciuitatis, uel institutæ professionis. Alia nanque habent instituta monachi: alia canonici: alia eremitæ, & sic de reliquis. Et dicitur officium, secundum Hierony. in libro de officijs, ab efficiendo: quasi efficium, ab efficio efficis, una litera in aliam propter decorem sermonis, mutata. Vnicuiq, etenim conuenit suum efficere officium. Vel secundum Isidorum, officiũ dicitur, ut quisque illa agat, quæ nulli officiant, sed omnibus prosint. ¶ † Cæterum in ecclesia generaliter nil canendum aut legendum est, quòd à sancta Romana ecclesia canonizatum & approbatum expresse, aut per patientiam non sit. In primitiua tamen ecclesia diuersi diuersa quisq; pro suo uelle cantabant, dummodo quod cantabant, ad Dei laudem pertineret. Quædam tamen officia obseruabantur ab omnibus ab initio cõstituta, uel ab ipso Christo, ut oratio dominica, uel ab Apostolis, ut symbolus. Succedentibus uerò temporibus, quia ecclesia Dei propter hæreses scissa est, Theodosius Imperator, hæreticorum † extirpator, rogauit Damasum Papam, ut per aliquem prudẽtem & per catholicum uirum ecclesiasticum faceret officium ordinari. Vnde idem Papa præcepit Hiero. præsbytero, tunc in Bethlehem cum Paula & Eustochio, & alijs uirginibus moranti, qui prius sub septem Apostolicis Romæ uexerat, quatenus officium ecclesiæ ordinaret. Ipse nanque nouerat linguas quatuor, Hebraicam, Græcam, Caldaicam, & Latinam quod ille obtemperans fecit. Ordinauit itaque quantum de psalmis in dominica: quantum in secunda feria: & quantum in tertia feria, & sic deinceps legeretur. Euãgelia quoque, epistolas &c. quæ de nouo & ueteri testa. in ecclesia leguntur, præter cantum, magna ex parte ordinauit: cuius operis exemplum idem Hiero. Romam misit, & à Damaso Papa canonizatum est, & præceptum à cunctis ecclesijs obseruari, & appropriatum est ipsi Damaso, propter authoritatem suam, quam interposuit. C. de uete. in. enu. l. tanta. Consequenter † tamen beatus Gregorius, & Gelasius orationes, & cantus addiderunt, & lectionibus & Euangelijs, Responsoria coaptauerunt. Gradualia uerò Tractus, & Allelu-Ia Ambrosius Gelasius, & Gregorius ad missam cantari instituerunt. Plerique quoque alij doctores ecclesiæ aliqua alia superaddidisse noscuntur. Sancti enim patres nõ simul omnia ad decorem officij pertinentia, sed diuersi diuersis temporibus ordinauerũt. Vnde & missæ inceptio tres habuit uarietates. Aliquando enim à lectione inchoabatur, prout fit hodie in sabbato sancto. Postea Cœlestinus Papa psalmos ad missæ introitum dici instituit. Gregorius uerò introitus cum cantu ordinauit. ¶ Legitur † in uita beati Eugenij, quòd dum adhuc officium Ambrosianũ magis, quàm Gregorianũ ab ecclesia seruaretur, Adrianus Papa concilium conuocauit, ubi statutum est, quòd Gregorianum deberet uniuersaliter obseruari. ad quod Carolus Imperator omnes clericos minis & supplicijs ꝑ diuersas prouincias cogebat libros Ambrosiani officij comburens. Beatus verò Eugenius ad concilium quoddam propter hoc conuocatum ueniẽs, inuenit ipsum concilium per triduum iam solutum, inducens Dominum Papam quod omnes prælatos qui concilio interfuerant, & iam per tres dies recesserant, reuocaret. Concilio igitur iterum congregato, omnium patrum fuit una sententia, quòd missale Ambrosianum & Gregorianum super altare sancti Petri Apostoli poneretur. plurimũ episcoporum sigillis munita, & fores ecclesiæ clauderentur, & ipsi tota nocte orationi insisterent, ut Dominus per aliquod signum indicaret, quod horũ magis ab ecclesia seruari vellet: sicque per omnia factum est. Manè igitur ecclesiam intrantes, utrunq; missale super altare apertum inuenerunt, vel, ut alij asserunt, missale Gregorianum penitus dissolutum, & huc illuc que dispersum inuenerunt: Ambrosianum uerò solummodo apertum super altare in eodem loco, ubi positum fuerat inuenerunt. Quo signo edocti sunt diuinitus Gregoria-

gorianum officium per totum mundum dispergi: Ambrosianum uerò tantum in sua ecclesia obseruari debere, & sic usque hodie seruatur. Siquidem tẽpore Caroli Imperatoris officium Ambrosianum præcipuè dimissum est, & Gregorianum imperiali authoritate plurimum adiuuante, diuulgatum. Ambrosius enim multa instituit, iuxta ritum græcorum: vt dicetur infra: ubi de hymnis agetur. ¶ † Vt autem missæ morientes abigantur, & mens orationis serenetur, ut dignè cum Deo loquatur: ut ꝗ mente non orauerit, Dominus in furore non irascatur: sed misereatur, ideo laudabili consuetudine inductum est, ut sacerdos ante canonicarum horarum initia, & in fine dominicæ orationis, & ante horas beatæ Marię, & in fi. Aue Maria, &c. uoce submissa præmittat. Vnde in cõcilio Gerungiſ. de consec. dist. v. id semper statutum est, ut etiam post singulas horas dicatur: ne diabolus de corde sacerdotis rapiat, si quid boni ibi seminatum est. Vnde in primitiua ecclesia post quamlibet horam, alta uoce absque alia oratione dicebatur. quod adhuc ecclesia Lateranſ. dicitur obseruare. Quidam etiam in fine horarum dicunt. Dominus det nobis suam pacem. De hac dominica oratione sub prima, & sub uesperis dicetur. ¶ † Quia uerò Dominus ait in Euangelio: Sine me non potestis facere quicquã ideo in singulis diurnis horis sacerdos incipit: Deus in adiutorium meũ intende, & singulæ finiuntur, per Deo gratias, & sic initium & finis referũtur ad idem. s. ad Deum, qui est α & ω id est, principium & finis, xxxv. dist. ab exordio. dicendo igitur, Deus in adiutorium meũ intende: mater ecclesia inuitat homines. Iuxta illud: Venite filij & audite me, quod ideo introductum est, quoniam dum arca Dñi ad portandum leuabatur, dicebat Moses: Surge Domine, id est, surgere fac: & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie tua. Sic & sacerdos noster dicit Deus in adiutorium meum intende: hoc est, præsta mihi auxilium in resurgendo à peccatis, & contra uarios inimicos, qui tuam circundant ecclesiam. Per arcam enim intelligitur ecclesia, quæ usque in finem circundabitur à persecutoribus, siue apertis siue occultis: sicut arca ab inimicis circundabatur. Orat ergo sacerdos, ne inimici præualere ualeant, aliquos à cœtu fidelium per astutiam forsitan separando. Cum enim persecutio iusti sit à leone, id est, à diabolo, impetu, id est, manifeste sæuiente: uel à dracone, idest, à diabolo, in insidijs, id est, occultè persequente, omnes clamant: Deus in adiutorium meum intende. vij. q. j. §. cùm verò. præterea, cùm secundum Apostolum in Dei nomine omnia facienda sint. xxvj. q. ult. non obseruetis. merito est ab eo inchoandum. ¶ Circa hoc notandum est, q. contingit tribus modis peccare: uidelicet corde, ore, & opere, ideoq; † tribus diuersis modis horæ inchoantur. uidelicet completorium per Cõuerte nos Deus, cõtra peccatum cordis. matutinum, per Dñe labia mea aperies contra peccatum oris, Aliæ uerò omnes diei horæ per Deus in adiutorium, contra peccatũ operis. Et quoniã in peccato cordis & oris est aliquid operis, ideo in omnibus horis tam diurnis, q̃ nocturnis dicitur, Deus in adiutorium meum intende, contra peccatum operis. Monachi uerò dicunt primo in nocturnis, Deus in adiutorium meum intende. Postea, Dñe labia mea aperies, quia sine adiutorio Dei, nec cor nec labia ad ipsius laudem aperire ualeant. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. ¶ Interea verò sacerdos cum dicit: † Deus in adiutorium meũ intende. signo crucis se munit, ad effugandam illius uirtutem. s. quamlibet diaboli uersutiam, & potestatem. Valde enim timet signum crucis. Vnde Chrysostomus: Vbicunque dæmones signum crucis uiderint, fugiunt, timentes baculum, quo plagam acceperunt. Stephanus quoque Papa de consec. dist. v. nunquid ait: Nunquid nõ omnia chrismata, id est sacramenta, quę cũ chrismatis unctione præstantur, sacerdotalis ministerij crucis figura, id est signo perficiuntur? Nunquid baptismatis unda, sine cruce sanctificata, peccata relaxat? & ut cętera prætereamus, sine crucis signaculo, quis sacerdotij gradus ascendit? Baptizandus quoque signo crucis signatur in fronte, & in pectore. De profundo quidem crucis mysterio, dicetur in vj. parte sub titu. de parasceue, & hic etiam aliqua supponamus. ¶ † Sanè crux domini multipliciter fuit in ueteri testamento præfigurata. Legitur

Col. 3.

Ioa. 15

Ps. 33

Num. 10

Universidad de Deusto Biblioteca

gitur siquidem, quod Moses ad mandatum Domini æneum serpentem erexit in palo, in deserto, pro signo, quem aspicientes qui percussi fuerunt à serpentibus, illico sanabantur. Num. 20. quod ipse Christus exponens inquit, in Euãgelio: Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat: sed habeat uitam æ-
Ioã. 3. ternam. Legitur etiam quòd cum Ioseph
Ge. 48 applicuisset Manasse & Effraim, ad Iacob statuẽs maiorem ad dexteram & minorem ad sinistram, ut eis secundum ordinem benediceret: Iacob manus commutans, id est, in modum crucis cancellans, dextram po-
Deut. 28 suit super caput Effraim minoris, & sinistram super caput Manassæ maioris, & dixit: Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis &c. Item Moses ait: Die ac nocte erit vita nostra pendens, & uidebitis & cognoscetis. Christus enim
Math. 27 nocte fuit in cruce pendens: quia tenebræ factæ sunt ab hora sexta, usque ad nonam. Quod etiam fuerit pendens, certum est. ¶ Rursus legitur Ezechielis 9. Ezechiel auditum Dominum dicentem ad uirum uestitum lineis: habentẽ attramentarium scriptoris ad renes. Transi per mediam ciuitatem, & signa Thau in frontibus virorũ dolentium, & gementium, & post hæc dixit vij. uiris: Transite per mediam ciuitatem, & percutite omnem, super quem non uidebitis Thau: nemini parcet oculus uester.
Esa. 9. Item Hierem. Congregabo omnes gentes, & erit eis in signum Thau. Item alibi: Et erit principatus eius super humerum eius. Christus .n. portauit super humeros crucem, in qua triumphauit. Ioannes quoque
Apoc. 7 uidit Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei uiui, & clamabat uoce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quousque signemus seruos Dei in frontibus eorum. Item lignũ missum in Marath, aquas dulcorauit amaras, & ad lignum mis-
Exod. 15 sum in Iordanem, ferrum quod inciderat, enatauit: hoc est, lignum vitæ & in medio paradisi de quo sapiens protestatur: bene-
11 dictum lignum, per quod fit iustitia: quoniam regnauit in ligno Deus. Hoc † ergo crucis signo se armat ecclesia, in pectore, & in fronte: significans crucis mysteriũ Ge. 31
esse corde credendũ, & manifestè ore confitendum. Per hoc enim signum confunditur ciuitas diaboli, & triumphat ecclesia: terribilis ut castrorum acies ordinata: iux-
ta illud: Terribilis est locus iste &c. & ali Sap.
bi: Vidi ciuitatem magnam sanctam Hie- 14
rusalem, nouam &c. August. tamen dicit xj. distinctione, ecclesiasticarum, quod nulla scriptura noui testamenti uel uete. docet fideles crucis signaculo insigniri. ¶ † Est 12
autem signum crucis tribus digitis exprimendum, quia sub inuocatione Trinitatis imprimitur. De qua propheta ait: Qui appendit tribus digitis molem terræ. Es. 40. Pollex tamen supereminet, quoniã totam fidem nostram ad Deum unum & trinum referimus, & mox post ipsam inuocationẽ Trinitatis potest dici uersus ille: Fac me-
cum Domine signum in bonum, ut uideãt Ps. 85
qui me oderunt, & confundantur: quoniã tu Domine adiuuasti & consolatus es me. Iacobitæ uerò asserentes sicut & Euticiani, unam tantum naturã, scilicet, diuinam esse in Christo, & sicut una est persona, uno tantum digito se signare dicuntur: quorum error in canonibus extirpatur duodecima distinctione, cap. primo, & secundo. xxiiij. quæstione tertia, quidam. uer. Euticiani. ¶ † Verum quidam signant se à fron- 13
te deorsum, in quo illud exprimitur mysterium, quod inclinauit Deus cœlos, & descendit in terram. Descendit quidem, vt nos de terra eleuaret in cœlum. Deinde à dextra ad sinistram: primò ut æterna, Ps. 17
quæ per dextram, temporalibus, quæ per sinistram significantur, præferendo designent. Secundò ad notandum, quòd Christus de Iudæis trãsiuit ad Gentes. Tertio, quia Christus à dextra, id est, à patre ueniens, diabolum, qui per sinistram significatur in cruce peremit. vnde: Exiui à patre, & ueni in mundum. Alij uerò signum crucis à sinistra, producunt in dextram fulti authoritate illa: Egressus eius à patre, excursus usque ad inferos: recursus ad sedẽ Dei. Incipiunt enim se signare à parte superiori: quæ patrem significat, & descendunt ad inferiorem, quæ mundum designat: deinde à sinistra parte, quæ infernum, producunt ad dextram, quæ cœlum significat. Nam Christus descendit de cœ-

lo

lo in mundum, de mundo ad infernum, ab inferno ascendit in cęlum, vbi sedet ad dextera Dei patris Secundo hoc faciunt, ad insinuandum, quia de miseria transire debemus in gloriam & de vitijs, quæ per sinistram ad uirtutes, quæ per dextram significantur, vt legitur in euangelio Matth. nam & Christus de morte transiuit ad uitã Tertio, quia Christus à temporalibus, ad
14 æterna per fidem crucis nos eleuat. ¶ † Cõsiderandum autem est, quòd qui à sinistra producunt in dextram seipsos, & alios, pariter consignant, sed tunc super illos signũ crucis à dextra in sinistram, producũt, quia non consignant eos, quasi uertentes dorsum, sed quasi faciem præsentantes, sed & cum super alios principaliter signum cru-
15 cis imprimunt, etiam seipsos à sinistra in dextram, sed alios à dextra in sinistram cõsignant. ¶ † Sanè regulariter in omnibus euangelicis verbis debemus facere signum crucis, ut in fine euangelij, symboli, dominicæ orationis, gloria in excelsis Deo, sanctus, Agnus Dei, benedictus dominus Deus Israel, magnificat, & nunc dimittis, & in principio horarum, & in fine missæ, quando sacerdos dat benedictionem, & etiã vbicũque de cruce vel crucifixo mẽtio fit: quę etiã omnia stãdo, sicut & euangeliũ audire debemus. In omni etiã actu nostro signum crucis facere debemus. Vnde Amb. ad omnẽ actũ incessũe, manus impingat in
16 crucem. ¶ † Et aduerte, quoniam crucis figura quadripartita est: vel propter quatuor elemẽta, quę in nobis vitiata, Christus sua pãssione curauit, vel propter homines, quos ex quatuor partibus orbis ad se traxit iuxta illud. Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Vel & hæc quadratura pertinet ad mortalitatẽ, habet enim longitudinem, latitudinem, sublimitatem, & profundum. Profundũ est acumen, quod terræ infigitur, longitudo est inde ad brachia, latitudo est in expansione, latitudo seu sublimitas, est à brachijs vsque ad caput. Profundum significat fidem, quæ est posita in fundamento, altitudo, spem, quę est repositã in cœlo, latitudo, charitatem, quę est ad sinistram, & ad inimicos extendi tur: longitudo perseuerantiam, quæ sine fine cõcluditur. De hoc dicetur in sexta parte sub titul. de parasceue. De signo crucis, quod fit in principio, & in fine euangelij, dictum est in quarta parte, sub titul. de euangelio. ¶ Post Deus in adiutorium meũ intende, &c. statim † in singulis horis subij 17
citur, Gloria patri & filio. Sicut erat &c. quos duos versus beatus Hierony. scripsit inter opuscula, quæ Papæ Damaso misit: & ipsius rogatu idem Damasus illos in fine psalmorum cantari instituit, ipsum tamen versum, Gloria: Niccœna synodus dicitur edidisse. Quia enim Dominus dixit: Ad huc te loquente ecce adsum: ideo quasi iã nos intellexerimus, exauditos esse gratiarum actiones trinitati tribuimus, dicentes: Gloria patri, &c. ¶ † In exequijs tamen 18
mortuorum nec Deus in adiutorium: nec Gloria patri dicimus, quia in illi Saluatoris exequias imitamur, in quibus hæc cessant, prout in sequenti parte sub titulo de quinta feria cœnæ Domini dicetur. Simili ter post vnumquemque psalmum. dicetur
Gloria patri, &c. quia † versus iste totius 19
trinitatis simplex laus est. Psalmus nanque bonam operationem significat, qua finita meritò Deo gloria danda est, qui pro omni opere bono laudandus est, & nũc, & semper, sicut laudandus erat in principio, quando cœlum & terram creauit. Sicut enim sibi soli laus est de creatione cœli & terræ, sic & ei laus est de omni opere bono nunc & semper. In præmisso quidem versu. Sicut erat in principio, &c. multiplicium temporum varietas demonstratur, vi delicet, in Sicut erat in princip. præteritũ in & nunc, præsens, in & semper, futurum & æternum, in & in secula seculorum, lõgitudo magna, Vnde Orige. Quoties secula seculorum nominãtur, fortasse licet nobis ignotus, tamen à Domino statutus aliquis terminus indicatur. † Legi- 20
tur quod Ildebrandus prior Cluniacen. factus Papa, Gregorius dum in minoribus agẽs, legationis officio fungeretur archiepiscopum Ebredun. de simonia accusatum & accusatores omnes corrumpentem, ita ut conuinci non posset, miraculosè conuincit, præcepit enim illi, vt diceret versum Gloria patri & filio &c. Ille uerò licet expeditè diceret Gloria patri & filio: tamen & Spiritu sancto proferre non poterat, quippe quia in Spiritum sanctum peccauerat. Reatũ ergo suum confessus, & de

positus

positus: mox expeditè & Spiritui sancto
pronuntiauit. Et nota, quòd gloria patri
21 dicitur.xxiij. vicibus in nocturnis† festiui
tatum, prout dicetur in sexta parte sub ti
tulo de feria quinta cœnæ Domini, quod
fit in honorem duodecim Apostolorum,
qui sunt xij.horæ Dei, id est Christi à verò
sole illuminatæ, & sunt xij.horæ noctem,
id est, ecclesiam illuminantes, qui Domi-
num gloriæ in nocte huius seculi prædica-
22 uerunt. Tullius † dicit, quòd gloria est fre
quens de aliquo fama, cum laude, Ambro.
dicit, quod gloria est clara cum laude no
titia. Augustinus dicit in v.distinctione, de
ciuitate Dei, de gloria seculi, quod gloria,
est iudicium hominum bene de homini-
bus opinatum. Et post, gloria patri subijci-
tur, allelu-Ia: de quo sub titulo de prima
23 dicetur. Hymni † quoq; tã ex institutione
Gelasij Papæ, quàm ex approbatione con-
siliorum Toletani, & Agatheneñ. de cons.
distinct.j. de hymnis. & distinct.quinta con
uenit. in singulis diuinis officijs canuntur.
Est autem ὕμνος Græcè, Latinè laus Dei,
cum cantico, vel vox humana in laudem
Dei metricè composita, Cãticum vero est
exultatio mentis habita de æternis in vo-
cem humanam prorumpens; quia uero psal
mi sunt hymni, vnde & psalterium, dicitur
liber hymnorum: ideo in quibusdam eccle
sijs hymnos non cantant: quod tamen ap-
probandum non est, quoniã non sine causa
sunt à sanctis patribus instituti, & prẽterea
nõ oĩs hymnus psalmus est, ut quando nil
operando, Deum cum mentis exultatione
laudamus, propter quam laudem exprimẽ
dam hymnus cantatur. Psalmi verò opera
bona significant, ut infra dicetur. ¶ Illud
24 † autem notandum est, quod in diuinis of
ficijs hymni præcedunt psalmos, in noctur
nis vero, scilicet in vesperis, completorio,
& laudibus matutinis ecõuerso. Dies enim
pertinet ad spirituales, qui habent gaudiũ
conscientiæ, nox pœnitentes, qui habent re
morsum conscientię, illos exultatio induc-
it in operationem, quibus dicitur: Canta-
Ps.32 te ei canticum nouum, bene psallite ei in
vociferatione. Istos per operationem opor
tet venire ad exultationem. Idcirco in di-
uinis officijs hymni præcedunt psalmos. In
nocturnis verò econuersò, in vesperis au-
tem & in prima quo loco hymni canentur
vbi dicetur. Rursus stando hymnos canta-
mus in erectione corporum, ostendentes
quòd in laudando Deum corda sursum ere
cta habere debemus. Veruntamen, nisi mẽs
consonet linguæ, certum est, uocem quan-
tumlibet clamorosam Domino non place
re. ¶ † Differentia ergo est inter psalmũ, 25
hymnum, & canticum. Nam in psalmo ope
ra, in hymno laus, in cantico, mentis exul-
tatio intelligitur, de quo dicetur sub titu.
de laudibus matutinis. De his tribus dicit
Apostolus ad Colossiij. In psalmis, & hym
nis, & canticis spiritualibus cantantes &
psallentes in cordibus vestris Domino.
xciij.distinct.cantantes. & in his tribus va-
rietatibus omne genus musicorum accipi
potest, pro ut iam dicetur in no.test. Hila-
rius Pictaueñ.episcopus primus hymnorũ
carmine floruit, & post eũ Ambro.ideoque
hymni Ambrosiani dicuntur, quia eius tẽ
pore plurimum in ecclesia Mediolañ.can-
tari cœperunt. Postea verò in ecclesijs occi
dentalibus quæcũque carmina in Dei lau-
dem benedicuntur, hymni vocantur, Aug.
dicit in lib.confessionum, quòd cum Amb.
à Iustina imperatrice Ariana perfidia dã-
nata, persecutionem pateretur, & intra ec
clesiam cum plebe catholica insidijs vrge
retur, instituit hymnos, & psalmos secun-
dum morem orientalium decantari, ne po
pulus mœroris tædio contabesceret, quod
ad omnes fuit postmodum deriuatum. Et
aduerte, quod in quibusdam ecclesijs hym
nus natalis Domini, & festorũ illius septi-
manæ sub eodem cantu dicuntur. Ratio est
quoniam sicut membra ad caput, sic sancti
se habent ad Christum à quo, sicut à capite
influẽtiæ æternæ beatitudinis participare
noscuntur. Quia igitur hoc inchoatum exi
stit in eius natiuitate, & consummatum in
resurrectione, quia tunc chirographus dã-
nationis deletus est, & reseratum cœlum,
quod tot annis manserat clausum, idcirco
eo præcipuè tempore solennitate sancto-
rum sub cantu solennitatis Christi rationa
biliter recoluntur. Hoc autem non contin
git in cantu hymnorum paschalis tempo-
ris: in quo significatur, quòd sanctorum glo
ria in ipsis nondum totaliter est perfecta,
propter appetitum resurrectionis corpo-
rum suorum, & ideo ipsi Christo nondum
totaliter conformantur. ¶ Antiphonæ quo
que

26 que † in singulis horis ex institutione B.
Ambrosij, dicuntur, pro eo q; beatus Igna-
tius tertius à beato Petro, Antiochenus
episcopus audisse legitur, in tripartita hi-
storia super quendam montem angelorum
choros antiphonas canentes. Inde enim
Græci primo antiphonas composuerunt,
& eas cũ psalmis in choro, quasi in chorea
cantari ordinauerunt, qui mos ad uniuer-
sas transiuit ecclesias, ut iam vbique anti-
phonæ decantarentur. Dicũtur autem an-
tiphonæ, respectu ad psalmodiam, cui re-
spondent, sicut & responsoria, respectu ad
historiam, vnde & antiphona dicitur quasi
ante psalmum sonans. † Inchoatur enim
ante psalmum qui opus significat, ipsa ve-
rò significat charitatis copulam seu mutuã
dilectionem, sine qua opus non prodest, &
per quam opus incipit meritorium esse. Re
ctè igitur, secundum eius tonum, melodia
psalmi informatur, quia dilectio opera no
stra informat, & secundum hoc dicitur ab
antì, quod est contra, & fonos quod est so-
nus, quia psalmus secundum melodiã eius
intonatur, & manus operatur, secundum
quod charitatis igniculo excitatur. Psal-
mus autem antiphonæ intermiscetur, quia
fides per dilectionẽ operatur. Verum ante
psalmum imperfecte, & post perfectè dici
tur, quia charitas in uia imperfecta habe-
tur, seu hic initiatur, sed in patria per bo-
na opera, quæ hic ex charitate fiunt perfi-
cietur: iuxta illud Esa. Viuit Dominus, cu-
Es.31 ius ignis in Sion, & caminus in Hierusalẽ.
In præcipuis tamen festiuitatibus, etiam
ante psalmum perfectè dicitur, ad notan-
dũ, quod in illis perfectiores in bonis ope
28 ribus nos exhibere debemus. † Inchoatur
quoque ab vno vnius chori, & finitur à plu
ribus vtriusque chori. Primo, quia chari-
tas ab uno, scilicet Christo incipit, & in
membris eius consummatur ab ipso, sicut
Io.13 ipse dicit in euangelio Ioan. Mãdatum no
1.Ioa. 4. uum do uobis &c. Deus enim prior dilexit
nos, vnde & nos cõmuniter dilectioni eius
correspondere debemus. Secundo ad notã
dum, quòd uox prædicatorum, quæ semper
ad unitatem tendit nos monet, ut quod
vnusquisque singulariter operando, acqui
rit, alteri per dilectionem porrigat, vt si u-
nus addiscit in scholis, & alter seminat in
campo, tempore fructus doctor seminanti
doctrinam porrigat, & sator doctori panẽ.
¶ † Cæterum antiphona, post psalmos cõ 29
muniter ab omnibus cantatur, quia de dile
ctione commune gaudium surgit. Canta-
tur etiam à duobus choris alternatim, ad
notandum mutuam dilectionem siue chari
tatem, quæ in paucioribus quam duobus
consistere nequit. Coniungit ergo antipho
na duos choros, ut charitas per bonũ opus
coniungat duos fratres. Isidorus dicit in
lib.vj.eth. † quòd antifonon græcè, inter 30
pretatur latinè uox reciproca, quia duo
chori siue de vno ad unum reciprocando,
vicissim melodiarum cantus alternant,
quasi duo Seraphin duoque testamenta in-
uicem sibi conclamantia. Vnde clerici an-
tiphonas cantantes, non vertunt vultus ad
altare, sed se ad inuicem versis vultibus re
spiciunt, quod genus canendi græci adinue
nisse traduntur. Est † itaque antiphona,
quædam cantilena diuinis laudibus ad re-
creationem inserta. Nihil enim amplius
charitate recreat animos, quæ quia modu
lando cantatur, mentis iucunditatem signi
ficat, iuxta illud Psalmitæ: Psallite sapien- Ps.46
ter, tunc enim iucunditas sapida est, cùm Prou.
de Deo est. Tunc etiam manus sub pennis 3
sunt. Ezechielis j. & in Prouerb. Beatus vir
qui inuenit sapientiam & qui affluit pru-
dentia, quia qui habet iocunditatem men
tis de æternis, de facili affluit prudentia, id
est, bonis operibus, quibus sibi prouidet in
futuro. Vel secundum Mosen, antiphona,
est quædam vox, qua sibi inuicem angeli
colloquuntur. Sex autem antiphonæ quæ
diebus feriatis ante Psalmos nocturnales
dicuntur, de psalmis sumuntur & bonorum
operum perfectionem, uel sex opera mise-
ricordiæ designant, quoniam senarius nu-
merus perfectus est. Illę verò, quæ dicun-
tur super benedictus in laudibus, & super
magnificat in vesperis, de euangelijs dierũ
in quibus dicuntur sumuntur, exceptis il-
lis, quę in quinta feria dicuntur prout di-
cetur in sexta parte, sub quinta feria secun
dę dominicæ quadragesimę. ¶. † Rursus 32
in quibusdam ecclesijs, in fine antiphonæ
fit neuma seu iubilus quia beatus populus
qui scit iubilationem. Est autẽ neuma seu
iubilus, inefabile gaudium, seu mẽtis exul
tatio habita de æternis. Ideoque in diebus
ieiunorum, & afflictionum non debent fie-
ri, sicut

Universidad de Deusto Biblioteca

ri, sicut nec in luctu citharizari, & fit neuma in vnica, & finali litera antiphonæ, ad notandum, quòd laus Dei ineffabilis, & incomprehensibilis est. Ineffabile namque gaudium per πνεῦμα significatum, quod hic prægustatur, nec penitus exprimi, nec penitus taceri valet, quare meritò Ecclesia verbis omissis iubilando cum neuma, quasi in admirationem prosilit: ac si dicat, quæ vox quæ poterit lingua retexere &c. Verba enim hæc non sufficiunt, nec intellectus capit: nec amor etiã dicere sinit. Quis enim plenè enarret, quod oculus non vidit, nec
Es. 14 auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Neumatizando ergo expressius quodammodo fine verbis dicit, quòd per verba innuat, quantum sit illud cœli gaudium, ubi verba cessabunt, & homines omnia scient. Verum, quia perfectorum tantum iubilus est in magnis festiuitatibus, non tam maiores quàm etiam minores exultãt: inde est, quòd in quibusdam ecclesijs in quibus neuma non dicitur, vox non significatiua in vocem significatiuam conuertitur, quia loco iubili & neumæ, trophi & sequentiæ decantantur, ad quas laudes & minores & maiores passim admittuntur, & ideo communiter ab omnibus decantantur. In quibus antiphonis dicatur neuma, seu iubilus, & quare hoc potius fit in tempore paschali: dicetur sub tit. de laudibus matutinis. Iubilus autem diuersa significat: & in diuersis locis in eodem responsorio sæpe fit, prout dicetur in vj. parte sub natali. Itẽ de neuma, quæ fit per allelu-Ia, in iiij. parte sub tit. de allelu-Ia dictum est. Item in quibus antiphonis dicatur allelu-Ia, in sequenti par
33 te sub festo natalis dicetur. ¶ † Et nota, quòd neuma, neumę sine p & in fœminino genere, est iubilus, de quo dictum est, sed πνεῦμα Græcè, scriptum per π in neutro genere, est Spiritus sanctus vtrumque tamen pro fœminino sæpe ponitur in scripturis. Sanè neumæ, quæ in missa fiunt, repræsentant gaudium quæ potius fieri solent in e, vt in Κυρίε ἐλέησον vel in a, ut allelu-Ia: quã in alijs vocalibus, ad notandum gaudium spirituale, quod nobis restitutũ est in partu virginis, cui facta est mutatio huius nominis Eua, in aue: dicente angelo: Aue Maria, &c. & ibi. Mutans nomen Euæ. Signi-
34 ficatio † nanque huius nominis Euæ, mãserat vsque ad angeli salutationem. Illam autem significationem Adæ & Euæ nascentes infantes exprimunt. Nam fœmina nascens profert e, masculus verò a: vnde versus, & dicunt, e, vel a, quotquot nascuntur ab Eua. Illæ ergo neumæ non significant dolorem, quem nobis attulit transgressio Adæ & Euæ, prout quidam scripserunt, sed gaudium nobis in premissa salutatione virginis restitutum. ¶ Rursus considerandum est, quòd ferè vbicunque in cantu scribitur Hierusalem, neuma producitur, ut cęlestis Hierusalem iubilatio figuretur, exemplũ habetur in allelu-Ia. Te decet, quod cantatur dominica. x. post pente. Idem etiam est quoties allelu-Ia duobus versibus infigimus, vt de stola duplici gaudeamus exemplum est In Allelu-Ia: Pascha nostrum. quod dicitur in die resurrectionis, & in allelu-Ia Angelus Domini, quod dicitur in sexta feria, tunc sequenti. Vtrumque enim allelu-Ia, duos habet versus, prout gradualia antiqua ostendunt, & sic de alijs. In quibusdam tamen festiuitatibus quidam versiculi in nocturnis antiphonam præcedunt: de quo in sequenti parte, sub dominica de trinitate dicetur. Post antiphonas in singulis horis diurnis & nocturnis ex institutione Damasi Papæ psalmi ad antiphonę symphoniam canuntur, & significat tempus bo *Psal.*
nam & diuinam operationem. Vnde Da- 143.
uid, in psalterio decachordo psallã tibi. In tali enim instrumento psallebat, innuens, quòd in psalterio spirituali spiritu viuificato per fidem debemus psallere Deo decem legis mandata implendo. Ipse autem † Damasus instituit, vt chori in duas partes diuisi psalmos canerent alternatim, & dicuntur psal. alternatim ad notandũ alternam sanctorum, ad bene operandum exhortationem. Priscis namque tẽporibus confusè & quasi in chorea dicebãtur: ideo que sancti patres ordinauerunt vt alternatim dicerentur, id est, vna pars chori vnum uersum, & altera aliũ diceret. quod beatus Ignatius primus statuisse fertur in ecclesia Antiochena, pro eo, q̃ in uisione audiuit angelos antiphonatim psalmos spallẽtes. de hoc etiam dictũ est in prima parte sub ti. de ecclesia. Dicũtur ẽt alternatim ad notandũ quod alter alterius onus ferre debet. Psalmos quoque stando, dicimus, ad ostendendum

dendum, quod stantes in bonis operibus uincimus. Deum enim populus Israel cum Amalech pugnabat, quandiu Moses manus leuabat, populus vincebat, quando vero manus dimittebat, populus vincebatur. xxxvij. distinct. si quis vult. Eleuatio igitur ad standum, significat mentis nostræ deuotionem, vt statu corporis mentis affectionẽ monstremus, videlicet nos paratos esse, siue ad domandum carnem, siue ad exercitium operis. Lectiones verò, quæ sunt doctrina nostra, in silentio & sedendo audi-
Ec. 38
mus quoniam doctrinam sedendo, & quiescendo recipimus, vnde ecclesiasticus: Sa-
Es. 32
pientiam scribe in tempore ocij: & qui minoratur actu, percipiet eam. Et iterum, verba sapientiæ in silentio, & quiete discũtur. Et propheta ait: Erit cultus iustitiæ silentium. v. q. iiij. in loco. Sanctos quoque stantes oramus, significantes eos in perpetua
37
lætitia fore. Iuxta illud. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. ¶ † Sanè in diuinis horis sex psalmi dicunt, per quos sex opera misericordiæ denotantur, *Psal.*
quibus in vinea Domini laborantes inten- 121.
dere debent, quasi piè, & mundo corde exerceamus nos, & à seruitute Diaboli liberati, ad libertatem vitæ perueniemus, & retributionem diurni denarij recipiemus. Verumtamen sub tribus glorificationibus dicuntur, ad insinuãdum fidem sanctæ trinitatis, ad quam diuina sunt opera referenda. In vesperis uero quinque dicuntur, prout ibi dicetur, & sunt psalmi horarum
38
inuariabiles, prout sub completorio dicetur. ¶ † Illud quoque prætermittendum non est, quòd unus atque idem psalmus in varijs festiuitatibus cantatur; pro eo, quia ibi versus pertinentes ad illas inueniuntur: verbi gratia In natiuitate Domini cantamus psalmum: Eru ctauit, propter versum illũ: Speciosus forma. Cantamus etiã illum, in festo virginũ, propter versum: adducentur regi virg. &c. & etiam in festo Apostolorũ, propter versum. Pro patribus tuis &c. Item psalmus: Quare fremuerunt gentes, cantatur in natiuitate, propter versum: Dominus dixit ad me. Et in passione Domini, propter versum. Astiterunt reges terræ: & sic de alijs. Pręterea, vnum & idem vocabulum sæpe diuersimode accipitur: verbi gratia. Hoc nomen templum significat corpus Christi. ut ibi: Soluite templum hoc. Aliquando significat templum materiale: inde est, quod psalmum illum. Magnus Dominus &c. cantamus in natiuitate, propter versum illum: Suscepimus Deus &c. intelligimus enim ibi de templo corporis. Cantamus etiam eundem psalmum, in purificatione: & ibi accipimus de materiali templo, in quo fuit eadem die præsentatus. De psalmodia tam nocturna quàm diurna in suis locis dicetur. ¶ Et not. secundum Hierony. de consecrat. distinctione quinta non mediocriter. quod melior est quinque psalmorum cum cordis puritate, & serenitate spirituali, & habilitate, decantatio, quàm totius psalterij cum anxietate cordis atque tristitia modulatio. ¶ † Postremo notandum est, 39
quòd psalmi graduales sunt quindecim, qui signati sunt per quindecim gradus, quibus ascendebatur ad Templum Salomonis, quod erat in monte. Hos quindecim gradus, vocant quidam canticum graduum: eò quòd in quolibet præmissorum quindecim graduum singuli psalmi decantabantur: & uerbum graduum, casus genitiui est. De dictis gradibus dictum est in prima parte sub titu. de altari. Significati sunt etiam dicti quindecim psalmi, per alios quindecim gradus Ezechielis: quibus visum est ei ascendere in ciuitatem Dei, de quibus habetur de pœna. distinctio. ij. dum scientiam, & Ezechielis. x. vbi primo habetur de septem gradibus: & posteà de octo. Nempe quindenarius numerus, constat ex numero septenario, & octonario: septenarius refertur ad vetus test. quia aliqui septimum diem: septimũ mensem, & septimum annũ celebrãt: octonarius, ad nouũ testamentũ refertur: propter resurrectionem vnicam, quæ octauo die facta est. Quindecim ergo psalmos psallimus, ostendentes, quod vtriusque testamenti præcepta obseruare debemus: quinque psalmi, quinque corporis sensus per quos peccamus, significat: & ideo in aliquo illorum non dicitur Gloria patri, quia illa peccata, quę per quinque sensus corporis committuntur, nobis non Deo imputari debemus: sed dicitur post illos requiem æternam: quoniam in illis

Universidad de Deusto Biblioteca

20 Illis pro defunctis oramus, ac si dicatur: Oramus Domine, ne pro peccatis illis, quę committuntur corporis sensibus, vita negetur æterna, sed per Dei misericordiam requies concedatur æterna. In sequentibus decem psalmis nobis, & nostris proximis, & congregationibus, & prælatis Dei misericordiam imploramus, & gloria patri subiungimus, quia quòd à catena peccatorum absoluimur, quod te Deum toto corde perquirimus, quòd tuum decalogum obseruamus, non nobis Domine, non nobis, sed no
Psal. mini tuo da gloriã exhibemus. ¶ Rursus nu
113. merus decem ex septenario & trinario constat. Trinarius ad præcepta primę tabulæ, quæ ad Deum spectant, septenarius vero ad præcepta secundæ tabulæ quæ ad proximum spectant, refertur, ac si dicat quòd decalogus obseruatur, per Deum est. Versiculi etiam in singulis dicuntur horis. Legitur enim in libro Numeri, quòd dum arca Domini, quæ ecclesiam figurabat in taber
Num. naculo reponebatur, dicebat Moses. Reuer
20 tere Domine, ad multitudinem filiorum Israel. Sanè reuersio Domini ad Israel, nihil aliud est, quã vt reuerti faceret Israel ex toto corde ad se: Deus enim, cui omne tempus præsens est, non habet ad quos reuertatur, sed intelligitur reuertere, id est
40 fac nos reuerti ad te. Iuxta illum ergo modum versiculi dicuntur, vt si fortè mentes nostræ cogitando vana præ nimio psalmorum opere deuiauerunt, audito versu con
Zac. 6. uertantur ad orientem, id est, ad Christum qui est noster oriens, seu ad mentem, secundum versus significationem: qui ab ipsa reuersione nomen traxit, nam dicitur à verto, vertis, & inde est, q̃ dũ vers' dicitur, ad orientẽ siue ad altare nos vertimus. Recte ergo versus, qui significat fructum boni operis, alta & acuta uoce dicitur, ad excitandum pigros, qui in laudando Deum & intelligendo diuina, torpent, vt reuertamur ad cor, vt videlicet eo audito, omnis cogitatio, quæ fortè videndo temporalia, foras exijt, reducatur intra nos. ¶ Rursus versus nocturnalis significat, quia ab officio psalmorum siue à labore, tunc nos vertimur ad officia locationum siue ad quietem, ut qui psallendo stabat, nunc ad lectionem sedeat. Vnde versus dicitur à vertẽdo de hoc dictum est in quarta parte sub titu. de graduali. ¶ Et no. quòd in quibusdam ecclesijs in die dominica post primum nocturnum, dicitur iste uersus: Memor fui nocte nominis tui Domine. Post secundum dicitur. Media nocte surgebam. Post tertiũ Exaltare Domine. Primum siquidem versus, scilicet memor fui, &c. ad quid ecclesia de lecto suo surrexit ostendit, quo verò tempore surgẽdum sit, notat Secundus, scilicet media nocte, &c. & ad quid surgẽdum sit ostendit, quod sequitur: ad confitendum nomini tuo. Verum quidam nolentes men
tiri, quia non surgunt in media nocte, loco Ps. 15
huius versus, ponunt illum: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine. Quòd tamen media nocte surgendum sit, ostendit Dauid dicẽs, media nocte, &c. & alibi. Prę ueni immaturitate & clamaui, quod idem est: nam immaturitate vnica est dictio. Vnde & quidam libri habent in maturitate, & sonat in maturitate quasi tempus non apertum operi. Alia tamen litera habet pręueni intempesta nocte, quia tempestum apud antiquos idem erat, quod opportunum, à tempore vel à tempestate uocabulo dicto. Vnde in antiquis historijs sæpe ita legitur: hoc factum est in illa tempestate, id est, in illo tẽpore, vnde intempestiuum vel intempestum, aiunt, tẽpus inopportunum, id est, nocturnis actionibus nõ opportunum. Tertius autem versus, scilicet exaltare Domine, &c. manifeste pertinet ad nouum testamẽtum, in quo Saluator noster, secundum humanitatem fuit exaltatus, quidam tamen dicunt tunc. Ps. 40
Ego dixi Domine miserere mei: quia ad gloriam quæ data, qui est tempore noui testamenti, non peruenitur, nisi per remissio
nem peccatorum. ¶ † Sed quæritur, quare 41
versiculi in nocturnis ante lectiones dicuntur, in alijs vero horis post capitula? Respondeo in nocturnalibus lectionibus propter earum vniuersitatem, & magnitudinẽ sedere solemus. Ne igitur propter longam sessionem aut propter lassitudinem, siue otiũ obliuiscamur doctrinæ Domini, quã lectiones significant, cogitando fortè inania, aut dormiendo, vel confabulando, ideò uersu præcedente lectiones audiendas incitamur, in alijs vero horis, quia nec tot, nec tantæ sunt lectiones, non est necesse sedere, nec versiculos prænitti. Vel ideo

ideò in alijs horis versus post lectiones dicuntur, ad notandum, quòd propter internalla horarum doctrina Domini non negligitur. ¶ Rursus versus sæpe à pueris cantatur, ad notandum seruitium nostrum cũ innocentia præstitum, Domino fore gratũ. De versiculis, ¶ in vesperis seu laudibus di
42 cuntur, sub illis locis dicetur. Et † vide, quia versus debet notare, aut statum temporis aut officij. Statum tẽporis notat versus primæ, scilicet Exurge Christe adiuua nos, vbi cum dicitur: exurge innuit initiũ operis. Similiter in versu tertiæ. Adiutor meus esto Domine, ne derelinquas me cum dicitur, ne derelinquas me. notatur status pugnæ. Similiter in versiculo sextæ, scilicet Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit, significatur status perfectus, & perfectionis. In versiculo nonæ, scilicet Ab occultis meis mund a me Domine, & ab alienis parce seruo tuo: status demonstratur frigescẽtis dilectionis. Statum quoque temporis innuunt versiculo, qui in passione & resurrectione cantãtur. Sed versus vespertinalis officij statũ officij ĩsinuat, vt vespertina oratio &c. & dirigatur Dñe oratio &c. Ex quibus verbis colligitur, quòd uespertina oratio actitatur. Post versum sequitur oratio dominica: & post eam præces, de quibus di
43 cetur sub nocturnis. ¶ † Lectiones quoque in singulis horis, tam nocturnis, quàm diurnis dicuntur. Et dicitur lectio, quia nõ cantatur, ut Psalmus vel hymnus, sed legitur tantum. Illic enim modulatio, hic sola pronuntiatio quæritur: Siquidem lectiones nocturnales sunt doctrina nostra, quia per eas docemur opera nostra retorquere ad Deum. Obtinent ergo vicem lectionũ, quas doctores faciunt ad ignaros, per eas quoque sanctorum opera imitamur, & earum commemoratione ad Dei laudem cõpungimur, & ideò, ut præmissum est, sedendo, & in silentio audiũtur. Lecturus autem lectionem, ad librum accedens, super gradum ascendit, quia doctor perfectiori uita vulgus transcẽdere debet. Et presbyter, uel Episcopo benedictionem, tanquam legendi licentiam postulat, dicens: Iube domine benedicere per quod principatus
44 † Ecclesiæ, quodque nullus, nisi à maiore iussus, debet in ecclesia legere, designatur. & dicit, domne & non Domine, quia solus Deus uerè Dominus est. Hinc est quod presbyter seu Episcopus non à se benedictionem largitur, sed discrete à Deo postulat illam dari dicens: Benedictionem perpetuam tribuat nobis &c. In fine verò dicit: Tu autem Domine miserere &c. Quia tunc sermonem ad Deum dirigit qui verè Dominus est. ¶ Rursus ideo in principio imperfecto, & syncopato vocabulo pronunciat, quia tunc ad imperfectum, videlicet ad hominem sermonem dirigit, Iuxta illud Prophetæ imperfectum meum viderunt oculi tui. Quod etiam monachi com-
muniter obseruant, dicentes: Dominus a- Ps. 38
bas. Hac quoque consideratione famuli dominus seruientibus alterum genu tantum, scilicet sinistrum flectere debent, per quam partem corporalis seruitus significatur, quæ tantum hominibus & non spiritualibus † debetur, sed in eccle. vtrumque genu flectendum est, non alterum tantum: ne 45
Iudæis assimilemur. Nam & Christo omne genu flectetur, ad Philipen. ij. capitulo extrà de immu. eccle. decet. Salomon quidem pro populo orans vtrumque genu in terram figebat, & manus ad cœlum expandebat, prout legitur. iij. Reg. capit. viij. Eadem etiam ratione, non est inclinandum principi singulari, facie recta, siue secretè sibi loquendo, siue auscultãdo, sed duntaxat ab aure sinistra, capite flexo. In fine vero perfecte & complete pronuntiat quia ad perfectum, & perfecto vocabulo dignum, videlicet ad Deum dirigit sermonẽ. Porrò Episcopo volenti legere & dicenti. Iube domne benedicere nullus minor benedicere debet. xxj. distinct. deinde. Vnde & in quibusdam ecclesijs nihil ei respondetur: in alijs vero respõdet vnus presbyter. Ora pro nobis pie pater ad Dominum: Et tũc Episcopus dicit: Magnificate Dominũ mecum. Tunc autem Episcopus habet perfectè pronuntiare: Iube Domine benedicere: quoniam ad Deum, qui perfectus est sermonem dirigere intelligitur. ¶ In nonnullis vero ecclesijs, legere volente Episcopo sacerdos dicit: Iube Domine benedic. & ipse episcopus data benedictione legit. Cum enim legere lectionem, non sit sacerdotis, uel episcopi officium, sed lectoris si nullus alius episcopus vel sacerdos adsit, potest

alius

alius inferioris ordinis tanquam lecturus
in persona ecclesiæ dicere: Iube Domine
bene. & ipse sacerdos vel Episcopus lectu-
rus in personam Christi ei reddit benedi-
ctionem, vel legat absque Iube Domine be
nedi. In quibusdam ecclesijs ipse Episco-
pus dicit. Iube Domine & minor cui volun
tariè in hoc se ex humilitate subijcit bene
dicit. ij. quæstione septima. non sum. ij. quę
46 stione v. mandastis. Lectione † finita, di-
cit lector: Tu autem &c. quod neque de le
ctione est, neque ei continuatur: sed ille
ad Deum sermonem dirigens, se excusat,
quasi dicat. Domine peccaui, legendo for-
san modulatè pronuntians cupidine lau-
dis humanæ vel captando ventum humani
fauoris, & audientes similiter forsan pecca
uerunt, vanis cogitationibus intenden-
tes, vel à lectione auditum auertentes, au-
tem, pro sed. tu Domine miserere nostri.
Quod verò respondetur à cunctis. Deo
gratias, non ad Tu autem, sed ad lectionem
refertur. Est enim vox ecclesię Deo gra-
tias exoluentis acsi dicat. Deus pauit nos
verbis salutis, que sunt cibus animæ, & pro
huiusmodi beneficio Deo gratias supple
47 exoluimus. † Rursus pluralitas lectionum
pluralitatē significat prædicatorum, qui
sunt in tempore gratiæ, sicut & paucitas
in profestis, raritatem significat tempore
legis. & uicissitudines lectorum, sunt suc-
cessiones legatorum, qui dum Iube Domi-
ne benedi. dicunt, licentiam proficiscendi
petunt, dum eis benedicitur, licentia da-
tur, in quo innuitur, quod nullus prædica-
re debeat, nisi missus, quomodo enim præ-
dicabunt, nisi mittantur? Ipsa enim lectio
est iniunctæ legationis executio Tu autem
Domine, legati reuersio. vbi in eo, quod
misericordia imploratur, innuitur ipsum
legationis vel prædicationis officium non
sine alicuius leuis culpæ pulere peragere
posse. Vnde Aug. Verbum prædicationis
securis audit quam dicatur. Prædicator
enim per terram ambulat, & difficile est ei
qui per terram ambulat, pedes nullo pul-
uere sordidare, & prædicatorem, cum se
bene prędicare senserit, nullius spiritu ele
uationis erigi. Et attende quòd sicut in
48 ecclesia duo sunt † ordines sapientes, &
insipientes, sic duæ sunt lectionum mane-
ries. In illis enim lectionibus, quæ ad mis-
sam leguntur, sapientes instruuntur, in his
vero quæ in nocte dicuntur, insipiētes eru
diuntur, vnde & exponuntur. Et not. quòd
terminātur lectiones quatuor modis. ¶ Pri
mo, † generaliter per tu autem. ¶ Secun- 49
do in aduentu & natiuitate, & in epipha-
nia lectiones de Esaia finiuntur, per hæc
dicit Dominus, conuertimini ad me &c.
Qui in natiuitate hoc dicunt, mouentur
ex illo ca. Esaiæ, quod tunc legitur. Primo *Esa. 9.*
tempore, alleuiata est, vbi dicitur: Et in
omnibus his non est aduersus furor meus,
& populus meus non est conuersus, & ideo
ecclesia hortatur in persona Christi popu
lum peccatorem, ut cōuertatur Hoc idem
etiam fit propter eandem causam, in qui-
busdam ecclesijs, quando legitur de Hie-
remia exprobrante duritiam peccatorum,
qui per pœnitentiam non conuertuntur.
Tertio modo lectiones, quę leguntur in tri
duo ante pascha, de trenis Hieremiæ finiū
tur per Hierusalem, Hierusal. conuer. &c.
prout ibi dicetur. ¶ Quarto lectiones pro
defunctis finiuntur simpliciter, sine aliquo
præmissorum, in quibusdam tamen eccle-
sijs finiuntur per beati mortui, qui in Do-
mino moriuntur, quod sumitur ex fine cu-
iusdam sermonis, quem Augu. de mortuis
compilau t. ¶ Hoc etiam not. quod in ter-
tio nocturno legitur euangelium, & homi
lia euangelij eiusdem diei, quia tertius no
cturnus designat tempus gratiæ, in quo euā
gelium recitatum est & in quo euangelica
prædicatio celebratur, prout in titulo de
nocturnis dicetur. ¶ † Non est etiam omit 50
tendum, quod antiquis temporibus elimi-
natis hæresibus, quę veritatem trinitatis
impugnabant, sancti patres ad hoc, ut san-
cta trinitas magis nota esset, ordinauerūt
quod nona lectio semper de trinitate lege
retur, & nonum responsorium similiter de
eadem cantaretur: & quod etiam in prima
feria missa de trinitate diceretur. Quo diu
tius obseruato, & trinitate cunctis innote-
scente, ecclesia lectionem de trinitate omi
sit. Sed responsorium de trinitate & etiam
allelu-Ia in missa in dominicis diebus, uel
propter solitum vsum, uel propter dulcē
cantilenam in plerisque locis retinuit, &
ita nunc impropriè uocatur responsorium
quia lectioni præcedenti non respondet.
Diurnæ vero lectiones à quibusdam, eo
quod

quod breues sunt. lecticulæ nuncupantur,
à pluribus verò capitula, eo quòd ut pluri-
mum de capitibus epistolarum illorū die-
rum, quibus dicuntur sumuntur. Hæc siqui
dem post psalmos & antiphonas, in singu-
lis horis dicuntur, prout statutum est in cō
cilio Agathen. de consec. dist. v. conuenit.
Num. 21 qui modus ab Esdra sumptus est, ut prę mis
sum est & significat capitula doctrinā. Ne
enim propter psalmodia audientium ani-
mus sibi fastidium ingerat, sicut Iudęis, qui
manna fastidiebant, propter quod Deus mi
sit in eos serpentes ignitos qui eos inter-
ficiebant: ideò præmittitur capitulum,
id est, breuis lectio sumpta à nouo vel ue-
teri testam. prouocans ad deuotionem quę
fastidio contraria est: & ex hortans ad per-
seuerantiam in bono: iuxta illud: Hor-
tamur vos, ne in vacuum gratiam Dei re-
cipiatis. In nocturnis aūt copiosius, quam
diurno officio lectionibus uacamus, quia
tūc eis aures liberius accōmodamus. Et di
cūtur huiusmodi capitula siue exhortatio
nes ī plerisq; ecclesijs per pastorē, ad dome
sticos, & sciētes, qa sicut ligna lignis adijci
mus ut ignis magis ardeat, ita ignitis dome
sticorū cordibus ignita pastorū verba adij-
ciuntur, ut magis igniantur. Leguntur etiā
hæ lectiones, sine Iube Domine benedi. &
absque benedictione, quoniam ut plurimū
Episcopus uel sacerdos qui uicē Christi ge
runt, & quorū officium tanquam maiorū,
est excitare pigros, illa legunt, cuius pro-
priū est licentiam & benedictionem dare,
& non petere, nam maior minori benedi-
cit, & nō econtra. Nocturnales vero lectio
nes à minoribus legūt, ideò à superioribus
licentiam & benedictionem petunt. In his
etiam diurnis lectionibus nō dicit in fine:
Tu autem, sicut fit in nocturnalibus: quia
sacerdos debet esse perfectus, & qui dia-
bolicis suggestionibus de facili non succū-
bat, & quia in breui sermone, & inter fami
liares vix est, quin ventus humani fauoris
captetur prout quandoque fit in nocturna
libus lectionibus, ut præmissum est. Respō
detur tamen, Deo gratias, propter causam
in nocturnalibus lectionibus assignatā. Ad
hoc in capitulis horarum officia diuiden-
tes, per præcedentiam laborem per sequē
tia premiū significamus, ideoq; præcedētia
consistunt in psalmis, sequentia in hymnis
& canticis. ¶ Notandum † vero est, quòd 51
pulcherrimus mos in ecclesia inoleuit, ut
quater in die & quater, in nocte, per singu-
las diurnæ siue nocturnæ psalmodiæ horas
lectio una siue capitulum de veteri siue no
uo testamento dicatur. Quædam tamen ec
clesiæ non dicunt capitulum in prima, nec
in completorio. Sed quia secundum hoc le
ctiones nostræ non erant octo: sicut erant
secundum Esdram in ueteri test. prout prę
missum est, ideo illæ ecclesiæ post primam
legunt in capitulo lectionem in prima prę
ter missam. Dicit enim aliquis, Iube Do-
mine benedic. & sacerdos benedicens re-
spondet. Regularibus disciplinis &c. quę se
quuntur. Et ante complectoriū leguntur,
prætermittendū in complectorio, scilicet.
Fratres estote sobrij &c. vel legitur de dia
logo, uel huiusmodi de hoc sub tit. de pri-
ma dicetur. Quæritur aūt, quare in noctur
nalibus † siue diurnalibus lectionibus non 62
pronuntiatur author earū, prout fit in his
quæ in missa leguntur? Respondeo, hi qui
super lectionibus & diuinis obsequijs insi-
stunt, ut sunt ministri & domestici ecclesiæ
earū authorem ex ipsis lectionibus agno-
scunt quia igitur illi nocturnalibus lectio-
nibus adsunt officijs, non est necesse no-
menauthoris exprimi lectionum. In mis-
sa vero ideo exprimitur, quia ibi con-
ueniunt bubulci, operarij, & agricolæ, ut
si quis eorū fortè pro eo, q; rarò talia audit
incognitam habet historiam, audiat eius
authorem qui fortè non est ei cognitus, vt
ex illius authoritate firmius infigantur
verba lectionis in corde. In quibusdam ta-
men nocturnalibus lectionibus quādoque
author ipsarum exprimitur, putā in sermo
nibus & homilijs Gregorij & Augustini, &
aliorum, de quo in procemio septimæ par-
tis dicetur. ¶ Porrò in concilio Maguntiné
si, in Burcardo lib. viij. c. laicus. statutum
est ut laicus in ecclesia non recitet lectio-
nem, nec allelu-Ia dicat, nisi psalmos tau-
tum & responsoria, siue allelu-Ia. Respon
soria quoque post lectiones subijciuntur,
cū. n. per lectiones doctrinales per respōso
ria verò bona opera significētur ritè post
lectiones respōsoria subijciuntur, quia per
bona opera doctrinæ respondere debemus
ne cum seruo pigro qui pecuniam Domini
sui abscondit, in tenebras exteriores mit-

Universidad de Deusto Biblioteca

53 tamur. Dicitur namq; † responsorium: quia lectioni respondere, id est, consonare debet: vt si forte lectiões sunt de actibus Apostolorum, responsoria sint similiter de eodem: vnde nonum responsorium, responderi solet nonæ lectioni: quæ olim erat de trinitate: prout iam dictum est. Hoc tamen fallit in responsoriis de historiis, quæ post euangelium in nocturnis cantantur: quæ euangelicis lectionibus non respondent, de hoc etiam dictum est in quarta parte sub tit. de graduali. Dicitur quoque respõsorium, quia vni cantanti cæteri concordi ter respõdent. Iuxta illud Apostoli j. Co. j. Vt id ipsum omnes dicamus, & non sint in nobis schismata. Cantauit enim vnus, scilicet Christus, & Petrus & cæteri eum secuti sunt, vel quia choro illud cantanti versus respõdetur ab vno. Isidorus dicit, quòd Italici responsoria tradiderunt, quæ inde responsorios cantus vocant: quia alio desinente id alter respondeat. ¶ Porrò respon
54 soria nocturnalia † spiritualibus canticis comparantur, dicuntur enim cantica: quia cantantur, sunt spiritualia, quia ex iubilatione spiritualis mentis procedunt. Cantãtur, verò, vt recitatione lectionum ad superne patriæ concentum mentem nostram incitent sub leuari, quod etiam insinuat, Gloria patri. quod in vnoquoque responsorio canitur. Cęterum responsorium ab vno incipit, vt ab alijs concinat, per quod fratris ad fratres exhortatio ad seruiendũ Deo intelligitur. Per versum verò responsorii, qui totus ab vno canitur, singularis ad Deum deprecatio denotatur. Adhuc responsorium cantando quasi per tubam vocem exaltamus, excitando fratres ad altiora, vsque adeò, ut ad laudem sanctæ trinitatis perueniamus dicentes, Gloria patri & filio &c. Quandoque autem responsorium tres habet uersus, prout in sexta parte sub prima dominica de aduentu dice-
Ga. 19 tur. Responsorium quoque post uersum imperfectè recantatur, ad notandum quod si in monte, id est in statu perfectionis saluari non possumus, saltem in segor, id est, alia via saluemur, in statu uidelicet imperfectionis. Adhuc semiplene sine pro parte repetitur. Ad notandum ea, quæ viuentes facimus imperfecta esse & fit primò repetitio à remotiori, quo ad finem, & posteà a minus remoto, & vltimo. Gloria patri & filio dicitur, prout sub dicta dominica de aduentu dicetur. In festiuis verò iterum totum perfectè repetitur, ad notandum lætitiam & perfectionem sanctorum. ¶ † Oratio 55
nes similiter in singulis horis dicũtur, per quas promissio impetranda est. Oratio nãque petitio est, Nam orare, petere est, sicut exorare, est impetrare. Et secundum Grego. veraciter orare, est amaros in compunctione gemitus, & composita verba sonare oratio autem Dei misericordiam significat, quæ præcedit & subsequitur hominem in bonis operibus: & ideò dicitur in principio missæ & fine. Est autem vltima oratio Domini, ad operarios benedictio. Quòd orationes in fine dicuntur, ab actibus sumitur Apostolorum, qui quando disiungebantur, positis genibus suis orabant. Siquidem oraturus sacerdos, populum salutat, dicens: Dominus uobiscum, & hoc ideò, vt illum animet adorandum pro ipso, quòd eius oratio sit accepta Deo, quòdq; Deus gratiam suam sibi donet, oratione autem finita, iterum orat dicens, Dominus uobiscum de quo sub titulo de prima dicetur. ¶ † Et nota, quòd omne officium præter no 56
cturnum, oratione & benedictione concludit, ad notandum, quòd dum in hoc secuto sumus, necesse habemus presbyterorum orationibus muniri. Et mos est, quando cum famulis Dei familiare habemus colloquium, cum ab illis separamur, benedictionem ab eis poscimus. In nocturnis verò hoc non fit, quia ibi non fit separatio, sed matutinũ, & matutinæ laudes de Deo
coniunctim canuntur. ¶ † Porrò licet Deus 57
sit vbi quæ tamen sacerdos in altari & in diuinis officiis debet ex institutione Vigilij Papæ versus orientem orare. Vnde in Ecclesiis ostium ab occidente habentibus, missam celebrans, in salutatione ad populum se uertit, quia quos salutamus facie ad faciem, præsentamus: prout in quarta parte sub titulo. de salutatione dictũ est & deinde oraturus, se ad orientem conuertit in Ecclesijs uerò ostia ab oriente habentibus, vt Romæ, nulla est in salutatione necessaria cõuersio, sacerdos in illis celebrãs semper ad populum stat conuersus. Templum quoque Salomonis, & tabernaculum Mosi, leguntur ab oriente ostia habuisse.

Exod.

Exod. xxxiiij. c. Versus orientem ergo oramus, primò memores' quòd ille qui est splẽdor lucis æternæ sedentes in tenebris illuminauit, quoniam' visitauit nos oriens ex alto, de quo legitur, Ecce vir oriens nomẽ eius. Cuius argumento, in libro Sapientiæ
Mar. 1 dicitur: Oportet ad ortum lucis adorare,
Sap. 16. & non quòd diuina maiestas localiter in oriente consistat, quæ potentialiter & essentialiter est ubique iuxta illud: Cęlum
Hier. 23. & terram ego implebo. & Propheta. Si
Ps. 38 ascendero in cęlũ, tu illic es, si descendero ad infernum, ades, sed quia Deum timentibus oritur sol iustitiæ, qui illuminat omnẽ
Ioã. 1. hominem venientem in hunc mundum. Secundo ideo uersus orientem oramus, vt animus noster se ad potiora conuertere admoneatur. ¶ Tertio, quia qui Deum laudare volunt, non debent ad illum vertere terga. Quarto, secundum Ioannem Damas. qui quatuor' sequentes orationes scripsit in quarto libro can. v. c. ut patriam nostrã nos requirere ostendamus. ¶ Quinto, ut Christum crucifixum, qui uerus est oriens & ad quem oramus, directè respiciamus. ¶ Sexto ut uenientem iudicem nos expectare monstremus. Ait enim idem Damas. ibidem. Deus paradisum secundum orientem plantauit. vnde homines transgressum exulem fecit & ante paradisum ex occidente habitare fecit antiquam igitur patriam derelinquentes, & ad ipsam' aspicientes, Deum ad Orientem adoramus. ¶ Septimo, quia Dominus crucifixus, ad orientem respiciebat, ideò & nos oramus ad eum respicientes. sed & ipse in cœlum assumptus ad orientem sursum ferebatur: & ita ipsum Apostoli adorauerunt, & ita ueniet, quẽ admodum uiderunt eum euntem in cęlum ipsum igitur expectantes, ad orientem ado
Act. 1 ramus. Daniel quoque in babilonica captiuitate, & Iudæi similiter uersus templum orabant. Augu. tamen ij. distinctio. ecclesiasticarum dicit, quod nulla scriptura nos docuit uersus orientem orare. Adhuc stantes oramus sanctos prout iam præmissum
58 est, vbi de psalmis agitur. ¶ Orandum † autem est in Ecclesia, quę ad hoc inuenta est, prout in prima parte sub tit. de ecclesia dictũ est, Vnde Psal. lxvij. In Ecclesijs bene-
Ps. 28 Ps. 5. dicite Domino Deo de fontibus Israel, & alibi: Adorate Dominum in aula sancta eius & illud: Introibo Domine in domum Ps. 94
tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Item præceptum est coram altari, hoc adorabis. Item prophæta, Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, Deus, id est, creator. Dominus, id est, redemptor: noster, id est, saluator. Sed cum Deus sit ubique, vt præmissum est, quare potius in templo, quã alibi est adorandus? Præterea legitur Ioann. iiij. cap. quòd cum mulier Io. 4.
Samaritana solutionem quæstionis, quæ de loco adorationis inter Iudæos & Samaritanos sępe vertebatur, à Christo quæsiuisset, Patres (inquit) nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet. Respondit illi Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora: quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis. supplendum est tantùm adorabit is patrem: sed ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. quasi dicat, non præfero locum in adorando, vbicunque adoretur Deus, duntaxat in spiritu, id est, pro spiritualibus, & veritate, id est æternis. Vnde Christus inquit Tu cũ orauerris, intra cubiculũ tuũ, & clau- Mat. 5
so ostio, ora patrem tuum. Sed licet vbique sit Deus adorandus, specialiter tamen in Ecclesia, alioquin frustra tanto studio, tantoq; impendio templũ Domini fieret, nisi gratius in eo adorari acceptaret. Vnde Sa- 4. Re
lomõ in templo cõstructo, & dedicato ora gu. 8.
uit ad Dominũ, vt quicunque illud ascenderet, pro peccatis suis, vel pro quacunque tribulatione, clamans ad Dominũ, in his, quæ iustè postularet, exaudiretur quã orationis formã sequitur Ecclesia in oratione quam dicit in Ecclesiæ dedicatione. Adsistunt enim angeli, ibi adorantibus, vt deuotas eorum orationes Domino offerant, secundum illud: In conspectu angelorũ psal- Psal.
lam tibi, adorabo ad templum sanctũ tuũ, 135
ad confitendum nomini tuo Domine. Hinc angelus ad Thobiam, Ego obtuli orationẽ Tho.
tuam Domino. Requiescant etiam ibi san 10.
ctorum reliquiæ, quæ nobis deuotè Deum adorantibus, suis precibus assequuntur, quod nos meritis nostris non ualemus. In plateis uerò, & in publico, more Pharisęorum orare à Domino prohibemur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quod uero Apostolus ad Timo. inquit uo
1.Thi. lo uos orare in omni loco, leuantes puras
2. manus, sine ira, ad internam pertinet ora-
tionem. In omni enim loco orat, qui per
charitatis officia, & opera bona vbique ma
nus cordis mundas ad Deum leuat. Cæte-
rum, adorandus est pater, & filius, & spiri-
59 tus † sanctus, quoniã omnes & singuli sunt
unus solus, & verus Deus. Licet enim alia
persona sit pater, alia filius, & alia Spiritus
sanctus, tamen patris & filij & Spiritus san
cti una est diuinitas, æqualis gloria, coæter
na maiestas. Vna igitur & æqualis totius in
diuiduæ trinitatis est oratio, de qua sanè
potest intelligi, quod ait Dominus. Veri a-
doratores adorabunt patrem, in spiritu, &
Io.4. veritate, nanque qui Deum veraciter ado
Io. 14 rat, ipse quidem adorat patrẽ in spiritu, &
veritate, id est, in filio, qui de se dicit: Ego
sum via, ueritas, & uita. ego sum, inquit, in
patre, & pater in me est, ideò pater adoran
dus est in filio, & filius in patre & Spiritus
sanctus in utroque. ¶ Est autem Deus ado-
60 randus de † corde puro, conscientia bona,
2.Ti. & fide non ficta De corde puro, non ut qui
2. dã faciũt, qui ĩ prosperitate Deũ glorificãt
Ps.48 sed eũ in aduersitate blasphemant, de qui-
Ps.58 bus propheta: Cõfitebuntur tibi, dũ bene-
Ps.49 feceris eis. si uero nõ fuerint satiati, mur-
Lu.22 murabũt, de cõscientia bona, non ut quidã
Es.29 faciunt, qui contra Deũ grauissime peccãt,
& postea temere illi sacrificant. de quibus
Propheta: Peccatori dixit Deus quare tu
enarras iustitias meas, & assumis testamẽ
tum meum, per os tuum. iij.q.viij. quod te-
statur illud utique testamentum de quo ve
rita s ait: Hic est sanguis meus noui testa-
menti. De fide non ficta, non, ut quidam
Matt. adorant, qui rectè dicunt, sed prauè uiuũt,
15. quibus Dominus improperat, dicens Hic
populus labijs me honorat, cor autem eo-
rũ longè est à me. Dicunt enim & non fa-
ciunt. Adorandus est itaque Deus corde,
per deuotionem. ore per confessionem, &
op r: per venerationem. ¶ Sũt autem duæ
61 species † adorationis, scilicet * λατρεια
* que soli Deo debetur: & * δουλεια que in qui-
* busdam creaturis adhibetur, ut dictum est
in quarta parte sub quarta particula cano
ni s, super verbo, seruitutis. ¶ Rursus cano
ni cæ horæ in ipsis horis diei dicendę sunt,
Ps.33 nec obstat illud Psalmistæ, Benedicam Do
minum in omni tempore nec illud Apósto
li: Sine intermissione orate, quoniam be-
nedicere Dominũ in omni tẽpore: est illũ
semper digna conuersatione laudare. Sine
intermissione orare, est omnia in Dei lau-
de seu gloria agere sicut idem Apostolus
ait: siue mãducatis, siue bibitis, siue aliquid
aliud faciatis, in gloria Dei facite. xxvj.q.
ult. non obseruetis. Cæterum orationem
salutatio præcedit, & sequitur ad illam re
sponsio: prout sub prima parte dicetur. ¶ Fi
naliter autem post orationem dicitur: Be-
nedicamus Domino: quod † sumptũ est de
62 Apostolo, vel de psalmo, uel de Hymno
trium puerorum, vbi dicitur: Benedicamus
1.Cor. patrem & filium &c. Et dicitur quandoque
9. à pueris, qui sunt imperfectæ ætatis, ad no
tandum omnia opera nostra imperfecta es
se, iuxta illud: Imperfectum meum viderũt
Ps.38 oculi tui &c. de conse. dist. iiij. tulerunt &
Ps.63 quod omnis laus nostra, puerilis & imperfe
cta est, ad comparationem Dei, quem lau-
damus: quicqnid enim hic dici potest, mi-
nus à laude Dei est. Ac si dicat ecclesia:
laudamus: sed laudando non sufficimus:
quia supereminentia Dei eloquium no-
strum, & intellectum superat: quia accedet
homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Vn-
de ab omnibus consequenter dicitur: Deo
gratias: quasi placet sicut pium est in Dei
laude superari. Dicitur etiam à pueris, ad
notandum, quod solum pueri, id est, puri à
malitia, digne laudant Deum & gratias
agunt. Dicitur etiam quandoque à maiori
bus ad significandum, quod in æterna bea-
titudine, cum Domino perfecti erimus lau
datores, quia in hac uita nõ possumus esse
perfecti. ¶ Rursus post suffragia, dicitur
alia oratio, quæ misericordiã Dei signifi-
cat quæ præcedit & subsequitur hominem
in bonis operibus, Dicit etiam iterum: Be
Math. nedicamus: & Deo gratias: quia sicut Do-
28. minus post quã iterũ post resurrectionem
suam salutauit discipulos suos, bened ixit
eis: & illi gratias referendo, illũ adoraue-
runt, ita & presbyter vel alias iterum dicta
oratione, dicit: Benedicamus Domino: &
est subaudiendum, cuius membra sumus, &
in quo benedicimus, & etiam benedicit
63 † Chorus vero gratias agens, dicit: Deo gra
tias, quod sumptum est de Apostolo: per
quod significatur, quòd vsque in finem vitę
nostræ

nostræ innocent iam debemus seruare: &
Deo benedicere, ei pro beneficiis gratias
exoluendo. vel benedicamus Domino, cũ
Deo gratias, est laus finalis, & exultatio
ineffabilis, quæ erit ĩ gloria, cum gratiarũ
actione: uel Deo grãs, est de consummato
cursu gratiarum actio: de hoc etiam dictũ
est in quarta parte sub titulo de oratione
nouissima. Sed videtur, quòd potius debet
responderi: Amen, id est, fiat, seu ita sit, sci
licet quod Deus sit benedictus: sed respon
detur Deo gratias, vt notetur, quòd hoc ip
sum, quod Deo benedicimus, ab ipso Deo
64 habemus. ¶ Porrò, quia † quandiu viuimus
in lubrico positi sumus, & à dæmonibus
Psal. impugnamur, quare semper sanctorum
133. suffragiis indigemus? idcirco in plerisque
Ecclesiis in singulis horis post Benedica-
mus, suffragia sanctorum subiiciuntur. Et
nota, quòd quia totum tempus à natiuita-
te Domini, usque ad festum purificationis
est de infantia saluatoris: ideò ut quidam
dicunt, non debent fieri tunc commemo-
rationes, præsertim de cruce: Iuxta illud:
Non coques hœdum in lacte matris suæ
nec etiã à dominica, de passione vsque in
sabbatum, post penteco. vt ibi dicetur.
¶ Hoc etiam sciendum est, quòd quia Pe-
trus & Paulus in vita, & in morte nõ sunt
separati, prout cantat Ecclesia: ideò nec in
commemorationibus separantur, quæ si-
mul fiunt & communiter de vtroque. ¶ Vl
65 timò notandum est, quod cantandi † vsus
à veteri testamento sumpsit initium: sicut
in Esdra legitur: de quo in parte secunda
Psal. sub titulo de cantore: & ita in iiij. parte
32. sub titulo de allelu-Ia dictum est. & Eccl.
c.xlvij. Dedit illis contra inimicos poten-
tiam, & stare fecit contra altare cantores,
& in sono eorum dulces fecit modulos: &
Psal. Cantate ei canticum nouũ: bene psal-
lite ei, in vociferatione. Celebratur itaque
ei cantus, vt ostẽdatur homines debere re
fundere gratias, & laudes Deo: dum mani
bus cæteriscq; membris satagunt agere ope
ra, quibus valeant Deo placere. Vsum ta-
men cantandi quidam reprobant: prout di
ctum est in prœmio quartæ partis. Ordi-
nem cantilenæ in diurnis, siue in noctur-
nis horis creditur beatus Grego. plenaria
ordinatione distribuisse: cum multi & an-
te, & post eum, orationes, antiphonas, & re
sponsoria composuerint. ¶ Et † not. secun- 66
dum Hug. de sancto Victore, quòd tres sũt
species sonorum: qui tres modulos faciũt,
fit enim sonus pulsu, flatu, & voce, pulsus p
tinet ad citharam, flatus ad tubam, & orga
num, vox verò ad cantum. Hæc genera mu
sicorum antiquus populus in laudem Dei
exercebat, hæc autem consonantia sonorũ
asfignari potest concordiæ morũ, si ad pul
sum citharę manuum operatio, ad flatũ or
gani, mentis deuotio, ad cantum vocis, ser
monis exhortatio referantur. Bernar. in-
quit: Quid prodest dulcedo vocis, sine dul
cedine cordis? frangis vocem, frange & vo-
luntatem, serua consonantiam vocũ, serua
concordiam morum, vt per exemplum cõ-
cordes proximo, per voluntatem Deo, &
per obedientiam magistro. De organo, di-
ctum est in quarta parte sub titu. de sãctis.
¶ Rursus † hoc triplex genus musicorũ ad 67
triplicem differentiam beneficij ecclesia-
stici refertur, secundum Richard. Episco-
pum Cremoñ. in mitrali. Nam ipsum offi-
cium Ecclesiæ consistit in psalmis, in can-
tu, & lectionibus. Primum musicorum ge-
nus, est quod fit pulsu digitorum, vt in psal
terio & similibus, & ad id pertinet psalmo
dia. Iuxta illud, Laudate eum in psalterio Psal.
& cithara. Dicitur enim psalterium, à 150
* ψάλλω, grecè, quod est tangere, siue pul- *
sare latine. Secundum est quod fit voce, sci
licet humana, & ad istud pertinent lectio-
nes, vnde Psalmista, Bene psallite ei, in vo
ciferatione. Et apostolus lectionem, vo-
cem vocauit, dicens, Ignorantes Iesum, & Actu.
vocem prophetarum, quę per sabbatum le 13.
guntur. Tertium est, quod fit flatu sicut in
tuba, & ad istud pertinet cantus, vnde Psal
mista, Laudate eum in sono tubæ. Sanè ra- Psal.
tionabiles diuersorum sonorum concen- 150
tus, & concordiam varietate compactam
bene, & ordinatè, ciuitatis vnitatem signi-
ficant. Suauis verò cantus fit ex diuersis,
sed non ex aduersis vocibus. ¶ Rursus † can 68
tus in Ecclesia, lętitiam cœli significat,
voces verò graues acutæ & superacutę,
innuunt tribus modis prędicandum esse
tribus Ecclesię ordinibus, propter tricę-
simum, sexagesimum, & centesimum
fructum, vel iuxta tria volumina Salo-
monis, significat ordinem incipientium,
proficientium, & profectorum, de cho-

Universidad de Deusto Biblioteca

69 ro dictum est in prima parte sub titulo de ecclesia. ¶ Sanè † statutum est in concilio Toleta. & Gerundeñ. de consec. distinct. ij. institutio, & distin. j. altaria. & xij. distin. c. fin. quòd tam missæ ordo, quàm psallendi & ministrandi consuetudo seruetur in omnibus ecclesijs, quæ in ecclesia metropolitana seruatur, Abbatibus quoque vel monachis curam animarum habentibus non licet publica officia aliter celebrare, quam in ecclesia episcopali: quanuis Augustin. dicat duodecima distinctione. illa. Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur indifferenter habẽdum esse: & in ecclesiasticis sacramentis sit de iure consuetudo seruanda de consecratione, distinctione quarta, de cœna. extra de celebra. missa. ca. penul. xij. distinctione catholica.

ADNOTATIO.

✳ Composita.) Hymnorum vsus fuit in nouo testamento, ut testatur beatus. Augustin. & patet Matthæi capitul. xxvj. ad Ephes. v. Quod & Concilium Toletanum confirmauit, concil. quarto, capitu. xij. Et Eusebius libr. j. capit. xvj. & xvij. refert in singulis locis consecratam orationis Domum, quæ appellabatur Σεμνιον uel μοναστήριον. N. D.

ADNOTATIO.

✳ Τάλλην.) Theodoritus scribit libr. v. c. p. xxxj. temporibus Constantij Imperatoris, Flauianum & Diodorum eo tempore aduersus Arrianos multum pro dogmatibus Christianis laborantes, primos psallentium choros in duas partes diuisisse: & tandem Dauidi eam melodiam cãtare docuisse: idque in Antiochia primùm fieri cœpisse: & dispersum ad terminos totius orbis peruenisse. Similiter & in singulis choris vni ex ipsis hoc datum fuit munus, ut quod canendum erat, prior ordiretur, reliqui succinerent. Quæ consuetudo tempore Basilij magni fuit: ut patet ex eius epistola ad clericos ecclesiæ Niceos. quod etiam hodie Ecclesia Christiana obtinuit. N. D.

SVMMA.

1 *Officij celebrandi tempus, quando incipiat.*
2 *Officium nocturnum, media nocte celebrandũ quinque de causis.*
3 *Ecclesiæ ministri, in primitiua Ecclesia, ter noctu interpellatim surgebant ad diuinum officium.*
4 *Hostes Ecclesiæ, quatuor.*
5 *Noctis vigiliæ quatuor.*
6 *Officium nocturnum quare in quatuor partes est diuisum.*
7 *Nocturna, quid.*
8 *Ecclesiam ingredientes, cur ad altare nosmet inclinemus.*
9 *Officium nocturnum vnde auspicetur sacerdos.*
10 *Inuitatorium, quid significet. Et quæ voce dicatur nume. 11.*
12 *Inuitatorum, cur aliquando integrè, aliquando imperfectè reperitur.*
13 *Hymnus cur sequatur inuitatorium.*
14 *Oratio dominicæ, post versus, in officio dicitur. Et quæ partes sequantur illam. Et quorsum. numero 15.*
16 *Nocturnos tres aliquando, aliquando vnum tantum dicimus. Et qui id fiat.*
17 *Excubiæ tres interpellatæ, in primitiua Ecclesia.*
18 *Officium dominicale, in primo nocturno. Et quidem primum nocturnum referat. numero 19.*
20 *Patrum veteris testamenti adaptatio, cum Psalmo primi nocturni Dominicæ. & per nume. 21. 22.*
23 *Nocturnum secundum dominicæ, denotat tres ordines sub lege Mosaica. Et quid in tertio recolamus. nu. 24.*
25 *Ordines tres sub lege euangelica.*
26 *Ficulnea euangelica, & eius expositio.*
27 *Nocturna ferialia, & eorum forma. & numero. 28.*
29 *Nocturnorum diuta.*
20 *Campanæ pulsantur, vbi cantatur Te Deum laudamus. Et quin idipsum. Et quinam hymnũ illum composuerint. nu. 31.*
32 *Benedicti institutio, circa diuinum officium.*
33 *Monachi, an & quando nouem lectiones dicant.*
34 *Monachi, cur dominicam orationem dicant sublata voce, in diuino officio.*
35 *Monachi, cur se toto corpore ab occidente ad orientem commouent.*
36 *Monachorum ordo, figuram Cherubin tenent velatorum sex alis.*
37 *Monachorum cuculla, vnde sumpta.*

De Nocturnis. Cap. 3.

1

ICET ecclesiastica † officia à vesperis incipiãt. Iuxta illud. De vespera in vesperam, celebrabitis sabbata vestra: extra de ferijs. cap. ij. quia tamen ordo conueniẽs est, vt à tenebris procedamus in lucẽ & non ecõuerso: ideo à noctis officio inchoemus. Tempus autem nocturnum, significat uitã nostram in peccatis. Nocturnum officium, nostri exilij seruitium: nam laus matutina pœnitentiæ, suffragium, per quam tendimus ad lucis gaudium, & libertatis. Vel tempus ante nocturnum, significat tempus ante legem mortis, in quo omnes silebant à laudibus Dei. Tempus nocturnum, significat tempus legis datę Mosi. Templum laudis matutinæ significat tempus gratiæ à resurrectione, vsque ad finem mundi: in quo tempore Deum laudare tenemur de bonis naturæ, quæ in illa hora nobis contulit creando: de bonis gratiæ, quæ in illa bonis contulit, resurgendo: & de bonis gloriæ, quę in ea nobis dabit resuscitando. ¶ Sanè nocturnale † officium
2 Ge. 25 media nocte canitur, propter quinque rationes. Primò, quia primogenita Aegypti de nocte interfecta sunt, & primogenita Israelis saluata. Exod. xij. ut igitur Dominus seruet nobis primogenita nostra, id est, hæreditatem regni cœlestis, quam nobis primogenitus Dei filius acquisiuit, ideò ei canimus officium nocturnale, ne simus, sicut Esau, qui pro edulio lenticulę ruffæ perdidit primogenita sua. vij. q. j. quàm periculosum. Secundo, quia Dei filius fuit media nocte natus, iuxta illud Sapiẽtiæ. c. xix. dũ mediũ silentiũ tenerẽt omnia, & nox &c. vsq; à regalibus sedibus venit Iesus si. tu. ut ergo ipsius natiuitati grati simus, cum de nocte laudamus, & gratias de ipsius natiuitate agimus.
Matt. 25. Tertio, quia Christus in nocte hac hora captus, & illusus est à Iudæis: ea etiam hora
Lu. 22 spoliauit infernum, large noctẽ accipiendo, scilicet ante lucem manè uero surrexit: media etiam nocte, ad iudicium venturus asseritur. Vnde statutum fuit, ut in die vigiliarum paschæ ante noctis medium, dimittere non liceat populus expectantes Christi aduentum, ut dicetur in vj. parte sub sabbato sancto. Ideò hac hora Deum laudamus gratias agentes de ipsius captione, & patrum liberatione: eius etiam aduẽtum solicitè expectãtes. Quarto, ut noctes delictorum nostrorum illuminarentur. Vnde Paulus & Sylas in vinculis existentes, media nocte orantes, hymnum cunctis audientibus dixisse memorantur, vbi terræ motu facto repente ianua sponte patefacta est: & eorum vincula illico sunt soluta. Actu. 16. ¶ Quinto propter carnis illicebras, psallendo & orando hebdomadas, quia sicut dicitur eccle. xviij. Vigilia honestatis domat carnes. ¶ Sciendum † autem est, quòd 3
in primitiua ecclesia ministri ecclesiæ ter de nocte interpollatim surgebant, ad diuinum officium celebrandum, tria in hoc tẽpora designantes, uidelicet tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratiæ. Surgebant enim primo, circa primum somnum, quando vulgus solet ire dormitum, secundo, circa noctẽ, tertio paululum ante diem, sic ordinantes, ut officium nocturnũ, & finitę lectiones cum suis respõsoriis perlectæ essent, prius, quam lucesceret: appa
rẽte uerò aurora pulsatis cãpanis cãtabãt. Lu. 2
Te Deũ laudamus, & matutinas laudes. Ad primũ nocturnũ pontifex & ministri ecclesiæ surgebãt. quæ sine inuitatorio cãtabatur, pro eo, quia nullus ad hanc inuitabatur. Et vocabatur vigilia, quia habuit initiũ à pastoribus uigilias noctis super greges suos seruãtibus. In præcipuis tamen solẽnitatibus populus tota nocte, in diei laudibus persistebat, sed illud sublatũ est, & ieiunium loco illius vigiliæ ordinatum: prout dicetur in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ, de aduentu. Ad secundum nocturnum surgebant ministri simul, & coniugati, tam mulieres, quàm uiri quæ cũ inuitatorio dicebatur, ad significãdum angelos inuitantes pastores ad videndum regẽ natum. Ad tertium surgebant omnes communiter sed postea algescente charitate, cum omnes tam ministri eccle-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſiæ, quam populus ſurgere ad nocturnum officium pigritarent, ſtatutum eſt, ut omnes media nocte ſurgerent, iuxta illud pro
Pſal. 118 phetæ: Media nocte ſurgebam &c. Et totũ noctis officium continuè cantaretur: & plures adhuc illa hora ſurgunt. Quia uerò quidam nocturnis delicijs plus quàm Dei ſeruitijs vacantes, inſtitutionem huiuſmodi non ſeruabant, conſequenter ſtatutũ eſt vt ſaltem tempore vltimi nocturni omnes ſurgant. ¶ † Poteſt etiam dici, quod
4 quatuor ſunt Eccleſiæ hoſtes: ſuperiores, .i. dæmones, malignantes; inferiores, id-eſt, homines aduerſantes: interiores, id eſt, homines aduerſantes: interiores, id eſt, cõcupiſcentiæ carnales, & exteriores, id eſt, illecebræ ſeculares. ¶ De primis inquit
Pſal. 127. Apoſtolus Ephe. vj. Non eſt uobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. ¶ De ſecundis Pſalmiſta. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores, pro-
Gal 6 longauerunt iniquitatem ſibi. ¶ De tertijs Apoſtolus. Caro concupiſcit aduerſus
1.Io.2 ſpiritum, ſpiritus etiam aduerſus carnem. ¶ De quartis Ioan. Nolite diligere mundũ neque ea, quæ ſunt in mundo, quia quicquid eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut oculorum, aut ſuperbia vitæ. Aduerſus hos quatuor hoſtes rectores ec-
5 cleſiæ debent † quatuor noctis vigilias ſolicitè cuſtodire, nam paſtores cuſtodiebant
I.n.2. vigilias noctis ſupra gregem ſuum, videlicet conticinium, gallicinium intempeſtum, & antelucinium, in quibus obſeſſæ ci uitatis cuſtodes, vigilant alternatim. Primam ergo vigiliam cuſtodire debent, contra fallacias primorum hoſtium, ſecũdam contra verſutiam ſecundorum, tertiam, contra tertias, quartam, contra quartas. Et
6 ideò nocturnum officium in quatuor † eſt partes diſtinctum, ſcilicet in tres nocturnos, & matutinas laudes, quod per quatuor noctis vigilias contra dictas quatuor hoſtium perſecutiones, antiquitus Eccleſia decantabat. Porrò in memoriam illius laudabilis conſuetudinis & deuotionis antiquorum, in tempore æſtiualis celebrat eccleſia nocturnum officium in tempore primę nocturnę: licet quandoque tempeſtiuis (quod quidam vigilias ſub antiquo nomine vocant) & ſpecialiter in feſtiuitatibus beatorum Ioannis Baptiſtæ, Petri, & Pauli, & aſſumptionis beatæ Mariæ, quæ ſunt præcipue illius tẽporis ſolennitates, & hoc facere incipiunt in ipſo feſto beati Ioannis hic in crepuſculo, pro eo, q̃ ipſe fuit finis veteris teſtamẽti, & initium noui. Romani ẽt adhuc in pręcipuis feſtiuitatibus, totius anni, in ſero dicunt tres pſalmos, & tres lectiones, quos vigilias uocant & in nocturnis idẽ repetũt, & totũ officiũ matutinum perficiunt. Rurſus in memoriam dictæ deuotionis antiquorum ter in nocte ſurgentium, tres nocturnos decimus, qui & inde nomen & originem habuerunt. Et † nota, quòd nocturna, næ, ponitur 7
pro hora, ſed nocturni nocturnorum pro officio, vel nocturna, nocturnæ, eſt collectio pſalmorum, qui dicuntur ante lectiones in dominica, vel in profeſtis diebus. Nocturnæ in plurali, dicuntur tempora, in quibus pſalmi cantantur Nocturni, noctur norum, dicuntur nouem pſalmi, & nouem lectiones cum ſuis reſponſorijs in ſolenni tatibus. Sanè per nocturnas excubias diaboli vitamus inſidias, & ideò nocte ſurgentes, currimus, campanis auditis, ad eccleſiam, veluti exercitus ad militiam audito clangore tubarum. Aulam igitur regiam, 8
id eſt, eccleſiam † ingredientes ad altare inclinamus, quæ quaſi regem milites adoramus, æterni enim regis milites ſumus. Inclinantes autem, trinam facimus orationem, dicentes ter, Pater noſter &c. ſermonem ad patrem & filium, & ad Spiritum ſanctum dirigentes, cum ad patrem loquimur, ad medium altaris intentione cordis, & ſtatu corporis nos præſentamus, propter patris potentiam, & noſtram perſeuerantiam, cum ad filium loquimur, ad ſiniſtram altaris partem nos conuertimus, propter ipſius exinanitionem, & noſtri lapſus offenſionem, cum ad Spiritum ſanctum, ad altaris dextram tranſimus, propter ipſius benignitatem, & noſtram gratiæ conſecutionem. Quidam tamen adhuc habent ſpeciales orationes, deinde quidem pſalmos gradua les incipiunt, de quibus dictum eſt in proœmio huius partis. Sacerdos † ita- 9
que nocturnum inchoans officium, à Domino, qui eſt α, & ω, id eſt, principium & finis, & bonorum largitor, omniũ incipit, & quoniam

quoniam, ſcriptum eſt Io. xv. Sine me nihil poteſtis facere: etiam os aperiri petit, ante omnia, fiducialiter ab eo, qui dicit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. vt
Eze.2 ei os aperiat ad digne ipſum laudandum
Pſ.50 dicens: Domine labia mea aperies: & os meum annuntia. &c. quia non eſt ſpecioſa laus Dei in ore peccatoris, niſi ipſe in laudem Dei ſui ipſius os aperire dignetur. Iuxta prophetam. iij.q. viij.§. quod teſta-
Pſ.49 tur. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Finit etiam hoc officium in ipſo Deo, dum dicitur: Deo gratias. vt initium & finis circulariter referantur ad eũ, qui eſt α, & ω,
Apoc. 1 & quod dicitur: Aperies ponitur tempus pro tempore, id eſt, aperi, Rurſus petit ſua labia aperiri: quoniam pridem in completorio nos Deo commendauimus: & os & pectus ſigno crucis munientes, cõcluſimus: quare meritò nunc eum precamur, vt labia clauſa aperiat, ad laudandum. Chorus verò ad notandum harmoniam, non muta ta perſona reſpondens, dicit: Et os meum annuntiabit laudem tuam: eſt enim verè harmonia: vt ſit credentium cor vnum, & anima vna. Act. iiij. & in natali vnitate Deus laudatur: quia verò diabolus Dei laudem abhorret, propter quod Deũ laudare volentem, fatagit impedire: nam contemptus Pharao, id eſt, diabolus, ſurgit in ſcandala: ideò Eccleſia, ne ſuccumbat ſtatim impetrata loquendi licentia, orat, dicens alta voce Deus in adiutorium meum intende. Chorus autem reſpondet, dicens: Domine ad adiuuandum me feſtina, &c.
10 ¶ † Sanè præmiſſis duobus habitis, videlicet gratia per quam os aperitur: & diabolo per auxilium Dei repulſo nihil aliud re ſtat, niſi laudare. vnde ſtatim Eccleſia laudans ſubiicit, Gloria patri, &c. de quo in proœmio dictum eſt. Verum, quia non ſufficit Deum laudare, niſi etiam ad laudandum alios inuitemus: vt qui audit, dicat, Veni. Apoca. vltimo, extra de ſac. vnc.
Pſ.94 c. vnico. & cortina cortinam trahat. Exo. vigeſimo. ideò ſequitur inuitatorium, & inuitatorius. Pſalm. Venite exultemus, vbi multiplex cauſa redditur, quare Deo exultare & iubilare debemus, dum ibi dicitur. Quoniam Deus magnus, &c. & vltimo aſsignatur cauſa ſcilicet ne ingrati ſimus, ſicut Iudæi, qui propter ſuam ingratitudinem & malitiam terram promiſſionis non intrauerunt: vnde dicitur ibi: Si introibunt in requiem meam. q. d.
11 non Inuitatorium † autem alta voce dici tur, quaſi mater Eccleſiam per illud inuitet homines ad confitendum Domino. Iux
Pſal. 33. ta illud, venite filij, audite me, quod notat ſecundus verſus. Præoccupemus, &c. Hinc eſt, quod in quibuſdam Eccleſiis iacentes, ad orationem ante matutinum ante ſingula altaria ſtatim cum audiunt cantari: Venite exultemus, chorum intrant. Incipiens .n. inuitatoriũ, eſt quaſi pręco, tanquã tuba exaltans vocem ſuam. Præmittitur quoque inuitatorio vox humilis: ſed cum venit ad pſalmum, inuitatorium exaltatur: quia Eccleſia primò ſecretò, quaſi oſtio clauſo, laudat Deum, propter ſe: ſed poſteà manifeſtè propter alios, vt ardor accendat proximos. Hinc ergo eſt, quòd in præcipuis feſtiuitatibus inuitatoriũ, quaſi voce valde demiſſa inchoatur. Sed cum venitur ad verſum. Hodie ſi vocem eius audi nolite, &c. exaltatur, ne quis corde fortè obduratus, de voce non audita cauſetur. Vnde Eſaiæ. Quaſi tuba exalta vocem tuã.
Eſ.58 rurſus voce demiſſa inchoatur: ad notãdũ, quòd in primitiua Eccleſia populus clã ad fidẽ, & ad Chriſtũ colendũ inuitabatur: ſed poſteà vox exaltatur, vt oſtendatur, q̃ hodie liberè inuitatur, prædicatur, & adora-
12 tur. ¶ † Itẽ inuitatorium ipſum ad aliquos verſus illius pſalmi: Venite, repetitur integrè, & ad alios imperfectè: quia licet oẽs p ipſum inuitatorium ad laudes, & gloriam Dei inuitentur: aliqui tamẽ perfectè & aliqui imperfectè hanc inuitationẽ recipiũt. Dicitur autem ſexies integrè, quia illi integrè inuitationem recipiunt, qui perfectè laudes Deo referunt: perfectè autẽ laudes Deo referunt, qui nil quod non ſit laudis, interponũt. Quia ergo ſenarius eſt primus numerus perfectus, quod patet quia conſtat ex ſuis partibus aliquoties, ſcilicet vno, duobus, & tribus: ideo ſexies integrè repetitur. Tertiò vero imperfectè reperitur, propter illa tria hominum genera, qui ad cœnam inuitati, inuitationem non receperunt, ſcilicet auari, ſuperbi, & luxurioſi: vt dicetur in ſexta parte, ſub ſecunda dominica poſt pent. vel propter noſtram in

in tribus, scilicet in corde, in ore, & in ope re perfectionem. Cæterum epiphaniæ officium inuitatorio caret. prout ibi in sexta parte dicetur: & etiam mortuorum officiũ nisi funere præsente; quia in illo officio. Christi exequias imitamur: non enim in parascene dicitur. Adhuc: quia non sufficit: Deum ore laudare, nisi & mente laudetur ideo post inuitatorium subijcitur hymnus
13 laus Dei. ¶ † Item quia post inuitationem consequẽter multi Deum cum letitia lau-
Iac. 2 dãt. Iuxta illud Audiuit, & lętata est Sion: ideò post inuitatorium cantatur communiter hymnus. Tertiò, dicitur hymnus, in signum: quia sicut in actibus Apostolorum gentes gauisæ sunt: quia ad fidem vocatæ sunt porrò, quia iterum non sufficit laus oris & cordis: nisi & opus sequatur, quia fides sine operibus non prodest, imò mortua est: ideo post hymnũ sequuntur psalmi qui bonam operationem designant. Dicuntur etiam antiphonæ quæ significant charitatem, sine qua opus non perficitur, & versiculi de quibus in proœmio dictum est.
14 † Post versus ante lectiones, per quas doctrinã habemus, dicitur oratio dominica. ¶ Primò, ad notandum, quòd qui eget sapiẽtia, & intellectu doctrine, postulet illa à Deo. qui secundum beatum Iacobum, dat affluenter omnibus, & nõ improperat. ¶ Secundò vt ipsius orationis auxilio pro-
Iac. 1 ficiat in nobis versus intentio. ¶ Tertio vt per illam diaboli tentationes pellantur. Ille enim sentiens nos velle lectiones legere, in quibus sanctorum victoriæ contra ipsum habitæ leguntur, satagit nos acrius impugnare: vnde nos illa oratione munimus. Dicitur autem secretè, per quod secretum regis concilium intelligitur: vt propositæ similitudinis prosequamur exẽplum, & vt diligentius capiatur: vel quia in eo loquimur Deo. Vltima tamen pars patenter concluditur, vt pateat ad quid oratio ipsa dicatur, scilicet ne lector per phantasiam tentationum offeratur. & auditor lectionis intellectu, & profectu frau-
15 detur, de hoc sub ti. de prima dicetur. † Per præces verò, quæ dominicam orationem ante lectiones sequuntur, imploratur sanctorum intercessio, ad obtinendum quod in ipsa oratione postulatur. Oramus enim
Lu. 10 Dominum, vt mittat operarios in messem suam & aperiat cor nostrum in lege sua, & in præceptis suis, ne semen verbum Dei, quod audituri sumus, aut volucres comedant, aut spinæ suffocent: aut in petrã, quæ non habet humorem, arescat, consequenter lectiones, quę sunt doctrina: subijciuntur, & post lectiones, responsoria, quæ bona opera significant, de quibus in proœmio dictum est. Illud autem considerandũ est, † quod in diebus festiuis, & dominicis 16
tres dicimus nocturnos in profestis, vnum, siquidem in trium nocturnorum officijs tria tempora repręsentamus, scilicet tempus ante legem, tempus sub lege, & tẽpus gratię, quorum quodlibet tribus distinctionibus variatur. Tempus ante legem, has distinctiones habuit, prima fuit ab Adam, vsque ad Noè, secunda à Noè vsque ad Abraham, tertia ab Abraham, vsque ad Mosen. Tempus sub lege has distinctiones habuit. Prima à Mose vsque ad Dauid, secunda à Dauid, vsque ad trãsmigrationem Babylonis, tertia à transmigratione Babylonis, vsque ad Christum. Tempus verò gratiæ has distinctiones habuit, prima distinctio fuit Apostolicę & euangelicæ prędicationis: Secunda, tempus impugnationis per hęreses emergẽtes. Tertia, tempus pacis, quando videlicet hęreses eliminatę sunt. Rectè autem tres nocturni, patres seu fideles vtriusque temporis significant, qui vigilantes per Dei laudem ad æternam peruenient laudem, vnde Apostolus ad Ro. 14
Corintio. j. Omnes stabimus ante tribunal 2. Cor.
iudicis & nos, qui viuimus, & qui residui 6.
sumus, non præueniemus eos qui dormierunt. Quia ergo illi, bonis incistentes operibus, bene vigilauerunt meritò & nos, vt 1. Th. 4.
eorum meritis trinitati placere, & nouem ordinibus angelorum sociari possimus in nocturnali officio sub antiphonarum, psalmorum, uersuum, lectionum, respõsorium nouenario. Deo laudes canimus, antiphonæ ad dilectionem, psalmi, ad actionem, uersus, ad exercitationem, lectiones, ad Dei cognitionem, responsoria, ad gaudiũ, & cantum pertinent angelorum. Nouenarij uerò antiphonarum, psalmorum, lectionum, & responsoriorum, pro eodem accipiuntur, quantum ad nostram significationem. De hoc etiam dicitur in vj. parte sub festo natalis, & sub feria quinta cœnæ Domini,

mini, & sub ti. de septem diebus post pascha. In quibusdam tamen Ecclesijs quãdo dicitur: Te Deum laudamus nonum respõsorium non dicitur. Præmissas itaq; trium temporum nouem diuersitates, seu distinctiones inueniemus in nocturnis solennitatem sanctorum & dominicarum: in solennitatibus enim sanctorum tres nocturnos celebrantes: imitamur excubias cœlestis Hierusalem, quæ ædificatur, vt ciuitas: & conseruatur per angelorum excubias, qui ter trinas distinguunt, id est, ter tria trinitati concinunt, sic & nos, qui in illam credimus, tres nocturnos celebramus. Imita-
17 mur † etiam in hoc primitiuæ Ecclesiæ tres interpollatas excubias, quæ ter in nocte surgebant ad confitendum Domino: vt præmissum est. Siquidem canimus nouem lectiones, nouem psalmos, nouem antiphonas, & nouem responsoria, videlicet in vtroque nocturno tres, siue tria, ad notandam omnes electos, qui fuerant ante legẽ, sub lege, & sub gratia, associatos esse in cognitione sanctæ trinitatis, nouem ordinibus angelorum, & in cœlis ipsi trinitati congaudere, & vsque in finem sociabuntur. Sicut autem angeli priores electi fuerunt, ita & psalmi lectiones præcedunt. In dominicis quoque diebus, in quibus aliud festum non occurrit, tres nocturnos celebra-
18 mus. ¶ † Et dicuntur in primo nocturno duodecim psalmi, & tres antiphonæ, quarũ quęlibet respondet quatuor psalmi, & in plerisq; locis, vnum Gloria patri, quatuor psalmis respondet. Sanè dominicam diem. Dominus sua resurrectione glorificauit, & in ea angelorum consortia promeruimus. Vnde dominica nox, dominicam resurrectionem nobis ad memoriam reducet, & etiam resurrectionem omnium fidelium, qui ab initio mundi fuerunt & vsque ad finem seculi futuri sunt, quia in resurrectione Domini omniũ electorum resurrectio
19 significata est. ¶ † Primum nocturnum recolit tempus ante legem, scilicet tempus legis naturalis. Duodecimus psalmus illius recolit resurrectionem omnium sanctorũ illius temporis præsertim duodecim patriarcharum, qui tunc maximè viguerunt, & vigilauerunt, à quibus populus Domini in duodecim tribus fuit propagatus, qui fuit Domino populus peculiaris sicut in tempore gratiæ duodecim Apostoli præ cæteris præfulserunt. Quatenatius psalmorum numerus, quatuor principales seu cardinales virtutes prætendunt, videlicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, quas virtutes credimus sanctos patriarchas suo tempore præ cæteris habuisse, & alijs exemplo demonstrasse. Tres antiphonæ fidem sanctę trinitatis siue delectationem in ea ostendunt. Quarum quę libet respondet quatuor psalmis, nam qui libet tenens fidem Sanctæ trinitatis, quatuor præmissis virtutibus est quadratus. Ciuitas enim in quadro posita est, sicut habetur Apoca. c. penul. Ideo autem quatuor Psalmi, sub uno gloria, dicuntur, nec separantur, quia quatuor premissę virtutes inseparabiles sunt, sed qui habet vnam, habet omnes, sicut probat Augustinus. Item in eo, quòd sub vno gloria patri, siue glorificatione trinitatis quatuor psalmi compulantur: ostenditur dictos patriarchas, in una fide trinitatis dictas quatuor virtutes habuisse, & cæteris exempla monstrasse. Verum quidam omnes psalmos primi nocturni sub una antiphona cantant, ad notãdum delectationem, quam habent in cognitione trinitatis. Quidam etiam ad quemlibet psalmum dicunt gloria patri, sed per antiphonas eos distinguunt. quia quilibet tenetur ex suo dono reddere laudes trinitati ex hac dilectione, quam habet in cognitione trinitatis. ¶ † Et atten- 20
de, quia in prima distinctione temporis ante legem vigilauerunt Abel, Enos, Enoc & Lamech, quòd in primis quatuor psalmis inuitur. Beatus uir. cantat Abel, qui tãquam lignum plantatum secus decursus aquarum, dedit in tempore suo fructum iustitiæ: dum pro iustitia conseruanda succubuit. Quare fremuerunt. cantat Enos: quia Domino in timore seruiuit, dum nomen domini inuocauit. Domine, quid multiplicati sunt: cantat Enoc, quem dominus suscepit, dum eum ad paradisum transtulit. Domine, ne in furore. cantant Lamech, quem dominus exaudiuit, dum ei talem filium dedit, qui genus humanum à furore Dei in arca saluauit. Quia igitur quatuor duntaxat psalmi dicuntur, ideo duo psalmi de matutinali officio subtrahuntur, videlicet. Cum inuocarem &c. Verba mea, & ideò

& ideo illi potius, quam alij: quia primus
semper in complectorio, & secundus in se
cunda feria ad laudes dicitur. In secunda
21 † verò distinctione primi temporis vigi-
lauerunt Noe, Sen, Heber, & Thare. Domi
ne Deus meus cantat Noe, quem dominus
in illa generatione iustum inuenit & ideò
aquis persequẽtibus saluum fecit: Domine
Dominus noster, cantat Sen, quem Domi-
nus gloria & honore coronauit, dum eum
super fratres patris benedictione sublima
uit. Confitebor tibi, cantat Heber: qui mi-
rabilia Dei narrauit cum ciuitatem gygan
tium dissipauit, In domino confido, cantat
Thare, qui in vrbe Caldæorum positus, in
domino confidit, cuius pars calicis ignis
22 sulphur extitit. In † tertia distinctione
primi temporis vigilauerunt, Abraham,
Isaac, Iacob, & Ioseph, quod sequentes
psalmi declarant. Saluum me fac. cantat
Abraham: quem Deus saluum fecit in cui-
us tempore sanctus defecit: quia idolatriẹ
seruiuit. Vsque quo cantat Isaac quem do-
minus in sacrificio respexit. Dixit insipiẽs.
cantat Iacob cui spes dominus fuit, vnde
ibi dicitur. Exultauit Iacob & lætabitur
Israel. Domine quis habitabit. cantat Io-
seph. qui fuit sine macula dum adulterium
recusauit. Secundum uero nocturnum do-
minicale siue tres psalmi qui nunc dicun-
tur cum tribus antiphonis, & tribus glori-
ficationibus recolunt resurrectionem eo-
23 rum, qui sub lege Mosaica fuerunt. ¶ † Et
licet tunc multi sancti fuerint, tamen tres
ordines fuerunt, scilicet legislator, cum
suis imitatoribus, & psalmista cum suis &
prophetæ. ¶ Fuerunt nanque aliqui aliqua
doctrina legis contenti. Fuerunt etiam ali
qui qui cum Dauid, uel ad modum ipsius
domino psalmos decantauerunt ante ar-
cam eius. Fuerunt & prophetæ quibus da-
tum fuit corrigere populum doctrina & sa
pientia sibi à Deo data, & prædicere eis
futura. Propter hos ordines tres psalmos
dicimus: & quia isti seruierunt trinitati, cũ
dilectione spirituali, ideò ad singulos dici
mus, Gloria patri cum antiphona. Qui au
tem omnes psalmos primi nocturni dicunt
sub vna antiphona, & omnes secundi no-
cturni, sub tribus, hoc attẽdunt, quia & si il
lis, qui fuerunt tẽpore legis naturę, reuela
ta fuerit aliquãtulum ueritas, illis tamen
qui fuerunt sub lege Mosi magis & inde
eis maior est exultatio, quod notat anti-
phonarum triplicatio. Præterea, illis qui
fueruat sub lege naturæ, promissa fuit hæ-
reditas, sed his, qui fuerunt sub lege Mosi,
collata. ¶ Et nota, quod in prima distin-
ctione tempore legis, vigilauerunt sacer-
dotes. vt Aarõ, cum docuit, quos exprimit
Psalmista: Conserua me, quorum Domi-
nus pars fuit hæreditatis & calicis. In secũ
da iudices, ut Gedeon. dum iudicauit, quos
exprimit psalmista: Exaudi domine, iusti-
tiam meam. quorum iudicium prodijt de
vultu omnipotentis. In tertia reges, ut Sa
lomon, dum populum rexit, quos insinuat
spalmista: Diligam te quos Dominus con-
stituit super gentes. ¶ † In tertio vero no 24
turno, tres psalmos dicimus, recolentes re
surrectionẽ omnium illorum, qui tempo-
re gratiæ siue in nouo testamento, in tri-
bus mundi partibus, scilicet Asia, Africa,
& Europa, uiguerunt, & vigebunt. Et quia
tempore gratię maximè facta est reuelatio
& impletio veritatis, ideo psalmi illi can-
tantur, sępius cum antiphonis habentibus
allelu Ia: ad magis gaudium designãdum,
prout plenius in sexta parte sub natali di
cetur. Hinc etiam est, quòd in quibusdam
ecclesijs semper in omni tertio nocturno
siue dominicali siue festiuali, lectiones ex
nouo testamento subijciuntur, scilicet ex-
positiones euangeliorum, & dicitur Te
Deum laudamus. Et attende † quoniam 25
in prima distinctione temporis gratię vi-
gilauerunt Apostoli, qui exprimuntur in
psalmo: Cœli enarrant, quia in omnem ter
ram exiuit somnus eorum. In secũda mar-
tyres, quos declarat psalmista: Exaudiat
te, quia dominus protexit eos in die tribu
lationis eorum. In tertia, confessores, quos
innuit psalmista, domine in uirtute, qui nõ
sunt fraudati uoluntate labiorum suorum
Illud ergo interest inter duodecim psal-
mos primi nocturni, qui sine antiphonis di
cuntur, quia non quilibet eorum habet an
tiphonam, & tres psalmos aliorum noctur
norum, qui cum antiphonis dicuntur, quod
interest inter duodecim patriarchas qui
peregrini erant, & sperabant hęreditatem,
quam posteri eorum possederũt, & eorum
posteros, qui terram patribus eorum pro-
missam hęreditauerunt. Inter illos quoque
tres

tres psalmos tertij nocturni, qui dicuntur
cum antiphonis, habentibus allelu-Ia, &
illos secundi nocturni, qui dicuntur cum
antiphonis, sine allelu-Ia: illud interest,
quod interest inter illos, qui habuerunt te
stamentum imitandum, & eos, qui habent
non imitandum: maior nanque est gloria-
tio noui, quàm ueteris test. & de perceptis
26 quàm de promissis. Præmissi igitur † tres
nocturni, sunt illi tres anni ficulneæ, quam
Dominus inutilem inuenit, dicens de illa:
Dimitte me, ut succidam, & responsum est
ei: adhuc dimitte eã hoc anno, ut circun-
fodiam eam, & mittã stercora. Cantamus
enim in primo nocturno, ut recolentes fa-
cta patrum, qui sub lege naturæ fuerunt,
nõ inutiles inueniamur. Cantamus etiam
in secundo & tertio, ut recolentes facta pa
trum qui sub lege mosaica, & qui etiam an
te nos fuerunt sub lege gratiæ, non inuti-
les inueniamur, & si inutiles simus opor-
tet, q̃ pater noster fodiat, circa nos, dicẽs,
reducendo nobis ad memoriam mortẽ il-
lorum, quos uidimus paulo ante florere. Fi
li uide, quàm fortis fuit ille, quàm nobilis,
quàm diues, quàm potens, & ecce ad mo-
mentum transiuit, oportet etiam ut sterco
ra ponat peccata, uidelicet ante oculos no
stros ponendo, & si hoc non habet effectũ,
dicat in proximo est, q̃ Dñs ad radicem ar
boris securim ponet, & si te inutilem in-
ueniet, in ignem æternum, ubi perpetuo
27 combureris, proijciet. ¶ † Dicto de noctur
nis festiuitatum, & dominicarum, nunc de
nocturnis ferialibus siue non solenniũ die
rum pauca dicamus. Et quidem in illis di-
cimus duodecim psalmos, ut nos Deo de-
bere seruire in duodecim noctis horis ostẽ
damus, cuilibet horæ unum psalmum attri
buentes, cũ non possumus iugiter Deo ser-
uire, prout in proœmio dictum est. Olim
quidem uarij psalmi canebantur: nam alij
quinquaginta, alij plures, alij pauciores di
cebant, sed angelo reuelante patres con-
uenerũt, ut duodecim dicerentur, qui psal
mi bini, & bini dicuntur ad notandum q̃ si
ne charitate, quæ ad minus inter duos con
sistit, laudes nostræ uel opera nostra nihil
prosunt. In quibusdam tamen ecclesijs in
diebus profestis inter duos psalmos. Glo-
ria patri &c. interponitur ad notandum, q̃
Christus est Dei, & hominum mediator.
In alijs uerò ecclesijs duo psalmi sub uno
Gloria, terminantur, ad notandum q̃ lau-
des nostræ tũc Deo acceptæ sunt, si in cha-
ritate maneamus, & sic iter duos psalmos
nihil interponunt, quia inter Deũ & pro-
ximum, in quorũ dilectione charitatis pro
priè consistit, medium non habetur, & se-
cundum hoc in duodecim psalmis sexies
tãtum, Gloria patri, dicitur: sicut sex sunt
mundi ætates. Præterea, sicut hominum à
natiuitate usque in finem uitæ sex ætates,
naturaliter accidunt, ita in quotidiano no
cturno sexies dicitur, Gloria patri, ut reco
lamus, quia usque ad finem in dilectione
perseuerare debemus, propter eandẽ cau-
sam, tunc sex antiphonæ dicũtur, quę quid
significent, in proœmio dictum est, uel pro
pter sex opera misericordiæ, quæ si obser-
uauerimus, de tenebris huius noctis uel
mortis ad veram lucem, & uitam peruenie
mus æternam. Tres † quoque lectiones, quę 28
tunc dicuntur doctrinam electorum trium
temporum significant, & cum ipsis inter-
pollate tria responsoria dicuntur, ad no-
tandum, q̃ quicquid electi in tribus tempo
ribus docuerunt, & quicquid in tribus ęta
tibus agimus, ad Dñi Trinitatẽ referimus,
& Trinitatem in fide, spe, & charitate glo-
rificamus. Responsoria enim, à responden-
do dicuntur. Ad hæc tres lectiones dicun-
tur, quia Dñs posuit tres uigilias, dicens: Si
in prima, si in secunda, si in tertia uigilia
uenerit, & ita inuenerit: beati sunt serui il
li. Quæ tres uigiliẹ, tres ætates designant,
.s. pueritiam, iuuentutem, & senectutem, in
quibus bene uigilando, Deum laudare de-
bemus. Et nota, q̃ † psalmodia triũ noctur 29
norum tam dominicaliũ, quàm ferialium
dicta uocatur. Vnde Exod. iij. cap. Viam
trium dierum ibimus in solitudine. Sanè
Gregor. septimus constituit, ut in die re-
surrectionis usque in sabbatum in albis, &
in die pente. usq; ad sabbatũ eiusdem tres
psalmi tantum ad nocturnos, tresq; lectio-
nes dicantur. Omnibus uerò alijs diebus
per totum annum, si festiuitas est, nouem
lectiones legantur. Alijs uerò diebus. s. in-
festis duodecim psalmi & tres lectiones. In
dominicis uerò diebus exceptis dominicis
paschæ & pentecostes, decem & octo psal-
mi, & nouem lectiones dicantur. Illi autẽ,
qui singulis diebus præter hebdomadas
paschæ

paschæ & penthecostes tres tantum psalmos, & tres lectiones dicunt, non ex regula sanctorum patrum, sed ex fastidio hoc
30 facere cõprobantur. Nocturnis finitis † cãpanæ pulsantur: & Te Deum laudam. alta voce cantatur. ad notandum quo manifestè & mirificè ecclesia tempore gratiæ, laudat Deum: & ad signandum quod si bonis operibus doctrinę sanctę bene responderimus, ad cęlestem laudem cum angelis perpeueniemus. cantus quoque tunc alta uoce factus, gaudium mulieres de drachma perdita inuenta significat. Quod vero finis eiusdem cantici ibi per singulos dies &c. & alij versus sequentes altius canuntur, significat congratulationem vicinarum, quam mulieri propter drachmam repertam fecerunt. Compulsatio uerò campanarum, conuocationem uicinarum repræsentat. In quibusdam etiam ecclesijs luminaria accenduntur, nam & mulier ipsa lucerna accensa totam domum euertit. Hoc etiam significat quod ecclesia Catholica per Christum trahitur de inferno. Vel ipse hymnus futurum gaudium & lætitiam repræsentat, quam ecclesia requiescens à laboribus suis
31 est in die iudicij consecutura. ¶ † Et est sciendum, quod cum beatus Ambr. beatum Augu. de Manicheis conuersum baptizassset, dixit. Te Deum laudamus. August. vero respondit, te Dominum confitemur. & illo dicente. Te æternum patrem. ille respondit: Tibi omnes angeli &c. Et sic totũ illum hymnum alternatim composuerũt. Post Te Deum laudamus, vel quando illud non dicitur post omnes lectiones & responsoria, dicitur uersus à sacerdote per quem excitat audientes, vt in Dei laude permaneant. Et dicitur uoce magis demissa ad notandum, quod non prodest clamor uocis, nisi adsit clamor cordis. Verum bea
32 tus † Benedictus aliter officium noctis ordinauit, non tamen dissentiens à præmissa ecclesiæ ordinatione, uel illi in aliquo cõtradicens, sed ordini suo quidam peculiare constituens. Ipse nanque instituit semel dici: Deus, in adiutorium meum intende: & ter, Domine labia mea aperies. propter reuerentiam vnitatis & Trinitatis. Deinde Psalmum, Domine quid multiplicati, eò quod à somno surgens, dicit in eo: Ego dormiui, & somnum cepi, &c. Deinde in j. nocturno sex psalmos & quatuor lectiones cum totidem responsorijs cantari instituit & totidem in secundo, per hoc uitam contemplatiuam innuens & actiuam. Senarius enim psalmorum numerus, uitam designat actiuam, in qua sex opera misericordiæ cõuenit exercere, si quis ad contemplatiuæ uitæ perfectionem uoluerit peruenire, quæ per quatuor euangelia designatur, & per quatuor lectiones similiter figuratur, quaternarius quidem numerus apud monachos, quadratam stabilitatem & euangelicam in sanctis exprimit, seu quadruplicem sensum scripturarũ, propter quadrias Aminadab, id est, historialem, allegoricum, tropologicum, & anagogicum. In tertio vero nocturno tria cantica cantari instituit, in laudem trinitatis, à qua nobis uitæ perfectionem dari cum charitate credimus & speramus. Cantantur autem illa cantica, cum alleluia: quod est canticum cœlestis lætitiæ ut per hoc totam trinitatem esse dignam cœlesti laude ostendatur, & ad quam plenè laudandam, non sufficit laus humana. Quatuor vero lectiones de euangelio, quæ sequuntur, significant, quòd laudatores Dei per quatuor euangelistarum doctrinam, debent esse quatuor virtutibus insigniti. per quatuor etiam responsoria, laudantium alacritas designatur. Sed ne hoc bonum agentes, illud sibi adscribant, sed totum Dei laudi attribuant, & se illius seruos ostendant, subiungitur. Te Deum laud. posteà legitur euangelium, quod significat denarium, id est, uitam æternam quæ dignè Deum laudantibus in fine redetur, ad quod sequitur, Amen, id est, fiat nobis, quod ex euangelico credimus & speramus, hymnus verò, qui sequitur, scilicet, Te decet laus, &c. gaudiũ quod sancti post laborem habent de remune ratione denarij, significat. Monachi autem † nunquam 33
nouem lectiones dicunt, nisi in exequijs mortuorum, unde & in triduo ante pascha ix. dicunt, quasi exequias Domini ræpresentantes. Ad laudes autem instituit psalmum illum: Deus misereatur nostri primò absque antiphona decantari, tum quia tenebris fatiscentibus, diluculo matutinæ laudes cantantur, ideo in eo dicitur: Illuminet vultum suum super nos: tũ quia hoc officium

officium ad Domini pertinet resurrectionem, per quam accipimus misericordiam
34 & benedictionem. ¶ † Rursus monachi dominicam orationem sublata voce dicunt, propter simplices, qui eam non intelligunt, aut obliuiscuntur, & propter versutos, qui spinam odij gerentes in corde, fratres odiunt, nolentes dicere. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc igitur dicere compelluntur in publico, ut purgentur ab illo vitio, tam in fine noctis, id est, in matutinis laudibus, quàm in fine diei, id est, in vesperis, ut noctem aut diem non pertranseant sine reconciliatione fratris. In alijs autem horis non dicunt sublata voce, quia sæpe contingit fratri fratrem irasci, & quodam furoris impetu commoueri, qui licet statim animum non cohibeat, expectandus tamen est ad veniam, sufficit enim, si sol non occidat super iracundiam eius, dicunt etiã quatuor solummodo psalmos ad vesperas
35 prout in sexta parte sub titulo de tempore aduentus dicetur. ¶ † Non uacat à mysterio, quod monachi se toto corpore ab oriente ad occidentem gerant, significantes Deum vbique adorandum fore, quasi vbique præsentem, vel quia rationabili motu ab ortu nostræ natiuitatis, usque ad occasum mortis eum sequi tenemur, sicut & firmamentum naturaliter vertitur ab oriente in occidentem: hoc etiam quædam designant ecclesiæ, in quibus dicentes. Gloria patri. se inclinant ad orientem, & subdentes. Sicut erat, &c. se vertunt in occidẽtem. Deuotio nanque in diuinis officijs est seruanda. Quia verò monachorum officiũ
36 ad nos non pertinet, ad præsens de illo sufficiat nobis ad hoc vsque dixisse. ¶ † Vltimò no. quòd monachorum ordo, figurant cherubin, qui inter angelorum ordines exi
Esa. 7 4. Re. 1. mior prædicatur habere probatur. Nam sicut cherubin ita, & monachi sex alijs velantur, dicente scriptura: Sex alæ vni & sex alæ alteri: duæ quidem in caputio, quo caput tegitur demonstratur, illud uero tunicæ quod brachijs extenditur, siue dextra & lęua: alias duas dicimus esse alas, & antè & retrò alias duas: & sic illud, quo corpus tegitur, sex alarum numerum implere asseritur. Habitus quoque eorum, habitũ imi-
Heb. 2 tatur sanctorum, de Helia nanque legitur uir pillosus, & zona pellicea accinctus renibus: & de ipso, & de illis similibus dicit Apostolus: Circuierũt in melotis & in pellibus caprinis & de Ioan. Baptista inquit euangelista: zona pellicea circa lumbos. ad huc cuculla † monachorum sumpta est à 37
collobijs Apostolorum, quæ ut dalmatica, formabantur, & in eis forma crucis præferebatur, quia illi se uitijs & concupiscẽtijs crucifigebant, eius nigredo est mundi contemptus: longitudo perseuerãtia in bono.

SVMMA.

1 *Matutinæ laudes, quo consilio inductæ. Et vide dictæ laudes. nu. 2.*
3 *Sacrificium iuge, in veteri testamento.*
4 *Officium Vespertinum in quo sit dignius matutino.*
5 *Allelu Ia, quando cantetur, quandoue intermittatur. & nume. 6.*
7 *Psalmi quinque in matutinis laudibus, quid signent. quos ordine subijcit & examinat.*
8 *Psalmi octo qui dicuntur in laudibus, respondent octo ordinibus ecclesiæ. quos vide, per nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.*
15 *Psalmi duo. Deus meus. Et, Deus misereatur. cur coniungantur & combinentur.*
16 *Ecclesia cum iubilet, cur nos inuitet ad iubilandum illo Psalmo. Iubilate Deo &c.*
17 *Psalmus. Dominus regnauit cur dicatur dominicis & festiuis diebus, & psal. Misere ferialibus.*
18 *Psalmi qui dicantur in officio feriali, mysterialiter, loco illius Iubilate.*
19 *Cantica sex, quæ in sex ferijs dicantur loco Psalmi. Benedicite.*
20 *Canticum, an & in quo differat à psalmo. Et quis primus cantica instituerit.*
21 *Psalmi. Deus meus, &, Laudate dominum de cœlis cur nunquam mutentur.*
22 *Mane in sex diuiditur.*
23 *Psalmi, qui per singulas ferias mutantur, & cantica, quæ in illis dicuntur, quomodo inter se conueniant, & temporis gratiæ successibus coaptentur, vide late per discursum.*
24 *Coronæ benignitatis Domini, vbi confestat.*
25 *Psalmus sextæ feriæ.*

26 *Psalterium diuersimode portatur à diuersis.*
27 *Capitulum sequitur antiphonam. Et quare.*
28 *Cantica, benedictus, & Magnificat cantanda sunt stando.*

De matutinis laudibus. Cap. 4.

1 SVNT † nonnulli, qui Esdræ ordinem sequentes, de quo in principio huius partis dictũ est, matutinas laudes à nocturnis diuidunt. illas fore per se officiũ asserentes, & manè aurora rutilante, illas dicentes, prout in titulo proximo dictum est. Tali nanque hora Christus uictor à *Marc. vlti.* à mortuis resurrexit. Vnde Marcus: Surgens Iesus mane prima sabbati. uel saltem eius resurrectio in matutino notificata est. Tali etiam hora super mare ambulauit. Merito ergo in hac hora laudandus est, ut ipse, qui nos per suam sanctam resurrectionem saluauit, supra mare huius seculi nos ire faciat sicco uestigio, sicut Petrum. Hac etiam hora mundum & Angelos creauit: qui statim post creationem suam cantico laudes Creatori suo iubilauerunt. Laudes ergo matutinas rubescente aurora dicunt; scilicet in quarta uigilia, quam lucifer totam illustrabat. Quæ & matutina dicitur à mane, quod est lumen: quia nobis mane lumen reducit ad coronam gloriæ obtinendam, iuxta illud: Non sit vobis vanum mane surgere ante lucem, quia promisit Dns coronam uigilantibus. Quid autem significet tempus matutinæ laudis, dictum est in principio præcedentis tractatus. Dicuntur autem † laudes: 2 quòd illud officium laudem præcipuè sonat diuinam, quam ei facimus, pro eo, quòd à tenebris erroris nos ad lucem seu uiam ueritatis reduxit, & ad tentationes diaboli expellendas. Vnde Esa. xxv. Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere: quia ros lucis est. De hoc matutinali officio dicit Propheta: Ad te de lu- 3 ce uigilo Deus. ¶ Sanè matutinum † & *Ps. 62* uespertinum officium ideo canimus, quasi Domino iuge sacrificium offeramus. Offerebant enim Domino in ueteri testamento iuge sacrificium, id est, mane & uespere. Sed uespertinum dignius erat matutino, quia pinguius, ut Iudæi dicunt prout sub uesperis dicetur. Nos autem per matutinum officium intelligimus legem, per ve spertinum, Saluatoris passionem, qui in ue spera mundi, scilicet in sexta ætate obtulit se Deo patri pro nobis. Vnde eleuatio ma nuum mearum, sacrificium uespertinum: Respõdet autem hoc sacrificium illi: quia ibi psalmi ponuntur sub quinq; distinctio *Psal.* nibus, per gloria patri, sicut & hic. Item ibi 140 & hic hymnus cum lectione, & uerficulo, ibi etiam canticum Mariæ, & hic etiã canticum Zachariæ. Quia uerò † officium ue- 4 spertinum dignius est, propter rẽ digniorem, quam significat: omnia in maioribus solennitatibus, & in uespertino solennius cantamus, quàm in matutino: responsoriũ interponentes. Isidorus dicit in lib. etymologiarum, quòd officium matutinũ, est lucis initium, sic appellatum à stella lucifero, quæ oritur mane inchoante, ut dictum est. hoc officium laudum plenum est laudibus, prout dictum est in principio præcedentis tituli, ad quas sacerdos per uersum, quem præmittit excitat auditores, qui est quandoque. In matutinis meditabor in te, quandoque. Excelsus super omnes gentes Dominus. Vel alius, & deinde diuinum implorat auxilium, dicens: Deus in adiutorium meum intende: postmodum chorus ad idem festinans, auxilium in summa Trinitate glorificat Deum, dicẽs. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. deinde antiphona inchoatur. Circa quod notandum est quòd quædam ecclesiæ in dominicis, quæ sunt à prima dominica post epiphaniam, usq; ad septuagesimam, & ab octaua pentecostes, usque ad aduentũ Domini, canunt ad laudes allelu-Ia, loco antiphonæ pro omnibus psalmis: tum quia, ut premissum est, hoc officium laudibus est plenum, allelu-Ia enim laus est angelica: tũ, quia ut dominici dies resurrectionem Domini repræsentent. Sicut ergo in tempore paschali, quod est resurrectionis, alle lu-Ia multiplicatur: sic merito & in eis debet multiplicari. Et est † attendendum qd 5 in dominicis, quæ sunt ab octaua epiphaniæ usque ad septuagesimam, concinunt allelu-Ia: iuxta cantum quarundã antiphonarum

ad natiuitatem Domini pertinentium, in dominicis verò quæ sunt ab octaua pentecostes vsq; ad aduentũ, cãtant allelu-Ia iuxta cantũ ferialem antiphonarũ, quæ dicuntur ad, Benedictus, & de ipso sumuntur. Quia igitur in singulis dominicis pro varietate antiphonarum ipsarum etiã cantus in allelu Ia variantur, ideò iuxta breuitatem vel prolixitatem cuiuslibet antiphonæ iuxta cuius cantum multiplicatur vel minuitur, in singulis dominicis numerus allelu-Ia. Adhuc ideo certus numerus in allelu-Ia non præfinitur, quoniam deuotæ animæ certus numerus vel modus in 6 laudando Deum præfigi non potest. ¶ † In alijs vero Ecclesijs passim in omnibus dominicis ad primos tres psalmos loco antiphonæ, quasi ad inchoandũ psalmos bis cõcinunt allelu-Ia, ad insinuandum, quod in Dei laudem, ex charitatis feruorem procedunt, nec cantant illud iuxta alicuius antiphonæ cantum, ad notandum, quod iuxta *1. Cor.* Apostolum, charitas nõ æmulatur. Ad psal 13 mũ vero, Benedicite, cantant antiphonam tres pueri, cui nec iubilus, nec allelu Ia subijcitur, propter rationes infrà scriptas. Ad psalmum vero, Laudate Dominum ter dicunt loco antiphonæ allelu-Ia, non iuxta alicuius antiphonæ cantum, sed duntaxat ad inchoandum psalmum. Tertio autem dicitur. Primo, quia respondet tribus psalmis sub ipso psalmo, Laudate, contentis. Secundo, propter triplicem ordinem iustorum Deum laudantium, de quo 7 infrà dicetur. ¶ Porro in laudibus † matutinis quinque psalmi dicuntur, vt quinque sensuum reparatio notetur & propter quinque status Ecclesiæ. Primus psalmus est, Dominus regnauit, in quo laudatur Deus, qui firmauit orbẽ terræ, scilicet in fide & resurrectione, ideo hic psalmus pertinet ad regnum Christi. Secundus est Iubilate, qui pertinet ad cõfessores, unde ibi dicitur, Introite portas eius in confessione, & rectè incipit à iubilo, quoniam confessio ualde placet Deo. Tertius est Deus, Deus meus &c. qui significat statum martyrum qui sitiunt ad Dominum, unde dicitur ibi, Sitiuit anima mea. & quoniam tota nostra sitis & intentio esse debet in trinitate, & ad trinitatem. ideo sequitur psalmus; Deus misereatur nostri, in quo tota trinitas notatur, dum ibi dicitur, Benedicat nos Deus Deus noster &c. dicitur enim ter deus propter patrem, & filium, & spiritum sanctum. Quartus est canticum trium puerorum. Benedicite quod est Danielis ca. iij, significans statum antichristi, ut iam dicetur, & in fine huius psalmi non dicitur Gloria patri. Primo, quia propter confessionem fidei, proiecti sunt tres pueri in caminum ignis, in quo facto, maximè deo, & trinitati derogatum est. Secũdo, quia ultimus uersus illius psalmi idẽ dicit, quod gloria patri, & in diuinis scripturis nihil debet superuacuum esse. Tertio, quia in ipso psalmo distincte tota trinitas notificatur, & laudatur deus in creaturis. ¶ Rursus, dum psalmus iste dicitur, nec sedere nec genua flectere debemus, sicut dicitur sub sabbato quatuor temporũ, primæ hebdomadæ quadragesimæ. Quintus psalmus, Laudate dominum. in quo status ille notatur, quando post mortem antichristi conuertentur Iudæi, ut iam dicetur, & in fine eius dicitur gloria patri. ad ostendendum, quod per bonam operationem sociabimur angelis, qui incessanter deum laudant. Potest † etiam dici, quod 8 in laudibus octo psalmi dicuntur, quia officium istud mysticè recolit statum Ecclesiæ ab initio apostolicæ stabilitatis usque ad perfectionem electorum, qui in fine mundi futuri sunt, sub quo statu octo ordines Ecclesiæ, siue electorum in Ecclesia sancta per baptismum saluati reperiuntur, sicut in arca Noe octo animæ illo significantes, per eam saluatæ sunt. Per diluuium enim baptismus, per arcam uero Ecclesia significatur. ¶ † Primus ordo 9 fuit Ecclesiæ primitiuæ, in Iudaico populo conuersantis, qui per Christi prædicationem reformata, & ædificata est, sicut monstrat ille primus psalmus, dominus regnauit. In primo eius uersu, ubi de saluatoris regno, & ipsius agitur potestate. In secundo uersu, agitur de fundatione Ecclesiæ, quæ tunc cœpit fieri, super illud fundamentum, quod est Christus, iuxta A- *1. Cor.* postolum. De quo etiam fundamento 3 in titulo eiusdem partis supra habetur. Cantatur ergo hic psalmus in laudibus, qui cõtinet laudes Christi. ¶ † Secundus or 10 do fuit primitiuæ Ecclesiæ, intrãtis ad gentes

tes per prædicationem Domini, & Apostolorum monentium omnem terram, idest, omnem gentem ad iubilādum Deo: quod monstrat secundus psalmus, Iubilate Deo
11 omnis terra. ¶ Tertius † ordo fuit credentis Gentilitatis, quam tertius psalm. Deus Deus meus, demonstrat offerre gratias, & beneuolentiam Apostolorum vocationi.
12 ¶ † Quartus erit resipiscentis Iudaici populi, per Enoc & Heliam conuersi, quem ille quartus psalmus, Deus misereatur nostri, monstrat ad Deum reuersum, poscere misericordiam eius: & tunc gaudebunt se cognoscere viam Dei, quam in Gentibus
13 esse cognoscent. ¶ Quintus † erit eorum qui futuri sunt tempore antichristi, cuius figuram præcessit Nabuchodonosor: qui licet tribulauerit sanctos vtriusque populi, non tamen desistent benedicere Deum, ad instar trium puerorum, quos Deus liberauit de camino ignis ardentis. qui per illud quintum canticum, Benedicite: recoluntur: eo enim tempore iusti purgabuntur, uelut in camino ignis, non tamen vrentur, sed ibi accipient formam auri, vnde Ioannes in Apocal. vidit pedes eius similes au-
Apoc. 1 richalco, sicut in camino ardenti: vnde ritè sequitur ille psalmus: & propter tribulationem quam designat, antiphona illius sine allelu-Ia: & ipse sine Gloria patri canitur. Hymnus autē ipse tres habet distinctiones: in prima inuitantur superiores creaturæ ad laudem creatoris, scilicet qui sunt supra cœlum, quæ in cœlo, & quæ in aere. In secunda inuitantur ad hoc creaturæ terrenæ, & quæ mouentur in aquis. In tertia inuitantur omnes spiritus, & animę vt cum omni creatura Domino benedicamus, quia sicut tres pueri Nabuchodonosor, & caminum ignis, sic nos diabolum & inferni incēdium euasimus. Cæterum hoc canticum bene conuenit diei dominico, & cuilibet festiuo, quia in prima die Dominus vniuersa creauit, & per suam resurrectionem postmodum innouauit, ideoque in ea die, & in festis, quæ resurrectionem Dominicam imitantur dicitur: in quo die creaturæ ad creatoris laudem inuitantur. Hinc etiam est quod eedem laudes sunt in dominicis, & festiuitatibus sanctorum, & in tempore paschali: quia representant gaudia resurrectionis Christi, & nostræ. ¶ Sextus, septimus, & octauus erit eorum, qui vniuersaliter ex tribus mundi partibus, scilicet ex Asia, Aphrica, & Europa, conuertendi, & colligendi sunt qui post antichristi persecutionem, & eius mortem maiore pace fruentur, vsque ad diem iudicij, quam nunc habebat ecclesia, tunc enim erit senectus in misericordia vberi, in qua quiete triplex ordo iustorum, scilicet coniugati, continentes, & virgines, quos Iob, Noe,
Ps. 10 & Daniel exprimūt, & generaliter vniuersi
Ezec. 4. sancti, quibus aureola debetur: qui in tribus mūdi partibus de tribulatione euadēt regnaturi cum sponso Ecclesiæ, celebrabunt laudes Dei, quæ continentur in illis tribus psalmis, scilicet Laudate Dominum de cœlis. Cantate Domino canticum nouum: & Laudate Dominum in sanctis eius
14 ¶ † Quæritur autem quare hi tres psalmi sub vna antiphona, & etiam sub uno gloria patri dicuntur. Respondetur ideo, quia præmissi sextus, septimus, & octauus ordines electorum, qui ex dictis tribus mundi partibus colliguntur sine aliquo interuallo simul erunt, & pariter glorificabuntur. Continēt etiam ipsi tres psalmi triūphum de mundo, carne, & diabolo: & quoniam vnum sine alio nō habetur, ideò merito coniunguntur.
15 ¶ † Quæritur etiam quare premissi duo psalmi, scilicet Deus, Deus meus & Deus misereatur nostri, combinantur, & sub vno gloria patri, & sub vna antiphona dicuntur? Ad quod quadruplex est responsio. ¶ Primò quia psalmus Deus Deus meus significat sitim ad Deum: in psal. Deus misereatur nostri, Trinitas notatur, ut supra. Ad significandū igitur sitim, & desiderium continuum ad Deum, hoc fit. ¶ Secundò ad notandum, q̄ ante persecutionem antichristi populus credentis gentilitatis, qui recolitur per psalmum Deus Deus meus, & Iudaicus populus resipiscēs qui recolitur per psal. Deus misereatur nostri: vnum erunt in fide, & postquam hi coniuncti erunt, veniet antichristi tribulatio, ut præmissū est. ¶ Tertiò, quia primus psal. illorum significat dilectionem Dei: unde ibi dicitur, Siti-
Ps. 62 uit in te anima mea &c. Secundus vero dile-
Ps. 66 ctionem proximi: vnde ibi dicitur, Vt cognoscamus in omnibus gentibus salutare tuum: quæ ita connexæ sunt, vt vna sine altera in Christiana possessione non habeatur.

¶ Quartò, quia gratia quam ecclesia in primo psalmo sentire uidetur: in secundo collata esse monstratur: unde ad gratiarum actionē inuitatur cum dicitur ibi: Confiteantur tibi populi Deus &c. ¶ Rursus ideò in fine ipsius psalmi, Deus, Deus meus: non dicitur gloria patri: quia in eo agitur de miseria humani generis, vnde ibi dicitur: Sitiuit anima mea. Non enim omnes psalmi de miserijs, & alijs aduersitatibus tractantes, laudant illum, pro illis: quod tamen deberent: sed sequenti psalmo, scilicet Deus misereatur nostri, subijcitur Gloria patri: quia in eo agitur de misericordia Dei, per quam generi humano bona conferuntur, & mala remouentur: Cæterum prædicti duo psalmi, & psalmus Laudate Dominum: nunquam variantur, ad designandum, quòd sine fide, & desiderio Trinitatis: quæ in præmissis duobus psalmis vnitis exprimuntur, & sine laude Dei, quæ per psalmum Laudate designatur: nunquam Christiani esse debemus.
16 ¶ Quæritur etiam † quare Ecclesia in psalmo illo, Iubilate, ad iubilandum nos inuitat: & tamen ipsa non iubilat? Ad quod dici potest, quòd officium laudum Domini resurrectionem significat, quæ iam completa in capite, scilicet in Christo, adhuc est in membris implenda. Ad notandum igitur, quòd iam in parte impleta est, non dicitur iubilus in fine antiphonarum, præsertim illarum quæ dicūtur super psalmos, in quibus fit mentio de resurrectione. est enim iubilus cantus spe gloriæ conceptus. Quia verò resurrectio adhuc in mēbris implenda est: ideo in quibusdam antiphonis iubilus dicitur. Vnde & in tempore paschali in versiculis, & responsorijs, & in alleluIa iubilamus propter nostrā resurrectionem, quam speramus, quā quia nō videmus, nec adhuc plenè exprimere possumus: ideò per uocem non significatiuam iubilamus. In antiphonis ergo non fit iubilus propter resurrectionem Domini, quæ impleta est: nec etiam in antiphonis laudum, in quarum psalmis fit mentio de resurrectione Domini, ut in tribus primis
Dan. 3 psal. nec in fine antiphonæ quarti psalmi. quia Nabuchodonosor videns tres pueros, in camino ignis positos, uidit & quartum cum eis, scilicet Christum, eos consolantem. Qui enim sunt in tribulatione hoc solum orant, ne deficiant, & potius est tunc locus timendi, quàm sperandi. ideoque in fine antiphonæ huius psalmi non dicitur iubilus: præsertim quia in tribulatione sanctorum, gloria Dei non apparet. Sed in fine antiphonæ, quæ dicitur super psalmum Laudate Dominum, dicitur iubilus, quia in illo non fit mentio de resurrectione, sed de spe gloriæ quam expectamus, ex qua iubilus. De hoc iubilo dictum est in
17 proœmio huius partis. ¶ Porrò † primus psalmus in dominicis, scilicet Dominus regnauit, qui est psalmus lætitiæ, commutatur in ferijs, in psalmum Miserere mei Deus, qui est psalmus pœnitentialis. Circa quòd notandum est, quòd dies dominicæ, & festiui recolunt resurrectionem sanctorum, qui fuerunt ab initio, & erunt vsque in finem seculi. Vnde in dominicalibus, & in festiuis laudibus recolentes regnum Domini: post resurrectionem eius à morte corporis, siue gloriam resurrectionis electorum, canimus psalmum Dominus regnauit. qui tamen dicitur in dominicis ad primam, à septuagesima vsque ad pascha, prout ibi dicetur. Dies vero feriales recolunt peregrinationes ipsorum sanctorum, & pœnitentiam: & ideò in ferialibus laudibus dicimus primum, Psalmum, scilicet Miserere mei Deus, recolētes nostram resurrectionem à morte animarum per pęnitentiam: siue electorum peregrinationem, & pœnitentiam siue conuersionem. Quin enim Iudæi ad Petri prædicationem compuncti corde, & conuersi illum frequētabant: inde inoleuit vsus, vt & nos qui de Gentili errore conuersi sumus, illum in officijs frequentemus: quatenus ad conuersionem & pœnitentiam prouocemur, per quam resurgere valeamus: de hoc e-
18 tiam psalmo sub prima dicetur. Adhuc † loco secundi psalmi, scilicet Iubilate, qui in dominicis, & festiuis diebus dicitur sex psalmis in sex ferijs dicuntur: quia sicut in primitiua Ecclesia, sanctorum prædicatione hæreditatem accepit, & post ad Gentes intrauit, sic & Gentilitas credidit, & sicut Iudaicus populus sanctorum prædicatione resipiscet in fine: & qui sub tempore antichristi futuri sunt, persecutionē & tribulationem euadēt. & populi post

eius prædicationem ex tribus mundi partibus colligentur, vt præmissum est, ita & in loco psalmi Iubilate, qui sanctorũ prædicationem continet, dicitur in secunda feria Psal. Verba mea, qui est vox Ecclesiæ ad hæreditatem Domini vocatæ. In septuagesima verò psalm. Confitemini, prout ibi dicetur. Et in tertia feria psalm. Iudica me Deus, qui recolit quando primitiua Ecclesia intrauit ad gentes. Et in quarta feria, psalmus Te decet, qui cantatur in figura gentium, quę ab idolis conuersæ sunt ad Deum. Et in quinta feria psalm. Domine refugium: qui sic intitulatur: Oratio Mosi hominis Dei congruentis resipiscentiæ Iudæorum. Et in sexta feria psalm. Domine exaudi orationem meam: quem Dauid cantauit quando filius suus eum persequebatur, persecutionem antichristi significans. Et sabbato psalmus: Bonum est
19 † confiteri Domino, qui sic intitulatur psalm. Cantici in die sabbati, idus est, in die quietis. figurans sanctos à tribus mundi partibus collectos post antichristi persecutionem fore in quiete mansuros, & Domino confiteri, & psallere. Præmissi ergo sex psalmi, ideo ita ordinantur, vt in eis notari possit orde Christianæ conuersionis.
20 Verum loco psalmi † Benedicite, sex cantica in sex ferijs dicuntur, quia sicut psalmus ille continet gratiarum actiones triũ puerorum. Ita & in canticis continentur gratiarum actiones electorum. Talis enim est differentia inter canticum, & psalmum, qualis inter bonam operationem & gratiarum actiones. Moses autem legitur primus instituisse cantica, quãdo Pharao submersus est. Exod. xv. deinde. Debora non ignobilis fœmina i libro Iudicum v. posteà viri & fœminæ. Canticum est vox humana: psalmus vero est, quod cãtatur ad psalterium. Item psalmus demonstrat opera electorum illius ordinis quem significat, acta post conuersionem, canticum verò ostendit laudem Dei, pro eiusdẽ operibus. de canticis dicitur in sexta parte sub sabbato sancto. Rursus ideo per singulos dies feriales septimanæ secũdus & quintus psalmus mutantur, quia sex psalmi & sex cantica, quæ per sex dies septimanæ commutantur concordant in significationibus octo psalmis, qui cantantur in matutino dominicali, seu octo ordinibus electorum, de quibus præmissum est. Non incongruè igitur de die in diem ordinatim canuntur quemadmodũ & Psalmi dominicales matutini canuntur, seu quemadmodum ordines electorum, quibus concordant numerantur, vt per eos electorum ordines in nouo testamento de tempore in tempus sic ordinatim fuisse ostendatur. Psalmus † verò Deus, Deus meus: & Laudate nunquam omittantur nec prætermittantur, quia nullum fuit tempus nec erit, quo animæ iustorum non sitiant ad Deum fontem viuum, & quo laudent Dominum in excelsis. Vt autem hæc clarius pateant notandum est, quod quilibet dictorum sex psalmorũ habet in se hoc vocabulum mane, vel æquipolens. Mane autem in sex † diuiditur, scilicet in mane, temporis, in mane, pectoris, in mane nostræ redemptionis, in mane, hominis, in mane, æternitatis, & in mane, mundialis prosperitatis. Mane, temporis est initium, & fundamentum fidei, de quo dictum est: Et factum est vespere & mane dies vnus. Mane, pectoris est initium gratiæ, cum scilicet gratia incipit lucere in corde, vnde emitte lucẽ tuã, & mane exaudies vocem meam. Mane, nostræ redemptionis, est matutinum tempus, in quo Dominus noster surrexit, vel eius resurrectio innotuit. Vnde: Exitus matutini, & vesperæ delectabilis. Mane hominis, est pueritia eius, vel adolescentia, in qua viret & floret. Vnde: Mane, sicut herba transeat, mane flor. & tran. vespere decidat, induret, & arescat. Sæpe autem est quod homo mane pueritiæ transeat, id est moriatur. Si verò contingat eum venire ad mane adolescentiæ, in quo viret & floret, sæpe est, quòd & tunc transit, quod si fortè eum contingat venire ad vesperam senectutis, tunc absque dubio in mortem decidit, induratur, vt cadauer, & arescit in puluere. Mane æternitatis, est initium æternæ gloriæ. Vnde, Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, id est, vocem misericordiæ tuæ: scilicet Venite benedicti &c. Mane mundialis prosperitatis, est ipsa prosperitas Vnde: Ad annuntiandum mane misericordiam tuam &c. Penitus ergo solicitus de anima sua, mane temporis surgat ad orationem, vt possit dicere.

21

22

Gene. 1

Ps. 46

Ps. 84

Psal. 142

Ps. 91

cere. Mane adstabo tibi, & uidebo, mane exaudies uocem meam. quod habetur in primo psalmo: Verba mea. Verũ, quia oratio eius non habet effectum, sine mane pectoris, id est, sine gratiæ initio, ideo dicit: Emitte lucem tuã, quod habetur in 2. psalmo: Iudica me Deus, &c. Sed quia mane pectoris, pendet ex mane nostræ redẽptionis, ideo dicit: Exitus matutini &c. quod est in 3. psalmo: Te decet &c. Et quia habito mane pectoris, quod effectus est mane redemptionis, homo incipit sibi uilescere, sequitur mane, sicut herba transeat, &c. quod habetur in 4. psalm. scilicet Domine refugium. Sed quia quanto sibi quisq; magis uilescit, tanto magis mane æternitatis affectat, idcirco dicitur: Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quod habetur in 5. psal. Domine exaudi orationem meã. Et quia nemo ad hoc peruenit, nisi qui laudat Deum in aduersitate, & prosperitate, ideo adiungit ad annuntiandum mane misericordiam tuam, &c. quod habetur in 6. psalm. Bonum est &c. ¶ Rursus 6. Psalm.
23 qui † per singulas ferias mutantur, & cantica, quę illis dicuntur, inter se conueniũt, & congruè possunt temporis gratiæ successibus coaptari. In secunda nanque feria recollitur status primitiuæ ecclesiæ, quæ sanctorum prædicatione hæreditatem accepit, ut dictum est, unde in illo psal. Verba mea orat ecclesia pro æterna hæreditate, quam per Christum percepit, quare in titu. eiusdem psalmi. dicitur in fine, pro ea, quam consequitur hæreditate. In canticouero, gratias agit, dicens: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me, quod est Esa. 12. cap. Reuera ira Dei, permansit usque ad possessionem saluatoris, sed tunc conuersus est Dominus à furore, & consolatus est ecclesiam, aperiens ei ianuam cœlestis regni, cum omnes prius ad inferos mitterentur Item in psal. solitudinem suam ostendens ecclesia, dicit: Mane adstabo tibi, & uidebo &c. in cantico uero confidens, dicit: Fortitudo mea, & laus mea Dominus, id est, ipse, per quem sum fortis, & quem laudare teneor. Ad totam igitur pertinet ecclesiam, quod dicitur: Verba mea &c. sed specialiter ad primitiuam, cui per Apostolos primo facta est promissio æternæ hæreditatis, & tunc uexillum crucis cœpit in nationibus eleuari, ad quod pertinet canticum sicut ex his, quæ præcedunt canticum in Esa. manifestè apparet. Dicitur enim in libr. paulo superius. In die illo, radix Iesse, quæ stat in signum populorum ipsum gentes deprecabũtur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Et paulo post: Eleuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, &c. Saluator noster, est radix Iesse, & ipse stat in signum populorum, quia ad Deum respiciunt gentes, & ipsum deprecãtur, eius sepulchrum fuit gloriosum. Licet peccatis nostris exigentibus, ad tempus sit ignominiosum, & ipse per Apostolos, & alios primitiuos leuauit in nationes crucis signum, in qui est uictoria, ut sciant omnes, in quo diabolus est uictus. Sed ante hoc congregauit ipse profugos Israel, quando in die pentecostes erant uiri religiosi, in Hierusalem ex omni parte, uel natione, quæ sub cœlo est, & ex illis crediderũt una die tria millia, & alia die quinque millia. Nam eis dicit Paulus in actibus Apostolorum. Primum oportet Iudæis loqui uerbũ Dei. In tertia feria illud tempus recolimus, quando ab impijs ecclesia persecutionem patiebatur à Iudæis primo, & postea à diuersis Imperatoribus Romanis, præsertim à tempore Neronis, usque ad tempora Diocletiani & Maximiani Imperatorum. Quæ autem tunc passa fuerit ecclesia, indicat psal. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. & ostendit tristitiam cum dicit: Quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Sed quia ab hac persecutione liberata est, cãtat canticum: Ego dixi, quod est Esa. 38. cap. quod cantauit Ezechias, post liberationem à Sennacherib, & post infirmitatem quam incurrerat, ne eleuaretur cor eius in superbiam. Vel quia eleuatum erat, propter inopinabilem triumphum de exercitu Sennacherib. Sicut enim ille liberatus, reddidit gloriam Deo, sic & ecclesia, prius tamen quasi desperãs dicit: Non aspiciam hominẽ ultra, & habitatorẽ quietis, id est saluatorem meum, per quem mihi quies deberet esse, imo cum uidebat suos passim interfici, dicebat: Generatio mea ablata est, & iterũ precisa est, uelut à texẽ-

Ps. 5
Ps. 43

Ps. 64

Ps. 89

Psal. 142

Ps. 5
Es. 21

Es. 2

Actu. 2.

Ps. 43

te uita mea, cum adhuc ordirer, succidit me. Tamen sperans Ecclesia dicit, uiuens supple nunc in protectione tua uiuens, scilicet post in futura quiete, ipse confitebitur tibi, sicut & hodie ego, supple liberata ab hostibus, & ego ita ago sicut pater bonus, qui notam facit filijs ueritatem suam. ¶ In quarta feria recollitur illud tẽpus, quo ecclesia cœpit exaltari, super inimicos suos, scilicet reddita sibi pace per Imperatorem Constantinum, unde cantat; Te decet hymnus Deus in Sion. Sion, interpretatur speculatio siue contemplatio, quia tempore quietis potuit ecclesia uacare contemplationi. Ad hoc etiam pertinet titulus, scilicet Psalm. Dauid, canticum Hieremiæ & Ezechielis, de populo trãsmigrationis, uel uerba peregrinationis, cũ inciperet exire. Sicut enim populus ille de Babylonia exire cœpit, recepta licentia a Cyro, ita & ecclesia de Babylonica persecutione per Cõstãtinum Rom. Imperatorem liberata, quã patiebatur sub diuersis Imperatoribus, habet spem proficiendi in melius, quousque peruenieret in cœlestem Hierusalem. Vnde recolens præteritam persecutionem dicit; Verba iniquorum præualuerũt super nos, & profectum suum ostendens, dicit: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Corona † anni benignitatis tuæ est tempus gratiæ, quod per circulum dierum usque in finem mundi decurrit, in quo campi, id est illi qui sunt pleni timore superbiæ carẽtes ubertatæ gratiæ repellentur, propter hanc liberationem cantat ecclesia canticum Annæ matris Samuelis, ꝙ cantauit liberata de persecutione sue æmulæ Fenennæ, scilicet. Exultauit cor meum in Domino. quod est 1.Reg.2.c. Cum enim respublica cœpit per angelicos uiros, & Imperato. Christianos ministrari potuit ecclesia dilatare os suũ, super inimicos suos, scilicet Iudæos, Paganos, & Hæreticos. Vnde sequitur; Dilatatum est cor meum &c. ¶ Eadem quoque pace qua gaudent Gentiles conuersi, gaudent & Iudæi conuersi. Vnde in persona iudaici populi cantamus in quinta feria; Domine refugium factus es nobis. Quod autem iste psalmus ad Iudæos pertineat, titulus ostendit, scilicet, Oratio Mosi, hominis Dei. Ad idem etiam pertinet canticum Mosi; Cantemus Domino. quod est Exo.15.c. in prin.

Ps.94

24

Sicut enim exultauerunt Iudæi, interempto Pharaone cum exercitu suo, ita exultant hodie Christiani deiectis diuersis Imperatoribus, qui ecclesiam persequebãtur odio nominis Christiani. ¶ In † sexta feria fit commemoratio passionis Domini. Vnde cantatur ille Psal. Domine exaudi orationem meã. cuius titulus est Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius eius Absalon. Sicut autem Dauid habuit plures filios, sed unus illorum, scilicet Absalon, persecutus est eum, ita & Dominus noster plures habet filios, de quibus nũc dicit; Nõ possunt lugere filij sponsi, quousque cum illis est sponsus, sed unus illorum, scilicet Iudas persecutus est eum, qui dicitur Absalõ, quasi Abassalon, id est, pax patris propter osculum quod dedit Domino, quod est signum pacis. Ad idem pertinet canticum; Domine audiui auditũ tuum &c. quod est Abacuch iij.ca. in prin. In quo dicitur cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius a f.c.i. mors. Per cornua, regna intelligere consueuimus, & est sensus. Cornua in manibus eius, id est, regnum in potestate eius. Hanc autem potestatem meruit sibi dari, uel potius sibi datã notificari per passionem, de qua ipse dicit. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Per cornua enim, conuenienter secundum hoc intelliguntur duo cornua crucis. Vnde uidetur secundum hoc, ꝙ potius esset dicendũ, manus eius in cornibus, quã cornua in manibus eius. Maluit tñ sic dicere Abacuch propheta, ut ostẽderet, ꝙ in potestate & in uoluntate eius fuit eum crucifigi, sicut ipse dixit; Nemo tollet a me animã meam, sed ego habeo potestatem ponendi animam meam. & iterum sumendi eam, ibi, scilicet in cruce abscondita fuit ad tempus fortitudo eius, quia reputatus est tãquam percussus a Deo, & humiliatus & ante faciẽ eius ibit mors, quia mors per eius mortem destructa est. Et nota quod hæc dies est quinta, a secunda feria, in qua agitur de passione Saluatoris, sicut in dominicis nocturnis quinto loco ponitur canticum, in quo ponitur contemptus Nabuchodonosor, & victoriam, trium puerorum in camino ignis, ubi aspectus quarti erat similis filio Dei, uel sicut habet alia trãslatio filio hominis, quia in passione Saluatoris facta est destructio

25

Mat. 9

Es.53

ctio diaboli, & uictoria Christiani populi de tribus partibus orbis collecti per eum, qui est uerus filius Dei, & uerus filius hominis. In sabbato uero fit commemoratio uictoriæ populi iudaici, qui erat coniunctus ecclesiæ Dei, in fine seculi, & cantabit cum ecclesia psalmum Bonum est confiteri domino, ad annuntiandum mane, scilicet prosperitatis misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem, scilicet aduersitatis, qui psalmus intitulatur laus cantici Dauid in die sabbati, unde conueniens est, ut in die sabbati cantetur Psalmus ille, in quo agitur de persecutione Iudæ, qui persecutus est Christum in figura Absalõ, qui persecutus est patrem, & qui intitulatur in die sabbati. Quòd autem Psalmus iste pertineat ad Iudaicum populum conuincitur ex illo uersu; In decachordo psalterio cũ cãtico. Psalterium decachordo dicitur lex propter decem mandata legis. ¶ Et nota, ꝙ hoc psalterium † quidam portant, sed in eo non psallũt, ut Iudęi perfidi, qui nobis sunt in codicibus testes, in cordibus hostes. Quidam portant, & psallere uidentur, non tamẽ psallunt, ut falsi & praui Christiani, qui cum tristitia & corde iniquo aliquando bona opera operantur. Quidam portãt, & in eo psallunt, ut illi, qui cum hilaritate bonũ operantur. Hoc autem erit in populo Iudaico, cum unum erit cum ecclesia. Qualiter canticum Mosi; Audite cœli quod est Deuter. 32. cap. pertineat ad sabbatũ & ad populum Iudaicum ex uerbis Bedæ haberi potest, qui dicit super Lucam, ꝙ in diebus sabbati Iudæi ad synagogas confluebãt, ad meditanda diuinæ legis mandata, post positis mundi negotijs, iuxta illud, Vacate & uidete, quoniã suauis est Dominus. In memoriam ergo pristinę religionis, canticum ipsum Deuter. sabbato cantatur, in quo status illius populi, quem habuit, offenso uel propitio Deo describitur. ¶ Post antiphonam † sequitur capitulum, per quod fit exhortatio, ne deficiamus in uia. Et dicitur quandoque, benedictio & claritas. Apoc.7. cap. & quandoque, Fuistis aliquando tenebræ. Eph.5. & quãdoque, Nox præcessit. ad Rom.13.cap. ubi hortamur in fide perseuerare, misericordiæ operibus intendere, & opera tenebrarum abijcere, & arma lucis induere, & consolamur per repromissionẽ gloriæ. Et post capitulum sequitur responsorium. In quibusdam tamen ecclesijs non dicitur respõsorium. Videtur enim hoc superfluere propter responsoria, in nocturnis dicta, quia hodie nocturnę & laudes matutinæ ubique coniunctim cantantur. Hæc tamen ratio cessat, si laudis matutinæ officium fit per se. In omnibus tamen alijs horis post capitulum sequitur responsorium. Post capitulum seu responsorium chorus exhortationi assentiẽs, hymnum resonat. Post hymnum, sequitur uersus; Quia enim per canticum Zacharię, quod statim sequitur, promissio notatur, & nos tardi sumus ad credendũ promissionibus, ideo prẽmittitur uersus, alta uoce, ut excitemur ad credendum Dei promissa. Et dicitur in quibusdam ecclesijs uersus; Repleti sumus mane misericordia tua, in quo recolitur tempus, quo iustis recõpensabitur merces post huius seculi laborẽ. Vnde dicit Beda, Repleti sumus mane, præteritum ponens, pro futuro, prophetali certitudine, quia in mane eternitatis misericordia Domini replebimur, iuxta illud, Satiabor, cum apparuerit gloria tua. In alijs uero ecclesijs dicitur in matutinis, Domine meditabor in te. Consequenter chorus, uersu incitatus, subijcit canticum Zachariæ, scilicet, Benedictus, quod est Luc.1.cap. quod semper dicitur, iuxta quod ait Apostolus, Seruiendum est Deo, in psalmis, & hymnis, & canticis, id est, corde, ore, & opere. Si quidem per hymnum exprimitur lætitia, quam de consecuta libertate habemus. Et quia Christus hanc nobis lętitiam acquisiuit, ideirco ne de huiusmodi beneficio ingrati esse uideamur, in laudem Dei cantando prorumpimus, antiphonam inchoantes. Et quia nos liberauit ei grates referimus, alta uoce cantando canticum ipsum & quare? quia uisitauit nos existentes in miseria, & fecit redemptionem plebi suæ. Quare etiam hoc canticum alta uoce dicatur, in 6. parte sub 5. feria cœnæ Dñi dicetur. Vel ideo post psalmos & lectiones, & uersum canticum ipsum dicitur, ut recordemur, quod finitò tempore noui testamẽti, quod per præmissos matutinales psalmos significatur, remuneratio Abrahę promissa nobis dabitur, si doctrina Christi imbuti, quod per lectionem, & ad Dei seruitium uisitati, quod per uerum

26

Psal. 132

27

Ps.66
Ps.67

Universidad de Deusto Biblioteca

uersum significatur, sine timore, in sanctitate, & iustitia, omnibus diebus seruiamus
28 Deo. ¶ † Rursus ideo Psal. Benedictus, hoc loco dicitur, quia in eo agitur de præcursore illius qui in sexta ætate uenit. Et iste est sextus psalmus in laudibus. ¶ Et not. ꝙ quia hoc canticum & canticum Mariæ, scilicet, Magnificat anima mea Dominũ &c. euangelia sunt ideo ea stantes cantamus. Cæterum hæc duo cantica, non cantantur in ecclesia eo ordine, quo edita sunt, quem ordinem ponit magister in historijs, ubi agit de ortu præcursoris. Nam cãticum Zachariæ prius cantatur, & tamen secundo editum est, quia enim ibi legitur; Et erexit cornu salutis nobis. quod est factum in resurrectione. Et quia loquitur ad puerũ, qui fuit aurora solis, ideo cantatur in laudibus. Cãticum autem uirginis, quia legitur ibi; Respexit humilitatem ancillæ suæ, Ecclesiæ, scilicet ipsius Mariæ, quod quidem factum est in sexta ætate, & agit de incarnatione ibi; Suscepit Israel puerum suum, ideo canitur ad uesperas, scilicet in sexto officio diurno. Tertio canticum Simeonis, quod sequitur, canitur in septimo officio, scilicet in completorio, quia orat se dimitti in pace, quod erat in septima quiescentium. ¶ Rursus in tribus horis, tria dicimus euangelia, scilicet in aurora, Benedictus. quia ibi uera lux nuntiaret. In uespera. Magnificat, quia in fine mundi, prout ibi dicitur, Deus superbos disperdet, & humiles exaltabit. In completorio, Nunc dimittis, quia post iudicium sancti in pace regnabunt. Finito cãtico antiphona, quæ dilectionem siue deuotionem, quam in laudando Deũ habere debemus, significat, repetitur. Dum autem uersus ante ipsum canticum dicitur, offertur, incensum, vt notetur deuotio ab igne charitatis egrediens, quæ in omni laude esse debet. Turribulum enim, est cor hominis, ignis, charitas, incensum, oratio, fumus in altum tendens, est deuotio, qua sursum tendere debet, iuxta illud, Dirigatur
Psal. 311 oratio mea &c. De hoc in quarta parte in titulo de accessu pontificis ad altare dictũ est, & dicetur sub uesperis. Primo autem offertur incensum, circa altare, nam & sacerdos legalis mane intrabat templũ, vt si per altare incensum offerret, vt dicetur sub titulo de uesperis. Offertur itaq; incensum, circa altare, vt notetur canticum toto corde affectu esse proferendum. Et ne nobis accidat, quod contingit Zachariæ, cui dum incensum offerret, apparuit angelus dicẽs, quòd ei nasceretur filius, quod quia ille non credidit, obmutuit. Credamus igitur de promissionibus Dei, ne à laude eius mu- Luc. 1
ti efficiamur. Alia etiam ratio sub uesperis dicetur. Post cãticum sequitur oratio, per quam est impetranda promissio, de qua dictum est in proœmio huius partis. De laudibus matutinis, quas monachi dicunt in præcedenti titulo dictum est.

SVMMA.

1 *Prima, principium diurnis officij, quorsum instituta.*
2 *Hymnus nunquam mutatur in Prima. Et quid ita.*
3 *Antiphonam sequuntur Psalmi in prima.*
4 *Psalmi treis in prima. Et quid significent.*
5 *Psalmi, Beati immaculati excellentia.*
6 *Psalmi nouem, quare dicantur die dominica, in prima.*
7 *Responsorium horæ primæ.*
8 *Preces quæ dicendæ in prima.*
9 *Κύριε ἐλέησον in prima.*
10 *Oratio Dominica dicitur in horis, submisse. Et cur ita. Et cur etiam perinde symbolum Apostolorum. nu. 11.*
12 *Obsecratio, quid.*
13 *Ecclesia, pro quatuor obtinendis, orat.*
14 *Prostrationes cur fiant in horis canonicis. Et quando. nu. 15.*
16 *Genus flectitur, etiam in priuatis orationibus*
17 *Oratio Dominica, est sal officiorum diuinorũ.*
18 *Pretiosa, antiphona, an in matutinis, an potius in prima locum habeat.*

De Prima. Cap. 5.

POSTQVAM de nocturnali præmissum est officio conuenit aliqua dicere de diurno. Et primo de † hora prima, in 1
qua Deum laudare debemus, tum quia est initium diei, & nobis dedit noctem, cum salute, & sine Satanę impedimento transire, prout

prout in completorio rogauimus ipsum, Mar. vlt.
tum quia tali hora Christus à Iudæis Pilato traditus est, & etiam angelus nuntiauit mulieribus ad monumentum, orto iam sole uenientibus, eum surrexisse, eadem etiam
Io. 21 hora visus est in litore maris à discipulis pi-
Luc. 21 scantibus, dicens illis, Pueri, habetis aliquid pulmenti? Tum quia eadem hora, Dominus conueniebat in templo, & populus manitabat, id est, mane expectabat, vel, id est ad eum mane festinabat. Tũ etiam quia scriptura dixit; Primũ quærite regnũ Dei. Meritò ergo ecclesia in hac hora, Dominũ laudat, & eum inuocat dicens Deus in adiutorium meum intende, cum glorificatione sequenti, & inde petit liberari, & à persecutione mundi, & à tentationibus diaboli, vt patet in hymno; Iam lucis orto sydere, &c.
2 ¶ † Est autem notandum, quòd in prima hora hymnus ipse inuariabilis est, quoniã quolibet die premissa liberatione egemus, similiter & in completorio hymnus, Te lucis, &c. in quo petit ecclesia à phantasmatibus liberari, qua etiam liberatione semper egemus, prout sub completorio dicetur. Quædam etiam ecclesię nunquàm va-
Apoc. 1 riant antiphonam, ad primam. Cum enim Deus sit inuariabilis, qui est α & ω, id est, principium & finis, idcirco quia semper à nobis primitias & decimas exigit, tãquam semper soluentes primitias diei nunquam variant antiphonam, sed semper dicunt illam de trinitate, nisi aliquod festum aceidat, quia tunc fit de ipso festo. Aliæ tamen ecclesiæ variant antiphonam, & hymnum, & in dominicis, & in ferijs, & in festis Dei,
3 & sanctorum. ¶ † Post antiphonam sequũtur psalmi, & ex continentia præcedentis hymni euidenter apparet, quare dicatur primus Psalm. Deus in nomine tuo, &c. in quo ecclesia orat, à periculis, & ab inimicis liberari, deinde se armat, primo contra hostes cingulo castitatis cum dicit, Beati immaculati in via, &c. Secundo, galea salutis, scilicet spe, cum dicit; Retribue seruo tuo, &c. de quibus dicetur sub sexta. Tertio etiam scuto fidei, cum dicit; Quicũque vult saluus esse, &c. in quo fides nostra cõtinetur, vt iam dicetur, quę est scutũ & munimen nostrũ, & victoria cõtra carnẽ, mundũ, & diabolum, & eius oẽs tentationes, vnde Petrus. Cui resistite fortes in fide, &c. Quartò, sumit gladium spiritus, quod est uerbum Dei, dum dicit capitulum siue lectionem, quæ pertinet ad doctrinam, quia oportet, ut præcedant bona opera quæ per psalmos significantur, & tandem sequatur doctrina de spiritualibus & secretioribus; iuxta illud, Cœpit Iesus facere, & docere.
¶ † Sunt ergo tres psalmi, scilicet Deus in 4
nomine tuo saluum me fac. Beati immacu- Act. 1
lati in uia. Retribue seruo tuo. ut in tribus horis munimentum cõtra impugnationes interiores & exteriores habeamus. Et dicũtur sub tribus glorificationibus, eo ꝙ trinitas in nostris operibus glorificatur. Secundus Psalm. est. Beati immaculati in uia. usque. Retribue seruo tuo. Tertius est, Retribue seruo tuo. usque, Legẽ pone mihi Domine, uiam iustificationum tuarum, qui ex octonarijs uersuum constituuntur. Habet enim unusquisque sexdecim uersus, quorũ duodecim significãt duodecim prophetas, alij quatuor designant quatuor maiores, scilicet Hieremiam, Esaiam, Danielem, & Ezechielem, siue duodecim Apostolos, & quatuor Euangelistas. Dicuntur ergo illi duo psalmi, ex sexdecim uersibus constituti, ut ostendatur, ꝙ ea, quæ duodecim prophetę & quatuor maiores, siue duodecim Apostoli, & quatuor euangelistę dixerunt, pro posse obseruare debemus. De octonarijs dicetur sub titu. de completorio. Sunt etiam quodammodo quinque psalmi habito respectu ad diuisionem octonariorum uersuum, cuiuslibet psalmi, significantes ꝙ ecclesia petit, ne mors ingrediatur per fenestras quinq; sensuum nostrorum, seu ut quinque sensus nostri, per diem diuinitus muniãtur. Primus est; Deus in nomine tuo saluum me fac. Secundus; Beati immaculati in uia. Tertius, in quo corrigit. Quartus; Retribue seruo tuo. Quintus; Adhæsit.
¶ † Et est sciendum, ꝙ à psalmo. Beati im- 5
maculati in uia, usque ad psalmum; Ad Dominum, cum trib. cla. est unus psalmus continens duodecim capitula, qui secundum Ambrosium est paradisus pomorũ, & apotheca spiritus sancti, ideo ecclesia ruminat illum per horas, uelut species aromaticas paradisi, ut sit spes aromatica Deo & mundo. ¶ Sed quærit, quare psalmus ille, Deus in nomine tuo saluum me fac. dicatur ad 1. Re.
primam, quem Dauid cecinit dũ Iudei eũ 23
Saul

Saul tradere uolebant? Respondeo, ideò quia per cypheos, qui interpretantur floré tes, intelligitur diabolus, qui caducam floriditatem suis ostendit. Ipse enim siue per se, siue per membra sua, insidiatur nobis, & nos apertè persequitur, ut nos æternæ tradat morti. Ad uitandum ergo eius calliditatem, iste psalmus in prima hora siue diluculo cantandus est, quam Dauid cantabat, ut ab inimicis saluaretur. Post illũ dicitur psalmus; Beati immaculati in uia, qui plenus est moribus, quia oportet, ut hi quos Deus liberauit de uinculis, & carcere ini-
6 micorum, moribus bonis, & in omni deuotione adsistant. ¶ † In diebus uerò dominicis, in quibus matutinale dicitur, & histo-
Ps. 21 ria mutatur, dicuntur ad primam quinque psalmi, qui sunt in fine ipsius nocturni dominicalis. scilicet Deus Deus meus, respice &c. qui psalmi quare in prima dicantur, sub completorio dicetur. In quibusdam tamen ecclesijs dicuntur solum in dominicis à septuagesima, usque ad Pascha, quo etiã tempore dicitur ad primam, Dominus regnauit, propter rationem ibi scriptam. In præmissis etiam dominicis dicitur ad Primam psalmus, Cõfitemini Domino, ne aliquid de psalterio prætermittatur, quin totum in septimana dicatur, & quia ibi præsertim in uersu illo; Hæc est dies, quam fecit Dominus &c. agitur de resurrectione, ad quam dies dominici pertinent, & secundum hoc in dominicis dicũtur ad primam nouem psalmi, ut cum nouẽ ordinibus angelorum in resurrectionis gaudio trinitatem laudare possimus. In primis quinque, scilicet Deus Deus meus, respice, & sequentibus de Christi passione cantatur, per psalmum; Confitemini. & tres quotidianos, innuitur, quòd in quatuor mundi partibus doctrinam quatuor euangelistarum laudare debemus. In psalmo; Deus in nomine tuo saluum me fac, petimus erroris depositionem, in Confitemini, exhortamur ad laudis confessionem, in Beati immaculati, ad laudis operationem; in Retribue, ad mandatorum retributionem. Verum, quia fides, est fundamentum mandatorum, & uictoria quæ uincit mundũ, quia cætera sine fide frustrantur, ideo subditur symbolum fidei; Quicunque uult, quòd Athanasius Alexandrinus episcopus rogatu Theodosij Imperatoris ad eradicandam inualescentem hæreticorum perfidiam, & fidem catholicam diuulgãdam, edidit: & singulis diebus dominicis Ecclesia constituit cantari ad primam: quia populus ex tunc maximè ad Ecclesiam conuenit: uel quia fides principium salutis existit. Quidam tamen ex curiositate, illud omittunt in illis diebus, quibus in missa: Credo in unum Deum, dicunt: quidam autem dicunt, quòd dictus Athanasius fugiẽs à facie Constantini Imperatoris in Treueri illud composuit: quandoque non dicitur in Ecclesia ex primaria Ecclesiæ institutione. Et aduerte, quia in hoc symbolo, duæ principaliter sunt partes, scilicet de trinitate, & de incarnatione verbi: sed de libero arbitrio præmittitur. ¶ Posteà sequitur capitulum, in quo pastor oues, & paterfamilias operarios, ne in calore & labore deficiant, consolatur, de quo iam dicetur: & dicitur quandoque capitulũ Gratias uobis, & pax à Deo: ad Gal. j. & quandoque: Pacem & ueritatem Zachariæ: viij. dist. ¶ Post capitulum sequitur responsorium: Christe † fili Dei uiui, &c. ut Ecclesia ostendat se innuere & applaudere his, 7
quæ in illo dicta sunt: nihilominus tamen orat pro se. Vnde posteà subijcitur versus: Exurge Christe, id est, fac nos exurgere. Exurgere autem à uitijs, nihil aliud est, quàm ad Dominum redire. ¶ Sciendum est autem, quòd quædam Ecclesiæ omittũt responsorium illud: Christe fili Dei uiui: in aduentu & in septuagesima: quia licet tam patres, qui fuerunt ante legem, quàm qui fuerunt sub lege, sperarent per Christum à miserijs liberari tum quia ipse in illo tempore nondum uenerat: idcirco cum tempora illa recolũtur misericordia Christi minimè inuocatur. In festiuitatibus tamen sanctorum, quæ in illis temporibus occurrunt, illud dicunt: quia in illis tẽpus gratiæ repræsentatur. Quædam tamen Ecclesiæ non dicunt capitulum, nec etiam responsorium; sed solum versum. Exurge: uolentes morem Apostolorum imitari: quos legimus post Ascensionem ante aduẽtum spiritus sancti, in orationibus, & bonis operibus perseuerasse: sicut Lucas dicit, quòd Luc.
ipsi adorãtes reuersi sunt in Hierusalem, 24
cum gaudio magno, & erant semper benedi

nedicentes in templo, & laudãtes Deum. Nec legimus eos tunc fecisse sermonẽ ad populum; sed in die pentec. dato eis spiritu sancto, hora tertia cœperunt tãquàm confirmati ad populum loqui: in quo instruimur, quòd usque ad horam tertiã bonis operibus & orationibus uacare debemus, & tunc tãdem alios docere: quod notat ipsa lectio seu capitulum: nã psalmus ad opera: lectio verò pertinet ad doctrinã. Propter hoc ergo lectionem ĩ prima subtrahunt, & per consequens, responsorium quod ei responderi debet. ¶ Rursus, per primam pastoris opera intelliguntur. Vnde & tunc dicitur: Respice Domine in seruos tuos, & in opera, &c. qui pastor, Christi exemplo, debet prius operari, vt ĩ alijs horis alios ad operam valeat exhortari, ideoque non dicunt capitulum, quod est exhortatio seu consolatio post psalmos, p quos opera significantur, sed post Primam dicitur lectio, vt dictum est in procemio
8 huius partis. ¶ † Subsequenter dicuntur preces, quoniam in concilio Agatheñ. de consecra. dist. v. conuenit, statutum est, vt preces siue capitula psalmis, in singulis horis dicantur. Dicuntur autem propter tria. Primò ad resecandas superfluas cogitationes. Secundo, ad impetrandam misericordiam, propter oues errantes, & operarios fatiscentes. Tertiò, ad postulãdum auxilium contra tentationes vt possimus in dominica oratione patrem securius inuocare. Et dicuntur hoc modo. Primo, nanque dominica oratio dicitur, in qua sunt vij. petitiones, propter septem dona
Eccle. spiritus sancti habenda, vt iam dicetur.
10 Sed quia muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, præcedat ipsum Κύριε ἐλέη-
9 σον. Oportet † enim tale quid præcedere, quod inanes cogitationes repellat à mente, vt dicendo ipsam orationem dominicam, mens quæ inuisibilia loquitur, sola inuisibilia cogitet. In diuinis siquidem officijs ante ipsam orationẽ dicitur ter vel semel Κύριε ἐλέησον, & post semel vel ter Χριστὲ ἐλέησον, & iterũ ter vel semel Κύριε ἐλέησον. Dicitur ter Κύριε ἐλέησον, ad notandum tres status diuinitatis & diuinæ maiestatis, quos aliquo modo in Ecclesia celebramus. Sed semel dicitur, propter vnam substantiam. Primus status fuit, ante assumptã humanitatem, quando trinitas inuocabatur, sine copulatione humanæ naturæ, & dicebatur Dominus. quia Dominus nomẽ illi. Secundus, post assumptam humanitatem, scilicet quando Christus uidebatur in terra, & nihilominus credebatur à suis, Deus & filius Dei, propter assumptã enim humanitatem, quæ uncta est oleo spiritua li, uocatur Christus. Vnde in medio statu dicimus, Χριστὲ ἐλέησον. Quando igitur ter dicimus Χριστὲ ἐλέησον, ostendimus eũ nunquam fuisse separatum à substantia sanctæ trinitatis, licet fieret homo. Sed quando semel, ostendimus eum fuisse solum inter homines, & neminem sibi per omnia similem habuisse. Tertius status fuit ex eo tempore, quo uoluit clarificari assumptam humanitatem plus, quàm esset, quandiu mortalis erat. quia ergo in illa clarificatione ostensa est trinitas, ideo dicimus ter Κύριε ἐλέησον semel uero dicitur propter unam substantiam. de horum uerborum efficacia dictum est in quarta parte sub titu. de Κύριε ἐλέησον. ¶ Et nota, q; præmissi status Iac. 1.
dicuntur, propter nos, nõ propter Deum, apud quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. ¶ Post Κύριε ἐλέησον sequitur dominica oratio, in qua sunt septem petitiones, propter habenda. vij. spiritus sancti dona, per quę mœrentes septem uirtutes, & per istas à septem uitijs liberati, ad octo beatitudines peruenie-
mus. ¶ Et dicitur uoce demissa & secretè.
¶ † Primò, ut per hæc uerba humilitatis 10
& orationis deuotio significetur. ¶ Secundò, ut quasi ad interiora reuersi, ipsas res cum magna diligentia mente capiamus, quas uerbis pronuntiamus. ¶ Tertio, quia in ea Deo loquitur, qui nõ tantum uerba, sed renes scrutatur & corda. ¶ Quarto, ad notandum, quòd oratio ipsa potius habet efficaciam in deuotione cordis, quàm in clamore oris. Licet enim Moses ad Dominum non clamaret ore, tamen Dominus, qui magis attẽdit clamorem cordis quàm oris, inquit eis, quid clamas ad me, Exod. 14. cap. Finis tamen ipsius orationis altè pronuntiatur, ut ab omnibus cõfirmetur, & ut auxilio precum adstantium respondentium, Amen à tentatione liberemur, quia sicut ait Aug. Impossibile est multitudinem non exaudiri. Principium quoq;
eius

Universidad de Deusto Biblioteca

eius publicè pronuntiatur: vt per hoc populi ad stantes ad orandum inuitentur.
¶ Sanè, dominica oratio dicitur, vt vita spiritualis animæ impetretur. propter qd immediatè illa dicta subijcitur: Viuet anima mea, & laudabit te &c. deinde sequitur: Erraui sicut ouis, quæ &c. in quo fit cõfessio. Non enim potest in Deo viuere, qui
11 non confitetur. ¶ † Consequenter dicitur:
Ne.2. Credo in Deum: in quo fides nostra continetur: sine qua impossibile est Deo placere, & per quam contra omnia aduersa armantur, qui per dominicam orationẽ mundantur Et dicetur voce demissa: finis vero alta, ad notandum quòd corde creditur ad iustitiã: ore autem confessio fit ad salutem. extrà de sacra vnct. de quo in quarta parte dictũ est, vbi de symbolo agitur. Posteà sacerdos quasi susp rans dicit: Et ego
Psal. ad te Domine clamaui &c. Iuxta illud Da
49 uid: De profundis clamaui ad te Domine. quia verò non est speciosa laus in ore peccatoris: quia peccatori dixit Deus: Quare
Psal. tu enarras iustitias meas, & assumis testa-
70 mentum meum per os tuũ. iij q. vij. §. quod instatur. ideo petit sibi gratiã confitendi: qua repletus possit dignè laudare, dicens: Repleatur os meum laude. ¶ Subsequuntur etiam posteà multæ preces: quibus Ecclesia obsecrat, orat, postulat: & gratias
1.Tim. agit, iuxta doctrinã Apostoli ad Tim. ob-
2 secrat, dum dicit: Domine auerte faciem
12 tuam à me &c. † Propriè autem obsecratio est. quãdo cum adiuratione petitur: vt cùm dicitur: per passionem tuã libera nos
Psal. Domine. Orat, dum bona sibi dari petit: vt
50 ibi: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum. Postulat, dum à se mala sibi
Psal. contraria remoueri petit: vt ibi: Dignare
101 Domine, die isto sine peccato nos custodire. Gratias verò agit, pro iam receptis: cũ dicit: Benedic anima mea Domino: de hoc etiam sub titu. de tertia dicetur. ¶ Potest etiam & aliter dici, quoniam oratio dominica cum sequentibus precibus, & cũ psalmo. Miserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam: ideò dicuntur, quoniam sunt ĩtra Ecclesiam nostram, qui minima & qui maxima committunt: pro minima & committentibus, & pro seipso sacerdos orat, quando Κύριε ἐλέησον & oratio nem dominicam dicit: in qua nemo se excusare potest, nisi veraciter: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitti. &c. pro maiora committentibus: & per pœnitentiam resurgentibus dicitur psalmus: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, qui propriè pertinet ad pœnitentes: prout dictum est sub titulo de laudibus matutinis: & viuet anima mea &c. quia anima mortua fuit post mortale peccatum. Errorem etiam suum exponit dicens, Erraui sicut ouis. quæ petijt &c. Medicinam quærit, vbi dicit: quære seruũ tuum Domine, quia mandata tua non sum oblitus, id est, paratus sum adimplere.
¶ † Rursus in his ꝑcibus Ecclesia orat pro 13
peccatis, & presertim pro quatuor orat, scilicet pro immũditia remouenda. Et pro munditia conferenda. Pro tristitia, quæ ex morsu conscientiæ remouenda. Et pro lætitia conferenda: pro quibus dicit quatuor particulas illius psalmi: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Pro immunditia remouenda, dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quasi dicat, noli ea æternaliter punire. sed quia posset esse, quod homo non curaret ea deleri, ex quo in præsenti non puniretur, ideò addidit: Et omnes iniquitates meas dele. pro munditia vero conferenda, dicit Cor mundum crea in me Deus. Sed quia etiam collata munditia homo eam sibi collatã ignorat, & adhuc conscientiæ morsu torquetur, ideò addidit: Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Deinde pro lætitia conferenda, dicit, Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principalis &c. Sed quia adhuc restant inimici qui nos ad mala trahere nituntur, qui sũt tres, scilicet caro, mundus, & diabolus; idcirco contra inimicos ponit tres versiculos, scilicet, Eripe me Domine ab homine malo, & alios duos sequentes. Inimicis verò repulsis, iam laudare potest, vnde dicit sic; Psalmũ dicam nomini tuo &c. & quia Psal.
omni tempore laudandus est, adiungit, Et 130.
reddam vota mea &c. & etiam in omni loco, ideò adiungit; Exaudi nos Deus salutaris noster, Adhuc, quia per passionẽ redempti sumus, & per eam nostra oratio recipit efficaciam, ideò reducimus ad memoriã, quę in passione Domini legimus & cãtamus,

tamus, videlicet: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis. Inde hortamur animam nostram ad benedicendum sibi, propter beneficia nobis collata, ibi: Benedic anima mea Domino &c. Consequenter verò, vt puta sit oratio, communem facit confessionem, per quã à venialibus mũdamur sine quibus communis uita facilè non ducitur. Et quia hominis confessio nil ualet, nisi interius conuertatur: ideò subiungit: Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis. Præterea, quia in principio diei est, orat à peccato per diem liberari, dicens: Dignare Domine die isto, sine peccatis nos custodire: sine quo uix potest esse momentum humanitatis fragilitas. Et quia necesse est, ut misericordia Dei sequatur sicut præuenit, idcirco addit: Fiat misericordia tua Domine super nos &c. demum orat pro diuersis gradibus Ecclesiæ, & tandem concludit per psalmum: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuã, postquàm noster opilio solus orat, pro omni-
14 bus in collecta. † Dum autẽ sacerdos orat seu preces huiusmodi dicit in diebus profestis se ad terram prosternit ut maiorem in se & alijs excitet deuotionem, sed finito psalmo: Miserere mei Deus: surgit cæteris prostratis manentibus, & stans orationẽ dicit, quoniam uicem gerit illius sacerdotis, qui in cœlo est, qui pro nobis quotidie interpellat. Primò ergo iacendo cum cæte
Rom. ris orat, sicut & Dominus, cuius uicarius
8 est, prius, quàm resurgeret, cum peccatoribus conuersatus, & in cruce prostratus est, posteà stando orationem dicit, ut illius resurrectionem recolat cuius uicem gerit. In quibusdam tamen Ecclesijs omnes illo surgente surgunt, in quo significant se spẽ recepisse à peccatis resurgendi. ¶ Et nota, quòd sola Ecclesiæ unitas adorando in fa-
15 ciem cadit. ¶ † In profestis ergo diebus quandoque prostrati oramus, in quo octo significantur. Primum, infirmitas corporalis, quia de puluere sumpti sumus. Secundum, infirmitas animi, quia per nos non erigimur. Tertium, est erubescentia, quia non audemus oculos in cœlum leuare. Quartum, prudentia, quia uidemus ubi cadimus, id est, in terrenis affligimur. Quintum, ut cordis contritionem significemus. Sextum, quia Christum adorantes, eum ad terram descendisse, & carnem de terra credimus induisse, & hoc etiam quidam figurant, qui uolentes sibi signum crucis imprimere, prius inclinati, terrã manu tangunt. Septimum, quia reducimur ad memoriã, licet ĩ paradiso angelici creati fuerimus, corpora tamen nostra propter lapsum nostrũ, inter animalia bruta iacere, & animam corporali mole grauari. Octauum, ut ip- Con.
so actu confiteamur nos esse peccatores, & 18
terrenis desiderijs inhærere, uentrem terræ & animam pauimento infigimus, & hoc est introductum ab Abraham, qui cadens in terram, Dominum adorauit, quem prophetæ imitati fuerunt. Vnde Origines in homilia illius euangelij: Erant Ioseph 3.Reg
& Maria mirantes super his &c. ita dicit: 8
Sancti prophetæ quando angustius aliquid Ephe.
contemplabantur, cadebant in facies suas, 3
ut peccata per ruinã corporis plenius pur
garentur. † Quandoque etiam in priuatis 16
orationibus genua flectimus: ut Salomon & Apostolus dicens: Flecto genua mea ad pa. do. no. extrà de immu. Eccle. decet. ut per hoc omne genu Christo flecti innuamus, sed tunc non prostrati, sed facie erecti stamus, quasi ipso actu dicentes, trahe Cãtic.
me post te. ¶ Quid dicere debemus, dum 1.
genua flectimus, in sexta parte sub tit. de Psal.
pascha dicetur. Et quandoque stamus, quasi lætantes, quòd in domũ Domini ibimus. 121
In primo quidem modo exprimimus conditionem nostram, in secundo desiderium, in tertio spẽ. In diebus uerò dominicis, & ĩ paschalibus genu flectio non fit: nec dicitur per horas Κύριε ἐλέησον nec oratio dominica, sed stantes oramus propter lætitiam resurrectionis, quam tunc recolimus, de quo in sequenti parte sub festo paschæ, dicetur, nec in diebus pente. quibus recolimus libertatem per aduentum spiritus sancti nobis datam, nec in alijs festiuis diebus propter lætitiam ipsarum festiuitatum, in quibus recolimus sanctam societatem angelorum & sanctorum, qui iam est in lætitia sempiterna, nisi pro præsentia corporis & sanguinis Christi. In his tamen diebus Matt.
stantes, capite inclinato orare debemus, si 28
cut & deuotæ mulieres ad monumentũ fecerunt, & nunc etiã huiusmodi flebiles preces uitæ præsentis emittimus, ad notandũ, quòd

quòd in futura resurrectione, vbi erit vera libertas, & vera societas, nulla precatio exercebitur, pro miseris. de hoc dicetur in sexta parte sub ti. de sabbato post petento.
17 In † quibusdam tamen Ecclesijs in omnibus officijs dicitur dominica oratio, licet stando: nam illa est sal & condimentum sacrificij. Et sicut in veteri testamento nullũ
Leuit. 2 sacrificium sine sale fiebat: ita & nullũ officiũ nostrũ sine illa fieri debere videtur: de hoc etiã dictum est in proœmio huius partis. ¶ Sanè, preces huiusmodi, mystycè humilitatẽ significãt, prout sub completorio dicetur, versi ad oriẽtem illas dicimus, de quo dictũ est in proœmio huius partis. ¶ Vltimò, subijcitur oratio, quã salutatio, scilicet Dominus vobiscum: præcedit & etiam
Ioan. 20 sequitur: quia sicut Dominus postquam resurrexit salutauit Apostolos, dicẽs Pax vobis. & posteà locutus est eis: & post locutionẽ iterũ dixit: Pax vobis, ita presbyter eius vicarius, postquàm surrexit ab accubitu, salutat fratres, dicens: Dominus vobiscum. & pro eis orat: & post orationem iterum dicit: Dominus vobiscũ. q.d. Si gratiã Dei impetrastis, in illa perseuerate: & iterum populus dicit: Et cum spiritu tuo. Ac si dicat: Orasti pro nobis, & nos pro te oremus. de hoc dictum est in quarta parte, sub ti. de salutatione ad populum. Nouissimè dicitur: Benedicamus, de quo dictum est in proœmio huius partis. Postquam verò Ecclesia
18 dixerit † oratione ad Dominum, implorat orationes sanctorum, dicens: Pretiosa in conspectu &c. quod non est de prima: inde est, quod quidam dicunt illud post matutinas laudes. Et iam quidam interponunt inter primam, & pretiosa. primam de beata virgine: & quidam missam animarum; & quidam religiosi hoc in capitulo dicũt. Aliqui tamen dicunt esse de prima, secundum ea, quę dicta sunt in proœmio, vbi agitur de lectiones, continuantes illud cum prima, deinde sacerdos ad honorem trinitatis orat generaliter pro se, & pro omnibus dicens ter, Deus in adiutorium &c. Vel dicitur ter, vt petat auxilium contra insidias diaboli, carnis & mundi: vel ad honorem trinitatis. Et ideò subijcitur: Gloria patri &c. Ne post, gloria patri. sequitur allelu-Ia: pro eo, quòd locus, in quo hæc dici consueuerunt: puta capitulum: sacer non est. Sicut enim sacer locus significat illam Hierusalem, in qua vox illa angelica, scilicet Allelu Ia, auditur, ita locus ille non sacer, peregrinationem nostram repræsentat, in qua peccamus, deinde quia dum in hac vita sumus peccamus: ideò sub iungimus, Κύριε ἐλέησον & Pater noster, & postea; Respice Domine in seruos tuos, &c. vbi dicitur: Et dirige filios eorum: Filij nostri, sunt cogitationes, quæ de mente nostra nascuntur, quas ad opera Domini implenda rogat dirigi, opera verò manuum nostrarum, sunt opera exteriora, quæ inferius à cogitationibus procedunt. Sed quia omnia ad vnum tendunt, ideo posteà dicit opus singulariter, cùm dicit: Et opus manuum nostrarum dirige. Et iterum opilio siue pastor pro omnibus ouibus orat generaliter dicens: Dirigere dignare Domine, &c. Oratione vero seruitium concluditur, vt diuina gratia, quæ actiones nostras præcedit etiam ipsas subsequatur.

S V M M A.

1 *Oratio cur fiat hora tertia. Et quàm varie; pro loci, regionis, & professionis conditione.*
2 *Oratio, obsecratio, & postulatio, quid differant.*

De Tertia. Cap. 6.

ORA tertia Deo laudes exoluimus, quoniã in illa secundum Marcũ: Iesus linguis Iudæorũ † morti ad iudicatus 1
est, & à Pilato ad colũnam ligatus est, & flagellatus. Merito ergo hora illa oramus, vt sicut, scilicet ab Adam p diaboli suggestionem separatus est, ita per Christi crucifixionem dignetur eadem hora spiritus sanctus in cordibus nostris infundi. In hac etiã hora repromissus spũs sanctus datus est Apostolis, & visibiliter Dei magnalia loque
bãtur, vnde in Actibus Apostolorũ. Nõ isti Actu. 2
ebrij, cũ sit hora tertia diei; propter quod Psal.
dicitur hymnus: Nũc sancte nobis spũs, &c. 118
Dicitur ẽt Psalmus: Legem pone, quia tũc lex

lex noua data est Apostolis. Quia vero ho
Sap. 16 mo per legẽ Dei à morbo peccati sanatur:
Ps. 40 Iusta illud Sapientiæ; Nec herba, nec malagma sanabat eos, sed tuus sermo Domine, &c. Ideo in quibusdam Ecclesijs capitulũ illud dicitur: Sana me Domine, &c. Hiero. xvij. c. & responsoriũ. Sana animã meã, &c. Et quandoq; dicitur; Charitas Dei diffusa est. Roma. v. c. & quandoq; illud, obsecro vos fratres, per misericordiam Dei Roma. xij. c. Rursus quia non potest sanari, ni-
Ps. 26 si conseruetur, ideo sequitur versus; Adiutor meus esto, &c. quasi dicat quãuis liber & sanus in via tua sim constitutus; tamẽ nõ sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illã meridiẽ, de qua dicitur; Indica mihi, vbi pascas, vbi cubas in meridie, unde dicitur. Adiutor meus esto Domine, & subiũgitur, ne derelinquas me, id est, inceptum meum ne intermittas, quia sine te nihil est conatus meus neq; despicias me, id est, ne contẽnas, q̃ ego mortalis te æternũ audeo querere, quia tu es Deus meus, qui me creasti & recreasti salutaris meus, id est, qui sanas
1. Tim. 2. plagas peccati mei. Deinde omnes ad orationem prosternũtur, & prosequitur Sacerdos modũ orationis, quẽ Apostolus docet. dicens. Primo oĩum fiãt obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarũ actiones pro oĩbus, & pro his qui in sublimitate sũt.
2 † Obsecratio fit cum adiuratione pro malo remouendo. Oratio, pro bono impetrãdo, uel pro malo superando. Postulatio, pro bono adipiscendo siue comulando. Gratiarum actio pro bono iam collato conseruãdo. Obsecratio, est ibi; Ego dixi domĩe &c. vbi petit vulnera sanari, & medicinã dari.
Psal. 131 Oratio ibi, Fiat misericordia tua Domine, uel ibi, Ostende nobis domine. Postulatio ibi, Cõuertere domine usquequo, vbi postulamus, vt per domini auxiliũ oĩa nobis aduersa remoueãtur. Gratiarum actio ibi, Sacerdotes tui induantur &c. & hoc pro nobis oĩbus. Item orat pro regibus, & pro his qui sunt in sublimitate, dicens, Saluum fac regem. & oremus pro pontifice nostro, & pro oĩbus viuis, dicẽs, Saluũ fac populũ tuũ &c. Et pro defunctis, dicens; Oremus pro fidelibus defunctis. Sequitur etiã, Miserere mei Deus, pro his qui sunt in grauioribus peccatis, sicut præcessit dominica oratio, pro his, qui sũt in quotidianis. Post hoc sur
git opilio, siue sacerdos, & omnibus prostratis manentibus, orat pro vniuersis, de quo dictum est sub prima.

S V M M A.

1 *Sexta ad quid instituta.*
2 *Dei dilectione quanto quis magis rapitur, tanto à terrenis deficit.*

De sexta. Cap. 7.

ORA sexta pro nobis † crucifixus, & clauis cõ- 1
fixus est Christus, quare tenebrę super omnem terram factæ sunt vt sol in morte Domini sui lugens, se quasi nigris tegeret vestibus, ne illum crucifigentibus lumen præberet. Hac etiam hora. in die Ascensionis, cum discipulis discubuit, Merito ergo Ecclesia illa hora Deo laudes exhibet, gratias ei agens, quia pro ipsa Christus pati voluit, propter quod ipsum diligit vehementer. Vnde in canticis, Nuntia- Cãtic. 5.
te dilecto, quia amore langueo, & ob hoc Psal.
tunc dicitur Psalmus, Defecit in salutari 118
tuo anima mea &c. dicitur etiam respon- Ps. 33
sorium; Benedicam Dominum in oĩ tempore, semper laus eius ĩ ore meo; supple, quia dignatus est pati pro me. i. pro salute animæ meæ. Hac etiã hora Adam de paradiso Gen. 4
eiectus est. Rectè ergo illa hora Deũ deprecari debemus, vt vnde ille propter superbiam eiectus est, illuc per humilitatem, & bonã operationem redeamus. Sanè officiũ Sextæ, statui temporis respõdet, sicut & officia aliarum horarum. in prima nanq; hora est inchoatio. In tertia profectus. In sexta consummatio, secundũ quod sol ĩ prima incipit lucere. In tertia magis calet. In sexta est in summo feruore, quod indicãt verba hymnorum, quæ in ipsis horis, & etiã in nona præmittuntur. Inchoationi respondent verba quæ dicuntur ad primã in psalmo: Deus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua libera me, id est, separa me à Cyphæis. In principio nanq; nostræ cõuersionis incipimus à malo separari vnde ibi merito petimus, qui tandẽ loco & præmio separati sumus. Ad idem ptinet, quod dicit

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit secundus Psalmus: Vtinã dirigantur viæ meæ: & quod dicit tertius psalmus: Retribue seruo tuo, quod exponitur id est, fre quẽter tribue & vbi dicit: Viuifica me, &c. supplendũ est, qui præmortuus erat p peccatum: vnde petit per gratiam iustificari. Ad profectũ pertinet, quod dicitur in principio tertiæ: Legem pone mihi Domine, viam iustificarum tuarum: & exquiram eã semper. Sibi enim posito in via petit dari legem correctionis. Ad consumationẽ pertinet, quod dicitur in principio sextæ: Defecit in salutari tuo anima mea posita in salutari tuo, defecit à terrenitate: vel defecit in salutari tuo, id est, anima mea tendens in salutare tuum, defecit in terrenitate. † Quantò enim qui magis tendit in dilectionem Dei; tantò magis deficit à terrenis, & quasi præ nimio desiderio lãguet. Iuxta illud Canti. ij. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo. Per flores quidem, initia bonorum operũ, per mala, perfectio accipitur quæ etiam alios accedens quodammodo consolatur; non tamen hic plenam recipit consolationem, sed potius affligitur ex dilectione. Vnde sequitur: Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum, & in verbum tuum superperaui. Et in secunda parte: Quomodo dilexi legem tuam domine. Et in tertia Oculi mei defecerunt, in salutari tuo anima mea: quoniam exaudisti &c. Ad hanc perfectionem pertinet responsorium: Benedicam dominum, & versiculus: Dominus regit. Nam sicut habet alia traslatio: Dominus pascit me, nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit, id est. Dominus est pastor meus, in quo sum totus & sufficiens. Vnde sequitur: Et nihil mihi deerit, spiritualem enim substantiam credit à Deo sibi cõferendam, qui iam scit se esse collocatum in loco pascuæ, vbi fideles in fide plenius corroborantur. Vnde dicit, Ibi me collocauit, Quem enim Dominus patuit in aduentu spiritussancti, eundem regit id est, in bonis operibus facit eum delectari, & per rectum iter ducit ad tutissimam ciuitatem Hierusalem, tali nihil deest, teste Apostolo, qui dicit: Omnia in eo possum, qui me confortat. Dicit autem quandoq; capitulum illud; Alter alterius onera portate, ad Galath. vj. Quandoq; illud, Nolite conformari huic seculo. Rom. xij. cap.

Psal. 118

Phili. 2

SVMMA.

1 *Nona, quorsum instituta, & eius forma.*
2 *Temporis status, insinuat virtutum statum.*
3 *Responsoria Dominicarum in Tertia, Sexta; & Nona, conuenienter respondent responsorijs ferialibus.*

De Nona. Cap. 8.

HORA Nona Christus clamans emisit spiritum. † Mori enim voluit pro homine illa hora, in qua homo de paradiso expulsus est. Et in eadem hora per mulierem & lignum redemit, quos per mulierẽ & lignum deceperat hostis, vt ars autem artem falleret, & medellam ferret, vnde hostis læserat. In eadem quoq; hora miles latus Christi aperuit, ex quo duo nostræ saluationis sacramenta, scilicet aquam baptismi, & sanguinem nostræ redemptionis nobis eduxit, & velum templi scissum est, & monumenta aperta sunt. Eadem hora inferna penetrans inextricabiles tartari tenebras confringens, serasq; eius cõminuens, captiuitatem sanctorum secum transuexit ad cœlos, igneaque romphea submota antiquum incolam in paradiso restituit. Eadem etiã hora cœtus apostolorũ ad orandũ conuenire consueuit, & Petr. & Ioã. ascendebant in tẽplum causa orationis. Petrus quoque eadem hora ascendit in cenaculum, oraturus quando raptus est in extasim, & linteolum plenum reptilibus de cœlo ante se dimitti vidit audiens, Petre macta & manduca. Meritò igitur propter has prærogatiuas hac hora Deum Ecclesia laudat, dicens Psalmum. Mirabilia &c. responsorium; Redime me Domine, orans pro sua redemptione, ne oblita esse videatur quòd tali hora redempta est. ¶ † Illa autem considerandum est quod in hora nona iam sol declinauit à centro. status ergo temporis innuit statum virtutum, innuit enim feruorem virtutum in quo animus prius erat, propter tentationes esse tepefactum. Nam vt ait Beatus Gregor. Vitia nos tentant, virtutes nos humiliant. Cùm enim vir perfectus tentatur ab altitudine intimi gaudij, descẽdit ad cõsiderandũ suã fragilitatem,

1

Ioan. 19

Actu. 3

Actu. 10

2 Ps. 25

gilitatem, & ad viuendum, quam facilis sit ad casum, ut patet in Apostolo, qui dicebat. Ne magnitudo reuelationũ extollat me. Gaudebat enim Paulus de reuelatione, dolebat de tentatione. Vnde ipse dicit: propter q̃ ter dominum rogaui &c. Nisi enim sibi molesta esset tentatio, non rogaret, vt tolleretur. Non est tñ sublata, quia per infirmitatem uirtus, cui gaudium debetur, perficitur. Has tribulationes & angustias notant alij qui uersus psalmorũ nonæ, vt in j. parte. Tribulatio & angustia &c. Et in secunda. Multi qui persequũtur. Et in tertia: Erraui &c. Ab eisdem petimus liberari in responsorio. Redime me, id est, fac ut effectum redemptionis tuæ, quæ facta est in sanguine tuo, sentiã in tribulationibus meis hoc idem est in uersu. Ab occultis meis munda me, id est repelle à me malam cogitationẽ, & compesce suauorem: secundum August. ¶ † Et nota, q̃ responsoria dominicalia in tribus horis. s. tertia, sexta, & nona conuenienter respondent responsorijs ferialibus. Nam in responsorio feriali ad tertiam, scilicet Sana animam meam &c. Petitur Sanitas vulnerum, quæ præterita peccata fecerunt, & in responsorio dominicali. Inclina cor meum &c. Et in uersu. Auerte oculos &c. Petitur cautela de futuris, quod fit in impletione diuinorum mandatorum. Item in feriali responsorio sextæ. Benedicam dominum &c. Fit iugis diuinæ laudis promissio. In dominicali responsorio. In æternum domine &c. Fit promissis impletio: ibi enim promittit se laudaturum, & hic laudat. In responsorio uerò feriali nonæ. Redime me domine &c. Petitur redemptionis effectus: quo fit, ut uis mentis, id est, amor, sit directus ad Deum. Et in responsorio dominicali: Clamaui &c. Promittitur effectus pedis, id est amoris. s. clamor ad Deum, ex amore est enim clamor cordis. In pluribus tamen ecclesijs sunt eandẽ, tam in ferialibus, quàm dominicalibus. ¶ Et est notãdum, q̃ uersus qui dicuntur in tertia, in sexta, & in nona neumam habent, ad designandum quòd in nulla hora exprimere ualemus gaudiũ & brauium sempiternum. Capitulũ quandoque dicitur. Omnia probate. Thessal. v. c. & quandoque. Sicut in uno corpore multa membra habemus. Roma. xij. cap.

1. Cor. 11

Ps. 18

3

SVMMA.

1 *Vesperæ ad quid institutæ quid referant. Et quod psalmis constent, nu. 3.*
2 *Officium diei sequentis, incipit à vesperis, & cur ita.*
4 *Officium matutinum & vespertinum, præferuntur alijs, psalmorum numero.*
5 *Thimiama quid notet. Et à quo offerendum.*
6 *Mariæ canticum, promissa Dei continet. Et eius expositio. nu. 7. Et cur potius in vesperis cantetur, quàm alijs horis. nu. 8.*
9 *Lampades cur accenduntur in vesperis, maxime sub canticum Mariæ.*
10 *Officium mortuorum, ad quid careat secundis vesperis.*
11 *Religiosi collationem completorio præmittũt. Et qua id ratione aut exemplo.*

De Vesperis. Cap. 11.

IN hora uespertina significat ecclesia primũ † aduentum Dñi, qui fuit. Vergente mundi uespere, id est, ultima ætate, de quo psallens reddit gratias Deo: iuxta illud Apostoli. Nos sumus, in quos fines seculorũ deuenerunt. de pœn. dis. iij. fic. n. in fin. Præterea Christus in uespere de cruce depositus fuit eadem quoq; hora in cœna sacramentum corporis & sanguinis instituit, pedes discipulorum lauit discipulis euntibus in Emaus in habitu peregrini, in fractione panis, se manifestauit. Merito ergo ecclesia catholica Christo in hac hora gratias agit. Est tamen duplex mundi uespera, prout in sexta parte sub Epiphania dicetur. ¶ Sanè, sicut † ait Ricardus episcopus Cremonensis in mitrali officium diei sequentis incipit in uesperis, quia uespertina sinaxis, id est hora, primum est officium, secundum Esdræ consuetudinem in quaternario numero prout dictum est in procemio huius partis. Vnde uespertinum officiũ à uespere stella nominatur, quæ in principio noctis oritur. Præterea licet ab initio mundi dies præcederet noctem: in nocte tamen dominicæ resurrectionis nos cœpit præcedere diem, ut dicetur in sexta parte, sub sabbato sancto: in principio.

1

1. Cor. 10

Ioan. 103

Lu. 24

2

Universidad de Deusto Biblioteca

Dicit autem ecclesia in hac hora quinque
3 psalmos. ¶ † Primo propter quinque Chri
sti vulnera, qui pro nobis obtulit sacrifi-
cium in vespera mundi. ¶ Secundo, ad cor-
rectionem, vt videlicet defleamus, & peta
mus veniam peccatorum, quæ in die per
quinque sensus corporis committuntur &
ad nos intrant. Iuxta illud Hie. Mors intra
Hier. 9 nit per fenestras nostras. Quis enim est, qui
visu non concidat, capiatur? Tertiò, per ip
sos quinque Psal. munit se ecclesia contra
nocturnales tribulationes. Hæc enim ho-
ra insinuat fletum eorum, quibus occidit
sol iustitię, & ita sunt in vespera, de quo di
Ps. 29 ctum est. Ad vesperam demorabitur fletus,
qui durabit vsque ad matutinum, id est,
quousque sol fidelibus oriatur, qui occide
rat peccatoribus, secundum quod legitur.
Et ad matutinum lætitia, & propter easdē
etiam causas pectus quinque digitis tundi
mus. Rursus seculares dicunt quinq; psal-
mos: religiosi verò quatuor: propter ratio-
nem tangendam in parte sub tit. de aduen
4 tu. ¶ Et not. † quod vespertinum matuti-
numque officium cæteris horis in numero
psalmorum præferuntur, eo quòd in sena-
ria operum distinctione, vespere & mane
solummodo memorantur, & in veteri le-
ge matutini, & vespertini officij antiquitas
commendatur. Quinq; ergo psalmi in ve-
spertinis hebdomadæ officijs dicuntur, &
cantantur psalmi secundum materiā diei,
vt ecce in septima die, scilicet in sabbato
propter resurrectionem, quæ sequitur agi
mus de victoria, & laude Dei, quę sequitur
victoriam. vnde in j. Psal. scilicet Benedi-
ctus Dominus, ad literam agitur de victo-
ria Dauid contra Goliam, quantum verò
ad spiritualem sensum de victoria nostra,
qua diabolum superamus. quia ergo post
victoriam nihil restat, nisi laudare Domi-
num, per quē victoriam habemus, ideo se-
quuntur quatuor psalmi, qui sunt de lau-
de. In primo enim laudem promittit ec-
clesia. Exaltabo te Domine. In secundo se
ipsam incitat. Lauda anima mea Dominū.
In tertio alios inuitat. Laudate Dominū.
In quarto congratulatur cœlesti Hierusa-
lem dicens. Lauda Hierusalem Dominum
&c. Et sic de alijs ferijs & psalmis. In qui-
busdam ecclesijs statim post psal. sequitur
hymnus, & post hymnum lectio siue capi-
tulum, in quibusdam econtrerso, & in qui-
busdam hymnū non cantant. Qui post psal
mos immediate hymnū cantant, cōgruum
ordinem seruare videtur: quoniam primo
est in corde dilectio, quæ per antiphonam
designatur, deinde sequitur bona operatio
quā psalmus designat, postea mentis exul-
tatio, quæ per hymnum notatur. Sed quia
exultatio sæpe negligentiam parit, idcir-
co sequitur lectio seu capitulum, quæ ho-
minē ad cor reuocat. Qui verò lectionem
hymno præponunt, volunt hymnum loco
responsorij obtineri. Vnde cum in festiui-
tatibus responsorium post lectionem can-
tatur, hymnum prætermittunt. ¶ Ad maio
rem tamen exultationem, notandum est,
q̄ in quibusdam ecclesijs vtrunque canta-
tur, & tunc responsorium pręcedit hymnū
ad notandum, quòd tunc maxime respon-
dere debemus exhortationi per præcedēs
capitulū factæ, post quod statim sequitur
responsorium. Tamen generale est, quod
quandocunq; cantatur responsorium, præ
cedere debet lectio, cui respondere debet.
Qui verò hymnum non cantant, illud at-
tendere videntur, quòd canticū beatæ Ma
rię sequitur, quod excludit responsorium:
cuius locum tenet hymnus. Nam si cantic-
um Zacharię in laudibus matutinis exclu
dit responsorium, multo magis canticum
beatæ Mariæ virginis excludere debere vi
detur in vesperis. Et nota, quòd ad vespe-
ras dicitur ad capitulum. Benedictus Deus
& pater. ij. ad Corinth. j. & illud: Dominus
autem dirigat. ij. ad Thess. iij. ¶ Post hym-
num sequitur versiculus videlicet in sab-
bato. Vespertina oratio &c. In alijs diebus
Dirigatur Domine, & vterque versus ve-
spertinum tempus designat, in quo canta-
tur, quod sonat verba illa, quæ in psalmo
sequuntur, scilicet. Eleuatio manuū mea- Psal.
rum sacrificium vespertinum. Optat enim 140
vt oratio dirigatur ad Dominum, quod de
veteri testamēto tractum est, vbi habetur,
q̄ hora vespertina sacerdos intrabat san-
ctum tabernaculum vel templum, vt offer
ret thymiama super altare incēsi: sicut ma
ne intrabat, vt offerret incensum. Hoc † 5
thymiama, significat suauitatem odoris.
Hinc habet consuetudo, vt dū dicitur ver-
siculus, sacerdos turificet altare ad implē-
dum iuge sacrificium, sic enim fiebat in le
ge,

9 ge, in qua duo agni offerebantur, vnus ma-
ne, & alter sero, & hic pinguior, ad notan-
dum q̄ vis charitatis crescit, ideo ergo tur
ificatur, vt simus semper bonus odor Deo
proficiendo in scientia, & doctrina, & etiā
quia propter promissiones Dei debemus
tales esse, vt simus ei boni odoris. Vel ideo
in vesperis & matutinis post psalmos & le
ctionem, dum versus dicitur, incensatur,
ad notādum, quod nemo potest bonū odo-
rem Deo reddere, vel bonum exemplum
operandi alijs dare, quod per incensum si-
gnificatur, nisi prius in Dei seruitio opere
tur, quod p̄ psalmos, & alios doceat, quod
per lectionē notatur. Vnde mox inoleuit
quòd in præcipuis festiuitatibus antipho-
na ad magnificat, & Benedictus, ter dicitur
siue toties canendo protellatur, donec om
nis populus, qui interest, incensi repleatur
odore. Et vltimo dicitur eum neuma, voce
quidem non significatiua, prout dictum est
in proęmio huius partis. Sacerdos autem,
qui maior est ecclesia officio, vt qui vicem
tenet Aaron, debet incēsum offerre, vt sit
thymiama sempiternum coram Domino,
& suaue fragrans odor. Iuxta illud, Diriga
tur Domine ad te oratio mea, sicut incen-
sum in conspectu tuo. De hoc dictum est,
Psal. sub laudibus matutinis. Dicitur ergo in ve
140. speris versiculus exhortationis, scilicet vt
Gen. 9 excitet pigros ad intelligendum promissa
6 Dei, quę continentur † in cantico illo bea
Ge. 22 tæ Mariæ: Magnificat anima mea &c. quod
Ps. 88 est Lu. j. c. Prima promissio facta fuit Noe.
Vnde Ge. Ponam arcum meum in nubibus
cœli & hæc impleta est. Secunda Abrahæ,
& Dauid. Abrahæ dictū est: In semine tuo
benedicentur omnes gētes. Dauid dictum
est. De fructu ventris tui ponam super se-
dem tuam, & hæc impleta est in beata vir-
gine, quod notatur in cantico suo ibi. Re-
cordatus misericordiæ suæ. Et per hoc er-
go certi sumus, quòd dabit nobis vltimam,
scilicet paradisum. Ideo autem canticum
ipsum quotidie dicitur, vt frequentior do
minicæ incarnationis memoria animas fi-
deliū in opere Dei, & in doctrina se exer-
centium ad deuotionem operis incœpti
accendat. Cùm enim in cantico ipso noten
tur cogitationes, sicut in Psal. Opera, si di
ligenter beatæ Mariæ actus & dicta sæpe
recolimus, obseruantia castitatis & virtus
operationis semper ad ipsius operationis
imitationem perseuerabunt in nobis. Nec
etiam nos mouebit fauor humanus indebi
tus: non temporalium immoderatus appe
titus, non temporalis affectio, nō de impe
tranda commissorum venia desperatio.
Nempe non nos mouebit indebitus fauor
humanus, quia cum beata virgo commen-
daretur à beata Elisabeth, dicente: Vnde Lu. 1.
hoc mihi: vt veniat mater domini mei ad
me &c. non ipsa mota fuit humano fauo-
re, sed seruans humilitatem clamauit Ma-
gnificat anima mea dominum, & tandem
adiecit, Quia respexit humilitatem ancil
læ suæ. Et no. quòd † dicit respexit humi 7
litatem, & nō dicit respexit virginitatem,
innuens mentis virginitatē præualere cor
poris integritati. Iterum, ideo dixit humi Iac. 4.
litatem, quia Deus superbis resistit, eosq;
à beatorum sorte secernens, per varia pœ-
narum loca, pro peccatorum impietate di
spergit. Non nos mouebit immoderatus tē
poralium appetitus, quia sicut ipse dixit
iudex noster. Diuites dimisit inanes. & De
posuit potentes de sede. Non temporalis
afflictio nos mouebit: Deus exaltat humi-
les. In hoc enim cantico exemplo humili-
tatis eius reformamur, & filij Dei incarna
tio, per quam deposuit potentes de sede, &
exaltauit humiles: ad memoriam reduci
tur, vt fidei nostræ deuotio excitetur, non
desperatio de commissorum impetranda
venia, quia misericordia eius à progenie
in progenies timentibus eum. ¶ Beda † di- 8
cit, quòd inde inoleuit consuetudo, vt in
officio vespertino cantetur canticum bea
tæ Mariæ virginis & potius in uespertino
quàm in alijs officijs. ¶ Primo, quia in ip-
sa vespera mūdi, suo singulari assensu mun
do succurrit perdito. ¶ Secundo, quia per
hoc fit incarnationis in vespera mundi fa-
ctæ iugis recordatio. ¶ Tertio, quia ipsa
est stella maris, quę in huius mundi vespe
re nobis luce recepit, sicut vespera stella,
de qua dicitur vespertinum officiū, in ini-
tio noctis lucere incipit. ¶ Quarto, vt mēs
nostra per diē varijs fatigata cogitationi-
bus, imminente quietis, scilicet noctis tem
pore, recolendo dicta Dei genitricis, quic
quid superfluum vel nociuum diuturna e-
nagatio contraxerit, totum hoc precibus
& lachrymis ea intercedente mundetur.

¶ Quinto, quia virgo portauit Dominum in vespera mundi. ¶ Rursus canitur in sexta laude; quia Dominus in sexta ætate venit, sicut & canticum Simeonis: in septima propter septimam ætatem quiescentium: prout tactum est sub laudibus matutinis. Ceterum hoc canticum, est exultatio labo rantium, quorum spiritus exultat in Domino, quia fecit eis magna, qui potens est: cuius misericordia est in secula. ¶ Ob hãc
9 †exultationem repræsentandam lampades
Math. accenduntur in vesperis, vel pro hoc canti
25. co principaliter accẽduntur, eo q̃ de euangelio est, vel vt nos de numero adolescentulum & quinq; prudẽtum, curramus cum lampadibus bonorum operum in odorem vnguentorũ beatæ virginis, intrantes cum ea in gaudium Domini nostri. Et quia opera nostra non sunt in lampadibus radiantia, nisi fuerint charitate informata, ideo canticum clauditur ab antiphona, per quã charitas designatur. ¶ Recantata antiphona, in profestis diebus prosternit se ecclesia, in oratione, prolixius orans, quàm in alijs officijs, quia specialiter orat pro his, quibus occidit sol iustitiæ, licet & pro alijs oret, & faciat ea, quæ dicta sunt superius sub titulo de tertia, vbi de precibus agitur. ¶ In solennibus vero diebus statim dicitur collecta, & quasi stantes oramus. De quo, & in quibus officiũ vespertinum cum hora prima conueniat, ibi etiam di-
10 ctum est. ¶ † Mortuorum officium incipit à vesperis, non tamen habet secundas vesperas: ad notandum, quod hoc officium finem habebit, quando animę saluandorum ab omni pœna liberatæ æterna beatitudine fruentur. Sed sancti, de quorum glorificatione in anima iã certa est ecclesia, primas & secundas vesperas habent: si in festo eorum nouem lectiones dicantur. Primas enim habent, pro glorificatione animæ iã præcepta. Secũdas, pro glorificatione corporis, quam habebunt, quæ nunquã finem habebit. Si verò habẽt tantum tres lectiones, primas vesperas habent tantummodo non, quia & ipsi duplicem stolam habituri non sint: cum hoc omnibus electis conueniat, sed ecclesia, ad ostendendum differentiam præmiorum illis & istis debitorum,
1.Cor. magis solennizat, pro illis, de quorum ma
15 ioribus meritis sibi per miracula vel per alia documenta constat: quanuis ad plenũ certa esse non possit. Nam & stella differt in claritate à stella. Vnde Augu. ait in sermone de beato Stephano. Cum pretiosa sit mors sanctorum, quid distare inter martyres potest? præcipuus esse videtur, qui primus est. Aliquando tamen in vesperis præcedentibus dicitur solummodo antiphona, & collecta de festo sequenti: prout
dicetur sub vigilia natalis. ¶ † Postremo 11
notandum est, q̃ religiosi ante completorium, præmittunt collationem, quæ à sanctis patribus originem traxit, qui dictis vesperis conuenire, & de scripturis sacris cõferre solebant, ad instar operariorum, ad recreationem adinuicem cõfabulantium, ideoque tũc vitas vel collationes patrum, & his similia, quæ potius sunt ad recreationem & delectationem legunt, & erudictiores, si dubium occurrerit interrogãt.

SVMMA.

1 *Completorium, cur, aut qua significatione admonitioneue institutum. Item vnde dicatur.*
2 *Completorij officium, incipit à Psalmo. Conuerte nos. & cur ita.*
3 *Completorium, quatuor psalmis constat.*
4 *Psalmus: Qui habitat, dicitur contra nocturnas tentationes.*
5 *Psalmi. In te Domine speraui. quare dicuntur tantum sex versus.*
6 *Psalmos an debeat hymnus sequi ĩ cõpletorio*
7 *Symeonis canticũ cur cantetur in cõpletorio.*
8 *Horarum canonicarum partes omnes.*
9 *Preces cur dicantur in completorio.*
10 *Symbolum, Apostolorum, cui dicantur in prima & completorio.*
11 *Officia diurna in psalmis non variantur, nocturna sic. Et cur ita.*
12 *Psalmi quinque, cur in prima, & versus. In manus tuas, &c. in completorio potius, quã in alijs horis ponuntur.*
13 *Numerus vndenarius, quid signet.*

De Completorio. Cap. 10.

IN hora† completorij Christus orauit 1
patrẽ. Eadẽ quoq; hora sanguideas guttas sudauit, & ẽt corpus eius in sepulcro positũ fuit, & custodes deputati: merito igitur

igitur in hac hora ecclesia Deo laudes & gratias agit. Illam etiam in memoriam æterni gaudij celebrat. Nam completo electorum numero in illa hora, complebitur gaudium electorum in die generalis retributionis. Et inde est, quòd completorium significat gaudium. Dicitur autem completorium, quia in eo completur communis usus locutionis cibi & potus, & aliorum, quæ necessario pro corporis sustentatione sumũtur: & secundum hoc etiam
2 significat finem uitæ præsentis. ¶ † Sanè, hoc officium incipit præter morem aliorum officiorum. Conuerte nos Deus &c. Quia enim quasi tota die psalmodiæ insistimus, & penè impossibile est, quin aliquem puluerem superbiæ contraxerimus, & quia sæpe erramus. Iuxta illud: Erraui sicut ouis, quæ perijt. Inde est, quòd
Psal. nos humiliantes dicimus: Conuerte nos
118 Deus &c. Præterea, quilibet quantumlibet perfectus & bonus, æstimare se debet
Prou. imperfectum siue insipientem, Iuxta illud:
18 Iustus accusator sui est, ideo dicit sacerdos: Conuerte nos &c. Et in his uerbis iudicans se peruersum. Bonarum quippè mẽtium est, ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est. v. dist. ad eius. de pœniten. distin. ij.
1.Io.1 si enim in prin. Nam & si dixerimus, quòd peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus. Hinc est, quòd etiam consequenter inuocamus diuinum adiutorium dicentes: Deus in adiutorium meum intende: vt Conuerte nos, referatur ad præterita mala tollenda: & Deus in adiutorium, ad bona opera futura facienda, quia sine Dei adiutorio quicquam boni facere non ualemus. quia uerò totum ad laudem Trinitatis faciendum est, ideo sequitur, Gloria patri. ¶ Rursus insipientes per, Conuerte nos Deus salutaris &c. oramus vt nos à malis cõuertat & iram suam à nobis auertat, & quia merita nostra non sufficiunt, eius adiutoriũ postulamus, dicentes: Deus in adiutoriũ &c.
¶ Dicuntur † autem quatuor psalmi ad
3 obtinẽdam remissionem peccatorum: quæ committimus dum sumus in hoc corpore, ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus, uel complexionibus compositos, extrà de celebra. missa. in quadam. seu quia corpus ipsum ex his compositum contra pericula & phantasmata noctis munimus, & Deo commendamus, ideoque tunc dicitur. In manus tuas Domine commendo spiritum meum: & Custodi nos &c. Et incipit ecclesia à uoce perfectionis, dicens. Cum inuocarem, exaudiuit me, &c. hoc enim perfectorum est. Sed quia perfecti se debent reputare imperfectos. extrà de purga. cano. accepimus. de pęniten. distinct. ij.
si enim. propè princ. Iuxta illud Iob. Etiã Iob 9.
si simplex fuero, hoc ignorat anima mea: ideo sequitur in eodẽ Psal. Miserere mei: supple Domine, & exaudi orationẽ meam quod est dicere imperfectorum. Postea alijs admonitis ad bonum, facit in eodem
psalmo mentionem de pace æterna ibi. In Ps. 4.
pace in idipsum, id est, quæ est inuariabilis, quam pacem semper in memoria debemus habere, & maximè, dum corpus quiescere debet in lecto; mens debet quiescere in Deo: debet etiam quiescere in spe. Vnde sequitur secũdus psalmus. In te Domine speraui, &c. Sed † quia spes non est 4
sine timore, aliter enim præsumptio esset, ideo sequitur tertius psalmus: de tentatione, scilicet. Qui habitat in adiutorio altissimi &c. in quo Deus promittit liberare ecclesiam. Diabolus enim est, quasi fur de nocte incedens, & ideo nocte imminente dicit ecclesia illum psalmum, contra nocturnas tentationes. Dicitur ergo ille psalmus, ut à quatuor tentationibus liberemus, scilicet à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano, id est, ab incurrente dæmonio. ¶ Prima, est leuis & occulta. ¶ Secunda, est leuis & manifesta. ¶ Tertia, grauis & occulta. ¶ Quarta, grauis & manifesta. In quinto uerò psalmo, scilicet. Ecce nunc benedicite Dñm &c. benedicit ecclesia Deum, pro liberatione tentationũ nocturnalium ibi. In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite Domino. Dicit enim Augu. super hunc psalmum. Nox, res tristis est, dies læta est. Ergo per noctem intelligitur aduersitas, per diem prosperitas, in
aduersitate benedicendus est Dominus, si- Iob 1.
cut & in prosperitate, exemplo Iob, qui amissis filijs & rebus omnibus dicebat: Dominus dedit, Dominus abstulit &c. Sit nomẽ Dñi benedictum. Vnde & hic dicitur:
Benedicite Dñm. ¶ Sed quæritur, † quare 5

dicuntur tantũmodo ſex verſus illius pſalmi: In te Domine ſperaui: non confundar in æternum: Reſpondetur, ideo, quia Dominus dicendo ſextum verſum: videlicet, In manus tuas Domine commendo ſpiritũ meum: ſexta ætate mundi, ſextoq; die carne obijt, vt iã dicetur. Rectè ergo ſex verſus tantum eiuſdemque pſalmi in completorio cantamus, vt in hac ſexta ætate, in qua per eum redempti ſumus, ſicut habet finis vltimi verſus ibi: Redemiſti me Domine Deus veritatis: conformemur dormitioni eius: vt ſcilicet membra quieſcãt, & cor vigilet. Sicut caro eius in ſepulchro
6 quieuit, & diuinitas vigilauit. ¶ † Notandum autem eſt, quòd in quibuſdam eccleſijs ſtatim poſt pſalmos dicitur hymnus, ea fortè ratione, quia per bonam operationem peruenitur ad exultationem abſque omnis purgationis medio, ab his qui purgati tranſeunt ab hac vita, alia etiam ratio iam dicetur. Et ſic prius dicunt hymnum, quàm capitulum, ad oſtendendum myſticè, quòd illi in quibus completa ſunt ſignificata præcedentium laudum, ſeu perfecti, qui per completorium ſignificant, præueniunt exhortationem, quæ per capitulum ſignificat. Nec tamen capitulum prętermittunt, quia hic ſemper vtilis eſt exhortatio ad perſeuerandum in bono: quia, nec nocet admiſſo ſubducere calcar equo. In alijs autem eccleſijs inter pſal. & hymnum interponunt antiphonam, vel allelu-Ia. per antiphonam ſequentes ordinem beati Ignatij, de quo in proœmio dictum eſt. In alijs verò eccleſijs ſtatim poſt Pſal. & antiphonam, vel allelu-Ia, ſequitur lectio ſiue capitulum cum reſponſorio. In manus tuas Domine &c. Vel alio, quia vt dicunt in omni officio dici debet lectio. Poſtea adijciunt hymnum. Te lucis &c. In quo optãt protegi in nocturnis tribulationibus. Alij verò non dicunt lectionem, prout in proœmio huius partis dictum eſt, ſed ſtatim poſt Pſal. dicunt verſiculum, tum quia tempus illud dormitionis, non aptũ eſt ad doctrinam: tum quia poſt completorium, non ſolum cibi & potus, verumetiam doctrinam, quæ per lectionem ſignificatur, referenda non eſt. Hinc eſt, quod ſtatuit beatus Benedictus, vt poſt completorium nemo loquatur. Dicitur autẽ capitulum. Tu autem in nobis es Domine. Hier. xiiij. cap. Religioſi in hoc officio ante omnia lectionem præmittunt, dicentes: Fratres, ſobrij &c. Ne ordinem Eſdræ excedere videantur, repreſentantes in hoc etiam Mariam Magdalenam, de qua Dominus dixit: Præuenit vngere corpus meum in ſepulchro, *Math.* 14.
ideſt, hoc fecit, quod factura erat mortuo, ſi licuiſſet, ita & hęc lectio, quaſi vngit reddendo animas attentas ad vigilandum ante cõmendationem dormitionis. Poſt hymnum ſubijcitur verſiculus. Cuſtodi nos Domine, vel alius, qui notat totius officij effectũ. Poſtulat enim Domini cuſtodiam contra noctis pericula. Et dicitur acuta voce, & cum neuma, ex quo excitati & memores facti ineffabilis gaudij, quod erit merces laboris noſtri, canimus canticum Symeonis. Nunc † dimittis &c. Quod eſt Lucæ ij. 7
cap. ¶ Primò, ut illius exemplo pacem inuenientes, mereamur videre lumen, quod eſt Chriſtus. ¶ Secundò, ideo iſtud canticũ canimus, quia ſicut ſanctus Symeon cupiẽs ex hac vita in alteram tranſire, illud cecinit, ſic & nos cum dormire debeamus, quaſi morituri: quia ſomnus eſt quaſi mortis imago, illum canimus, per quem nos Domino cõmendamus. ¶ Tertiò, propter cauſam ſub veſperis dictam. ¶ Quartò, quia canticum illud eſt de vtroque aduentu. Vnde merito illud dicimus, vt promiſſionibus alliciamur, & à vitijs quieſcamus. Cõ
ſiderandum eſt autem † quòd cum ſeptem 8
ſint partes cæterarum horarũ, ſcilicet verſus, cum gloria patri, hymnus, pſalmus, lectio, cantus, preces, & oratio, in tribus tamen horis, ſcilicet in matutinis, laudibus, & veſperis, & in completorio additur & octaua, videlicet canticum euangelicum, quoniam hæ tres horæ pertinent ad octauam, id eſt, Domini reſurrectionem, quia mane ſurrexit. In veſpere, ſe diſcipulis manifeſtauit. In completorio, diſcipulis ait: Pax vobis. Ea propter in his tribus horis hymnus, qui eſt exemplum lætitiæ ipſum ſequitur, vt continetur in Euangelio gratiæ. Euãgelium gratiæ huius officij, eſt canticum Symeonis, ſcilicet: Nunc dimittis, in quo pacem rogamus æternam, vt ſicut Symeon tranſire cupiens, poſtquam vidit Chriſtum dimitti rogauit: ſic & nos poſt lumen fidei peruenianus ad ſplendorẽ ſpei vbi

9 vbi erit pax æterna. ¶ † Conſequenter oratio dominica & preces dicuntur: quibus etiam contra noctis phantaſmata nos munimus. Subijcitur etiam ſymbolum, in quo noſtræ fidei profeſſio continetur: vt ſi fortè nos mori contigerit in confeſſione fidei moriamur. Fit etiam in quibuſdam eccleſijs, ſicut & in prima, confeſſio generalis. Alterna enim confeſſione inuicem nos e-
Iac. 5. mendamus. Iuxta illud: Confitemini alterutrum peccata veſtra, ne demus requiẽ temporibus noſtris, donec inueniamus locum Domino. Precibus & oratione completur hoc officium, Iuxta illud Apoſtoli: Orantes pro inuicem, vt ſaluemur. ¶ Rurſus preces, myſticè humilitatem ſignificãt, quæ in fine debet eſſe, quia ſicut in principio ipſa neceſſaria eſt, ad quod ſignificandum voce humilima hoc ſeruitiũ inchoatur, ita in conſummatione eadem humilitas monſtranda eſt, contra ſuperbiam: in qua ceciderunt omnes, qui operantur
Pſ. 35 iniquitatem. ¶ Poſt preces opilio noſter ſiue ſacerdos, commẽdans Domino gregem ſuum, dicit collectam. Vnde non eſt congruum, vt poſt hoc officium aliquid aliud fiat, niſi quod pertineat ad quietem. ¶ Et
10 attende, † quoniam ad primam & ad completorium Apoſtolorum ſymbolum nõ dimittimus, quia cuncta opera noſtra in eius nomine incipimus, & concludimus, in quẽ credimus. Similiter ad vtrunque officium confeſſionem, & Miſerere mei Deus adijcimus, vt quicquid in nocte peccauimus, aut in die deliquimus, per confeſſionem & pęnitentiam diluamus, adimplentes illud: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Reſpicientes etiam illud, quod olim ſacerdos farinæ aſſarium offerebat, in die vicis ſuæ, medietatem in mane, & medietatem poſt meridiem. Sacrificium autem noſtrũ, eſt ſpiritus humiliatus. ¶ Vltimò notan-
11 dum eſt, quòd omnia † officia diurna quantum ad Pſalmos, inuariabilia ſunt, nocturna verò variabilia. Per noctem enim, intelligitur mundus iſte qui variabilis eſt: per diem verò, ille ęternus, qui eſt inuariabilis de quo ſcriptum eſt. Ordinatione tua perſeuerat dies. Et eſt verior litera perſeuerat in ſingulari, quàm perſeuerant in plurali, licet aliter quaſi communiter proferatur. Hoc etiam officium in quibuſdam eccleſijs, quantum ad hymnum, inuariabile eſt, prout ſub titu. de Prima dictum eſt, & etiam quantum ad pſalmos, lectionem, preces, & collectam, ita quod pro nullius ſancti ſolennitate, ſicut nec officium primæ variatur, pro eo, quia in illa de pace, & ſpecialiter de illa, ad quam ſuſpiramus, agitur, quæ vt præmiſſum eſt, inuariabilis eſt, hoc duntaxat excepto, quoniam in dominicis diebus dicunt ad primã illos quinque pſalmos, ſcilicet, Deus Deus meus, reſpice in me &c. Et ſequentes pſalmos: Confitemini, prout ibi dictum eſt. ¶ † Sed quare illi quinque pſalmi in prima, & verſus 12
in manus tuas Domine &c. in completorio potius, quàm in alijs horis ponuntur? Reſponſio. Chriſtus cui in his horis canimus, qui eſt principiũ & finis, in cruce pendens, legitur incepiſſe pſalmum illũ, Deus Deus meus & omnes pſalmos ſequentes ſeriatim, vſque ad dictum verſum dixiſſe, & ibi finiuiſſe, & ſpiritũ emiſiſſe. Merito igitur & nos in paſſionibus huius ſeculi conſtituti, ad ipſius imitationem in hora prima, quæ eſt in principio horarum diei, & non alibi dictos quinque pſalmos, & in cõpletorio, quod ſecundum aliquam conſiderationem, eſt finis ſiue vltima horarũ diei, debemus dicere verſum ipſum. Quòd verò hoc officium ad vltimam diei horam pertineat, hac conſideratione apparet. Nam in prima dicis quatuor octonarios verſuũ in pſalmis duos pro prima, & duos pro ſecunda horis, & in tertia ſex: duos pro tertia, duos pro quarta, & duos pro quinta. Et in ſexta ſex, duos pro ſexta, duos pro ſeptima, & duos pro octaua. Et in nona ſex. duos pro nona, duos pro decima, & duos pro vndecima. Reſtat vltima hora, ſcilicet duodecima, ad quam pertinet completoriũ, quod notat hymnus. Te lucis ante terminum. Præmiſſos autem octonarios combinamus, ſi duo charitatis præcepta obſeruamus, facimus vndecim combinationes, vt pro quauis hora diei in qua deliquimus vnum Domino legis & charitatis binarum offeramus, vt pro prima, Beati, pro ſecunda, Retribue. pro tertia, Legem pone. pro quarta, Memor eſto. pro quinta, Bonitatẽ, pro ſexta, Deficit. pro ſeptima, Dilexit. pro octaua, Iniquos, pro nona, Mirabilia, pro decima. Clamaui, pro vndecima, Prin

cipes. Fiunt ergo vndecim combinationes ad emendandum vndenarium nostrę transgressionis, & i quolibet octonario aliquid de lege Domini memoratur, quia per eam uinea colitur, & denarius æternitatis acquiritur. Sunt ergo xxij. octonarij, qui per horas diei dicuntur, propter rationem sub tit. de Prima, dictam. Et dicuntur bini & bi
13 ni, & sic duplicati fiunt xj. Vndenarius † .n. numerus, significat transgresionem, sicut denarius perfectionem. Dicũtur ergo per vndecim, vt ea quæ in illis dicuntur transgresionē mandatorũ suo nobis relaxaret.

LIBER SEXTVS.

SVMMA.

1 *Annus solaris, quatuor temporibus distinguitur.*
2 *Annus magnus huius mundi, quatuor temporum varietate mensuratur. & nu. 3.4.5.*
6 *Tempus Hyemis & deuiationis, representat ecclesia, à septuagesima vsque ad pascha.*
7 *Tempus Veris & renouationis in Aduentu Domini.*
8 *Tempus Aestatis & reconciliationis, in tempore paschali.*
9 *Tempus Autumni, & peregrinationis, à pentecoste, vsque ad aduentum.*
10 *Tempora quatuor huius mundi, considerantur iuxta quatuor diei summas partes. Item iuxta quatuor summas Christi actiones, & numero 11.*
12 *Officia cur ecclesiæ inchoet à tempore Veris, siue renouationis.*
13 *Libri quinã legendi p totũ anni circulũ, in ecclesia. vide p discursũ n. 14.15.16.17.18.19*
20 *Testamentum duplex, vetus & nouum. Et quid testamentum.*
21 *Scripturæ, cur dicantur vetus testamentum. Et quare scriptura, nouum. nu. 22.*
23 *Officium ecclesiasticum in quibus consistat.*
24 *Libri ecclesiastici, tres sunt.*
25 *Graduarius liber, quid, Quid trophonarius. nume. 26.*
27 *Libri lectionum, plures sunt. quos percurrit, nu. 28.29.30.31.32.*
33 *Dauidis, Pauli, & Matthæi scripturæ cur frequentius vtatur ecclesia.*
34 *Psalterij triplex vsus. Et quoties à Hieronymo versum.*

ARGVMENTVM.

De officijs dominicarũ, specialiter, & quarundam feriarũ, & festiuitatũ Dñi, & ieiuniorum quatuor temporum. Cap. 1.

IN Proxima præcedenti parte, de diuinis officijs in genere diximus nunc autem de specialitatibus & diuersitatibus eorundam, per anni circulũ ostẽdamus: videlicet de officijs dominicarum, & quarundam feriarum & festiuitatum Domini, & de ieiunijs quatuor temporum, & de conuenientia ipsorum officiorum tam nocturnalium quàm etiam missæ, non vnius duntaxat ecclesiæ, sed diuersarum officia prosequentes. ¶ Ad † quorum euidentiam est distinctio temporũ prẹmittenda. Siqui 1
dem annus solaris, quatuor temporum successione dilabitur. s. hyemis, in quo semina iaciuntur. Veris, in quo seminata prodeunt, & in spicas accuuntur. Aestatis, in qua messes albescũt, & falce succidunt. Et Autumni, in quo per ventilationem grana à paleis separata, in horreis reponuntur. Sic & magnus vitæ præsentis annus durans ab initio seculi, vsque ad finem mundi, quatuor temporum varietate mensuratur. ¶ † Primum tempus fuit deuiationis 2
in genere humano, videlicet ab Adã, vsq; ad Mosen, in quo declinauerunt homines à cultu Dei, qui vera lux est, facti idolatræ & nil illuminationis doctrinę habentes, & & simul inutiles facti sunt, & non fuit qui faceret bonũ, vsq; ad vnũ. Tunc.n. homo reliquit creatorem suum, & de lapide dixit. Tu es Deus meus. Hoc tempus, quia fuit ignorantię & cęcitatis bene cõcordat hyemi, in quo obscuritas regnat. ¶ Secundum † tempus, fuit reuocationis siue renouatio 3
nis, videlicet à Mose vsq; ad natiuitatem Christi, quo edocti sunt homines per legẽ & prophetas de aduentu Christi, de curatione peccati, & dilectione vnius Dei. Tũc Dñs dixit ad Israel: Audi Israel: Dominũ Deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies, & do Deut.
ctus est homo, quid sibi ipsi, quid Deo, quid 6
proximo facere teneretur. Postmodum ob eãdem causam suscitauit prophetas, vt scilicet

scilicet prædicatio hominem magis ab erroribus reuocaret. Hoc tempus concordat cum vere, quod habet aliquid luminis: sed multum obscuritatis. ¶ † Tertium tempus
4 fuit regressionis, siue reconciliationis, & visitationis: videlicet à natiuitate Christi, vsque ad ascensionem eiusdem, per quam fa-
1.Cor. 6. cta est gratia hominibus, & prædicatio e-
Luc. 1 uangelij: de quo dicitur: Ecce nunc tempus acceptabile: Ecce nunc dies salutis. Hoc est tempus gratiæ, quia oriens nos visitauit ex alto: in quo tempore Dominus qui est sol iustitiæ, mundum sua præsentia visitauit: & propria doctrina sufficienter il lustrauit. Hoc tempus concordat cum æsta
5 te, in qua claritas regnat. ¶ † Quartum, est peregrinationis: videlicet ab ascẽsione Domini, vsque ad diem iudicij: vbi erit cõsummatio seculi, quod tempus est habens multum luminis, quia Dei misericordia reuelata sunt diuina mysteria. Habet tamen aliquid obscuritatis nostra negligentia facien te, & sic concordat cum Autumno, qui habet aliquid obscuritatis, sed amplius clari tatis. In primo tempore, vigor fidei, flos spei, fructus charitatis, frigore infidelitatis exaruit. ¶ In secundo, uinea Domini aliquatenus viruit, & floruit. ¶ In tertio, virens & florens fructus vberrimos attulit. ¶ In quarto, cadentibus folijs verborum decolorari cœpit. ¶ Rursus tempus deuiationis, dictum est tempus culpæ, & pœnæ Nam propter ipsam deuiationem homo subiectus est culpæ, & propter culpam pœ-
Lu. 18 næ. Vnde dicit Dominus: Putas, cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram. Tempus renouationis dicitur, tempus doctrinæ, & prophetię propter decalogum per quod docuit Deus genus humanum. Tempus reconciliationis, dicitur tempus libertatis & gratiæ atque lætitiæ. Tempus peregrinationis, dicitur tempus luctus & pœnæ, siue laboris, & pœnitentiæ, quod nos facimus declinationis, & negligẽtiæ. ¶ Primum, fuit desperationis. ¶ Secundum, respirationis. ¶ Tertiũ, liberationis. ¶ Quartum, exercitationis. Hæc quatuor tempora representat ecclesia singulis annis, siue status ecclesiæ per hæc quatuor tempora
6 variatur. ¶ Tempus hyemis † & deuiationis, in quo mors regnauit, representat ecclesia, à septuagesima vsque ad pascha, recolens casum, & pœnam primorum parentum propter eorum culpam, & ideo cantica lætitiæ excepto Gloria patri, subticentur: prout sub tit. de septuag. dicetur. Siletur enim, gloria in excelsis Deo, quãdo in testimonium pacis auditum est, quando veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. ¶ Tempus † Veris & renoua- 7
tionis, representat ecclesia in aduentu Domini, per quem omnia renouata sunt vsque ad natale Domini. Vnde ad notandum, quod patres illius temporis habuerunt aliquid luminis, sed multum obscuritatis, respectu sequentium, minora cantica lætitię cantat: Gloria patri, & allelu-Ia: sed maiora supprimit, scilicet Gloria in excelsis. Te Deum laudamus, & sequentias prout ibi dicetur. Quia enim hoc tempore peccatum regnauit: non propter ignorantiam, ut mors prius, sed propter carnis infirmitatem, ideo canitur allelu-Ia, quia patres huius tẽporis sub lege fuerunt, sed Gloria in excelsis filetur: quod signum est pacis & iustitiæ, quam lex dare nequiuit. ¶ † Tem 8
pus æstatis & reconciliationis siue regressionis representat ecclesia ab octaua paschę usque ad octauam pentecost. quia per paschalem agnum reconciliamur Deo, omnia cantica lætitię & ferè post omnes dictiones, allelu Ia multiplicamus, ad significandum habitum gaudium de nostra resurrectione. Significat enim tempus illud, statum fidelitatis æternæ, tunc & Gloria in excelsis canitur, quia in resurrectione iustitia, idest, charitas perficietur, & plena pax dabitur. Duplex enim allelu-Ia canitur, in albis, & in dominicis illius temporis, & stantes tũc oramus. In priuatis vero ferijs Gloria in excelsis & duplex allelu-Ia non canitur. licet sæpe allelu Ia præterquàm in lxx. dicatur, prout sub titulo de septem diebus post pascha, & in sequenti tit. dice
tur. ¶ † Tempus autumni & peregrinatio 9
nis, representat ecclesia, ab octauis pentec. vsque ad aduentum Domini, quia nobis Deo reconciliatis, non restat, nisi ut nos peregrinos reputemus cum Psalmista dicẽte: Aduena ego sum & peregrinus, &c. Cantans omnia lætitiæ cantica, ad designandum gaudium his, quibus sunt diuina mysteria reuelata: quandoque tamen aliqua cantica subticet: nec multiplicat allelu-

allelu-Ia: sicut fecit in tempore præcedenti. Ad significandum declinationem à bono, quam nobis negligentia nostra parit: & cantat allelu-Ia in spem resurrectionis, & Gloria in excelsis, pro iustitia reddita. Itē quotidie dicit allelu-Ia, sed non gloria in excelsis: ut dicetur sub tempore aduentus. Cantat etiam allelu-Ia, post graduale in signum laboris, per quem ad patriam vitæ transeundum est. ¶ Ex præmissis colligitur euidenter, quòd rectè in principio hyemis
Ps. 17 homo, quasi desperans, dicit: Circundederunt me gemitus mortis. In principio Veris, quasi respirans dicit, Ad te leuaui animā. In principio ęstatis architectus eccle-
1. Pe. 2. siæ Petrus, renatis per baptismum, & illuminatis per gratiam, dicit: Quasi modo geniti infantes, &c. In principio autumni, exultans Dei misericordia, dicit: Domine in tua misericordia speraui, sed attendens miseriam, in quam ex sua negligentia lapsus est, statim subiūxit versiculum, Vsque quo Domine obliuisceris me in finem: & graduale. Ego dixi Domine, miserere mei,
10 sana animā meā, quia peccaui tibi. ¶ † Rursus hæc quatuor tempora considerantur secundum quatuor principales diei partes, quæ sunt nox, pertinens ad tempus deuiationis. Nox enim obscura est, & idolatræ cœci erant. Aurora, pertinens ad tempus reuocationis. Meridies, pertinens ad tempus reconciliationis, siue regressionis. Et ue-
11 spera, pertinet ad tempus peregrinationis ¶ † Designatur ēt per quatuor principales Christi actiones, quæ sunt natiuitas: passio: resurrectio: & aduentus ad iudicium. Ad natiuitatem pertinet circuncisio: apparitio. baptismus: & purificatio. Ad passionem ieiunium, & tentatio. Ad resurrectionem, ascensio in cœlum: & sancti spiritus emissio. Ad aduentum ad iudicium, transfigura
Mat 3 tio: & miraculorum operatio. Item, passio comparatur hyemi: natiuitas, veri: resurrectio, æstati: aduentus ad iudicium, autumno, quando vetustus dierum sedebit, tenēs ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, &c. ¶ Item natiuitas Christi cōcordat tempori reuocationis seu renouationis propter prophetas; qui eum multis modis prædixerunt: passio Christi tempori deuiationis propter pœnam culpæ priorum parentum. Resurrectio, tempori regressionis, propter lætitiam. Aduentus ad iudicium, tempori peregrinationis: quia huiusmodi tempus durabit vsque in diem Ps. 33
iudicij: unde Propheta, Aduena ego sum apud te: & peregrinus, sicut oēs patres mei Tēpus ergo renouationis, quę facta est per legem & prophetas, durat vsque ad natale Domini tantum, ut premissum est. Alij tamen dicunt, quod vsque ad septuagesimam & ibi incipit tempus deuiationis. Sed secundum primum dictum, quæritur de tempore, quod est à natale Domini, vsque ad lxx. sub quo dictorum temporū contineatur. Super quo dicunt quidam, quod tempus est à natali, vsque ad octauas Epiphaniæ, pertinet ad tempus regressionis quod est tempus gaudij: sicut & illud, vnde & in quibusdam Ecclesijs tunc albis vtuntur vestimentis, sicut & tempore paschali: neque tunc ieiunatur: nec genua flectuntur. Reliqua uero pars scilicet ab octauis epiphaniæ vsque ad lxx. sub tempore peregrinationis continetur, & licet Esaias legatur die natalis Domini: non ideò dies illa est, secundum ipsos, de tempore reuocationis. Alia enim consideratione hoc fit, & ante euangelium in nocturnis, & ante epistolam in missa. Supponitur enim tunc basis columnæ, ut per utrunque testamentum natiuitas Christi probetur. ¶ † Item queritur,
12 quare à tempore veris siue renouationis, incipiunt ecclesiæ officia. Videtur enim q̄ deberent incipere à tempore hyemis, siue deuiationis: quia prius est deuiatio, quàm à diuiatione reuocatio. Præterea, in tempore deuiationis legitur primus lib. theologiæ, scilicet Genesis. Super hoc dicunt quidam, quod facit ecclesia ne incipiat ab errore. Sed certè non dicitur tempus illud deuiationis, eo quod ecclesia illo tempore deuiet: sed quia errorem priorum parentū recolit, ut nos ad pœnitentiam trahat, & ideo hæc ratio non placet. Est ergo ratio, quia per aduentū domini noua facta sunt. Vnde Apo. Ecce noua facio omnia, ideo in honorem aduentus domini, à tempore renouationis incipit ecclesia officium suum. Præterea, si inciperet ab hyeme, vtens verbis desperationis, posset homo illa audiēs Apoc.
desperare. Meritò ergo incipit à vere, ut 21.
cum postea audierit verba desperationis, non desperet, quia præcessit certa promissio

sio veræ liberationis, quæ fit in aduentu.
13 Incipit ergo à tempore renouationis, seu reuocationis, in quo tenetrem. ¶ † Qui autem libri, & quibus temporibus legantur, breuiter est uidendum. Et quidem in plerisque locis ab aduentu domini vsque ad natale eius legitur Esa. qui quanto de Christo vrbanius cæteris prophetauit, tanto natiuitati eius legitur vicinius, præter quàm in ieiunijs quatuor temporum, quæ proprias habent lectiones: In ipsa etiam natiuitate non solum de illo legitur & cantatur, sed etiam de causis ipsius festiuitatis: prout in omnibus fieri solet festiuitatibus: quod fit, ad ostendendum ma-
14 gnum gaudium nobis cœlitus datum. ¶ † In prima uerò dominica post natale legitur in quibusdam Ecclesijs de epistolis Pauli ad ipsam pertinentibus natiuitatem. In octaua natalis de sermonibus, & de homilia euangelij eiusdem diei. In epiphania de Esa. secundum Gelasium Papam. xxv. distinct. sancta. in palea. In octaua epiphanię de homilia eiusdem diei. Ab octaua epiphaniæ usque ad lxx. canitur de psalmis: &
15 leguntur epistolæ Pauli: in quibus legitur de labore & luctu, & pugna eius. ¶ † In septuagesima vero, usque ad dominicā ante ramos palmarum, legitur pentateucum. Septuagesima enim tempus nostræ captiuitatis, & pœnæ & culpę designat, de qua mysticè ad Hierusalem redire debemus: sicut per Hebræos olim de Babylonica captiuitate exeuntes figuratum est. Vt ergo memores sint captiuitatis suæ, qui sursum tendunt, legitur primo de Adam, qui in principio mundi factus est & de eiectione eius de paradiso, deinde de diluuio: & quomodo Abraham exiuit de terra sua & de mūdi huius laboribus, exemplum patientiæ. & sicut olim Hebræi captiuati ducti in Babyloniam, in tristia fuerunt ferè vsque ad finem septuaginta annorum, & concessa sibi licentia repatriandi gauisi sunt, licet nō plenariè: ita & nos ferè vsque ad finem septuaginta dierum, scilicet in septuagesima tacemus uoces, & cantica lætitiæ, ut præmissum est, & sub titul. de tempore aduentus dicetur: quindecim tamen diebus ante pascha legitur Hiere. quia ille appertius, q̄ alij de passione tractauit: & in propria passione, Domini passionem præsignauit. Ab octauis uerò paschæ quindecim diebus vel secundum alios, vsque ad quartam dominicam post pascha Apoca. legitur & cantatur propter mysteria passionis, & resurrectionis, quæ Ioanni reuelata sunt, & apostoli prædicauerunt. In Apoc. enim fit mē-
tio de ciuitate noua Hierusalem. ¶ † De 16
inde usque ad ascensionem leguntur epistolæ canonicæ & actus Apostolorum, & cantatur de psalmis: quia & Dauid prophetauit de passione, & resurrectione & ascensione: & Apostoli prædicauerunt, quæ à Domino didicerunt, vsque ad ascensionem eius corporali præsentia perfruentes. Inter ascensionem vero & pentecost. cantatur de ipso festo, quia discipuli sursum subleuati, promissa patris munera expectabant. Ab octauis pentecost. vsque ad Calendas Augusti, leguntur libri Regum & Paralipomenon, & cantatur Deus omnium, quia sicut Samuel, Saul, Dauid, & alij pro lege Domini pugnauerunt, sic & nos postquam accepimus donum Spiritus sancti in baptismo, virtute debemus pugnare contra dæmones formati, nati, nutriti & armati. ¶ † A Calendis Augusti 17
vsque ad Calendas Septembris, legitur & cantatur de Sapientia: quia in pugna maxime necessaria est sapientia: uel quia Augustus sextus est mensis, & in sexta ætate, qua Deus venit, debemus propter eius prę sentiam sapienter uiuere, quia inter nos audita est sapientia ipsa quæ ex ore altissimi prodijt. ¶ Rursus mensis ille calidus est & medius in anno. Per quod media hominis ætas designatur, & in media ęstate, vbi quisque ab ęstu uitiorum plus accenditur, plus succurrere debet sapientia. In Septembri legitur & cantatur de Iob, Thobia, Esdra, Iudith, & Hester: quia hi aduersa patiēter sustinuerūt: & ecclesia in fine mundi aduersa oīa pro Domino tolerabit. ¶ † A Calen 18
dis Octobris, vsque ad Nouembrē legūtur libri Machabæorum, & cantatur de eis: quia iste octauus mensis lætitiam resurrectionis mysticat: quia sicut Iudæi finitis pręlijs & restaurato templo in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, sic in gloria resurrectionis & magnę festiuitatis deuictis pręlijs diaboli, sancti & iusti in Domino festinabunt & gaudebunt, 19
iuxta illud. Beati qui habitant in domo tua

tua Domine,¶ † A Calendis Nouembris vsque ad aduentum Domini leguntur Ezechiel, & Daniel, & duodecim prophetæ minores, cum responsorijs, Vidi Dominum &c. Ezechiel enim vidit quatuor animalia in figura quatuor euangelistarum, quæ natiuitatem, passionem, resurrectionem, & ascensionem docuerũt. Isti ergo ideo ante aduentum leguntur: quia clarius Christi aduentum prædixerunt. Denique Aurelius Papa in Bucardo. lib. iij. c. hi qui. statuit vt qui inuenti fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere, vel cantare, excommunicent. Ex præmissis ergo liquet quòd in ecclesia libri noui & veteris testamenti leguntur, quod etiam in suis locis dicetur. de ordine etiam aliorum librorũ
20 dicetur sub Dominica ij. post pente. ¶ † Et est notandum, quod testamentum dupliciter accipitur. Nam promissio ipsa, scilicet id quod testatur seu legitur, dicitur testamentum. Vnde noui test. dicitur gratia fidelibus promissa, scilicet fides & charitas. Cęteræ uirtutes siue vita ęterna in futuro, & uirtus in pręsenti uita: & Apostolus ideò
Heb. 9 nou. test. testator est, ut repromissionem accipiant, qui uocati sunt, hęreditatis ęternę extra de cele. mis. cum Marthę. §. cęterum. Scriptura etiam, qua illa promittuntur, dicitur testamentum. Vnde nouum testamentum, dicitur scriptura noui testam. & vetus testamentum, dicitur scriptura uete. testa. de conse. dist. iiij. sicut in sacra. in prin. Et hęc quasi humana similitudine dicuntur. Sicut enim qui testamentum condit, hæredem instituit, chirographum facit, testes aduocat: agenda per hæredem indicit, sic & Deus pater volens filios Israel in terra promissionis hæredes instituere, chirographum fecit, id est, legem dedit, testes accuit, scilicet Mosen & Aaron, & agenda per illos edixit & hoc est uetus testa. Sed quia in eo transitoria & temporalia repromittebat, extra de cele. mis. §. cæterũ. ideo Christus volens Christianos, scilicet fideles, æternæ hæreditatis hæredes facere, cõsequenter nouum test. condidit, scilicet euangelium, aduocauit testes, scilicet Apostolos, eisque agenda indixit, quod testamẽtum tandem morte propria consecrauit, Prætereà, testamentum est testatio mentis qua quisque quod mente concipit, ore testatur, & per scripturã corroborari iubet. xiiij. q. ij. §. sit illud. Vnde de hac etiam similitudine hic & illa scriptura dicitur testamentum. ¶ Cæterum ideo illa scriptura dicitur vetus testamentum. ¶ † Primò 21
quia vetera id est, terrena, scilicet ad ueterem hominem pertinentia promittebat, dicens: Si hæc & illa feceritis, bona terræ comedetis, & iterum: Terram fluentem lacte & melle dabo vobis, & similia. Vnde illud uetus & transitorium fuit. ¶ Secuudo dicitur vetus test. quod per veterem hominem, scilicet, per Mosen veterem uetustate peccati ministratum fuit. ¶ Tertio, quia nouo superueniente cessauit, & desijt tanquam aliquid vetustum. vnde Apostolus: 1. Co. 5
Vetera transierunt: ecce noua facta sunt omnia. ¶ Quarto, dicitut vetus respectu noui, quia eo fuit antiquius tẽpore. ¶ Quinto, qui a vetustate peccati nos liberat. ¶ † 22
Hęc vero scriptura nouum dicitur testamẽtum. ¶ Primo, quia noua, id est, cœlestia, scilicet ad cœlestis hominis conseruatione pertinentia promittit, dicens. Qui agrũ aut domum, &c. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. ¶ Secundo, dicitur nouum quia per nouum hominem, id est, ab omni peccato immunem, scilicet per Christum ministratum est. ¶ Tertio, dicitur nouum, id est, ultimum, quia nouissimum homini testamentum immobile perseuerat, quod testatoris obitu cõfirmatur vt extra de celebr. miss. cum Marthæ. §. cæterum & xiij. q. ij. cap. ult. Hinc enim dicitur ęternum, id est, perpetuum quasi durabile ac immutabile, de quo dictum est in iiij. parte sub septima particula secreti, super verbo, noui & æterni. Christus enim Roma. 5.
iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. de consecr. dist. secunda. semel. ¶ Quarto, dicitur nouum, respectu veteris, quia illo magis est nouum tempore, vel quia uetus lex est quasi radix, ipsum vero nouum testamentum est quasi fructus. ¶ Quinto, quia innouat, nõ. n. illud dicũt nisi homines renati ex uetustate per gratiam pertinentes iam ad nouum testamen
tum, quod est regnum cœlorum. ¶ † Circa libros ecclesiastici officij sciendum est, 23
quod ipsum officium consistit in cantu & in lectione, de cantu tres sunt libri, de lectione sex. Sunt etiam quidam alij libri ecclesiastici: prout in secunda parte in fine

24 tractatus de sacerdote dictum est. ¶ † Sanè tres libri de cantu, sunt antiphonarius, graduarius, & trophonarius. Antiphonarius, à digniori videlicet, ab antiphonis nomen sũpsit, quas beatus Ignatius patriarcha audiuit per angelos decantari: cũ tamen ibi sint responsoria atque versus. In plerisque tamẽ locis liber iste responsonarium, à respõsorijs, quæ ibidẽ continentur, appella
25 tur. ¶ Graduarius, dictus † est à gradualibus quæ in eo continentur qui à pluribus officiarius nuncupatur, ab officijs seu introitibus, qui ibi continentur Graduale, dictum est à gradibus prout dictum est in quarta parte sub titulo de graduali. De intitulatione graduarij, antiphonarij, & lectionarij, in sequenti tit. dicetur. ¶ † Trophona
26 rius est liber continen. τρόπους, id est, cantus, qui cum introitu missæ dicuntur, præsertim à monachis. Vocantur etiã τρόποι, sequentiæ siue prosæ Κύριε ἐλέησον, & neumæ. Et dicitur à τρόπος quod est conuersio: de quo in eadem parte sub tit. de introitu dictum est. Quidam etiam hunc librum prosarum, à prosis appellant. Vitalianus cantum Romanum instituit, & organo concor
27 danit. ¶ † Cæterum libri lectionum sunt isti. Primus, est bibliotheca. Secundus, homiliarius. Tertius, passionarius. Quartus, legẽdarius. Quintus, lectionarius. Sextus, sermologus. ¶ Bibliotheca, à græco nomen accepit, & est nomen æquiuocũ, scilicet locus, in quo libri reponuntur, & uolumen, ex omnibus libris se & no. testa. à Hiere. cõ
28 positum. ¶ † Homiliarius, est liber continens sanctorum homilias, & legitur in dominicis, & in natali, & in festis sanctorum propria euãgelia habentium: & in pascha & pentecost. cum ferialibus eorundem. Homilia autem, idem est quod bona laus, siue verbum ad populum. Et. no. quod plures fecerunt homilias: videlicet Aug. Hiero. Beda, Orig. Greg. & alij, Beda tamen alias non composuit, nisi quas August. composuerat: sed suis verbis easdem superuestiuit, nam Augu. verba disputationis habuit Beda vero stylũ sermonis & lectionis. Quare Beda uocatur uenerabilis, ut in septima parte sub eius festo dicetur. Item non omnes homiliæ authenticæ sunt vt quædam Origenis, qui ad hæresim dicitur declinasse. Aliquæ tamen homiliæ ipsius à beato Hieron. teste Papa Gelasio, leguntur fuisse correctæ seu approbatæ. xv. dist. sancta. in palea. Et quandocunque illa in ecclesia leguntur, nomen authoris, propter hæresis infamiam subticetur sicut & nomen Salomonis, qui deceptus fuit à mulieribus, tacetur in lectionibus propter infamiam idolatriæ, sed dicitur, lectio libri Sapientiæ, sic etiam quia Moses hæsitauit ad aquas contradictionis: quia Dominum exacerbauit, non dicitur lectio libri Genesis Mosi legislatoris, sicut dicitur lectio libri Apocal. beati Ioannis Apostoli. De hoc agitur in procemio v. partis & sub sabbato pascali. Volunt tamen quidam, quòd in principio homiliarũ ipsius dicatur: Homilia origenis correcta seu approbata à Hieron. & in sequentibus dici debet homilia eiusdem. ¶ † Passionarius est liber conti- 29
nens passiones sanctorum, & legitur in festis martyrum. Plures autem sunt passionarij, quorum quidam canonizati, quidam uero teste Papa Gelasio. xv. dist. sancta. in palea. sunt apocryphi: vt de b. Georgio & Cyricio, & Iulita, & alij quidam quos hæretici compillasse dicuntur, quare in ecclesia legi interdicuntur. Antheros Papa statuit martyrum gesta scribi, & in ecclesijs haberi, & hoc propter maximum presbyterorum numerum martyrio coronatum. ¶ † Le 30
gendarius autem, vocatur liber ille, vbi, agitur de vita & obitu confessorum. vt Hilarij, Martini, & aliorum confessorum, & legitur in festis eorum: dumtamen authenticatus sit. ¶ † Lectionarius est, in quo le- 31
ctiones epistolarum Pauli, & aliæ leguntur qui quandoque epistolarius dicitur: & etiam legendarius dici potest. ¶ † Sermolo 32
gus, est liber continens sermones, quos Papa & alij plures sancti composuerunt: & legitur in festis confessorum à natali vsque ad octauas epiphaniæ, in purificatione beatæ Mariæ & in festo omnium sanctorum & in pluribus alijs. ¶ † Considerandum est 33
quoque trium scripturas præcipuè in ecclesia frequentari, scilicet Dauid prophetæ, qui fuit homicida, proditor & adulter. Matthæi Apostoli, qui fuit publicanus, & in hoc ipso infamis: & Pauli, qui fuit crudelis Christi & ecclesiæ persecutor, & etiam Augustini, qui fuit Manichæus, & tempo-
re

re Theodosij Imperatoris conuersus est. Quod fit in exemplũ, videlicet vt alij peccatores non desperent, sed sperent, si tamẽ pœnituerint, posse veniam consequi, quantumlibet graui noxa perplexi sint, & orationes & eleemosynas eorum post pœniten
34 tiam posse Deo complacere. ¶ † Et est sciendum quòd beatus Hiero. tempore Damasi Papæ correxit psalterium lxx. interpretum, quod tunc cantabatur vbique, & adhuc iuxta ordinationem Gregor. Papæ qui postremò officium ecclesiasticum ordinauit, secundum illud, antiphonas, responsoria, allelu-Ia, tractus, & alia quædam in Ecclesia decantamus. Subsequenter uero psalterio ipso iterato corrupto, idem Hierony. illud de nouo integre ex græco transtulit in latinum, prout ipse in ipsius psalterij procemio attestatur, quod nouum dictus Damasus rogitu ipsius Hieron. instituit decantari, & vulgariter gallicum appellatur, & quasi ubique legitur & ferè cõmuniter cum suo proæmio in textu Biblię habetur. Præmissum vero psalterium secũdum lxx. Romanis remansit, & hodie illo utuntur. Denique idem Hierony. attendẽs quod Iudęi nobis improperabãt, quod psalterium falsificauerimus, quoniam à suo verbo discordabat, tertio psalterium de verbo ad uerbum ex hebræo trãstulit in latinum quod in pluribus à gallico discrepat ac Romano, pauci tamen illud habent, quamuis ab omnibus & in textu bibliæ deberet haberi. ¶ Et no. quòd quidam portant psalterium sed in eo non psallunt, prout dictum est in titulo de laudibus matutinis. Quæ sint dominicę, & dies priuilegiati, & principales, & qualiter dies dominica maior est alijs diebus, quibus nominibus dies septimanæ appellentur, & qui sint dies profesti: qui festiuales, siue solennes, in pęmio vij. partis dicetur. Greg. Pa. xcij. d. c. ſi. instituit, ne in ecclesia Romana. diaconi cantare debeant, sed solum euangelicæ lectionis officia inter missarũ solennia exoluant. Psalmos vero ac reliquas lectiones subdiaconi, uel si necesse fuerit minores ordines exhibeant siue dicant.

SVMMA

1 *Aduentus est initium officij Ecclesiastici.*
2 *Petrus Apostolus Aduentum instituit, in honorem quadruplicis Dominici aduentus.*
3 *Aduentus primus Christi, quid attuleris homini, quid secundus, quid tertius, quid quartus.*
4 *Aduentus per quot septimanas celebretur.*
5 *Per treis aduentus hebdomadas, accipimus trium temporum partes.*
6 *Aduentus ieiunium, est exultationis partim, partim & mœroris.*
7 *Vrbanus Papa secundus, officium beatæ Mariæ quotidianum instituit.*
8 *Antiphonæ laudum Dominicarum aduentus, quare terminentur per, allelu-Ia.*
9 *Aduentus, quo tempore incipiat. Et quod diebus constet, nu. 10.*
11 *Aduentus prima Dominica, vnde inchoetur.*
12 *Aduentus intitulatio cur duplex, & cur duplex inchoatio. Rationem vide ibid. & nu. 13. 14. 15.*

De tempore Aduentus. Cap. 2.

VONIAM, sicut præmissum † est, ecclesiastica officia ab Aduentu Domini, quod est tempus renouatinios incipiũt, merito ab hoc tempore ducimus initium assumendum. ¶ † Prænotandum igitur est, quod beatus Petrus primo instituit tres septimanas integras ante natale venerari, in commemorationem aduentus Christi, & quartam, quæ tamen nunquam perficitur, quia uigilia natalis non est de aduentu, ut infra dicetur. Agitur ergo aduentus Domini per quatuor septimanas ad magnificandum, quòd est quadruplex aduentus filij Dei: sed ultima nunquam finitur, quia sanctorum gloria quæ dabitur in ultimo aduentu, scilicet ad iudicium nunquam terminabitur. ¶ Primus aduentus est in carnem, scilicet in vtero Virginis assumptam, de quo dictum est. Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. ¶ Secundus, in mentem, qui descẽsus sit quotidie in cordibus fidelium, per Spiritum sanctum, de quo Io: xiiij. cap. ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. & dicit Sap. ix. Domine, emitte sapientiam tuam, ut mecum sit. De his habetur Abacuch. ij. Si moram fecerit, expecta eũ, quia veniens

veniens veniet & non tardabit. ¶ Tertius aduentus est in morte cuiuslibet, de quo di
Iac. 6 cit beatus Iac. Patientes estote, vsque ad aduentum Domini: & Matth. xxiij. Si sciret paterfamilias qua hora veniret fur &c. ideo & uos estote parati &c. & iterum. Si in prima uigilia venerit, id est, in iuuentute, & in secunda &c. & ita inuenerit, scilicet in pœnitentia, beati sunt serui illi. ¶ Quartus erit in maiestate, qui erit in die iudicij. De illo legitur Esa. iij. c. Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus po
3 puli sui. ¶ † Et no. quòd primus aduentus liberauit animas à diaboli seruitute. Secũdus, liberat eas à peccato. Tertius, à pœna. Quartus, corpora liberat. Verumtamen ecclesia non celebrat nisi duos aduentus, scilicet in carnem, & ad iudicium. Nam primum & secundum reputat pro eodẽ: ideo enim venit in carnem, ut veniat in mentem, ideoque dictum est: Veniens ueniet, & non tardabit. veniens, scilicet in carnem veniet, scilicet in mentem, & iterum quia vterque misericordiæ est. Similiter tertius & quartus habentur pro eodem, quia uterque est iustitiæ ratione vnius effectus. Celebrat ergo ecclesia aduentum huiusmodi, sub binario, ut filijs suis generet timorẽ & amorem Dei. vnde in psalmo. Eleuamini
Ps. 23 portæ æternales &c. Timor Domini san-
Ps. 16 ctus qui permanet in ętern. & amor, scilicet ipsius qui similiter in æternum durabit. Vnde ad Cor. xiij. cap. Charitas nunquam excidit. de pœ. dist. ij. charitas. timorem autem debemus ei, vt domino, amorem ut patri. Vnde Malach. ij. Si ego sum pater, vbi est amor? & si Dominus, vbi est timor? Celebratur ergo aduentus per quatuor septimanas, In † prima specialiter de primo aduentu cantat ecclesia. In
4 secunda & tertia de secundo, & hoc ideo, quia antiqui patres primum aduentum tãtum expectauerunt. Secundum uero antiqui & moderni. In quarta uero septimana, recolit ecclesia tempus, in quo Dominus
Es. 65 descendit in vterum Virginis. vnde tunc Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustũ aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Itẽ tẽpus à primo aduẽtu, usque ad secũdũ recolit ecclesia inter pentecost. & aduentũ domini in quo cantat allelu-Ia, in spe resurrectionis, & Gloria in excelsis Deo. pro iustitia redditæ, & dicit quotidie allelu-Ia quia spes eius non infirmatur. Sed Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis; non dicit quotidie, sed tãtum in festis, quia semper in fide, non semper in operibus laudat. Quotidie enim offendit, licet semper in fide iustitiã teneat. De hoc est dictum in procemio huius partis, & dicetur sub titulo de septem diebus post pascha. Cæterum per tres aduentus hebdomadas trium temporum patres acci
pimus. ¶ † Primi, fuerunt ante legem, qui 5
procul à Deo remoti clamabant: Ad te leuaui. ¶ Secundi, sub lege qui doctrina legis instructi, & ideo ad lumen proprius accedentes, in introitu populus Sion appellatur. ¶ Tertij, fuerunt prophetæ, præsertim illi, quos inuenit Christi natiuitas; ut Symeon, quibus quia redemptor esse prope dicitur in introitu: Gaudete. Asserunt etiam quidam, quòd in officio primę hebdomadæ agitur de uocatione Iudæorum. In officio secundæ, de vocatione Gentium, vnde ibi dicitur. Ad saluandas omnes gentes. in officio tertiæ de uocatione utriusque populi. Vnde ibi dicitur. Nota sit omnibus hominibus. ¶ Rursus cantatur in prima, in persona Ioannis. In secunda, prophetarum. In tertia, Apostolorum. In quarta, in persona doctorum. Tempore aduentus tacetur, Gloria in excelsis; quod pertinet ad natiuitatem: ut in nocte natiuitatis deuotius & auidius decantetur, ad notandũ hunc hymnum primo fuisse nocte illa ab angelis decantatum quanquam maior gloria Christi est in ecclesia tempore noui testamenti, quam fuerit in ueteri. Tacetur etiam, Ite, missa est. quod pertinet ad resurrectionem. Merito autem tacetur vtrũque in aduentu, quia tunc vtrunque expectatur. Pari etiam ratione tacetur: Pax uobis. quod similiter pertinet ad resurrectionẽ. Tacetur etiam, Te Deum laudamus: quia nondum præsens est, quem expectamus, & ad præsentes tantum hoc cantico vti solemus. ¶ Et no. quod hæc tria non semper se concomitantur, ut dicetur in proęmio vij. partis. Sed quare Allelu Ia non tacetur hoc tempore, cum sit canticum lætitiæ, nã in aduentu est ieiunium, nec tunc nuptiæ celebrantur? Præterea, aut est ieiunium mœroris aut exultationis. Si mœroris, omnia

Universidad de Deusto Biblioteca

nia cantica exultationis debent taceri. Si exultationis, omnia debent dici: ergo & Gloria in excelsis Deo. Solutio. hoc ieiunium est partim exultationis, & partim mę roris. Exultationis est, ratione primi aduẽ tus, scilicet in carnem, de quo mentio fit in hoc tempore. Męroris est, propter secundũ aduentum, scilicet ad iudicium: de quo fit etiam ibi mentio: & ideo in eo quædam cã tica letitiæ dicuntur propter aduentum misericordiæ & exultationis. & quædam subticentur: & ieiunatur, propter aduentum seueræ iustitiæ & mœroris. Allelu-Ia ergo non subticetur. quoniam tempore aduentus aliquid est lætitiæ propter spem quam habuerunt de Christi incarnatione: & propter nostram certitudinem, quam habemus per primũ aduentum de futura glorificatione. sed in septuagesima nõ sic: quia totum tempus illud mœroris est, & ideo tunc non dicuntur cantica angelorum, sed hominum, ut ibi dicetur. ¶ In festis uero nouem lectionum, quæ occurrunt in aduẽtu, debet celebrari missa de festo solennis in tertia, cum Gloria in excelsis &c. Ite, missa est. & deponuntur cappæ nigræ seu uiolaceæ: & assumuntur solennes à ministris & sacerdote, prout festum requirit. In hora uero nona de ieiunio missa dicitur, & tunc dalmaticæ & subtilia, siue tunicellæ dimittuntur, & competentes tempori & ieiunio resumuntur, sicut in tertia parte subtit. de dalmatica dictum est. In hoc quoque tempore officium beatæ Mariæ virginis non dicitur in ecclesia, quia totum officiũ huius temporis ad laudem eius pertinet.

7 ¶ † Et nota quod Vrbanus Papa secundus, qui fuit creatus M.lxxviij. & sedit annis.xij. mensibus quatuor in concilio apud Claromon. celebrato, statuit, ut officium beatæ Mariæ uirginis quotidie diceretur: & in die sabbati solenniter fieret in quo officio matutino dicuntur illæ lectiones: O beata Maria, quis dignè. sumptæ ex illo sermone August. Loquimur dilectissimi &c. Hoc etiam tempore non debet fieri specialiter cõmemoratio alicuius sancti præcedentis Christi aduentum, non quia omnes illi in infernum descenderunt, & ideò ecclesia occidentalis pro eis non solennizat: nec etiam sequentium, quia cum hoc tempore ecclesia de aduentu filij Dei solẽnizet: non est aliorum solennitas admiscẽda: imò minor cedit maiori, quia aduenente principe, cessat magistratus. idcirco cum ipse sit premium & corona sanctorum omnium & sit omnia in omnibus, & sufficientia singulorum, superfluũ foret recurrere ad aliorum suffragia mendicata. C. de pala. sacra. largi. l. scrineis. in princ. libr. xij. Generalis tamen commemoratio omniũ sanctorum, bene fit, quoniam licet sancti ex aduentu filij Dei speciale gaudium & premium assecuti fuerint, maius tamen ad generale gaudiũ eorum extitit, quia creaturam rationalem ex vnione ad diuinam naturam viderunt ineffabiliter sublimatã, quia ergo bonum commune præponderat particulari & per cõsequens generale gaudium eorum gaudio speciali, quia illud, quod præmissum est, fuit omnibus sanctis vtriusque testamenti ad gaudium, idcirco conueniens est, ut tempore ipsius aduentus eorum gaudium communiter & generaliter recolatur, & in generali omnium sanctorum commemoratione, singulis diebus dicitur antiphona illa. Ecce Dominus veniet, & omnes sancti eius cũ eo, & erit lux magna in die illa, allelu-Ia: quæ pertinet ad quartum aduentum, in quo apparebit gloria sanctorum. Dicitur ét cum ipsæ antiphona oratio illa: Conscientias nostras quæsumus Domine uisitando purifica &c. in qua similiter concordando cum antiphona, fit generaliier commemoratio de omnibus sanctis, dum dicitur ibi ut ueniens cũ omnibus sanctis, & tunc pertinet ad quartum aduẽtum, scilicet in maiestate. In multis tamen locis subtrahuntur verba illa, cũ omnibus sanctis, & tunc pertinet ad secundum aduentum scilicet in mente. Non fit etiam commemoratio, de cruce, sicut fit in alijs temporibus, ne prius videat Dominus passus, quàm natus & iterum, ne fiat contra illud præceptum Exodi. xxiij. & xxiiij. non coques hœdum in lacte matris suæ: id est, Christum non crucifiges, dum adhuc tenet & lactans est. Contra hoc præceptum fecerunt tunc Iudęi, qui Christum eadem die, id est, eadem sexta feria, in qua ut quidam dicunt conceptus est, crucifixerunt. ¶ † Notandum autem est quòd tem 8
pore aduentus omnes antiphonæ dominicales in matutinis laudibus terminantur,

per

per allelu-Ia, ad significandũ gaudium de certitudine aduentus Saluatoris habitum ut in matutino officio fit quasi prædictio, & in matutinis laudibus notetur exultatio. Itẽ, in prima secũda & tertia hebdomada, repetuntur respõsoria dominicalia, sed in quarta sunt specialia, quæ per hebdomadã cantantur, & sunt quindecim, quia ille expectatur venturus, qui instituerat vetus testamẽtũ, & erat istituturus nouũ. Quinde narius. n. numerus cõsistit ex septenario, & octonario, at septenarius ad vetus, octonarius vero ad nouũ refertur testamentũ. In singulis quoq; septimanis cãtus renouatur propter gaudiũ pro ficientiũ, qui proficiũt
Ps. 38 de uirtute in uirtutẽ, vt videant Deũ Deorum in Sion ¶ † Illud ét notandũ est, quod
9 prima dominica aduentus nũquam esse potest ante quinto Calendas Decembris, nec etiã post tertio Nonas Decẽbris, sed quæcunque illarum septẽ literarum, quæ inter dictas Calendas & Nonas includuntur, repræsentauerit dominicã, ibi est prima dominica aduentus. sed & in dominica proximiori festo beati Andreæ, uel Calẽdas Decẽbris siue ante, siue retro, est semper initium aduentus & si ipsum festũ cadit in dominica, ibi etiã est initiũ aduentus, & si ipsum festum cadit in dominica, ibi etiã est
10 initium aduentus. † Aduentus continere debet. xxj. diem, id est, tres septimanas integras ad minus præter uigiliã natalis Domini. Veruntamen cum aduentus incipiat à die dominica, si fortè contingat similiter natale in die dominica venire, oportet tempus aduentus per quatuor hebdomadas protelari, alioquin vigilia natalis & sabbatum quatuor temporũ cõcurrerent in eadem die, quod esse non potest. lxxj. distin. de leui. quia vtrũque illorũ proprium habet officium, & ad diuersa tẽpora pertinẽt. Nã sabbatũ, est de aduẽtu sed vigilia ad tẽpus gaudij pertinet cũ nõ sit de aduẽtu sed de natali, & sic aduentus nõ haberet uigiti unũ diẽ, excepta vigilia natalis sicut dictũ est. Quòd vigilia ptineat ad tẽpus gaudij, patet ex ipsa ordinatione Gregorij, qui ultimas aduẽtus antiphonas posuit de euãgelio, scilicet Completi sunt dies. & ecce cõpleta sunt omnia. Quando ergo natale est in dominica, quatuor tẽpora celebrantur in penultima hebdomada. Si autem natale venerit in secunda feria, uel deinceps vsque in dominicam, tunc post viginti vnũ diem habebit, in quo fiat vigilia, & quando festum venerit in secunda feria, fiet officiũ de uigilia in die dominica, quæ proprium non habet officiũ, & tunc propter dominicam cantabitur allelu-Ia: sed ieiunabitur in sabbato præcedenti, tam pro vigilia natalis, quam pro ieiunio quatuor temporũ. De hoc etiam dicetur sub titulo de capite ieiuniorũ. ¶ † Non est etiam ignorandum, 11
quòd licet in principio siue in prima dominica aduentus cantetur introitus. Ad te leuaui animam meam Deus, si quis tamen diligenter attendat in Dominica præcedenti illam præparatio aduentus Domini, quo Hier.
ad quædam inchoatur, quod ostendit epistola, quæ tunc secundum quosdam legitur 23.
Ecce dies ueniunt, dicit Dominus. Et suscitabo Dauid germen iustum, &c. finis euangelij eiusdem diei, scilicet Abijt Iesus trãs mare Tyberiadis, quod est Ioãnis xj. c. Hoc idẽ insinuat, ubi dicitur. Hic est verè propheta, qui ueniturus est in mundũ, ut redimeret populũ &c. Satis. n. conueniens est, quòd in præcedenti dominica inchoetur. quia non respiraret desperãs nisi certa promissio veræ liberationis præcederet, qua audita, respirans clamat. Ad te leuaui animã Deus meus &c. In pnta igitur hebdomada ante natiuitatẽ Domini inchoat prępa ratio aduentus, quo ad quędam. Vnde & in antiquis gradualibus & lectionarijs titulus est talis. Quinta dominica ante natiuitatem Domini: nã ab illa dominica vsque ad natiuitatem Domini sunt quinque officia dominicalia, & quinque epistolæ, & quinque euangelia. In quarta vero dominica ante natiuitatẽ Domini inchoatur præparatio aduentus, quo ad officium matutinale & quo ad multiplicem officiorum uarietatem, & innouationem. quia ergo quatuor sunt officia dominicalia, ab illa dominica vsque ad natiuitatẽ, & ideo in antiphonarijs nouis intitulatur quarta dominica. † Quadruplex autẽ ratio huius dupli 12
cis intitulationis librorũ, & inchoationis aduẽtus reddi consueuit. ¶ Prima, quia per lectionarium recolimus aduentum Domini in mundum, significatum esse, per quinque mũdi ætates. Per antiphonarium vero recolimus aduentũ Domini nuntiatũ esse

Y per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quatuor ordines librorum, scilicet per legem, per prophetas, per psalmos, & per initium euangelij narrantis Domini conceptionem. Initium euangelij vocamus, quicquid est in Libro Lucæ: qui historiam ante natiuitatem Domini plenius cæteris prosecutus est, sicut de angelo à Zacharia misso annuntiante natiuitatem præcursoris, & sicut de prophetia illa: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et de Gabriele archangelo ad virginem misso: & si
13 milibus.¶ † Secunda est, quia actor lectionarij nos hortatur, vt purgemus hospitium nostri corporis, quod per quinque sensus sordidatum est, ad suscipiendum Deũ, quia in sordibus habitare despicit rex vẽturus. Actor vero antiphonarij, nos docet purgare corpus nostrum, constans ex quatuor elemẽtis: facientes dignam mentionẽ Deo regi venturo. Iuxta illud. Ego & pater, ad eum veniemus, & mansionem apud eum
14 faciemus. ¶ † Tertia est, quia in quarta dominica aduentus, quæ ad spirituales, & non in quinta dominica, quæ ad seculares pertinet, ut dicetur in tit. seq. innouantur cantus. Spiritualium enim est, canticum nouum cantare, & non secularium, qui cũ adhuc quasi veteres sint, & mala eorum adhuc recẽtia potius lugere, quã gaudere debent. Renouatus quidem cantus, gaudium electorum significat, qui proficiunt de virtute in uirtutẽ in qua videbitur Deus deo
15 rum in Sion.¶ †. Quarta est, quia in eccle
Ps. 83 sia duo sunt ordines hominum expectantium Domini aduentum, & studentium, ad dignè suscipiendum Deũ uenturum. Vnus ordo in seculari conuersatione studet. alter in spirituali. Seculares, qui rebus transitorijs student, quæ quinque corporis sensibus administrantur, per quinque hebdomadas intelliguntur. Iuxta illud euange-
Io. 6. lij Ioan. Erant viri, quasi quinque milia. Si quidem quinque milia viri, Deum secuti designant eos, qui in seculari adhuc habitu positi, exterioribus, quę possident, bene vtinouerant. ipsi nanque saturãtur quinque panibus: quia legalia instituta eis proponẽda sunt, qui per quinarium numerum propter quinque libros Mosi intelliguntur: Per quatuor vero septimanas spirituales intelliguntur, qui rebus transitorijs abiectis, nudi nudum sequuntur Christum, qui per quatuor euangelia ad potiorem perfectionem excitantur. Quòd etiam ad istos quaternarius numerus pertineat, apparet in alio euangelio, in quo quatuor millia hominum, qui sunt euangelica perfectione sublimes, leguntur refecti septem panibus, id est, septiformi gratia eruditi & repleti. Hanc distinctionem figurauit Dominus Mosi, quãdo in ingressu tabernaculi iussit poni septem columnas, & ante oraculũ unam, ante sancta sanctorum quatuor. pro ut legitur Exod. xxvj. & xxxij. cap. Siquidem quinque columnæ exterius positæ; sunt seculares, qui in exterioribus maximè versantur, quatuor columnæ ante sancta sanctorum, sunt spirituales, qui quasi interius positi, Domino deuotius obsequũtur. Vna columna ante tabernaculum vnitatẽ fidei: quam tam isti, quàm illi colunt designant, & propter hanc causam clerici seculares in vespertinis officijs quinque psalmos cãtant. Monachi vero, & religiosi, qui altiorem elegerunt viam, non nisi quatuor in quo se perfectiores ostendunt: Quod autem quadratum est ex quacũque parte ver tatur, manet idem & firmum. Similiter & perfectus quocunque loco & tempore, idẽ immobilis manet.

SVMMA.

1 *Dominicæ primæ Aduentus officium.*
2 *Responsorium Dominicæ primæ Aduentus. & eius expositio.*
3 *Hominis magna ignorantia.*
4 *Responsorium primum Aduentus, habet tres versus. & cur, & nu. 5. 6. 7.*
8 *Responsorium secundum Aduentus. Tertium nume. 10. Quartum. 11. Quintum. Sextum Septimum nume. 12. Octauum. & Nonum. nume. 14.*
9 *Visio, est triplex.*
15 *Missæ Aduentus introitus, primæ Dominicæ.*
16 *Dei facies, intelligitur diuina cognitio.*
17 *Euangelium de Aduentu in Hierusalem, cur hodie legatur.*

De pri-

De prima Dominica aduentus Domini. Cap. 3.

3 PRIMA dominica † de aduentu, quę est quarta à natali Domini: & in qua secundũ quosdã inchoatur officiũ aduẽtus, pertinet ad spiritualeſ. Et ideo, in ea innouantur cantus: precedens vero, quę quinta est, ad seculares sicut in præcedenti titu. dictum est. Ad spirituales pertinent duo uersiculi: quorum vnus frequentatur in vespertino officio, scilicet, Rorate cœli desuper. Alter in matutino, scilicet, Vox clamantis in deserto. In primo ostenditur, quid facere debeant, in secundo exequuntur. Ipsi sunt cœli rorantes, & nubes pluẽtes, ros est subtilior, & pluuia grossior. Tũc
Io. 1. sunt rorantes, quando de incarnatione Saluatoris subtilia dicunt, vt illud, verbum caro factum est, & similia: tunc sunt pluentes, quando grossiora, id est, intellectus faciliora dicunt, sicut est, quòd Maria desponsata est Ioseph: & quod puer natus est in Bethleem, & reclinatus in præsepio:
Mat. 1 & huiusmodi. Isti faciunt, quòd aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Ad literam: terra est virgo Maria, quæ aperta quantum ad fidem cordis, sine damno virginitatis, concepit & peperit Saluatorem.
Luc. 2 Sed moraliter, terra est cor humanum: quod uiri spirituales sua prædicatione aperiunt, vt germinet Saluatorẽ, id est, Christus in eo reformetur, Iuxta illud Apostoli: Filioli mei, quos iterum parturio: donec Christus reformetur in vobis. Isti
Es. 40 sunt, vox clamantis in deserto, id est, in mundo, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Viæ sunt opera, semitæ sunt cogitationes, quas debemus parare, in aduentu Saluatoris. Hanc præparationem notat oratio, quæ postcommunionem hac die in missa sequitur. Suscipiamus Domine misericordiam tuam in medio, &c. & ex eo, quòd in fine illius orationis dicitur. Congruis honoribus præcedamus. Viam ergo parare, est pœnitentiam agere, & prædicare. Semitas rectas facere, est post mãdata consilia obseruare. Sanè huius dominicæ totum matutinale officium pertinet ad primum aduentum, ut præmissum est. Legitur enim in Esa. qui de aduentu loquitur apertius, quàm aliquis alius propheta, vnde in ij. capitu. ipsius habetur. Ecce mons &c. in primo 2
vero habetur de nequitia Iudæorum. Primum responsorium † est, Aspiciens à lõge. quod est de primo aduentu, & non sumitur de aliquo libro theologiæ, nec cõpilatum est à Gregorio ordinatore matutini officij: sed à quodam eius monacho, quod inde apparet: quia illud intra hebdomadam non repetitur, sed omnia alia responsoria, sic, quæ ab ipso Gregor. edita sunt. Et si objiciatur, quòd illo dempto, non remanent, nisi octo responsoria isti dominicæ. Respondetur quod nouem sunt, computato illo, Ecce dies veniunt, quod secundum ordinem Gregor. nonum est: & cantatur in vesperis sabbati præcedentis. Cantatur autem hoc responsorium in persona Ioannis Baptistæ vel sponsæ dicentis: Aspiciens à longe, à terra uidelicet ad cœlum, uideo Dei potentiam venẽtem, & licet propriè patri potentia assignetur, hic tamen per potentiam accipe filium Dei, cui data est potestas in cœlo & in terra, qui est potens Dominus in prę lio, cui propheta: Accingere gladio tuo
Ps. 44 super femur tuum potentissime. Hic uenit dum se visibilem monstrauit, & nebulam totam terram tegentem. Hæc nebula est Dei misericordia, quę præstat refrigerium contra æstum uitiorum. Hanc Moses intra uit, cùm ad suscipiendum legem ascendit.
Matt. 17. Hanc Petrus intellexit, cum in nube lucida videns Dominum, Mosen & Heliam di
Lu. 1. xit: Faciamus hic tria tabernacula. Hæc populum in desertum deduxit: & ab igne protexit. Hæc est virtus altissimi, quæ uirginem obumbrauit, quæ totam terram tegit, quia misericordia Domini plena est terra. Hęc etiam nebula, est humanitas filij Dei, quæ totum mundum saluat. Medicina enim omniũ in festinatione nebulæ. Nebula etiam potest dici infidelitas seu ignorantia. ¶ Ignorabat enim † homo Deũ 3
seipsum, natale solum, & concupiscentiam esse peccatum. Hæc nebula totam terram tegebat, quia omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Ite obuiam ei & dicite Nuntia. n. s. t. e. qui regnat. es in populo

Universidad de Deusto Biblioteca

Israel. Similia dixit Ioannes discipulis: Pa
rate uiam Domini. & per discipulos ad
Ioa. 1. Christum: Tu es qui venturus es, an alium
expectamus? Obuiam sponso, scilicet per
viam charitatis: & dicite, nuntia nobis,
quasi dicat: Reuela nobis per tuam præ-
sentiam si tu es Messias in lege promissus:
& si regnaturus es in populo Israel. ¶ Por-
4 ro † in solito modo primum responso-
rium habet in quibusdam Ecclesijs tres
versus, sicut & responsorium primum nata
lis Domini. ¶ Primo, ad significandum,
quòd iste aduentus Domini saluat homi-
nes trium temporum, scilicet illos, qui fue
runt ante legem, & sub lege, & sub tempo-
re gratiæ, & propter hoc etiam fit triplex
repetitio, prima à remotiori quo ad finẽ,
& postea à minus remoto, & postea à pro-
pinquiori, ad ostẽdendum quod patres pri
mi temporis remotiores fuerunt ab aduen
tu Christi quàm patres secundi, & tertij, &
patres secundi temporis, magis remoti quã
patres tertij: deinde reincipitur respònso
rium ad denotandum desiderium, & ad si-
gnificandum, quòd debemus attribuere fi-
nem & principium boni operis ei, qui est α
Apoc. & ω. xxxv. distinctione ab eordio. Vltimò,
1. dictis versibus subiungitur, Gloria patri,
quia omne desiderium & seruitium, ad
Deum trinum est referendum, & ibi non fit
reiteratio partis, sed totius responsorij:
quia post uitam præsentem, omnia opera
consumentur, & tunc erit dominus omnia
5 in omnibus, & consummatio & sufficien-
tia omnium. ¶ Secundo, ideo † præmis-
sum responsorium tres habet uersus, & vnũ
Gloria. ad signandum quatuor aduentus:
de quibus in capitul. præcedenti præmis-
sum est, & ad designandum quatuor tem-
pora, scilicet tempus ante legem, tempus
legis, prophetiæ, & gratiæ. Alloquẽs enim
Ecclesia omnes homines, qui fuerunt ante
legem, quorum pauci secuti sunt, vnum
Deum. dicit primo versum. Quinque ter-
riginæ &c. id est, O vos omnes mali, boni,
diuites & pauperes, ite obuiam ei & dici-
te: Indica nobis, si tu es ipse, qui regnatu-
rus es in populo Israel. in secundo versu,
in persona hominum, qui fuerunt sub le-
ge, in qua aliquid fuit imperfectionis:
qui data fuit infirmis, alloquitur ipsum le
gislatorum. Qui regis Israel intende quasi
diceret, qui populum Israel in lege tua re
gis, & sicut pastor ouem deducis: indica
nobis, sit tu es ipse, qui regnaturus es in
populo Israel. In tertio iam ex dictis pro
phetarum certificari de aduentu Saluato-
ris, ex desiderio clamant: Excita potenti-
tiã tuam, & veni, qui regnaturus es in po-
pulo Israel. In alijs vero Ecclesijs, est ter
tius versus. Tollite portas. In quarto gra
tias agent Saluatori, de aduentu suo, qui di
gnatus est uenire, imo toti trinitati. dicit
Gloria patri. ¶ † Tertio, responsorium
6 ideo tres habet versus, quoniam lex, &
Psalmodia, & prophetia hunc Saluatoris
aduentum prænuntiauerunt. ¶ Quarto,
tres † versus, patres trium puerorum fi-
7 gnificant. Patres quidem ante legem, hũc
aduentum præuiderunt. Patres sub lege,
desiderauerunt. Patres gratiæ, prædicaue
runt. Dicit ergo Ioannes Baptista vel ec-
clesia. Vos patres ante legem quinque ter
rigenæ & fi. h. s. in v. d. & pauper, ite obuiã
ei. Terrigenas vocat malos, qui terrena se
quũtur. filios hominũ dicit, bonos diuites,
subdit quos terrigenas appellauerat, pro-
pter pauperes quos filios hominũ. Vos er-
go quiq; id est, quilibet terrigenæ malitia
diuites, & filij hominum spũ pauperes, qui
estis simul in unũ, in uno ouili agni & hędi
ite obuiam ei, ut vos mali per ingressum re
cipiatis, vos boni per progressum proficia-
tis. Vos etiam patres sub lege, dicite.
Qui regis Israel, intende qui deducis velut
ouem Ioseph, nuntia nobis &c. qui regis
Israel, id est, Iudaicum populum per do-
ctrinam legis Domini uidentem. Qui de-
ducis, Id est, de uirtute ducis, uelut ouem,
id est, innocentem. Ioseph, id est, populum
Gentilem, augmentatum per frumentum
mortificatum, intende super nos, id est,
lumẽ pietatis infunde, & nuntia nobis &c.
uos quoq; patres sub gratia dicite. Tollite
portas principes vestras, & eleuamini por-
tæ æternales, & introibit rex gloriæ. Qui
regnaturus &c. ò principes & potestates ae
ris huius. Et ò genimina viperarum tollite,
id est, auferte portã mortis, id est, uitia, qui
quæ diabolus intrat ad corda. Et ò portę
ęternales, id est, uirtutes ad ęternitatem
ducentes, eleuamini contra uitia & per
uos introibit & habitabit in vobis rex glo
rię, qui regnaturus est in populo Israel

Et

Et no. quod ad tertium versum non respon
detur: nuntia nobis, quia patres noui testa-
menti certificati sunt de aduentu Christi:
patres gratię certi sunt de introitu regis
gloriæ. Verum quia nunquam sufficit, nec
suficiet fides incarnationis sine fide trini-
tatis, ideo succinitur: Gloria Patri & Fi-
lio & Spiritui sancto: & quia qui venit in
humanitate, venturus est etiam in maiesta
te: ideo responsorium denuo repetitur. In
repetitione vero nebulam, accipias ad li-
teram iuxta illud: Veniet in nubibus cœ-
li. & sicut nubes suscepit eum, & alibi. Nu
bes & caligo in circuitu eius. ¶ Secundum
8 † responsorium est: Aspicipiebam in uisu
noctis: sumptum per Gregorium de Da-
niele capitul. septimo. Christum ventu-
rum prophetantem, qui his verbis mys-
terium incarnationis verbi, quod in princi-
pio erat apud Deum, apparuit dicens:
Aspiciebam in visu, aut visione noctis. Tri
9 plex quidem est uisio, † scilicet noctis
ante gratiam, diei sub gratia, & lucis in
gloria. In Nocturna viderunt patriarchæ
& prophetæ, qui sub nube fuerunt: & hoc
Daniel aspiciebat in visu noctis. In diu-
turna uiderũt Apostoli, quibus Christi hu-
manitas apparuit. In lucida videbunt fi-
lij Dei facie ad faciem. Hanc distinctio-
nem ueritas in euangelio innuit, dicens:
Abraham exultauit, ut videret diem meũ,
uidit & gauisus est. Iterum, multi reges &
prophetæ uoluerunt videre quæ uos vide-
tis, & non uiderunt. Sequitur: Et ecce in
nubibus cœli filius hominis veniebat. Nu
bes cœli: caro verbi. de Esa. Ascendit domi
nus super nubem leuem. Et datum est ei re
gnum & honor scilicet nomen, quod est ab
æterno datum, sed in tempore manifesta-
tum & omnis populus, tribus, & linguæ ser
uient ei. Nam ut Esaias ait, curuabun-
tur ei omnia genua, & iurabit omnis lin-
gua in domino. ¶ Tertium responsorium:
10 † Missus est angelus Gabriel: quibus ver-
bis Lucas texuit ordinem annuntiationis.
11 ¶ † Quartum est Aue Maria, gratia ple-
na, quibus idem Lucas modum conceptio-
nis annexuit dicens: Spiritus sanctus super
ueniet in te & virtus altissimi obum-
brabit tibi: Superueniet inte inquam, in
protegendo te: & ab omni sorde purgando
& exinde virtus altissimi, scilicet verbum
Dei, obumbrabit tibi, ex te carnem sumen
do: quod enim ex te nascetur sanctum, vo
cabitur filius Dei. Christus enim, qui non
est conceptus ex virili semine, merito na-
scitur, & filius Dei appellatur. Sequitur
versus, quomodo in me fiet istud? inter-
rogatiuè & sic quomodo sunt duæ dictio-
nes, uel admiratiuè, & est una dictio.
¶ Quintum responsorium est, † Saluato-
12 rem. In quo incarnatio per Apostolum
confirmatur. Sextum est: Ecce virgo con-
cipiet. ¶ Septimum. Ecce dies veniunt: in
quibus hoc idem per prophetas robora-
13 tur. ¶ Octauum: † Obsecro Domine: in
quo idem propter legem comprobatur.
¶ Nonum est: Audite verbum in quo idem
14 per prophetas comprobatur. ¶ † Laudes
matutinæ vtrunque sonant aduentum.
Non enim agitur aliquando de vno aduen
tu? quin & de alio misceatur, sed pauca de
secundo habentur, & hoc propter repręsen
tationem gaudij, ne spes luxuriet in præ-
sumptionem. Siquidem prima antiphona
quæ de fine Ioelis sumitur, est apertè de
primo adũtu. Vnde ibi dicitur in illa die,
scilicet quando Messias venit montes, id
est, Apostoli seu magni prædicatores, stil-
labunt dulcedinem, scilicet verbi Dei &
colles sicut minores, prędicatores, fluent
lac, scilicet simplicis doctrinæ minoribus,
& maioribus. Secunda, scilicet Iucundare
partim est de Esaiæ partim de Zacharia.
Tunc enim iucundata est secundum Zacha
riam Sion, id est, ecclesia de Iudeis: &
exultauit Hierusalem, id est, Ecclesia de
gentibus. Tertia, scilicet: Ecce Dominus
veniet, est de secundo aduentu, scilicet
in maiestate. Quarta est: Omnes sitien-
tes. Tunc enim omnes, id est, de omni
genere sitientes, scilicet salutis & scientię
doctrinam uenerunt, secundum Esaiam,
ad aquas baptismatis & doctrine, Quin-
ta est: Ecce veniet propheta magnus: &
ipse renouabit Hierusalem, scilicet dan-
do legem: & noua condendo præcepta. Es. 55
Hoc tempore dicitur per horas capitu-
lum illum: Egredietur virga. Esa. vn-
decimo capitul. & illud. In diebus illis
Hierem. vigesimotertio cap & illud. Erit
in nouissimis. Esa. secundo capitul. & il-
lud. Ecce uirgo. Esa. septimo cap. & illud.
Venite ascendamus. Esa. secundo capitu.

15 ¶Ad missam † vero introitus est: ad te leuaui &c. quia per aduentum Domini in carnem, spes maximè eleuatur. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret: & iterum: Proprio filio non pepercit &c. Et nota quod si quidam
Io. 13 excitentur; alij tamen somno torpent.
Roma. 8. Ideo cantor incipiens: Ad te leuaui animam meam: exaltando vocem ab inferiori ad superius procedit, quod proprium est excitantis, quod etiam notatur in epistola vbi dicitur: Hora est nos iã de somno surgere. ¶Sequitur versiculus: Vias tuas Do
Ro. 13 mine demonstra mihi, quia Christus veniens nobis uias suas indicauit. vnde Esaiæ Erit mons domus Domini &c. Venite ascẽ
Esa. 2 damus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos vias suas. Quæ autem sint uiæ illæ, ostendit epistola, quæ est ad Roman. decimotertio capit. Scientes, quia hora est iam nos de somno surgere. In eo enim, quod ibi dicitur. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, assignatur effectus, quia factus est dies, quando natus est sol: & ideo sequitur sic, ut in die honestè ambulemus, scilicet in omnibus operibus bonis, & induamus nos in similitudine Christi vt sic filij Dei simus, quia propter hoc filius Dei factus est homo, vt homo fieret filius Dei. Orationes primum aduentum respiciunt, & possunt etiam adaptari congrue ad secundum. Postea sequitur responsorium, in quo ostenditur spes, quæ facta est in ortu solis vniuersi, qui te expectãt &c. ¶Sequitur allelu-Ia. Ostende &c. quia tunc ostendit dominus faciem suam, quam qui videt, saluatur. Vnde, cum dixisset Dominus cæco. Quid vis ut faciam tibi? Respondit: Raboni, ut videam, quam faciem non poterant homines antea videre quia erant in regione vmbræ mortis, sed lux orta est eis, quod possunt uidere. Quod autem dicitur: Ostende nobis domine faciem tuam, est sensus: Da nobis cognitionem tuam. Facies † enim Dei in scripturis
16 sanctis non caro, sed diuina cognitio intelligitur, quia per faciem conspectans quis cognoscitur. ¶Sequitur in quibusdam ecclesijs euangelium Matth. xxj. capitu. cum appropinquasset &c. quod ad passionem pertinet, quo ad literam, Ad diem vero hanc quo ad allegoriam, & spiritualem † intelligentiam. Venit enim tunc do- 17
minus Hierusalem per Bethphage, quę interpretatur dominus buccæ, id est, ad ecclesiam, quæ parua erat: in qua Christus apparuit per confessionem, & per montem Olueti, per quam designatur eminentia misericordiæ, per quam venit filius Dei in mundum, & misit discipulos suos dicens: Ite in castellum, id est, iu mundum, & inuenietis asinam & pullum, id est, Iudaicum populum, qui duræ ceruicis est: & Gentilem, sine iugo legis. Item, per huiusmodi animalia, ostendit vias suas: humilia enim sunt. Vnde in Matth. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Legitur etiam ideo, quia ibi habetur: Benedictus qui uenit in nomine domini, quod pertinet ad primum aduentum, & promet alia uerba legitur in alijs ecclesijs illud. Cum appropinquaret Iesus: quod dicitur in dominica palmarum. In alis vero ecclesijs legitur euangelium. Principium Euangelij Iesu Christi &c. quod est Mar. j. capitul. propter illa verba: Ecce Ego mittam angelum meum ante faciem tuam. Et not. quòd in textu euangelij non continetur principium, sed initium. Sed ecclesia ponit principium, pro eo quod legẽs euangelium statim præmisit in titulo: Initium sancti euangelij, ne idem repeti uideatur. In nonnullis ecclesijs etiam legitur: Erunt signa. Sequitur offertorium de spe. Ad te leuaui animam meam, & post communio de eodem, & propter idem legunt euangelium illud. Erunt signa, quod est Luc. xxj. ca. quod pertinet ad secundum aduentum, vbi dicitur: Prope est regnum Dei. Cui adaptatur epistola, ubi dicitur: proprior est nostra salus te: quia prope est regnum tuum Domine, ideo ad te leuaui, dicit in introitu cantor, id est, vetus homo: vel Ioannes baptista, vt quidam dicũt, dicit: Ad te leuaui animam meam, Deus meus, & ideo uias tuas domine demonstra mihi, & hoc in responsorio: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & hoc in allelu-Ia: & quasi de misericordia certificatus, concludit in postcommunione dominus dabit benignitatem, id est, affectum bonum & terra nostra, scilicet caro, dabit fructum suum, id est, bona opera.

SVM-

SVMMA.

1 *Aduentus dominica secunda & quo officio constet. nu. 2. 3.*
4 *Missæ aduentus, secunda dominica introitus. atque eius interpretatio.*
5 *Euangelium dominicæ secundæ aduentus.*

De secunda dominica Aduentus domini. Cap. 4.

1 IN hac secunda dominica aduentus, ut præmissum est, agitur † de secundo aduentu: verum quia gaudere melius est quã flere, & dilectio melior, quam timor, ideo in eo quædã dicuntur pertinẽtia ad secũdum ad
2 uentũ, & quædã ad vtrunque. Ecce. n. in matutinis primum responsorium est. † Hierusalem, cito veniet salus tua, tunc omnes plorabunt: modo est tempus gaudij. aliud est de primo & secundo aduentu. Præterea ibi sunt duo versus secundum quasdam ecclesias: ad idem exprimendum, sicut & in allelu Ia: vt iam dicetur. Primus est: Hierusalem, si me audieris &c. & vtitur Dominus verbis Mosi, ut intelligatur, quòd ipse est, qui Mosi loquebatur. Aliquando etiam vtitur verbis Salomonis, ut sciamus, quòd ipse est sapientia, de qua locutus est Salomon. istud responsorium sumptum est de Michæa, & etiam illud, quod sequitur, scilicet Bethleem, quędam tamen ecclesiæ illud dicunt dominica sequenti, & est de primo aduentu, & loquitur de generatione temporali Christi & æterna, de temporali autem dicit Bethleẽ ciuitas Dei summi quia in Bethleem natus est. De æterna, cum dicit Et egressus eius, sicut à principio dierum de alijs responsorijs patet. ¶In laudibus prima anti-
3 phona est de † secundo aduentu. Ecce in nubibus cœli, &c. In missa vero introitus patet ad vtrunque hoc modo. Populus Sion. Ecce Dominus veniet ad saluandas gentes. Esa. xxx. cap. In utroque enim ad-
Cãt. 2. uentu saluat. Sequitur: Et auditam faciet Dominus uocem laudis suæ. Ipse enim est turtur, cuius vox audita est in terra nostra, quia attulit nouum tempus. Vox eius in secundo aduentu erit. Venite benedicti patris mei &c. uersus autem pertinet ad secundum aduentum: qui Regis Israel, intende, qui deducis Ioseph, id est, de hoc mundo, ducis Ioseph, id est, augmentum, id est, in bono sicut ouem, id est, simplicẽ: & quia in matutinis primum 4
responsorium est Hierusalem, & in missa † introitus est, Populus Sion: ideo in hac dominica fit statio in ecclesia, q̃ dicitur Hierusalem. Sequitur oratio: Excita Domine corda nostra, ad prẽparandas vnigeniti tui vias &c. quæ est de primo aduentu tantũ. Epistola uero de secundo, quæcunque scripta sunt, &c. ad Roma. xv. capitul. ut per patientiam & consolationem scripturarũ spem habeamus & sic inuitamur ad spem, ut quæ patimur, leuia fiant, responsorium pertinet ad utrunque. Ad primum, dum dicit. Ex Sion species decoris eius. Ad secundum, cum dicitur. Deus noster manifeste veniet, versus vero ad primum tantum dicit: Congregate, scilicet ò vos angeli, illi sanctos eius, id est, prædicatores bonos, qui ordinant testamentum eius, scilicet nouum, super sacrificia id est, vetus testamentum. Prius enim est, quod animale est, sicut dicit Aposto. Deinde quod spirituale. vel quod dicit: Congregate hoc in primitiua ecclesia, maximè necessarium fuit, scilicet ò uos boni prædicatores, ut Paulus & alij. Deinde sequitur allelu-Ia, quod in solito modo habet duos versus secundum quasdam Ecclesias: & hoc fit, quia ibi de duplici aduentu agitur. Primus est de primo cum dicitur: Lætatus sum &c. Ante primum enim aduentum Christi desperabant homines de salute. Tunc vero lætati sunt, quando audierunt, quòd filius Dei, homo factus erat. Secundus versus est de secundo. Stantes erant pedes nostri, id est affectus nostri in atrijs &c. Iam enim in spe & desiderio ibi sumus: Euangelium est Luc. xxj. capitul. scilicet. Erunt signa in sole & luna, &c. & est de secundo aduentu tantum. vbi enim ostenduntur signa, quæ fient ante diem iudicij: quoniam totus mundus turbatione sua iudicium Domini ostendet. Ibi etiam sequitur: His autem fieri incipien-

tibus, respicite & lauate capita vestra. Ecce appropinquabit redēptio uestra. Ecce spes. Quædā vero Ecclesiæ legūt euāgeliū: Cum audisset Ioannes in vinculis, quod similiter ad secundum pertinet aduentum, ex eo quod Ioannes quærit: Tu es, qui venturus, es: an aliū expectamus? Cui Dominus. Ecce ego veni ad redimendum, & rursus veniam ad saluandum, quod ex signis coniecturare potestis, quia & cœci vident &c. Offertorium est de primo aduētu. Post communio Hierusalē &c. quæ est Baruch. iiij. & v. capitul. est de utroque. In tertia vero & quarta feria, & sabbato leguntur euangelia de testimonio Christi, scilicet de Ioanne, & de testimonio Ioannis, de Christo & eius aduentu. De quo etiam loquitur epistola. Patientes estote: quæ tunc dicitur.

SVMMA.

1 *Aduentus. dominica tertia. & eius officium.*
2 *Missæ Aduentus, tertia dominica, introitus.*

De tertia Dominica aduentus Domini. Cap. 5.

1 SEQVITVR iij. dominica, in qua similiter agitur de secundo † aduentu. vnde in nocturnis primum responsorium est. Ecce apparebit Dominus super nubem candidam, id est, super carnem, quæ erit candida, per gloriam immortalitatis vt mali timeant in secundo aduentu. Nam in primo aduentu apparuit Dominus super nubem leuem, id est, immunem à peccato, & sumitur hoc responsorium de Apocalipsi. vbi dicitur. Vidi & esse nubes candida. Versus est de utroque aduentu. In laudibus prima antiphona est de secundo aduentu. Veniet Dominus & non tardabit, & illuminabit abscondita tenebrarum ij. quæstio. prima, multi. Omnia enim manifesta erunt quia libri conscientiarū aperti erunt coram eo. ¶ † In missa vero introitus est de secundo aduentu: Gaudete in Domino semper & iterum dico gaudete: ad Philipp. iij. capitul. Apostolus enim non loquitur de primo aduentu, cum dicit: Dominus propè est, sed de secundo aduentu, vnde inuitat ad gaudium spirituale per quod firmiter expectamus gaudia secūdi aduētus, vnde dicit gaudete in Domino semper, scilicet expectando secundum aduentum. & repetitur gaudete: quia gaudium spirituale facit nos dulciter sustinere omnia aspera mundi, ut nihil euellat nos à spe æternorum, & ideo, quia ita necessarium est gaudium spirituale, ista repetit, uel propter gaudium de utroque aduētu, qd habēt sancti. Huius gaudij custos est modestia & ideo sequitur, modestia vestra &c. Hoc gaudiū, quod est pax oībus sanctis, optat ecclesia filijs suis, ī versu cū dicit, & pax Dei quæ eruperat omnem sensum, scilicet hominis, quia nullus homo habet totum vsum pacis huius collectæ, scilicet aurem tuam quæsumus Domine: est de aduētu in mentem. Audita enim collatione de aduentu Dominus sacerdos orat, ut tenebras, quas patimur in eo, quòd falso iudicamur, sua visitatione illustret Epistola: Sic nos existimet hō &c. quæ est. j. ad Cor. iiij. c. est de secundo: aliæ ecclesiæ dicunt epistolam Gaudete in Domino semper, quæ est ad Philip. iiij. c. responso. j. qui sedes super Cherubin, manifestare corā Ephraim, id est, frutificantem in bonis operibus Beniamin, id est, filiū dextrę & Manasse, qui oblitus, est terrenorum hoc fiet in iudicio. Versus etiam. Qui regis Israel, est de primo qui dicitur ad secundum allelu-la. Excita Domine, etiam est de primo euangelio. Cū audisset Ioannes &c. quod est Mat. xj. c. similiter est de primo. Quidam enim de discipulis Ioannis non credebant Christum esse Messiam promissum in lege, vnde misit eos ad Christū ut interrogarēt eū. Tu es, qui vēturus es: an alium expectamus? vt per uisa miracula Christū iam uenisse cognoscerēt quasi diceret. Ipse multo melius scire deberet, quam ego & dixit eis Iesus, cœci vident &c. quasi diceret, uos estis magistri. non ergo scitis, hoc quod dicitur in Esa. xxxv. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperientur linguæ mutorum, & loquitur de tēpore Messie. q. d. facta probāt. Offertorium etiam est de primo aduētu. Post cōmunio de secundo. Dicite pusillanimes cōfortamini. oportet enim, quòd pusillanimes confortentur ad hoc, ut sustineant tribulationes, & sic expectent cum fiducia secundum aduentum.

SVMMA.

1 *Ieiunia quatuor temporum in primitiua ecclesia ter fiebant inno. Hodie quater. Et curita, nu. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
3 *Anni quatuor temporum qualitas.*
10 *Ieiunia triplicia. item, primitiarum.*
11 *Ieiuniorum dies, pridem institutus, mutatus est à Leone Papa.*
12 *Ieiunium tractum est à veteri lege & nu. 13*

De quarta feria, & ieiunijs quatuor temporum. Cap. 6.

1 IN hac septimana fiunt ieiunia quatuor temporum. Vnde hic primo de illis, Secundo de alijs ieiunijs, Tertio de huius diei officio prosequamur. In † primitiua quidem ecclesia statutum fuit quòd ieiunia quatuor temporum fierent ter in anno. Sed Calixtus Papa lxxvj. distinctio. ieiunium constituit quater in anno fieri, nā & Iudæi quater in anno ieiunabant, scilicet ante pascha: ante pentecostem, ante scenophegiam in Septembri, & ante encœnia, de quibus dicetur in proœmio vij. partis. Si enim tantum ter in anno in tres partes diuiso ieiunaretur, fortè aliqui remanerent dies: de quibus primitias non redderemus: in istis enim ieiunijs primitias temporis exoluimus, vt iam dicetur. De quibus Zacharias ait: Ieiunium quarti, quinti, sexti, & decimi, domui Iuda, & Hierusalem dies festos vertet in gaudiū. Quater ergo ieiunamus in anno. ¶ † Primo, vt quatuor elemēta in nobis vitiata, id est corpus nostrum ex eis cōstans, in quatuor anni temporibus castigetur. Homo enim constat ex quatuor elementis, quantum ad corpus, & ex tribus potentijs, quantum ad animam, scilicet rationali, concupiscibili, & irascibili. Vt ergo illa moderentur in nobis, quater ieiunamus in anno p tres dies, vt quaternarius numerus ad corpus, & ternarius ad animam referatur. Siquidem annus diuiditur in quatuor tempora, quæ sūt Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems, quæ propter sua delectamenta à Dei amore nos auertere solent. Ver † calidum, & humidū, tunc ergo ieiunamus, ut elementum amoris castigetur in nobis, ne consentiat falsæ pulchritudini ueris. Ieiunamus itaque contra luxuriam, ex humore & calore nascentem. Aestas calida est, & sicca, tunc ergo ieiunamus, ut elementum caloris in nobis castigetur, ne consentiat incendio carnali, uel tunc ieiunamus contra superbiam, quia tunc fructus terrarum qui florent & maturantur, superbiendi materiam præstāt. Autumnus est frigidus & siccus: tunc ergo ieiunamus, ne aliquo languore animi, arescamus & defluamus, & sine pinguedine olei in tabernaculo ęterno inueniamur. Vel tunc ieiunamus contra auaritiam: quia tunc messes colligimus, & habemus. Hyems frigida & humida est, vnde tunc ieiunamus, ne membra nostra fluxu atque luxu soluantur in comessationibus & potationibus: ac per hoc amor Dei negligatur: vel tunc ieiunamus contra pigritiam, quia torpemus frigore. Ieiunamus ergo † in dictis quatuor temporalibus anni, vt per ieiunia pręseruemur à vitijs, & quę deliquimus, in illis purgentur. Rursus quoniā quodlibet tēpus tres habet mēses, ideo quater ieiunamus in anno tres dies, unū diē ieiunantes pro mense, ut sic satisfaciamus in die quod deliquimus in mēse. † Secundo, etiam ideo ieiunamus, nam primum ieiunium fit in Martio. s. in prima septimana quadragesimæ, vt in nobis virtutum germina oriantur, vt in nobis inarescant vitia quæ nequeunt omnino extingui. Secundum fit in æstate, in septimana pētecostes: quia tūc uenit Spiritus sanctus, & nos debemus esse fernētes in Spiritu sancto. Tertium fit, in Septembri ante festum Michaelis, quando fructus colliguntur, & nos debemus Deo reddere fructum bonorum operum. Quartum fit in Decembri, qñ herbæ moriuntur, quia & nos mundo mortificare debemus. Tertio † ideo, quia Ver refertur ad pueritiam, æstas ad adolescentiam, autumnus ad maturitatem, siue virilitatem: hyems ad senectutē. Ieiunamus ergo in vere, ut simus pueri, per innocentiā. In ęstate, vt efficiamur iuuenes, per con-

Zach. 8

constantiam. In Autumno, ut maturi per
modestiam. In hyeme, ut senes per pruden
tiam & honestam uitam. Quarto ideo in
7 quatuor † anni temporibus ieiunamus, ut
Deus nobis conseruet omnia, quæ ad hu
manum usum in illis temporibus de terra
8 nascuntur. Quinto, ad † significandũ qua
tuor, quæ fuerunt in illis quatuor tempo
ribus, scilicet conceptio Domini in uere:
natiuitas in hyeme, conceptio Ioannis Ba
ptistę in autumno, & eius natiuitas in æsta
9 te. Sexto, secundum Hier. ob† diuersas pla
gas quæ in illis temporibus acciderunt. In
quibus autem diebus & quare hæc ieiunia
fiant, in viij. parte sub titu. de anno solari
dicetur. hæc ergo ieiunia vocãtur quatuor
temporum, quia in præmissis quatuor an
ni temporibus fiunt. Vocantur etiam ieiu-
10 nia triplicia, † pro eo quia fiũt tribus die
bus quibus homines ieiunant in septima
na. Antiqui enim ieiunabãt eisdem ferijs,
& postea superaddita sunt ieiunia ista. Vo
cantur etiam ieiunia primitiarũ, quia cum
in lege præceptum sit, ut primitiæ & deci
mæ Deo dentur, placuit sanctis patribus,
ut dicit Aug. ĩ lib. de doctrina Christiana
soluere decimas, & primitias temporis, vn
de pro primitijs instituerunt ieiunia qua
tuor temporum, & inde dicta sunt ieiunia
primitiarum, pro decimis uerò instituerũt
11 ieiunia quadragesimæ. ¶ Sciendum † autẽ
est, quòd ieiunia uernalia primo instituta
fuerunt in prima septimana Martij. Aesti
ualia, in secũda Iunij. Autumnalia, in ter
tia Septembris. Hyemalia, in quarta De
cembris, sed propter multa, quæ inde sur
gebant incõmoda, statuit Leo Papa lxxvj.
dist. huius. ut hyemale fiat in tertia septi
mana aduentus. Vernale in prima septima
na quadragesimæ. Aestiuale in prima se
ptimana post pentec. Autumnale uerò fiat
secundum ueterem institutionem. Quare
ieiunia instituta sunt in dictis mensibus, &
quare in eis fiunt ordinationes: uide in se
ptima parte sub sabbato post dominicam
xvij. & in proœmio secundæ partis. Caue
tamen in computatione septimanarũ men
sis Septembris, quia si ipse mensis incœpe
rit in prima, uel in secũda, uel in tertia, uel
in quarta feria, illi dies computantur pro
prima septimana illius mensis, & in tertia
ab illa ieiunium fiet. Si uerò mensis ipse
incœperit in quinta, uel in sexta, uel in se
ptima feria, tunc in sequenti dominica in
cipies computare primam septimanam, &
in tertia post illum ieiuniũ fiet, & sic dies
præcedentes nihil operantur, quantum ad
computationem septimanarum. Veruntamen
secundum primariam ecclesiæ insti
tutionem ieiunia Veris dicuntur prima,
quia fiebant in primo mense, scilicet in Ia
nuario, qui apud Romanos primus mensis
fuit: ieiunia æstatis dicuntur quarta, quia
fiebant in quarto mense, scilicet in Iunio.
Ieiunia Autumni septima, quia fiũt in men
se septimo, scilicet in Septembri. Ieiunia
hyemis decima, quia fiunt in decimo men
se, scilicet in Decembri. Vnde Zacha. viij.
cap. ieiunium primi, & ieiunium quarti, &
ieiunium septimi, & decimi, scilicet men
sis, erit domui Iudę in gaudium. lxxvj. dist.
ieiunium quarti. Sed cum hęc ieiunia reco
lant quatuor anni tempora, ut dictum est,
quare aguntur in primo mense, & in quar
to, & in septimo, & in decimo, cum princi
pia temporum non sint in his mensibus?
Respondeo hoc † ieiunium tractum est de 12
ueteri lege. unde agitur in illis mensibus
nostris secundum numerum mẽsium illius
temporis. Iudæi enim secundum lunatio
nes ieiunabant, scilicet in prima, in quar
ta, in septima, & in decima, & hoc est quod
legitur ieiunium primi, ieiunium quarti,
ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi, quia
sicut in prima lunatione est principiũ an
ni illorum, sic & Martius est principium
anni nostri. Quòd autem ieiunia nostra or
tum habuerunt à ueteri lege, apparet ex
† hoc, quod à ieiunio ueris, usque ad æsti 13
uale sunt xiiij. hebdomadæ, quia tot gene
rationes fuerunt ab Abraham usq; ad Da
uid. Item, ab æstiuali usque ad autumna
le, sunt similiter xiiij. septimanæ, quia tot
generationes fuerunt à Dauid, vsque ad Ie
coniam. Item ab autumnali, usque ad hye
male, aliæ 14. quia tot reges fuerunt à Ie
conia, usque ad Christum, computatis re
gibus illis, quos Matthæus in suo Euange
lio prætermisit.

SVMMA

1 *Ieiunium, quid. & nume. 2. Et vnde dicatur. numero 3.*

-Ieiu

4 *Ieiunijs inest authoritas, ex tribus.*
5 *Ieiunij commendatio, & vis.*
6 *Ieiunium aliud, quàm multiplex, & eorum particularis discutio. nu. 7.*
8 *Vigiliæ, quid. vnde dictæ. Et cur sublatæ.*
9 *Votorum multiplex differentia.*
10 *Ieiunium compassionis. Et quotupliciter fiat ipsa compassio, nu. 11.*
12 *Ieiunia, quæ ab ecclesia instituta.*
13 *Ieiunare qui teneantur.*
15 *Ieiunium soluere, ante horam, peccatum.*
16 *Ieiunandum an sit in vigilijs Apostolorum, & quorum, & nu. 17. 18. 19.*
20 *Ieiunium habent, inter martyres solus Laurentius, inter confessores, Martinus.*
21 *Ieiuniũ non soluunt serui prægustantes cibos.*
23 *Piscis caro cur non interdicitur in ieiunio.*

De alijs ieiunijs. Cap. 7.

QVIA de ieiunijs quatuor temporum mẽtio
facta est, consequẽs est, ut de alijs ieiunijs hic
aliqua perstringamus.
1 † Est autem ieiunium
cõmunis omnium mẽ
brorum satisfactio: vt, scilicet membra sa
tisfaciant secundum peccatum, quod com
miserunt uel gesserunt: ut si gula peccauit,
ieiunet, & sufficit, quia. n. sola fuit in culpa
sola sit in pœna. similiter si oculus: unde
Tre. 3 Hiere. Oculus meus depredatus est animã
meam, & per fenestras oculorum meorum
mors intrauit in animam. & Augu. Oculo
nihil est nequius, & sic de alijs membris.
2 † Vel ieiuniũ, est parsimonia uictus & ab
stinentia ciborum. Augu. dicit: Maximum
& perfectum ieiunium est, abstinere ab ini
quitatibus, & à carnis uoluptatibus, & de
lectationibus huius seculi. unde Pius Pap.
de conse. distin. v. nihil ait: Nihil prodest
orare & ieiunare, nisi mens ab iniquitate,
& ab obtrectationibus lingua cohibeatur,
3 & dicitur † ieiunium, à ieiuno, quod est
quoddã intestinum in homine, quod sem
per est uacuum & subtile, sic & nos ieiunã
tes debemus esse uacui à superfluis & à ui
tijs tam in corpore, quam in mente. ¶ † Au
4 thoritas ieiunij est ex tribus: ex persona,
& ex loco, & ex tempore. Ex persona, quia
præcepit Deus Adæ & Euæ, ut abstinerent
à fructu ligni scientiæ boni & mali. Et lo
co, quia in paradiso institutum fuit, & ini
tium habuit xxxvj. dist. vj. Ex tẽpore, quia
ab antiquo præceptum est celebrari. crea
to nanque homine, in primo mundi exor
dio dictum fuit ei. De ligno scientiæ boni
& mali ne comedas. Et quia fuit celebra
tum ante legem à Mose, & sub lege ab He
lia, & in tempore gratiæ à Christo. Moses
enim non comedit, neque bibit 40. diebus.
Helias quoque ambulauit 40. diebus & 40
noctibus in fortitudine subcinericij panis.
& Christus 40. diebus & 40. noctibus ieiu
nauit. Fuit etiam celebratum in sex ætati
bus. Nam in ea ætate, quæ fuit ab Adam
usque ad Noe, fuit abstinentia carnium, &
uini xxx. d. ab exordio, à Noe uerò, in po
sterum fuit concessum uinum & carnes, &
sic de cæteris ætatibus. † Commendatur 5
autem ieiunium exemplis, quoniam Eua
quandiu ieiunauit, & abstinuit in paradiso
& uirgo permansit: Adam, quia ieiunium
uiolauit, à delicijs paradisi in summam mi
seriam corruit. Helias, quia ieiunauit, in
cœlum curru igneo raptus est. Moses post
ieiunium, cum Deo locutus est. Hierusalẽ
per ieiuniũ, liberatur à Sennacherib tem
pore regis Ezechiæ & Esaiæ. Iona quoque
prædicante præstatur uenia Niniuitis in
sacco & cinere, & ieiunio pœnitentiã agen
tibus. Ieiunamus etiam exemplo Apostolo
rum, ut dicetur sub quarta feria pente.
¶ † Porrò ieiunium aliud corporis est & 6
carnis, aliud mentis, aliud anaritiæ, aliud
fastidij, aliud dispensationis, aliud deuo
tionis, aliud uotiuæ promissionis, aliud
suppletionis, aliud compassionis, aliud in
spirationis, aliud circunspectionis, aliud
rationabile, aliud irrationabile, aliud qua
litatis, aliud quantitatis, aliud numeri, a
liud summæ exactionis, aliud alterãtis, a
liud zerophagię, aliud meroris, aliud exul
tationis, aliud uanitatis, siue hypocrisis, a
liud uirtutis siue charitatis, aliud indictio
nis, aliud necessitatis, aliud institutionis,
aliud uoluntatis, aliud pranitatis. † Sanè 7
ieiuniũ corporis & carnis est, quando quis
abstinet à cibis, ne nimis pinguescat, uel
ut ab infirmitate liberetur, uel quia co
medere non potest, & hoc nullius est meri
ti. Ieiunium mentis est, quando quis abstì
net non uitijs uel etiã à cibis, ne caro pin
guescat

Universidad de Deusto Biblioteca

guescat lasciuijs. Ieiuniũ auaritiæ, vt burſæ parcatur. Ieiunium faſtidij eſt, quod fit vt appareat. Ieiunium diſpenſationis eſt, quod celebratur in vigilijs ſolennium dierum & magnarum feſtiuitatum, vt natalis † Domini, quę ideo dicuntur vigilię, quoniam antiquitus in pręcipuis ciuitatibus duo nocturnalia agebantur officia, & populus qui ad feſta venerat tota nocte, in Dei laudibus in eccleſia vigilabat, quod adhuc Romæ & in pleriſque locis in magnis feſtiuitatibus, præſertim ſanctorum patronorum eccleſiarum obſeruatur. Sed quia luſores & cantores conueniebant, & turpibus cantilenis & ſaltationibus, & comeſſationibus, potationibus, & fornicationibus intendere cœperunt, propter hæc & multa alia inconuenientia, quæ fiebant, huiuſmodi vigiliæ ſunt interdictę, & inſtitutum, vt loco earum fiant ieiunia, quæ ieiunia adhuc retinent nomen officij, nã cõmuniter vigiliæ & non ieiunia nuncupantur. Si quis tamen ieiunaret, & honeſtè in eccleſia vigilaret vtique benefaceret: pro ut fit in natiuitate Ioannis Baptiſtæ, propter eius reuerentiam. Hæc igitur inſtitutio dicitur diſpenſatio, quia ieiunium ponitur loco vigiliarum, de hoc dictum eſt in v. parte ſub titu. de nocturnis. Ieiunium deuotionis eſt, ad quod quis neceſſario nõ tenetur, quod inferius voluntarium appellatur. Ieiunium votiuæ promiſſionis eſt, vt ſi quis vouet, quod certa die ieiunabit, vel à carnibus abſtinebit. ¶ † Et nota quòd vota ex diſcretionis conſenſu, comite ratione emiſſa, Deo reddenda ſunt: iuxta illud. Vouete & reddite Deo vota veſtra: Votorũ autem aliud eſt neceſſitatis, aliud ſponteneæ voluntatis. Neceſſitatis eſt, quod eſt fidei annexum, vt quod fit in baptiſmo, puta fidei catholicæ profeſſio, & Satanę abrenuntiatio, vt votum obſeruationis decem præceptorum legis & continentiæ, quam quis in ſuſceptione ſacri ordinis vouet, & talia vota quiſque inuiolabiliter obſeruare tenetur. Spontaneorum verò votorum aliud eſt indiſcretum, aliud diſcretum. Indiſcreta ſunt vota puerorũ & puellarum dum ſunt in parentum poteſtate. Vnde illis vouentibus irritari poſſunt. Si igitur puella intra nubiles annos vouerit caſtitatem perpetuam, licitè nubere poterit, parentibus vel curatoribus illam ad hoc cõgentibus. Indiſcretum eſt, etiam votũ mulieris, in poteſtate viri exiſtentis. vnde ſi illo inſcio vouerit peregrinari, vir votũ huiuſmodi poterit reuocare, quia ipſa non habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. Indiſcretio etiam attenditur, quandoque circa prouectos & liberos vt ſi fortè quis vouerit, ad quod perficiendum, ſufficere nequit: vel in quo natura ita debilitaretur, quòd poſſet fieri ſui ipſius homicida, vel quod ſine licentia alterius complere nequit, vel quod non ex deliberatione, ſed ex iracundiæ calore emittitur talia potius ſunt ſpernenda, quàm executione digna. Ieiunium ſuppletionis eſt, vt ſi quis vltra pœnitentiam ſibi à ſacerdote iniunctam, aliquid ſuppleat de ſuo. † Ieiunium compaſſionis eſt, vt ſi ſacerdos alicui dicat, pro hoc peccato fac cantare duas miſſas & ieiunia, & ego pro te cantabo, & tres dies ieiunabo: propter hoc tamẽ debet aliquid recipere, quia ſacerdos debet compati proximo ſuo, & orare pro eo, etiam ieiunare, poteſt dici compaſſio: vt ſi quis petit à ſacerdote pœnitentiam patri ſuo iniunctam, vt pro parte peragat patrem illius. † Quatuor enim modis fit huiuſmodi compaſſio quandoque per ſacrificia, quandoque per ieiunia, quandoque per orationes, quandoque per eleemoſynarum elargitionem. Ieiunium inſpirationis eſt, vt in beato Nicolao, qui adhuc infans & manens in cunabulis, tribus diebus in hebdomada, à mãmillis matris ſuæ abſtinebat, vel, vt alij dicũt, quarta feria & ſexta, ſemel tãtum ſugebat mammillas. Ieiunium circũſpectionis eſt, quando pro aliqua imminente tempeſtate pro periculo hoſtium, vel pro caſu cuiuſlibet anguſtiæ ieiunamus. Ieiunium rationabile eſt, quando cibum & potum moderatè ſumimus, nec naturam debilitamus. vnde Apoſtolus: Rationabile ſit obſequium veſtrum, non in comeſſationibus, & ebrietatibus. Irrationabile eſt, ſi quis velit ieiunare per duos vel per tres dies, vel per totã hebdomadã, quod non approbat Deus: vult enim hominem ſic ieiunare, vt cogatur natura vitijs mori, non vt cogatur diſſolui. vnde prohibetur ieiuniũ, quod quidam faciunt à cœna Domini, vſque ad paſcha. Ieiunium qualitatis eſt, ſi quis vouet ſe

ſe ulterius non comeſturum carnes. Ieiuniũ quantitatis eſt, ſi quis comedat ad pondus, uel ad menſuram, non plus una, die quàm altera, uel ſi quis nouerit ſe non comeſtum, niſi tanti ponderis panem. Ieiunium numeri, eſt, quãdo quis uouet, quòd de cętero nõ comedet, niſi una uice in die, cogitãs quòd comedere pluries in die, bel luarum eſt, & comedere bis, hominum ſemel, angelorum. Ieiunium ſummæ exactionis eſt, in his, qui non comedunt, niſi olera, radices, & herbas, ut Ioannes Bap. in deſerto, & Maria ægyptiaca in eremo, qui cũ duobus panibus tantum, Iordanem tranſiens, auſteram uitã in eremo. xlvij. annis egit. Ieiunium alternitatis eſt, ut cum qui uno die comedit & alio die ieiunat. Ieiunium zorophagiæ, eſt ſicca comeſtio, à ζωρὸς quod eſt uinum, uel ſiccum, & φάγειν quẑ eſt comedere. vnde Priſcianus in zoropha go Biſantij. Sicca uerò comeſtio eſt, ut in fructibus, pomis, piris, caſtaneis, & conſimilibus. quidam tamen ſiccam comeſtionem appellant legumina ſiue cruda ſiue cocta: etiam ſi lixata comedantur cum cocleari. Ieiunium mœroris conſiſtit in uno, ſcilicet in abſtinentia ciborum, & fit propter duo, ſcilicet propter corporalem abſtinentiam & ſpiritualem ſponſi, hoc repreſentat eccleſia in tribus quatuor temporibus. Ieiunium exultationis conſiſtit in duobus, ſcilicet in abſtinentia ciborum, & mundanarum rerum, & fit propter unum, ſcilicet propter internę dulcedinis pręguſtationẽ. Iuxta illud: Guſtate & uidete, hoc repreſentat Eccleſia in uigilia & hebdomada poſt pentecoſt. utrunque uerò repreſentat in tempore Aduentus, prout ibi dictum eſt. Eſt ergo duplex ieiunium, ſcilicet tribulationis & gaudij ſine mœroris & exultationis, ſicut habetur in glo. ſuper illo loco Matth. ix. c. Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu fuerit ſponſus cum eis. Ieiunium uanitatis ſiue ſimulationis, uel fictionis, eſt in hypocritis. Ieiunium uirtutis ſiue charitatis eſt in ſanctis & perfectis. Ieiuniũ indictionis eſt, vt in die beati Marci. Ieiunium neceſſitatis eſt in imperfectis. Inſtitutionis, eſt ieiunium quadr. & alia à ſanctis patribus inſtituta: quæ quare inſtituta fuerint iam dictum eſt, & dicetur ſub titu. de capite ieiuniorum. Et nota, quòd ieiunium indictionis neceſſitatis & inſtitutionis, ad idem referuntur. ¶ † Ieiunia neceſſaria, id eſt, per eccleſiam inſtituta & indicta, ſunt ieiunia quatuor temporum, & uigiliarum, Apoſtolorum: natiuitatis Domini, beati Ioannis Baptiſtæ, omnium ſanctorum, aſſumptionis beatæ Mariæ: beati Laurentij, quadrageſimæ & ſextæ feriæ præter illas, quæ ſunt inter paſcha & pente. & præterquam ſi natiuitatem Domini in ea uenire contingat, niſi tunc aliqui voto uel religioni ſint adſtricti. Dicunt tamen quidam, quòd ieiunium ſextæ feriæ non eſt neceſſitatis, niſi quo ad carnes, alioquin non liceret Ciſtercienſibus illud mutare. Sed ſecũdum Leonem Papa licet non ſit neceſſitatis ſabbato à carnibus abſtinere: rationabilis tamen conſuetudo & canon Innocen. aliter interpretatur, eo quòd in illo triduo poſt paſſionem Domini tota fides in ſola beatã uirgine Maria remanſit. Generalia quoque & ſpecialia ieiunia per epiſcopos in ſynodo & concilijs inſtituta ſolui non debent. † Siquidem ad neceſſaria ieiunia tenentur doli capaces, cum & ipſi delinquere poſſint, diſpenſari tamen poteſt circa hoc cum impuberibus, & etiam cõſtitutis in maiori ætate, & cum ſenibus, & infirmis ac debilibus. Mulieres uerò licet propter uirorum prohibitionem ieiunia uotiua uoluntaria dimittere debeant, prout ſupra dictum eſt: indicta tamen per eccleſiam non licet, & ſi in illis ſacerdos fortè propter ſcandalum, cum eis ualeat diſpenſare. Aliter enim indicta ieiunia redimi pecunia, uel alio modo nequeunt, niſi caſualis neceſſitas ſubſit: tunc enim bene poſſunt redimi vel commutari ſicut & ieiunium feſti, quod eſt die lunæ, fit in ſabbato. Vnde & in quibuſdam locis, in quibus ſunt eccleſiæ ſancti Quintini, non ieiunatur in uigilia omnium ſanctorum, ſed die tertia præcedenti: De hoc dictum eſt in proœmio ſecundæ partis. Poſſet etiam ſtatui, ut quidam dicunt, ut in dictis ieiunijs bis, parũ tamen comederetur: ſicut faciunt Ciſtercienſes operantes, qui ad tollendum ſcandalum & charitatẽ ſeruandam aliquid præguſtant, nec propter hoc ieiunium per eccleſiam indictum ſoluere dicuntur. Voluntaria verò, ſcilicet ad quæ aliq voto uel propoſito, ſe adſtringũt, vel

vel etiam quæ ſacerdos præter indicta pro
peccata imponunt, licet commutare
& redimere, etiã ſi nulla cauſa ſubſit, dum
15 modo vtilior ſit compenſatio. ¶ † Cæterũ
comedere ante horã comedẽdi, & ante miſ
ſam in ieiunijs ſtatutis, & neceſſarijs, mor-
tale peccatũ eſſe ſacri canones affirmãt, in
16 voluntarijs verò veniale. † Circa vigilias
Apoſtolorum notandum eſt, q̃ ieiuniũ pa
ritatis, quando videlicet paria ſunt ſancto
rum merita, pariter ieiunamus, ſicut patet
in vigilijs beatorum Iacobi & Bartholo-
mæi & aliorum Apoſtolorum, qui non ha-
bent ieiunia inſtitutionis: in quibus ieiu-
namus, pro eo quod fuerunt Apoſtoli: quo
niam alij Apoſtoli vigilias habent. Cum
enim ſint meritis pares, decet vt omnes ha
beant ieiunia. vnde concil. Bracharenſe di
cit, quòd omnium Apoſtolorum vigiliæ
ſunt ieiunandæ præter vigilias Apoſtolo-
rum Philippi & Iacobi & Ioannis Euange
liſtæ. Eccleſia tamen gallicana non tenet,
niſi de ſex Apoſtolis, & de quatuor eorum
ieiunijs. Petrus & Paulus habent pariter
vnum, quia eadem die paſſi ſunt. Simon &
Iudas habent aliud. Matthæus habet ter-
tium. Andreas quartum. in vigilia iſtorum
ieiunandum eſt, vt ſicut illi paſſi ſunt pro
Chriſti nomine, ſic & nos cum eis compa-
tiamur, ſi cum eis regnare uelimus. De a-
lijs verò Apoſtolis inſtitutum non eſt pro
pter aliqua impedimenta. Ecce enim
feſtum Philippi & Iacobi eſt inter Paſ-
cha & pentec. quod tempus gaudij eſt &
lætitiæ, ideoque tunc non eſt ieiunium. Si
opponatur de ieiunijs litanijarum. Reſpon
detur quòd neceſſitas interuenit, prout ibi
dicetur, uel id non eſt ieiunium neceſſita-
tis, ſed uoluntatis, & de eo, quòd quidam
propter expectationem Spiritus ſancti ie-
iunant ab aſcenſione, uſque ad pẽtecoſten
pro eo quòd Apoſtoli dicuntur, hoc tem-
17 pore ieiunaſſe. Reſpondetur, † quòd nulla
ſcriptura authentica dicit Apoſtolos tunc
ieiunaſſe. Vnde tunc ieiunandum non eſt,
quia tempus illud eſt de tempore paſcha-
li. In vigilia tamen pentecoſtes bene ieiu-
nandum eſt, vt per ieiuniũ mundati & pu-
rificati Spiritum ſanctum dignè ſuſcipere
mereamur. Item, Iacobus Zebedæi frater
Ioannis Euangeliſtæ, occiſus eſt ab Hero-
de in diebus azymorum: quare ieiunium
non habet, nec etiam tunc de illo feſtum
celebratur: prout in ſeptima parte ſub ip-
ſius feſto dicetur. De beato Bartholomæo
cuius feſtũ celebratur: nono Calendas Se
ptembris: dicitur, quòd fuit excoriatus, &
ſequenti die obijt, & ſic ſi haberet uigiliã,
oporteret q̃ eſſet tertia die ante, qd̃ eſſet
cõtra normã aliorum feſtiuorũ ieiuniorũ.
Quidam aũt celebrant feſtum excoriatio
nis: alij obitus, & melius. Sed ſicut in conci
lio Bracharen. cauetur, in hoc conſuetudo
cuiuſlibet eccleſiæ eſt obſeruanda. † Bar- 18
nabas autem non habet ieiunium, quia nõ
eſt de numero 12. Apoſtolorum, nec dici-
tur Apoſtolus, niſi quia cum eſſet ſocius
Pauli, miſſus etiam fuit ad prædicandum,
unde: Segregate mihi Barnabam & Pau-
lum. De beato quoque Thoma non eſt ie-
iunium ſtatutum. quia eius feſtum eſt in
aduentu Domini, ubi continuum eſt ieiu-
nium. Matthias etiam ieiunium inſtitu-
tionis non habet, quia frequenter feſtum
illius ſolet contingere in quadrageſima,
& ſemper eſt in ſeptuageſima, & tunc eſt
tempus ieiunij, uel quia non fuit in primi
tiuis Apoſtolis, ſed poſt paſſionem Domi- Act. 1
ni ſorte eſt electus, & per electionem alio- Pſal.
rum loco Iudæ conſtitutus: vnde prophe- 108
ta. Et epiſcopatũ eius accipiat alter. De-
cretalis tamen dicit, quòd hic habet uigi-
liam & ieiunium, nec eſt uis, ſiue iſtud fe-
ſtum fiat in prima die biſſextili, ſiue in ſe-
cunda, prout in viij. parte ſub anno ſolari
dicetur. Ioannes Euangeliſta feſtum habet
tertia die poſt natale Domini, & tunc nõ
eſt ieiunium. tum propter feſta, tum occur
rentia: tũ quia ipſe die illa non obijt, imo
in die feſti beati Ioannis Baptiſtæ. † Si ta- 19
men fieri poſſet, bonum eſſet in omnibus
Apoſtolorum uigilijs ieiunare. † Beatus 20
Laurentius ſolus inter martyres, & ſolus
beatus Martinus inter confeſſores ieiunũ
habent. Porrò, dicunt quidam, quòd non
ſoluit ieiunium: licet peccet qui in ieiu-
nijs indictis, præter, quàm in quadrageſima
comedit caſeum & ouũ. Alij contradicunt.
Ex cauſa tamen in aliquibus locis hoc poſ-
ſet concedi. ii j. diſtin. deinde. De ieiunio
itaque quadrageſimæ Greg. ita dicit. Par
autem eſt, ut qui his diebus à carne anima
lium abſtinemus, ab omnibus quoque que
ſementinam trahunt originem carnis, iein
nemus

nemus à lacte, uidelicet caſeo & ouis. Qui
dam autem hæretici dicunt, quòd Chriſtia
ni nunquam deberent carnes, caſeum, & o-
ua comedere: quia, ut dicuntur, hoc non le
gitur in nouo teſtamento: imo Apoſtoli iu
dicarunt abſtinere ab immolatis ſimula-
chrorum, & ſanguine, & ſuffocato. Et Apo
ſtolus: Si eſca ſcandalizauerit f. m. non m-
c. in æter. Et alibi: Bonum eſt, non man-
ducare carnem, neque bibere uinum &c.
Non legitur etiam, ut dicunt, quòd Chri-
ſtus ex aliqua natura eorum, quæ mouen-
tur, diſcipulis ad mãducandum daret, nec
etiam ante ſe manducare ſineret præter
piſces, nec ex fructu alicuius, quæ moueat
ſe, excepto fructu apum. Electuarijs uerò
non aliter uti licet, niſi ſicut alio cibo de-
licato. Secus eſt in medecina curatiua: pre
ſeruatiuam tamen, ubi nullum eſt ſignum
inſtantis neceſſitatis, recipere non licet.
Quidam tamẽ dicunt, quòd pro nulla me
decina, nec etiam pro electuarijs ieiuniũ
ſoluitur: nec etiam pro potu ante cibum
21 uel poſt. † Sic enim uidetur inductum ex
conſuetudine eccleſiẽ ieiunantis, & hoc to
lerantis. Seneſcalchi autem, uel quilibet
alij ſeruitores, uel portantes encœnia, non
ſoluunt ieiunium, ſi prægnſtant cibos ante
dominos, fortè de toxico dubitantes. Qui
bus etiam caſibus monachi abbatibus ſeru-
ientes, & alij ſeruitores poſſunt carnes
prægnſtare. Idemq; etiam de medicis pre-
gnſtantibus medicinas. Tempore ieiunio-
rum prætioſæ veſtes deponuntur, & humi-
les aſſumuntur, & carnes tam ſolidæ quam
22 liquidæ dimittuntur. † Sed cum piſces ſint
caro, quare hoc tempore comeduntur? Re
ſponſio, Deus non maledixit aquis, quo-
niam per aquam baptiſmi futura erat re-
miſſio peccatorum, hoc enim elementum
digniſſimum eſt, quod ſordes abluit, & ſu-
per quod ſpiritus Domini ante mundi cõ-
ſtitutionem ferebatur: terræ uerò maledi
cit in operibus hominis. Inde eſt, quòd om
ne genus carnis, quod in terra uerſatur, tã
quadrupedia, quam aues, in ieiunis non li
cet comedere. Et licet quædam aues circ
ca mare uerſentur, & in aquis, quædam in
eis uel ex eiſdem naſcantur, magis tamen
ad naturam terræ à qua nutrimentum per
cipiunt, ad hoc pertinere dicuntur. Adhuc
cum quidã piſces ſint habentes ex una par-
te formam quadrupedis animalis, & ex al
tera piſcis, biuerus in ieiunijs poteſt com-
medi ex parte, quæ piſcis uidetur, ex alia
uerò minimè. Adhuc piſcis uſus ſecundum
Greg. ita Chriſtiano relinquitur, ut hoc ei
infirmitatis ſolatium non luxuriæ pariat
incendium. Denique, qui à carne abſtinet,
nequaquam ſumptuoſiora maritimarum
beluarum conuiuia præparet. Vinum quo-
que in ieiunio ſic bibere permittitur, ut
ebrietatem omnino fugiamus. Vnde in pe
nitentiali Romano ſtatutum eſt, ut pœni-
tens paruis piſciculis, & mediocri ceruiſia
tẽperatè utatur. extrà de homicid. cap. ij.
Poſtremo notãdum eſt, quòd ſicut ait Gre
gor. in homilia illius Euangelij. Homo
quidam diues fecit cœnam magnam, re-
fectio corporis in diebus ieiuniorum poſt
quam nulla alia paratur. non prandium,
ſed cœna uocatur.

Actu 15
1. Cor. 8
Ro. 14

SVMMA.

1 *Officium quartæ feriæ ieiunorum Aduentus.*
2 *Lectiones duæ, cur legantur quarta feria qua tuor temporum. In miſſa vna tantum. nu. 3.*
4 *Diaconus vnus in quibuſdam eccleſiis, incenſat quinta feria aduentus. Et quare.*

De officio quartæ feriæ. Cap. 8.

NVNC ad huius diei officiũ redeamus. † Siquidẽ 1
in hac quarta feria exa
minantur ordinandi: an
ſint idonei ad ſuſcipien
dos ordines, uel non:
quoniam in quarta æta
te Leuitæ à Dauid, & à Salomone ad tem
pli miniſteria diſtributi ſunt. Et inde eſt,
quòd duæ lectiones † leguntur ad miſſam: 2
quarum prima, quæ legitur ſub tono no-
cturnali, ſcilicet declinanter, ſignificat ue-
tus teſtamentum, & ſecunda quæ legitur
ſub communi tono, ſcilicet aſcendente, ſi-
gnificat nouum teſt. ad ſignificandum ordi
nandos in utroque teſtamento debere eſſe
inſtructos. Monendi enim ſunt, qui ad ordi
nem ſacrum conſcendunt, ut habeant no-
titiam legis & prophetarum, quibus poſ-
ſint alios erudire. Prima lectio erit in no-
uiſſimis. Eſa. ij. Secunda eſt: Locutus eſt do
minus.

minus. Esa.vij.c. Sed & lex & prophetæ in quarta mundi ætate uiguerũt. Doctrinam ieiuniorum habemus à uet.test. ut præmissum est. Semel genua flectuntur, quia tam in lege, quàm in prophetis Deus unus coli præcipitur. Quoties autẽ in 4. feria duæ lectiones leguntur, toties in proximo sabbato possunt generaliter ordines celebrari, quod sexies contingit: videlicet ter in quadragesima, & ter extra quadragesimã, inde quod dictum est in proœmio secundę
3 partis. † In sextis uerò ferijs ieiunionum quatuor temporum, una dũtaxat lectio ad missam legitur, quia lex & prophetæ quæ fuerunt in quarta ętate in uno Euangelio, in sexta ætate recapitulantur. Sanè huius quartæ feriæ Euangelium est. Missus &c. quod est Luc. j. c. in quo paranimphi recitatur annuntiatio, uirginis consensus, & Domini incarnatio, quæ propheticis tubis fuerat ante declarata. Vnde prącinit propheta introitum. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Esa. xlv. Rorate cœli. dicit & pluere. quia descendit uerbum in aulam credulę uirginis, sicut pluuia in vellus. Cœlos dixit, & nubes Angelos, & prophetas, qui enarrant gloriam Dei. In prophetica lectione. Erit in nouissimis diebus, quod est Esa. ij. c. agitur de monte Do-
Ps. 44 mini, qui de paruo lapide creuit in montem, qui regnabit in domo Iacob in æternum, unde rectè subditur in graduali. Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Et quis ascendet in montem domini, aut qs stabit in loco sancto eius? In epistolari lectione: Locutus est dominus ad Achaz &c. quæ est Esa. vij. cap. manifestè agitur de beata virgine Maria, cui ritè succinitur graduale: Propè est dominus & ne qua surrepat dubitatio, subditur in offertorio. Confortamini. Aliæ tamen ecclesiæ dicũt: Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mul. & bened. fruc. uentris tui: quod sumitur ex dicto Euangelio. Cõmunio est: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel.
4 Esa. vij. cap. In † matutinali uerò officio, in quibusdam ecclesijs, psalmodia finita, diaconus & subdiaconus, & acoliti in albis cũ candelabris, & turibulo processionaliter iussu prælati ad pulpitum pergunt, vbi diaconus pronuntiat Euangelium: Missus est Angelus Gabriel à Deo, & eius homiliã: deinde incẽsat altare, & postea ipse & subdiaconus sedent, donec vnus acolytus incensauerit chorum: quod quidem fit ob reuerentiam dominicæ annunciationis, quę in ipso Euangelio continetur. Nempe prælatus illos mittit, ad notandum, q̃ Deus pater prophetas præmisit ad prænuntiandum domini incarnationẽ futuram, & Gabrielem Archangelũ misit, ad annuntiandum eam uirgini Mariæ. Diaconus Euangelium pronuntians, est Angelus annuntians uirgini, quòd conciperet. Altaris turificatio, est Spũs sancti ipsi uirgini obumbratio. Ministrorum quies siue cessio, est ipsius uirginis timor, & cogitatio qualis esset Angeli salutatio. Chori verò turificatio, est patrum illius temporis de filij Dei incarnatione diu desiderata exultantium gratiarum actio, & congratulatio.

SVMMA.

1 *Feria sexta vnam tantum lectionem habet in Missa.*

De sexta feria. Cap. 9.

I N sexta feria una † tantum lectio ad missam legitur, quia actor noui & ueteris testamenti, de quibus præmissum est: unus solus Deus est, & quia ex utroq; testamento unum Euangelium factum est. Et est epistolaris lectio. Egredietur uirga de radice Ies. 11
Iesse, quæ est Esa. & manifestè de aduentu, & beata virgine Maria intelligitur, quę cũ esset immaculata uirgo propè fuit. Ideoq; in introitu ecclesia præcinit: propè esto mihi domine. & in uersu: Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege domini. Et ad idem pertinet Euangelium. Exurgens Maria, quod est Luc. j. c. Graduale. Ostende nos domine misericordiam tuam, & offerenda. Deus tu. uel secundum alios. Audi Israel. Primũ respiciunt aduentũ, quem quia cœli enarrauerũt, id est, Apostoli prę dicauerunt, in secundo aduentu, cũ dño iudicaturi, idcirco est hodierna statio ad sanctos

Apostolos, de quibus habetur in cantatio
Luc. 1 virginis, de quo fit mẽtio in præmisso euangelio, vbi dicit. Deposuit po. de se. & exal. hu. id est, superbos scribas, & pharisæos, & exal. hu. id est, Apostolos, & in communione. Ecce dominus veniet. Zachariæ vlt. c.

SVMMA.

1 *Sabbato quatuor temporum aduentus, quatuor lectiones tantum veteris testam. leguntur. Et quid ita. Limit. nu. 4.*
2 *Iustitiæ beneficium.*
3 *Ieiunium, quodnam perfectissimum omnium.*
5 *Lectiones cur Romæ legãtur græcè & latinè.*
6 *Euangeliũ cur dicat nouiter ordinatus, item cur & epistolam.*

De Sabbato. Cap. 10.

1
N † die sabbati dicuntur iiij. lectiones de veteri testamẽto ante lectionem illam Angelus domini, quę sumuntur de lege & prophetis, & in quibusdam ecclesijs prima est: Clamabunt, quæ est Esa. xix. c. secunda est: Lætabitur quæ est eiusdem xxxv. c. Tertia est: Super montem quę est eiusdem lx. c. Quarta est, Christo meo, quæ est eiusdem xlv. cap. Ideo autem sunt quatuor, quia quatuor sunt ordines benedicentium Deum, uidelicet prælati, clerici, religiosi, & laici, siue populus, quos enumerat dicens: Domus Israel benedicite dominum. per hoc populus: domus Aaron benedicite dominum, per hoc prelati: do-
Psal. 134. mus Leui benedicite dominum, per hoc ministri: Qui timetis dominum, bexedicite dominum: per hoc religiosi intelligũtur. Prima ergo lectio, pertinet ad populũ: secunda, ad prælatos: tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos. In his enim lectionibus informantur ordinandi, ut ad exempla sanctorum patrum dictorum quatuor ordinum cum eis benedicant dominum: siue, vt benedictio illorum veniat super eos. Vel ideo, quatuor leguntur: quia ieiunans debet habere quatuor cardinales virtutes, scilicet temperãtiam, quia ipsum ieiunium temperantia est. Prudentiam, vnde Apostolus. Rationabile sit obsequium vestrum. Fortitudinem: vnde prouerb. vlt. Ro. 12
De muliere forti, id est, de ecclesia. Accinxit fortitudine lumbos suos, quia oportet nos multum laborare ad hoc, vt caro nostra munda, sit quod cum magna sit pugna, quia valde corrupta est, & spinas & tribulos germinat: & ideo cum magna attritione venit ad candorem, sicut & byssus, & iustitia, vnde Esaias. Et erit iustitia cingulũ lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. de Christo loquitur in membris, quando enim fit iustitia † in terra, recedunt la 2
trones. similiter quando iustitia fit, à nobis recedunt prauí motus, & non sperant: licet in nobis habitent. Si verò non fiat iustitia, non recedunt. vnde Esaias. Quia nõ Es. 11
facimus iustitiam, non recesserunt habitatores terræ, vbi est iustitia ibi pax. Fides autem, est cinctorium renum eius, quia ut dicit Greg. Despectus terrenorum, restringit fluctus carnalium voluptatum. † Vnde 3
si ieiunas à cibis corporis, oportet vt ieiunes à cibis dæmonis, & comedas cibos mentis, qui autem sic ieiunat, non nocebit eis ignis tribulationis, nec ignis mundanus, sicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis babylonis, & ideo sequitur lectio Dañ. iiij. Angelus Dñi. Præcedit autem ipsa lectio ordinationem clericorum: ad notandum, quòd nemo ritè potest ad consecrationem accedere, nisi prius transeat per fornacem Eccle.
atq; in fornace Deum benedicat. Iuxta illud Sapiẽ. Vasa figuli probat fornax, & ho 27
mines iustos tentatio tribulationis, quia 1. Tim. 3
qui ad sacrum accedunt ministerium, probandi sunt in camino multarum tribulationum & tentationũ. Iuxta illud Apostoli: Et hi probentur primo, & sic ministrẽt. Dan. 3
Propter ordinandos enim legitur, ad significandum, q̃ sic viuere deberent, vt non noceat eis aliquis ignis regis Babylonis, idest diaboli: sicut ignis tribus pueris non nocuit. Et sequuntur benedictiones, scilicet hymnus: Benedictus es Domine &c. Quia post probationem coronantur, & à Domino benedicentur, & in fine subijcitur versus Glor. pat. &c. In laudẽ & in honorem Trinitatis, quod non fit post Psal. Benedicite, tum quia ibi in vltimo versu fit mentio de patre, & filio, & Spiritu sancto: tũ quia ibi in facto trium puerorum tota Trini-

Universidad de Deusto Biblioteca

tas fuit de honestata: hi verò versus præce
dentes ad solius patris pertinent laudem,
& in ordinandis trinitas honoratur. Cho-
ro autem licet sedere, dum lectio ipsa di-
citur, sed non in cantu: aliud enim signifi-
cat ipsa lectio in legendo, aliud in cantan-
do: vnde nunc stare debet episcopus & cle
ricus: quoniam non debemus quiescere,
q ii scimus pueros illos pro Deo laboras-
4 se. Dicuntur † autem in sabbatis ieiuniorũ
vij. lectiones Euangelio connumerato, eo
quòd septem sunt ordines, & quidam di-
cunt xij. pro eo, quòd antiquitus Romæ, &
adhuc in Constantinopoli fieri dicitur, le
gebantur Græcè & Latinè, & legebantur
12. lectiones per 12. lectores, quorum sex
erant Græci, & sex Latini. Erant tamen so
lummodo sex in sententijs, quoniam illæ
sex sine Euangelio, quæ legebantur Lati-
nè, legebantur & Græcè, sicut si dixerimus
Amen: & postea dixerimus uerè, non ideo
5 duæ res erunt. † Ideo autem legebantur
dupliciter quia Romę erant Græci, quibus
latina lingua incognita erat. Erant etiam
latini permisti, quibus græca incognita e-
rat. Vel hoc fiebat, ad notandum vtriusque
populi unionem. Cæterum ad orationem,
quæ dicitur post lectionem: Angelus Do-
mini, scilicet Deus qui tribus pueris &c.
non flectit ecclesia genua: licet in oratio-
nibus aliarum lectionũ ante flecterat præ-
ter quàm in octauis pentecostes ad osten-
dendum, q̃ ecclesia conformis est tribus
Dan 3 pueris. Fecit enim Nabuchodonosor sta-
tuam, & cogebat omnes adorare eam, sed
tres pueri cum Daniele noluerunt genua
flectere ante statuam, tales debent esse or-
dinandi qui ante statuam, id est, ante mun
di gloriam genua non flectat. Quare cleri
ci ordinentur, & quare in sabbato, dictum
est in proœmio secundæ partis. Quidam
conferunt sacros ordines inter lectionem,
Angelus, & epistolam Pauli, ut post ordi-
nationem proponant ordinatis epistolam
& Euangelium ad instar boni pastoris, qui
mittens filium, monet eum, quid & quali-
ter acturus sit. Ordinati enim per capel-
las mittendi per epistolam monentur, ut
alios corripientes benedictionem, quam
Math. acceperunt custodiant. Per euangelium ve
28 rò dicitur eis: Euntes, docete omnes gen-
tes. Nonnulli etiã subdiaconatu ante epi-
stolam ratione præmissa præstito conti-
nuè, post eam diaconatum & sacerdotium
præbent: quibus præstitis in uocem læta-
bundam erumpunt, dicentes: Benedictus
es Dominus, eo quòd hi præsertim ordi-
nes inuitantur ad laudes, & præstantur, ci-
tra euangelium, quia Moses & Aaron leui
tas in tabernaculi ministerium ordinaue-
runt, & Christus lxxij. ordinator ad prædi Lu. 10
candum misit. † Debet autem legi episto- 6
la. s. Romanus &c. Quæ est ij. ad Thess. ij. c.
ab aliquo de ordinatis die ipsa, qa episco
pus debet prius ordinatos admonere, &
postea ad maiorem admonitionem, episto
lam illis tradere. Præterea ordinatus do-
ctrinam sibi in ordinatione traditam per
hoc se reducere in opus ostendit. propter
eandem etiam rationem, unus de nouiter
ordinatis legit tunc euangelium: Anno
xv. quod est Luc. iij. cap. Post epistolam
etiam cantatur tractus, qui significat grauitatẽ, quam sacratus seu ordinatus seruare debet, ne in superbiam elatus in laqueos incitat diaboli. Communio est: Exulta satis, quæ est Zachariæ nono cap.

SVMMA.

1 *Aduentus Dominica quarta, & missæ introitus. nume. 3.*
2 *Tubarum vsus vnde.*
4 *Antiphonæ septem, incipientes ab ò, cur cantentur ante Domini natiuitatem.*
5 *Aduentu Christi liberatus est homo à septem morbis: quos pœnæ referunt septem antiphonæ, incipientes ab ò.*
6 *Hebdomada proxima natiuitati, præparatio merito nuncupatur. Et cur sex diebus ante natiuitatem dicantur, laudes propriæ.*
7 *Dominica vacans, quæ. & cur sic dicta.*

De Dominica quarta aduentus Domini. Cap. ii.

IN † quarta dominica 1
aduentus primum re-
sponsorium in noctur
nis est: Canite tuba, qd̃
sumptum est de Iohe-
le. Antiquitus enim Iu
dæi † canebant tubis 2
ad inuitandum homines, ad nuptias, & ad
solen-

solennitates & ad mouendum castra. Vn-
de nunc præcepit Dominus prælatis, ut
cantent tubis inuitantes gẽtes ad nuptias
noui regis, quarum dies instat, scilicet dies
natalis Domini, in qua Christus despon-
sauit sibi humanam naturam: secundum
Ps. 18 quod dicitur in Psal. Et ipse tãquam spon-
sus procedens de thalamo suo. Canite igi
tur, quia prope sunt nuptiæ. & propter prę
missam causam cantores hac septimana al
tius solito, vocem suam exaltant in respon
sorijs, & in introitibus, ut qui prius sopo-
re negligentiæ oppressi, lectionibus excita-
ri nolumus: saltem vociferationibus & tu
multu cantuum excitemur. Siquidem in se
ptem annis ante annum iubileum præce-
pit Dominus canere tubis, pro ipsius anni
instantis lætitia. In hac autem historia hu
ius dominicæ partim ex prophetis, partim
ex Euangelio compilata, communia ex v-
triusque decantantur aduentus, & præser-
tim vocatio gentium, declaratur per Chri
sti aduentum, ubi in persona Apostolorũ,
uel doctorum dicitur. Canite tuba, & vo-
cate gentes. Sanè gentilitas videns calcia-
tam fore diuinitatem, in vtero virginali,
3 clamat † ad eam in introitu, dicens secun-
Psal. dum quisdam ecclesias: Memento nostri
105 Domine in beneplacito p. t. hoc est in fi-
lio, in quo bene complacuisti ex milibus
populi, qui fuit tuus ab initio mundi. Et
ideo congratulatur alteri in epistola, di-
cens secundum quasdam ecclesias. Gaude-
te, quæ est ad Philip. iiij. Sed iuxta conside
rationẽ vteri virginalis, cantat in gradua-
li Dominum propè esse, & celerẽ eius ad-
uentum. In allelu-Ia uerò: Veni Domine
in offerenda. Confortamini, & in commu-
nione: Ecce virgo desirat, & consolatur, &
4 causam concludit consolationis. ¶ † Porrò
ad ostendendum desiderium antiquorũ pa
trum, in fine aduentus, cantantur septem
antiphonæ: vnaquæq; secundum ordinem
suum, sua die, usque ad natale, quæ incipũt
ab, ò. Prima est: O sapientia &c. Sunt autẽ
septem, quia diriguntur ad Christum, in
quo requieuit spiritus sapientiæ & intelle
ctus, spiritus cõsilij, & fortitudinis &c. Es.
ij. per quæ septem dona suæ incarnationis
nobis gratiam ministrauit: prout in ipsis se
ptem antiphonis apparet. Sunt etiam se-
ptem, quæ cantantur in designatione an-
tiquorum patrum qui septenario seruien-
tes aduentum Domini expectabant. Vnde
in omnibus dicitur: Veni, vel septem sunt
propter septem dona Spiritu sancti, qui
Christus veniẽs largitus est mundo, & per
quæ expectantes illuminati sunt. Et sunt
omnes secundi toni. Primò, quia quælibet
loquitur de vtroque aduentu. Secundò,
quia signant nobis geminam dilectionem:
scilicet Dei & proximi. ¶ Tertiò, propter
geminam Christi ad quem diriguntur na-
turam, vnde: Geminæ gygas substantiæ.
¶ Quarto, quia ipse antiphonæ notant de-
siderium tam antiquorum patrũ expectan
tium primum Saluatoris aduentum, quàm
modernorum expectantium secundũ. Om
nes ergo sunt secundi toni in signum quòd
secundum expectamus aduentum. Et adu-
erte, quia illæ quæ habentin princip. ver
ba pertinentia ad diuinitatem pertinent
ad eos, qui expectant primum: vt, ò sa-
pientia, & ò adonay. Adonay autem inter-
pretatur Dominus, quia dominabitur cun
ctæ creaturæ, vel quia omnis dominationi
eius seruit. Illæ uerò quę habẽt verba per-
tinentia ad humanitatem pertinent ad ex
pectantes secundum, vt O radix Iesse, & O
clauis Dauid. Sunt etiam quædam quæ v- Ps. 61
trique conueniunt: vt, O rex gentium. Nã Ps. 22
Dei filius dicitur rex secundum diuinita- Ps. 44
tatem. Iuxta illud: Deus iudicium tuum re
gi da &c. Et etiam secundum humanitatẽ.
Iuxta illud: Domine in virtute tua læta-
bitur rex &c. Sæpius tamen secundum hu-
manitatem rex dicitur, quia secundũ eam,
est vnctus oleo lætitiæ prę particibus suis.
¶ † Rursus ecclesia in his septem antipho- 5
nis ostendit multiplicitatem morbi sui, &
ad quamlibet petit remedium sui morbi.
Nam ante Dei filij aduentũ in carne era-
mus ignorantes siue cœci: pœnis æternis
addicti: serui diaboli, mala peccati consue
tudine uincti, tenebris obuoluti, exules à
patria, & expulsi. Ideoque indigebamus do
ctore, redemptore, liberatore, eductore, il 9
minatore, Saluatore: quia igitur ignoran-
tes eramus, ideoque ab ipso doceri indige
bamus. Vnde in prima antiphona clama-
mus: O sapiẽtia, quę ex ore &c. Eccl. xxiiij.
& Sap. viij. & Esa. xl. cap. Quia verò parũ
prodesset, si doceremur, & non redimere-
mur, ideo in secunda ab ipso redimi postu

Universidad de Deusto Biblioteca

lamus:O adonay &c. Exo. vj. & xiij.& xix. & xx. c. Sed quia nil prodesset, si essemus docti & redépti,& adhuc post redemptionem teneremur captiuis, ideo in tertia petimus liberari. O radix Iesse &c. Esa.xl.& lij.cap. Sed quid prodesset captiuis, si esset redempti & liberati, si tamen nondum essent ab omni vinculo absoluti, vt scilicet sub peccato essent, & vincti libere quo vellent, ire non possent? & ideo in quarta ab omnibus peccati vinculis educi petimus: O clauis Dauid &c. Apoc.iij.& Esa.xlij.& Luc.j.c. Præterea, quia hi qui diu fuerunt in carcere, oculos habent obtenebrantes, nec clare videre possunt, ideo post absolutionem à carcere restat nos illuminari, vt videamus quo ire debeamus,& ideo ĩ quinta hoc petimus. O oriens &c.Zach.vj. Sap. vij.& Malach.vlt.& Luc. j.cap. Sed si essemus docti & ab inimicis penitus liberati, & illuminati,quid valeret.nisi deberemus ad regnum perduci,& ibidem saluari,& in duabus sequẽtibus petimus saluari. O rex gentium &c. & Aggei.ij.& j.Pet.secundo Eph.ij. & Ge.ij.c. In qua petimus salutem Gentium:& O emanuel &c.Esa.vij. Mat.j. & Esa.xxxiij. & Gen.pe.c. In qua petimus salutem Iudęorum.In quibusdam verò ecclesijs adduntur aliæ duæ.Prima in honorem beatæ virginis Mariæ, quæ concepit: secunda pro Angelo, qui ad virginem introiuit,vel in honorem sancti Thomæ cuius festum tunc accidit.Duæ quidẽ adduntur,vt perficiatur nouenarius numerus:ad designandum, quia per septem dona Spiritus sancti peruenimus ad nouẽ ordines angelorũ, quorũ quilibet desiderabat Christi natiuitatem, vt impleretur numerus ipsorum,qui de cœlo ceciderunt. Quædam etiã ecclesiæ cantant duodecim, quæ exprimunt duodecim prophetas, qui Christi aduentum prædixerunt, quæ etiam duodecim Apostolorũ testimonia roborauerunt, ex quo duodecim tribus & duodecim millia signati saluantur, sed non sunt nisi septem habentes veniam. Omnes autem incipiunt per,ò. quod potius admiratiuè ponitur,quàm vocatiuè. Cantantur in vesperis,quia Dñs venit in vespera mundi. Hic est Helias,qui sero,carne,& in mane pane vescitur:Dominus,scilicet noster,qui in vltima ætate mundi carnem assumpsit, & in diluculo resurgens in panem angelorum transiuit. ¶ Et † nota,q; hæc hebdomada 6
proxima natiuitati,preparatio merito nũcupatur, & ea historia: Clama in fortitudine. cantatur: quæ non vt quidam simplices autumnãt,ad quatuor tempora,sed ad Domini pertinent proximam natiuitatẽ. Vnde cum sex matutinalibus laudibus decantatur, quoniam quælibet illius feria proprias habet ad laudes antiphonas,quia per sex ætates antiqui se ante aduentum præparauerunt, & nos per sex opera misericordiæ ad secundum etiam præparamur. Veruntamen feriales antiphonas, quæ in illa feria,in qua occurrit festũ sancti Thomæ,scriptæ sunt,octaua die antea quidam canere consueuerunt. Decet enim ante natiuitatem Domini cantus & omnes antiphonas, & ferè omnia responsoria renouari, quia sicut per plures & frequentiores nuntios magis ac magis mouetur animus subditi, ad solicitudinem honorificè suscipiendi prælatum,sic & renouatione cãtus, magis & magis mouemur ad curam nostræ præparationis in susceptione Domini, & vt per quotidianam renouationem cantus excitemur frequentius ad turpes & terrenas cogitationes purgandas, vt sit dignum habitaculum, & ornatum venturo regi regum pijs cogitationibus præparemus.Potest tamen & totus aduentus præparatio nuncupari: vnde in principio legitur.Abij- Ro.13
ciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis &c.quæ omnia præparationis insignia. Intitulatur autem in antiquis libris dominica † ista:Dominica vacas.¶Pri 7
mo, quia ostendit quòd omnis sanctus uacat. ex quo Ioannes, quo inter natos mulierum non surrexit maior, non est dignus Matt.
soluere corrigiam calciamenti, sicut dicitur in Euangelio huius dominicæ, id est, 12 Ioan.1
incarnationis mysteria denudare, & propter hoc Dominus Papa non facit stationem apud aliquem sanctum. ¶Secundò dicitur vacans,quia non habet proprium officium,sed mutuat alienum.s. Rorate cœli &c. & hoc propter ordines pcedentis diei, in quibus fuit apostolicus occupatus. Sæpe enim in Decembri consueuerunt ordines ab Apostolicis celebrati. ¶Tertio, quia numerum dierum aduentus excedit, scilicet xxj. quare inter Dominicas aduentus non

Apoc. 7

non debuit computari, sed uacans potius appellari. Quarto, quia apostolicus olim hac die dominica eleemosynis vacabat, & tam ipse, quàm sui circa hoc intenti nullã stationem faciebãt, propter quod dicta est uacans, scilicet à statione & indulgentia. Quædam ecclesiæ dicunt in hac dominica Euangeliũ:Miserunt Iudęi,q; est Io.j.cap. & epistolam: Gaudete, quæ est ad Philip. iij. cap. Aliæ uerò dicunt epistolam: Sic nos existimet quæ est ad Corinth. iij. cap.

SVMMA.

1 *Natalis Domini vigilia, & officium.*
2 *Officio diurni intentio.*
3 *Prophetia cur præmittatur epistolæ vigiliæ natalis Domini.*
4 *Psalmi qui dicantur in vesperis vigiliæ natiuitatis Domini.*

De vigilia natiuitatis Dñi. Cap. 12.

1

N † vigilia natiuitatis Domini, est inuitatorium: Hodie scietis quia v.d. & s.n. & m.v. g.e. quod est transumptum de Exod. xvj. c. Ex eo,quod ibi dicitur uespere scietis, quia educit uos Dominus de terra Aegypti & mane v. g. e. Et potest dici,quòd hæc breuis clausula,ex una parte ad natiuitatem, ex alia pertinet ad resurrectionem:sic hodie,scilicet in uita presenti scietis,quod ueniet Dominus, id est, panis uiuus, qui de cœlo descendit, & ma. vi. gloriam eius .i. resurrectionis gloriam non solum humanam, sed etiam gloriam diuinitatis eius. Sanè, in hac uigilia ecclesia monet, & inuitat filios suos, ut parati sint ad suscipiendum Dominum. Vnde in nocturnali officio primum responsorium est: Sanctificamini, scilicet filij Israel, id est, uiri spirituales, qui uidetis Deum per fidem, & parati estote, ut interfitis ad nuptias, quia non erit in cœna, qui eijcitur à nuptijs. Moraliter non obseruabit consilia, qui præcepta tenuit adimplere. Sequitur in uersu. Et mane vi. glo. eius,id est,ad uentum gloriæ eius, uel mane ad literam. Et hæc ultima pars de Exodo sumpta est, sed prima non est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiam capitulum. Gaudete in Domino: Philip.iiij.cap. ¶Diurni † uerò offi 2
cij intentio est ostẽdere, q; Christus natus sit,& hoc dicitur in epistola:Paulus seruus &c. Quæ est ad Ro.j.cap. & in Euangelio. Cum esset desponsata.quod est Mat.j.cap. Hac etiam die desponsatio legitur Marię, ut sciat quod alij fuit desponsata, scilicet Ioseph, & ab alio fuit fœcundata, scilicet à Spiritu sancto. † Quædam tamen eccle- 3
siæ ad hoc, vt incredulis maior certitudo sit præmittunt propetiam. Propter Sion &c. Quæ est Esa.xlij.cap.in qua ostẽditur ipsum fore nasciturum. Natus autem est, ut populum saluum faceret, & terræ iniquitatem deleret: hodie in spe per sacramenta gratię: mane in te,per reuelationẽ gloriæ,hęc patent in introitu & in gradua li. Hodie scietis.Exod.xvj.cap.& in allelu Ia Crastina. Quidam tamen dicunt allelu Ia.Aue Maria,& hoc,quando uigilia est in dominica.Tũc enim dicitur allelu Ia, propter resurrectionem Domini. Idem etiam patet in post communione. Reuelabitur quæ est Esa. xl.c. Sed quia in eius incarnatione erat futura Iudæorũ dispersio, ideo in graduali subditur uersus. Qui regis, in quo pro eis oratur. Quantus sit, ostendit Psalmus,qui ad introitum cantatur, scilicet:Domini est terra,& plenitudo eius,de quo etiam dicitur offerenda. Tollite portas principes uestras &c. ¶In † uesperis au 4
tem uigiliæ natalis Domini dicũt quidam Ps.23
psalmos: Laudate pueri Dominum: Laudate Dominum omnes gentes. Lauda anima mea Dominum: Laudabo.d.in. Laudate Dominum,quoniam bonus est:psalmus, & Lauda Hierusalem Dñm: Lauda Deum tuum Sion,in quibus inuitamur ad laudes: Alij uerò dicunt. Laudate pueri Dominũ: laudate nomen Domini. Qui confidunt: In conuertendo Dominus captiuitatem &c. Memento Dñe, & Benedictus Dominus Deus. & merito, quia primus deuotos inuitat ad laudandum iugiter & prædicandum. Secundus mouet in Deo confidere. In tribus sequentibus redditur causa: quare laudibus sit instandũ, & in Domino confidendum, scilicet quia nostram captiuitatem conuertit, & multũ magnificauit, quia promissa compleuit,dũ fructũ ventris

Universidad de Navarra Biblioteca

Ps. 17 Dauid super sedem eius instituit: quia inclinauit cœlos, & descendit, qui demum de alto manum suam emittet, ut nos eripiat ab aquis multis, & à filijs alienis. Vesperæ autem istæ priu legiatæ sunt: quia cum cætera officia vespertina propter superueniens festum mutentur, istæ non mutãtur. In uigilis etenim aliorum festorum capitulum Hymnus: Antiphona: & Collecta. In aliquibus etenim ecclesijs totis vesperis diei officijs expletis, solummodo antiphona & collecta de sequenti festo dicuntur: eo quòd Dominus in uesperis, id est, in vltima ætate mundi uenit ad saluandum saltem reliquias generi humani.

SVMMA.

1 *Natalis Domini officium quid in summa.*
2 *Christus cur in fine anni nasci voluit.*
3 *A natali Domini dies sensim crescunt.*
4 *Natalis Domini festum, eadem die mensis semper occurrit: cætera autem mutantur festa. Rationem vide. nu. 5.*
6 *Natalis Domini officium nocturnum. & eius significatio. nu. 7. 8. 9. 10. 12. 16.*
11 *Iubilus, quid notet.*
13 *Euangelia quot dicantur in nocturnali officio natalis Domini.*
14 *Ioseph potius, quàm Mariæ genealogia, cur computetur.*
15 *Mariæ & Ioseph genealogia describitur.*
17 *Thelesphorus Papa instituit tres missas cantari in die natalis Domini. Et quod eius fuerit institutum de prima. nu. 18. 19.*
20 *Prophetiæ diei natalis Domini cur præmittantur epistolis.*
21 *Missa secunda natalis Domini, cur cantetur sub auroram.*
22 *Missa tertia natalis Domini, hora tertia cantanda.*
23 *Missa tres institutæ in die natiuitatis Dominicæ, quid signent. ibidem vide, & per riæ. nume. 24. 26. 27.*
25 *Christus, quo intelligatur primogenitus Mæ*

De officio natalis Domini. Cap. 13.

1 QVæcunque in officio Natalis Domini dicũtur, de exultatione † natiuitatis sunt, quia sicut cantatur in responsorio: Descendit de cœlis Christus, id est, de sinu patris ut appareret uisibilis. Vnde egressus eius à patre, id est, ab occulto, & intimo patris. Sequitur introiuit. s. per aurem uirginis, id est, per fidem, quæ ex auditu, sicut legitur in epistola ad Rom. Vnde cum dixit ei Angelus. Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi: Spiritui sancto acquieuit. Iuxta illud, in canticis: Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, ostium, desideriũ, est pessulum, discretio. quasi per discretionem aperui desiderium meũ dilecto meo, & hoc audito dixi: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum uerbum tuum. Non sicut Eua, quæ fregit pessulum quando uoluit esse sicut Deus. Introiuit dico in uterum uiginis, quo accepit carnem nostram, & exiuit per portã clausulam in regionem nostram. De hac porta dixit Ezechiel. Porta hæc clausa erit in æternum, & exiuit de mundo per portam auream, id est, charitatem: quia per crũcem. Maiorem enim charitatem nemo habet, quàm ut animã suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Et † est aduertendum, quòd Dominus in fine anni nasci uoluit: ut ostenderet se in ultima mundi ætate uenire: in sexta feria conceptus: in dominica natus, in sexta feria crucifixus fuit, & dominica resurrexit, ut qui hominem in sexta feria plasmatum perdiderat, in sexta feria liberaret, & qui dixerat in dominica. Fiat lux in dominica, veniens oriens ex alto nos illuminaret. De hoc dicetur sub titulo de parasceue, & in nocte natus est, ut se sub carne latentem uenire signaret: uel ut, se ad illuminandam noctẽ nostram uenire monstraret, quoniam habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Vnde ab† eius natali dies prolongantur, quia credentes in eum ad æternitatis lucem uocantur: rationabiliter itaque nocturna officia celebrantur. Cum autem cætera festa Saluatoris, † scilicet passio: resurrectio, ascensio, pentecostes, & alia sint uariabilia, quia non celebrantur semper in eisdem calendis siue in eadem die mensis: quare hoc festum est inuariabile, cum semper est in eisdem calendis, siue eadem die mensis? Respondeo secundum Augusti. Hoc festum pertinet ad memoriam tantum, vnde sufficit per illud memorari quota dies mensis Christus natus fuit, & ideo

Luc. 1

Cãt. 5.

Ezec. 43

2

3

Esa. 9

4

ideo semper eadem die mensis celebratur. licet ipsa feria uarietur propter mutationem literæ dominicalis, alia verò festa pertinet & ad memoriam & ad sacramentum. uerbi gratia: Christus passus est sexta feria, ut hominem qui in sexta feria cecciderat, redimeret, & sic de alijs, & ideo oportet, quòd sub diuersis calendis fiant, in eadem tamen feria, scilicet in dominica. Præterea, semper pascha nostrum accipitur dominica prima post pascha Hebræorum, quod est semper xiiij. luna. quia ergo luna xiiij. non semper est eodem tempore, uel eadem die mensis: imo uariatur secundum annos solares, ideo & pascha nostrũ, non semper est eodem tempore, nec in eadem die mensis, licet semper sub eadem feria, scilicet in dominica celebretur. ¶ Rur
9 sus † ideo pascha, pentecostes & alia festa uariabilia sunt, nec certæ diei mensis sunt
10 annotata: ne uideamur imitari Iudæos, qui semper illa celebrant in certis calendis. Alicuius uerò dixit, quòd ideo hoc festum per singulos dies uariatur, quia natus est nobis, qui per singulos mũdi dies lauat illos, qui per peccatum Adæ sunt maculati.
6 ¶ Circa † officium nocturnale sciendum est, quòd inuitatorium, scilicet Christus natus est nobis &c. in persona angelorum cantatur, à quibus pastores uel potius omnis populus ad adorandum natum Dominum inuitatur. Nouem uerò psalmi dicuntur per tria nocturna, ut notetur, quòd omnes sancti patres qui fuerunt in tribus temporibus, scilicet ante legem, sub lege, & tempore gratiæ in nouo testamento, sociati sunt per aduentum Christi: nouem ordinibus angelorum, ut sicut Angeli sanctæ Trinitati congaudent, sic & illi congaudeant. In primo psalmo igitur de æterna Christi genitura, & ineffabili. In secundo de eius incarnatione. In tertio de laudibus sponsi & sponsæ, idque in tribus primis lectionibus per Esa. Oracula testificamur, qui non tam propheticè, quàm Euangelicè incarnationem Christi descripsit. Prima est: Primo tempore. Esa. ix. cap. Secunda est: Consolamini, consolamini populo meus, dicit Deus uester, Esa. xl. c. Tertia est: Consurge, consurge. Esa. xlij. c. in ipsis etiam fit promissio, in alijs ostenditur
7 promissionis impletio. † Primus nocturnus recolit tẽpus ante legem, seu eos, qui fuerunt ante legẽ, ut Abrahã, Isaac, & Iacob, secũdus nocturnus recolit tẽpus legis, seu eos, qui sub lege fuerunt, ut Dauid & prophetas, & alios plures, & ideo in antiphonis quæ cantantur in illis duobus nocturnis, quæ ad uetus testamentum pertinent, non dicitur allelu-Ia, quoniam patres illorum temporũ differebantur ab æterno gaudio, scilicet à patria, in qua iuxta Apocalypsim, cantatur allelu-Ia. Tertius uerò recolit nouum testamentũ, quod habuit initium à baptismo, quod tertio tempore. s. gratię nobis collatum est, seu eos, qui fuerunt in nouo testamento, ut sunt Apostoli, martyres, cõfessores, & alij sancti. ideoque in illis antiphonis, quæ eos recolunt, & quæ ex nouo testamento sumuntur, canitur allelu-Ia: quoniam istos plus honorauit suus aduentus, quàm præcedentes patres, ita ut si digni de hoc mundo migrãt, illico in cœlum transferantur, & societati sanctorum iungantur, quod antiqui patres longo tempore expectauerunt, murmurantes infra claustra inferni. Ante † nocturnos solent in quibusdam locis super altare tres panni toni, ad designationem præmissorum trium temporum, & in singulis nocturnis singuli amoueri. Primus niger pro tempore ante legem. Secundus albus, pro tempore reuelationis: Tertius rubeus, pro tempore gratiæ propter dilectionem sponsæ candidæ & rubicundæ. In quibusdam quoque ecclesijs suspenduntur boni pani, in quibusdam uiles, & in quibusdam nulli, prout in prima parte dictum est sub titulo de picturis. Sanè, ad primum responsorium primi nocturni, dicuntur in quibusdam Ecclesijs tres versus, propter causam redditam sub prima dominica aduentus, & post quodlibet trium responsoriorum priorum dicitur Gloria patri &c. hoc ideo quoniam in tribus responsorijs
9 tria † significantur, scilicet restauratio angelorum: reparatio hominum: & modus quo ista facta sunt: restauratio angelorum notatur in primo vbi dicitur: Gaudet exercitus angelorum. Reparatio hominum in secundo, vbi dicitur pax vera descẽdit. Modus vero quo & facta sunt & potius quo descẽdit ille, qui fecit, insinuatur in tertio, quod in quibusdam locis: Descendit

8

de cœlis. In quo ostenditur, ut præmissum
est, Deum descendisse à patre, in virginem,
& ita ad nos. uel per hoc quod in ipso re-
sponsorio tangitur, quod intrauit in regio
nem nostram, recolitur liberatio habitan
tium in regione umbræ mortis. Quia ergo
hæc facta sunt per Trinitatem: idcirco
post quodliber illorum trium responso-
riorum, Gloria patri cantatur: quod ad
10 laudem pertinent Trinitatis. ¶ Rursus † sic
ut manna habebat saporem similem cum
melle, ita & Christus duo habuit in se, uidel
cet humanitatem, & deitatem. Huma-
nitas per similam: Deitas per mel intel-
ligitur. Vnde etiam in hoc secundo respon
sorio dicitur: Hodie per totum mundum
mellifluí facti sunt cœli, quasi diceret: to-
tus mũdus mellificatus, & dulcoratus est.
In tertio verò responsorio fit triplex iubi-
lus, scilicet in fabricæ: in tanquã, in gloria
patri in quo quidem in tribus Saluatorem
commendamus, ostendentes, quòd qui inef
fabiliter fabricam mundi creuit, & ineffa
biliter de uirginis thalamo processit, &
ineffabiliter æqualis patri, & Spiritui san-
cto permansit, sicut fuit ab æterno, sic nunc
est, & erit in æternum, & hic tria triplici
iubilo significamus, primum primo: secun
dum secundo: & tertium tertio: & ut ex-
pressius tertium significetur, in quibusdã
ecclesijs cantatur Gloria patri &c. & sicut
11 erat in principio &c. usq; ad Amen. ¶ † Et
not. quòd fit iubilus super a, & super o. Su-
per a, in fabricæ, & in tanquam. Super o,
fit gloria patri ad notandum, ꝙ cui fit, est
Apoc. α, & ω, id est, principium & finis. Iubilus au-
1. tem quandoque notat expectationem no-
stram, ut dicetur sub titulo de septem die-
bus post pascha. quandoque nostram infir-
mitatem, ut in uersu: Tanquã sponsis quan
doque rei, de qua agitur magnitudinem,
ut ibi. Fabricæ mundi, quandoque gaudij
immensitatem, ut in fine responsorij. Ver-
bum caro, ibi enim significat immẽsitatem
gaudij, quod uiri sancti habẽt de eo, quòd
uerbum caro factum est, plenum gratia &
ueritate. De iubilo dictum est in prooemio
12 quintæ partis. ¶ † Restat adhuc de sex re-
sponsorijs dicere. Et quidẽ in primis duo-
bus secundi nocturni, agimus de partu, in
tertio de parturiente. In duobus uerò pri-
mis tertij nocturni, agimus de parturien-
te, & in tertio de partu, in quo consuetudi
nem mulierũ imitamur. Consueuerunt enim
mulieres uisitare parturientes, & partum,
& eis munuscula sua dare, & nos parturiẽ-
tem, & partum quodammodo uisitamus
eũ, pro modulo nostro eos magnificamus.
Ipsæ uerò laudes, sunt munuscula, quæ of-
ferrimus. Dicitur etiam ad horas capitu-
lum Paulus seruus. Roma. j. & illud Multi-
fariè ad Hebræ. j. cap. & illud. Apparuit
gratia ad Titum. ij. & illud apparuit beni-
gnitas. ibidem iij. cap. In † nocturnali uerò 13
officio tria leguntur euangelia, ut habeat
ecclesia quod intendit. Vult enim ostende
re utranque naturam esse in Christo ut sic
plures sint testes natiuitatis Christi, & pro
pter hoc etiam leguntur lectiones in qui-
bus Aug. & alij sancti inducunt ad hoc au-
thoritates infinitas, scilicet ab eis qui fue-
runt ante legem, sub lege, & post legẽ, quo
niam integrum est iudicium, quod pluri-
morum sententijs confirmatur. extrà de
offi. dele. prudentiam. Legitur & quartum
Euangelium Matth. scilicet. Liber genera
tionis post nouum uersum in quo exprimi
tur eius generatio, ut ostendatur eũ fuisse
de genere patrum eorum, quibus est fa-
cta promissio. s. Dauid & Abraham. Dauid
in Psalmo de fructu uentris &c. & j. Para- Ps. 88
lip. Cum dormieris cum patribus tuis, su-
scitabo semen tuum post te. Abrahæ uerò
Gene. xvj. dictum est in semine tuo bene-
dicẽtur omnes gentes, & ideo dicit in prin
cipio: filij Dauid, filij Abraham. Quia il-
lis specialiter facta est promissio, & sic o-
stenditur, ꝙ ipse erat Messias, qui promis-
sus est in lege & propheris. ¶ Et no. ꝙ Mat.
describit hic genealogiam, descendendo
usq; ad Ioseph. Luc. uerò ascendẽdo, prout
sub epiphania dicetur. ¶ Sed † quare potius 14
Ioseph quàm Mariæ generatio cõputatur,
cum etiã Christus nõ fuerit filius Ioseph?
Respõdeo, quia ambo de eadem tribu fue-
runt. Et tribus, id est, genealogia, per ma-
res non per fœminas distingui solet & com
putari in ueteri testamento. Numerando
ergo usque ad Ioseph perinde est, ac si
usque ad beatam uirginem processissent.
Præterea, Christus maluit filius fabri uo-
cari; quàm matrem propter suspicionem
adulterij lapidari. Et reuera filius est il-
lius fabri, qui fabricatus est auroram & so-
lem.

15 lem. ¶ † Et scias, quòd natiuitas beatæ Ma
riæ ex tribu Iuda, & regia stirpe Dauid ori
ginem duxit, & traxit, prout scriptura sæ-
pe testatur dicens, Christum de semine Da
uid descendisse, qui de ipsa sola natus est.
Siquidem Dauid inter cæteros duos filios
habuit, scilicet Natham & Salomonem. Ex
catena siue generatione Natham, descen-
dit virgo Maria. Quoniã ex catena ipsius
Natham. Leui genuit Melchi, & Panthe-
ram. Panthera virgo genuit Barpantherã.
Banpanthera Ioachim. Ioachim virginẽ
Mariam: vt dicetur in vij. parte sub festo
Philippi & Iacobi apostolorum. Ex cate-
na vero Salomonis, descendit Ioseph, vir
ipsius Mariæ, quoniam ex catena ipsius So
lomonis Matham ex uxore sua genuit Ia-
cob. Defuncto autem Matham, Melchi ex
tribu. Natham filius Leui, & frater Panthe
ris nupsit vxori ipsius Natham, scilicet ma
tri Iacob: ex qua genuit Hely: & sic facti
sunt fratres vterini Iacob & Hely. Mor-
tuus est autem Hely ex tribu Natham, sine
liberis cuius vxorem accepit Iacob frater
eius ex tribu Salomonis, & suscitauit se-
men fratri eius genuit Ioseph. Ioseph igi-
tur, natura est filius Iacob, ex descensio-
ne Salomonis, secundum legem vero He-
ly, qui ex Natham. Nam qui nascebatur
secundum naturam, quidem filius erat ge-
nerantis, sed secundum legem defuncti.
16 ¶ Deinde cantatur. † Te Deum laudamus
te Dominum confitemur in omnium ante
cedentium actiones gratiarum, & ad des-
signandum exultare nos cum angelis & con
gratulari de drachma perdita inuenta, in
quibus dam tamen Ecclesijs finita prima
missa, cantatur dictum euangelium Mat-
thæi: Liber generationis, & hoc ideo, quia
duo testes ad minus nobis necessarij erant,
primus testis erat Luc. qui in euangelio
missæ. Exijt edictum à Cæsare Augusto
&c. narrauit iuxta uerbum euangelij. Deũ
natum in ciuitate Dauid. Adducitur er-
go alius testis, dicens eum natum de Da-
uid. Acsi dicat non tantum est natus de ci-
uitate Dauid, sed etiã de Dauid, unde Mat
thæus prius nominat Dauid, quam Abra-
hã, dicẽs: filij Dauid, filij Abraham, quam-
uis & alia possit esse causa, quare prius Da
uid nominatur, scilicet quia Dauid fuit
prior Abraham dignitate, uã ille patriar-
cha, iste patriarcha, ut rex audito igitur in
euãgelio missæ uno teste ab Ecclesia, quia
uix est, quod uni testi soli credatur, ideo
adiecto alio, scilicet Matthæo, qui etiam
generationem dominicam describit, tunc
plene confidens Ecclesia exultans clamat.
Te Deum laudamus vt in ore duorum triũ
uel plurimum stet omne verbum extra de
testim. omni. ij. quæstio. iiij. §. j. Adhuc,
quia uix est, quòd uni testi credatur, hinc
est, quod uns terminat missam, dicens in
quibusdam Ecclesijs, benedicamus Do-
mino. Et Ecclesia quasi voce demissa, re-
spondet, Deo gratias. ¶ Rursus finita mis-
sa dicitur euangelium. Liber generatio-
nis: & postea. Te Deum laudamus, quia
generatio diuinitatis præcessit generatio-
nem humanitatis. Et quia illarum noti-
tia, fuit nobis laudis materia ideo laudes
sequuntur. Missa ergo laudes præcedit,
quia prius fuit æterna genitura, de qua mis
sa illa loquitur, quam aliqua creatura fue-
rit, quæ Deum laudare potuerit. In laudi-
bus matutinis quasi choream ducimus, un-
de in prima antiphona dicimus. Quem
vidistis pastores? &c. & ipsi responderunt
natum uidimus. ¶ Circa † missæ uero of- 17
ficium notandum est, quòd Thelesphorus
Papa statuit, in die ista debere cantari tres
missas, ad ostendendum quod Christi nati-
uitas saluauit patres trium temporum, sci-
licet patres ante legem sub lege, & post le
gem. Prima canitur de media nocte ad ostẽ
dendum, quod illi qui fuerunt ante legem,
non fuerunt illuminati aliqua lege & per
illam etiam ostẽditur, quod panis qui quo
tidie sacrificatur & manducatur in altari,
videl cet: Christus, natus est in Bethleem
in media nocte, & in hac sic. dicit Luc. un-
de Sapien. xviij. Dum medium silentium
teneret omnia, & nox in s. c. m. iter. ha. &c.
quòd ad literam exponitur de natiuitate
Domini, hoc etiam insinuat euangelium
huius missæ & collecta illa: Deus qui hanc
sacratissimam carnem tuam &c. & prophe-
tia illa: Populus gentium, qui ambulat in
tenebris, vidit lucem magnam. Habitanti- Ps. 9.
bus in regione vmbræ mort. &c. & epistolo-
la & fere omnia, quę in illa missa dicũtur.
Idem etiam Thelesphorus Papa. de con-
secrat. distinctio. j. nocte, statuit in hac mis
sa hymnum angelicum, scilicet. Gloria in 18
excelsis.

excelsis.solenniter decantari,ad recolendum,quod angeli nocte ista illum decantauerunt, in qua ab angelis pastoribus est
Luc.2 nuntiatus.Vnde in euangelio legitur.Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium & dicentium:Gloria in excelsis Deo: & in terra pax homini
19 bus bonæ voluntatis &c. † Notandum est autem,quod hęc missa & laudes matutinæ terminantur in plerisque locis una oratione, ad ostendendum quòd totum illud officium idem indicat, scilicet natiuitatem æternam, & temporalem, unde ipsa missa
Ps. 2. incipit, Dominus dixit ad me: filius meus ex tu:ego hodie genui te: quòd tantum de generatione æterna, seu de generatione Christi intelligitur: quod vero sequitur: ego hodie genui te de vtraque est: & exponitur hodie,id est,æternaliter. Nã secundum Agust. hodie præsentiam significat & quod æternum est semper præsens est.versus de temporali,scilicet: Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania?quasi diceret.pro nihilo,cum Christus Deus & homo sit. Responsorium de æternali in quo dicit. Deus pater, ego pater
Psal. sum.Tecum principium.Vnde & ibidem se
109. quitur: In die virtutis tuæ, scilicet in die resurrectionis.In splendoribus sanctorum, scilicet in luce omnium sanctorum, & dicit in splendoribus sanctorum, pluraliter, propter diuersos effectus ex utero, id est, ex intima bonitate mea. Ante luciferum genui te, id est, ante omnem creaturam, quasi diceret ab æterno.Epistola vero:Paulus seruus,quam quidam in uigilia dicunt: & euangelium de temporali. Vnde epistola dicitur.Ex semine Dauid secundum carnem.In Euangelio dicitur. Exijt edictum à Cæsare Augusto:quod est Lucæ.ij. capi. In alijs vero Ecclesijs dicitur epistola:Apparuit gratia Dei. Quæ est ad Titum.ij.c.
20 ¶Ante † epistolam legitur immediate prophetia. ¶Primo,ut basis sit sub columna,innitente basi.Non enim quæ dicuntur in euangelio,crederentur impleta,nisi forent in ueteri testamento prædicta. ¶Secundo ideo in vigilia & in hac missa duæ lectiones sine interuallo dicuntur, vna de Prophetia:alia de Apostolo:quia Christus pro duobus populis in pariete coniungendis nascitur. ¶Tertio,quia super basim prophetarum fundata est columna Apostolorum.¶Quartò, quia actiui & contemplatiui per hanc natiuitatem in vna fide saluantur.¶Quinto,quia per vtrunque testamentum Christi natiuitas concorditer prædicatur.Hi sunt duo cherubin, qui propiciatorium tegunt,quique in propiciatorium uersis vultibus respiciunt, ut dictum est in procemio iiij.partis. Quidam tamen nullam dicunt prophetiam, significantes quod vetera transierunt,& noua facta sunt omnia.quasi dicat de ipso facto cessat figura quia veritas uenit. ¶Secunda † missa 21
cantatur in diluculo in exordio diei:quando Christus in cunabulis adoratus est à pastoribus: & hoc primo ad ostendendum, q̃ sancti patres & prophetę qui fuerũt sub lege scripta, aliquantulam cognitionẽ Dei habuerunt,sed non tantam,quantam nunc habemus & ideo incipit à promissione,quę facta est antiquis in ueteri lege. Lux fulgebit hodie in domo Domini &c. ¶Secundo ideo, quia sicut dominus à Gabriele fuit nuntiatus prius, quàm nasceretur,sic ante initium diei suæ natiuitatis missa canitur. ¶Tertio,propter ortum nouæ lucis quia ille,qui natus est in ortu suo, tum in utero quàm ut ex utero fuit lux vera. Dicitur ergo in ortu huius temporalis lucis,quasi ipso facto dicatur.Orta est lux. Huic consonat introitus scilicet: Lux fulgebit & graduale in quo dicitur:Deus dominus, & illuxit nobis:& quod sequitur in introitu:& vocabitur admirabilis.sumitur Esa. ix.ca. A quibusdam tamen dicitur de nocte eo quod pastores in nocte illa visitauerũt prę sepe Domini,quod notat euangelium eiusdem missæ:Pastores &c.Luc.ij.cap. Prædicitur etiam tunc in quibusdam Ecclesijs prophetia:Spiritus Domini,super me,quę est Esa.xlj.cap.Deinde dicitur epistola:Apparuit benignitas.quæ est ad Titum iij.ca. Communio est.Exulta filia.Zacharię.ix.c. ¶Tertia † vero missa, quæ die clara hora 22
tertia,quãdo illuxit nobis dies redemptionis nostræ festiuius celebratur ad tempus refertur gratiæ, in quo descendit lux magna de cœlo,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Velum enim templi scissum est in duas partes. Vnde Sapien.Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes. Epistola Multifariè Prou. 27
quæ

quæ est ad Hebr.j. cap. & euangelium legũtur de æterna generatione. Vnde dicitur in epistola:Filius meus es tu: ego hodie genui te.& de tẽporalibus habet ibi: Multifariè multi q̃ modis. In euãgelio vero de æterna,unde incipit:In principio. quasi dicat.In principio creaturarum erat verbum quod est Ioan.primo capitul. Dicitur etiã tunc in quibusdam Ecclesijs prophetia. Propter hæc sciet quæ est Esaię quinquagesimo secundo capitul.Communio est:Viderunt.Es. quinquagesimo secundò c. & Psal.
23 ¶Prima † ergo missa est de æterna genitura.Secunda, est de promissione antiquis facta,unde cantatur.Lux fulgebit in domo domini, non dicitur fulsit,vel fulget. Tertia,est de veritate nobis exhibita: vnde cãtatur: Puer natus est nobis & filius datus est nobis.Esa.nono ca. ibi vtitur futuro ad notãdũ promissionẽ: hic prẽterito,adnotãdũ promissionis impletionẽ:Et quia ęterna
Es.53 generatio,est nobis occulta,iuxta illud Es. Generationem eius quis enarrabit? ideo missa de æterna genitura nocte profunda cantatur.Quia vero antiqui patres quibus facta est promissio, certi erant de incarnatione Domini, sed non tantum, quantum patres noui testamenti,quibus exhibita est veritas, ideo missa de promissione antiquis facta cancatur illucescente aurora, in qua est modicum lucis, sed secũdum ipsum introitum uidetur,quod deberet esse lux fulgens,sed non est ita,quia lux in aurora,rubet,in tertia,fulget, in sexta, feruet,in vespera,tepet. Quia uero temporibus noui testamenti manifesta est veritas, inde est, quod missa,quæ est de exhibitione veritatis,clara luce cantatur. † Prima ergo mis
24 sa pertinet ad generationem æternam,scilicet de patre sine matre, secunda ad temporalem scilicet de matre sine patre, tertia compacta est, quia de vtraque agit, & ideo pertinet ad æternam simul & temporalem. Notandum tum est quod in missa, quę est de æterna genitura,legitur euangelium de humanitate, scilicet Lxijt edictũ à Cæsare Agust.In alia vero quæ est de veritate nobis exhibita,legitur euangeliũ de diuinitate,scilicet. In principio erat uerbum,ad notãdum, quòd ex quo humanitas diuinitati fuit vnita, nec humanitas sine deitate, nec deitas sine humanitate fuit, nec erit.Hanc rationem asserit magister in psalterio:Aiunt quidam,quòd cum in collectis,in lectionibus,in euangelio, & in offertorio primæ missæ euidenter natiuitas de uirgine memorent,intentio totius officij ad temporalem potest natiuitatem referri,& exponunt in introitu,hodie,id est, hac die ante luciferum stellam, videlicet matutinam genui te, id est, generationem tuam sum operatus, & quod in euangelio dicitur. Maria peperit filium suum primogenitum,exponitur † primogenitum, 25
id est, ante quam ullus, extra de verb. signam & ego. Officium vero secundæ missæ aiunt † concordare dictis pastorum dicen 26
tium,ut legitur in euangelio. Transeamus vsque ad Bethleem.& vj. quæstione v. hoc factum est. Qui gratulantes, dicunt in introitu. Lux fulgebit.Orta enim erat stella ex Iacob. Vel dicitur: Lux fulgebit in Num.
persona legis,quæ temporalem natiuitatẽ 24
antiquis patribus repromisit. Et subditur. Dominus regnauit decorem indutus est illum,scilicet decorem, quo coronauit eum mater sua,hoc est humanitas.Et addunt in graduali:Benedictus, qui uenit in nomine domini,& in allelu-Ia.Dominus regnauit.Et quis,& quantus sit, in offerenda supponunt,dicentes: Dominus enim firmauit orbem terræ. Et quia primus paries est ex Hebręis,ideo primitię,scilicet pastores in communione loquuntur ad eos. Exulta fi- Num.
lia Sion,id est,Ecclesia † Officium tertię 4.
missæ personat mirabilia verbi Dei, quod 27
erat in principio. & incipit esse caro, sicut legitur in euangelio.Hoc verbum,est puer qui secundum prophetam natus est nobis, ut canimus in introitu,& hoc est canticum nouum,de quo propheta in versũ:Cantate Domino canticum nouũ.Hoc quoque verbũ,est illud salutare, de quo protinus cantatur in graduali. Viderunt omnes.hæc est lux magna,quę descendit in uirginis vterum,quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: de qua dicitur in euãgelio: In principio erat verbum &c. Hic demum, est ille dines rex, & potens, Ps.88
cui dicitur in offerenda: Tui sunt cœli,& tua est terra. In fine primę & secundę missæ dicunt quidam: Benedicamus Domino: prout dictum est sub titulo de aduentu.Ab hac autem die usque ad octauam epiphaniæ

niæ responsoria, & eorum versus dicuntur cum allelu-Ia, ad representandum summã lętitiam, quæ aduenit tempore gratiæ.

SVMMA.

1 *Dominica intra octauã natalis Domini, quod fiat officium, & eius expositio. nu. 3. 4.*
2 *Silentium est triplex.*
5 *Christus positus in signum tripliciter.*

De Dominica infra octauam natalis Domini. Cap. 14.

1 N dominica, † quæ intercedit intra octauam natalis Domini cantatur de natiuitate Domini. Vnde introitus missę est, dum medium silentium tenerent omnia &c. Sap.
I
2 xviij. cap. Est triplex † silentium, scilicet ignorantiæ desperationis & gloriæ. Silentium ignorãtiæ, fuit ante legem, quia ignorabant peccata sua, & ideo non clamabant ad Dominum. ad Rom. x. Mors regnauit ab Adam, vsque ad Mosen: postquam autem lex data est ad cognitionem peccati multo tempore seruauerunt legem. Ad ultimum verò desperauerunt, quando, scilicet omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, tunc fuit silentium desperationis, postquam autem venit Christus ruptũ est silentium. Vnde clamant omnes laudes Dei. Silentium gloriæ, veniet, quando impletum erit totũ desiderium nostrum. In silentio desperationis veniet Dominus ut ei attribuatur salus humani generis, qui est uerus medicus. Et hoc est, quod dicit: Ps. 13
3 ‡ Dum medium silentium. Sequitur & nox, id est, diabolus in suo cursu medium id est, commune iter haberet. Omnes enim cõmuniter ad inferos descẽdebãt. Omnipotens sermo tuus, id est, filius tuus. Domine pater, qui dicitur sermo patris, quia per eum natus est, à regalibus sedibus uenit quærere, & facere reges. Vel ad literam. dum omnia tenerent medium, id est, commune silentium de nocte, scilicet quando omnia silent, & nox in suo cursu medium iter peragret. Ad literam. Omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus, uel quia media nocte natus est Dominus, & concordat epistola, quæ est Gal. iiij. capitul. vbi dicitur. At ubi uenit plenitudo temporis, &c. responsorium est. Speciosus forma, &c. quia immunis ab omni peccato & omnibus virtutibus plenus. Sicut enim habetur ad Col. iij. In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, admodum trinæ dimensionis, id est, communi modo sicut in omnibus est, scilicet essentialiter, præsentialiter, & potentialiter. Item secundum gratiam est in sanctis, & secundum unionem est in Christo: & ideo diffusa est gratia in labijs tuis. Ps. 44
Gratia, quia nunquam sic locutus est homo, diffusa est inquam, quia in ore eius fuit lex clementiæ, ut cum dixit. Mulier nemo te condemnauit, nec ego te condemno, uade, & amplius noli peccare. Et cum dixit. Diligite inimicos &c. Euangelium. Erat Ioseph Luc. ij. capit. similiter ad natiuitatem pertinet quantum ad principium, licet & ad aliud pertineat. Erant pater eius, scilicet putatiuus, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de eo, scilicet à pastoribus. † Sequitur in euangelio prophetia Symeonis. Ecce posicus est hic in ruinam, scilicet infidelium, & in resurrectionem multorum, scilicet fidelium, & in signum, id est, in signationem, cui contradicetur. q. d. si in uiridi hoc faciunt, in arido quid fiet? vel in signum, id est, in ostẽsionem, quia per humilitatem & paupertatem itur in paradisum, uel in signum, id est, in signaculum. Vnde Io. j. quem signauit pater & misit in mundum, ut eo signaremur. Et Aggeus. Ecce posui te in signaculum, quia elegi te. Et in canticis. Pone me ut signaculum super cor tuum &c. † positus est ergo Christus in signum tripliciter, scilicet in significationem, in ostensionem, & in signaculum. Rursus hoc officium. Dum medium &c. uox est primitiuæ Ecclesiæ, in qua recolit domini natiuitatem, cuius fructum prædicat in epistola, quia de seruitute transiuimus ad adoptionem, per ipsum cõmendat secũdũ sapiẽtiã in euãgelio, ubi dicit. Puer crescebat & cõfortabat plenus sapientia, secundum potentiam. In allelu-Ia. Dominus regnauit. Et in offerenda. Dominus enim firmauit secundum pulchritudinem. In graduali. Speciosus forma. In post

Prou. vlt. Lu. 2.
4
Agge. 2. Canti. 8. 5

postcommunione uero. Tollite puerum. Matth. ij. capit. tempus fugæ uocatur, quo descendit Dominus in ægyptum & mysticè respicit àd gentilitatis adoptionẽ, quia Dominus de Iudæa transiuit ad gentes, ut eas adoptaret hæredes.

SVMMA.

1 *Circumcisio cui primum fuerit iniuncta. Et an eius nomine festum inducatur falsò, aut temere nu. 13. 14.*
2 *Circumcisio, quibus de causis instituta.*
3 *Circumcisio, quando & qualiter fiebat.*
4 *Circumcisio, cur fiebat in præputio.*
5 *Circumcisio quid conferret.*
6 *Circuncidi cur voluerit Christus. causas adfert. nu. 7. 8. 9. 10. 11.*
12 *Circumcisio, quibus de causis fuerit mutata in baptismum.*
15 *Commercium, quid.*
16 *Circumcisionis dies, quinque de causis, est solennis.*
17 *Circumcisionis diebus, multa superstitiosè olim gentiles & pagani agebant.*

De festo circumcisionis. Cap. 15.

1 Hic de festo circumcisionis dicendum est. Sciendum † autem est, quod circumcisio primo iniũcta est Abrahæ & semin eius. i. Hebreis ex eo nascituris, ut sic probaret, an obediret, uel non, sicut & Adam ad probationem obedientiæ mandatum accepit: ne de ligno vetito manducaret. Fuit autem præcepta circumcisionis propter quinque causas. ¶ † Primo, ut per obediẽ
Gene. 17
2 tiam mandati Abraham placeret Deo, cui per præuaricationem Adam displicuerat. ¶ Secundo, data fuit in signum magnæ fidei Abrahæ: Credidit enim se habiturum filium in quo benedicerentur omnes gentes per fidem, id est, per quam spiritualis circumcisio impleretur ut sic iustificaretur & ipse. ¶ Tertio, ut in hoc signo discerneretur ab omni natione populus ille. ¶ Quarto ut circumcisio facta in uirili membro, per quod generatur creatura mortalis, & in quo libido solet dominari, castitatem corporis & mentis seruandã, & impudicitiam resecandam indicaret. ¶ Quinto, quia non posset melius significari per Christum tolli originale peccatum, cum præputio quippe omnis homo nascitur: quemadmodum & cum originali peccato. ¶ † In carne præputij ideo est 3
iussa fieri, quia in remedium instituta est, id est, contra originale peccatum, quod à parentibus contraximus corrupti concupiscentia, quæ in parte illa magis dominatur, & quia in membro illo culpam inobedientiæ homo prius cognouit, docuit quòd & in illo signum obedientiæ acciperet. Fiebat † circumcisio die octauo 4
ex legis præcepto. Leui. xij. c. & fiebat cum lapideo cultello, ad significandum, quòd post septenarium huius uitæ, in octaua die id est ætate, quæ erit resurgentium, omnis ab electis per petram, id est, Christum abscindetur corruptio carnis & spiritus, quando liberabimur à seruitute corruptionis, quãdo circuncidetur à peccatis anima cuiusque credẽtis in eũ. Duæ itaque res sunt illius sacramenti, scilicet circumcisio à peccatis in præsenti, & circũcisio ab omni corruptione in futuro. Christus autem nõ indigebat circuncidi, ut iam dicetur. Conferebat circumcisio † suo tempore remissionem peccatorum, sicut & nunc baptismus. 5
Vnde Greg. de conse. dist. iiij. quod apud. extra de bap. maiores. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc agit apud ueteres uel pro paruulis sola fides, uel pro maioribus uirtus sacrificij, uel pro his, qui de Abraæ stirpe prodierunt, mysterium circuncisionis. ¶ Sed quare † Christus q. fuit agnus 6
immaculatus, non habens maculam neque rugam, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, uoluit circuncidi? Respondeo, sicut uoluit in templo præsentari, sicut & baptizari, sicut & de agno paschali cum discipulis epulari, sic uoluit in 7
corpore circuncidi propter nos. ¶ † Secundo, ne Iudæi dicerent eum non esse Messiã in lege promissum quia non esset circuncisus nec uiueret secundum legem, qui de se ipso dixit. Non veni soluere legem, sed adimplere. ¶ Tertio † ratione nostri, scilicet 8
propter figuram. Et enim cirũcisio illa carnalis, figurat præsentem spiritualem, quæ est gratia, & futurã, quæ erit in gloria nec Mat. 5
dedit

dedit nobis exemplum carnaliter circuncidendi, sed spiritualiter per uitæ inuocationem. Nam secundum Ber. dupliciter debemus circuncidi, scilicet exterius in carne & interius in mente. ¶ † Quarto, ratione sui, ut scilicet se veram carnem assumpsisse ostenderet. ¶ Quinto, ne dæmones † circuncisionis mysterium agnoscerent, cum enim illa contra originale peccatum fieret, credidit diabolus, & hunc qui circũcidebatur similiter peccatorem esse, propter quam etiam causam uoluit, ut mater eius uirgo perpetua desponsaretur. ¶ Sextò, propter perfectam humilitatem † tanquam esset peccator, uoluit hoc fieri, licet non indigeret, sicut & ex humilitate uoluit baptizari subdendo se minori. Vbi sit caro præputij Christi, dictum est in quarta parte sub septima particula canonis, super verbo Noni & æterni. ¶ † Fuit autem mutata circuncisio in baptismum quatuor de causis. Primo, quia sacramentum baptismatis est perfectius. Secundo, quia magis commune. Mulieres enim circuncidi non poterant. ¶ Tertio, quia magis gratia plenum. Per circuncisionem nanque tantum peccatum remittebatur: sed gratia ad bene operandum per eam non præstabatur, nec uirtutes dabantur, vel augebantur. ¶ † In baptismo non solùm peccatum remittitur, sed gratia coòperandi confertur, & virtutes augentur, ideoque rectè ait Apostolus, quòd Abraham cepit circuncisione tantum in signum. Quarto propter honestatem. Honestius enim est aqua lauari, quam corpore mutilari. Sed uidetur quod de circuncisione non debeat fieri festum, cum dicat Apostolus: Circũcisio nihil prodest. extra de bap. maiores. Et iterum, si circuncidimini, Christus nihil uobis proderit. Præterea cum Ecclesia non faciat festum de passione Domini, videtur quòd in circũcisione, in qua incipit passio Domini quando primum sanguinem suum fudit, non sit faciendum festum, sed potius lamentum, sicut & in passione. Ad hoc dicitur, quòd festum non fit de circuncisione, sed de octaua natalis Domini. Sed non aliquid impedit nos dicere quòd fiat festum de circuncisionæ, quæ fiet in octaua resurrectionis, à culpa & a pœna, & est causa meritoria illius, & propter illud gaudium Ecclesia solennizat. Ab hoc vero, quòd objicitur de passione respondetur quòd alia de causa Ecclesia dimittit facere festum in die. qua Dominus passus est, quàm propter passionem, scilicet quia tunc Dominus posuit peccata nostra in stateràⁿ. Vnde Iob: vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera. Oportuit enim filium Dei pati pro peccatis nostris, ut nos redimeret ab omni peccato, & ideo luget Ecclesia magnitudinem peccatorum suorum, considerãs quod sol erubescens propter peccata hominum obtenebratus est. de quo dicetur sub parasceue. ¶ † Celebratur ideo hodie octaua natiuitatis, quæ est octaua suppletionis, prout dicet in prooemio septimę partis. Est etiam hæc octaua alterius negotij significatiua. Duplex est enim negotium, quòd in ea figuratur. unum circuncisio Domini, quod in euangelio exprimitur, alterum aduentus hominis ad Deum. Est enim duplex aduentus, scilicet Christi ad homines de quo in natiuitate actum est, & hominũ ad Christum, de quo in hac octaua agitur quod notant antiphonæ laudum, ut illa: O admirabile commercium. Nam commercium est, vbi † aliquid accipitur, & aliquid datur. Dominus nanque accepit nostram humanitatem, ut nobis daret suam diuinitatem, quod notatur in verbis ibi sequentibus, scilicet animarum corpus sumens de virgine. Per hoc enim notatur, quod Dominus accepit, per hoc enim dicit largitus est nobis suam deitatem, notatur quod dederit. Secunda vero & quarta antiphonæ terminatur. Te laudamus Deus noster. q.d. ad te ueniemus, laudando te. Tertia terminantur: Dei genitrix intercede pro nobis. q.d. intercede, ut filius tuus suscipiat nos. In quinta dicitur illud, quod dixit baptista: Ecce agnus Dei. q.d. ad eum venire debemus. vnde Andreas & alius discipulus Ioannis hoc audito secuti sunt Dominũ. In antiphona uero quæ est supra. Benedictus dicitur Innouantur naturæ, nostra enim natura recedẽdo à Deo est inueterata, & redeundo est innouata. ¶ † Notãdum quoque est, quod quinque sunt quæ hanc diem reddunt solẽnem. Primum est, quia hac die duo festa concurrunt, scilicet parientis & partus. Vnde & duæ missæ celebran-

9 10 11 12 13 14 15 16

Rom. 2 Ga. 5. Iob. 6. Ioa. 1.

lebrantur. Prima, de pariente scilicet de beata virgine, in qua dicitur introitus. Vultum tuum. & communio: Simile est regnũ cœlorum homini negotiatori. Mat. xiij. ca. Secũda est de partu, scilicet de filio in qua dicitur introitus: Puer natus est nobis, vel in alijs Ecclesijs, dum medium silentium. Vnde & in quibusdam gradualibus officiũ utrunque intitulatum inuenitur. Et ideo quia hoc festum est de beata virgine, fit hodie statio apud Ecclesiam sanctæ Mariæ trans tyberim, quanuis quidam scripserunt quod fit apud sancta sanctorum ad Lateranum, pro eo quòd caro circuncisionis Domini ibi dicitur conseruari, prout dictum est in iiij. parte sub vij. particula canonis. Epistola est: Apparuit benignitas, quæ est ad Tit. iiij. Euangelium est: Postquam consumati sunt. Luc. ij. Allelu Ia. Multiphariè Hebr. j. Secundum, quod facit hanc diem solennem, est octaua, de qua dictum est. Tertium, impositio noui & salutiferi nominis: de qua dicetur sub tit. de sabbato sancto, ubi agitur de baptismo, quod nomen triplex est, scilicet filius Dei, Christus & Iesus, sicut ex euãgelio colligitur, de hoc dictũ est in prooemio secundæ partis. Quartum, est effusio sanguinis Iesu Christi, hodie enim primo sanguinem suum pro nobis fundere cœpit, qui cum postmodum sæpe fundere uoluit. Quintum, est signaculũ circũcisionis, quod Christus hodie pro nobis dignatus est suscipere propter causas premissas. In quibusdã ecclesijs subdiaconi fortes & iuuenes faciunt hodie festum, ad significandũ quòd in octaua resurgentium, quæ significatur per octauam diem, quia circuncisio fiebat, nulla erit debilis ætas, non senectus, non senium, non impotens pueritia: sed omnes concurremus in uirum perfectum cũ hoc mortale induet immortalitatem, & hoc corruptibile, incorruptionem, ut præmissum est. de hoc dicetur in septima parte sub festis sanctorum Stephani & Ioãnis ¶ † Postremo notandũ est q̃ olim pagani & gentiles in his calendis multas superstitiones obseruabãt, quarum aliquas Aug. in quodã cõmemorat sermone. xxvj. q. ult. non obseruet. Credentes enim (inquit) Ianum quendã Deũ esse, eũ tunc uenerabantur, ei duas facies figurãtes, vnã ante aliã post, eo q̃ est principiũ anni sequentis & finis præcedentis. Assumebant enim formas monstruosas: alij ex pellibus pecudum: alij ex capitibus bestiarum: alij vestiẽtes tunicas muliebres, alij, auguria obseruabant, dantes vel recipientes diabolicas strenas: alij, mensas lautè præparatas tota nocte manere sinebant, putantes totum anni spatium conuiuia tali cibi abundantia perdurare: quæ veritas prohibet Christianos facere.

1. Cor. 15. 17

SVMMA.

1 *Epiphania quid. Et eius diei officium. ibid. infra & nu. 10. 11. 16.*
2 *Magi, qui & vnde dicti.*
3 *Stella, quæ Magis apparuit, quid.*
4 *Magi, quæ, & cur munera Domino obtulerunt.*
5 *Theophania secunda Apparitio.*
6 *Epiphaniæ die non debet quis baptizari, nisi summa necessitate cogente.*
7 *Bethphania, tertia Apparitio, quarta. numero. 8.*
9 *Inuitatorum, cur non habeat locum in die Epiphaniæ.*
12 *Christi genealogia, variè tradita per Matthæum, & Lucam.*
13 *Epiphaniæ tria euangelia.*
14 *Mundi vespera, duplex.*
15 *Epiphaniæ Missæ expositio. Et quid ea populo nuntiet in Italia. nu. 17.*

De festo Epiphaniæ. Cap. 16.

SEQVITVR festum epiphaniæ, quod est uocabulũ † græcum, & sonat latine manifestatio siue apparitio, & est idem cum festo natiuitatis, nihil nasci profuit, nisi apparuisset. Verum pro triplici apparitione hodie solennizat ecclesia, unde & in codicibus antiquis hæc dies epiphaniarum pluraliter intitulatur, & ideo tripliciter nominatur, scilicet epiphania, theophania, & bethphania. Epiphania dicitur quantum ad illam apparitionem Domini, quæ facta est Magis per stellam. † Magi autem ipsi fuerunt Gaspar, Melchior, & Balthasar, & fuerunt reges, iuxta illud psalmistæ. Tibi of-

1

Universidad de Deusto Biblioteca

bi offerent reges munera. & iterum: Regis
Psf.67 Thar. & insul. mu. of. reg. ara. & sabba. do. ad
Psf.51 ducent, quorum corpora de Mediolano in
Coloniam translata fuerunt. Et dicuntur
Magi, à magnitudine scientie. Per astronomiam enim cognouerunt, quia stella illa
non erat ex constitutis à principio: sed illa
de qua Balaam magister suus prophetauerat, Nu. xxiiij. Orietur stella ex Iacob, &
consurget uirga de Israel, & de Iacob erit,
qui dominetur, & ideo moti sunt, ut ductu
illius stellæ uenirent in Bethleem, ut regẽ
natum, quem eis prophetauerat Balaam,
adorarẽt. Et dicitur epiphania ab ἐπὶ quòd
Mat 2 est supra & φάνεια, quod est apparitio, quia
de sursum illa fuit apparatio, scilicet de cęlo, vel ab ἐπὶ quod est super, quia scriptum
est. Vsque dum ueniens staret supra, ubi
erat puer, Erat quidem proximior terræ
quàm aliæ stellæ, & hæc facta sunt tredecima die à natiuitate Domini, qua die stella Magos ad præsepium duxit. Et dicunt
3 quidam † quod stella illa fuit Spiritus san
ctus, qui postea descendit super Dominum
baptizatũ in specie columbæ & ipsis Magis in speciæ stellæ. Alij, quòd fuit angelus
qui apparuerat pastoribus Iudæis, scilicet
illis tanquam ratione vtentibus in forma
irrationabili: istis uero gentibus tanquam
irrationabilibus in specie irrationabili.
Alij & uerius quòd fuit de nouo creata:
quæ peracto officio suo redijt in primordialem materiam. Alij dicunt, quòd cecidit in puteum, vbi adhuc dicitur apparere
solis tantum virginibus. ¶ Solet autẽ quæri
quomodo tã citò, videlicet intra. xiij. dies,
de tam remotissimis regionibus. Hierosolymam venerunt, quæ dicitur esse in medio
mundi? iuxta illud Psal. Rex noster ope-
Psf.63 ratus est salutẽ in medio terræ. Dicit Isid.
quod ante natiuitatem stella illa illis apparuit, ut possent ibi esse in tempore opportuno. Hiero. dicit, quod in die natalis Domini primo ab eis visa est. Sed uenerunt in
Dromedarijs, iuxta illud propheticũ: Innundatio camelorum operiet te: Dromedarij,
Madiam & Effa: qui velocissimè currunt.
Vnde & dicuntur, a δρόμος quod est cursus:
Es.6. & ὄρος quod est uirtus, & sunt minores camelis, sed velocius currunt, quam illi scilicet tantum in uno die, quantum equus in
4 tribus. ¶ † Quęritur enim, quare Magi ve-
nientes munera obtulerunt? ¶ Respondeo quod secundum Bedam antiquitus nullus ad regem vel dominum uacuus introibat, quod Persę & Chaldæi obseruant. Secundo, secundum Bedam, obtulerunt aurum beatæ virgini propter inopiæ sublevationem. Tus contra fœtorem. Myrram, propter membrorum pueri consolidationem, & vermium expulsionem. ¶ Tertio, quia aurum ad tributum. tus ad sacrificium, myra uero ad sepulturam pertinet. Per hæc ergo tria insinuantur in Christo regia potestas, diuina maiestas, & humana mortalitas. ¶ Quarto, quia aurum significat dilectionem, tus orationem, myrrha carnis mortificationem, quæ tria offerre Deo debemus. ¶ Secunda apparitio, fuit eadem † die in baptismo, multis tamen 5
annis reuoluit, scilicet. xiij. die tricesimi primi anni, unde Lucas: Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum. xxx. & ideo hæc apparitio dicitur theophania, θεός, quod est Deus, & φανεια, quod est apparitio, quia ibi trinitas apparuit, pater in voce, & filius in carne, & spiritus in columba. Quidam autem hęretici dixerunt solum in die epiphanię † baptizari debere, pro eo, quòd Chri
stus tunc fuit baptizatus, nec dari Spiritũ 6
sanctum baptizato in alia die & gręci eadem die baptizant, ob quam hęresim extirpandam sancti patres decreuerunt neminẽ nisi in articulo necessitatis eadem die baptizari debere. ¶ † Tertia apparitio fuit 7
postea, similiter eodem die anno reuoluto cum esset xxx. annorum. & xiij. dierum, scilicet quãdo manifestauit se esse Deum per mutationem aquę in uinum, quod fuit primum miraculum apertum, quod Dominus fecit in Cana Galilęæ, vel simpliciter primum quod fecit. Et hæc apparitio dicitur bethphania, à βηθ qd̃ est domus, & φανεια quod est apparitio, quia ista apparitio facta fuit in domo in nuptijs. De his tribus apparitionibus fit solennitas in hac die. Sed quia Ecclesia non potest perfectè de omnibus unam & eandem diem solenniza re, ideo de stella plene exequitur, & de alijs aliquid admiscet ut notetur quòd tres fuerunt in illa die apparitiones, qui leguntur in euangelio tanquam sub die eadem factæ. de primo uero miraculo hodie totum cantatur officium, quia in eo specia liter

natiuitas Domini Gentilibus est notificata, de sancto duo responsoria cantantur, scilicet primum. Hodie in Iordane & in columbæ specie, quod à pluribus Ecclesijs ponitur nonum, & ideò primum & nonum. quia baptisma est primum sacramentum nostræ redemptionis, per quod reformamur, & similes angelis efficimur, quorum sunt nouem ordines. Bruno autem signeñ. episcopus corrector officij antiphonarij, dixit quòd in responsorio: In columbæ specie, & in antiphona: Vox de cœlo, quæ dicitur in octaua ad laudes, non debet esse verbum istud: Ipsum audite, quia in baptismo non fuit hoc dictum à patre, sed in transfiguratione, & qui agunt festum transfigurationis cantant responsorium in quo illud continetur. q. d. Ego sum testis, quod hic est ille, qui promissus est in lege. Deut. xviij. vbi dixit Moses: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis suscitabit tibi Deus, ipsum audietis &c. Qui autem verba eius, qui loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. De tertio verò mi-
8 raculo cum alijs cantatur vna antiphona, scilicet tribus miraculis. ¶ Beda † etiam dicit, in commento super Lucam, Quartam apparitionem factam fuisse eadem die anno reuoluto, cùm esset xxxj. annorum, scilicet in fractione quinque panum, & saturatione quinque millium hominum, & illa dicitur phagiphania, à φάγειν quod est bucca siue comedere. Sed de hac hodie nihil agitur. Præterea, dubitatur, vtrum hoc contigerit ista die, tum quia in originali Bedæ non sic legitur, tum quia Ioan. vj. ubi de hoc miraculo agitur, dicitur: Erat autem proximum pascha &c. Ideo autem institutum fuit hac die festum, de tribus miraculis, quia hæc dies fuit antiquitus celebris in honorem Augusti Cæsaris, propter triplicem eius triumphum, quo suo tempore Romano Imperio tres regiones subiugauit, scilicet Parthiam, Aegyptum, & Madiam. Illam ergo celebritatem Ecclesia in melius commutauit, uidelicet ad celebrandum Christo pro eius triplici miraculo. In quibusdam Ecclesijs non dicitur hac die ad nocturnos: Domine labia mea aperies. nec Deus in adiutorium. nec Gloria patri, nec hymnus, ad notandam promptitudinem gentium, quæ statim stella apparente uenerunt. Ex abrupto ergo ad nocturnos uenitur, quasi ipso facto dicat Ecclesia, quibus non est narratum de eo, ueniebant, & qui non audierunt, contemplati sunt. Esa. liij. cap. Vel potest dici, quod in hoc festo fit præcipuè mentio de gentilium conuersione, quos illi tres Magi initialiter præcesserunt. Quia ergo conuersio ipsorum gentilium, adhuc erat imperfecta, quia in paucissimus, scilicet in ipsis tribus Magis, idcirco in signum huius Ecclesia omittit cantica qui iam conuersorum seu perfectorum esse uidentur, sicut Gloria patri. hymnum, & huiusmodi. Hac etiam de causa non præmittitur: Domine labia mea aperies. nec Deus in adiutorium, quia secundum Apostolum: Corde creditur ad iustitiam, Rom. 10
sed prius, ore autem confessio fit ad salutem, scilicet posteà. Inuitatorium etiam non dicitur, propter quatuor rationes. ¶ † Primo, ad ostendendum 9
quod Ecclesia in primitijs suis uenit de gentibus ad Dominum, non inuitata, uel uocata per præconem aliquem, sed sola stella duce, iuxta illud. Nemo nos conduxit, ut sic incutiatur erube- Matt. 20
scentia eis, qui tardè credunt, cum multos habeant prædicatores. Magi enim non uocati, uenerunt adorare Christum. ¶ Secundo, ut nos qui quotidia inuitamus & excitamur ad adorandum, & deprecandum Deum, uideamur detesta-
ri inuitationem fraudulentam Herodis Matt. 2
dicentis Magis, ite, & interrogate diligenter de puero &c. ¶ Tertia est causa, quia ipsa res nos inuitat, scilicet, stella, per quam significatur fides, quæ ducit nos ad Deum, & illuminat nos in nocte huius seculi. ¶ Quarta, quia psalmus: Venite quæ idem dicit, dicitur in nocturnis, & sic idem repeti uideretur. Licet ergo hac die non dicatur inuitatorium, tamen psalmus inuitatorius, scilicet; Venite exultemus, in tertio nocturno ad septimam antiphonam dicitur, ad ostendendum quod in tertio tempore, scilicet gratiæ sufficienter inuitata est Ecclesia, de gentibus, & nullus se excusare potest,

quia in omnem terram exiuit sonus eorũ. xix. distinct. ita. & quia tertio tempore, scilicet gratiæ data est vniformis gratia in plenitudine. Dicitur quoque ad septimam antiphonam, ad notandum, quòd per baptismum datur spiritus septiformis, Per hebdomadam, dicitur inuitatorium, in persona Magorum, alijs, qui non viderant, nuntiantium, Leguntur autem tres lectiones de Esa. qui expressius loquitur de Christi natiuitate, de qua siue de nati apparitione hoc festum est. ¶ † Sed quæritur, quare in quibusdam Ecclesijs in principio tertij nocturni huius festi, canitur Psal. Deus noster refugium. cum antiphona Fluminis &c. cum ipse præcedat in ordine psalterij vltimum Psalm. j. nocturnæ, & omnes secundæ? Respondeo: tertium nocturnum recolit nouum testimonium quod est tempus gratiæ: qua propter hoc tertium nocturnum habet in capite antiphonam. Fluminis; quæ cum dicto Psalm. nouum tangit testamentum, & ideò dictus psalmus tunc & non prius dicitur. Præterea, antiphona ipsa habet allelu-Ia. quod non ponitur in antiphonis primæ vel secundæ nocturnæ: vt dictum est sub natali. Rursus, ideò ponitur in septimo loco, quia pertinet ad septiformem gratiæ spiritum, per vim baptismi collatum. Sequentes etiam antiphonæ cum suis psalmis nouum indicant testamentum, & hi tres psalmi monstrant commotionem gentium contra prædicationem Apostolorum: subuersionem idolorum, & conuersionem fidelium. Romana tamen Ecclesia dictam antiphonam: Fluminis, cum suo Psalm. ponit in primo nocturno, & psalm. Venite in tertio, secundum rectum ordinatum, naturalem ordinem psalmorum: & congruè quia gentes tempore gratiæ venerunt ad fidem. ¶ † Et attende, quòd antiphonæ in prima parochiæ siue nocturna, continet sacerdotes, & in secunda reges: in tertia vsque ad angelos peruenitur. Post tertium nocturnum statim cantatur euangelium: Luc. Factum est autem. in quo de baptismo Saluatoris plenè agitur, & eius genealogiam describit, quia vt premissum est, hoc festum de natiuitate est. ¶ † Notandum autem est quòd Matth. in euangelio: Liber generationis, enumerat generationem illam incipiens ab Abraham, descendendo vsque ad Ioseph, virum Mariæ, de qua natus est Iesus &c. ostendens, per hoc quòd à summo cœlo fuit egressio eius, & qualiter Dominus ad nos descendit. Similiter Esa. xj. cap. Dona spiritus sancti enumerans, vltimò ponens timorem dicit, & repleuit eum spiritus timoris Domini: Sed Lucas in hoc euangelio, Factum est autem, illam enumerat ascendendo, quia post baptismum eam enumerat, nec sistit eam in Abraham, sed in Adã, vsque ad Deum procedit per gradus sic: qui fuit Hely. ostendens per hoc, quòd à baptismo iter est ad Deum: sed hoc quasi per quosdam gradus virtutum, qui significantur per patres gradatim ordinatos: & tangit filios, secundum legem, non secundum naturam sic, qui fuit Natham, qui fuit Dauid: supple filius, scilicet adoptiuus. Vna ergo generatio describitur descendendo, altera ascendendo, quoniam vna carnalis, altera spiritualis. In vna ponitur genuit, vbi carnalis generalis, & temporalis successio exprimitur. In altera ponitur, qui fuit: vt notetur spiritualis generationis adoptatio. & describitur ascendendo, vt notetur spiritualis ascensus. Prima terminata est in virginis partu. Secunda nobis inchoata est per baptismum. Tria ergo sunt †euangelia huius solennitatis: vnum est de baptismo, scilicet: Factum est: secundum de Magis, scilicet: Cum natus esset Iesus, quod dicitur ĩ missa & ibi dicitur. Sic enim scriptum est, per prophetam, scilicet Michæam. c. v. Tertium est de nuptijs: quod dicitur in dominica sequenti post festum Hilarij. Sanè, præmissa duo euangelia de generatione Christi de nocte dicuntur: vnum in natiuitate, alterum in epiphania: quia vtraque Christi generatio fuit in nocte, id est obscura, & priorum sensibus non intellecta. De hoc enim sub natali dictum est. Post euangelium Ecclesia exultando dicit: Te Deum laud. Parum ergo agitur de baptismo Domini in nocturnali officio: sed suppletur in octa. in qua agitur de apparitione facta in baptismo: præsertim in antiphonis laudum, quæ ostendunt effectum baptismi in nobis, scilicet vt baptizemur: vt à peccatis per nostrum lauacrum abluamur. Omnes enim vnius & septimi toni sunt,

sunt, vnius ad notandum Ecclesiæ unitatem, in qua solum baptisma prodesse potest. Septimi, ad notandum quòd in baptismo datur septiformis gratia spiritus sancti. Vel quia per baptismum peruenitur ad septimam ætatem quiescentium. Si enim aliquis statim post baptismum dignè acceptum, decedat: mox recipit primam stolam, quæ datur in septima ætate, id est in secunda vespera. Antiphona verò ad Magnificat: est octaui toni, quia in vespera mundi nobis dabitur stola secunda, id est gloria corporis, quam in octaua ætate, nos recepturos speramus. † Duplex est enim mundi vespera. Prima est, sexta ætas, secundum quam Dominus in vespere mundi natus: iuxta illud Vergente mundi vespere. Secunda est, finis mundi, in qua vel postquàm dabitur nobis gratia carnis, de qua dicitur: Ad vesperam demorabitur fletus. Nam vsque tunc erit fletus miseriæ nostræ: sed tunc erit finis. dicitur etiam ad horas capitulum illud: Surge, illumina. & illud Super te autem. & illud: Inundatio. quæ sunt Esa. lx. cap. † Missa siue diurnum officium similiter pertinet ad primum principale & precipuum miraculum, scilicet ad primitias gentium, & ad munera Magorum, & ad Christi natiuitatem. Vnde introitus, qui sumitur de Esa. licet non sit, ibi continuè est: Ecce aduenit &c. Ecclesia enim de gentibus electa pro suæ vocationis initio gaudens gratiosum laudis præconium offert Deo, pro sua salute. d. Ecce &c. q. d. Ecce, in propatulo est, quod Dominus natura dominator effectu aduenit, id est, ad nos venit, & carnem assumpsit, vel vt alludamus præsenti diei, ad nos venit, id est qui in carne latebant, per multa signa Deus esse apparuit, vt per stellam, per Magorum munera: per vocem paternam, & per spiritum sanctum in columba, & propter hoc utitur aduerbio demonstrandi: Ecce, ostendens apparitionem filij Dei quasi ad oculum, per premissa Epistola Surge, illuminare, & graduale: Omnes de sabba &c. sunt de eodem & sumuntur de Esa. lx. cap. & euangelium de eodem, scilicet Cum natus esset &c. quod est Mat. ij. cap. Ex quo sumunt allelu-Ia & communionem: Sicut autem in matutino officio fit suppletio in octaua, ut iam tactum est, ita & de missæ officio simpliciter fit suppletio. † Nam introitus missę hodiernæ notat gaudium gentium de aduentu saluatoris exultantium, & in collecta hortatur gentes ad contemplandum eius speciẽ, quam per fidem cognouerunt. Reliquum totum est de miraculo huius diei, scilicet de gentibus per stellam ductis. ¶ † Non est etiam prætermittendum, quod in Italia in missa huius diei, futurum pascha populis annuntiatur. Sacerdos nanque uel alius post offertorium, dicit alta uoce: Annuntio charitati uestrę gaudium magnum, quod erit omni populo, quia septuagesima erit tali die & pascha tali. In Concilio uero Brachareñ. de consec. dist. iij. placuit primum. ita legitur: Placuit, ut postquàm omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, super uenturum ipsius anni pascha, quo Calendarũ die, id est, quo die ante, uel post Calendas, uel quoto à luna debeat suscipi, à metropolitano episcopo intimetur, quod cæteri episcopi uel reliquus clericus breuiculo subnotantes unusquisque in sua Ecclesia adeuiẽte natalis Domini, die post euangelicam lectionem populo annũtiet, hoc tamen non ubique seruatur. Rursus in concilio Carthagiñ. e. dist. placuit. j. Statutum est, ut dies paschæ formaturum. scilicet literarum subscriptione omnibus intimetur. Dies uero cõcilij. xj. Calen. Nouẽb. seruetur. Quidam tamẽ ultra montani episcopi in synodo. quam celebrant die Mercurij proximiori festo beati Lucæ, pro missa annuntiant. Quidam asserunt in uigilia epiphaniæ ieiunandum fore, eo quod sibi propriũ officium appropriatur, & allelu-Ia in officio, nisi in dominica interueniat, subticetur, & dicitur euangelium: Defuncto Herodes: quod est Mat. ij. cap.

SVMMA.

1 *Epiphaniæ octaua. Et quid notet.*
2 *Antiphonæ octauæ Epiphaniæ cur sint de septimo tono.*

De octaua Epiphaniæ. Cap. 17.

DE octaua Epiphaniæ in omni cantu & in lectione Esa. † quæ legitur pro epistola, scilicet Domine Deus meus

agitur de baptismo. Vnde ibi dicitur: Exultent solitudines Iordanis, ideò quia in Iordane vim regenerativā Dominus cōtulit, aquis instituendo baptismum, & quia gentes, quæ à Deo prius erant quasi in solitudine deserti, ad eum redeunt. Octaua ergo epiphaniæ suppletionis est, vt in tit. præcedenti dictum est, quia sicut in festo recolimus, quomodo Christus baptizatus est, ita in octaua rem propter quam baptizatus est, quod antiphonæ illius diei ostendunt. In octaua igitur de secundo epiphaniæ miraculo, scilicet de baptismo iubilatur, vt in antiphona: Veterem hominem, & cæteris quæ sequuntur, quæ quia translatæ sunt de græco in latinum, grauius continent in dictamine idioma. † Et sunt de septimo tono, quia pertinent ad baptismum, vbi septiformis gratia spiritus sancti operatur, & sunt nouem quoniam per ianuam baptismi peruenienus ad consortium nouem ordinum angelorum. Sunt tamen octo de hoc expressius agentes propter veram octauā, ad quam baptisma ducit. Et meritò baptismi officium ad octauam differtur, quia vicem tenet circuncisionis, quæ in octaua celebratur. Et cantatur hac die inuitatorium, quia prædicantibus Apostolis, ad baptismum sunt homines inuitati. Quædam verò Ecclesiæ dicunt hac die ad missam euangelium. Venit Iesus à Galilæa, quod est Matt. iij. c. Alij dicunt: Vidit Ioannes Iesum venientem ad se, quod est Ioan. c. j. quæ ambo pertinent ad literam ad baptismum Christi, & epistolam: Surge, illuminare.

2

S V M M A.

1 *Dominica prima ab Epiphania. Et eius Missæ introitus num. 2. Item totius officij summa ratio.*
3 *Dei thronus vt simus, tria necessario requiruntur.*

De prima dominica post Epiphaniam.
Cap. 18.

1 DE prima † dominica post Epiphaniam, scilicet infra octauas dicturi præmittimus, quòd ab epiphania vsq; ad septuagesimam, possūt esse sex dominicæ ad plus, & vna ad minus, in quibus omnibus intendit Ecclesia in nocturnis officijs ostendere apparitionē Domini, vt stella oriatur in nobis, quæ ducat nos in Bethleem superiorem, & ferè omnia, quæ hoc tempore dicuntur, ad gaudium pertinent. Verum tamē, non nisi tres ex ipsis dominicis proprium habēt officiū, & ideo quando quatuor sunt aut plures, sequens officium dicitur in quibusdam Ecclesijs, in prima dominica post octauas, quando verò sunt tres dominicę tantum, dicitur in dominica infra octauas, in hac ergo dominica, scilicet infra octauas, monet nos Ecclesia in introitu, vt offeramus domino aurum, quia rex regū est, & tus, quia Deus deorum, & hoc idem facit in duobus sequētibus. † Et est introitus: In excelso throno vidi sedere virum quem adorat multitudo angelorum, quod sumptum est de illo loco Esa. Vidi dominum sedentem super solidum &c. quod enim hic dicit thronum, dicit ibi solium, quod idem est: & quod dicitur hic multitudo angelorum, idem etiam est, quod dicitur in Esa. quòd angeli canebant: Sanctus, sanctus, sanctus. Sanè thronus excelsus, est Ecclesia, in qua sedet Deus, qui monet nos, vt adoremus Christum sicut verum regem. Epistola verò monet nos, vt offeramus myrrham dicens: Obsecro vos per misericordiam Dei vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam Deo placentem &c. ad Ro. xij. c. & per hoc ostenditur myrrha, quæ intelligitur in carnis mortificatione. Euangelium est de apparitione domini. Cum factus est Iesus annorū xij. &c. Luc. ij. ca. vbi sequitur: Mater eius inuenit eum in templo disputātem cum sapientibus & docentem. ¶ † Potest etiam dici, q̄ ad hoc vt efficiamur thronus, in quo dominus sedeat, tria sunt nobis necessaria, munditia carnis, humilitas mentis, & exultatio in domino. Ad munditiam carnis, inuitamur in Epistola, vbi dicitur: Obsecro vos &c. vt suprà. Ad humilitatem mentis in euangelio Christi exemplo, de quo ibi legitur, quòd parentibus subditus erat. Ad exultationem in domino, i gradiali, in quo benedicimus domino, qui fecit mirabilia solus, & in allelu-Ia, & in offertorio, in quo domino iubilare, iubemur. Interest tñ iter allelu-Ia & offertoriū, qa i

2 Esa. 6

3

allelu-Ia

allelu-Ia tantùm semel dicitur: Iubilate Deo omnis terra. in offertorio autem geminatur sub diuersa melodia, ad notandū, quod in gaudio domini crescere debemus, quia sumus mysticum corpus, vnde in euāgelio dicitur: Puer autem crescebat &c. in communione quæ est Luc. ij. notatur Christi humanitas, secundum quam vocat eum filium, & quasi increpans dicit: Fili quid fecisti nobis sic, & deitas secundum quam ipse dicit: Nesciebatis, quia in his, quæ sunt patris mei, oportet me esse?

S V M M A.

1 *Dominica secunda post epiphaniam, & eius officium.*
2 *Psalmi & Epistolæ Pauli cur maximè leguntur ab Epiphania, ad septuagesimam vsq.*
3 *Missæ officium, in secunda dominica post Epiphaniam.*
4 *Augustus Imperator, ex glebis terræ ab vniuerso orbe alatis iussit monticulum fieri Romæ. super quo tandem Ecclesia quædam structa est.*
5 *Nuptiæ spirituales.*
6 *Misericordiæ opera, quæ.*
7 *Aquæ mutatio in vinum, quid notet mysticè.*

De dominica secunda post Epiphaniam.
Cap. 19.

1 IN hac secunda dominica, quę est prima post † octauas in sequentibus dominicis cantatur in quibusdā Ecclesijs ad vesperas in sabbatis responsorium: Peccata mea domine sicut sagittæ infixæ sunt in me, sed antè, quàm vulnera generēt in me, id est. peccata alia, sana me &c. & propter eandē causam dicitur in primo responsorio matutinali: Domine, ne in ira. Ostendit enim Ecclesia suis filijs pœnas ignis purgatorij & inferni, quia comedēdus est agnus Paschalis, cum lactucis aggrestibus, & vt molamur inter duas molas, scilicet spem & timorē. Quia vero intendit Ecclesia nobis manifestare fidem filij Dei, vt dictum est, quod sit melius per epistolas Pauli & Psal. ideo leguntur ipsæ epistolæ, & Psalm. cantantur. Omnia enim ferè responsoria ab octaua Epiphaniæ vsq; ad septuagesimam sunt de Dauid non de bellis, sed de Psalmis in quibus instruimur de bonis operibus, quia fides sine operibus mortua est, extrà de sacr. vnct. c. j. & quia maximè in psalmis Dei misericordiā imploramus, & propter hoc quidam legunt de Psalmis hoc tēpore, vt sic responsoria lectionibus correspondeant: sed Psalmi legi non debent, nisi prout quidam faciūt triduo ante pascha. ¶ Et † nota quod penè omnia responsoria dominicarū huius tēporis usque ad septuagesimā sumūtur de nocturno dominicali & de quinque psalmis, qui sequuntur, scilicet: Deus, Deus meus, respice, & alijs respōsorijs secūdæ feriæ, similiter de eius nocturno sumitur, & ita ferè de oībus alijs. Epistolæ uero Pauli leguntur. Primo, quia ipse præ cæteris de fide locutus est, per quam quasi per stellam Christus cognoscitur. In illis enim ad pœnitentiam reuocamur. Secundo, quia sicut prophetæ nasciturū Dominum prædixerunt, & maximè Esa. vnde Esaiam ante natiuitatem domini legimus, ita & Apostoli Deum natum prædicauerunt, & maximè Paulus, qui plus alijs laborauit, unde eius epistolas post natiuitatē legimus, Christum natum ostendentes. Breuiter autem notandum est, quod pro natiuitate saluatoris uarijs modis à die natiuitatis, usq; ad octaua Epiphanię ostensa exultauimus, uerùm quia exultationem, quæ esse debuit spiritualis, penè omnes conuertimus in carnalem, comessationibus ebrietatibus, & iocis inutilibus uacantes, inde est, quod in hac dominica, quæ est prima post octauam Epiphaniæ ī officio nocturno historia: Domine ne in ira &c. cantamus. in qua domini misericordiam imploramus, & per pœnitentiæ lamentum peccata deflemus, & quia quolibet die peccamus, ideo quælibet dies sua debet habere specialia officia, scilicet responsoria. Dies ergo dominicus habet sua scilicet nouem, & secunda feria habere debet sua, scilicet tria, & sic de alijs. Sicut enim in hebdomada ante natiuitatem, ad notandum saluatoris desiderium singulis diebus singula responsoria, & singulas antiphonas in laudibus cantauimus, ita ad notandum planctum nostrum, & desiderium pœnitēdi singulis diebus post octauas Epiphaniæ, propria re-

2

3

sponsoria deputamus & tam in nocturnis psalmis, quàm in laudibus matutinis, quolibet die dicimus antiphonas speciales, quę feriales dicuntur: quia illę tantùm in feriatis diebus vel noctibus cantantur, nisi festum impediat: excepto tempore, quod est à pascha, vsq; ad octauas pentecostes. ¶ Circa missæ officium † sciendum est, quòd introitus huius dominicæ est Oĩs terra &c. & dicitur ad idem, quod & aliud officium, scilicet ad ostẽdendum apparitionẽ. Sed istud totum plenum est hac voce: Iubilate propter innouationem nostrã: quia nouus rex, noua lex. Apoc. Ecce noua facta oĩa. Rursus ideò in hac dominica cauit: Omnis terra &c. quoniam † Augustus Cæsar ad gloriam imperij Romani iussit, vt de singulis ciuitatibus orbis aliquis. Romam veniret, afferens inde tantum terræ, quantum pugnus claudere posset: vt per hoc appareret omnes Romano imperio forè subiectos: ex qua terra factus est in vrbe quidam monticulus, super quem fabricata fuit quædam Ecclesia à Romanis, ad fidem cõuersis: quæ fuit in hac dominica dedicata: quia ergo monticulus ille de omni terra factus est, ideò in festo dedicationis illius Ecclesiæ, super illum cõstructæ cantatur: Omnis terra &c. & sicut Cæsar Augustus ab omnibus mundi partibus adorabatur: à quibus terra illa apportata fuit: ita Deus ab omni terra, id est, ab omnibus hominibus, siue ab omni genere hominum adoratur. Beatus quoque Grego. tali die pacem fecit in orbe, & propter hoc in collecta huius diei posuit: & pacem tuam nostris concede temporibus.

Hanc igitur pacem, & Christi veram adorationem operatur vera dilectio proximi, ad quam inuitamur in epistola: Habentes donationes &c. ad Roma. xij. cap. i. qua monemur, vt donationes à Christo habitas, ad aliorum ædificationem exerceamus: vnde ibi dicitur: Necessitatibus sanctorum communicantes. Ad idem etiam in euangelio inuitamur exemplo domini: qui sicut ibi legitur, in nuptijs mutans aquam in vinum: magna miracula faciens, necessitatibus eorum subuenit, quorum intererat cõuiuentibus ministrare, sed epistola non videtur cõuenire ministerio euangelij, quod est: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. Ioan. ij. capit. Sed bene conuenit: quia ad confirmationem nostram, facta sunt miracula, & dona data nobis: & tanquam in nuptijs spiritualibus apponit Apostolus viginti fercula principalia dicens siue prophetiam secundum rationem fidei &c. Cana enim, zelus ĩterpretatur: Galilea † trãsmigratio: quòd igitur nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ significat, quod in corde illius, qui zelum id est, ardentem amorem habet transmigrandi de vitijs ad virtutes: de mundo ad patrem: de terra ad cœlum fiunt nuptiæ: & Christus dominus ibi est, cum matre sua: hoc est enim de primis lætitijs, in illo corde, vbi fiunt nuptiæ, quòd Christus natus est de virgine: ibi mutatur aqua in vinum, id est, insipiditas operum, in letitiam spiritualem. Ad has siquidem nuptias celebrandas Inn. Papa iij. instituit hac die stationem apud venerabile hospitale spiritus sanctus fieri, vbi tanquam in Cana Galileæ, est zelus transmigrandi de vitijs ad virtutes. Ibi siquidem positæ sunt sex hidriæ, id est, instituta sunt † & perfectissimè exercentur sex opera misericordiæ: quæ sunt pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum, adire incarceratũ, & mortuum sepelire, & est ibi mater Iesu, quoniam in honorem beatissimę Marię virginis illius loci est Ecclesia dedicata. Inuitatur etiam & filius eius Iesus cum discipulis ad has nuptias, quoniam effigies Iesu Christi quæ sudarium siue † Veronica vulgariter appellatur, hac die ex institutione eiusdem Inn. à domino Papa & Cardinalibus, populis fidelibus ad has nuptias pietatis, & misericordiæ celebrandas illuc cõuenientibus, ibi solenniter demonstratur. In offertorio autem, quasi præ gaudio correizamus; quod spiritualis facit ebrietas, geminantes verba tam in offertorio quàm in eius versibus geminamus enim illud. Iubilate Deo omnis terra. similiter, illud: Reddam tibi vota mea. & illud: Locutum est os meum in tribulatiõe mea. Duo enim sunt genera hominum verba geminãtium vel multiplicantium, scilicet correizantes & infirmantes, siue afflicti. Correizantes, vt hic, infirmante, vt in versibus offertorij. Vir erat in terra, quod cantatur in dominica xxj. post pentec. Sed in hoc est differentia, quia hic tam in offertorio, quàm in versibus

versibus duplicamus verba: ibi verò tantùm in versibus quasi ridiculosè geminantur. Et est ratio, quia institutor officij loquitur ibi in offertorio tanquam historiographis rem simpliciter narrans. & tanquã non ægrotans, de Iob in tertia persona loquens, cuius patientia nobis in exemplum commendatur. in versibus verò eiusdem offertorij, loquitur tanquam infirmus præ dolore, multiplicans verba, dicens: Vtinam apprehenderentur peccata mea &c. Aegrotanti enim loqui conanti verba intercipiũtur, & sæpe incepta vix offeruntur, reducẽs nobis ad memoriam Iob ægrotantem & dolentem; cuius verba sæpe repetit more ægrotantis, cui anhelitus non est sanus neque fortis, & ideò imperfecta verba sæpe repetere solet. Geminantur etiam verba in offertorio, quod dicitur in dominica quinquagesimæ: & in illo quod dicitur feria v. post secundam dominicam quadragesimæ. Ideò autem hoc præcipuè in offertorio, quia in eo præcipuè ostenditur offerentis affectus. In post communione, dicit Dominus Io. ij. c. mystice ostenditur, quòd † Dominus aquam in vinum mutat in nobis, scilicet aquam timoris, in vinum diuini amoris, aquam literę, in uinum spiritualis intelligentiæ, aquam mortalitatis, in uinum immortalitatis.

SVMMA.

1 *Dominica tertia post epiphaniam, & eius officium triplex. & nu. 3. 4.*
2 *Leprosi sanatio, quid significet. Et quotuplex lepra.*
5 *Euangelium dominicæ tertiæ post Epiphaniam. & nu. 7.*
6 *Naturam mutare solus Deus potest.*
8 *Quadragesimam a natali, vsque ad purificationem, cum lætitia celebrare debemus.*

De dominica tertia post Epiphaniam. Cap. 20.

1

TERTIA dominica † post epiphaniam nos monet cum angelis adorare unum regem, dicẽs in introitu: Adorate Dominum omnes angeli eius &c. Monet etiam adorare cum ipsis, quia dixit Ioanni Angelus in Apoc. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Sequitur ibi: Audiuit, & lætata est Syon, id est, Ecclesia. Et nota quod iste introitus habet in se festum hypopantis, quando est secundus ab octaua semper, uel ipsum contingit, nisi septuagesima impediat. inde est, q; uerba huius introitus cum uerbis inuitatorij illius festiuitatis conueniunt, in introitu nanque dicitur Audiuit, & lætata est Syon. in inuitatorio uero dicitur: Gaude, & lætare Syon, occurrens Deo tuo: quibus etiam conueniunt uerba, respõsorij illius festi, scilicet: Adorna thalamũ tuũ Syon. euangelium: Cũ descendisset Iesus. Matth. 8. est de sanatione leprosi ubi dicitur: Domine, si uis potes me mundare ecce fides. unde dicit ei: Volo mundare. Sed epistole quæ est. Nolite esse prudẽ. &c. ad Rom. xij. c. non uidetur concordare euangelio, sed bene concordat & competit mystico sensui uel intellectui. Nam sanatio † leprosi, significat quod Deus uult sanare 2
nos à lepra uolatili, quæ est hæretica prauitas, quæ euolat per totũ mundũ, & ab oĩ alia lepra scilicet ab omni peccato, p stellam, id est, per fidem natiuitatis & apparitionis. huic intellectui concordat epistola; & primam leprum remouet cum dicit: Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. hoc solum est causa hæresis, q; homo uult proprio sensui initi & ĩtelligẽtia scripturarũ: extra de cõst. c. ij. 37. dist. relatũ. aliã lepram remouet, cum dicit: Nulli malum pro malo reddẽtes, sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum &c. Potest etiã dici, q; in officio huius dominicæ inuitantur angeli, ad Dñi orationem, pro sua reintegratione, quæ est in conuersione Iudæorum & gentilium. unde in graduali causa redditur: Ad conuersionem gentiliũ pertinet. quod dicitur: Timebunt gentes nomen tuum &c. ad conuersionem Iudæorum quod dicitur, quia ædificauit Dominus Syon. Pro hac reintegratione dicitur in allelu-Ia: Adorate Dominum oẽs angeli eius. Ad idem etiam pertinet euangelium, in quo agitur de curatione leprosi, sub figura Iudaici populi, & de curatione centurionis sub figura gentilis populi à domino spiritualiter curati, & cũ utriusq; populi curationem operatur dilectio proximi, ideo in epistola inuitamur

Universidad de Deusto Biblioteca

ad eam, ubi dicitur: Ne reddamus malum pro malo: sed bona coram Deo, & hominibus exhibeamus. In offertorio Ecclesia de utroque populo collecta; Deum laudat, dicens: Dextera Domini fecit uirtutem &c. Et quia Christus usque in diem iudicij, quantum est ad corpus mysticum semper augetur: ideo cantatur communio in pluribus Ecclesijs: Puer Iesus crescebat &c. licet in alijs dicatur: Mirabantur omnes &c. Luc. iiij. cap. Christus enim paruulus fuit, cum à paucis Iudæis cognoscebatur, & creuit, quia non tantum à Iudæis, sed etiam à gentilibus cognitus est. Illud autem: Mirabantur omnes &c. satis bene conuenit, quia Iudæi & gentiles uidentes mirabilia eius, & audientes dona admirantes conuertebantur. Sanè officia præcedentium trium dominicarum, quidam referunt ad tres annos, quibus dicunt Dominum, post baptismum prædicasse, & diuinitatem suam miraculis declarasse, & Dicunt enim eum tribus annis prædicasse, & partem quarti anni, quantum est à natiuitate usque ad passionem. Primum officium referunt ad hoc, quod angeli leguntur ministrasse Domino post baptismum, *Matt.* 4 & post ieiunium, & post diaboli tentationem, unde in officio illo dicitur: Quem adorat angelorum multitudo. Quia ergo angeli in principio istorum trium annorum statim post baptismum, post tentationem angeli accesserũt ei ministrantes, ideo post epiphaniam in dominica, quę occurrit intra octauas, cantantur in introitu in excelso, & legitur euangelium; Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Et bene congruit, ut illud post duodecimam diem natiuitatis proxima dominica legatur, quod post annos duodecim constat esse peractum, & si necesse fuerit etiam in sequenti Dominica repetatur. Secundum
3 † officium dicunt esse de miraculis, quia in secundo anno miraculis manifestius coruscauit, & ideo in secunda dominica legitur epistola, in qua gratiarum dona scribuntur, & euangelium de initio signorum Domini recitatur. Quod etiam ea congruit ratione, quia hoc miraculum secundo baptismatis anno legitur esse peractum, quo quia literæ in spiritum, terræ in cęlum, corruptibilis in incorruptibile mutatio figuratur. ideò quod omnis terra Deum adoraret in introitu iubilatur. Tertium † of- 4
ficium dicũt esse de conuersione gentium, & Iudæorum, prout iam dictum est. Quia enim in tertio anno sua nos passione redemit, per quam vtrunque populum ab æterna infirmitate curauit, ideò legitur euangelium de infirmo & leproso curatis, propter quod fit in cantibus verborum geminatio, vt in introitu: Lætata est Syon &c. f. i. & in graduali: Timebunt gentes & reges, & in allelu Ia: Exultet terra, & lætentur insulæ, & in offertorio. Dextra Domini. Et quia per vtriusque populi curationem, adauctus est numerus angelorum, ideo in introitu inuitantur ad laudes cum dicitur: Adorate &c. Quia verò non sanatur putridus humor, nisi deponatur superbiæ tumor, ideo dicitur in epistola, vt ad exemplum Christi patientis, & non percutientis, non simus malum pro malo reddentes. Hęc quidẽ tria officia nobis insinuant Christi beneficia nobis præstita ad testificãdum corda nostra. Vnde cantamus in offertorijs: Iubilate. Iubilandum enim est, quòd nos eduxit de claustris inferni, & liberauit de inferno inferiori. Quartum autem euangelium, in quo agitur de dormitione Domini in nauicula, & de excitatione, ad illam partem anni referunt in quo Dominus obijt & resurrexit. Dormitio nanque Domini in nauicula, est eius dormitio in cruce. & eius excitatio, est eius resurrectio, quam suorum vota citius fieri exegerunt. Quintum euangelium ad hoc refertur, q̃ post Domini resurrectionem sensum suis aperuit vt scripturas intelligerent: vnde in eo grates refert patri qui reuelauit ea paruulis & abscondit à sapientibus huius seculi. Omnes autem epistolæ huius temporis, ad dilectionem Christi pertinẽt, quæ *Matt.* 11
facit vt simus inuicem Christi membra, vn *Rom.* 12
de dicitur in prima epistola, scilicet quæ le *Rom.* 12
gitur in prima dominica post octauã, quòd donationes nobis à Deo datas ad edificationem aliorum exerceamus. In hac secun *Rom.* 12
da dicitur, ne malum pro malo reddamus. In tertia dicitur, vt inuicem diligamus. In *Rom.* 13
quarta dicitur, vt viscera misericordiæ habeamus. Quod vero dicitur in quinta, hoc *Colos.* 3
facit, vt prælatis humiliter subijciamur, exemplo Christi, qui parentibus subiectus fuit.

Ioan. 2 fuit. Item quod dicitur in primo euãgelio, scilicet quod legitur in prima dominica *Matt.* 8 post octauam, hic aquam nobis conuertit in vinum, quod in secundo lepram peccati *Matt.* 8 tollit: quod in tertio Dominum dormientem excitat in nobis, quod in quarto nobis secreta reuelat. Potest etiam & aliter dici, quod sicut à die natalis vsque ad Epiphaniam, apparuit ex officijs humanitas saluatoris, sic & in his tribus dominicalibus officijs diuinitas manifestaretur eiusdem. Nam in primæ dominicæ euangelio dicitur: Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? In quo Dominus manifestè declarat se esse Deum illum, scilicet cui millia millium seruiunt angelorũ: propter quod ĩ introitu dicitur quòd eum adorat multitudo angelorum. In graduali collaudant, & ad idem in allelu Ia & offertorium terram inuitant, dicentes: Iubilate Deo omnis terra. Sed quia laus saluatoris non bene sonat in labijs peccatorum, ideò Apostolus in epistola præhortatur: & obsecrat vitæ sanctimoniam. Communio verò consonat euangelio. In secundæ verò dominicæ euangelio, dicitur quòd Dominus ad nuptias inuitatus, aquam conuertit in vinum, quod fuit magnum suæ diuini
6 tatis indiciũ. † Solus enim Deus potest naturam mutare nostrum corruptibile in gloriam reparare, propter quod omnis terra eum adoret, psallat, & iubilet, confiteatur, & laudet, & angelos ad laudandum inuitet vt apparet in introitu graduali, allelu Ia & offertorio. Communio verò consonat euangelio. In tertiæ dominicæ euangelio
7 † dicens dominus, volo mundare benignitatem & potestatem suæ diuinitatis ostendit: vnde leprosus mũdatus, quasi coraula tam angelos quàm homines ad Dominum adorandum inuitat dicens in introitu: Adorate Dominum, & in graduali. Timebunt gẽtes. In allelu Ia vero, & in offertorio dicens: Dextera Domini causam reddit. Communio consonat Euangelio. Ecce, quia euidẽter in his tribus dominicalibus officijs diuinitatis apparet, quæ vt præmissum est, tres sunt: quia tribus annis Dominus prædicauit. Sunt quoque nonnulli, qui totum huius temporis spatium, scilicet à natali, vsque ad purificationem adscribunt infantiæ saluatoris. ideò non debent in eo, vt aiunt, fieri commemorationes sanctorũ, maximè de cruce, ne objiciatur: Non co- *Exod.* quas hędum in lacte matris, & propter hoc 23 etiam in vigilijs nocturnis de nouo legitur testamento, propter præsentem vita eiusdem hominis Christi quam dies isti significant. Magnus quoque preco, vel præceptor sanctæ natiuitatis Paulus, in legentium manus accedit, qui cùm veteri lege nouum conferens gratiam legem sanctorum deprimebat, & legem fidei cum palma iustitiæ subleuabat, & est hoc tempus quędam quadragesima Christi cõstans ex duobus pfectis numeris, scilicet ex senario duplicato. & xxviij. Duplicitas senarij duplicem significat perfectionem, scilicet humanitatem corporis & diuinitatem animæ: vnitas maior numeri pfecti diuinitatis vnitatem. † Ideo sicut in xij. diebus, scilicet qui 8
sunt inter natale & apparitionem iubilatur de apparitiõe humanitatis: sic in vigintiocto, qui sunt ab apparitione vsq; ad purificationem de apparitione diuinitatis. Hãc quadragesimam cum gaudio celebramus quia Christi incarnatio fuit gaudium angelorum & hominum. Post quam quadragesimam sequitur ὑπάπαντν, id est, præsentatio Domini in templum per quam excitamur, ad præsentandum nos Deo patri. Quadraginta ergo dies præsentem statum demonstrant Ecclesiæ vbi per quatuor mũdi partes satagimus, vt decalogum impleamus, id est. iustè & piè viuamus in hoc se- *Ti.* 2.
culo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. In qua præsentatione apparebit nobis Dominus gloriosus, & ideo his diebus cantatur versus: Quoniam ædificauit Dominus Syon, & videbitur in gloria sua. Inde est etiam, quod sicut præmissum est, circa ὑπάπαντν merito cantatur introitus. Adorate, quia tunc erit nobis facie ad faciem manifestum choros angelorum Dominum adorare.

SVMMA.

1 *Dominica quarta post Epiphaniam.*
2 *Charitatem habens, nihil timet.*
3 *Fides & charitas, serenitatem gignunt in mente hominis.*

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De dominica quarta, post Epiphaniam. Cap. 21.

1 QVARTA dominica post epiphaniam non habet proprium † officium]. quia non semper sunt quatuor septimanę vsq; ad septuagesimam. Habet tamen euangelium proprium, quod est: Ascendente Iesu in naiuicula &c. Matt. viij. c. & habetur ibi quomodo Dominus mitigauit, & sedauit tempestatem maris, & dixit discipulis suis: Cur timetis modicæ fidei? quasi dicat: Modica fides est causa timoris & tempestatis
2 cordis. Quis enim † habet charitatem, nihil timet, & hanc habet: qui veram fidem habet, & ideò de charitate est epistola: Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis &c. quæ est ad Rom. xiij. c. Euangelium significat, q; si Christus dormit in nobis, tempestas oritur. qui enim habet fidē, habet Deum. Vnde Augu. Fides in te, & Christus in te. Dormit igitur Christus in nobis, quando in nos torpet fides, & tunc oritur tempestas tentationum in cordibus. Redit autem trāquilitas, si excitatur fides, quę excitatur per charitatem, & ideo in epistola diei huius dicitur, non occides, diliges proximum tuum sicut teipsum. Fides
3 † enim & charitas serenitatē faciunt in mēte hominis. His tribus sententijs horum trium euangeliorum, reformatur homo omnibus modis. ¶ Primò enim, mundatur sicut leprosus. ¶ Secundo sedatur tempestas tentationū. ¶ Tertiò fiunt nuptiæ in corpore ipsius. Sed primo ponitur euangelium de nuptijs, quia dignior est ille status: & hi sunt tres status in hominibus secundū augmentum manifestationis Christi.

SVMMA.

1 *Dominicæ quintæ post epiphaniam euangelium, & officium.*

De dominica quinta post Epiphaniam. Cap. 22.

1 EVANGELIVM † quintæ dominicæ
Mat. 11 post epiphaniā sumitur de Mattheo: Confitebor tibi pater cœli & terræ &c. in quo ostenditur, quibus Deus se manifestat, scilicet paruulis, mansuetis, vnde dicit, & releuasti ea paruulis. & post: Venite ad me omnes, qui laboratis &c. & bene conuenit epistola ad Coloss. iij. cap. induite mansuetudinem, & pietatem, id est, induite vos noua veste: & cum nouo rege non sitis. Noua enim fecit Dominus omnia. Aliæ verò Ecclesiæ legunt euangelium: Simile est regnum cœlorum: quod est Matthæi xiij. cap.

SVMMA.

1 *Dominica sexta ab Epiphania, nihil habet proprium, mutuatum tamen à duabus præcedentibus.*

De dominica sexta post Epiphaniam. Cap. 23.

SEXTA dominica † quia rarò contigit, non habet proprium, nisi orationes tantummodo. Sed ei à duabus 1
præcedentibus mutuatur.

SVMMA.

1 *Septuagesima tempus est pœnitentiæ. Et quod de causis illa instituta. nu. 2.*
3 *Annorum computatio, à principio mundi.*
4 *Septuagesimæ quinquæ sunt.*
5 *Septuagesima, vnde dicta. vnde sexagesima. vnde quinquagesima. Item, vnde quadragesima. Et cur non tricesima dicatur consequenter. nu. 6.*
7 *Quadragesima, est decima totius anni.*
8 *Peccata, septem modis remittuntur.*
9 *Septuagesima finitur sabbato in albis.*
10 *Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis refert.*
11 *Babylonica captiuitatis descriptio, atque etiam mysticè.*
12 *Septuagesimæ tempore, cur subticeantur cantica lætitiæ. & numero 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Allelu Ia, cur iteretur sabbato ante septuagesimam.*
19 *Allelu-Ia, quid differat à versillo: Laus tibi Domine.*
20 *Psalmi duo per dominicas noctes, ad laudes mutantur à septuagesima vsque ad paschā.*
21 *Introitum missæ adaptatio, à septuagesimæ, vsque ad paschā.*

De dominica septuagesimæ. Cap. 24.

1 POST tempus † reuocationis, sequitur tempus deuiationis, scilicet tēpus pœnitentiæ: quod est septuagesima. Visa nanque via, quę ducit in Bethleem superiorem, per stellam, id est, per fidem pęnitet homo,
2 q; deuiet ab illa. ¶ † Prænotandum autem est, quòd septuagesima instituta fuit propter tria. ¶ Primò, propter redemptionem sabbati, vel secundum alios quintæ feriæ: in qua sancti patres statuerāt ieiunari, prout iam dicetur. ¶ Secundò, propter repræsentationem, quoniam repræsentat. lxx. annos Babylonicæ captiuitatis, prout iam dicetur. ¶ Tertiò, propter significationem, quoniam per hoc tēpus significatur deuiatio, exiliū, & tribulatio totius humani generis ab Adam, vsq; ad finem mundi, quod quidem exiliū sub reuolutione septē dierum peragitur, & sub septem millibus annorum includitur, per septuaginta enim dies septuaginta centenas annorum intel-
3 ligimus. Si quidem ab † initio mundi, vsq; ad ascensionem Domini, sex millia annorum computamus. Ex tunc verò, quicquid temporis sequitur vsque ad finem mundi, sub septimo millenario comprehendimus: cuius terminū solus Deus nouit, quia hoc Deus pater in sua posuit potestate. Nec mireris de eo, quod dictum est de sex millibus annorum. diuersimodè etenim anni computantur. Nam & alij dixerunt, quòd ab origine mundi fuerunt solum quinque millia, & ducenti anni vno minus, vsque ad Christi natiuitatem, vel secundum alios, vsque ad passionem, secundum alios verò vsque ad baptismum eius. Alij dixerunt, quod ab Adam, vsque ad natiuitatem Christi secundum carnem completa fuerunt quinque millia ducenti vigintiocto anni. In historijs legitur, quod secundum septuagesimam ab Adā, vsque ad decimumquintum annum imperij Iulij Cæsaris computantur anni quinquies mille ducenti, vigintiquinque. Sed secundum hebraicam veritatem quatuor millia. Cōputatio tamen sex milliū annorum à Methodio potius mysticè, quā chronicè, est vera inuenta. Christus igitur in sexta mūdi ætate nos ab hoc exilio in spe æternæ retributionis reddita innocentię stola per baptismum eripuit. Sed consummato tempore nostri exilij, vtraque stola perfectè decorabit, vt iam dicetur. ¶ Sciendū autē est, quod
4 quinque † sunt septuagesimæ. ¶ Prima est, septuagesima annorū, scilicet Iudaicæ captiuitatis, in qua fuerunt Iudæi captiui in Babylone lxx. annis, de qua Hieremias dicit: Trademini in manu hostili, & seruietis Nabuchodonosor lxx. annis: & sic est construendum: Trademini in manu hosti, scilicet Nabuchodonosor, & seruietis lxx. annis. non enim Nabuchodonosor vixit tot annis. ¶ Secunda, est lxx. dierum, quæ incipit in hac dominica, qua cantatur: Circundederunt, & terminatur in sabbato in albis, secundum alios in pascha: vt iam dicetur. ¶ Tertia, est septuagesima peregrinationis nostræ, scilicet totum tempus huius vitæ, quod vij. dierum reuolutione agitur. ¶ Quarta, est septuagesima hebdomadarum, quæ similiter incipit à: Circundederunt me. sed terminatur in sabbato quo cātatur: Sitientes. ¶ Quinta, est septuagesima ætatum, scilicet vij. ætates, quarum sex sunt morientium, & septima quiescentiū. Harum autem septuagesimarum duæ sunt figuratiuæ, scilicet septuagesima ætatū, & septuagesima nostræ peregrinationis. tres sunt figuratæ, scilicet septuagesima annorum, dierum, & hebdomadarum. De vltimis duabus primo dicendum est. Nam septuagesima, hebdomadarū figurat septuagesimam ætatem, vt hebdomada pro ætate ponatur. Inde est, quod in vij. ætate animæ fidelium requiescunt, licet quædam ad tēpus sint in purgatorio & idcirco in principio septimæ hebdomadæ ætatum cātatur: Lætare Hierusalē. vbi ponuntur tria verba lætitiæ, scilicet lætare, gaudentes, & exultetis. quia sancti in septima ætate gaudent de uisione trinitatis. Et secundum quod uisum est doctoribus, iuxta septuagesimam hebdomadarum factę sunt illæ denominationes,

tiones, scilicet sexagesima, septuagesima,
5 quinquagesima, & quadragesima. Vnde † se
ptuagesima dicta est: quia septima est ab il
la, in qua cantatur: Lætare Hierusalem. Se
xagesima, quia sexta est ab illa. Quinqua-
gesima, quia quinta est ab ista. Quadragesi
6 ma, quia est quarta. Et si fortè † quæratur,
quare non dicitur tricesima, quæ est tertia
ab illa? Respondetur quòd secundum va-
rios variè inchoatur abstinentia. Nã regu-
lares incipiunt ieiunare à septuagesima:
Græci à sexagesima: clerici à quinquages-
ima, tota militia Christiana à quadrages-
ima, additis quatuor diebus hebdomadæ
præcedentis. Sed videtur potius debere di-
ci septena, quàm septuagesima, quia sicut
dictũ est non sunt, nisi septẽ hebdomadę à:
Circundederunt me, vsq; ad, Sitientes. Sed
idcirco hoc fit: vt hæc septuagesima aliquo
modo respõdeat septuagesimę iudaicæ cap-
tiuitatis. Sicut enim multi ex illis autho
ritate Cyri, qui cognominatus est Chri-
stus, in patriã redierunt, & in fine omnes,
ita & ante finem septuagesimæ ætatũ, quæ
per septuagesimã hebdomadarũ figuratur,
multi ad patriã per Christum redierũt, &
tandem omnes redibunt. Aiunt etiam qui-
dẽ, quòd septuagesima sic dicitur, quia ha-
bet exordium lxx. dierum, quos cõtinet, se
xagesima, quia habet initiũ lx. dierũ, quos
cõtinet, & sic de quinquagesima & quadra-
gesima. Nũc dicamus de tribus primis. Nẽ-
pe septuagesima dierum, repræsentat se-
ptuagesimam annorum, & figurat septua-
gesimam siue tempus nostrę peregrinatio-
nis, de quo iam dicetur. Visum est autem
magno Imperatori Carolo, quòd septuage
sima, sexagesima, quinquagesima, quadra-
gesima † non propter numerũ sic denomi-
7 nentur. non enim à septuagesima sunt lxx.
dies, sed tantùm sexaginta quatuor, nec à
sexagesima, vsque ad pascha sunt lx. dies,
sed tantum quinquagintatres, sed si dicta
sunt propter consequentiã numerandi hoc
modo. Quia enim in lege pręceptũ erat, vt
primitiæ & decimæ darentur Deo, pla-
cuit sanctis patribus soluere decimas die-
rum constituentes pro huiusmodi decimis
quadragesimam. Nam ab officio, Inuoca-
uit, vsque ad pascha, demptis dominicis
diebus, sunt xxxvj. dies, qui sunt decima
trecentorum lx. dierum, ex quibus annus
constat. Supersunt tamen quinq; dies in an
no, qui videntur remanere indecimati, de
quo dicetur sub quarta feria quinquages-
mæ. Et est vocatũ tempus illud quadrages-
ima, quia habet sex septimanas: prout dice-
tur sub prima dominica quadragesimæ.
Thelesphorus verò Papa iiij. dist. statui-
mus. & duobus cap. sequen. & Greg. de con
sec. dist. v. quadragesima. volẽtes, quòd cle-
rici aliquid adijcerent ad pensum sanctæ
religionis, & vt plus quàm laici ieiunarẽt,
adiecerunt septimam septimanam, & voca
tum est tempus illud quinquagesima pro-
pter duas causas, scilicet quia quinquagin-
ta dies sunt ab. Esto mihi, vsq, ad diem san-
ctã paschæ & etiam propter consequentiã
numerandi, nã post quadragesimam, sequi-
8 tur quinquagesima. Præterea, sicut † per sex
hebdomadas sex misericordiæ opera intel
liguntur, sic & per septem hebdomadas, se
ptem modi significãtur, quibus crimina re
mittuntur, scilicet per baptismũ, per mar-
tyrium, per eleemosynas, per indulgentiã,
per prædicationem, per charitatẽ, per pœ-
nitentiã. Posteà verò, quia prius statutum
erat quod Christiani deberẽt quinta feria
ieiunare. Melchiades Papa, de consec. dist.
iij. ieiuniũ. instituit, quod nemo ieiunaret
in quinta feria, sicut nec in prima, vt sicut
prima feria solennis erat propter Domini
resurrectionem, & ita in v. feria esset pro-
pter eius cœnam, & ascensionem. Vnde &
adhuc die ipsi lautius epulamur, & idcir-
co placuit sanctis patribus addere octauã
hebdomadam, in redemptionẽ quintarum
feriarũ. & vocatum est tempus illud, sexa-
gesima, propter consequentiam numeran-
di. Nã sicut quinquagesimus numerus qua-
dragesimum, ita sexagesimus quinquages-
mum comitatur. Si enim omnes quintas fe
rias & primas, id est, dies dominicos subtra
xeris, ab hoc tempore tantùm xl. dies ieiu-
nabiles restant, in quibus non tantum deci
mas solues, sed & ieiunij dominici nume-
rũ implebis. Inno. quoq; Papa, de cõse. dist.
iij. instituit, ne sabbato ieiunaretur, eo
quod dominus i sabbato in sepulchro quie
uit, in signum nostræ futuræ quietis, in qua
omnis afflictio à nobis excluditur. Idem e-
tiam statuerũt Melchiades & Siluester Pa
pæ, ne propter abstinentiam sextæ natura
nimis debilitaretur. Et idcirco addita est
nona

nona hebdomada, & vocatum est tempus
illud septuagesima similiter, propter con-
sequentiam numerandi. Nam si subtraxe-
ris ab hoc tempore omnes primas ferias, &
quintas, & sabbata, & diem paschæ, non re-
stant tibi nisi triginta sex dies, qui, vt dictũ
est, sunt decima dierum. Incipit autem se-
ptuagesima à mœrore, & terminatur in læ-
titia, sicut & pœnitentia, quam significat,
& sicut psalmi pœnitentiales. Item partem
habet in tristitia, & partem in lætitia semi-
plena, quoniam qui cum pœnitentia tran-
seunt, percipiunt vitam æternam, vel ani-
marum beatitudinem, vel saltem certam
9 in purgatorio expectationem. † Item inci-
pit à dominica & terminatur à sabbato, eo,
quòd à mansione paradisi nostra captiuitas
inchoauit & usque ad futurã requiẽ perdu-
rabit, vel quia, qui p peccatum à Domino
nostro recessimus, per pęnitentia ad requiẽ
reuertemur, & terminatur sabbato in albis
& sic extenditur per decem hebdomadas,
quia per decalogum ad lætitiam peruenit-
ur. ¶ Rursus incipit à Februario, iuxta
Zachariam j. c. qui dicit, quod in vndecimo
mense Sabath in secundo anno Darij factũ
est ad eum verbum Domini. Sabath qui-
dem, nostra lingua vertitur in virgam, so-
nat enim austeritatem & correctionẽ, quia
in hoc tempore septuagesimæ de peccatis
nostris, per quæ sumus à diabolo captiuati,
nos corripere & emendare debemus. Verũ
sexagesima i quarta feria in albis, quinqua
gesima in die paschæ, quadragesima in cœ-
nã Domini terminãtur. Nam duo dies qui
sequuntur, & quatuor qui sumpti sunt de
quinquagesima, supplent locum sex dierum
dominicarum, vt sic respõdeamus pro mo-
dulo nostri ieiunij, ieiunio Domini, qui ie-
iunauit xl. diebus. A septuagesima quippe,
vsque ad sabbatum in albis, sunt septuagin
ta dies & à sexagesima vsque ad quartam
feriam in albis, sunt lx. dies & sic de alijs.
Decebat enim, vt sicut fuerunt tres Israe-
litici populi, de captiuitate reuersiones,
prima sub Zorobabel, secunda & tertia sub
Esdra, vt iam dicetur, sic & nos nostra pec-
cata deflentes, & de peccatis misericordiã
implorantes, tres faceremus terminatio-
nes, scilicet in sabbato, in quarta feria, &
in pascha, vt reuerteremur ad gloriã trium
phantis, & quarta in cęna Domini propter
quatuor euangelia, per quæ in his forma-
mur. Sunt autem sex dies inter principium
septuagesimæ & principium sexagesimæ, &
sex inter principium sexagesimæ, & prin-
cipium quinquagesimæ, & sex inter princi-
pium quinquagesimæ, & quadragesimæ.
Inter finem vero septuagesimæ & sexages-
imæ duo, & inter finem sexagesimæ & quin-
quagesimæ duo, & inter finem quinquages-
imæ & xl. duo similiter, & ita habemus à
principio vnum senarium, & à fine duos
senarios. A fine uero, habemus duo & du-
plex binarium, quid hoc figuret: Alcui-
nus ostendit, dicens quod una fuit mors
Christi, scilicet mors corporis quam per
vnum senarium significamus, & mors no-
stra duplex est, scilicet animæ & corporis,
quam significamus per duos senarios. Chri
stus aũt per vnam suam mortẽ duplã nostrã
destruxit. Iterum una fuit resurrectio Chri
sti, scilicet resurrectio corporis, quam signi
ficat unus binarius, & nostra resurrectio du
pla est, scilicet resurrectio animæ a pecca-
to, & corporis à corruptione quam significat duplex binarius. Et Christus sua sim-
pla resurrectione, duplam nostram muni-
10 uit. † Septuagesima ergo tempus iudicia-
le captiuitatis repræsentat. Siquidem Na-
buchodonosor populum iudaicum, pro-
pter eius peccata ab Hierusalem in Baby- Psal.
lonem duxit, & septuaginta annis operibus 13
duris affectus est. ubi in organis & citharis,
& alijs instrumentis, sicut conuenerat in
Hierusalem non cecinit, dicens: Quomo-
do cantabimus canticum Domini in terra
11 aliena? imo uestibus miseriæ fuit usus. † Fi
nitis uero lx. annis Cyrus, qui & Christus
dictus est, regem Babylonicum subiugauit,
populoque redeundi licentiam concessit.
Vnde pars sub Iesu magno sacerdote cum
Zorobabel ad patriam rediens templũ Hie
rosolymis cum gaudio reædificauit, pars au
tem in captiuitate remansit, usque ad com
pletionem septuaginta annorum, quibus ex
pletis sub Dario & Assuero, & quidam sub
Esdra, & quidam sub Neemia, uidelicet, re
uersi sunt, & tunc duplex gaudium habue-
runt. Sane misticè Nabuchodonosor est dia
bolus: Babilonia, mundus, uel infernus:
Hierusalem, paradisus. Populus, genus
humanum. Nabuchodonosor ad Hierusa-
lem populum captiuauit, & diabolus genus
humanum

humanum à paradiso in hũc mundum, vel in infernum deiecit, vbi lxx. annis illũ affecit, vel quia præsens vita septem dierum curriculo voluitur, vel quia septem milibus annorum includitur, prout iam in principio dictum est. Populus cantica lætitiæ suspendit, & genus humanũ à canticis exultationum in Deum siluit; populus vestimentis miseriæ vsus fuit, & genus humanum vestimẽto maledictionis opertũ fuit, iuxta illud: Fiat sicut vestimentum, quo operitur, populus post sexaginta annos sub Iesu redijt, & genus humanum in sexta ætate per Iesum verum sacerdotem remeauit, quidam sub Esdra, quidam sub Neemia redierunt. Esdras, interpretatur adiutor. Neemias, consolator, quia omnes verè fideles finita huius temporis captiuitate per Christum, adiutorem, & per spiritum sanctum consolatorem, ad patriam sunt redituri, & tunc duplicatum gaudium habebũt
12 in glorificatione corporis & animæ. ¶ † Rursus hæc omnia repræsentat Ecclesia à lxx. vsque ad sabbatum in albis. Quia enim populus Israel, siue genus humanum deiectum fuit in miseriam, idcirco incipit: Circundederunt me gemitus mortis. Item,
Psal. 17 quia ille siluit à canticis lætitiæ, ideò Ecclesia cantica lætitiæ, scilicet allelu-Ia, & Gloria in excelsis Deo, & Te Deum subticet. Adhuc, quia populus perdidit vestem virtutum, ideò Ecclesia vestibus cultioribus & solennioribus, vt potè dalmaticis & tunicellis & huiusmodi quæ sunt vestes lætitiæ, non vtitur, sed potius lugubribas. In cibis quoque, videlicet ieiunando tristitiam repræsentamus, vnde Zachariæ viij. cum ieiunaretis per hos lxx. annos, nunquid ieiuniũ ieiunastis mihi ideoq; proximam hebdomadam grẽci ieiunio san
13 ctificabant. † Item quia ille anno sexagesimo per Cyrum, qui Christus dictus est, reditum in patriam, & liberationem à seruitute recepit, sic & nos in sexta ætate seculi sumus per Christum à seruitute diaboli redempti: nobisque reddita est innocentiæ stola per baptismi remissionem. ideoque in sabbato sancto vnum allelu-Ia cantamus, iam spe quietis æternæ & recupera-
14 tionis patriæ gratulantes. † Et sicut pars populi cum Zorobabel repatriauit, pars verò in captiuitate remansit, sic & pars fidelium defunctorum cum Christo resurrexit, pars in expectatione remansit. Sed quia & graues fuerunt labores eorum, qui in Hierusalem sunt reuersi, in longitudine viæ, & in apparatus reditus, ideo & nos in præsenti Ecclesia laboramus & ingemiscimus, & tunc statim post allelu-Ia cantamus tractum Laudate Dominum, qui laborem significat, dicitur tamen de laude Domini congratulando propter resurrectionem. Illi quoque cum lætitia redeuntes, in itinere vexabantur & nos per totam hebdomadam paschalem graduale cum allelu-Ia cantamus, per graduale laborem, per allelu-Ia, gaudium designantes † Dein 15
de illi omnes completo anno. lxx. ad patriã sunt reuersi, & plenam susceperunt lætitiam, & nos sabbato in albis quo vt præmissum est, septuagesima terminatur, duplex allelu-Ia cãtamus significantes quòd finito exilij nostri tempore captiuitas absoluetur, & stola germinabitur. Hoc igitur tempore lætitiæ cantica subticentur, & vt præmissum est, de quibus dicitur Hiere. vij. Faciam quiescere vocem gaudij & lætitiæ, vocem sponsi & sponsæ, siquidem sponsus à nobis abijt. Cum igitur statum Ecclesiæ nondum redemptæ recolimus, & nostrum incolatum plangimus, meritò alia deponimus, quod specialiter illum gloriam significat, de qua dicitur in Psal. Exurge, glo- Psal.
ria mea, exurge, psalterium cum cithara. 56
exurgam diluculo. Nempe gloria patris, est filius qui citharam nostræ humanitatis factam assumpsit, quam in passione fractam per resurrectionem in psalterium reformauit. Non dicuntur etiam † alia can-
16 tica lætitiæ, tum quia hoc tempore repræsentatur Ecclesiæ status nondum per Christum redemptæ. Et hæc cantica sunt ad Christum specialiter pertinẽtia, tum quia in ipso tempore nos peccatores repræsentamus, & in ore peccatoris non bene resonant præconia saluatoris. Veruntamen cantícum trium puerorum, & Gloria patri & filio &c. non subticetur, quia nunquam fuit aliquod tempus in quo non fuerint ali
17 qui trinitatis cultores. † Leo papa de consecr. dist. j. hi tuo. dicit quòd ideò hymnos illos, scilicet Allelu-Ia. & gloria in excel. quos angeli cantauerunt in septuagesima intermittimus, quia peccato veteris hominis à conuentu angelicæ iubilationis expulsi, in huius miseriæ vitæ Babylone super flumina eius sedemus, & flemus, dum recordaremur illius Syon, in qua Deum decet hymnus. A septuagesima ergo quando protoplastus lapsus est recitare allelu-Ia, & Gloria in excel. in Ecclesia nouem hebdomadibus, scilicet vsque in pascha intermittimus, vbi Christus resurgens à mortuis tristitiam nostram vertit in gaudium, & allelu-Ia nobis redit. De hoc etiam dictum est in proœmio huius partis. Quæ cantica lætitiæ dicantur in festis, quæ occurrunt in lxx. dicetur in proœmio vij. partis. incipit ergo lxx. à mœrore, & in gaudium terminatur, vt præmissum est.
18 ¶ † Et nota quòd in sabbato præcedenti sæpe & ferè per omnia cantuum officia allelu-Ia iteratur, pro eo quod illud diligimus, & in thesauro cordis recondimus, sicut amicum inter longinquam profecturum sæpe amplectimur, & eius os, faciem & cætera osculamur. Rursus ideo in sabbato ad vesperas geminatur seu multiplicatur, quoniam in lapsu Adæ, qui erat in magna quiete. gaudium perdidimus, sed animabus requiem recuperamus, & corporibus in resurrectiõe denique geminabimus. Quidam autem in ipso sabbato, dimittunt allelu-Ia, ad sextam, quidam nonam quidam ad vesperas, quidam vero ad nocturnam huius dominicæ, & quidam ad primã dominicam huius diei, quæ varietas prouenit ex diuersitate inceptionis diei, de qua in proœmio septimæ partis dicetur.
Rom. 3 Rectius tamen dimittitur in vesperis: quia tũc dies incipit, quo ad diuina officia, quia nox præcessit, dies autem appropinquabit, & hoc etiam statuit Alexander Papa ij. vt eius geminatio ad finem præcedentis temporis pœnitentię, quam laus sequitur euangeli ua referatur, & eius depositio luctui sequentis temporis assignetur. Vnde & quędam Ecclesia deponunt allelu-Ia, cum gaudio magno. Alię uero cum gemitu & suspirio illi, repræsentant futuram reparationem, isti de paradiso eiectionem. Ceterùm, quia hoc tempus mœroris est, non dicuntur cantica angelorum, sed hominum, unde pro depositio allelu-Ia, dicit Ecclesia in principijs horarum: Laus tibi Domine, rex ęternę glorię, non quòd ęquipolleat. † Allelu-Ia enim, est 19
uox angelica, ista humana, illa hebraica, & ideo dignior, ista latina, & ideo minus dignior. In antiphonis responsorijs dicunt quidam in ęternum. In missa uero pro allelu-Ia, dicimus tractum, nec fit commutatio in hebraicam linguam, quę sicut Hierem. ait super Esaiam grẽco sermone opulentior est, nec in grẽcam, quę latina dictior est, sed in latinam allelu-Ia commutatur, quæ omnibus pauperior est, ad significandum paupertatem pręsentis uitę. ¶ † Et nota, quòd à septuagesima 20
usque in pascha per dominicas noctes duo psalmi mutantur ad laudes, scilicet Miserere mei, qui est psalmus pœnitentialis, in locum psalmi: Dominus regnauit, qui est psalmus lętitię, & ad perfectionem informat: Psalm. Confitemini, in locum psalmi: Iubilate. & hoc ideò, quia per pœnitentiam uenitur ad laudis confessionem, & per timorem ad spem. Quisque enim in peregrinatione, quam septuagesima significat, positus, timori & spei est subditus Psalmus enim: Miserere timorem quem oportet fragiles peccatores in pręsenti peregrinatione de uindicta Dei habere, designat informans eos, ut peccata sua plangant: quia uero post dolorem cordis & confessionem reatus fiducia accedendi ad Dominum habenda est, ideo Deum laudantes dicimus ad alterutrum psalmum Confitemini. Rursus psalmus: Confitemini. dicitur hoc tempore ad laudes ad notandum pueros debere instrui. ut in ramis palmarum sciant laudes domini decantare. Quoniam hic psalmus propriè ad illum pertinet, maximè propter illum uersum: O Domine saluum me fac, o domine, bene &c. uel ideo, ut per mortem, & confessionem consequamur peccatorum remissionem. Dictus uero psalmus: Dominus regnauit, etiam psalmus: Deus meus respice &c. & sequentes hoc tempore dicuntur ad primam, ne aliquid de psalterio pręterm ittatur: quin totum saltem in septimana dicatur, quod totum in Ec-
clesia primitiua in die legi solebat. † Cę 21
terum quia ut pręmissum est, per septuagesimam totum uitę nostrę spatium accipimus, merito officia dominicarum, quę sunt à septuagesima, usque in pascha, uariantur,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

riantur, per quod notantur ordines vitæ
nostræ seu cuiuslibet animæ fidelis, post-
quàm peccauit. Per primum enim scili-
cet: Circundederunt me habemus ali-
Es.58 quem peccata confitentem. Per secun-
dum, scilicet Exurge habemus eundem pe
tentem. Per tertium, scilicet Esto mihi,
ipsum orantem esse dominum adiutorem
sibi. Per quartum, scilicet. Inuocauit me
cognoscimus dominum illum audientem
sibi adiutorem esse. iuxta illud: Te oran-
te, dicam: Ecce adsum. Per quintum,
scilicet Reminiscere, habemus illum cre-
dentem vel sperantem, Per sextum, scili-
cet: Oculi mei, intelligimus eum bonæ
operationis promissionem facientem. Per
septimum, scilicet: Lætare Hierusal. vbi
de hoc dicentur, accipimus eum de hac
passione exultantem, & quòd etiam re-
quies sit multis data in hac vita. Per o-
ctauum, scilicet Iudica me Deus, videmus
eum à Deo confirmatum in virtutibus, &
bonis operibus, quod iam cõfidenter vult,
& postulat iudicari in consumatione æterne.
Per nonum, scilicet: Domine ne longè
intelligimus, quòd iam sit collocatus in
ordine angelorum. Orat enim ibi habe-
re perseuerantiam. Et quòd istud totum
valeat adipisci, subiungit causam, scilicet
per resurrectionem, quod habetur per de-
cimum officium, scilicet Resurrexi: de hoc
etiam sub dominica quadragesimæ di-
cetur.

SVMMA.

1 *Septuagesimæ officium.*
2 *Genesis liber cur legatur in septuagesima. & nume. 3.*
4 *Septuagesima, quòd nam officium habeat in missa.*
5 *Septuagesima Epistola. & summarium. numero 6.*
7 *Tractus sequitur responsorium, in septuagesima.*
8 *Septuagesima, quod habeat Euangelium. Et qualiter accipiatur. & nu. 11.*
9 *Terra, est omnium mater.*
10 *Iugum, est in quolibet statu & gradus, superfilios.*

De officio Septuagesimæ. Cap. 25.

VNC de officio præsen-
tis dominicæ aliqua di-
cemus. † Sanè, vt præ-
missum est, filij Israel 1
seruierũt septuaginta an
nis regi Babylonis, & po
steà liberati redierũt in
Hierusalem. Similiter oportet nos seruire
ipsi tota vita ista, vel per culpam & pœnam,
vel ad minus per pœnam. Propter quod vo
lens Ecclesia agit pœnitentiam, tanquàm
posita in captiuitate Babyloniæ, id est hu-
ius mundi, vt quandoq; liberetur, & perue-
niat ad Hierusalem cœlestem. & propter
hoc facit septuagesimam, & ideò incipit † le 2
gere quinque libros Mosi, quia ista vtilitas
pœnitẽtiæ per gradus distinguitur in illis.
Primus enim liber, scilicet Gene. instruit Gene.
nos in initialibus pœnitentiæ, in fide, s. & ti 70
more, quæ sunt essentia pœnitentiæ, quia p Gene.
ea concipitur pœnitentia. In fide autẽ nos 1
instruit: sicut & in symbolo, quod enim ibi
dicitur visibilium & inuisibilium, dicit hic:
In principio creauit Deus cœlum & terrã,
scilicet cœlum empyreum, & ea quæ in eo
sunt, quæ sunt inuisibilia, & terrã, id est om
nia ista visibilia, & sicut ibi exprimitur per
sona patris, & filij sic & hic: In principio, id
est, & in filio creauit Deus scilicet pater cę
lum & terram, postea exprimitur persona
spiritus sancti, cùm dicitur: Et spiritus Do-
mini ferebatur super aquas, id est spiritus
sanctus, qui creauit, & regit omnia. Instruit
etiam nos in fide incarnationis, & passionis
vt credamus Christum inquantum homi-
nem, passum fuisse, & non inquantum Deũ,
& hoc per Isaac, qui non fuit immolatus,
sed aries. Iterum instruit nos, vt credamus
Christum datum esse ex gratia, nõ ex meri
tis, sicut Isaac. Instruit etiã nos i fide resur
rectionis, & ascẽsionis, & spiritus sancti mis
sionis per Ioseph, qui post venditione sub-
limatus est in Aegypto distribuens triticũ
per totam Aegyptum, sicut Christus post
venditionem sublimatus mundo, distribuit
triticum verbi Dei per prædicatores suos
per totum mundum. Cuius causa fuit re-
surrectio, ascensio, & spiritus sancti mis-
sio. Incutit etiam timorem per Adam, ne
nos per vitium gulæ, siue per inobedientiã
eijciamur

eijciamur de paradiso spirituali, sicut ille
de paradiso terrestri, & per nos Cain in-
struit, ut caueamus ab homicidio, & per ci
uitates penitus destructas, ut caueamus à
uitio Sodomorũ & ab oĩ vitio per diluuiũ:
& iterum à uitio gulæ, per Esau: qui pro-
pter esum, lenticulæ ruffę reprobatus est.
Prætereà, quia in lxx. recolimus miseriam
nostram, quam propter peccata parentum
nostrorum incurrimus, ideo librum † Ge- 3
neseos legimus, vbi agitur de expulsione
primorum parẽtum de paradiso, & de alijs
de quo etiam cantamus responsoria. In su-
dore vultus tui & illud. Ecce Adam &c. Ad
maiorem tamen miseriam designandam,
prius legimus & cantamus de dignitate ho
minis, scilicet quod est factus ad imaginẽ
& similitudinem Dei, quod in paradiso
etiam colocatus est, quòd socia ei facta
est, & quod nec mori, nec aliquam pęnam
pati posset, nisi ex culpa sua proueniret.
4 † Officium autem missæ est: Circundede-
runt me &c. vbi confitetur Ecclesia se esse
in pœna & laboribus inflictis propter pec-
catum, quæ sunt, fames, sitis, calor, fri-
gus, lassitudo, ægritudo, & mors ipsa, per
prauam conscientiam, & amaritudo, fœtor,
& tenebre, quales sũt dolores inferni. Sed
ne iste luctus generet in nobis acidiam si-
ue tristitiam, quæ mortem operatur, ponit
Ps. 17 in versu consolationem: Diligam te Do-
Ps. 41 mine, uirtus mea &c. vt sic possit dicere.
Gen. 4 Fuerunt mihi lacrimæ meæ panes &c. Et
auerte, quia hæc verba. Circundederunt
&c. sunt etiam vox Ecclesiæ primitiuę plo
rantis in Abel protomartyre præcentore,
cuius sanguis de terra clamauit ad Domi-
num, quæ aperuit os suum, & suscepit eum
de manu Cain fratris eius. Vnde statio est
ad sanctum Laurentium, cuius mors præ-
tiosa nouo & inaudito genere passionis cla
mauit in cœlum, & audita est in uniuer-
sum mundum. Vnde & Ecclesia Romana
præ cæteris est authenticata martyribus.
5 † Ne autem Ecclesia desperet, iam propo
nitur ei in Euangelio triplex salubre re-
medium, & in epistola triplex premium.
Remedium est ut si vult ab illis plenè li-
berari, in vinea animæ suæ laboret, abscin-
dẽdo uitia & peccata postea in stadio uitę
præsẽtis, currat per pœnitẽtiæ opera, dein
de uiriliter in agone pugnet contra omnia
diaboli tentamenta, quod si fecerit, tri-
plex remedium habebit, quia laboranti
dabitur denarius, currenti brauium, pu-
gnanti corona. † Verum quia non liben 6
ter homo suscipit onus pœnitentiæ nisi
videat premium, ideo ostendit præmium
in epistola prima ad Corint. ix. Nescitis,
quia hi qui in stadio currunt, omnes qui-
dem currunt, sed unus accipit brauium.
Est enim brauium premium currentium,
per quod significatur beatitudo æterna,
quæ est premium currentium in regnum
æternum, quod ostenditur ut libentius
agant homines pœnitentiam, & vt magis
fleant peccata sua. vnde psal. Super flumi- Psal.
na Babylonis illic &c. & sicut in cursu ex- 136
teriori remouentur, quæ impediunt cur-
sum, sicut dicit Apost. se facere, cum dicit.
Castigo corpus meum, & in seruitutem re
digo &c. quasi dicat. Leuigo me, id est,
leuem facio ad hoc, ut possim currere, sic
facit Ecclesia, macerat enim carnem suam
ut remotis omnibus nociuis ad brauium
vitæ æternæ mellius currere possit. Et 1. Cor.
bene respondet ei responsorium: Adiutor 9
in oportunitatibus in tribulatione. Tri-
bulatio enim, opportuna & utilis est ho-
mini, quoniam facit nos recordari æter-
norum gaudiorum. Nec sequitur allelu- Ps. 26
Ia, quia subticet Ecclesia cantica lætitiæ,
ut premissum est. † Post responsorium se
quitur tractus à trahendo dictus, & est sua-
uis auribus, scilicet de profundis clama-
ui &c. Ad notandum, quòd in gemitibus &
suspirijs trahit ecclesia uitã suam de pro-
fundis peccati uel pęne. Sed adcõsolationẽ
interponuntur verba misericordiæ, cum di
cit. Quia apud te propitiatio est. Sed quia
nullo modo vult Ecclesia quòd filij sui ca
dant in acidiam, ideo post tractum sequi-
tur euangelium † de denario diurno, id est, 8
de beatitudine æterna, quam ostendit filijs
suis, ut hilariter faciãt pœnitentiam. Simi-
le est regnum cœlorum homini patri fami
lias, qui exit primo mane &c. Matt. xx. cap.
Homo est uinea Dei, & Ecclesia, quam qui
libet debet colere pro posse suo, in alijs
per prædicationem, & in se per bonã ope-
rationem. & si bene coluerit, habebit vitã
æternam, quæ dicitur denarius. In dena-
rio est imago & superscriptio, & nos habe-
mus imaginem Dei: apertã superscriptionem

Universidad de Deusto Biblioteca

quia erimus & dicemur dij & filij Dei, vnde Psal. Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes: Sequitur offertorium. Bonum est confiteri domino &c. In quo monemur laudare Deum in tribulatione, quod possumus facere viso denario, ad quem videndum petijt Ecclesia illuminari. d. in post communione. Illumina faciem tuã &c. Potest etiã & aliter dici secundum Inn. tij. in sermone huius diei. Legitur enim quòd occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adæ à die exitus de uêtre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. † Siquidem mater omnium hominum terra est, & eadem omniũ est sepultura, propter quod ille dicebat: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. In præmissis autem verbis circa statum humanæ conditionis tria consideranda sunt, uidelicet ingressus, & progressus, & egressus. De progressu præmittitur: Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugum &c. de ingressu subiungitur. † A die exitus de uentre matris eorum. de egressu concluditur: Vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Sanè in quolibet statu graue iugum super filios Adæ imponitur, graue quidem in ingressu, grauius in progressu, grauissimum in egressu. Vnde merito propheta flebat, dicens. Quare de vulua matris egressus sum, ut videam laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei. Formatus est enim homo de terra, conceptus in culpa, natus ad pœnam. Verè itaque occupatio magna creata est omnis homo: & iugum graue super filios Adæ: & beati, qui occupantur in bonis: miseri, qui in malis. beati quoque, qui iugum Christi portant, miseri, qui iugum diaboli. Hanc humanæ conditionis miseriam considerans Ecclesia gemit, dicens in introitu: Circundederunt me dolores inferni, &c. in quibus verbis propheta recolit lapsum humanum. Ne uero præterea nimio dolore desperet, ideo statim commemorat misericordiam creatoris in gradua li. Adiutor &c. Occupationem autem honestã & utilem Dominus inducit in euãgelio † Operarios cõducẽs, ut redat illis mercedem: inhonestam uero & inutilem docet Apostolus, in epistola euitare: Nescitis (inquit) quòd hi, qui in sta. cur. o. q. cur. sed vnus accipit brauium, sic currite, vt cõprehen. &c. & sequitur: Ego autem sic curro, non quasi in incer. In tractu vero: De profundis &c. propheta inter iugum, & iugum distinguit, dicens enim: Si iniquitates &c. innuit iugũ diaboli, de quo per prophetam dicitur. Computruit iugum à facie Dei, unde mox subdit: Quia apud te propitiatio &c. Ecce iugum Christi suaue, de quo veritas inquit: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. In summa autem officium missæ continet afflictionẽ in introitu, ieiunium in oratione, bellum in epistola, auxilium in graduali. in euangelio in uineam inducimur, vbi compatimur & conregnabimus.

Ps. 9. — Ps. 80 — Eccle. 40 — 9 — 10 — Ps. 17 — 11

Es. 10 — Mat. 11

SVMMA.

1 *Sexagesima, quorsum instituta. Et quid sonet. nume. 2.*
3 *Sexagesimæ euangelium.*
4 *Filij Ecclesiæ triplices. & nu. 5. 6.*
7 *Paulus, cur nommetur ĩ collectis sexagesimæ.*

De Sexagesima. Cap. 26.

POST septuagesimam sequitur sexagesima. † Sicut autem Ecclesia celebrat septuagesimam in ministerio, quia quẽ admodum filij Israel per fletum exierunt, & liberati sunt per lxx. annos, de seruitute Babylonica, sic & ipsa Ecclesia de seruitute diaboli, cui oportet modo seruire, liberata est saltem per pœnitentiam factam in septenario huius vitæ, sic etiam in ministerio celebrat sexagesimam, licet .n. instituta fuerit in redẽptione quintariũ feriarũ prout dictum est sub septuagesima, fuit tamen etiã instituta propter significationẽ, quoniam significat tempus viduitatis Ecclesiæ & illius mœrorem propter absentiam sponsi, qui peccatoribus abest per gratiam, & uiatoribus per humanitatis præsentiam. Licet enim Christus nobis sit præsens secundum diuinitatem: Iuxta illud: Et ero vobiscum, usque in consummationem seculi, tamen secundum, quod est homo, in cœlo est

1

lo est, sedens ad dexteram patris. Nempe fructus septuagesimus viduis debetur, in consolationem autem illius absentiæ sponsi, qui ad cœlum raptus est, dantur Ecclesiæ duæ animæ, scilicet sex operum misericordiæ excitatio, & decalogi impletio.

2 † Vnde sexagesima sonat sexies decem: vt per sex opera misericordię, per decem decalogus intelligantur. Sexagesima enim ex senario & denario constat, vt sicut Dominus post opera sex dierum benedixit diei septimæ, sic post perfectionem operũ decalogi peruenietur ad beatitudinem æternam & dicetur nobis: Venite benedicti patris &c. & ideo in sexagesima legitur euangelium: † Cum turba plurima. Luc. viij. capitul. de semine verbi Dei: ut homines seminent opera misericordiæ ad habendam illam benedictionem. Et quia semen in pluribus suffocatur, ideo clamat alta uoce in introitu. Exurge: quare obdormis Domine. In tertia vero dominica, scilicet quinquagesimæ ostendit, per quem velit liberari, scilicet per Deum. unde in introitu dicit: Esto mihi, in Deũ protectorem, & quia Dominus prope est omnibus inuocantibus eum, sequitur liberatio in sequenti dominica, unde dicit in introitu. Inuocauit me: & ego exaudiam eum. Impossibile est enim, quin ille liberetur, qui aperit per confessionem peccata sua, quæ sunt dolores ducentes, ad infernum, & dolet dolore satisfactorio, & petit à Domino liberari: Quia uero peccata hominem à Deo separant, ideo dubitando dicit: Exurge. Item dicit ter exurge in hodierno introitu, propter triplices filios. ¶ † primo enim clamat pro filijs, qui tentantur per aduersa, sed non succumbunt, ut Paulus: propter quos dicit primo, Exurge, quare obdormis, id est, obdormire videris, nõ exaudiendo vel liberando, & hoc facit Dominus: ut probentur & examinẽtur in igne tribulationis. Puriores enim exierunt tres pueri de fornace Babylonis, quàm intrauerunt. Vnde non dormit, sicut habetur Hiere. ij. Vigilantem virgam ego video: & dicit Dominus statim: Bene vides quia uigilabo ego super gregem meum, & super filios meos. Psal. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel, & quantum ad istos dicit postea: Obliuisceris tribulationis, quia singula singulis debent reddi. ¶ † Secundi filij sunt qui in pugna cadunt, & propter istos dicit Ecclesia: Exurge, ne repellas in finem, quare faciem tuã auertis, quasi dicat. Ostende faciem tuam & reuertentur ad te. ¶ † Tertij filij sunt qui per blanda tentantur, nec succumbunt, sed quia aduersa non tolerant, periculum est ne prospera eos frangant, & propter hoc dicunt: Exurge Domine adiuua nos & libera nos propter nomen sanctum tuum, propter hoc sequitur & libera nos. De hoc etiam in dominica sequenti dicetur. Epistola vero, Libenter suffertis. j. ad Cor. xj. capitul. hortatur nos, ut quæramus Dominum & despiciamus & sustineamus læsores: & tanquam hoc cognoscentes dicimus responsorium, Sciant gentes, quoniam &c. Tractus. Ostendit terram commotam, id est, conscientiam peccatorum. In euangelio ergo semen iacimus, quoniam in lxxij. in uineam inducti sumus, est autem euangelium. Exijt qui seminat seminare semen suum &c. Et hoc fecit beatus Paulus, qui seminauit semen suum, id est, verbum Dei, & propter hoc fit hodie statio apud sanctum † Paulum, & inde est quòd in fine collectæ huius diei dicitur doctoris gentium &c. Sæpe enim secundum stationes officia ordinantur, vt hodie. quia enim statio est ad sanctum Paulum, ideo de eo fit mentio in collecta, & eodem modo in quinta feria ante, Lætare Hierusalem, & in sabbato ibi sequenti, ut ibi dicetur. Protenditur autem sexagesima vsque ad quartam feriã post pascha, in qua cantatur. Venite benedicti patris mei: quia illi qui in operibus misericordiæ se exercent, audient illud. Venite benedicti patris mei &c. Vt ipse testatur & tunc sponsæ ianua aperietur, & sponsi amplexu fruetur, unde in epistola admonetur, vt ad instar Pauli tribulationem de absentia sponsi patienter expectet, in euangelio seminationi bonorum operum semper insistat, & quæ quasi desperans clamauerat, Circundederunt me gemitu mortis, & dolores inferni &c. Nunc ad se rediens petit in officio, in tribulationibus adiuuari, & ab ipsis eripi, dicens, Exurge Domine, adiuua nos &c.

Gene. 2 — Matt. 15 — Ps. 14 — Ps. 70 — Psal. 144 — Ps. 90 — Dan. 3 — Psal. 128 — Lu. 2. — Mat. 25 — 5 — 6 — Ps. 43 — 7

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMA.

1 *Quinquagesima est multiplex.*
2 *Quinquagesima Psalmorum est triplex.*
3 *Quinquagesima annorum, annus Iubileus.*
4 *Quinquagesima, quid notet. Et vnde dicatur nume. 6.*
7 *Ieiunium auspicari debent clerici à quinquagesimæ.*
8 *Quinquagesimæ officium matutinum.*
9 *Homo sanctus, arcui comparatur cælesti.*
10 *Quinquagesiæ officium quodnam in missa.*
11 *Charitatis quindecim gradus.*
12 *Pœnitentia, tria necessario requirit.*

De quinquagesima. Cap. 27.

1 SEQVITVR de quinquagesima. In primis autē † notandum est, quòd multiplex est quinquagesima, scilicet dierum annorum, psalmorum, personarum, & denariorum. ¶ Quinquagesima dierum, triplex est. ¶ Vna a dominica ista usque ad diem paschæ. ¶ Alia à pascha, vsque ad pentec. de qua dicitur in concilio Aurelian. de consecratio. distinctio. iiij. sacerdotibus. quòd ante paschæ solennitatem, non quinquagesima supplendum est, quia illa seruatur post pascha, sed quadragesima teneatur. ¶ Tertia ab octaua paschæ, id est, à sabbato in albis usque ad sabbatum post pente. ¶ Prima, est pœnitentiæ, afflictionis & abstinentiæ. Tunc enim homines abstinent à carnibus, & continent à luxurijs. ¶ Secunda, est lætitiæ & exultationis. ¶ Tertia, figuræ siue gloriæ: & glorificationis: figurat enim octauam ætatem, vbi uratur stola, scilicet, animæ & corporis in
2 duemur. Et inde est, quod duo allelu-ia in illa quinquagesima cantamus. ¶ † Quinquagesima quoque psalmorum triplex est & tres status Christianæ religionis significat. Primus est pœnitentiæ, secundus iustitiæ: tertius laudis vitæ æternæ: ideoque prima terminatur in Psal. Miserere mei Deus: secunda in Psal. Misericordiā & iudicium. Tertia: Omnis spiritus laudet Dominum, quod est in fine psalmi: Laudate Dominum de cœlis. Hæ tres quinquagesimæ significant dies diluuij. Tot enim diebus fuit aqua super faciem terræ, scilicet centum quinquaginta. Ideo ergo tres quinquagesimas psalmorum cantamus: vt Deus à tali diluuio & ab omni periculo nos defendat. ¶ † In quinquagesima vero annorum, erat annus iubileus, qui quinquagesimus erat. Tanta enim erat ieptenarij celebritas, quod septima dies celebrabatur, scilicet sabbatum, & septima septimana, vt per pentec. septimus mensis, ut September: & septenarius annus iubileus: in quo omnes serui liberabantur. Si uero aliquis esset qui nollet liberari, sed remanere in seruitute domini sui ducebatur ad postes tabernaculi, vel templi, & perforabatur eius auris, cum subula, quod erat signum seruitij: nec deinceps manumittebatur, etiam si vellet. Item omnia quæ tellus ex granis eo anno procreabat, omnibus erant communia, non enim colebatur illo anno. Omnia etiam debita illo anno remittebantur: & possessiones alienatæ restituebantur, prout sub pentecost. dicetur, vnde iubileus, remittēs, vel initians interpretatur: per quē recte pœnitentia figuratur, per quam vera libertas tribuitur: & à diaboli seruitute liberamur, per eam etiam peccatorum debita remittuntur, & hæreditas æterna atque cœlestes mansiones restituuntur.
4 † Quinquagesima ergo, pœnitentiæ tempus & remissionis significat. Inde est, quòd hoc tempore psalmus. Miserere mei Deus: qui est quinquagesimus, & est tempus pœnitentiæ. & remissionis frequentatur & legitur & cantatur de diluuio. Nam sicut per diluuium mundus purgatur est à malis hominibus, ita per pœnitentiam purgatur μικροκόσμος, id est, minor mundus, scilicet homo à vitijs & criminibus. Rursus quinquaginta dies in pœnitentia ducimus, ut in quinquaginta sequentibus diebus, scilicet à pascha vsque ad pentecost. quos in lætitia sumus acturi non excedamus, qui in die pentecost. Spiritus sancti gratiam suscipere mereamur. Finitur enim quinquagesima in die paschæ, quia pœnitentia ad nouitatē vitæ resurgere facit. De quinquagesima personarum sermo habetur in

Ge.7.

Exod. 25

Ps.50

Ge. Abraham quæsuit à Domino, si quinquaginta boni essent in populo, nunquid parceretur eis, imo dixit Dominus postea de quinquaginta, & sic usque ad decem.
5 ¶ † De quinquagesima denariorum, habetur sermo in euangelio, vbi agitur de duobus debitoribus, quorum unus debebat cētum denarios, & alius quinquaginta, sed de ea nihil ad præsens. Dicitur autem quinquagesima quasi quinquies decē, significans tempus remissionis, ut dictum est. Quinquagenarius enim numerus consistit ex quinario & denario in se multiplicatis. Nam qui opera quinque sensuum corporis per decem legis mandata moderatus fuerit, secure dicere poterit, quod in ultimo die quinquagesimæ, scilicet in pascha cantatur, scilicet Resurrexi, & adhuc te-
6 cum sum &c. ¶ † Et not. quòd Thelesphorus & Gregorius Papæ. iiij. dist. statuimus. ij. cap. & cap. sequen. statuerunt vt clerici
7 incipiant à quinquagesima ieiunare. ¶ Instituta est quinquagesima. ¶ † Primo, propter suppletionem, ut uidelicet suppleren tur dies dominici, qui de ieiunio quadragesimæ subtrahūtur, & sic quadraginta diebus ieiunaretur, put sub septuagesima est dictū. ¶ Secūdo, propter significationē quia significat tēpus remissionis vt præmissū est. ¶ Tertio, propter representationem, quia non solum tempus remissionis significat, verumetiam statum beatitudinis representat. Nam in quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi, ut præmissum est, & quinquagesimo die agni immolati lex data est, & in quinquagesimo die à pascha datus est Spiritus sanctus, & ideo hic numerus statū beatitudinis representat, vbi erit adeptio libertatis, & cognitio veritatis, & profe-
8 ctio charitatis. † Matutinale diei huius officiū est de diluuio: vt Ecclesia incutiat timorē, filijs suis ne peccēt per luxuriā, sicut in missa post cōmunionem, ne peccent per gulam. Et quia hæc duo uitia maximè dominantur in illo tempore, ideo agit de diluuio, per quod pœnitentia designatur, ut præmissum est. Sed ne timor nimis desperare faciat, dicit responsorium. Ponam arcum meum in nubibus cœli, in signum fœderis, quod exponitur allegoricè de Christo vel de quolibet sancto secundum suum
9 modum. Arcus enim † ille, quantò magis ad cœlum eleuatur, tanto magis ad terram deprimitur, ita sanctus homo, quantò magis eleuatus est ad cœlestia, tanto plus se humiliat. Iuxta illud. Quantò magis es, humiliare in omnibus. Item arcus iste est signum fœderis, similiter & Christus. Vnde in Psal. Respice in faciem Christi tui, & sancti etiam sunt fœderis signum, quia possent iram Dei tenere, sicut fecit Moses lxv. distinctione, disciplina. Item arcus ipse portentum est, ita & sancti, quia si Dominus ita suos affligi permittit, quid erit de malis? vnde legitur in Ecclesia. Vidit arcum, id est, sanctum, & benedicit, qui fecit illum. Notandum autem est quod primo cantantur quædam responsoria de diluuio. Secundo, quædam de obedientia Abrahæ. postremo, de cæco illuminato, ad notandum, quòd qui per pœnitentiam peccata sua diluerit & mandatis dominicis ut Abraham obedierit, à Domino plenè illuminari merebitur. ¶ Porro,
10 in officio missæ Ecclesia † rogat Deum, & inuocat pro filijs suis afflictis, dicens in introitu, Esto mihi in Deum protectorum, posteà vero pro lapsis & dicit: Et in domum refugij &c. Et causam subdit, scilicet per fidem cum dicit. Quoniam firmamentum meum & refugium meum &c. Tertio, pro tentatis in prosperitate existentibus, cum dicit, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me. De hoc etiam in præcedenti dominica dictum est. Sequitur versus: de spe q.d. quia merito spei dabis mihi hoc, In te Domine speraui. Oratio pro afflictis est, scilicet Præces nostras quæsumus Domine &c. Epistola est de charitate. j. Corint. xiiij. capitul. Si linguis hominum loquar, quasi dicat, omnes virtutes eo modo, quo haberi possunt, sine
11 charitate, nihil valeant ad uitam æternam. Et ponit † ibi quindecim gradus ex quibus peruenitur ad regnum cœleste. Primus gradus est, Charitas patiēs est. Secundus, benigna est. Tertius, non æmulatur &c. Deinde sequitur commendatio charitatis. Charitas nunquam excedit. Quoniam autem non potest homo habere charitatem, nisi fiant mirabilia. Maius enim est de impio facere pium, quem creare cœlum & terram. ideo sequitur responsorium: Tu es Deus,

Eccle. 3

Ps.83

Ps.70

qui facis mirabilia, versus est. Liberasti in brachio tuo, id est, in Christo per fidem Christi. Et sequitur tractus: Iubilate. cuius verba videntur esse contra illud, quod per
Ps. 76 tractum significatur, scilicet dolores, per quos Ecclesia trahit vitam miseram. Sed dic, quod iubilatio seu exultatio, non est contrarium tractui, quoniam homo beatus in ipsis miserijs exultat, & etiam quando homo liberatus est, in miserijs gaudet, unde in actibus Apostolorum: Ibant Apostoli gaudentes &c. Et illud Salomonis. Cor,
Act. 5 quod nouit amaritudinem animæ suæ, in
Prou. 13 gaudio eius non miscebitur extraneus, id est, diabolus, hoc est super omne gaudiũ. Euangelium est de fide passionis, & resurrectionis: Ecce ascendimus Hierosolymam &c. Luc. xviiij. cap. & quia per fidem cæci illuminantur: ideo statim sequitur cæci illuminatio, qui valde sapienter petijt, dicens Domine, ut videam, quia visio erit tota merces. Offertorium similiter est de fide: Benedictus es Domine &c. Et aduerte
Psal. 118 quia in euangelio cœcus petitionem geminat, dicens bis: Filij Dauid, miserere mei. & in offertorio similiter etiam gratias de illuminatione vtriusque populi duplicat, dicens bis: Benedictus es Domine, & in alijs etiam verbis magis ac magis dupliciter illuminari postulat, dicens bis: Doce me iustificationes tuas: vel bis dicens: Iustificationes tuas propter viam testimoniorum, & veritatis & mandatorum. Postcommunio, scilicet Manducauerunt & saturati sunt nimis est de timore, ut admemoriam reducamus, quod dicitur de Iudæis: Adhuc
Ps. 77 escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei descendit super eos. Quia enim comederãt vsque ad nauseam, statim Deum ad iracundiam concitauerunt, vt videlicet incutiatur nobis timor, ne per gũlam offendamus Deum, sicut Iudæi. Hoc autem facit Ecclesia, quia solent homines magis intendere gulæ propter carnis præuium, quod imminet, de quibus dicit Gregor. distinctione. iiij. denique. quòd relinquendi sunt suo ingenio cum venia. Et ideo bene competit huic diei. Potest etiam
12 † & aliter dici, quòd tria sunt necessaria, quæ proponuntur nobis, in epistola & in euangelio, ad hoc, vt opera pœnitentiæ quæ per quinquagesimam figurantur, sint perfecta, scilicet charitas, quæ proponitur in epistola: Memoria dominicæ passionis, & fides, quæ intelligitur per cæci illuminationem, & hæc proponuntur in euangelio, uera fides, sine qua Deo nemo placere potest, opera facit acceptabilia, memoria passionis reddit facilia, charitas facit esse continua. Et sicut Ecclesia primo desperans clamauerat, Circundederunt me &c. & post ad se rediens, adiuuari petebat, ita hic iam concepta fiducia, & spe veniæ propter pœnitentiam, quasi Dominum tenendo, orat & dicit: Esto mihi &c. ubi petit quatuor, scilicet protectionem illis, qui sunt in aduersis, firmamentum illis, qui sunt in gratia, refrigerium illis, qui sunt in culpa, & ducatum illis, qui sunt in prosperis. Epistola uero nos ponit in expeditione, armis muniri docens tractus, triumphatori militiæ nos docet seruire: ei quidem, qui nos fecit, non ei, cui nos vendidimus. Et not. euangeliorum consequentiam rationabiliter ordinatam: nam in septuagesima vineam colimus, in sexagesima agrum seminamus, siue semen spargimus, in quinquagesima, fructum lucis in cæco illuminato colligimus.

SVMMA.

1 *Quadragesima sequitur quinquagesimam. Et eius commendatio. post nu. 2.*
2 *Ieiunium primum instituit Petrus Apostolus. Et quorsum institutum. nu. 3.*
4 *Quadragesima, offerimus Deo decimas.*
5 *G. Durandus, origine fuit prouincialis.*
6 *Quadragesima, cur sub Ver inchoetur, & producatur ad Pascha. præter tamen rationem temporis, quo Christus ieiunauit.*
7 *Quadragesima, cur in Missa dicatur: Humiliate capita vestra Deo.*
8 *Genua cur flectamus in quadragesima sub illam collectã Humiliate capita vestra Deo. Et nume. 9. 10.*
11 *Psalmus frequens in quadragesima. Qui habitat.*
12 *Quadragesimale tempus est tempus luctus.*
13 *Ieiunium, cur inchoetur in quarta feria. Et nu. 14. 15. 16. 17.*
18 *Cineres, cur imponantur capitibus, in capite ieiunij. Et vnde is mos ortus.*

Pæniten-

19 *Pœnitentiæ vis summa. Et quotuplex sit. numero. 20.*

De feria quarta in capite ieiunorum. Cap. 28.

1 OST quinquagesimã † sequitur quadragesima, quæ est numerus spiritualis pœnitẽtiæ in qua ieiunat Ecclesia, & pœnitet de peccatis suis. Per pœnitentiam enim, quæ in quadragesima perficitur, peruenitur ad quinquagesimam, id est, ad annum iubileum, hoc est ad remissionem peccatorum, ut præmissum est. Incipit autem quadragesima à dominica sequenti, in qua cantatur: Inuocauit me, sed in feria quarta ieiunium inchoatur, ut iam dicetur. Bea
2 tus Petrus † primo instituit ieiunium quadragesimæ ante pascha. Nec vacat à mysterio, quod quadragintasex diebus à capite ieiunij vsque ad pascha in abstinentia sumus. Nam post Babylonicam captiuitatem xlvj annis ædificatum fuit templum Domini: vnde & nos post captiuitatem Babylonis, id est, cõfusionis uitiorum xlvj. diebus per abstinẽtiam & bona opera, nosmetipsos templum Deo ædificamus. Quare autem xl. diebus ieiunetur, & quare dicitur quadragesima, sub dominica sequenti dicetur. Sanè ieiunium quadragesimæ commendatur ab institutione, & à tribus temporibus, & à personis quæ in illis ieiu-
3 nauerunt. ¶ Rursus † ieiunia ideo sunt instituta, quoniam in ueteri lege præceptum erat decimas Deo, & primitias de omnibus bonis reddi, vnde & nos idipsum facere debemus, & etiam nobisipsis, scilicet de corpore & de mente, & de tempore. de his alijs ieiunijs dictum est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Siquidem de nobis decimas, & primitias Deo offerimus, quando bonum operamur. In quadragesima soluitur decem dierum, quoniam secundum Gregor. de consecratione distinctio. v. quadragesima à prima dominica quadragesimæ, usque in pascha sex hebdomadæ computantur, quarum dies sunt quadraginta duo ex quibus dum sex dies dominici subtrahuntur de ieiunio, remanent tantum triginta sex dies abstinentię, qui sunt quasi decem anni. Vt ergo numerus quadraginta dierum, quibus Christus ieiunauit, impletur, recipiuntur ex institutione Gregorij Papę. de consecratione distinct. v. quadragesima, quatuor dies precedentis hebdomadę, uidelicet quarta, quinta, sexta ferię & sabbatum, & secundum hoc dicitur quadragesima, quasi quatuor cum decima, quoniam triginta sex diebus, qui sunt decima, adduntur quatuor, ut premissum est, quorum primus est sanctificationis & mundationis, quia tunc tam animam, quam corpus mundamus cineres capitibus aspergentes. Reliqui tres sunt de primitijs dierum, qui soluuntur in quatuor temporibus anni. Sed cum triginta sex dies predicti sint decemtrecentorum sexaginta dierum & annus constat ex trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis, patet, quod cum ieiunamus triginta sex dies, ratione decima, remanent quinque dies indecimati, & sex horæ. sed de illis ieiunamus quatuor dies præcedentis hebdomadę, ut sacer numerus complea tur, ut premissum est. Sed secundum hoc adhuc remanent triginta horæ indecimatę uidelicet unus dies, qui continet viginti-quatuor horas, & sex horę, sed potest dici, quod pro decima illius temporis in sabbato sancto tardius cœnamus, uel fortè propter hoc die illa tardius, scilicet de nocte missa celebratur, ut dictum est in proœmio quartæ partis. † Nos vero prouincia-
4 les † ieiunium quadragesimæ in præce-
5 denti secunda feria inchoamus, & sic duo dies plus cæteris nationibus ieiunamus, & hoc non solum propter quandam honestatem, ut videlicet sic biduo purificati, in quarta feria sacrum ieiunium inchoemus, verum etiam pro eo, quod quadragesima in magno die Iouis cænæ terminatur, prout sub titulo de septuagesima dictum est. Vltimos ergo duos dies non ratione quadragesimæ, sed propter causam ibi dictam & propter eorum sanctitatem ieiunamus. Clerici etiam in quinquagesima ieiunium inchoare tenentur: prout ibi dictũ est. Quidam autem dixerunt, quod præmissi quatuor dies adduntur alia de causa, videlicet tres, pro tribus diebus quatuor temporum qui in quadragesima contingunt, quartus

pro vigilia paſchę quam ieiunare debemus
ſed præmiſſa ratio verior eſt. Sed cum in
6 quadraginta † inuitemur per ieiunium
Chriſti: ut præmiſſum eſt, & ipſe ſtatim
poſt baptiſmum, ſcilicet epiphaniam ſuum
ieiunium inchoauerit: Quæritur quare
hoc tempore ieiunium inchoamus, & il-
lud cum paſcha continuamus, & non eo-
dem tempore, quo ipſe ieiunauit, cum
ipſius actio, noſtra debeat eſſe inſtructio.
duodecima quæſtione, ſecunda, exem-
plum. Ad quod quadruplex eſt ratio.
Prima, quia in quadrageſima repre-
ſentamus populum Iſrael qui fuit qua-
draginta annis in deſerto, & ſtatim
poſt celebrauit paſcha. ¶ Secunda,
quia homines tempore verno natura-
liter ad libidinem commouentur, ad
quam reſtringendam inſtitutum eſt hoc
tempore ieiunari. ¶ Tertia, quia Chriſti
paſſioni reſurrectio continuatur, igitur
rationabile fuit vt afflictio noſtra conti-
nua eſſet paſſioni Saluatoris. Cum enim
ipſe pro nobis paſſus ſit, & nos ei compa-
ti debemus, ut ita tandem conregnemus,
& poſt paſſionem ſtatim reſurrectio ſub-
ſequatur. Iuxta illud Apoſtoli. Si com-
patimur, & conregnabimus, & ægrotus
magis affligitur, cum approximat ſanita-
ti. ¶ Quarta, quia ſicut filij Iſrael prius,
quàm agnum comederent, ſe affligebant,
& lactucas agreſtes, id eſt, amaras, come-
debant, ita & nos per pœnitentiæ amari-
tudinem debemus prius affligi, ut ſtatim
poſt dignè poſſimus comedere agnum ui-
tæ, id eſt, corpus Chriſti, ut ſic myſtica
7 capiamus paſchalia ſacramenta. ¶ † Por-
rò in miſſis quadrageſimalibus frequenta-
tur. Humiliate capita ueſtra Deo. eo
quòd illo tempore diabolus magis impu-
gnat nos. Vnde Deum humiliter orare,
& nos ſibi humiliore debemus, & ut nos
ſub omnipotentis Dei manu humiliemus
dicitur etiam. Flectamus genua, de quo
dictum eſt ſub quarta parte ſub titulo de
8 ſalutatione. ¶ Et † eſt ſciendum, quod
Flectamus genua: & humiliate capita: ſe
ſe comitantur & neutrum dicitur in do-
minica die. Nam vt ait Gregor. qui in do
minica die genua flectit, Deum reſurre-
xiſſe negat. propter multas quidem cau-
ſas, orando nos ad terram proſternimus,
prout dictum eſt in quinta parte ſub pri-
ma. Dicitur etiam oratio ſuper popu-
lum poſt humilitate capita & cætera, pro
pter temporis ſanctitatem. Et ad notan-
dum, quòd in hac vita pro nobis eſt oran-
dum: ut in futuro audire mereamur à Do- Matt.
mino: Venite benedicti patris mei &c. 25
quæ quidem oratio eſt uicaria ſanctæ
communionis. Olim enim omnes com-
municabant, & communicaturos diaco-
nus ad flectendum genua inuitabat, nunc
uero, quia multi ſuſcipiunt corpus Do-
mini indigne, pro communione vtimur Lu. 18
oratione, diacono ſicut prius ſuo fungen-
te officio & dicente: Humiliate capita
ueſtra Deo. quia quicunque humiliaue-
rit ſe, exaltabitur, & quiſquis hic bonis
actibus benedicetur, æternæ benedictio-
ni poſtmodum adſcribetur. In hac ergo
oratione ſacerdos milites Chriſti pugnæ
commendat ad dimicandum contra ho-
ſtem antiquum, & inſidias inimicorum,
& ideo præmunit eos per miniſtrum ar-
mis humilitatis, dicens humiliate capi-
ta veſtra Deo. & ſic tandem capitibus
humiliatis quaſi confirmans eos, infun-
dit ſuper eos protectionem ſuæ bene-
dictionis, & hoc magis in ſeptuageſima, 9
quoniam aduerſarius noſter tunc ſolici- 1. Pet.
tus circuit, quærens quem deuoret. ¶ † 5
Secundo, in prima collecta genua fle-
ctimus in poſtulatione iuſtitiæ: quæ eſt
neceſſaria in præſenti uita: in ultima uero
reuerenter inclinamus in gratiarum actio 10
nem pro diurno denario vitæ futuræ.
¶ † Tertio, in prima collecta flectimus
genua pro pugna præſentis vitæ, afflictio-
nem laboris & continentiæ oſtendentes.
In ultima vero, quæ eſt pro gratiarum
actione caput humiliamus, per quod
mentis humilitas deſignatur, quia in
æterna uita omnis labor excludetur, ſed
humilitas ſemper ſtabit, de hoc dicetur
ſub ſabbato primæ hebdomadæ quadra-
geſimæ. Item in fine miſſæ dicitur. Be-
nedicamus Domino. de quo dictum eſt in
quarta parte ſub titulo de oratione nouiſ
ſima. Hoc etiam tempore cortinæ in eccle
ſia ſuſpenduntur, de quo dictum eſt in pri
ma parte ſub titulo de picturis. Porrò
eccleſia

11 eccleſia † his diebus in magno certamine
cõſtituta in quadrageſima frequentat pſal
mum Qui habitat. quia in pſalmus ille in-
format in certamine poſitos ſpem ſuam in
Domino ponere, & omne adiutorium ab
eo depoſcere, de quo ſub dominica ſequen
ti dicetur. Hoc tẽpore diaconus caſulam
ſuper humerum portat, de quo dictum eſt
in parte ſecunda, ſub titulo de diacono.
Ab hac quoque quarta feria, vſque ad do-
minicam palmarum, dicitur omni die præ-
fatio de ieiunio. Etiam dominicis diebus
apud quoſdam. In illa verò dominica, & ſe
quentibus diebus dicitur præfatio de paſ-
ſione. Sed videtur eſſe incongruum, quòd
in dominicis diebus cantetur præfatio de
ieiunio, cum in illis non ieiunetur, & ideo
quidam dicunt in illis quotidianam præfa
tionem, ſed licet non ieiunetur numero;
ieiunatur tamen qualitate, id eſt, in cibo
quadrageſimali, ſicut in alijs diebus. In qui
buſdam tamen eccleſijs incipiunt dicere
præfationem de paſſione in dominica de
paſſione, & in quibuſdam etiã dicunt præ-
fationem de ieiunio vſque ad quartam fe-
riam ante paſcha. Verum licet, vt præmiſ-
ſum eſt quadrageſimali ieiunio, quod inci
pit in dominica quadrageſimæ, ſuperaddi-
ti ſint quatuor dies, ſolennitates tamen of
ficij quadrageſimalis temporis incipiunt
in eadem dominica, ſicut prius, & non an-
te: nec in hoc immutatio facta fuit, quan-
quã potius ex incuria, quàm ex certa ſcien
tia hoc contigiſſe credatur: nam idem de-
beret eſſe caput ieiunij & officij, & ſecun-
dum hoc videtur, quòd in dictis quatuor
diebus deberent immediatè poſt miſſam
12 dici veſperæ. ¶ Circa † quod notandum
eſt, quòd quadrageſimale tempus, eſt lu-
ctus, & pœnitentiæ tempus; pœnitentes
autem dum conuertuntur ad Chriſtum, à
tenebris ad lucem tranſeunt, ueſpertinum
uerò tempus propter defectum & obſcuri-
tatem, imperfectionem deſignat. Quia er-
go pœnitentes non imperfectioni & defe-
ctu, ſed potius perfectioni & luci veritatis
inſiſtunt: idcirco conuenienter quantum
ad veſperas dictum tempus lucis ex inſti-
tutione Gabiloñ. Conci. de conſecrat. di-
ſtinctio. j. ſolent. præuenitur. vt ſic ſtatim
poſt miſſam dicantur. quæ alias circa no-
ctis tempus conſueuerant dici. Hoc tamen
quatuor prædictis diebus præcedentibus
non ſeruatur, qui diebus quadrageſimali-
bus ſuperadditi ex alia cauſa fuerunt. Vel
poſt dici: quòd quia quadrageſimali tem-
pore propter diſpoſitionem ad paſchalem
ſolennitatem & correctionem delictorum
præteritorum, ſanctioribus operibus inſi-
ſtendum eſt: ideo prouiſum eſt, vt eo tem-
pore, quo ſeruamus illa ieiunia, plures ora
tionum ſupplicationes ieiunij agamus, &
propter hoc non ſolum alias horas: verum
etiam veſperas ante cibum dicimus. Præ-
dictis tamen quatuor hebdomadis hoc nõ
ſeruatur, ad repreſentandum primariam
diſpoſitionem pœnitentium: qui in ſuis
primordijs non poſſunt tot ſanctitatis ob-
ſeruantijs inſudare. Hoc tempore dicitur
ad horas capitulum: Conuertimini. Io-
hel. ij. cap. & illud inter veſtibulum, quod
eſt ibidem, & illud: Clama, ne ceſſes. Eſa.
lviij. cap. & illud: Derelinquat impius.
Eſa. lv. cap. & illud: Frange eſurienti. Eſa.
lviij. capitu. ¶ † Sanè hæc quarta feria 13
quatuor priuilegijs inſignitur. Primum,
quia tali die incipimus ieiunare, quod fit
quadruplici ratione. Primo, pro eo, quod
Chriſtus legitur quarta feria ſuum ieiu-
niũ inchoaſſe, quod inde videtur, quia na-
tus eſt die dominica, & ſi quis diligenter
computet annos ex tunc, vſque ad xxx. ſe-
cũdum rationes computi, inueniet eum in
tertia feria baptizatum fuiſſe, & ſequenti
die intrans in deſertum, inchoauit ieiuniũ.
Secundo, ideo † in quarta feria ieiunium 14
inchoamus, quia in quarta ætate Salomon
templum ędificauit, & nos quaſi fundamen
tum illius templi, quod ex nobis conſtrui-
tur, faciamus ieiunando, vt in paſcha tem
plum domini eſſe poſſimus. Vnde Apoſto-
lus. Templum domini ſanctum eſt, quod
eſtis vos. † Tertio, ideo in quarta feria ie- 15
iunium incipit. Cum enim eccleſia in die- 2. Cor.
bus dominicis quadrageſimæ non ieiunet, 6
propter gaudium, quod habet de reſurre-
ctione domini, quæ in illa die facta eſt. In
reſurrectione dominus legitur bis come- Lu. 24
diſſe, ſemel cum diſcipulis euntibus in E-
maus, & iterum, quando intrauit clauſis ia
nuis ad diſcipulos, & attuleruṅt ei partem
piſcis aſſi, & fauum mellis. Ideo incipit ie
iunare ab hac quarta feria antecedẽte do-
minicam illam, quæ ꝓꝑ hoc vocatur caput
ieiunij

ieiunij. De hoc etiam iam præmissum est.
16 † Quarto, quia sicut iam dicetur hoc tem
pore ad bellum procedimus:ideo quatuor
diebus huius hebdomadę ieiunamus, vt
quatuor armati virtutibus,scilicet iustitia
fortitudine,prudentia,& tẽperantia,qua-
tuor mala, quæ per primum parentem in-
currimus,deploremus,scilicet quod de pa
radiso eiecti sumus, quòd in hac valle mi-
seriæ cibo ad modum iumentorum indige
mus, quòd in infernum descendere time-
mus, quod in patria cum domino non gau
17 demus. † Quinto, vt defleamus quatuor
mala,quæ fecimus,scilicet peccatum cogi-
tationis,operis,consuetudinis, & locutio-
nis. Secundum priuilegium est, quia illa
die audiuntur confessiones publicè pœni-
tentium, & eis pœnitentiæ imponuntur.
Tertium,quia tunc cineres capitibus asper
guntur, vt iam dicetur. Quartum quia in
die ista fit processio, qualem per totum an
num fieri non contingit. Pœnitentes nan-
que tunc ab ecclesia cum processione, &
cruce eijciuntur: & in die cœnæ in eadem
recipiuntur,sicut sub illą die dicetur. Pro
cessionem quidem facimus: quia tunc ad
bellum contra hostes incedimus,quia qua
si in expeditione,à septuagesima,vsq; tunc
fuimus. Procedentes ergo contra hostes ar
mis nostris armamur, quæ sunt humilia-
tio,oratio,afflictio,& eleemosynarum lar
gitio. Humiliatio, sicut iam dicetur est in
cinere. Oratio, quia tunc dicimus: Parce
domine &c. Afflictio,de qua in Euangelio:
Cũ ieiunatis &c.Eleemosynarum largitio,
quæ maximè hoc tempore frequentanda
est: vnde. Absconde eleemosynam in sinu
Eccle. pauperis. Talibus itaque armis armati,ad
9 bella procedimus. Vnde collecta huius diei
est. Concede nobis omnipotens Deus præ
sidia militiæ Christianæ, sanctis inchoare
ieiunijs &c. Cæterum in hac die officium
vsque ad nonam differimus: non tantum,
quia dominus hora nona expirauit, sed e-
tiam propter gastrimargiam nostrã. Adeo
nanque ventri dediti sumus, quod audita
missa statim ad cibum curremus, & de ho-
ris parum aut nihil curaremus. Vnde in cõ
cilio Cabilen. de consecrat.distinctio.j. so
lẽt, dicitur, quòd ad missam cõcurrendum
est, & auditis missarum solennijs & vesper
tinis officijs ac largitis eleemosynis, ad ci
bum accedendum est. Hac etiam † die be- 18
nedicitur cinis,& in signum humilitatis ca
pitibus aspergitur sub his verbis. Cinis es,
& in cinerem reuerteris,quod dictum fuit
Adæ Gene.iij.cap. Et Iob pœnitentiam in
fauilla & cinere egit, prout legitur Iob vl
timo cap. Et ait dominus: In domino pul-
ueris puluere vos aspergite. Micheæ.j.c.
Item legitur Iudith iij. cap. quòd filij Is-
rael humiliauerũt animas suas in ieiunijs,
& cinis super capita eorum. Et Abraham
inquit: Loquar ad dominum meum, cum
sim puluis & cinis. Gene.xviij.c.& Mardo
cheus indutus est sacco spargens cinerem
capiti suo, Hester iiij. c. & filiæ Sion con-
sperserunt cinere capita sua.Treñ.iiij.cap.
Et hoc est, quod sicut ex libro pontificali
habetur:Pęnitentes & morituri in signum
pœnitentiæ & humilitatis, & quòd terra
& puluis sunt, se in cinere vel solo proster
nunt, & cilicium induunt, quòd ex veteri
testamento tractum est. Legitur enim Esa.
lviij. cap. quòd pœnitentes sacco & cinere
sternuntur.Idem Hierem.xxv.cap. Asper-
gimini cinere,quia completi sunt dies ve-
stri. Item Ionæ iij.cap.Rex Niniue indu-
tus est sacco, & sedit in cinere. Item Tre-
no.iij.cap. Virgines Hierusalem accinctæ
sunt cilicijs. Item in psalmo xxxv. Indue-
bar cilicio. Fit etiam hoc,ad † significan- 19
dum,quòd sicut in eiectione Adæ de para-
diso, maledicta fuit terra in opere suo: sic
per humilitatem pęnitentiæ terra nostra,
scilicet liberum arbitrium nostrum bene-
dicitur per pœnitentiam, vt non spinas &
tribulos, sed dignos fructus pœnitentiæ
germinet. Inuitantur autem omnes ad pœ
nitentiam generaliter cum dicitur,in an-
tiphona: Immutemur habitu &c. Ieiune-
mus,& ploremus ante Deum &c. Et osten
ditur causa, quare debeant homines ieiu-
nare, scilicet quia dominus expectat eos
ad pœnitentiam.Vnde introitus est: Mise-
reris omnium domine propter pœniten-
tiam,& est Sapiẽ. xj.cap. omnes etiam ora
tiones quęcunq; dicuntur,faciunt:ad idem
in epistola.Conuertimini &c.quæ est Iohe
lis ij. capit. ad hoc inuitantur generaliter
parui & magni & vtriusque sexus. Vnde di
cit: Sanctificate ieiunium.Vocate cœlum,
congregate populum &c. Sequitur respon
sorium. Miserere mei Deus & cap. quod
respon-

20 respondet epistolæ: ostendens † triplicem
effectum pœnitentiæ. Primũ quia per eum
habemus remissionem peccatorum & cola
tionum gratiæ, & conculcationem inimi-
corum.Vnde sequitur:Dedit in opprobriũ
conculcantes me.Sequitur tractus: Domi-
ne, non secundum peccata nostra &c. qui
significat laborem,qui in pœnitentia habe
tur. Et dicitur iste tractus, vsque ad domi-
nicam de passione in secunda,quarta,& se
xta ferijs, vt in diebus arctiori ieiunio de-
putatis incœptæ pœnitentię memores ora
tiones ieiunio combinemus. In Euangelio
autem. Cum ieiunatis &c. Matth. cap.vj.
legitur de modo ieiunandi,vbi dicitur:Tu
autem cum ieiunas,vnge caput tuum,& fa
ciem tuam laua, quia omnis pœnitens de-
bet vngi oleo spirituali, quod est iucundi-
tas mentis, tanquam athleta & pugil do-
mini. sicut habetur in ecclesiastico: Oleũ
de capite tuo non deficiat, & faciem tuam
Eccle. laua, id est, interiorem hilaritatem exte-
9 rius demonstra,ne videaris hominibus ie-
iunans, id est,sic ieiuna,ut non intendas fa
uorem humanum, sed solius Dei,& pater
tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.
Offerenda est: Exaltabo,ubi est gratiarum
actio de impetranda remissione. Commu-
nio est: Qui meditabit,in qua est aliorum
Ps.29 exhortatio de legis meditatione, & conso
Psal.1 nat Euangelio, quia meditari in lege, est
thesaurizare in cœlo.

ADNOTATIO.

* Ieiunium.]Quadragesima ieiuniorum habet authoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio Mosi & Heliæ,& ex Euangelio, inquit Augu. epist.119. ut de Moyse patet Exod.24.& 34. De Helia.3. Reg.19. De Christo,Matthæi 4. Luc.9.De ieiunij præ tereà institutione & qualitate, abunde cũ alibi, tum uel ex concilio Cabilonensi, in cap.solent,de consec. dist.j.

SVMMA.

1 *Pœnitentia in tribus consistit.*

De quinta feria. Cap. 29.

SEquitur de quinta feria. Siquidem in-
uitati sunt omnes in præcedenti die
sicut ibi dictum est ad pœnitentiam.
1 Sed quia pœnitentia † consistit in tribus,
scilicet in oratione, ieiunio, & eleemosy-
na: ideo in tribus sequentibus diebus agit
de his tribus, & primo de oratione in hac
quinta feria, & ideo incipit introitus. Dũ
clamarem ad Dominum.Fit autem oratio
ab aliquo, quandoque pro se, quandoque
pro alio. Vt ergo ostendatur quantum ua-
let ab aliquo,pro se facta oratio: igitur se-
quitur epistola.Aegrotauit: Esa.xxxviij.c.
In qua proponit ecclesia regem Ezechiã
in exemplo, qui oratione pro se facta im-
petrauit à Domino quindecim annos vitæ
suæ superaddi. Vt etiam ecclesia osten-
dat, quantum valet orario pro alio facta,
legitur Euangelium: Cum intraret Iesus.
Matth.viij.cap. de Centurione, qui roga-
uit dominum pro puero suo,ut sanaretur,
quod impetrauit.

SVMMA.

1 *Ieiunium spirituale,Deo placet,non carnale, & sextæ feriæ officium.nu.2.*

De sexta feria. Cap. 30.

IN sexta feria agitur de ieiunio,& ostẽ
ditur quale † ieiunium placet, Deo .s. 1
spirituale, non carnale, unde epistola
agit de hoc: Clama, ne cesses. Esa.lviij. c.
& post. Quare ieiunauimus,& non aspexi-
sti &c. Et dominus respondet:Nunquid ta
le est ieiunium quod elegi contorquere,
quasi circulum caput &c. quasi diceret:
Non placet mihi tale ieiuniũ q; aliquis se
cruciet tantum, sed quod dissoluat fascicu
los impietatis, id est, ab omni peccato ab-
stineat,quod fit per charitatẽ. Vnde † se- 2
quitur Euangelium: Audistis quia.Mat.v.
c.Agens de charitate,ubi dicitur,licet hoc
in ecclesia non legatur, dictũ est antiquis:
Non occides: Ego aũt dico non irasceris.

SVMMA.

1 *Sabbatũ præcedens primam quadragesimæ. Dominicã,non habet quicquam proprium.*

De Sabbato. Cap. 31.

IN sabbato agit ecclesia de eleemosy-
na,& de sabbato, qa per præmissa tria,
scilicet orationes, ieiunia, eleemosy-
nas uenitur ad sabbatissimum mentis, vbi
pœna.

pœna iã facta quę spectat ad pœnitentiam, id est, pax, quæ est quies, & sabbatismus mẽtis, se osculantur, id est, conueniunt. Et propter hoc sequitur aperte in epistola. Esa. lviij. cap. Si abstuleris de medio tui catenam, scilicet peccatorum, & cætera quæ ibidem sequuntur, tunc vocaberis sabbatũ delicatum, &c. quæ ibidem sequuntur, & hoc idem dicitur in Euangelio: Cum sero esset &c. Matth. vj. Vbi dicitur de discipulis laborãtibus in mari, per quos pœnitentes designantur, quòd dominus ascendit in nauiculam cum eis, & statim facta est tranquillitas, quia Deo præsente in corde hominis pacificatur anima, & tranquillum fit
1 ibi. Hoc † sabbatum licet habeat epistolam & Euangeliũ, sicut nonnulla alia per anni circulum: non tamen est cantibus officiatum; quia secundum quosdam notandum erat solenni ieiunio deputatum. Hodie verò ieiunamus, vt ad quietis æternæ sabbatum perueniamus.

SVMMA.

1 *Quadragesimæ prima dominica: quæ dicitur quintana. Et cur dicta quadragesima. eiusque introitus. nu. 6.*
2 *Ieiunium, cur dimensum quadraginta diebus, Et cuius exemplo. nu. 3.*
4 *Pœnitentiæ fructus quis.*
5 *Ieiunij principium, interrumpit ordinem historiarũ in prima dominica quadragesimæ.*
7 *Epistola Pauli: Hortamur vos &c. militem Christianum armat quatuor virtutibus cardinalibus.*
8 *Tentator cum vivibus, versutia, & fraude sit homine superior, qui audeat homo certamen cum eo inire.*
9 *Tentatio est quadruplex.*
10 *Tentator, quotupliciter Dominũ tentauit.*
11 *Missæ introitus, in prima feria primæ dominicæ quadragesimalis.*
12 *Cruces quando velentur, & velum ante altare suspendatur.*

De prima dñica quadragesimæ. Cap. 32.

IN hac dominica, in qua cantatur: Inuocauit me &c. incipit quadragesima, quæ significat tempus pœnitentiæ spi-
1 ritualis, &† vocatur dominica quinta, quia quinta est à pascha. Quid autem significẽt quinque quadragesimæ: dictum est in prima parte sub titulo de picturis. Dictum est autem quadragesima, licet in ea sint quadraginta duo dies, vsque ad pascha. Primo quia ecclesia non curauit de duobus, quæ minutias non attendit: sed summam numeri ponit, quanuis sit parum plus vel minus. Secundo, quia quadragesima non protenditur, nisi vsque ad diem cœnæ Domini, quæ est dies absolutionis. Nam per quadragesimam bene obseruatã & per ueram pęnitentiam, peruenit homo spiritualiter ad cœnam agni. Vnde Apoc. Beatus, qui vocatus est ad cœnam nuptiarum agni: & secundum hoc solum sunt quadraginta dies. *Apoc. 9* *Num. 33.*
¶ Tertio, quia filij Israel laborantes in deserto, quadraginta annis cibati manna, per quadraginta mãsiones venerunt in terram promissionis quo etiam exemplo, xl. diebus à delictis corporis abstinentes, uerbis vitæ reficimur, orationi vocamus: vt tandẽ per Iesum Christum in terra uiuentium introeamus sicut illi, per Iesum naue, id est, Iosue in terram promissionis introducti sunt. Ideo autem secundum Hier. sunt in ea quadraginta duo dies, quia Dominus uenit ad nos per quadragintaduas generationes: computatis Ieconia patre, & Ieconia filio, & ipso domino. Sanè totum tempus vitæ nostræ quadragesima est. Ieiunamus autem † quadraginta diebus, incipientes à præcedenti quarta feria. *Mat. 1* 2
¶ Primo, secundum August. quoniam Matthæus quadraginta generationes posuit. Ad hoc enim Dominus suo quadragenario numero ad nos descendit, vt nos ad eum nostro quadragenario numero ascendamus. de consecrat. distinct. v. ieiunium. Secundo, secundũ eundem, quia ad hoc, vt habeamus quinquagenarium, quadragenario adijciendus est denarius. Ad hoc enim, vt perueniamus ad requiem beatam, oportet nos toto tempore præsentis vitæ laborare. Vnde & Dominus cum discipulis quadraginta diebus mansit, & post decimam diem Spiritũ sanctum misit. Ieiunamus ergo quadraginta diebus. Nam † & Moses accipiendo legem 3
ieiunauit quadraginta diebus, similiter & Helias. Dominus quoq; noster quadraginta diebus ieiunauit absque cibo & hoc pro *Exod. 24*
institutione & exemplo. Vnde nonnulli 1
vnam

vnam tantum quadragesimam obseruant: illi verò pro merito ieiunauerunt: Communius tamen est tres quadragesimas seruare, eo quòd Moses, ut tradunt Hebræi, ter ascendens ad Dominum, ieiunauit: uel potius: quia tres in tribus leguntur ieiunasse quadragenis, scilicet Moses, Helias, & Dominus. Quare autẽ quadraginta sex diebus sumus in abstinẽtia: dictum est sub præcedenti quarta feria. Considerandum est autem quòd tempus quadragesimæ, pœnitentiæ adscribitur. Pœnitentiæ autem
4 † fructus sunt ieiunium, uigilia, & aliæ carnis afflictiones; eleemosyna corporalis & spiritualis, & alia misericordiæ opera, oratio & deprecatio, & aliæ species contemplationis, fletus lachrymæ, & alia insignia contritionis. Ideo de his & similibus ad pœnitentiam pertinentibus, in nocturnis & diurnis officijs hac die, & sequentibus legit & cantat ecclesia copiose. Et propter hoc etiam hoc tempore dicitur regulariter octies in canonicis horis psalmus ille pœnitentialis: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, &c.
¶ Et est notandum, quòd propter ieiunij
5 principium † ordo interrumpitur historiarum. Cum enim in septuagesima & sexagesima cantatum fuerit de Adam, & in quinquagesima de Noe & Abraham in hac prima interponitur de fructibus pœnitentiæ: in secunda uero de Iacob: in tertia de Ioseph: in quarta de Mose. Antiquitus tres institutit ecclesia sexagesimas: de quo tactũ est, in prima parte sub titulo de ecclesiasticis sacramentis. Sanè, quia, ut dictum est sub quarta feria cinerum, hoc tempus est Christianæ militiæ, & in quo diabolus fortius contra nos insurgit, ideo ne homo desperet quasi confortatiuum quoddam ca-
6 nit ecclesia introitum. † Inuocauit me
Ro. 12 &c. Quo audito, spe fit homo fortis. Vnde dicit Apostolus: Spe fortes, in tribulatione gaudentes. Et Esa. xxx. c. In silentio, & in spe erit fortitudo uestra. Siquidem in his duobus consistit tota fortitudo hominis spiritualis, si licet in silentio, id est, à tumultibus seculi, nihil de his quæ sunt seculi appetendo, & in spe æterna desideranda, per epistolã quæ incipit. Hortamur vos
7 ij. Cor. vj. c. Armat ecclesia † milites suos quatuor Cardinalibus uirtutibus. Primo, fortitudine, cum dicit: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis &c. Quę ibi de fortitudine dicunt & quia sequitur: in omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros in multa patientia. ¶ Secundo, temperantia, cum dicit. In castitate & ieiunijs multis. ¶ Tertio, prudentia, cum dicit: In scientia, id est, prudẽtia. Sunt autem idem subiectio, scientia, & longanimitas: quia scientia & longanimitate scimus conuersari in medio prauæ & peruersæ nationis, & bonitatte & suauitate, quæ in Spiritu sancto. hoc totum pro eodem sumitur. Sequitur, in charitate non ficta, quia omnia sine fictione fieri debent. ¶ Quarto, iustitia cũ dicit. Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris. Post epistolam sequitur responsoriũ. Angelis suis Deus mandauit de te &c. Vt sic secure homo possit pugnare, sequit tractus. Qui habitat in adiutorio. in quo agit *Ps. 90* de tentatione. Tractus uerò, Deo dicitur. quia ibi ostenditur q̃ hæc uita misera distrahitur multis doloribus & laboribus.
¶ Et † quia posset conqueri aliquis de inę- 8
qualitate istius pugnæ, quia tẽtator potentissimus est, ut habetur in Iob. Non est potestas sub cœlo, quæ ei ualeat cõparari. Et *Iob 41*
sapientissimus, quia multa uidit. Et crudelissimus, quia ut dicit Hier. Crudelis est, & *Hier. 6*
non miserebitur. homo autem infirmissimus & ignorans & ideo in ipso tractu ponitur solutio huius, quia ad hoc permittit Deus inimicum tentare, ut homo timeat, & ad Deũ confugiat, quia scit & potest, & vult liberare, & sic in se non speret, sed in Deo qui promittit, q̃ liberabit, si cõfugiat ad eum. Vult ergo Deus, ut homo habeat *Math. 23*
timorem de inimico forti, & spem de promissionibus futurorum, & de dilectione Dei vehementissima, ergo sequitur quod
6 vult eum protegere, quemadmodum galli na protegit pullos suos ex amore uehemẽti, & est spes de custodia angelorum: homo autem si molatur inter duas molas, timorem scilicet & spem, efficietur panis placẽs Deo, & sic uincet omnem † tentationem 9
siue sit leuis & occulta, quæ dicitur timor nocturnus, siue leuis & manifesta, quæ dicitur sagita uolans in die: siue sit grauis & occulta, quæ dicitur negotium perambulãs in tenebris, siue sit grauis & aperta, quę dicitur dæmoniũ meridianũ. Hæc quatuor genera

Universidad de Deusto Biblioteca

genera tentationum vincet, quilibet sic armatus: vt dictum est. Sed in Euangelio nõ sunt nisi tres tentationes vbi dicitur: Ductus est Iesus in desertum &c. Mat. iiij. c. & cõprehenduntur quandoq; oẽs tẽtationes sub quaternario, vt dictum est, quandoque sub ternario, vt in eodem psalmo inferius dicetur. A laqueo venantium, id est, ab opere malo, & à verbo aspero, id est, à pecca
10 to oris. Tentatus † autem fuit Dominus à diabolo triplici tentatione, scilicet tentatione gulæ, cum dicit ei: Dic vt lapides isti panes fiant. Cupiditatis, scilicet cum dixit: Hęc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Et inanis gloriæ, scilicet quando diabolus voluit eum deijcere de pinnaculo, sicut fecerat alios prędicatores multos; & vicit eum Dominus per authoritates sacræ scripturæ, quod significatum est in hoc, quòd Dauid lapidibus sumptis de torrente deiecit Goliam: docens nos debere armari gladio verbi Dei, præter illa arma, quibus nos armat Apostolus in epistola hodierna, vt sic sufficienter ad pugnã armati simus. Potest etiã dici, quòd à principio septuagesimæ ecclesia tot tribulationibus pressa desperans clamauerat. Circũdederunt me gemitus mortis, quasi à nulla parte euadere possit. In principio verò sexagesimæ, vbi etiam de hoc dictum est, & dicetur in quarta dominica, quasi posita inter desperationẽ, & spẽ clamauit. Exurge quare obdormis Domine. In principio quinquagesimæ iam desperans clamauit: Esto mihi Domine in Deum protectorem: imò deprecatiuam mutãs in affirmatiuam
11 dixit: Dux mihi eris, & enutries me. † Nũc verò in principio quadragesimę ostendens se exauditam dixit: Inuocauit me, & ego
Es.49 exaud. & epistola dicit. In tempore placito exaudiui te. In graduali, datur nobis angelorum custodia. In tractu, diuina protectio, quia circundamur scuto veritatis. In Euãgelio, ad exemplũ Saluatoris ab hoste triũphus, cui dicimus: vade retro Satanas. In offertorio ẽt diuina protectio notatur, cũ dicit: Scapulis suis obũbrabit tibi, &c. in post cõione dæmonum subiectio, vbi dicitur: Super aspidem & basiliscũ. Ab hac die
12 † vsque ad parasceuem, cooperiuntur cruces, & velũ ante altare suspenditur, de quo in prima parte dictum est sub titulo de picturis. Hęc dominica priuilegiata est, quia est ianua & limes quadragesimæ, quę repre sentat tempus, quo filij Israel morati sunt in deserto. Tria quidem fuerunt in populo Israel, quorum duo commemorauimus, scilicet peregrinatio, quæ fuit in Aegypto, quando Iacob & filij sui profecti sunt in Aegyptum: captiuatio, quæ fuit in Babylone: & dispersio, quæ fuit facta à Tito & Vespasiano per totum mundum, quam nõ commemorauimus, quia ab illa nunquam reuocabuntur: de qua dictum est. Tradam eos in manu, de qua non poterunt surgere, in hac dominica ad horas dicitur capitulum: Fratres hortamur vos, ne in vacuũ, &c. ij. Cor. vj. c. & illud: Ecce nunc tẽpus ij. Cor. vj. c. & illud: In omnibus exhibeamus, ibidem. Et fit hodie statio apud basilicam Lateran. quæ constructa est in honorẽ Saluatoris, & plus quàm prophetæ Ioã. eo quòd officium hodiernum Saluatoris nostri propheticè resonat felicitatem.

SVMMA.

1 *Officium secundæ feriæ, primæ dominicæ quadragesimalis.*
2 *Tentator conatur auferre nobis consideratio nem cælestium præmiorum, vt facilius in eius retia irrepamus.*

De secunda feria. Cap. 33.

1 POstquam Dominus &† Apostolus armauerunt militem suum, non restat, nisi vt pugnet, quia hostes semper parati sunt. Quia verò per opera misericordiæ specialiter & maximè fit pugna ista, ideo de ipsis est feria ista quę agit de eleemosyna. Rursus, quia onus pugnæ non libenter suscipitur, nisi intuitu præmij, ideò in hac secunda feria est introitus. Sicut oculi seruorum, &c. Et Dominus in epistola: Ecce ego requiram oues meas, &c. quę *Psal.* sumpta est de Ezechiele xxiiij. ostẽdit præ 123.
mium, cum dicit: Et pascam eas, qui enim pascit Dominum in paupere, & Dominus pascit eum: sicut ibi legitur in montibus Israel, in mansionibus æternis, idem habetur per Euangelium: Cum venerit filius &c. Matth. xxv. c. vbi dicitur: Venite benedicti &c. Esuriui, & dedisti mihi manducare.
2 † Debemus autem habere oculum ad ipsum

sum non tantum sinistrum, vt respiciamus pœnas æternas, & propter hoc bonum faciamus: hoc enim esset timor seruilis, sed etiam dextrum, vt consideremus præmia, istum oculum vult nobis auferre diabolus & nititur quantum potest: vnde j. Reg. xj. cap. Rex Ammonitarum noluit inire fœdus cum Iabitis, nisi erueret eis dextros oculos viij. q. denique. Similiter vult facere nobis diabolus, vt non simus apti ad pugnandum, sicut miles, qui non habet oculum dextrum.

SVMMA.

1 *Feria tertia primæ Dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*
2 *Cogitationes Domini, quales.*

De tertia feria. Cap. 34.

1 TERTIA feria agit de oratione & sumit introitus de psalmo, qui est oratio. † Domine, refugium
Exod. factus es nobis. Pugnamus enim orando. Vnde
17 Iesus gnauè in eremo pugnabat & Moses orabat, merito qui pugnabat, non deficiebat: quia ille orando vincebat. xxxviij. distinct. si quis vult, epistola verò. Quærite Dominum &c. Esa. lv. cap. docet nos orare, & inuitat nos ad orationem. Quęrite Dominum, scilicet derelinquendo vitia, & peccata, quia mitis est ad ignoscendũ: non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ. Quæ verò sint cogita
2 tiones eius, ostẽdit Hieremias dicens. † Ecce ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Si enim ex vero corde rogatur & quæritur, statim pacificatur quantumcunque deliquerit in eum homo, & hoc dum inueniri potest, scilicet in præsenti. Ecce ostẽditur effectus orationis, quia per eam homo Deo pacificatur: Idem etiã habetur per Euangelium: Cum intrasset. Mat. xxj. c. in quo dicitur: Postquam eiecit ementes, & vendentes de templo, dixit: Domus mea, id est, homo in quo habitat: domus orationis vocabitur: in epistola monemur ad petendum, vt habitet in nobis, in Euangelio, vt det nobis æterna gaudia. Cætera, quæ in graduali, in offerenda, & post communione cantantur, sunt quærentium Dominum orationes, & consolationes & gratiarum actiones.

SVMMA.

1 *Feria quarta primæ Dominicæ quadragesimalis, est de ieiunio. Eaque solennitas geminatur. nu. 2. Et eius officium duobus constat versibus. num. 3.*

De quarta feria. Cap. 35.

QVARTA feria est de ieiunio, sed qa illa dies
1 est septima à capite ieiunij. † Septimus autẽ numerus & septuagesimus idem significant. idẽ enim significat numerus multiplicatus & numerus multiplicans. Septuagesimus verò significat liberationem à captiuitate, ideo in introitu qui
Ps.24 est: Reminiscere, &c. petit liberationem, scilicet quæ habetur per ieiuniũ, & in epistola & in lectione monemur ad ieiunium exemplo Mosi & Heliæ. Lectio, quæ legitur propter ordines, sũpta est Exod. xxiiij. ascende ad me in montem, &c. Epistola verò de tertio Regum venit Helias, &c. Qua 3. Reg.
le autem ieiunium debeat esse, scilicet spi 10
rituale monstratur nobis per ieiuniũ Mosi, vtilitas verò per Heliã, in azymo enim cibo peruenitur, vsq; ad montẽ Dei Oreb, id est, ad altitudinem mensæ illius, quando comedemus supra mensam patris Christi in regno suo. Per ieiunium quidem, ita Dei temperatur & mitigatur, quod ostenditur per Euangelium Matth. xij. cap. Accesserunt ad Iesum &c. in quo habetur de Niniuitis, qui iram Dei tẽperauerunt per
2 ieiuniũ suũ. ¶ † Et not. q. in hac feria solennitas ieiunij duplicatur, quia ieiunatur tãratione quadragesimæ, quàm ratione ieiunij quatuor temporum. Quia verò pœnitentium asperius ieiunãtium corpora desiccantur, in his non habitat, sicut dicitur in Euangelio, Spiritus immundus, qui ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Corpora enim ieiunio desiccata fastidit, ideo ad ieiunia libentius appenden-

Universidad de Deusto Biblioteca

pendenda, Mosi & Heliæ præmittitur exé
plà, quorum vterque in singulis lectioni-
bus quadraginta diebus, & quadraginta no
ctibus ieiunasse perhibetur, itaq; propter
3 ieiunij geminationem, scilicet † quadra-
gesimæ & quatuor temporum, duo versus
in graduali ponuntur. Ea quæ in introitu,
graduali, tractu communione & offerenda
cantantur, sunt cõsolationes & orationes,
vt ieiunantes à tribulationes eripiantur,
& ne his, qui ieiunijs affliguntur, inimici
dominẽtur. Hęc quarta feria in hoc priui-
legiata est, quia illi in sabbato sequenti or-
dinandi sunt, interrogantur de scripturis
sacris, & examinantur, de quo & quare duę
lectiones legũtur ad missam, sub quarta fe
ria tertiæ hebdomadæ aduentus dictũ est.

S V M M A.

1 *Feria quinta primæ Dominicæ quadragesima lis, quem habeat missæ introitum.*
2 *Confessio, est triplex.*
3 *Feria quinta primæ Dominicæ quadragesimalis, carebat olim proprio officio. Et quid hodie.*
4 *Euangeliorum & epistolarum varietas, vnde in diuersis ecclesiis, quinta feria primæ Dominicæ quadragesimalis, fuerit ꝓfecta.*

De quinta feria. Cap. 36.

1
QVINTA feria est de† cõ
fessione per quã etiam
pugnatur, & est introi-
Ps.95 tus: Confessio & pul-
2 chritudo. † Est autem
triplex confessio, scili-
cet fidei, peccati, & hu-
militatis. Qui habet hanc confessionem,
pulchritudo est in conspectu eius. In con-
spiciendo enim Deum, humiliamus nos, &
Deo simile sumus imitando ipsum. Episto-
la verò. s. Orauit Esdras, &c. sumitur de
Dan.9 Esdra ix.c. In qua est oratio Esdræ, & con-
fessio, qui orauit sicut etiam Daniel ora-
uit: Peccauimus, & iniustè egimus, &c. Et
per istam confessionem meruerunt remis-
sionem peccatorum, & ita ostenditur effe-
ctus confessionis. In alijs ecclesijs legitur
epistola: Factus est sermo Domini. Ezech.
xviij.c. Quæ etiam loquitur de effectu con
fessionis. Euang. Egressus inde Iesus, &c.
Mat.xv.cap. Est de muliere Cananæa, quæ
per confessionem fidei, cum dixit: Domi-
ne adiuua me, & per confessionem humi-
litatis, cum dixit: Nam & catelli, &c. me-
ruit filiæ suæ sanitatem. & dictũ est ei: Mu Ioã.8.
lier, magna est fides tua. Quidam autem le
gunt euangelium, in quo Iudæi gloriãtes,
q; essent filij Abrahę conuiꝛcuntur non es
se filij Abrahæ, quia non faciunt opera e-
ius, sed esse ex patre diabolo, eius opera fa
ciẽdo. uel ut quibusdam moris est legitur
Euangelium: quòd alij legunt feria quin-
ta sequẽtis hebdomadę de diuite, qui apud
inferos cruciatur, patremq; uocans, & de-
precans Abraham, non ut filius exauditur.
His consonat illud propheticum, quod in
epistola præmittitur, quòd si uir iustus ge-
nuerit filium sanguinem effundentem, &
uniuersa detestanda facientem, ipse qui-
dem in iustitia sua uiuet: filius autem eius,
qui operatus est iniquitatem, morte mo-
riatur. Cætera, quæ sunt in introitu, gra-
duali, & offertẽa, sunt laudes & orationes
iusti. Communio: panis, quem ego dede-
ro. Ioan.vj.c. Declarat, vnde iustus uiuat, 3
scilicet de carne Christi. ¶ † Et attende
quòd quinque feriæ propria olim non ha-
bebant officia, sed à dominicis æstualibus
officiabantur, & earum euangelia nõ sunt
de ieiunijs instituta, sed de diuite & Laza
ro & uiduæ filio suscitato. † Olim etenim 4
non ieiunabant, sed ut in dominicis solen-
nizabant, sed postmodum à Greg. iuniore
quadragesimæ fuerunt adiunctæ ieiunio,
prout dictum est sub septuagesima & offi-
ciositate. Et inde est, quòd uarietas episto-
larum & euangeliorum in quintis ferijs re
peritur. De hoc dicetur sub quinta feria
sequentis hebdomadæ.

S V M M A.

1 *Feria sexta prim Dominicæ, quadrag. & eius officium, tum Euangelium. nu.2.*

De sexta feria. Cap. 37.

IN sexta † feria, quæ est noua dies ie- 1
iunij, qui numerus est angelicus, petit
ecclesia liberari ab omnibus tribula-
tionibus. Et est introitus de necessitati-
bus

bus &c. Et fit hoc per Angelos & maximè
per Angelum magni concilij, & ideo legi-
2 tur Euangelium † Ioan.v. Erat dies festus
&c. in quo dicitur quòd Angelus Domini
descendit in piscinam & mouebatur aqua,
& sanabatur unus. ideo unus, quia tantum
unitas ecclesiæ sanatur. Sed ne in contra-
dictione peccemus, sicut Iudęi qui dicebãt
istud prouerbiũ ironicè. Patres nostri man
Hier. ducauerunt uuam aceibam in deserto, &
31 dentes filiorum obtupescunt, id est, nos
punimur propter hoc, quod non est iustũ,
ideo legitur epistola de Ezech. xviij. cap.
Exod. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Fi-
20 lius non portabit iniquitatem patris: nisi
imitetur patrem in malitia. Vindicat enim
Dominus iniquitatem patrum in filios, in
his, qui oderunt eos: extrà de regu. iur. ni-
si. j.q. iiij. per totum.

S V M M A.

1 *Sabbatum primæ Dominicæ quadrag. & eius officium. nu.2.5.*
3 *Genua quare non flectamus ante sextam orationem, in sabbato primæ Dominicæ quadragesimalis.*
4 *Prædicatoris officium.*

De sabbato. Cap. 38.

1
OSTEA uerò non re-
stat, nisi sabbatismus.
† Et est epistola de sab
batò mentis. Fratres
hortamur uos. Per sab
batum uerò mentis, ue
nitur ad sabbatũ æter-
nitatis, & ideo dicitur Euangeliũ de transf
figuratione Domini, in qua apparuerunt
tãtum Moses, & Helias, quorum exemplo
2 animatur ecclesia ad ieiunium. ¶ † In
missa huius diei lectio prima est. Orauit
Moses. Deut.xxv.cap. Secunda est. Dixit
Moses filijs Israel enim ibidem xj. c. Ter-
tia est. Orationem faciebant ij. Machab. j.
c. Quarta est. Miserere nostri. Eccl. xxxvj.
Dan.3 c. Quinta est. Angelus Dñi. De qua dictũ
est sub quarta feria tertię dominicę de ad-
uentu. Quia ergo pro ordinandis orat ec-
clesia, cantat introitum. Intret in conspe-
ctu &c. Et graduale: Propitius esto &c. Et
protector noster aspice &c. Et conuertere
Domine &c. Et dirigatur Domine oratio
mea &c. Et ad dominum, cum tribularer
clamaui, & exaudiuit me &c. Ad quinque
lectiones flectit genua, ut quinque sensus
ordinandorum à Dño dirigantur. † Quia 3
uerò diaconi & sacerdotes tanquam perfe
ctiones æternis intendere tenentur: inde
est, q; ante sextam lectionem, siue ante epi
stolam, non dicitur: flectamus genua, sicut
nec ante Euangelium. Hoc etiam fit
propter reuerentiam Apostolicæ lectionis, &
propter eandem etiam causam ad oratio-
nem super populum genua non flectimus,
sed solum caput inclinamus. Rursus quia
multum valet deprecatio ecclesię assidua:
quis enim est, qui non audiatur in tribula-
tionibus: idcirco quinto loco legit lectio
de tribus pueris de camino ignis liberatis,
& sequuntur gratiarum actiones in cantic-
co: Benedictus es Domine &c. Quia verò
officium prædicationis etiam ad subdiaco
nũ pertinet, idcirco sequitur epistola Pau
li j. Thessal. vlt. c. Rogamus uos, corripite
inquietos, consolamini pusilanimes &c. 4
† Officium enim prędicatoris est alios cor
ripere, & reliqua facere, quæ in epistola ip
sa docentur. & ita epistola ipsa pertinet ad
ordinatos saltem in sacris. † Deinde sequi 5
tur tractus: Laudate Dominum omnes gen
tes: laudate eum omnes populi: in quo om
nes inuitamur ad Dei laudẽ, qui ministros
suos sua misericordia cõfirmat. Tractus er-
go & canticum. Benedictus es: sunt ordi-
natorum. Et quia sacerdotes in uirum per
fectum commutari debent, quorum mini-
sterio panis & uinum trãsubstantiantur in
corpus & sanguinem Dñi, inde est, q; legi-
tur Euangeliũ de transfiguratione. Assum
psit Iesus Petrum &c. Mat.xvij.c. Debent
enim transfigurari, ita q; in eis non appa-
reat, nisi resurrectio Dei. Sed quia in præ-
senti uita fine tribulatione, aut uix, aut nũ
quam esse possumus, & propterea semper
ad Dominum clamandũ est, inde est, quod
sequitur offertorium. Domine Deus salu-
tis meæ &c. Et post communio. Dñe Deus Ps.87
in te speraui &c. Priuilegiatum est hoc sab
batum, quia in eo ordines celebrantur.

S V M M A.

1 *Dominica secunda quadragesimæ, non habet proprium*

proprium officium. Et quæro idipsum. Et eius graduale. Et tractus. nu. 3.
2 *Benedictio, quotuplex.*
4 *Rebecca, gratia interpretatur.*

De secunda Dominica quadragesimæ. Cap. 39.

1 HAEC secunda dominica † intitulatur dominica uacat, pro eo, q̃ propria caret officio: ideo aũt caret proprio quia cum in præcedenti hebdomada occurrant quatuor tempora, in quorum fine ordines celebrantur: habebat antiqua ecclesiæ institutio, vt post finem diei sabbati inciperet officium ordinum, & in die dominica terminaretur, & ita officium, quod in fine diei sabbati incipiebatur, vsq; in diem dominicam protendebatur, & sic tunc ipsa dominica proprio carebat officio. lxxv. dist. quod à patribus. extrà de temp. ord. literas. Verum, quia difficile erat à sexta feria, vsque in diem dominicam nihil comedere factum est, ut in sabbato ordines celebrentur: & in die dominica, quæ uacat officio officium quartæ feriæ præcedentis repetatur. Potest etiam dici, quòd ecclesia suspendit organa sua in hac dominica, quę est quinta à septuagesima, ad similitudinẽ populi, qui existens in captiuitate nec altare, nec templum habuit: imo organa sua suspendit, quare proprium non habet officium. Sicut autem dominica ista uacat ab officio proprio, ita & omnes quintæ feriæ quadragesimæ, quondam proprio carebãt officio, prout sub quinta feria dicetur. Et attende, quòd hæc dominica uacat solum cantu diurno, nec uacat omni officio, nec Euangelio, & ideo solum in graduali debet intitulari dominica uacat, & non in antiphonario nec in Euangelio, & in quibusdam ecclesijs dicitur Euangeliũ. Egressus, quod dictum est in proxima quinta feria, in alijs. Assumpsit Iesus Petrũ. verum in præcedenti dominica dictum est, quòd in ipsa dominica armauit Dominus militem suum, quatuor Cardinalibus uirtutibus, & gladio uerbi Dei. Sed quia ut præ-
2 missum † est in secunda feria pugna non libenter suscipitur, nisi præmiũ ostendatur, ideo agitur in hac secunda dominica de benedictione, quæ est quintuplex, scilicet benedictio liberationis, gratię, augmenti gratiæ, contemplationis, & gloriæ. Quia uerò benedictio illa impetratur per orationẽ: ideo dominica ista consistit in oratione, vnde dicit in introitu. Reminiscere miserationum tuarum Domine, &c. petens cantu lugubri liberationem à uitijs, & peccatis & spiritibus immundis. Hæc est prima oratio, & prima Dei benedictio, scilicet liberationis. In epistola verò quę est, Rogamus uos &c. j. ad Thess. iiij. petit sibi dari secundam benedictionem. s. gratiæ siue gratiam ad bene ambulandum, & bene agendum, dicens. Hæc est enim voluntas Dei, vt dignè ambulemus, ut sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificationem. s. ut sit cœleste corpus, & cœlestia appetat, & in honorem, scilicet ut sit Deo dignum templum, quia sedes Dei & tẽplum Spiritus sancti, sunt nostra corpora, ut ait Apostolus. Omnis qui castè & piè uiuit, templum Dei est, & Spiritus sancti sedes. Et in hac sola dominica idem est † graduale, & tractus, eo 3
q̃ ipsa tota consistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborem & plãctum, quę duo significãtur in graduali & tractu. Est autẽ graduale. Tribulationes &c. Tractus est. De necessitatibus &c. Alij autem dicunt tractum, Dicit Dominus mulieri qui est Mat. xv. c. Tertia benedictio, est benedictio augmenti gratiæ. Quarta contẽplationis. Quinta benedictio glorię. Quia uerò benedictiones huiusmodi non habentur uel conseruãtur sine magna lucta, ideo in nocturno officio de lucta Iacob cum angelo, & in utero agitur, ut exemplo Iacob supplantemus fratres nostros malos, scilicet si quid nobis inferunt iniuriæ dissimulantes, & fit pugna ista in utero Rebeccæ, 4
id est, ecclesiæ. † Rebecca enim gratia interpretatur. In primo responsorio in nocturnis agitur de augmento gratiæ. Dicit Ge. 27
enim Isaac ad filium. Tolle arma tua, pharetram & arcum extra. Arma prędicatoris sunt sacræ scripturæ, quæ dicuntur pharetra, quia de eis sumuntur sagittæ ad percutiendum diabolum. Iacob igitur, id est, uerus prędicator uenatur, & interfecit homines bona uenatione & interfectione, scilicet per arcum sacræ scripturæ, & in se occidit bestias, id est, uitia & peccata, scilicet porcum luxuriæ &c. & tunc cœnat cum eo Isaac, id est risus, scilicet Dominus qui delectatur in talibus. Sunt enim ei deliciæ cœnare cum talibus: unde secundũ responsorium est: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, id est paradisi: hoc etiam est id, quod supra dicit Apostolus, ut sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificatione & honore. Sequitur uersus: Qui maledixerit ei, sit ille maledictus. Omnes enim, qui populo Christiano iuniori maledicũt, maledicti sunt, ut Iudæi, Gentiles & alij. ¶ In tertio responsorio dicitur: Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam: Esto Dominus fratrum tuorum, seruiant tibi tribus & populi: hæc benedictio datur ecclesiæ, ut omnibus dominetur. Ista uerò tria responsoria sunt septimi toni, ad significandum, quod ipsa ecclesia impetrat nobis gratiã septiformem Spiritus sancti. ¶ In secundo nocturno, in quibusdam ecclesijs est responsorium. Si Dominus &c. in cujus uersu dicitur: Iacob exeuit in titulum lapidem, oleum fundens desuper. quod nos facimus, cum imitatione Christi, bona agimus. Vngimus enim eum per fidem cum ipsum hominem plenũ gratiæ esse credimus, & duo responsoria sunt de primo & unum de sexto tono, quia de Christo agunt, qui est principium, & finis, & in sexta ætate unctus fuit oleo lætitiæ præ particibus suis. In septimo uerò re-
Ps. 44 sponsorio orat: Iacob. Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. Valde enim debet timere sanctus, ne corrumpatur à malis. In octauo responsorio agitur de benedictione contemplationis. Vnde ibi loquitur de lucta Iacob cum Angelo, quia per orationem debemus luctari cum Domino, donec habeamus statum contemplationis. Et dixit ei Angelus: Dimitte me, aurora est, id est, satis habes fidem, uel charitatẽ, uel gratiã. Nec debemus dimittere donec de luctatione contra uitiæ faciat nos contemplatiuos: quia regnum cęlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Tunc autem uidetur sine nubilo peccati: Vnde in nono respõsorio dicit Iacob: Vidi Dñm facie ad faciem, id est, sine nubilo peccati, nõ sine uelamine creaturam. Hac ratione ecclesia Parisiensis dicitur legere hac die Euangelium de transfiguratione, quæ est benedictio gloriæ, & ita patet, quòd habita benedictione liberationis gratiæ, & augmenti gratiæ contemplationis, & considerato præmio gloriæ libenter & fortiter pugnant milites Christi.

SVMMA.

1 *Feria secunda secundæ Dominicæ quadragesimalis, & eius officium.*

De secunda feria. Cap. 40.

SECVNDA feria est de oratione: vnde in epistola, quæ incipit Orauit † Daniel, &c. Dan. ix. cap. ostenditur quantum ualet oratio cum ieiunio. Daniel, id est, uir desideriorum orauit pro populo suo, & abstinuit à regalibus cibis, & usus est leguminibus, & ideo exaudita est oratio eius, sicut ei dictum est ab Angelo. Sed quia nil ualet oratio, nisi quæ fit in cognitione Dei, ideo sequitur in Euangelium Io. viij. Ego uado, & quæritis me, & non inuenietis: dicit Dominus Iudæis, & iterum. Ego sum desursum, &c. ego non sum de hoc mũdo, & non cognouerũt eum, & ideo adhuc manent in peccatis suis. Ibi diuidit Dominus spirituales à carnalibus, id est, aquas, quæ sunt sub firmamento ab his, quæ sunt super firmamentum, & ita huic secundæ feriæ competit opus secundæ diei, & ideo introitus est, de secundo tono. Carnales enim non possunt orare Deum, quia non cognoscunt eum. Nam qui in carne sunt, Deo placere non possunt lxxxij. distinct. proposuisti. Nempe ea, quę in introitu, graduali, offerenda, & communione cantantur, sunt orationes, consolationes, & laudes conuersæ gentilitatis, cui Dominus exhibuit intellectum.

SVMMA.

1 *Feria tertia secundæ Dominicæ, quadragesimalis. Et eius officium. Et nu. 3.*
2 *Ieiunium laudabile.*

Universidad de Deusto Biblioteca

De tertia feria. Cap. 41.

1 TERTIA feria est de † opere diei tertiæ, quod est congregantur aquæ omnes in locum unum, & terra fructificet. Hoc fit quando homo non curat de uoluptatibus carnis, & ieiunat per charitatem. Ieiunium
2 laudabile est, ut homo † non sit multum curiosus de cibo corporali, ut dicitur in
Lu. 10 Euangelio: Nolite soliciti esse solicitudine, scilicet suffocante, sed solicitudine prouidẽtiæ possumus & debemus, ideo introitus. Tibi dixit cor meum, exquisiui te, & est tertij toni ppter opus tertię diei.
3 In epistola uerò. † Factus est sermo domini &c. iij. Reg. xvij. c. hortatur ecclesia, ut non simus multum soliciti, & hoc propter Heliam, qui pastus est à uidua Sareptena, & à coruo, & ipse etiam pauit uiduam, dicens. Non deficiat farina hydriæ, id est, gratia de corde & oleũ de lechyto, id est gratia seu unctio spiritualis desuper. Hoc idẽ hortatur per Euãgelium. Super cathedra Mosi &c. Matth. xxiij. capitu. ubi sequitur. Vnus est magister uester, & unus est pater uester, qui in cœlis est qui habet curam de omnibus. Rursus Sareptena mulier introitu affectum ad Christum ostendit dicens. Tibi dixit cor meum. In graduali seipsam consolatur & hortatur dicens. Iacta cor tuum. in offerenda misericordiam petit, in communione, quasi secura se mirabilia narraturam promittit, dicens: Miserere mei Deus, & narrabo miracula tua.

SVMMA.

1 *Feria quarta Dominicæ secundæ quadragesimalis, est pœnitentiæ dies. Et missæ introitus. nume. 2.*

De quarta feria. Cap. 42.

1 QVarta feria est de † pœnitentia, quæ feria est dies pœnitentiæ, in illa enim traditus est Saluator & ostenditur in epistola: Orauit Hester &c. Hester xiiij. cap. quantum eam oratio faciat efficacem, per orationem Hester quæ cum Regina existeret, induta fuit cilicio, impetrauit suspensionem Aman in patibulo, quod parauerat Mardocheo: Quia verò pœnitentia concipitur timore iudicij: ideo psalmo pœnitentiali, qui intitulatur per octauam resurrectionis, scilicet Domine ne in furore tuo. sumitur introitus. † Ne 2
de relinquas me &c. quia uero non ualet pœnitentia, nisi imitetur Christum, ideo sequitur Euangelium. Ascendẽs Iesus &c. Matth. xx. cap. de cruce Christi: ut habetur: Ecce ascendimus Hierosolymam, & sequitur ibidem de filijs Zebedæi, qui petierunt, ut unus sederet à dextris, & alius à sinistris, & dixit ei Dominus: Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum &c. qui non bibit de calice glorię, & postponit se Christus Apostolis in exemplum, qui de hoc irascebantur.

SVMMA.

1 *Feria quinta dominicæ secundæ quadragesimalis. Et officium. nu. 2. 3.*
4 *Feriæ quintæ in quadragesimæ, olim carebant proprio officio.*
5 *Gregorius ieiunium instituit, et officium quintæ feriæ quadragesimalis.*

De quinta feria. Cap. 43.

1 QVINTA † feria est de piscibus & auibus, id est de nõ confidentibus in Domino, & non confidentibus in homine, de quibus habetur in epistola: Maledictus homo, qui confidit in homine. Hiere. xij. cap. & ponit carnem brachium suum, &c. & post, Benedictus uir qui confidit in Domino. Et hæc ostenduntur per Euangelium: homo quidam &c. Luc. xvj. quod est de diuite & Lazaro. Diuus enim non confidebat in Domino & ideo in inferno positus est. Pauper uerò confidebat, & ideo in sinu Abrahæ requiescit. In offertorio. Præcatus est Moses &c. ostenditur quod oratio iusti efficax est: Moses. n. erat ouis quia mãsuetissimus hominum fuit, & est forma ieiunij, & placationẽ impetrauit super irã, qua Dñs iratus erat Iudæis propter uitulum

2 lum conflatilem. ¶ † Rursus quoddam hodie legitur Euangelium, in quo docet Do
Ioã. 8. minus non in hominis, sed solius Dei testimonio confidendum: de seipso enim loquens ait secundum carnis fragilitatem. Si ego testimonium perhibeo de memetipso, testimonium meum non est uerum, & infra. Ab homine testimonium non accipio, & infra habeo testimoniũ maius Ioanne. His consonat præmissa lectio de Hier.
Hier. 6 Maledictus homo qui confidit in homine &c. Et infra: Benedictus uir qui confidit in Dño. Confidens igitur orat in introitu, & in graduali, & etiã in offerenda in persona Mosi, in qua fit uerborum repetitio, quia sæpe ad Dominum pro populo intercessit. De hoc etiam dictum est sub domi-
3 nica post epiphaniam. Communio: † Qui manducat, Ioan. vj. cap. ostendit quid utilitatis proueniat confidenti, scilicet quòd in Christo maneat, & Christus in eo, & hæc communio bene congrueret sabbato,
4 ante dominicam palmarum. ¶ † Notandum autem est, quòd sicut præcedens dominica uacat ab officio, prout ibi dictum est, ita & omnes quintæ feriæ in quadragesima quondam proprio carebant officio, excepta forte quinta feria cœnæ Domini. Illa tamẽ mutuat introitum à tertia feria illam præcedenti. Nã sicut quælibet quinta feria authoritate Melchiadis Papæ de consec. dist. iij. ieiunium. soluta erat à ieiunio, ita & ab officio. Vnde beatus Gregor. nullum in quinta feria instituit officium: nihilominus tamen horæ & matutinę ac uespertinum officium cantabantur. Vnde necessarium erat, ut super Benedictus, & Magnificat, antiphonę de Euangelijs alio
5 rum dierum sumptę dicerentur. † Sed Gregorius, instituit ieiuniũ & officium quintę ferię: ea tamen quæ prius instituta erant de matutinis & uespertinis officijs, non mutauit, inde est quòd antiphonę quę cantantur super Benedictus & Magnificat, in quintis ferijs, non consonant Euangelijs illius diei, & hoc in quinta feria pręcedentis hebdomadę dictum est.

SVMMA.

1 *Feria sexta Dominicæ secundæ quadragesimalis, ad pœnitentiam, & mansuetudinem hortatur. Et eius officium. nu. 2.*

De sexta feria. Cap. 44.

1 EXTA feria † agit de opere sextæ diei, in qua factus est homo & hortatur nos Ecclesia ad mansuetudinem & ad patientiam, vt omnem iram quod dicitur cordibus nostris remoueamus, & hoc exẽplo Ioseph, & Christi & epistola. Dixit Ioseph Gene. xxvj. cap. de Ioseph, qui multa passus est à fratribus suis: & tamen sublimatus est, uelint nolint. † In Euangelio: 2
Matth. xj. monemur ad prædicta exemplo Christi: homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, id est, iudaicum populũ per doctrinam legis, ad ultimum misit filium suum, ad cultores uineę, ad quos prius miserat seruos, quem interfecerunt. Per hoc autem, scilicet mansuetudinem & patientiam satiabimur in futuro: vnde introitus Ps. 16
est: Ego autem cum iustitia apparebo in Psal.
conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua. Ad tolerandas etiam persecutiones, propter iustitiã, hortatur in graduali: Ad Dominum cum tribularer, & in Ps. 11
offertorio: Domine in auxilium, & communione: Tu Domine seruabis.

SVMMA.

1 *Sabbatum secundæ Dominicæ quadrag. quid agat. Eiusque officium. nu. 2. 4. 5.*
3 *Peccator, hædo comparatur.*

De Sabbato. Cap. 45.

SABBATVM agit de conuersione uel confessione, per † quæ cessat homo ab opere seruili, & sic sabbatizat, & recipit benedictionem à domino, qui benedixit diei septimo. Ad hoc autem instruimur per legem domini, & gratiam Spiritus sancti: vnde introitus est de lege. † Lex Domini 2
&c. & est primi toni: quia conuersio ad Deum, est principium bonæ uitæ: vnde sequitur, conuertens animas. Sequitur: iustitiæ domi rectę lętificãtes corda, quia dant Ps. 19

Universidad de Deusto Biblioteca

ſabbatum ſpirituale, & hæc principaliter habentur per gratiã. quod oſtenditur per epiſtolam: Dixit Rebecca &c. Gen xxvij. c. In qua habetur quòd Rebecca monuit Iacob, ut afferret patri ſuo Iſaac duos hœdos. Per Rebeccã gratia Dei intelligitur,
3 quę nos moner, & inſpirat nobis † Deo abominationem de peccato & confeſſionem, quæ per hœdos deſignatur. Hœdos enim animal fętidum eſt, & habet carnes ſapidas. Cur enim homini fętet peccatum ſuum, vt confitetur illud, quod ualde placet Deo & Angelis eius, quia gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiã agente. ¶ Sequitur autem in epiſtola. De rore cœli, id eſt, de gratia cœleſti, & de pinguedine terræ, id eſt, abundãtia temporalium fit benedictio tua, & præponitur de rore cœli, quia bona ſpiritualia præponuntur
Matt. tẽporalibus, & poſtea ſequitur de pinguedine terræ, quia primum quærite regnum
46. Dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Boni
2.Cor. enim omnia habent: vnde Apoſtolus. Tan-
6 quam nihil habentes, & omnia poſſidẽtes: extrà de primile. nimis. Mali ſimiliter petunt benedictionem, qui per Eſau deſignãtur, ſed quia ipſi præponunt tẽporalia ſpiritualibus, dicitur eis. De pinguedine terræ & de rore cœli erit benedictio tua. Et ſi enim habeant aliqua ſpiritualia, amen eis præponunt temporalia. Sequitur reſponſorium: Bonum eſt confiteri Domino &c. q. d. Eccleſia, ex quo per conuerſionem &
Pſ. 9. confeſſionem peccati, & reprobationem habetur benedictio, & temporalia & ſpiritualia. Bonum eſt confiteri domino: Item
4 habetur in Euãgelio Luc. xv. † Homo quidã habuit filios duos, & petit vnus dicens: da mihi partem hæreditatis, quæ me contingit, & diuiſit illis ſubſtantiam ſuam. Et poſt, illa cõſumpſit omnia, poſtea fuit tanta fames in terra, ad quam uenit, ut compelleretur famę eſſe porcarius. i. ſubulcus, & dixit reuerſus ad ſe: Quanti mercenarij &c. Quando enim homo omnia bona ſua amiſit, per peccatum non habet quid comedat, & permittit ita Deus ipſum cadere, ut arguat eum malitia ſua, ut legitur Hier. ij. circa medium, & moriatur fame, & dicat quot ſunt, ſcilicet in eccleſia, qui habent iucunditatem mentis, & ego fame pereo. Reuertar in domo patris mei. unde in Exod. ix. habetur, quòd Aegyptij compellebant filios Iſrael exire de Aegypto, tunc recipitur & datur ei prima ſtola, id eſt gratiam & ita in Euangelio habetur de conuerſione. Rurſus tam in Euangelio ubi habetur de duobus filijs, quàm in epiſtola, ubi agit de Iacob & Ioſeph duorum populorum, Iudaici uidelicet & Gentilis. ſignificatio continetur. Iudaicus gratiam ſpiritualem amittit: Gentilis uero conuerſus ad pœnitentiã, de lege dñi. in introitu gloriatur & cantat. In graduali uerò domino confitetur & laudat, in offerenda, oculos ſuos petit illuminari, ne dormiat, ut inimicus non præualeat ei. ¶ † Et attende, q̃ ra 5
tionabiliter in ſecũda quadrageſimæ hebdomada legitur Euangelium de filio prodigo reuertente ad patrem, quia Gentilis populus per doctrinam legis & Euangelij, ad creatoris cultum reuertitur, & quiuis pœnitens per fidem & operationẽ, vel per duo pręcepta charitatis Domino reconciliatur. Communio eſt. Oportet te. Luc. xv.

SVMMA.

1 *Dominica tertia quadrageſimæ eſt confeſſionis. Et eius officium. nu. 5.*
2 *Confeſſio, eſt duplex.*
3 *Ioſeph, Chriſtum refert.*
4 *Confeſſio, qualis eſſe debeat.*

De Dominica tertia Quadrageſimæ. Cap. 46.

TERTIA † dominica eſt 1
confeſſionis, & quarta refectionis: ſicut enim ſupra dictum eſt. Dominus in prima Dominica quadrageſimæ armauit militem ſuum: in ſecunda oſtẽdit ei præmium. amodo ergo non reſtat, niſi ut oſtendatur via: quia per confeſſionem & refectionem illuc uenitur. Eſt ergo dominica iſta confeſſionis. Eſt autem † duplex confeſſio, 2
ſcilicet peccati & laudis, quas habere debet homo. Per humilitatem enim confeſ- Pſ. 24
ſionis expectat homo à Deo omnia, quæ expectat, ſcilicet liberationem & donum gratiæ, & omnia alia bona: vnde introitus.

Oculi

Oculi mei ſemper ad Dominum &c. & eſt ſeptimi toni, quia per ſeptiformem gratiã Spiritu ſancti euelletur homo de laqueo diaboli: per confeſſionem enim ſcrutantur mala, & ideo fit ſtatio ad ſanctum Laurentiũ, qui per confeſſionem liberatus eſt. Hæc humilitas liberauit Ioſeph, de manibus fratrum ſuorum, & de carcere, & ideo cantatur, de ipſo in officio nocturnali. Adhuc dominica iſta, ſexta eſt à dñica lxx. & ſexta feria Dominus crucifixus eſt, & ideo
3 fit mentio † de paſſione Domini, quæ per Ioſeph ſignificatur, & ita etiam ipſi diei cõpetunt quæ dicuntur. Nam Chriſtus per humilitatem liberatus eſt ab inſidijs fratrum ſuorum, id eſt, Iudæorum, & exaltatus eſt in tota Aegypto, id eſt, in mundo, & ita quæ literaliter acta ſunt circa Ioſeph, ſpiritualiter ſunt facta erga Chriſtũ & nocturnum officium ordinem comitatur hiſtoriæ. Cum enim in præcedenti dominica cantatum fuerit de Iacob, in hac ſuccinitur de Ioſeph, qui uenditus à fratribus, illos in fame ditauit, & Chriſtus à Iudæis crucifixus, ſua morte humanum genus redemit, & redimẽdo à dæmonio liberauit:
4 prout in Euangelio legit hodierno. ¶ † Cæterum qualis debeat eſſe confeſſio, oſtendit Apoſtolus in epiſtola: Fratres imitatores mei eſtote &c. ad Eph. v. c. Primo enim eſſe debet in humilitate, ſcilicet ut humiliemus nos Deo, & ita in nouitate uitę ambulemus. ¶ Secundo, in perſeuerantia, ſcilicet ut homo non redeat ad uomitum, & ut infamia peccati remoueatur. Vnde dicit: Fornicatio autem & immunditia, non nominentur in uobis &c. hoc fit per perſeuerantiam in bona uita. Ad hoc idẽ hortamur in Euãgelio, in fine, in quo oſtẽditur, q̃ gratia expellit peccatum. Erat inquit Ieſus eijciens dæmonium &c. Luc. xj. cap. & Mat. xiiij. Ieſus, id eſt gratia. iſte idẽ dæmoniacus cœcus dicitur à Matt. & Beda. Cœcus inquit, Beda uidet: mutus loquit, poſſeſſus à dæmonio liberatur, & cum eieciſſet dæmoniũ locutus eſt mutus: quia quando data eſt homini gratia, confitetur, & loquitur in confeſſione. Poſtmodum oſtendit Dominus ſtabilitatem regni ſui, per indiuiduam charitatem, & inſtabilitatem regni diaboli. Omne (inquit) regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & ſic regnũ diaboli & ſuorum, qui diuiſi ſunt à Deo, deſtruetur. Sed regnum Dei manet in ęternum, & ita inuitat omnes homines ad regnum ſuum, quod manet. Propter hoc debet homo perſeueranter agere opera confeſſionis, quia per ea habebitur regnum cę-
lorum, & ideo reſponſorium: exurge Do- Pſ. 9.
mine, non præualeat homo, id eſt, diabolus, qui nobis intendit auferre regnum cęlorum. hoc igitur intendit eccleſia, ut ſimus perfecti in confeſſione, & ſimiliter, perfectè moriamur peccatis, per bonã uitam etiam infamia peccati deleatur, ſicut dicit Dñs per Eſa. Perdam Babylonis nomẽ. Eſ. 14
Hoc dicit, quia gratia expellit peccatũ, & infamiam. Sequitur & reliquias, germen Babylonis ciuitatis, id eſt, memoriam dele-
ctabilem: vt. ſ. homo deleat, quando ad me- 5
moriam reducet. ¶ † Rurſus, quia ſicut in Euangelio dicitur: Surdus audiuit, & mutus uerba Dei narrauit, ideo dicitur in introitu: Oculi mei ſemper ad Dominum, & ne iterũ deficiat, miſericordiam implorat, ſubdens: Reſpice in me, & in graduali: Exurge Domine. Deinde uox quondã muti facta fœcunda, cuius os aperuit ſapiẽtia, preces ſuas ingeminat, & decenti ſimilitudine in tractu perorat dicens. Ad te Domi- Pſ. 18
ne. in offerenda iam loquens prædicat iuſtitias Domini rectas. eo quòd à ſe humiliato dæmonium exierat: ſed ad Iudaicum populum ſuperbientem ſpiritus immundus redierat. In communione de muto fac- Pſ. 83
tus orator gratulatur, quòd ſicut paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum.

SVMMA.

1 *Feria ſecunda dominicæ quadrageſimalis, quid deſignet. Et eius officium. nu. 2.*
3 *Iordanis quid, myſticè.*

De ſecunda feria. Cap. 47.

I N Dominica præcedenti dictum eſt, quod Dominus ſaluat per confeſſionem: in hac uerò ſecunda feria, oſtenditur
† quod Dominus ſaluat 1
per baptiſmũ. Sed quia baptiſmus datur per Trinitatem, ideo de

Universidad de Deusto Biblioteca

2 de † trinitate est introitus: In Deo lauda
Ps.55 bo verbum, & ponitur ibi ter hoc nomen Deus, & est de tertio tono, quod totum cõ tingit, propter hoc quod loquitur de trini tate. Epistola uero: Naaman princeps &c. quæ est iiij. Reg. v. ca. est de Naaman quem misit rex Syrię Dominus suus ad Helisęũ, ut sanaret eum. & pręcepit ei, ut in Iorda-
3 ne se lauaret septies, & fieret eius caro sicut caro pueri, & ita factum est. † Iordanis interpretatur descensus humilitatis. in qua Ecclesia mundari petit, & hoc facit ad pręceptum Domini, quęrens per humilita tem salutem in aqua, quę est inferior crea tura. Postmodum sequitur responsorium: Deus laudem meam ne tardaueris, in quo Ecclesia humiliat se per confessionem, & est tertij toni ratione prędicta. In euangelio uero: Dixerunt Pharisæi ad Iesum. Luc. v. Ostendit Dominus quod non sunt missi prophetæ nisi ad humiles, sicut Helisæus ad Naaman, & Helias ad viduam, & ostendit superbiam Iudæorum. Postea dicit. Iesus autem transiens per medium illorum ibat, ad significandum quod humilis quicquid sibi fiat, uiam suam non dere-linquat.

S V M M A.

1 *Feria tertia, tertiæ Dominicæ, in quadragesima, & eius officium. & nu. 3.*

2 *Dæmones, creditores & exactores nostri.*

De tertia feria. Cap. 48.

1

TERTIA † feria est de oratione & misericordia, per quæ etiam saluat Dominus. Vnde in-
Ps.21 troitus est: Dum clama rem ad Dominum. Epistola vero. Mulier quædam &c. est. iiij. Reg. capitu. de vidua cuius filios creditor in seruitutem redire cõ tendebat, & eius vasa oleo repleuit Helisæus, dicens ei, quod de parte olei redderet debitũ, quod debebat, & de reliquo ipsa, & filij sui uiuerent. Vidua est ecclesia, cuius sponsus Christus non est præsens cor poraliter, siue uisibiliter, quæ venit ad
2 Christum. creditores † sunt dæmones: vu de diabolus exactor dicitur, quod pecuniam suam, id est, immunditiam à nobis exigit, cum usuris. Vnde Esa. xiiij. cap. Quando cessauit exactor, quieuit tributum. Sed Christus per opera misericordiæ liberauit nos ab huiusmodi creditore. Et petitur huiusmodi liberatio in responsorio: Ab occultis meis munda me Ps.18 Domine. Euangelium uero quod est Matthæ. xviij. cap. est de misericordia, scilicet, si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Si ignorat, doce. Si pœnitet, dimitte: non dico septies: sed etiam septuagesies septies, id est, quoties peccauerit, dimitte. ¶ Rursus † uidua pro fi- 3
lijs ad Helisæum orans dicit introitu: Ego Ps.16 clamaui, & in graduali: Ab occultis. Demum præcibus exaudita gratias agit in of- Psal. 117
ferenda: Dextera Domini. Et docet in Ps.10 communione: Domine quis &c. quales se debeant exhibere: qui uolunt oleum misericordiæ, scilicet qui uolunt requiescere in monte, ingrediantur sine macula, & operentur iustitiam.

S V M M A.

1 *Feria quarta dominicæ tertiæ, in quadragesima, & officij ratio.*

De quarta feria. Cap. 49.

1 N quarta † feria agitur de impletione mandatorum, per quam Dominus etiã saluat. Sed quia per gratiã est impletio mãdatorũ, ideo est introitus. Ego autẽ in Dño sperabo, & est primi toni, ad ostendendum, quod spem debemus ponere in solo Deo. Epistola verò: Honora patrem &c. est de Exo. xx. c. in qua sunt instituta uel distincta præcepta Domini: honora patrem & matrem &c. In responsorio uerò petitur gratia, in quo ostendit homo infirmitatem suã dicens: Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum: quasi diceret: non possum per me adimplere mandata. In Euangelio: Accesserunt ad Iesum &c. Mat. xv. c. redarguit Dominus iactãtiam Iudæorum qui magis innitebantur traditionibus hominum

minum, quàm Dei: & reprehendebant discipulos Domini de traditionibus legis vel seniorum. Quibus Dominus dixit, hyprocritæ &c. non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem, & ostendit per quæ saluamur & iustificamur. In hac quarta feria, fit primo scrutinium, prout in proxima quarta feria, dicetur.

S V M M A.

1 *Feria quinta tertiæ dominicæ, in quadragesima quid referat. & quòd uarium habeat officium. & nu. 2.*

De quinta feria. Cap. 50.

1 N quinta feria † ostendit Ecclesia non esse salutẽ nisi à Domino, & maximè per virtutes, vnde
I introitus est: Salus populi ego sum, &c. & est quarti toni propter quatuor cardinales virtutes. Epistola uero: Factum est verbum &c. de Hier. vij. capitul. vbi dicitur: bonas facite vias vestras, & studia vestra: & hoc propter bona opera virtutum, & reprehenduntur Iudæi, qui credebant se non posse damnari, quia habebant Domini templum, & omnes alios damnatos esse dicebant, vnde sequitur responsoriũ: Oculi omniũ. ostendens, quòd in solo Deo sperandũ est. euangeliũ vero, Surgens Iesus. Luc. iiij. c. est de sanatione socrus Petri, per quod ostenditur q̃ in solo Deo sperandum est: quia ab ipso & per ipsum salus
2 mentis & corporis est. † In alijs vero ecclesijs legitur euangelium sequentis dominicæ: Abijt Iesus &c. & aliter incipit operamini. in quo improperat Dominus turbæ, quòd magis curabant de salute corporis, quàm mentis, quoniam voluerunt eũ facere regem post miraculum factum de saturatione quinque millium hominũ de duobus piscibus & quinque panibus, & hortatur eos, dicens. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternã. Cui congruè præmittitur præmissa lectio Hier. ubi Dominus promittit se habitaturum cum eis, & sic quasi regem futurum eorum qui talem cibum fuerint operati: ut calumniam non faciant innocente &c. Sanguinem non effundant &c. Rursus introitus, scilicet. Salus populi: uox est Domini, populum consolantis: graduale offertorium, & communio, voces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autem quinta feria, in qua agitur de salute, fit statio ad sanctos Cosmam & Damianũ, qui medici fuerunt: & homines corporaliter & spiritualiter sanabant, ideo de ipsis fit mentio in collecta.

S V M M A.

1 *Feria sexta dominicæ tertiæ in quadragesima, & quale, quidũ portendens, habeat officium.*

De sexta feria. Cap. 51.

EXTA † feria, quæ est dies 1
crucis, ostenditur, quòd per crucem est salus. un Ps.85
S de introitus est: Fac me Io. 15
cum signum in bonum, id est, crucem. Maiorem charitatẽ nemo habet, id est, maius signum charitatis, quã ut animam suam ponat quis pro amicis. Epistola vero: Conuenerunt &c. quæ est Numeri. xx. c. est de Mose, qui bis percussit petram, & fluxerunt aquæ, ut biberent homines & iumenta. Per binam percussionem, duo ligna crucis intellige. Petra Christus est, & fluxerunt aquæ doctrinarum & gratiarum, vt possit bibere totum genus humanum. Ps.27
Respõsorium est: In Deo sperauit cor meũ & adiutus sum: quia in sola cruce perfecta est humani generis saluatio. In euangelio uero. Venit Iesus in ciuitatem &c. Ioann. iiij. ca. ostendit Dominus, quòd non solum pro nobis crucem sustinuit, sed & multos alios labores. vnde sequitur ibi: Iesu ergo fatigatus ab itinere &c. & dicũtur ibi octo, in quibus instruxit Dominus Samaritanã: quæ patent in euangelio: & ideo responsorium est octaui toni. Communio est: Qui biberit. Ioan. iiij. cap.

S V M M A.

1 *Sabbatũ dominicæ tertiæ quadragesimæ, iustitiam*

tiam & misericordiam Domini ad salutem ducere ostendit. Et eius officium. & nu.4.
2 *Introitus officiorum, variat sæpe in versu.*
3 *Mortis umbra, quid.*
5 *Antiphonæ: Media vita expositio.*
6 *Vita triplex.*

De sabbato. Cap. 52.

1 IN sabbato † vero ostenditur, quod Dominus saluat per iustitiam & misericordiam. vnde epistola: Erat vir Daniel. xiij. cap. loquitur de Susanna, quæ saluata est per iustitiam. Euangelium est de muliere deprehensa in adulterio, quã Dominus liberauit per misericordiam. Ecce quomodo euangelium & epistola concordant. Quia ergo adultera in euangelio saluata est per misericordiam, ideo videns ecclesia infirmitatem filiorum suorum, petit se liberari per misericordiam in introitu, dicens. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum. Et est quinti toni, propter quinque quæ ponuntur in collecta, quæ est talis: Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent, sectando iustitiam à culpa ieiunent, id est, à delectatione quinq; sensuum, sicut Daniel, Susanna, & Ioachim, Misericordiam Dei non consequentur, qui sic non ieiunant. Sequitur versus incroitus semiplenus, scilicet rex meus
Ps. 5 & Deus meus. ¶ Et ideo † notandum est, quòd in introitibus aliquando duplex uersus ponitur, aliquando dimidius: frequentius unus, duplex ut in introitu defunctorum Requiẽ, versus Te decet &c. & alius. Exaudi orationem &c. quia oramus pro defunctis, propter stolam corporis & animæ, quas rogamus ei dari. dicitur etiam secundas versus, quia succedit in locum illius versus: Gloria patri, qui in officio defunctorum tacetur, pro eo quod mortui trinitatem vlterius laudare nequeũt. Ad cuius laudem pertinet iste versus. Sæpius uero unus dicitur, quia ad unum tantum, scilicet ad Deum uertere nos debemus. Dimidius autem hic ponitur, quia qui misericordiam Dei impetrat, suam debet imperfectionem in operibus confiteri, psalmus tantum opus significat. Post epistolam sequitur responsorium. Si ambulem &c. quòd
Ps. 22 sic ei respondet, quem Dominus liberat, nullus ei nocere potest, igitur si ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala &c. umbra † mortis, est mors temporalis. q.d. & si transeam per mortem temporalem, non est timendum, ex quo Deus adiuuat. Et sequitur versus. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, quia tribulationes Domini consolantur hominem bonum: Est autem primi toni: quia in solo Deo ponenda est spes. In euangelio uero. Porrexit Iesus. Ioann. viij. ostendit se Dominus authorem misericordiæ cum dixit mulieri adulterę. Vade, & amplius noli peccare. Item misericordia fuit, quod dixit. Qui sine peccato est uestrum, primus mittat in eã lapidem. iij. q. viij. qui sine. In offertorio petit similiter per misericordiã liberari, cum dicit: Gressus meos dirige, & pertinet ad octauam resurrectionis, postcõmunio uero, ad beatitudinem, quæ est: Ne Psal.
mo te. Ioan. viij. ca. ¶ Illud † autem notan- 118
dum est, quòd in huius sabbati completorio antiphona: Media uita cantatur, eo q̃ 4
nunc mediana quadragesimæ incipiat hebdomada, quia vero eam in præcedenti sexta feria cantant, numerum dierum ieiunijs afflictorum attendunt. Hanc itaque sub breuiloquio duximus exponendam. † Media vita, Christus est, ipse enim me- 5
diator est Dei & hominum. x. distinct. quoniam. Ipse est via, ueritas, & uita. viij. dist. qui contenta. Ipse quidem sanctus, ipse Deus, ipse fortis, ipse misericors & Saluator. Ad Christum ergo sermo dirigitur: O media uita, id est, ò Christe. Vel media uita, sancta Trinitas est, quæ in se uita, & nobis uita media, id est, sufficiens, & communis ad quam sermo dirigitur. O media uita id est, ò sancta Trinitas, ideoq̃ subdistinguitur, sancte Deus, sancte fortis, sancte & mise. sal. id est, pater & filius & Spiritus sanctus à quo & per quem, & in quo saluamur, & ideo Saluator etiam trinitas appellatur. Ad quemcunque tamen sermonem dirigimus, adiutorium quærimus, quia in morte sumus in miserijs præsentis uitæ, petimusque, ne tradat nos amaritudini mortis æternæ. Vel supple ò Domine existẽtes in uita media sumus in morte. ¶ † Pri- 6
ma fuit uita iustitiæ, & innocentiæ, in qua creatus est homo. ¶ Secunda, est uita peccati &

ti, & miseriæ, in qua lapsus est homo. ¶ Tertia erit uita immortalitatis & gloriæ, ad quam reparabitur homo. Nos igitur dum sumus in media vita, sumus in morte: quia uita peccati, mors est uitæ iustitiæ. & ideo quærimus adiutorem. Aliæ Ecclesiæ dicũt media uitæ; quia enim nunc est medium quadragesimæ, quæ vitam præsentem, quæ sine peccatis non ducitur, representat merito dicitur antiphona ipsa: In morte, id est, in peccatis, quæ ducunt ad mortem: Et quia in epistola fit mentio de Susanna: ideo propter æquiuocationem uocabuli fit hodie statio apud sanctam Susannam.

SVMMA.

1 *Dominica quarta quadragesimæ, quid agat. Et qui libri in ea legantur. nu. 2. 3.*
4 *Diabolus quatuor modis nos affligit.*
5 *Aetates mundi.*
6 *Introitus missæ dicendæ in quarta dominicæ quadragesimæ.*
7 *Bona cælestis patriæ quatuor.*
8 *Rosa aurea Pontificis maximi quid significet.*
9 *Rosa spiritualiter significat Christum, & eiusdem rosæ ratio nu. 10.*
11 *Romanus Pontifex, Petri est successor, Christi uicarius.*

De Dominica quarta quadragesimæ. Cap. 53.

1

EQVITVR dominica † quarta in qua agit de superna Hierusalem, & quia in terrã illam venitur eo die, quo filij Israel venerunt in terram promissionis: prout sub septuagesima dictum est, ideo nunc legitur
Exod. † Exod. vbi dicit Dominus: Videns vidi
3 afflictionem populi mei, qui est in Aegypto, & descendi, ut liberatem eos de manu
2 Pharaonis. sicut autem Dominus liberauit populum per plagas missas contra Pharaonem, similiter & per plagas liberat de manu diaboli, qui non vult dimittere nos, nisi in manu forti, ut ibi habetur. Prima plaga, est conuersio aquarum in sanguinẽ, per quam peccatum infidelitatis significatur. Per alias plagas significatur, quod homo per multas tribulationes & pœnas, quas habet dum moratur in peccato, cogitur redire ad Dominum, sicut de filio prodigo legitur. Legitur ergo Exo. quia per fi- Exod.
dem est exitus à seruitute diaboli & per 14
baptismum, qui significatur per mare rubrum: & per impletionem mandatorum. Quãdo vero homo talis est, facit seipsũ tabernaculum Domino qui vero non faciet ei hoc tabernaculum, nec ipse faciet in futuro. Posit † Exod. sequitur liber Leuitici
qui est tertius in pentateucho, qui perti- 3
net ad Leuitas, qui debebant Domino offerre sacrificia, vnde liber est oblationum. Ex quo enim homo implet mandata & facit tabernaculum Domino, non restat nisi oblationes Deo offerre. Debet tamen sal apponere in omni sacrificio suo, quia cum discretione debet omnia facere. Quia ergo tales debent esse mundi ab omni peccato & offerre Domino hostiam mũdam, sanctam, & immaculatam, ideo sequitur in Leuitico de mundatione lepræ, & dicitur ibi multoties: Sancti estote, quoniam ego san- Leuit.
ctus sum. Et quia hoc fit in solennitate cor- 19
dis, & debent omnia fieri cum gaudio, post ea in eodem libro agitur de solẽnitatibus. Rursum, quia nullus ita perfectus est, quin peccet aliquando, saltem ueniaiter, ideo ibi habetur de dubitatione Mosi ad aquas contradictionis, qui nec propter hoc dimisit opus spirituale facere, ut ad notẽ suam fluerent aquæ, cum dixit. Ascendat puteus id est, doctrina sacra. Cęterum sicut mulier ostendit ex una parte pomum filio suo, & ex alia inimicum, ut veniat ad se: similiter & Dominus, iuxta illud Oseæ. xj. cap. In funiculis Adam traham eos in uinculis charitatis. Vnde in officio nocturnali ostendit inimicum, qui non vult dimittere populũ, nisi in manu forti, & in manu diuina, scilicet per prædicatores. & ideo primum responsorium est: Locutus est Dominus ad Mosen &c. Siquidem Moses ex aquis assumptus est, Christus per quem liberamur ab huiusmodi inimico, uel quilibet prædicator, qui ex aquis scripturæ debet assumi. & est quarti toni, quia † quatuor modis nos af-
fligit diabolus scilicet interficiendo ma- 4
res, id est, bona opera, vel uirtuosos, quos submergit in flumine deliciarum huius mundi, & cogit seruire in luto luxuriæ, & late

latere auaritiæ, & palea inanis gloriæ: Porro quidem, quia populus in illa septuagenaria captiuitate fluxit super flumina Babylonis: & in fine Cyro permittente lætabundus exiuit, & gratulans Hierusalem introiuit, ideo cum prima dominica populus captiuatus fleuerit, dicens: Circundederunt me, & in secunda orauerit, dicens. Exurge. in tertia quoque orauerit, dicens: Esto mihi, in quarta consolationem acceperit dicente Domino: Inuocauit me, ego exaudiam eum, in quinta etiam rursus orationi institerit, dicens: Reminiscere miserationum tuarum. in sexta uero Dario licentiam retribuente, consolationem de reuersione percepit: ideoque dixit: Oculi mei. In hac septimana tanquã in fine septuagesimæ ingrediens Hierusalem gratulabundus exultat, dicens: Lętare Hierusalem, de hoc etiã dictum est sub prima dominica. ¶ † Septenarium quoque præ
5 sentis uitæ, quæ septem dierum circulo siue cutriculo voluitur, vel potius septẽ ætatibus, quibus mundus ipse distinguitur, sicut per dies septuaginta, sic per septem dominicas sancta representat ecclesia. Prima enim ætas est ab Adam vsque ad Noe. Secunda uero, à Noe vsque ad Abraham, uel secũdum quosdam ad Mosen. Tertia, à Mose, vsque ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis vsque ad aduentum Domini. Sexta, ab aduentu Domini, vsque ad finem seculi. Septima, similiter vsque ad eundem finem. simul enim cõcurrunt, sed illa in vigilantibus & laborantibus: ista in dormientibus, & quiescentibus: vbi requiescunt electorum animæ inter vbera lactãtis matris suis supernę Hierusalẽ. In prima dominica uelut in infantia mundi, homo à fœlici delectatione deiectus, clamat: Circũdederũt. In secũda uelut in pueritia mundi concipiens homo, spẽ suæ reconciliationis voce Noe quasi præcentoris, implorat acceptilationem reconciliationis, dicẽs: Exurge, quare obdormis Domine. In tertia velut in mundi adolescentia concipiens homo suam liberationem de ægyptiaca seruitute suæ protectionis, & liberationis accelerationem voce Mosi orat, dicens: Esto mihi in Deum protectorem. Quarta designat iuuentutem ecclesiæ: in qua regnum diademate coronatur, & sapientia prophetarum ornatur: Vnde illud officium uoce Dauid, quasi præcẽtoris in cantibus celebratur. Quinta senectutem ecclesiæ, in qua calor naturalis incipit deficere. Nam populo in Babylone captiuato Ecclesia captiua nec altare habuit, nec templum, imò organa sua suspendit, ideoque in quinta dominica uacat officio. Sexta, senium Ecclesiæ, scilicet fides seculorum, cum filius Dei venit in mundũ, & de diaboli potestate liberauit genus humanum. Ne igitur sit immemor accepti beneficij, & in gratum, gratulatur, & ait: Oculi mei semper ad Dominum. Hęc autem septima & vltima significat sabbatum mundi, in quo sanctorum animæ requiescunt: illic Hierusalem, quæ sursum est: quæ libera est: quæ mater nostra est, lætatur: vnde dicitur Dominica lætitiæ. Est enim septima septuagesima, & per septenarium significatur septima ætas eorum, qui sunt in requie. Representat enim hæc dominica libertatem concessam filijs Hierusalem redeundi à Babylone anno sexagesimo, quam habuerunt plenariam in anno septuagesimo: vnde totum huius diei officium de lætitia est, ad representandum illorum lætitiam, & etiam nostram, quoniã finitis sex ętatibus erimus in septima à mũdi exilio liberati, cum cœlestem paradisum, quæ est patria nostra intrabimus. Cantatur ergo † hodie introitus: Lætare Hie 6
rusalem. ad ostendendum quod sicut illi, qui cum ingenti lætitia à Babylone venerunt in Hierusalem, ita & nos ab hoc mundo lætantes, in cœlestem Hierusalem veniemus. Babylon enim interpretatur confusio, vnde significat mundum uel infernũ, quia in hoc mundo est confusio uitiorum, & in inferno tormẽtorũ. dicitur etiam hęc dominica refectionis: quia in ea Dominus refecit & satiauit quinque millia hominũ, vel quia in ea ostenditur cœlestis Hierusalem, ex qua omnis refectio est. Quia ergo Ecclesia lætatur pro hac refectione: ideo cantat: Lætare Hierusalem, id est, Ecclesia ibi enim æterna requies promittitur. In nocturnali enim officio cantatur responsorium: Audi Israel præcepta Domini: & ea in corde tuo, atque in libro scribe. Et dabo tibi terram fluentem lac & mel. Postea sequitur

quitur in introitu: Ab vberibus consolationis eius. Hæc verba sunt duo testamenta: de quibus sumuntur promissiones dulces in quibus est consolatio nostra. Et sunt in ea tria verba lætitiæ, scilicet lætate, gaudete, & exultate. Ratio quare posita est sub titulo de septuagesima in principio. Et sumitur iste introitus de Esa. vltim. capitul. sed de antiqua translatione, quia in Esaia sic non iacent verba hæc versus vero de psalmo, qui loquitur de Hierusalem superna, scilicet: Lætatus sum &c. est quinti toni propter quinque millia hominum quos refecit, vel ideo, quia illi qui cohibent, & refrenãt, & bene ordinant quinque sensus corporis, illi habebunt huiusmodi refectionem & consolationem, de qua in introitu habetur, & quæ petitur in collecta. Concede quæsumus omnipotens Deus, vt qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatione respiremus. Scripserũt tamen quidam, quòd quia Alber. Papa qui tamen in chronica nõ inuenitur. celebrauit tali die Romæ in dicta Ecclesia, quæ vocatur Hierusalem. ideo cãtatur: Lætare Hierusalem. Et nota, quod in quibusdam ecclesijs de hac die & in festo annuntiationis Domini duæ collectæ: dicuntur, ut quasi duplex festum exoluere videantur, quod non fit in alijs præcipuis festiuitatibus, etiam natiuitatis Domini, & similibus, quia illæ per octauas producuntur, nec vnius diei duntaxat obseruantia, sicut ista coangustantur. Sequitur Epistola. Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit &c. ad Gal. iiij. cap. Vbi sequitur. Quæ sursum est, Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Hoc autem dicit, vt non timore seruili seruiamus Domino, sed amore. Responsorium est de
Psal. eodem Lætatus sum in his, quæ dicta sunt
121 mihi &c. & est septimi toni propter septimam ætatem, in qua erimus in quiete. Sed quia adhuc sumus in labore ideo sequitur tractus, sed suauissimus. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion &c. in quo ostenditur, quod qui in Domino solo sperant, habebunt illam refectionem. Sequitur euangelium: Abijt Iesus trans mare Galileæ &c. Ioann. vj. capitul. Quinque autem panes, quibus Dominus refecit nos, prout ibi legitur, sunt quinque libri Mosi: duo vero pisces, sunt psalmi & prophetia, vel libri Iosue & Iudicum, quia de illis septẽ sumuntur orationes in hac dominica, & ita reficit omnes offertorium est. Laudate & est secundi toni, ad ostendendum, quòd Deum laudare debemus pro corporali refectione & spirituali. Postcommunio vero, est: Hierusalem, quæ ædificatur vt ci
uitas &c. Et loquitur de illa Hierusalem, quæ libera est: & est † quarti toni, pro- 7
pter quatuor, quæ ibi dicuntur. Primum est, quia omnia sunt communia. Ibi enim 1.Cor.
Deus est omnia in omnibus. Secundum 15
est, quòd æternaliter participantur ea, quæ ibi sunt, vnde dicit: Cuius participatio eius in idipsum. Tertium est, quòd nullus de filijs diaboli potest ibi ascendere, unde dicit: Illuc enim ascenderunt tribus tribus Dñi: Quartum, quia ibi est continua laus Dei: unde sequitur: Ad confitendum nomini tuo Domine, & inde est illud: Beati, qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunte. In hac dominica Romanus pontifex celebraturus † ad Ecclesiam per gens, & 8
rediens ab eadem auream in manu sub aspectu populi fert rosam. Circa quod duplex insurgit ratio, vt secundum literam, altera secundum spiritum. Sanè secundũ literam, ne fidelis populus, propter quadragesimalis obseruantiæ asperitatem sub continuo labore deficiat, qui quod caret alterna requie, durabile non est, ideo in hac mediana quadragesimæ quoddam recreationis solatium interponitur, vt anxietas temperata leuius sufferatur, iuxta illud. Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernum nanque officium tota lætitia plenum est, & in omni verborum clausula iucunditas exuberat, gaudiũ resonat. hilaritas inculcatur. Tria itaque representat dies ista, scilicet charitatem, post odiũ, unde dicitur: Lętare Hierusalem, & conuẽtum facite omnes, qui diligitis eam. Gaudiũ, post tristitiã. vnde: Gaudete in lętitia, quia in tristitia fuistis. Et sacietatem post famen. vnde. Vt satiemini ab vberibus cõsolationis vestræ. Quę tria pariter designãtur in tribus proprietatibus huius floris, charitas in colore, iucunditas in odore, & satietas in sapore. Rosa quippè, ꝑ cæteris floribus colore delectat, odore recreat, & sapo-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſapore confortat, delectat in uiſu, recreat in olfactu, & confortat in guſtu. Nempe rosa in manu romani pontificis, gaudiũ Iſraelitici populi deſignat, quãdo per gratiam Chriſti data eſt illi de Babylonica captiuitate licentia redeundi. Deinde illa donatur nobiliori & potentiori, qui tunc in curia reperitur in quo nobilitas & excellentia illius peculiaris populi Domini deſignatur. Demum ille cum multo equitati & lætitia ingenti ciuitatem cum rosa circuit, figurans gaudium illius populi in ciuitatem Hieruſalem reuerſi, atque communionem totius fidelis populi & Eccleſiæ lę
9 titiam de præmiſſis. Spiritualiter † autem flos iſte florem illum ſignificat, qui de ſe dicit in canticis: Ego flos campi, & lilium conuallium. Et de quo propheta:
Cant.2 Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de
Eſ.11 radice eius aſcendet. Qui vere eſt flos flo-
Pſ.44 rum, id eſt, ſanctus ſanctorum, quia præ ce-
Cant.1 teris floribus id eſt, ſanctis colore delectat in uiſu. Nam ſpecioſus forma præ filijs hominum, in quem deſiderant angeli proſpicere. Qui odore recreat in olfactu, quia ſicut legitur in canticis. j. cap. Meliora ſunt vbera tua uino fragrantia vnguentis optimis. Qui ſapore confortat, in guſtu, quia panis quem ipſe dat, caro ſua eſt, pro mundi vita, omne delectamentum habens, & omnis ſaporis ſuauitatem. Hinc eſt enim, qui de quinque panibus & duobus piſcibus quinque millia hominum ſaturauit. ¶ Tri-
10 plex † autem eſt in hoc flore materia, aurum, videlicet muſcus, & balſamum, quia triplex eſt in Chriſto ſubſtantia, deitas, corpus, & anima. Sed balſamo mediante muſcus auro coniungitur. quia anima mediante corpus coniungitur deitati. Diuina enim natura tãtæ ſubtilitatis eſt, ut corpori de limo terræ formato non congrueret vniri, niſi rationabili ſpiritu mediante. ¶ Rurſus flos ipſe aureus eſt, quia rex regũ, & Dominus dominantium, cuius rubur apparuit in inſignijs paſſionis, & odor in gloria reſurrectionis. Huius floris baiulus eſt
11 vicarius Saluatoris. Romanus † vero põtifex ſucceſſor vtique Petri & uicarius Ieſu Chriſti qui hunc florem fidelibus populis demonſtrat: non omni tempore, ſed in hac dominica tantum quæ ſeptima eſt ab illa, quæ ſeptuageſima nuncupatur, quia Chriſtus non in qualibet hora, ſed in ſeptima tantum ætate videtur ab illis qui beata requie cõſolabunt. ¶ Rurſus in vrbe oſtẽditur non alibi, quam apud baſilicam, quæ ſanctæ crucis in Hieruſalem appellatur: quæ ſupernæ Hieruſalem typum obtinet, & ſpeciem repreſentat: de qua dicitur in epiſtola hodierna. Illa, quæ ſurſum eſt Hieruſalem. libera eſt: quæ eſt mater noſtra, in qua Chriſtum angeli ſancti, & beatæ animæ contemplantur ad quam merito dicitur. Lætare Hieruſalem. & conuentum facite omnes, qui diligitis eam. quaſi dicat, uos catholici, non hæretici. ¶ Differt autem hodierna ſtatio, ab illa, quæ fit ibidem in ſecunda dominica aduentus, quia illa futuræ beatitudinis, eſt annuntiatio: hæc quaſi præſentis contemplatio. Vnde & feſtiuius agitur: quia ſpei noſtræ feſtiuitas eſt. Hac etiam die Chriſtianus coronatur Imperator: ut ſemper coronę ſuperne Hieruſalem meditetur. Dauid ter in regẽ vnctus eſt, videlicet ſub dominica poſt aſcenſionem. Hæc ergo dominica priuilegiata eſt, quia repreſentat licentiam redeundi de ſeruitute ad libertatem populo Iſraelitico conceſſam, & lætitiam ex hoc habitã.

SVMMA.

1 *Feriæ ſecundæ in quadrageſima, dominicæ ſecundæ, ratio*

De ſecunda feria. Cap. 54.

EDVNDA feria eſt † de iudicio. Vnde in epiſtola. 1
Venerunt duæ &c. iij.
5 Reg. iij. cap. agitur de iudicio Salomonis duabus mulieribus de puero contendentibus, extra de præſumptio. cap. j. Mulier una quæ dixit, quod diuidatur puer eſt ſinagoga, quæ diuidi conata eſt puerum Ieſum, alia mulier, quæ dicit, detur ei infans viuus, eſt Eccleſia. Vnde in reſponſorio petit hęc mulier puerum. Eſto mihi in Deum protectorem, id eſt, petit ſibi dari Chriſtum. Euangelium: Prope erat. Ioan. ij. ca. ſimiliter eſt de eiectione vendentium, & de iudicio: vbi habetur quòd non credebat ſe Ieſus eis, quia nixi ſunt eum interficere, poſtea ſequitur

tur de paſſione ſua: Soluite, id eſt, ſoluetis
Pſ.60 templum hoc, & in triduo excitabo illud. ſciebat enim quid facturi erant. ¶ Quia vero ex paſſione Domini eſt omne gaudium ideo in offertorio cantat Eccleſia: Iubila-
Pſ.53 te. In introitu autem petit iudicari, ſed prius petit miſericordiam: Deus in nomine tuo ſaluum me fac, ſcilicet per miſericordiam, & in virtute tua iudica me, & eſt quarti toni, quia ibi habetur: Ab inſurgentibus in me libera me, id eſt, ab inimicis, qui quatuor modis, ſicut dictum eſt ſub do
2 minica in ſurgũt cõtra nos: & ideo ſicut dominica fuit de miſericordia, ita ſecunda feria eſt de iuſtitia.

SVMMA.

1 *Feria tertia dominicæ quartæ quadrageſimæ de quo agat tum de Epiſtola. num. 2. tum de euangelio. nu. 3.*

De tertia feria. Cap. 55.

1
TERTIA † feria eſt de oratione, id eſt, de efficacia orationis, quæ ſcilicet fit ſalua iuſtitia, qd oſtenditur in epiſtola: Locutus eſt &c. quæ eſt Exod. xxxij. cap. vbi ſequitur. Dimitte me, vt deleam eum: & Moſes orauit pro populo: & Dominus dimiſit peccatum ſalua tamen iuſtitia: quia reſeruauit ſibi vindictam. Vnde & ſi propter illud peccatum, quod commiſerunt in Chriſtum præcipuè puniantur, tamẽ & propter illud, quod commiſerunt tũc, ſcilicet adorando vitulum, vnde dicit Dominus in
Mat. euangelio: Implete menſuram patrum ve-
23 ſtrorum, quia uero tam efficax eſt oratio: ideo in introitu dicit Eccleſia: Exaudi orationem meam &c. verſus: Cõtriſtatus ſum in exercitatione mea. Contriſtatus enim fuit pro dilatione patriæ, & incolatu miſeriæ. Quia vero exercitatio Chriſtiani eſt in coertione à petulantia, & laſciuia quinque ſenſuum, idcirco quinto reſonat hunc introi. Eccleſia. Et ſequitur epiſtola. Locutus † eſt &c. in qua ſicut dictum eſt impetrauit Moſes dimiſſionem peccati ſalua iuſtitia, & ut filij eorum mererentur intrare terram promiſſionis, ideo in reſponſorio orat Eccleſia, vt mereatur ipſam impetrare filijs ſuis, ut intrent terram promiſſionis, licet adorauerunt vitulum conflatilem, id eſt, venerati ſunt laſciuiam & pompam mundi, dicens. Exurge domine fer opẽ Pſ.43
nobis. & verſus. Deus auribus noſtris audiuimus. quoniam tu liberaſti eos, & condonaſti eis ſimiliter & fac nos ſpiritualiter. Poſtmodum ſequitur euangelium, † Iam 3
die feſto Ioann. vij. cap. de obſtinatione Iudæorum, qui dicebant. Quomodo hic literas ſcit cum non didiſcerit, & dixit dominus. Moſes dedit vobis legem & vos vultis me interficere, quaſi dicat contra legem veſtram vultis facere & facitis, & dixerunt, dæmonium habes. Ecce quomodo obſtinati fuerunt. & hoc eſt quòd in epiſtola habetur. Receſſerunt cito à via, quam oſtendiſti eis. Eccleſia vero oſtendens ſe non conſen-
Pſ.39 tire peccatis, dicit in offertorio. Expectans expectaui Dominum, oſtendens ſe expectare Chriſtum uſque ad finem. Et quia bene expectat, qui à laſciuia quinq; ſenſuum abſtinet, ideo quinti toni eſt. Per hãc autem
Pſ.32 ſpem reducitur nouus populus in terram promiſſionis, vnde ſequitur poſtcommunio, Lætabimur in ſalutari tuo, & eſt primi toni, quia omnis lætitia à Deo eſt.

SVMMA.

1 *Feria quarta Dominicæ quartæ quadrageſimæ quid tractet.*
2 *Scrutinium quid.*
3 *Scrutinium quæ ſolẽnitate fiat & numero 6. Et quo tempore, quare hebdomada. nu. 4.*
5 *Scrutinium cur fiat quarta feria quartæ dominicæ quadrageſimæ:*
7 *Frons ſedes eſt pudoris.*
8 *Scrutinij cæremoniæ explicantur.*
9 *Eccleſiæ quid adhibeat circa ſcrutatos.*
10 *Scrutinium populis annuntiandum. Et quæ forma. ibid.*
11 *Lectionis duæ leguntur. in quarta feria quartæ dominicæ quadrageſimæ.*

De quarta feria. Cap. 51.

SEquitur † quarta feria, quæ eſt catechizandorum, quia in ea die ducũtur 1
ad Eccleſiam catechumini & catechizantur, id eſt, inſtruuntur, & hoc eſt tertiũ ſcruti-

per lumen intelligentiæ effugatio. Euangelium quod super eos dicitur, est doctrina Saluatoris, qua instruuntur. Deinde per ostiarum introducuntur, quia post im
pletionem euangelij: per ostiarium, id est, per Spiritum sanctum in cœlestē patriam
9 introducuntur. Post hæc dicenda † sunt ea, quæ ab ingressu Ecclesiæ vsque ad missam fiunt. Primo, masculi ad austrum statuuntur, fœminæ ad aquilonem. inde quatuor lectiones super eos leguntur: & quatuor initia euangeliorum, deinde duo, vnus masculus, & vna fœmina in sanctuarium ab acolytis portantur: post, symbolum græcè super masculos, latinè super fœminas dicitur. His peractis Ecclesiam ingrediuntur, & sic missa cantatur. Quod autem masculi ad austrum, & fœminæ ad aquilonem statuuntur, significat, quod fortiores hostibus tentationum obijciendi sunt, & debiliores humiliter sunt erudiendi. Quod quatuor lectiones super eos leguntur, significat doctrinam quatuor euangeliorum, qua instruuntur. Vnde statim quatuor initia euangeliorum leguntur super eos, quasi cōgreget eos à quatuor partibus orbis. Quod vnus masculus, & vna fœmina portantur in sacrarium, significat quòd de utroq; sexu fideles ascendēt in cœlum. Sed nō ascendet, nisi vnus, id est in vnitate Ecclesiæ constitutus, sicut in probatica piscina nō sanabatur, nisi vnus. Quod symbolum legitur super masculos græcè, & super fœminas latinè, per duas linguas, quibus symbolum legitur, omnem linguam intelligimus. Nam in græcis uiguit sapientia, in latinis, scilicet Romanis potentia. & ita per has duas tāquam excellentiores omnem linguam intelligimus, quasi cum Apostolo ad Philipp. ij. capitul. dicamus, omnis lingua confiteatur: quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Expositionem orationis dominicæ, & symboli in quarta parte, in suis
10 locis exposuimus. † Et attende, quòd ante hanc quartam feriam in dominica, vel in secunda feria, est huius feriæ scrutinium, populis annuntiandum his verbis: Scrutinij diem dilectissimi fratres, quo electi nostri diuinitus instruantur, imminere cognoscite, ideoque solicita deuotione sequenti quarta feria circa horam nonam conuenire dignemini, ut cœleste mysterium, quo diabolus cum sua pompa destruetur, & ianua cœlestis regni aperietur inculpabili ministerio peragere valeamus. In hac vero feria quarta finitis missarum solēniis presbyter annuntiat, ut sabbato proximo ad scrutinium reuertantur, & sic iterum atque iterum annuntiat, donec septem scrutinia celebrantur. Sanè expleto scrutinio, dicitur missa, ut præmissum est, in qua legitur lectio & epistola, quia baptizandus in duobus est catechizandus, id est, instruendus, scilicet nouo & uet. tes. maximè in illis, quæ pertinet
ad baptismum. ¶ † Rursus quia instruen- 11
dus est in fide, & in moribus, ideo duæ lectiones leguntur, de quibus in eis cum suis responsorijs disputatur. Legitur enim de Philippo, quòd Eunucho euangelizauit *Act. 8*
Iesum. Et secundum Augustinum, euangelizare Iesum, est, non tantum docere credenda, sed etiam, quæ sunt post baptismum seruanda. In prima ergo lectione, scilicet sanctificabo &c. quæ sumpta est de Ezech. xxxvj. de fide agitur, vbi dicitur: Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris. & effundā super vos aquā mūdā, & mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris, & dabo vobis cor nouum: Fideles enim de varijs terris congregati sunt in Ecclesia, & aqua salutaris baptismi super eos effusa est, qua ab vniuersis peccatis & erroribus sunt mūdati, & datū est eis cor nouū, ut credāt in Christum: De hac lectione sumitur introitus: Dum sanctificatus fuero. &c. vel baptizatus dicitur cor nouum. In versu autem: Benedicā Dominum &c. sunt gratiarum actiones, de hac sanctificatione, & est tertij toni, quia sanctificatio pertinet ad trinitatem. Verū quia p talē sanctificationē fiūt hoines filij ideò subsequitur in graduali: Venite filij *Ps. 33*
audite me, timorem Domini docebo uos. quod est septimi toni propter septem dona Spiritus sancti, quæ dantur in baptismo, vel quia ad hoc quòd quis vere credat in Christum, necesse est, ut timeat Deū, ideo *Psal. 111*
sequitur ipsum graduale ubi sequitur de timore. Initium sapientiæ timor Domini est. Qui ergo radicem imponit credulitatis, eum à timore inchoare oportet: Iuxta illud: A timore tuo Domine concepimus

mus, & peperimus Spiritum salutis. In secunda lectione, scilicet in Epistola: Lauamini &c. quæ sumitur de Esa. j. c. igitur abū
Es. 26 danter de moribus, vbi dicitur. Quiescite agere peruerse, discite benefacere &c. & postea cōcluditur. & venite & arguite me, dicit Dominus, quasi dicat. Si hoc feceritis & vos non remunerauero, iure me tanquā iniustum redarguere potestis, item dicitur ibi. Lauamini, scilicet per baptismum. & estote, id est, manete mundi, scilicet per pœnitentiam. Et quod possunt, ostendit, dicens. Auferte malum cogitationum vestrarum, & si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur &c. Verum, quia illi qui fidem ueram, & bo-
Ps. 42 nos mores seruant, ad hæreditatem Domini pertinere probantur, idcirco sequitur graduale: Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. Hi efficiuntur cœli qui verbo, id est, filio Dei firmantur, vnde sequitur versus: Verbo Domini cœli firmati sunt, &c. Item, quia in talibus locum habet beatitudo, ideo graduale illud est primi toni, quia beatitudo à solo Deo est. Ab his quoque non discrepat euangelium præcedens. scilicet. Præteriens Iesus &c. Ioan. ix. cap. quod est de illuminatione cæci, quia cæci illuminantur in baptismo: vnde dicitur ibi: Lutum fecit Dominus ex sputo, & præcepit cæco, ut lauaret se in natatorio Syloe, id est Christi, qui missus fuit à patre, id est, in baptismo, vel in doctrina Christi de quo dicitur Gen. ult. cap. Non auferetur sceptrum de Iuda, & lux de femore eius donec ueniat, qui mittendus est: hebræus habet Donec ueniat Sylo, id est, Missus. Postmodum, in gratiarum actione sequitur offertorium secundi toni. propter illuminationem & confirmationem. Dicto autem offertorio, archidiaconus ascendit pulpitū clamās alta uoce. Siquis est catechuminus, exeat foras, put dictū est in proœmio quartæ partis, & tunc omnes catechumini exeunt foras, & sic fit septies prius, quàm baptizentur, videlicet in quo libet scrutinio, quia qui non regenerati sunt, nec inter Dei filios computari, nec Christi mysterijs conuenit interesse. Quidam tamen catechuminos ante Euangelium de Ecclesia eijciunt: quod non laudamus, cum eis fit euangelium prædicandum, sicut & Apostoli primitijs Gentium euangelium prædicauerunt, sed sacrificijs interesse non debent: tum quia sacerdos orat pro circunstantibus, quorum fides Deo cognita est, nota deuotio, at isti nondum fideles vocantur, tum quia quod conficitur fidelibus, porrigitur, in postcommunione vero agit gratias cæcus de illuminatione sua, dicens. Lutum fecit Dominus ex sputo. Ioann. ix. & est primi toni, quia ad locum, unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant, sic autem recognoscendo bona debemus agere Deo gratias. Hæc autem quarta feria in hoc priuilegiata est, quia in ea leguntur duæ lectiones pro eo, quòd in sequenti sabbato ordines celebrantur: Item quia hac die ordinandi examinantur. Item quia hac die fit scrutinium baptizandorum in sabbato paschali: ut præmissum est.

SVMMA.

1 *Feria quinta quartæ dominicæ quadragesimalis. Et missæ introitus.*
2 *Epistolæ allegoricæ expositio.*

De quinta Feria. Cap. 57.

QVINTA feria † ostendit 1
quòd non est sanctificatio, nisi à Deo, unde introitus est Lætetur cor quærentium Dominū: & post: Quęrite faciem *Psal.*
eius semper. & est secū- 14
di toni, quia quæritur, ut habeatur, & postea, ut amplius habeatur. Quanto enim magis habetur, tantò magis quæritur. Epistola uero Venit mulier &c. iiij. Regū. iiij. capitul. Et est de resuscitatione filij mulieris Sunamitis, quem resuscitauit Hælisæus, & incuruauit se super puerum, & pueri qualitati se conformauit, puer uero septem oscitationes emisit, & est resuscitatus. † Nempe Sunamitis interpretatur 2
captiua, filius eius, genus humanū, quòd dicitur puer, propter paruitatem sensus: baculus, de quo ibi dicitur, est lex, quæ percutit, dicens: Oculum pro oculo &c. Quæ neminem ad perfectionem ducit. He

ſcrutinium, ut iam dicetur. Vt autem ſerviamus conſuetudini Eccleſiæ Italiæ: quæ ſcrutinij ſolēnitatem obſeruat, & iuribus de illo loquentibus: & quia etiam quædã de his, quæ de illo fiunt, vbique in baptizãdo ſeruantur, ideo aliqua de illo dicamus: videlicet quid ſit ſcrutinium, & vnde dicatur, & vnde originem traxit, quando & quoties, & quare in tẽporibus ſtatutis fiat, quid in eo fiat, vſque ad exorciſmum, & quid ab exorciſmo, vſque ad Eccleſiæ ingreſſum, & quid ab ipſo ingreſſu, vſque ad finem, & quare hæc omnia fiant, ſubſequenter uero de officio miſſæ huius diei dicemus. ¶ Scrutinium † nihil aliud eſt, quàm fidei & religionis Chriſtianæ inquiſitio. Eſt enim quaſi quoddam iter ſeu præparatio ad baptiſmum, & dicitur à ſcrutando, id eſt, inquirendo, quia fidei religionis inquiſitio fit in eo, unde originem traxerit iam dicetur. Incipit autem fieri ſcrutinium in quarta feria tertiæ hebdomadæ quadrageſimæ, ſed in hac quarta fit ſolenne. Fiebant enim in primitiua Eccleſia ſeptem ſcrutinia, duo ſcilicet in quarta feria, & ſabbato tertiæ hebdomadæ, & duo in hac quarta feria, & ſabbato huius quartæ hebdomadę, & duo in quarta feria, & ſabbato quintæ hebdomadæ, & unum in quarta feria vltimæ hebdomadæ, in quibus adulti qui venturi erant ad baptiſmũ, docebantur orationem dominicam, & ſymbolum, ut in ſequenti tunc ſabbato, in quo baptizandi erant, utrunque ante baptiſmum ſcirent & adhuc hodie in quibuſdam Eccleſijs ſeptem fiunt ſcrutinia, propter ſeptiformẽ gratiam Spiritus ſancti. Sed tertium videlicet hac die ſolenniſſimum, & in omnibus Eccleſijs ordinem Romanum ſequentibus. † In quolibet ſcrutinio dicitur miſſa ſcrutinij, videlicet. Dum ſanctificatus fuero, de qua iam dicetur. Dicuntur etiam propriè collectæ per catechumi nis ut: Omnipotens ſempiterne Deus, Eccleſiam tuam iter remedij &c. Sed quæritur, quare tertium ſcrutiniũ fit ſolẽne, & non primũ nec ſecundũ? Reſpõdetur ad nos tandum, quod nec prima ætas, id eſt, infantia. nec ſecunda, id eſt, pueritia, ita apta eſt ſeruitio Dei, ſicut illa, in qua maximè diſcretio boni & mali haberi incipit & in qua contra carnem pugnatur. Inde eſt etiam, quod non prima tribus, id eſt, tribus Iudæi, nec ſecunda, id eſt, tribus Symeon, ſed tertia, id eſt, Leuitica, ſacrificijs Domini eſt deputata, ſed nec in primo libro pentatheuchi: nec in ſecundo agitur de ſacrificijs, ſed in tertio, prout dictũ eſt in præcedenti dominica, ſic ante ſcrutiniũ in hac † ſeptima hebdomada à ſeptuageſima, quia dum Iudæi fuerũt in Babylonica captiuitate, miſti fuerunt inter eos, quidam de gentilibus unde poſt eorum reditum ignorabatur de pluribus, utrum eſſent Iudæi vel non quidam etiam dicebant ſe fore de Leuitica tribu, qui non erant, & ſe ſacerdotes, qui non erant. Ideoque Eſdras & alij ſapientes genealogias diligenter ſcrutati ſunt & Iudæos à gentilibus, & Leuitas à non Leuitis ſegregauerunt, ita & nos in hac ſeptima hebdomada quæ finẽ illius ſeptuageſimæ Babylonicæ captiuitatis ſignificat, ſcrutinium facimus, ut credẽtes ab incredulis ſegregemus, quos in ſacroſancta ſolennitate redẽptionis noſtræ ex aqua & Spiritu ſancto renouamus. Non enim in primitiua Eccleſia alio tempore baptiſma celebratur, niſi forte mortis periculo imminente. Omnes igitur Eccleſiæ prolis, quam per anni circulum verbi, pabulo generabant, hac die nomina ſua dabant, in quibus perſcrutãdum erat ne qua radix amaritudinis in eſſet, ut in hæreticis, ne prius illis ſancta darentur, quàm Chriſtiana fides radices in eorum mentibus fixiſſet. j. q. vij. quoties. de conſec. diſt. ij. ego. Vnde nominibus datis quilibet eorum per dies ſequentes uſque ad paſcha fidei regulam audiebat, & ſic lactatus, & grãdeſcens in plenilunio, id eſt, in baptiſmo plena fide ſymbolum reddẽs Chriſto in baptiſmo cõmoriebatur, & reſurgebat. Porro in hac iiij. feria fit ſcrutiniũ propter multa. ¶ † Primò, quia ipſa præfigurata eſt à quarta ſeculi ætate, quæ fuit à Dauid vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis. In qua nõ ſolùm Iudææ gentis inchoatũ eſt imperiũ, verumetiã Chriſti & Chriſtianorũ regnũ ex promiſſione ſumpſit exordium iurante Domino Dauid. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, ideoque meritò in hac feria catechumini ad Chriſti nomen accedunt & Chriſtiana religio in ea initium capit. ¶ Secundo, quia ſicut in quarta feria ſtellæ creatæ ſunt, & in cœlo ſoli & lunæ coniunctæ, ita & fideles hodie concipiuntur, quæ Chriſto ſoli & Eccleſiæ lunæ coniunguntur, & in cœlo, id eſt, in patris regno iam ſplendent in ſpe. & in futuro ſplendebunt in re. ¶ Tertio, quia ſicut in quarta ætate ædificatum eſt templum Domini, per Salomonem, ſic & in hac quarta feria præparamus baptizandos, ut ſint templum Domino. ¶ Quartò, quia in quarta feria cepit noſtra redemptio, in qua proditus eſt Dominus à Iuda, ut pro redimenda Eccleſia moreretur, ideo & in quarta feria iſti præparãtur, ut effectũ percipiant redẽptionis. ¶ Quinto, quia agnus xxiiij. diebus obſeruabatur & pręparabatur: & luna quindecima immolabatur, decet, ut Eccleſiæ noua ſoboles quæ ad commmorientem Chriſto in baptiſmo præparatur: diebus quindecim anteriori ieiunio ſpiritualiter ſaginata, ætati lunæ quæ illam ſignificat, exequit. ¶ Sexto quia quarto hominis ætas, ſcilicet iuuentus, per quartã feriam ſignificata apta eſt prælijs & gubernaculo imperij: & ideo catechumini præparantur in quarta feria ad prælium contra diabolum, & ad regnum, & imperium regni Dei. ¶ Hoc † autem ordine ſcrutinia celebrantur, quoniam à principio vſque ad exorciſmum hæc fiunt. Primo quidem, fit nominum baptizandorum per acolytum deſcriptio, & eorum per nomina in Eccleſia vocatio. Secundo, maſculorum ad dexteram, fœminarum ad ſiniſtram, ad ianuam Eccleſię ubi fidem petunt, reductio. Tertio, per exorciſtam gemina interrogatio, una de renuntiatione diaboli, alia de fide Chriſti. Quarto: dæmonis exufflatio. Quinto, crucis in frõte expreſſio. Sexto, dicitur oratio. Septimo fit in ore ſalis impoſitio. Quod igitur nomina per acolytum ſcribuntur ex quo ipſe ẽt notarius dictus eſt: ſignificat qd nomina fidelium in libro uitæ ſcripta ſunt. Quod nominatim vocantur, ſignificat vocationem fidelium ad uitã æternam. Cęterum ianua, Chriſtus eſt. Ducuntur igitur credituri ad ianuã, id eſt, ad Chriſtũ qui de ſeipſo dicit. Ego ſum oſtium per me ſi quis introierit, ſaluabitur. Quod vero maſculi ponuntur à dexta, & fœminæ à ſiniſtra, deſignat quod viriliter agentes à dextris, & effęminati à ſiniſtris in iudicio ſtatuuntur, quod abrenuntiant diabolo, per hoc ſe à iugo eius, cui ex originali fiunt obnoxij ſubtrahunt, per hoc enim, quòd fidem Chriſti confitentur, iugo Chriſti ſe ſubijciunt. Dæmonis exufflatio, eſt potęſtatis eius debilitatio. Crux, quæ imprimitur fronti, eſt vexillum noſtrum, quo diabolum uincimus, non fit aliud ſignum, niſi crux, ut in hoc ſolo ſigno diabolus ſciens ſe eſſe victum, contremiſcat & fugiat. † Fit autem in ſede pudoris, id eſt, in fronte, ne erubeſcat fidelis confiteri Dominum ſuum eſſe crucifixum. Oratio contra diabolum, eſt munitio. Sal in ore poſitum eſt ſapientiæ condimentum. Hæc plenius dicta ſunt in parte prima ſub titu. de vnctionibus, & dicetur ſub ſabbato ſancto. Nunc dicenda ſunt, quæ ab exorciſmo, vſque ad ingreſſum Eccleſiæ fiunt. Primo, diabolus exorcizatur: & ter repetuntur verba illa: Audi maledicte diabole &c. Secundo maſculi ſeorſum ponuntur. Tertio, ad monitionem diaconi capita inclinant catechumini & ſuper eos oratio dominica & ſymbolum dicitur. Quarto ſacerdote aures & nares illorum ſaliua tanguntur. Quinto, ab acolyto, illuminantur. Sexto à diacono euangelium ſuper eos dicitur. Septimo per oſtiarium in Eccleſiam introducuntur. † Primo ergo exorcizatur diabolus, id eſt, adiuratur ut à fidelibus recedat. Ter repetuntur volatilia. Audi maledicte diabole &c. quia in confeſſione trinitatis diabolo reſiſtitur. Surſum maſculis, & deorſum fœminis fit exorciſmus: quia maioribus maiora, minoribus minora ſunt proponenda. Quod ad admonitionem diaconi capita inclinant, ſignificat, quod cum Deo communicaturi acclamante diacono capita inclinabunt, & hæc ratio pro communione. habetur. Quod ſymbolum & dominicam orationem ſacerdos ſuper capita eorum dicit, notat quòd templum Domini contra diabolum munit. Aures & nares ſaliua tangit, vt doctrinam de ore prædicatoris procedentem fideles libenter audiant, & ipſa eis bene redoleat, quo aduſque Spiritum habent in naribus, id eſt, quandiu viuunt. Ipſorum illuminatio, eſt tenebrarum ignorantiæ & peccati,

4

5

Pſ. 88

Phil. 3

Io. 10

7

8

Universidad de Deusto Biblioteca

br.vij. Helisæus vero, id est, Christus incli nauit se super hunc puerum, id est, exinaniens se, factus est ei similis & resuscitatus est. Sed oportet, ut septem oscitationes emittat. ¶Prima, est fidei, quia sine fide non est introitus. Primò enim, veritati de bet quis credere, & omnia possibilia sunt credenti. Domine, inquid leprosus, si uis, potes me mundare: & dixit, uolo, mundare. ¶Secunda oscitatio, est timor. ¶Tertia, est dolor de peccatis, quia misericordia non fit sine iustitia. ¶Quarta, propositum confitendi. ¶Quinta, est propositum satisfaciendi. ¶Sexta, propositum de cæterò non peccandi, quòd scilicet, non offen dat Deum creatorem suum, & omnia ista debent fieri in spe uitæ & gloriæ. Vnde spes est septima oscitatio. Responsorium est. Respice in testamentum tuum, & post Exurge, id est, fac nos exurgere, & est quin ti toni, propter quinque sensuũ reparationem siue inuocationem. Euangelium uero: Ibat Iesus &c. Luc. vij. cap. Est de resuscitatione filij viduæ. cui dixit Dominus: Adolescens tibi dico, surge. In quibusdam tamen Ecclesijs dicitur illud euangelium. Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat &c. Sequitur offertorium Domine ad adiu uandum &c. Septimi toni, propter septem oscitationes, in gratiarum actiones. Post communio verò, est de æterna beatitudine, scilicet Domine memorabo iustitiæ tuæ, cui competit dare æternam beatitudi nem quæ erit octaua resurrectionis.

Marc. 9 Matt. 8

SVMMA.

1 *Feria sexta Dominicæ quartæ quadrag.*
2 *Euangelium. Erat quidam, &c. Ioann. xi. semper legitur in sexta feria Dominicæ quar tæ quadrag.*

De sexta feria. Cap. 58.

1

EXTA †feria prorsus idẽ dicit, quod quinta: & est introitus: Meditabi tur &c. Versus: Cœli enarrant, id est, sancti, & est primi toni, quia in solo Deo ponit spẽ. In epistola: Aegrotauit &c. iij. Reg. xvij cap. ponitur resuscitatio filij viduæ ab He lia. Responsorium est: Bonum est sperare in Domino, supple: quia resuscitat, & est quinti toni, cuius ratio in præcedenti feria etiam dicta est. Sequitur euangelium: Erat quidam Ioann. xj. cap. De resurrectione Lazari, qui hac die resuscitatus est. Et offertorium in gratiarum exhibitionem: Populum humilem saluũ facies Domine &c. Primi toni, eadem ratione, quia. scilicet in solo Deo sperandum est. In postcom munione uero habetur, quòd ad preces ea rum, scilicet Mariæ & Marthæ suscitatus fuit Lazarus. Videns Dominus flentes sorores Lazari &c. Ioann. xj. cap. Per quod significatur, quòd ad præces sanctorum suscitat Deus mortuos spiritualiter dans eis primam gratiã, & ideo est primi toni, propter primam resurrectionem, scilicet ani mæ. † Et attende, quod semper hac die, quæ est quintadecima à passione Domini legitur prædictum euangelium, quia constat hac die Lazarum suscitatũ esse de quo euangelio sumitur responsorium. Occurrerunt Iudæi &c. Quod hodie in quibusdam Ecclesijs cantatur, cui hodie congruè in euangelio premittitur dicta lectio de filio Sareptanæ mortuo, quem suscitauit Helias, ponens eum super lectum, & expãdens se tribus vicibus super eum. Nempe hæc mulier, est Ecclesia, quæ fide suscipit Christum in hospitio cordis. Filius eius, est quilibet fidelis, qui moritur, cum morte dignum peccatum committit. Lectus Heliæ, catholicam designat ecclesiam quã solæ animæ reminiscuntur, dum per fidem trinitatis à morte resurgunt. Cætera, laudes confessiones, & consolationes, sunt cu iustibet hominis à peccatis resuscitari.

Ps. 17

2

SVMMA.

1 *Sabbatum quartæ Dominicæ quadrag. quid tractet.*
2 *Ordines conferuntur sabbato quartæ Domini cæ quadragesimalis Et cur ita.*

De Sabbato. Cap. 69.

SAbbatum †vero de largitate Saluato ris est, vñ introitus est Sitiẽtes ve. ad aqu. doctrinæ. s. & baptismi. Sequiẽ, & bibite cũ lętitia, & hęc ad sabbatũ mẽtis pertinent, & ostenditur largitas Dei, qui paratus est large dare cuilibet, & benigni tas eius vnde dicit. Venite bibere aquas, scilicet quæ mundificant, & sanctificant gratis. Sequitur versus. Attendite populę meus, in quo ostenditur, quòd etiam hoc de aquis doctrinæ intelligitur, secundi toni, propter mundationem animæ & corporis, & sumitur, de Esa. Epistola est. In tempore placito exaudiui te. Esa. xlix. c. Et post Nunquid potest mulier obliuisci infantem suum? Ecce ostenditur largitas uel charitas Dei erga nos. Postea sequitur responsorium. Tibi derelictus est pauper in gratiarũ actiones, quarti toni, propter quatuor virtutes per quas sanctificat. In euangelio vero, quod est Ioan. viij. cap. De eadem largitate agitur. Ego sum lux mundi. Nõ dicit huius hominis, vel illius, sicut flos campi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ostendit ergo, q̃ paratus est illuminare omnem hominẽ, qui sequitur ipsum. Cæterum, qui videt, currit, qui currit, peruenit, exceptis superbis. Vnde sequitur. Tu de teipso testimoniũ perhibes testimonium tuum non est verum. Respondit eis, scilicet Iudæis Iesus. Nonne scriptum est in lege vestra, quod duorum hominum testimonium uerum est? Videbant enim miracula, & ita pater erat testis eius: & relinquit eos Dominus, quasi superbos disputatores non curant illuminari. Soli. n. humiles illuminãtur. Vnde sequiẽ offertoriũ. Factus est Dñs, primi toni, quia solus Deus potest illuminare. † Quia igitur in hoc sabbato ostendit Ecclesia largitatem Domini, dantis gratiam in baptismo & in doctrina, quibus ex largitate Dei abundanter datur gratia, ideo fiunt ordines in illo die, & etiam quia imminet tempus passionis Domini, in qua arctius se tenet Ecclesia, ad significandum, quòd ordinati arctius se tenere debent, vt qui prius ebrij erant, amodo sobrij sint, & iterum se dicunt immolare Deo hostiam sanctam Deo placẽtem. Hoc etiam sabbato fit scrutinium baptizãdorũ, quia catechumini ad requiem æternam, quę per sabbatum intelligitur, veniunt per baptismum. Vnde in quibusdãm Ecclesijs hodie duæ lectiones leguntur in missa ex eadem causa, in quarta feria præcedenti.

2

SVMMA.

1 *Dominica de passione. & eius officium.*
2 *Passionis officium cur Ecclesia auspicetur à Dominica quinta quadrag.*
3 *Hymnum, Vexilla regis prodeunt &c. cur Ecclesia cantet, Dominicæ quintæ in passio ne Domini.*
4 *Gloria patri &c. cur tempore passionis intermittatur.*
5 *Sanctorum commemoratio quare fiat Domini cæ quintæ in passione. & nu. 6.*
7 *Missæ introitus, Dominica quinta in passione Epistola. nu. 8. 9.*

De dominica quinta in passione Domini. Cap. 60.

EQVITVR Dominica de passione Domini, scilicet de Cruce. † Incipit autem huius celebritas passionis à fine sabbati, id est, vespera lucem huius dominicę præcedenti, quia Lazaro in præcedenti sexta feria suscitato quidam de Bethania abierunt ad Pharisęos, narrantes eis miraculum, & cum in illa sexta feria fuerit ὀγδοὰς id est, prima dies mensis, ad sanctificationem, multi Iudæi, Pontifices, & Pharisæi conuenerant ibi, quia † audientes signum, mox ut ait Ioannes, hoc est in sabbato collegerunt concilium aduersus Iesum, & ex illa die cogitauerunt, ut interficerent eum: ac deinceps Iesus non palã ambulabat apud eos, quia nondum venerat hora eius, ideoque in vespera sabbati, quasi post horam eiusdem concilij publicum luctum incipit Ecclesia, suo compatiens Domino, ut capiti membra, & ex tunc lugendo recitat vexillum regis mysterium crucis, acetum, fel, & arundinem, clauos, & lanceam perforati corporis, diem passionis, rationes patientis, & illusiones inimicorum, & insidias eorum, hæc & his similia in vesperis & nocturnis plangit officijs, quæ de authenticis veteris & noui testamentorum sunt congesta scripturis. Præterea, post præcedentium septem dominicarum ordinatissimam dispositionem, quibus, ut præmissum est, septem mundi

1

2

ætates figurantur, quia omnes sunt Domini passione redempti, meritò ipsius dominicę passionis celebratio inchoatur, & quasi longa funeris pompa præmissa, demum sequitur ipsa salutis nostræ victima, ingerens oculis ea quæ pro nobis pertulit vulnera & mortis insignia. ¶ † Rursus ideo
3 Ecclesia cantat: Vexilla regis prodeunt &c. ut si fortè aliqui sunt lapsi veniant ad vexillum, quod omnes amaritudines facit esse dulces: quod significatum est per lignum proiectum in aquas marath. Semper enim & maximè isto tempore debemus habere in memoria dominicam pas-
Exod. 15 sionem. Vnde in canticis: Fasciculus myr-
Cant. 1 rhæ dilectus meus, mihi inter vbera mea commorabitur: quia memoria passionis dominicæ secum non patitur amaritudinem peccati. Ideo autem spiritualiter duabus septimanis ante pascha passio Domini recolitur. Primo, quia ipse à duobus, & pro duobus populis passus est. Secundo, quia duo testamenta per duas hebdomadas exprimimus, vetus, quod prædixit Dominum passurum: & nouum, quod ostendit ipsum passum. Tertiò, quia in duobus huius seculi temporibus, scilicet ante legem, & sub lege, eadem passio vaticinata est. Quartò, ut hæ duæ septimanæ reducant nobis ad memoriam murmurationem eorum, qui ante legem, & sub lege in inferno fuerunt, usque ad tempus gratiæ. quod in tertia hebdomada, scilicet paschali significatur. Ab hac nanque die qua gloria patri dimittitur, duæ sunt hebdomadæ vsque ad pascha. Tunc vero tertia est i qua restauratur omnis dimissa glorificatio. In tertio enim tempore, quod fuit sub gratia, omnia beneficia, quę patres nostri expectauerunt in Ecclesia
4 redduntur. ¶ † Ideo autem gloria patri dimittitur, quia ille versus ad laudem pertinet trinitatis, quæ fuit in passione Domini, quam ab hac die representat de honestata. Constat enim quòd Christus qui est secunda in trinitate persona, fuit dehonestatus. Sed in resurrectione, Gloria patri resumitur: quia per resurrectionem fuit gloria immortalitatis glorificatus. Sed certe hæc protestatio fuit specialiter in crucifixione: unde potest dici, quod Gloria patri, pro nunc tacetur propter humilitatem, per quam ad Christi passionem perueniendum est, & quia Dominus se abscondit. Et est aduertendum, quòd tacetur in introitibus & responsorijs: quia illa sunt de passione, & in Venite exultemus Domino. In psalmis vero & hymnis, non: quia Psalmus significat operationem. Ipsum enim non persequebantur, nisi linguis, tractando de nece ipsius: nec ipse bonum desijt operari. Non ergo tacetur in totum, quia remissio debet esse luctus: eò quòd ista tim posthabitum consilium de nece eius, traditus est agnus in manibus impiorum. Sed in triduo ante pascha omnino tacetur: quoniam tunc maximè sancta Trinitas dehonestata est, licet enim ante dies illos de nece Domini ageretur, tunc tamen vapulat, spuitur, alapatur, & cru-
Es. 53 cifigitur. Vnde Esa. Et vidimus eum non habentem speciem, neque decorem. Vel quia tunc sepulturam Domini celebramus: quæ maximè fuit eius humiliatio. Ab hac etiam dominica in quibusdam Ecclesijs tacetur ad primam: Christe fili Dei viui. tum quia ex tunc Ecclesia eius mortem & passionem representat: tum quia secundum Iudæorum reputationem non poterat alijs misereri, qui seipsum saluum facere non poterat. De hoc dictum est in quinta parte sub tit. de prima. Nam fiunt etiam spirituales commemorationes de sanctis, neque de pace ab hac dominica, vsque ab sabbatum post pentecosten. quãuis post laudes dicatur: Pretiosa in conspectu domini &c. Ad primam oratio: Domine Deus omnipotens &c. † In qui-
5 bus commemoratio generalis fit de sanctis. Circa quod sciendum est, quòd commemoratio sanctorum duplici ex causa fieri consueuit: videlicet ad recolendum eorum sanctitatis meritum, & impetrandum patrocinium nobis salutare, quæ duo diligentissimè in Christo, nostro capite, passionis & resurrectionis suæ tempore nobis attendenda monstrantur, quia passionis suæ tempore præbuit eximium humilitatis & sanctitatis exemplum. Post resurrectionem vero suam apud patrem, sicut te-
1.Io.2 statur Ioannes, noster aduocatus factus est singularis. Vt igitur nostra intentio illo præcipuo tempore feratur in suæ sanctitatis

tis exemplum, & in illo spes nostra solùm eleuetur, ad vnicum eius & singulare refugium, & patrocinium, idcirco conueniẽter tunc illorum sanctorum specialia suffragia dimittuntur. Hinc etiam est, quòd quædam Ecclesiæ omittunt post primam dicere: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius &c. Incipientes ibi: Deus in adiutorium meum intende &c. Et in illa etiam oratione: Domine sancte pater omnipotens &c. Quæ dicitur ad primam, prætermittuntur verba illa: Per intercessionem beatissimæ uirginis Mariæ, & omnium sanctorum. Qui vero dicunt: Pretiosa, asserunt illud quod non est hora nec pars canonicæ horæ: prout dictum est in quinta parte sub titu. de prima. Fit au
6 tem aliqualis † & generalis sanctorum commemoratio in Ecclesia, quia propter eorum multitudinem, & nostram imbecilitatem, de ipsorum quolibet, sicut debitum esset, solennizari non potest. Et ex hoc etiam apparet, quare omittitur commemoratio de pace: quia sicut ait Apostolus ad Colos.j. Christus pacificauit per
Io.10. sanguinem crucis eius: siue, quæ in terris, siue quæ in cælis sunt: & post resurrectionem suam pacem discipulis suis annuntiauit, & cum eis ipse, qui pax nostra est, continuè usque ad ascensionem suam conuersatus, tunc eis pacem suam dedit, dicens: Pacem meam do uobis. & in Pentecoste consolatorem mittere dignatus est.
Ps. 42 Incassum ergo fieret cõmemoratio de pa-
7 ce. † Introitus autem incipit ab oratione Domini in passione: Iudica me Deus: & discerne causam meam &c. In hoc enim instruxit nos in orando. Sequitur: Emitte lucem &c. Quia qui videt præmia, fortis efficitur in pugna, & veritatem tuam &c. Qui enim videt vera bona, de facili ducitur in æterna tabernacula: & est quarti toni, propter formam crucis, vel propter quatuor, quæ petuntur, scilicet iudicium, discretio, liberatio, & fortitudo. ¶ † Epistola vero, scilicet Chri-
8 stus existens põtifex futurorum bonorum peramplius & perfectius &c. Quæ est ad Hebræos ix. capitul. Ostendit efficaciam passionis Christi. Per passionem enim eius in æterna tabernacula ducimur: cuius memores esse debemus. Sed quia non omnes intrabunt, nisi qui faciunt eius uoluntatem: ideo sequitur responsorium: Eripe me de inimicis meis, doce me &c. Aliter enim non intratur in sancta sanctorum, & est tertij toni, propter liberationem à triplici inimico, per virtutem trinitatis. Postea sequitur tractus, in quo conqueritur Dominus de inimicis suis, dicens: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: in Abel, & in alijs, & verissimè dicitur tractus: quia huiusmodi cogit nos ducere vitam miseram, scilicet Alophyli & Philestæi, & est octaui toni: ad significandum, quòd huiusmodi tribulationes veniũt super nos, ut simus memores alterius uitæ, quæ erat in octaua ætate: quia ad Dominum, cum tribularer, clamaui &c. Et Iob. Operuit confusio faciem eius. ¶ † Postea sequitur euange- 9
lium: Quis ex vobis &c. Ioann. viij. cap. in quo habetur contumelia Iudæorum dicentium Domino: Dæmonium habes, & Dominus abscondit se, ut expectaret tempus immolationis agni: & decima luna ostendit se, sicut dicebat de agno fieri ut habetur in Exod. xxvij. capitu. ¶ Ecclesia verò ostendit se esse contrariam eis, in offertorio quasi diceret, ipsi dicunt: Dæmonium habes: sed ego confitebor tibi Domine & est primi toni: quia soli Deo confitendum est. ¶ Postcommunio autem est: Hoc corpus &c. Lucæ xxij. cap. & Matt. xxvj. & Marci. xiiij. & j. Corinth. xj. cap. Et incipit eam sacerdos, ad ostendendum, quòd magnus sacerdos sacrificiũ, & est octaui toni, quia illud sacrificium est verum, quod perficie- 1.Cor.
tur in paradiso quando resurgemus. Et il- 3
lud Apostoli uerè implebitur: Omnia vestra sunt.

SVMMA.

1 *Feria secunda Dominicæ quintæ in passione: & officium. nu. 1. 3. 4.*

De secunda feria. Cap. 61.

SEcunda † feria est de crucifixione no 1
stra, & maximè de ieunio, quia debe Ga. 5.
mus crucifigere membra cum vitijs, & concupiscentijs, sicut præcedens domi-

nica est de cruce. Sed quia nõ potest homo ieiunare, nisi liberetur ab inimicis visibilibus & iuisibilibus, diabolo.s.& mũdo, & malis hominibus: ideo ecclesia petit in introitu liberari ab inimicis, & est tertij toni, propter liberationem à triplici inimico. ¶ † Epistola uero est: Factum est uerbum. Ioann. iij. c. in qua inuitamur ad ieiunium per exemplum Niniuitarum, qui solius Ionæ, & vnica prædicatione ieiunium indixerunt etiam iumentis, ut liberarentur à temporali subuersione, quantò magis non debemus pœnitentiam suscipere, ad vocem veri Ionę, scilicet Christi & Apostolorum ut à subuersione spirituali liberemur. ¶ In responsorio petit similiter liberari ab inimicis: & est versus: Deus in nomine tuo, salum me fac tertij toni, propter uirtutem trinitatis & liberationem à triplici inimico. † Postmodum sequitur euangel. Misserunt principes. Ioan. vij. c. In quo dicit Dominus Scribis & Pharisæis: Quid vultis me interficere? & loquitur de resurrectione sua, & ascensione, & Spiritus sancti missione, propter hoc, ut illi qui sunt in cruce qui sustinent multa à malis, sicut ipse Dominus, semper habeant respectum ad fructum charitatis, unde: Ascẽdam in palmã, vt apprehendam fructum eius. ¶ In offertorio. Domine conuerte, & eripe animam meam &c. Petit liberari ab inimicis in anima. Et est sexti toni: quia liberatio animæ, perfecta liberatio est. Senarius enim numerus, perfectus est. ¶ In postcommunione: Dominus uirtutum, ipse est rex glorię, attribuit Deo liberationem suam &c. Et est tertij toni, quia ille est Deus trinitas, qui liberat. ¶ † Dicitur autem ad horas capitulum illud: Attende Domine. Hiere. decimo octauo capitul. Et illud: Domine, omnes qui te derelinquunt. Ibidem. xvij capitul. Et illud: Confundantur qui me. Quod est ibidem, & illud. Tu autem do. xx. capitul. Et illud: Dominus Deus aperuit Esa. l. cap.

SVMMA.

1 *Feria tertia Dominicæ quintæ in passione inuitat ad patientiam. Et quod eius diei officium. & nu. 2.*

De tertia feria. Cap. 62

TERTIA † uerò feria ad patientiam inuitat: vnde introitus est: Expectabo Dominũ &c. Versus: Dominus illuminatio mea. Deus enim dat patientiam, & qui illuminatus est, patientiam habet, & est septimi toni, quia patientiam concinitur respectu quietis æternę. Postea sequitur epistola: Congregati sunt. Dan. iij. cap. In qua ostenditur effectus patientiæ, quia ibi habetur, quomodo Babylonij miserunt Danielem in lacum leonum: nec tetigerũt eum, & missus est ei cibus à Domino per Abacuc: & significat quod per patientiam liberat nos Dominus à spiritibus Babylonis, & quandoque etiam liberat corporaliter, & dat uitam æternam. Iuxta illud Apoc. Qui vicerit, dabo ei manna absconditum. ¶ Inresponsorio. Discerne causam meam de gente non sancta &c. Petit liberari, ne succumbat. Deinde sequitur. Emit te lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt. Ecce semper petit lucem, quã qui videt, patientiam habet, & sic liberatur. Et est quinti toni, quia petit liberari à tentatione quinque sensuum, vel ab inimicis, qui nocuerunt per quinque sensus. Intrat enim mors per fenestras corporis. In euangelio verò. Ambulabat Iesus in Galilæam &c. Ostenditur discretio bonorum & malorum, tempus vero bonorum erit in futuro. Vnde debet dicere patiens, sicut dixit Dominus. Tempus meum nondum est, & debet sperare in Domino. Vnde sequitur offertorium. Sperẽt in te, qui te nouerunt. Et quia semper sustinent malos, ideo in postcommunione. Redime me Domine &c. petit liberari, quæ est septimi toni, propter requiem, quæ speratur.

SVMMA.

1 *Feria quarta Dominicæ quintæ in passione, liberationem à solo Deo expetit.*
2 *Encænium, quid.*

De

De quarta feria. Cap. 63.

1 VARTA feria † ostendit, q̃ à solo Deo est liberatio, quia fidelis est Deus, qui non permittit nos tentari suprà il lud, quid possumus sustinere. Vnde introitus est: Liberator meus. Et uersus. Diligam te Domine, fortitudo mea &c. Ecce ponit Deum fortitudinem suam. Et est tertij toni: propter donũ Trinitatis & propter triplicem inimicum: In epistola verò. Locutus est. Leuit. xix. cap. Enumerantur præcepta, vbi ostenditur Iudæos non obseruare illa in hoc, quòd persequebantur innocentem, & omnes etiam, qui persequuntur bonos, non sunt timendi, quia sunt inimici Domini. Vnde ibi habetur: Non iniuste iudicabis. Et ideo in responsorio: Exaltabo te &c. Petit liberari, quod est septimi toni: propter septiformem gratiam. In Euangelio verò: Facta sunt Ioan. x. cap. Ostenditur, quid fecerit Dominus † in encænijs; 2
quia Iudęi tulerunt lapides, ut iacerent in eum, & dixit Dominus. Multa bona opera feci uobis. Propter quod vultis me lapidare? Encænium, festum erat dedicationis templi, hoc est de reparatione ipsius à Machabæis. Sequitur: Et hyems erat, hoc erit in die iudicij, quando reparabitur uerum templum quantum ad bonos, & hyems malorum erit. Boni verò cognoscent Dominum, sicut in Euãgelio dicitur. Vos autem cognouistis me, q̃a pater in me est, & ego in patre. Et tunc plenè liberabitur ecclesia, sicut petit in offertorio. Eripe me Domine de inimicis meis &c. Quod est septimi toni, quia tunc erit uera quies, uel propter gratiam septiformem, quia verò beatus erit, qui erit in illa quiete, quod non erit sine innocentia, ideo est post communio: Lauabo inter innocentes manus meas &c. Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam, id est ad altare quiete mentis: ad altare superum. Quod est octaui toni: quia hoc erit in octaua ætate, sicut dictum est. Quarta ergo feria, est de encænijs, id est de dedicatione, quæ plenè fiet in futuro, quando ecclesia perfectè dedicabitur Deo.

1 Cor. 10

SVMMA.

1 *Feria quinta Dominicæ quintæ in passione, quid immoletur Dei. Et eius diei officium. numero 2. 4.*
3 *Ad fletum spiritualem duo prouocant.*

De quinta feria. Cap. 64.

IN quinta feria immolat ecclesia hostias spirituales, per † quas 1
possit consequi illud gaudium, sed quia nõ impetratur misericordia, nisi confitendo iustitiam: ideo dicit in introitu confitendo iustitiam Dei erga nos. Omnia quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti. Daniel. iij. cap. Si misisti tribulationes, bene factum est, quia peccauimus tibi. Et postea petit misericordiam. Da (inquit) gloriã nomini tuo, & fac nobiscum secundũ multitudinẽ misericordiæ tuæ. Versus est: Magnus dominus, & laudabilis nimis & est tertij toni, quia qui confitetur, debet confiteri tripliciter peccatum suum. In alijs tamen ecclesijs est uersus. Beati immaculati. Idem habetur in epistola, quæ sumpta est de Dañ. iij. c. Orauit Daniel, domi. Deus, ne despicias &c. Quia peccauimus. Et non est nobis sacrificium &c. Ita enim dicebant filij Israel, quando erant in Babylone, sic & nos possumus dicere, quando sumus in peccato. Non est sacrificium, sed in spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur domine à te. ¶ † In responsorio. Tollite hostias &c. Monet nos offerre 2
hostias spirituales. Versus est: Releuabit Deus condensa. Aliter enim non posset offerre spiritualiter, nisi Deus remoueat tenebras à corde. Et est quinti toni, quia talem oportet in quinque sensibus mactari. Vnde sequitur Euangelium, Luc. vij. Rogabat Iesum, in quo habetur, quomodo beata Maria Magdalena impetrauit ueniam lachrymis, quia quot habuit in se oblectamenta, tot mactando, se hostias spirituales obtulit Deo in corpore suo. ¶ In offertorio: Super flumina &c. Ostenditur † quo sĩ- 3
lẽdũ sit, & quomodo oportet lugere. Duo .n. sunt quæ hoc faciunt, scilicet memoria

peccati

peccati præteriti, & recordatio cœlestis Hierusalem: quoniam quando homo suas miserias munditiæ comparat Angelorum, flet super flumina Babylonis. Et est primi toni: quia hoc debet esse primum in memoria scilicet finis, propter quem sumus. In post communione orat, ut dominus memor sit promissum. Memento uerbi tui seruo tuo: in quo spem mihi dedisti. Et est octaui toni, quia in octaua ætate fiet illa dedicatio, in quibusdam tamen ecclesijs legitur Euangeliũ, ubi dicitur. Cum quidam uellent apprehendere Iesum, & tamẽ nemo missset manũ in eum: dixerunt pontifices ad ministros. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur.
4 † Hac etiam die conuenienter legitur illud Euangelium: ubi dicitur quod reuersi sunt unusquisq; in domum suam. In offertorio uerò dicitur: In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra: quia post hanc diem nullum Euangelium legitur, in quo dominus Iudæis publicè prædicasse narret. Ecce ergo illud diuinitatis organum in illis salicibus, & fluctuosis hominibus Babylonis suspensum est.

S V M M A.

1 *Feria sexta dominicæ quintæ in passione, quid agat, quodue habeat officium. & nu. 2.*

De sexta feria. Cap. 65.

1 SExta feria est de passione, & orat Christus, dans † nobis in introitu formam orandi. Miserere &c. Et est quinti toni: quia non potest fieri liberatio sine quinque sensuum cohibitione. In epistola: Domine omnes &c. Hierony. xvij. capitu. Petit suam liberationem & inimicorum confusionem. ¶ In responsorio uerò similiter conqueritur de inimicis, & maximè de hypocritis, qui pacificè loquebantur &c. Scilicet cum dicebant. Magister scimus, quia uerax es, & tamen dolus erat in corde. vnde. Vide domine &c. ¶ † In
Matt. 22
2 Euangelio, collegerunt Pontifices & pharisæi &c. Ioan. xj. cap. Similiter dolus exprimitur, & dicitur ibi: Venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem: quia iam ablatum erat sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, & Pilatum præsidẽ Romanæ potestatis habebant. Quia uerò ubi est dolus & crudelitas, ibi maximè indiget homo sapientia, ut sapienter respondeat, ideo in offertorio petit intellectum, ut possit respondere sine peccato. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas &c. Et respondebo, sicut dicit Dauid iij. Reg. Dimitte eum, ut maledicat mihi, sicut præcepit dominus: Tales enim Prou.
sunt uirga domini. Vnde Augusti. Vnde 25
superbiũt impij: quia eos facit pater meus uirgam suam. Et in prouerbij. Fili mi, stude sapientiam vt possis respondere sermoni. Et est septimi toni, propter Spiritus sancti gratiam septiformem. ¶ Post communio quoque: Ne tradideris me &c. Eadem ratione est septimi toni, in qua petit liberari.

S V M M A.

1 *Sabbatum uacans. Et vnde hoc nomen sortitum.*

3 *Sabbatum uacans, in quo sit priuilegiatum.*

De Sabbato. Cap. 66.

SEquitur sabbatum † quod dicitur sab 1
batum uacans, sicut & secunda dominica quadragesimæ. In hoc enim sabbato intendere consueuit dominus Papa pauperibus Christi dando eleemosynam, & mandatum celebrando: tum quia in cœna domini propter officij magnitudinem hoc facere non poterat: tum quia sicut dicit Ioan. Ante sex dies paschæ uenit Iesus Io. 12
in Bethaniam, & factum est conuiuium in domo Mariæ & Marthæ ubi fuit Lazarus, quem dominus suscitauit, & tunc Maria unguento nardo pistico unxit pedes Iesu. Apostolicus ergo in memoriam eius, quod illa deuotissimè egit, facit membris Christi quòd ipsa capiti fecit, ut pedes Iesu ungendo, id est, domini uestigia sectando, & capillis tergendo, id est superflua pauperibus erogando, ut impleatur domus odore unguenti, id est, mundus impleatur bona fama. ¶ Quia ergo hac die circa præmissa charitatis opera exercenda occupatus est,

2 est, ideo uacat † hoc sabbatum à proprio officio, & mutuo accipit à quinta feria antecedenti. Vel in quibusdam ecclesijs à sabbato antecedenti, Sitientes uenite ad aquas. ¶ Legitur epistola de Hiere. xviij. cap. Dixerunt impij &c. In qua sunt malæ cogitationes, quæ præcesserunt passio-
Esi. 48
nem. Venite, cogitemus contra iustum cogitationes, & postea percutiamus eum lingua. Tales autem non habent sabbatum, quia non est pax impijs: dicit dominus. In Euangelio uerò: Subleuatis &c. Ioan. xvij. cap. Rogat pro se, & pro discipulis, & pro omnibus fidelibus ut habeant sabbatum, quod erit per unitatem & charitatem in futuro, quando unum erimus, sicut pater & filius sunt unum, id est, in maiori approximatione, quę possit esse illi unitati, quia pater & filius unum sunt. In alijs uerò ecclesijs legitur Euangelium. Cogitauerunt autem. Ioan. xij. cap. In quibusdam tamen ecclesijs legitur Euangelium de proditione Iudæ: Amen amen dico uobis, nisi man
Ioã. 6.
ducaueritis, cui rectè præmittitur lectio
3 Hierem. ubi dicitur: Venite, cogitemus contra iustum cogitationes. ¶ † Hoc sabbatum priuilegiatum est, quia ut præmissum est, dominus Papa tunc eleemosynas dat, & mandatum facit, & quia hac die, ut quidam dicunt, Christus discubuit in domo Simonis leprosi, & Martha ministrabat ei, & Maria lachrymis suis pedes eius lauit, & proprijs capillis tersit.

S V M M A.

1 *Dominica in ramis Hieremias legitur duplici ratione. Et eius diei celebre officium. nu. 4 5. 7. 13. 14. 15. 16.*

2 *Processionem in ramis palmarum, facit ecclesia. in eaque stationes aliquot. nu. 3. Et eius forma. nu. 10.*

8 *Rami cur gerantur virides, dominica sexta quadragesimæ. & nu. 9.*

11 *Rami cur benedicantur sexta dominica quadragesimæ.*

12 *Hierusalem decima luna venit Christus, & cur ita.*

17 *Dominica in ramis palmarum, cur hoc nomen sortita. Et quam variè appelletur. numero 18.*

De dominica sexta in ramis palmarum. Cap. 67.

N Dominica † in ramis 1
palmarum, & in passione domini legit Hieremias duplici ratione. ¶ Primo, quia ipse manifestius de passione domini prophetizauit, quàm alij. Secundo, quia per eius passionem præfigurata est passio domini: quia deplorando captiuitatem Iudæorum per Babylonis factam: præfigurauit & Romanam quã incurrerunt propter Christi passionem. In nocturnali autem officio, dicitur inuitatorium: Ipsi uerò non cognouerunt uias meas. quod dicitur inuitatorium per contrariũ, quia inuitat nos ad cognoscendum uias domini, per contrarium actum Iudæorum, qui nõ cognoscentes uias Domini, non introierunt in requiem ipsius. In primo uerò responsorio, ostenditur securitas patientium tribulationes, & causa quare non est timenda tribulatio. Quia Deus est adiutor in die, qua innocauite &c. Versus est: In die tribulationis meæ inuocaui &c. Quia si Deus adiuuat, Iob 17
non est timendum. Vnde Iob. Pone me iux ta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. & est primi toni: quia à solo Deo sperandа est liberatio & auxilium. Sequitur responsorium: Ingrediente domino. secundi toni: quia laudabant pueri dominum, scilicet utranque naturam. in Christo deitatem, cum dicebant: Osanna, id est, salua obsecro. humanitatem, cum dicebant: Fili Dauid. uel Deum corde, & ore pueri laudabant: sicut Iudæi corde & ore conuicia 2
bantur. ¶ † Circa diurnum uerò officium dicendum est, quòd post sabbatum in quo ostenditur deuotio Mariæ, sequitur dominica in qua ostenditur deuotio puerorum: vngimus enim Dominum cum Maria, & cum pueris ueneramur. Et ideo facit ecclesia hac die processionem corporaliter & spiritualiter. Exierunt enim pueri extra castra obuiam domino uenienti de Bethania in Hierusalem, & nos similiter Heb.
debemus extra castra, id est, extra delicias 3 1
carnis exire, obuiam ei, sicut dicit Apostolus. Exeamus extra castra, improperium

eius

eius portãtes, & sicut illi, sic & nos in processione nostra cantamus: Osanna, vnde in egressu de ecclesia cantatur antiphona. Pueri Hebræorũ, & nos debemus esse pueri, id est, innocentes, & debemus esse pueri Hebræorum, id est, transilientium omnia
3 terrena, siue peccata. Postmodum † facit ecclesia stationem in aliquo loco competenti, ut ibi cum deuotione & lætitia suscipiatur uerbum Dei, id est, Christus, qui est uerbum patris, susceptus est cum lætitia ꝗ pueritia in Hierusalem. In scripturis enim siue sermonibus est Christus, unde ipse in Euangelio: Scrutamini scripturas:
Io. 5: illæ enim loquuntur de me & est ipse dul-
4 cedo scripturæ. ¶ † Legitur autem Euangelium de Matthæo xj. cap. Cum appropinquasset Iesus Hierusalẽ &c. Misit duos de discipulis suis, dicens: Ite in castellum, quod contra uos est: unde alibi legitur.
Lu. 10 Misit discipulos suos septuagintaduos binos & binos, id est habentes geminam charitatem Dei & proximi. Misit inquam, quẽrere asinam & pullum, id est, Iudaicum populum & Gentilem, ut eos duceret in cœlestem Hierusalẽ. Et legitur ideo hæc dic, quia ibi de fructus passionis habetur. Postea cantatur. † Occurrunt turbæ cum flo-
5
Ps. 9. ribus & palmis, & nos similiter debemus ei occurrere cum floribus uirtutum & palmis uictoriarum. Palma enim significat uictoriam, unde: Iustus ut palma florebit in domo domini. Et secundum Greg. ex qualitate palmarum designatur proficiens uita iustorum, & est octaui toni, propter uictoriam Christi in capite, & in membris, per quam peruenitur ad octauam resurrectionis. Deinde redeunte processione cantatur canticum puerorum, scilicet: Gloria, laus, & honor tibi sit rex &c. per aliquos ecclesiam ingredientes, præsertim per pueros, quia ingredientem domino in sanctam ciuitatem Hebræorum pueri &c. innocentes enim laudant eũ. ¶ Et nota quod Theo
6 dulphus † Aurelianensis episcopus apud Ludouicum Imperatoré Caroli magni filium, falso à quibusdam suis æmulis accusatus, ab eodem est Andegauis carceralis custodiæ mancipatus. Cumque in hac dominica iuxta domum in qua custodiebatur, processio trãsiret, ille fenestra aperta factoque silentio hoc pulcherrimos versus à se editos, scilicet Gloria, laus, & honor tibi sit rex Christe Redemptor cui puerile decus prompsit, osanna pium. Israel es tu, rex Dauidis &c. præsente Imperatore cantauit, cui intantum placuerunt, ꝗ mox illum à uinculis absoluit, & episcopatum sibi restituit, atque eos hac die in fine pro
cessionis cantari instituit. ¶ In egressu † ec 7
clesiæ post canticum puerorum cantatur responsorium ingrediente dño in sanctam ciuitatem, quod est primi toni propter primam ætatem, quia soli Deo cantãdum est. Rursus cantus puerorũ, qui fit ianuis clausis, significat illud quod cantus & ocursus illorum puerorum significabat. Præfigurabat enim occursum & lætitiã angelorum recipientium Christum in cœlum post resurrectionem, quam sibi & sequentibus se per suam sanctissimã passionem, meruit aperiri, cuius quidem clausio Angelos non extrà miserat, sed aditum hominibus non præbebat, & ideo pueri qui sua puritate Angelos significant, intra ianuas clausas, quasi Domino uenienti occurrentes ad aperiendum cœlum, ut eorum repararetur ruina, uersis uultibus cum lætitia & clamore proferunt hymnum laudis eis, qui sunt extrà, cũ gaudio respondentibus, ipsos intrantes cum Christo in suum consortiũ receperũt. Hinc est ꝗ in ingressu ecclesiẹ cantatur responsorium: Ingrediente Domino in sanctam ciuitatem &c. Declarans hæc, quæ dicta sunt, figurari per ea quæ fiunt. Cum enim ibi fiat mentio de resurrectione: nã ibi fit mentio de palmis, quæ uictoriam Christi de morte & diabolo significat: accipit ecclesia factum illorũ puerorum in signum præcedens eius quod iã dictũ est, & factũ istorum in recordationem illius. ¶ Sanè ante crucẽ & † in cruce rami 8
uirides infigũtur ad notandum ꝗ omnem uirtutum uirorem à crucifixo habemus. Lu. 23
Christus enim ramus uiridis fuit, habens in se, & nos ab ipso omnem uirorem uirtutũ. Vnde ipse dicit: si in uiridi hoc faciunt, in arido quid fient? In summa ergo dum
† processionem facimus Christum uenien 9
tem ad nos, suscipimus: cum pueris obuiamus, si innocentiam seruamus. Oliuas gerimus, si pacis & misericordiæ operibus indulgemus. Palmas portamus, si de uitijs & diabolo uictoriam obtinemus. Virentes flores

tes flores & frondes gestamus, si virtutibus exornamur. Vestimenta sternimus carni mortificãtes. Ramos carpimus, sanctorum vestigia imitantes. Quòd processio ciuitatem vel castrum egreditur, ouanter ad crucem, & ad loca promontoria, siue eminen
Gal. 6 tia vadens, recolit pueros Hebræos iuisse versus montem Oliueti, innuens etiam ꝗ absit nobis gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Qui autem pontifici extra vrbem, iuxta crucem, cum suis constituto occurrunt, & cum ipso ciuitatem ingrediuntur, accuratius agunt. Imitamur enim populum Israel & pueros eorum, qui extra ciuitatem Domino occurrerunt, & cum eo illam ingressi sunt. Hæc ergo magna processio representat illam, quæ tali die facta est à turbis, & pueris Iudæorum cũ veniret Iesus Hierusalem, super asinam sedens. Significat etiam, quòd Dominus ad nos veniet, & ad æterna tabernacula nos ducet. Vel forte recolit processionem filiorum Israel, qui hac die Iordanem siccis pedibus transierunt, & cum triumpho terram promissionis intrauerunt. Nec est hęc processio inter alias dominicales computanda. Hæc enim ipsa est præconium passionis: ille verò, sunt significatiuę & rememoratiuæ dominicæ resurrectionis, vel ascensionis. Vnde rectius faciunt qui ante, quàm tertia dicatur illas prẹmittunt. Hãc verò processionem post tertiam huius diei cum palmis celebrant. De hoc sub ascensione dicetur. ¶ † Et quidem huic proces-
10 sioni lectio Zachariæ & Euangelium Ioannis rectè præmittuntur, quoniam ibi dominica processio prophetatur: hic historia declaratur. In tractu infantes ad præconia inuitantur. Passio in missa legitur. Benedi
11 cuntur † autem & distribuuntur rami, per sacerdotem, licet Christus eos nec benedixisse nec distribuisse legatur, tũ quia Christus non honorauit eos, sed fuit ab eis honoratus, & ex eis: tum quia populus ille Iudæorum fecit hoc corporaliter & temporaliter, sed nos agimus hoc sacramentaliter, & spiritualiter ad effectũ, qui in eorum benedictione exprimitur. Illi nanq; ferentes ramos, triumphum Christi nondũ completum, sed tempore passionis complendũ præfigurabant. Vnde non oportuit ramos distribui, vel benedici à Christo, quia non dũ figura fuerat impleta. Ecclesia verò per tales representat triumphum Christi iam completum secundum illud Col. ij. Expolians principatus & potestates, transduxit confidenter: palam triumphans illos in semetipso. Quia ergo non solum ipse triumphator est, sed etiã per ipsius gratiã & sanctificationem triumphabunt omnes electi, conuenienter & benedictio ramorum, & distributio per sacerdotem, qui Christũ representat, debet expleri. ¶ Quare autem nõ fit festum de dicta asina sicut fit de cruce: dicetur in septima parte sub festo crucis. Post processionẽ sequitur statim missa de passione Dñi, quia debemus gaudere de fructu passionis, & cõpati, quia pro nobis passus est. Ibi enim est, vnde lætemur. s. de amore, quẽ ostendit nobis in cruce & vnde tristemur. s. de peccatis nostris, quæ tot sunt ꝗ propterea oportuit filium Dei pati. Venit autem decima † luna siue 12
die primi mẽsis, id est, ante sex dies paschæ ad ciuitatem, in qua pateretur, ut esset in domibus Iudæorum, sicut præceptum erat in Exo. xxvij. c. & in Deut. Decima luna accipietis agnum, immolabitur autẽ agnus, quarta decima luna, id est, decimaquarta die primi mensis ad vesperam. Et Dñs eadem hora agnum cum discipulis manducans, vbi legalis paschæ decreta cõpleuit. Egressus est cum eis statim ad locum orationis, & circunspectis omnibus, cum iam vesperæ essent, exiuit in Bethaniam, cum duodecim discipulis. Nempè mysticè decima luna venit, quia populus Israeliticus decima luna egressus est de Aegypto: similiter per istum uerũ agnũ, est data libera potestas populo Israelitico, id est, videnti Deum per fidem, exeundi de peccato, ꝗ nõ fuit datũ per Mosen, & virgam eius, id est,
per disciplinam & sacerdotiũ legale. ¶ † In 13
principio ergo missæ reducens ecclesia ad memoriam dominicam passionem incipit ab oratione dicens. Domine ne longe facias &c. & est octaui toni, significans quòd per passionem venitur ad resurrectionem.
¶ † Sequitur epistola: Hoc enim sentite, 14
ad Philip. ij. cap. In qua ostenditur passio, & passionis fructus, Dicit ergo: hoc enim sentite in vobis, quod est in Christo Iesu, id est, imitamini ipsum, vt sicut habuit charitatem, qua voluit pati, ita & vos habeatis

Universidad de Deusto Biblioteca

tis charitatem, qua patiamini omnia tormenta temporalia, ut habeatis humilitatem quæ in Christo maximè fuit mansuetudinem & patientiam & intellectum rea lem, ut sentiatis. Cito enim sentitur dulce do Spiritus sancti, in corde quando est ibi, & hi quidem sunt fructus passionis, scilicet dulcedo in corde, & gloria. Quædam tamẽ ecclesię legunt lectionem. Venerunt enim
15 in Hierusalem. Exod. xv. cap. ¶ † Viso autem hoc fructu sit homo patiens, quia generat patientiam consideratio fructus, & ideo sequitur responsorium, quod respondet epistolæ. in quo ostenditur, quomodo per passiones uenitur ad gloriam, & dicuntur ibi tria, quare est tertij toni. ¶ Primum est. Tenuisti manu tua meam dexterã Domine, & confirmasti me in bono. ¶ Secundum est: In uoluntate tua deduxisti me. Talis facit quicquid Deus vult. ¶ Tertiũ est, cum gloria suscepisti me. Primum, est causa crucis. Secundum, ipsa crux. Tertiũ, fructus ipsius, uersus est. Quàm bonus Israel Deus: quando scilicet deducit suos ad passionem. vnde de beato Stephano legitur. Lapides torrentis illi dulces fuerunt. ¶ Postea sequitur tractus: Deus Deus meus respice in me, & quare me dereliquisti &c. Et est secundi toni, quia ibi ostenditur passio, & fructus ipsius: vnde & titulus illius psalmi est, pro sumptione matutina. ¶ Euã
16 geliũ † de passione est, scilicet: Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Matt. xxv. cap. Et etiam offertorium scilicet: Improperium expectauit cor meum Deus, & miseriam. quod sumptum est de psalmo septuagesimo octauo, qui totus ex persona saluatoris orantis in passionis agone conscribitur quasi diceret ecclesia: Ex quo Christus tot passus est pro nobis peccatoribus, libenter patiar. Vnde dicit: Expectaui supple. quasi rem dulcem. Post communio de passione est, scilicet Pater, si fieri potest &c. Matth. xxv. c. Et Mar. viij. cap. Et Luc. xxj. c. Et est octaui toni, propter rationem præmissam. In quibusdam ecclesijs, dicitur in hac dominica & in diebus sequentibus præfatio de passione, prout dictum est sub quarta
17 feria cinerum. Dicitur autem † hæc dominica in ramis palmarum. eo quòd tunc rami palmarum, si haberi possunt in processione, portantur. Dicitur etiã alibi dominica oliuarum: quia rami oliuæ portantur, quod fit ad representandum filios Israel qui cum ramis palmarum & oliuarum uenienti Dño obuiam exierunt. Sequens quoque septimana maior vocatur, eo quòd
18 maius & prolixius habet officium † Dicitur etiam pœnosa quia tunc præcipuè debemus vitia nostra punire. Vel quia Dominus in ea laborauit, & pœnas sustinuit recreando, sicut & in prima mundi hebdomada creando. dicitur quoque indulgentiæ, quia pœnitentes in ea absoluuntur. dicitur etiam sancta, quoniam in ea impij in
19 stificantur. ¶ Hæc † autem dominica in tribus priuilegiata est. Primo, quia ille à die filij Israel intrauerunt terram promissionis, & Iordanem sicco vestigio transierũt: sic enim contingit, quòd eo anno tot dies fuerunt vsque ad pascha, quot sunt ab hac dominica. Secundo, quia hac die veniens Dominus de Bethania, cum honore maximo, in Hierusalem susceptus est. Tertio, quia eadem die Dominus à templo ementes & vendentes eiecit.

SVMMA.

1 *Feria secunda dominica in ramis, quid designet. Et eius officium. nu. 2. 3. 4.*
5 *Passio Domini, non recipit benedictionem, & cur ita.*
6 *Passionem cantantium vices, variè mutantur. & nume. 7.*

De secunda feria. Cap. 68.

1 SECVNDA feria † ostendit causam passionis, scilicet in Christo humilitatem & patientiam, & in Iudæis crudelitatem & inuidiam, in Iuda cupiditatem & auaritiã, & est introitus quarti toni, propter famam crucis. Epistola verò sumitur de Esa. 50. cap. In qua ostenditur principalis causa passionis Domini. Dominus Deus aperuit mihi aurem, scilicet ad intelligendum, & propter hoc dedi genas meas vellentibus
2 &c. † In quibusdam ecclesijs in hac & in tertijs ferijs dicũtur duæ lectiones in missa,

sa, pro eo, quod Christi passio à lege & prophetis prænuntiata fuit. In responsorio petit liberationem suam: Exurge Domine & intende &c. uersus: Effunde frameam & est tertij toni, quia virtute Trinitatis liberamur ab inimicis. Framea est spata quasi
3 fremia, vel quasi ferrea. In Euangelio † verò, scilicet ante sex dies paschæ: capit. ostenditur triplex causa passionis, & dicit ante sex dies paschæ, non ideo, quòd sex dies futuri essent ante pascha, sed quia ibi causa passionis ostenditur. In Iuda ostenditur causa cupiditatis, eo quòd dixit: Vt quid perditio, hæc erat enim habens loculos, & ideo sic dicebat, ut numos furaretur, ut habetur in Ioan. in Iudæis causa est inuidia: quia moti sunt in eum propter laudem puerorum dicentes. Si dimittimus eum sic omnes credent in eum, & ideo quærebant interficere eum. In ipso verò Christo est fructificatio totius generis humani. unde in Euangelio dicitur: Nisi granum frumenti &c. In quibusdam tamen ecclesijs in secunda feria legitur passio secundum Marcum, scilicet erat pascha & azyma post biduum &c. Et in tertia feria dictum Euangelium secundum Ioannem, scilicet ante dies sex paschæ, sed primi magis uidentur historiam sequi: quia post biduum, id est, post tertiam & quartam ferias: in quinta feria pascha, id est, agnus paschalis immolatus fuit. Præterea secunda dies creationis mundanæ minus est cæteris ornata diebus. Nam cum dixisset dominus: Fiat firmamentum in medio aquarum, non est additum: Et uidit Deus quòd esset bonum in quo numerus binarius infamatur: quia primus ab unitate degenerat, & diuisionem significat. Vnde in eo fa
4 cta est aquarum diuino. ¶ Non est † ergo mirum, si hæc dies secunda, quæ illam respicit minus cæteris in officio dominicæ mortis purpuretur insignijs. Sed non est multum attendendum, utrum in secunda uel in tertia feria legatur passio. Quia enim quatuor Euangelistæ passionem Domini descripserunt: idcirco secundũ quem libet eorum passio legitur ex institutione Alexandri Papæ: eo ordine, quo scripserunt. Nam die dominica legitur passio secundum Matthæum, qui primus scripsit. Secunda uel tertia feria secundum Marcum, qui secundus scripsit. Quarta secundum Lucam qui tertius scripsit. Sexta feria, secundum Ioannem, qui ultimo. Mediolanenses non legunt passionem, nisi secundum Ioannem, & in sexta feria. ¶ † Sanè passionem lecturus, benedictionem nõ 5
petit, quia in illa describitur esse sublatus, qui author est benedictionis: unde non est à quo petatur. Legitur quoque sine luminaribus, quia ille morte extinctus nuntiatur: quæ secundũ Ioannem lux est mundi, & vt representetur, quia eius discipuli tũc quasi extincti sunt, quibus ipse uiuens dixerat. Vos estis lux mundi. Non fertur etiam incensum: ad notandum, quòd tunc feruor deuotionis uel orationis, qui per incẽsum designatur, in Apostolis tepuit, uel potius quam extinctus fuit. Legitur etiam sine salutatione, siue sine Dominus uobiscum, in detestationem Saluatoris Iudæ, & sine responsione. non enim respondetur Gloria tibi Domine, quia in ipsa exprimitur, q̃ Christus fuit à suis separatus per mortem corporaliter & spiritualiter qui metu mortis eo derelicto fugerant, & nulla glo-
ria sibi erat. ¶ † Non legitur etiam tota 6
sub tono Euangelij, sed cantus uerborum Christi dulcius moderantur, ad notãdum quòd dulcius uerba Christi in ipsius ore resonabant, quàm in ore cuiuslibet Euangelistæ referentis: cuius uerba in tono Euãgelij proferuntur. Verba uerò impijssimorum Iudęorum clamose & cum asperitate uocis, ad designandum q̃ ipsi Christo aspere loquebantur. In fine tamen in quibusdã ecclesijs benedictio petitur, incensum portatur, & sub Euangelij tono legitur, quia finita est iam narratio passionis, & ex tunc omnia uerba sunt Euangelistæ narrantis, qui post Christi mortem usque ad resurre
ctionem contigerunt. In alijs † tñ ecclesijs 7
finis passionis quæ ad sepulturã pertinet, in tono legitur doloroso, ut planctus mulierum de passione Christi lamentantium designetur, de quo plãctu dicit dominus in Euangelio: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me &c. & ad maiorẽ deuotionem & amaritudinem propter Christi passionem in animis audientium excitandum. Et legitur super nudum pulpitum, prout sub feria sexta dicetur. In offertorio: Eripe me. petit liberari, sicut & in responsorium, & est

Universidad de Deusto Biblioteca

est quarti toni propter formam crucis. ¶ In post communione: Erubescant. petit persecutores suos confundi, & est primi toni vt sic in regione quiescentium gaudeat.

SVMMA.

1 *Feria tertia Dominicæ in ramis, qui agat. & nu. 2. 3. Et quotupliciter ecclesia salutem suam in cruce consideret.*

De tertia feria. Cap. 69.

1 TERTIA feria est similiter † de passione, quia manifestè quærebant eũ interficere, vt habetur in Euangelio: Erat autẽ pascha & azyma post biduum &c. Et quia ecclesia considerat salutem suã in cruce tripliciter, scilicet in amore, quem Dominus noster nobis ostendit in cruce, & in imitatione crucis, & in salute nobis data ꝑ crucem, ideo dicit in introitu: Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi &c. ad Galat. vlt. cap. Epistola verò est: dicit Hieremias, quæ est Hiere. xj. cap. & habentur in eo verba Iudæorum de crucifixione Christi: mittamus lignum in panẽ eius, id est, ipsum, qui se dicit panem in ligno crucis. Audierant, enim, quòd ipse dixerat: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descẽdi, & hoc erat dictum per lignum crucis, destruamus ipsum, vel doctrinam
2 eius. ¶ Sequitur † responsorium: Ego autem &c. Tertij toni propter triplex meritum, quòd ibi notatur: primùm cum dicit: Induebar cilicio, id est, nõ ostendebam eis deitatem: sed asperitatem humanitatis, & hæc fuit humilitas & sapientia. Aliud notatur ibi: Humiliabam in ieiunio animam meam, scilicet. Non reddendo malum pro malo: sed etiam pro eis orabam, & hoc est tertium: vnde dicit. Et oratio mea in sinu meo conuertetur, supple, ex quo eis non
3 prodest: quia non sunt digni. ¶ † Euangelium verò: Erat pascha. Mar. xiiij. c. Est de passione, vbi dicitur, q; Dominus crucifixus fuit hora tertia, & hoc dicit, vt ostendat eorum impetuositatem, quia ab hora tertia linguis cum crucifixerunt, dicente: Crucifige, crucifige, non cessantes. In offertorio petit se custodiri à diabolo, & à mẽbris eius. Vnde dicit: Custodi me de manu peccatoris, id est diaboli, & ab hominibus iniquis erue me: & est secundi toni. In post cõmunione: Aduersum me, ostẽdit malitiam persequentium, & meritum patientium. ¶ Sequitur ibi, & in me psallebant, qui bibebant vinum &c. Id est, filij diaboli, qui inebriabantur de calice Babylonis.

Hier. 11

Ioã. 6.

SVMMA.

1 *Feria quarta dominicæ in ramis, Christus venditus fuit à Iuda. Et eius diei tum significatio, tum officium. Et nu. 5. 6. 7. 9. 10.*
2 *Genu omne cur flectatur in nomine Iesu. & nume. 8.*
3 *Verba: omnis lingua confiteatur. cur intercepta fuerint in introitu missæ quartæ feriæ dominicæ in ramis.*
4 *Bosra ciuitas.*
11 *Sanguis à Christo quinquies exiuit.*
12 *Frixorium triplex.*
13 *Ieiunandum quarta feria dominicæ in ramis. & quam ob causam.*

De quarta feria. Cap. 70.

QVARTA feria, est illa in qua Dominus vendi 1
tus † fuit à Iuda, quia non solum voluit pati pro nobis, sed etiã vendi, vt liberaret nos à vẽditione, quia primus pa rens vendidit nos diabolo, per esum pomi vetiti. vnde Esa. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Similiter multi vendunt se diabolo per momentaneã delectationem: sicut Adam vendidit se pro esu pomi vetiti. Quarta ergo feria venditus est sol iustitiæ, ad nostram salutem, & quarta feria formatus est sol visibilis ad mundi lucem. Orauit † autem Dominus, 2
sicut habetur in Euangelio huius diei flexo genu: & idcirco in introitu q est Phi. ij. cap. inuitat ecclesia, vt in nomine Domini omne genuflectatur cœlestiũ, quia eorum ruinam reparauit: terrestrium, quia eos liberauit: Infernorum, quia eos eduxit de lacu, in quo non erat aqua: vt dicit Zacharias,

rias & est tertij toni, propter tria quę in-
3 uitant ad flectendum genua. Sequitur: † Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris, & sumitur de Apostolo. Veruntamen ordinator officij intercipit uerba illa. Et omnis lingua confiteatur, eo quòd iudaica silet. ¶ Deinde sequitur lectio: Dicite filiæ Sion: ecce Saluator tuus uenit. Esa. lxij. cap. Vbi habetur de mercede; dicitur etiam ibi, Ecce merces eius cum eo &c. Et dixerunt Angeli. Quosdam enim latuit incarnatio. Quis est iste, qui uenit de Edom, id est de terra tinctis uestibus, id est, membris corporis, quæ sunt uestimenta diuinitatis, sanguinis, purpura tincta de bos-
4 ra. † Bosra est ciuitas in Moab, & interpretatur firma siue munita, hoc est de inferno id est, de terrena habitatione, translatiua enim Bosra est Hierusalem, quã Dominus quõdã suo firmauit auxilio, sed facti Moabitæ, id est, ex patre diabolo, uestes reges tinxerunt purpura sanguinis. Respondit: Ego qui loquor iustitiã, & sum propugnator ad saluandum, & dixerunt. Quare ergo rubrum est indumentum tuum? quasi dicat. Quare cruẽtatus es præssura crucis, si tu iustitiam loqueris? At ille respondit. Torcular calcaui solus, scilicet pro omnibus, ut omnes liberarentur, & de gentibus non est uir mecum. Post lectionẽ uerò can
5 tatur responsorium. Ne † auertas faciem tuam &c. In quo orat ipse, ut per passionẽ ueniat ad gloriam. Quia uerò in agonia prolixius orauit, ut habetur in Euangelio, ideo sumitur offertorium, & post communio de psalmo, qui intitulatur oratio pauperis cum anxiaretur: excepto uersu responsorij, qui est. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. ¶ Epistola est similiter de Esa. liij. cap. Domine quis credidit &c. In qua etiam describitur in eodem schemate. in quo ab Euangelista representatur in passione, ubi &c. Nõ est ei species, neq; de-
6 cor. & infra, sicut ouis ad occisionem ducetur. ¶ Post † epistolã sequitur tractus, & in solito modo. s. immediatè, & hoc ideo, qa ecclesia arctius luget, quàm soleat, & se plangit, ut dictum est in quarta parte sub titulo de tractu. Tractus. n. significat planctum, & ideo in tota sexta feria non dicuntur, nisi tractus responsorium uerò est pœnitentium. Et quia Dominus non est ista die crucifixus, sed tantum uenditus, ideo non solum dicitur tractus, uerumetiam & responsorium. ¶ † Passio, quæ sequitur: 7
Appropinquabat &c. Luc. xxij. cap. Conuenit cum præcedentibus, in qua exprimitur consilium Iudæorum, Iudæ proditio: Domini passio. ¶ Post communio est: Potum meum cum fletu miscebam. potum, scilicet passionis, quãdo uidelicet sudor eius erat, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Potest etiam dici, quòd duo sunt nobis necessaria, scilicet oratio & patientia, secundum quod dicit Dominus. Orate pro persequentibus, & calumniantibus uos. Ad hæc quidem duo inuitamur in introitu ad orationem, cum dicitur: In † no 8
mine Iesu omne genuflectatur ad patientiam, exemplo Saluatoris de quo subiungitur: Christus factus est pro nobis obediens usque &c. Non est enim obediens, in tribulatione: nisi qui libẽter tolerat. Duæ lectiones ideo leguntur, quia hac die Dominus traditus est pro duobus, & à duobus populis, & in quibusdam ecclesijs ad vtrãque genua flectunt, quia ab utroque populo adoratur. Præterea, hac die sicut dicit Augu. consilium inierunt Iudęi quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent, & Iudas uenit ad eos, & pacti sunt sibi pecuniã se daturos. Sicut ergo ecclesia representat in sexta feria actus Iudæorum, ita & in quarta consilium eorum. Quidam autem legunt primo lectionem illam: Dicitæ filię Sion. Et postea illam: Domine quis credidit, alij uerò econuerso. Primi quidem attendunt solum illud: quod diximus, scilicet quòd uenditio Iudæ, quæ facta fuit quarta feria, passionem Domini præcessit, de qua uenditione fieri uidetur sermo in illa lectione: Dicite filiæ Sion, in illo uerbo. Ecce merces eius cum eo. Alij autem † attendunt, quòd primus homo duas mor 9
tes incurrit. s. carnis & animæ, & Christus nos ab utraque liberauit. Et quia mors animæ mortem corporis præcessit, ideo prius legunt lectionem illam, in qua agitur de morte animæ & de liberatione ab ipsa. De morte agitur in illa: Domine quis credidit &c. ibi: Omnes quasi oues erraui mus, & unusquisq; in uiam suam declinauit. De

Universidad de Deusto Biblioteca

liberatione uerò ſtatim ſequitur ibi: Dominus poſuit in eo iniquitates eorum omnium noſtrorum, & iterum. Si poſuit pro peccato animam ſuam, uidebit ſemen longæuũ. Ad animam etiam pertinet gradua le unicum habens uerſũ, ſcilicet: Ne auertas faciem tuam à puero tuo, id eſt, ab eo, qui paruus & humilis apparet in experien
10 tia tribulationis. ¶ Sequitur † uerſus. Saluũ me fac &c. Vſque non eſt ſubſtantia: Aquę enim ſcilicet ſeditionis Iudæorum uſque ad animam Saluatoris tollendam peruenerunt, & illi qui erant limus profundi, in firmitati eius præualuerunt. Sicut autem Saluator animam ſuam poſuit pro animarum noſtrarum redemptione, ità & corpus ſubiecit pro corporum redemptione. Vnde in ſecunda lectione de ipſius corpore agitur, ſanguine proprio rubricato, ubi dicitur, Quis eſt iſte, qui venit de Edom &c. Et ibi: Quare rubrum eſt veſtimentum tuum &c. Ipſe reſpondet: Torcular &c. Et quia de ſola miſeratione paſſus eſt Dñs pro nobis: ideo propheta in perſona eccleſiæ lectionem illam concludit, dicens: Miſerationũ Domini recordabor: laudem annuntiaui ſuper oĩbus, quæ reddidit nobis Dñs Deus noſter. Quia uerò per quinq; ſenſus corporis peccauimus, ideo ſequitur tractus: Domine exaudi orationem meã &c. Habens quinque uerſus, propter quinque vulnera Chriſti, ſeu quia quinquies exiuit
11 ſanguis ab eo. ¶ † Primo in circuncíſione. ¶ Secundo, in oratione. ¶ Tertio, in flagellatione. ¶ Quarto, in cruci fixione. ¶ Quinto, in lanceatione. Et in ipſo tractu genus humanum petit auxilium, & confitetur defectum, quem ex peccato primi parentis incurrit, cum dicit: Quia defecerũt dies mei, ſicut fumus. Dies enim, eſt uita hominis: cuius nox eſt mors, ſed hæc uita eſt abbreuiata, & defecit propter ſuperbiã primi parentis, quæ per fumum intelligitur. Et ſequitur: Oſſa mea, ſicut in frixorio confrixa ſunt. Oſſa, ſunt uires interiores uel fortes, quæ ſunt eccleſia, quæ car-
12 nes, id eſt, carnale ſuſtentant. † Frixorium enim triplex eſt. ſ. peccatorum recordatio, proximorum compaſſio, futuri iudicij meditatio, in his frigitur bonus homo. Clauditur autem tractus, ſicut & lectio in miſericordia Dñi. Vnde ultimus uerſus eſt: Tu exurgens Domine, miſereberis &c. ¶ † Hęc 13
igitur quarta feria priuilegiata eſt, quoniã leguntur in ea duæ lectiones, propter ordinandos in ſabbato ſequenti. Item, quia in ea die Chriſtus uenditus fuit xxx. denarijs: ſicut & Ioſeph xxx. argenteis. Quia ſeruus non eſt ſuper Dominum, nec diſcipulus ſuper magiſtrum. xxvj. diſtin. Quis dubitet, & quòd ab hac quarta feria ſumptũ eſt, quòd ſemper in quarta feria ieiunare, & abſtinere à carnibus, & carnalibus deſiderijs debemus, & in memoriam venditionis Chriſti hæc feria ſecundum locum obtinet, poſt ſextam feriam, per totũ annum in ieiunijs pœnitentialibus.

SVMMA.

1 *Cœna Domini quæ tractanda habeat.*

De quinta feria. Cap. 71.

N hoc † tractatu quintæ feriæ cœnæ Domini hoc ordine, pcedamus. 1

I Nam primo generaliter dicemus aliqua de officio ſequentium trium dierum: poſtea ſpecialiter de officio huius diei. Et primo de introductione publice pœnitentium in eccleſia & de ſacramentis, quibus hæc quinta feria ſpecialiter inſignitur. Secundo, de triplici olei conſecratione. Tertio, de huius diei miſſæ officio: ubi etiam agitur de pedũ lotione, & officio ueſpertino. Quarto, de altarium denudatione, & tam de ipſorum, quàm de pauimenti eccleſiæ lotione, & de corporis Dominici reſeruatione, & de quibuſdam alijs.

SVMMA.

1 *Eccleſia luget tribus diebus paſſionis. & cur ita.*
2 *Feria quinta Dominicæ in ramis, matutinas vertit in tenebras. Et de eius diei ſolennitate. nume. 28. 29.*
3 *Campanæ cur ſileant ſexta Dominica in ramis, tribus diebus. & nume. 5.*
4 *Signa cur fiant cum tabula, ad tenebras ſextæ feriæ Dominicæ quadrag.*

Hora-

6 *Horarum principia cur omittantur feria ſexta Dominicæ in ramis. Item, aliæ multæ ſolennitates circa legitimum eccleſiæ officium nume. 7. 8. 9. 10.*
11 *Hominum tria genera per Chriſtum ſaluata.*
12 *Treni Hieremiæ vnde dicantur.*
13 *Trenis cur inſeratur alphabetum.*
14 *Hebraicarum literarum interpretatio.*
15 *Candelæ, in tenebris Dominicæ ſextæ quadrageſi. cur extinguantur. & nume. 16. Et quot accendantur. nume. 17. Et quid illæ ſignificent diſsimili etiam numero. nume. 18. 19. 20. 21. Et quid earum extinctio. nu. 22. 23. 24. 26. Et quid de ea quæ remanet cæteris extinctis. 27. nu 25. Clamor & benedictio poſt: Benedictus. in tenebris, quid ſignificet.*

De eadem quinta feria. Cap. 72.

1 Rænotandum † autem eſt, quòd eccleſia luget tribus diebus, quia tot
P diebus fuit dominus in ſepulchro: ſicut enim Ionas fuit in uentre cœti tribus diebus, & tribus noctibus: ita & filius hominis fuit in medio terræ &c. Quod ſyneedochicè dictum eſſe aſſerit Auguſt. Nam pars illa ſextæ feriæ qua fuit in ſepulchro, accipitur pro nocte, & die ſextæ feriæ, & nox diei dominicæ ſimiliter pro nocte, & die ipſius diei accipitur. Dies uerò ſabbati integra eſt, ſcilicet nox cum die ſuo, id eſt, ſpatium uidelicet uigintiquatuor horarum. Eſt ergo ſenſus: Fuit ergo Dominus in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus, id eſt tribus temporibus, quorum quodlibet conſtat ex die nocte. Sic enim loqui conſueuimus, quia ſi aliquis etiã minima parte alicuius diei fuerit in aliquo loco, dicimus eum ea die ibi fuiſſe. Fuit enim ſecundũ ipſum quadraginta horis in ſepulchro uidelicet quatuor horis ſextæ feriæ, & uigintiquatuor ſabbati. & duodecim noctis diei dominicę, quia quadrificum orbẽ morte tranſgreſſionis decem mandatorũ mortuum uiuificauit. Sed ſecundum præmiſſa, uidetur, quòd triduana Domini ſepultura debeat celebrari ſexta feria ſabbato, & die dominica. Sed reſpondetur, quòd quia Dominus in nocte diei dominicæ reſurrexit, noctem illam ad honorem reſurrectionis ſolenniter celebramus. Vnde neceſſe eſt, quòd in quinta feria præueniamus & ita triduo, ſcilicet quinta & ſexta ferijs, & ſabbato humiliationem Domini in mœrore celebremus, quia & in quinta feria iam interuenerat nefarium commercium Iudaicæ proditionis. Quidam tamen cuilibet præmiſſorum trium dierum. xxiiij. attribuunt horas, uolentes Chriſti defuncti exequias ſeptuaginta duabus horis celebrare & triſtitiam ſeptuagintaduorum diſcipulorum meritò per hoc exprimere. ¶ † Sanè eccleſia his diebus tenebras colit 2
& matutinas in tenebras fuit. ¶ Primò, quia in luctu & mœrore eſt, propter Domini paſſionem, & propter eius triduanam mortem exequias celebrat triduanas. ¶ Secundo, officium tenebrarum, ſignificat nõ tam tenebras materiales, quæ fuerunt ſuper faciem terræ dum pendebat ſol iuſtitiæ in cruce. Fuit enim tunc eclypſis miraculoſa, non naturalis per tres horas: uidelicet à ſexta hora uſque ad nonam incluſiuè, quàm etiam ſpirituales, quæ in illo triduo in cordibus fidelium extiterũt. ¶ Tertio, per hoc quòd tenebras colit tenebrarũ primatus inſinuatur, quia his diebus incœperunt præcedere dies, prout ſub ſabbato ſancto dicetur. ¶ † In his uerò tribus die- 3
bus ſilent campanæ: quia tunc ſiluerunt Apoſtoli, & prædicatores, & alij, qui per cãpanas intelliguntur. Sonus autem campanarum ſignificat ſonum prædicationis, de quo dicitur. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Non enim iam circuibant euangelizando uicos, & urbes: ſed hymno dicto exierunt cum Ieſu in montem oliueti. Quibus cum Dominus dixiſſet: Ecce appropinquat, qui me tradet, præ triſtitia dormitauerunt, & à laudibus conticuerũt. Vnde & à completorio ſiue à veſpera, qua Dominus traditus fuit campanarum ſilentium inchoatur. A ueſpera autem qua Dominus traditus eſt, quando uidelicet diſcipuli fugerunt, campanis ſilentium indicitur. Alij uidelicet ad primam huius quintæ feriæ, & nõ alterius pulſant campanas. fit tamen ſignum cum tabula. ¶ † Primo, 4
ad ſignificãdum Chriſti humilitatem, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

se abscondit & usque ad mortem & sepul-
turam se humiliauit. Ligni quidem usus,
humilior æris sono hoc ostendit, & inde
ecclesia orientalis usum adhuc tenet ligno-
rum, & ut populus humilior reddatur.
¶ Secundo per signum tabulæ, terrorem ac
cipimus. Tabula ergo percutitur, quia ma-
gnus timor Apostolis à Iudæis incutiebatur.
¶ Tertio, per lignũ in ligno malleum,
scilicet in tabula suspensum, intelligimus
Christum qui est lignum plantatum secus
decursus aquarum, qui in crucis ligno pe-
pendit, & pendens orabat & prædicabat di-
cens: Pater dimitte illis: quia nesciunt
quid faciunt. Cum ligno autem tantum
pulsant, quia tunc solus Christus prædica-
tor habebatur, & solus torcular calcauit.
¶ Quarto, per tabulam ipsam, lignum fru-
ctiferum, scilicet Christum, per malleum,
quo tabula percutitur, lignum præuarica-
5 tionis significatur. ¶ † Quinto, ideo cam-
panæ & non signũ tabulæ uel alterius hu-
iusmodi filet, qa licet maiora signa nostra
uidelicet Apostoli à laude Dei in Christi
passione siluerunt minora tamen signa, ut
mulieres non siluerunt, imò secutæ sunt
ipsum, usque ad crucem. † Principia quo-
6 que horarum, scilicet Deus in adiutoriũ:
& fines, scilicet per dominum, & benedi-
camus, & huiusmodi dimittuntur, quia re-
cessit, & à nobis ablatus est sacerdos, & pa-
stor bonus, qui est α & ω, id est principium
& finis: qui etiam est summus sacerdos, &
caput nostrum, & traditus impijs; nec est,
à quo petamus quòd intendat in adiuto-
rium nostrum. Percusso nanque pastore
nostro, discipuli eius dispersi sunt. Sic er-
go istud officium, quod caret principio &
fine, quasi mortum & uiduatum videtur,
quia & patres nostri uiduati post mortem
Christi fuerunt. Non dicitur etiam Glo-
ria patri, quia in Christi passione absco-
dita fuit fortitudo gloriæ ipsius Christi, &
in eius morte Trinitas uisa est extincta, in
cuius laude dicitur ille uersus: De hoc e-
tiam sub dominica de passione dictum est.
Hoc etiam notatur in quibusdam eccle-
sijs, in quibus his diebus duo tantum cerei
ante altare ardent, tertio extincto: prout
sub titu. de pascha dicetur. ¶ In his quoq;
tribus diebus salutatio non fit, quia domi-
nus nobiscum, non dicitur, ut uitetur pesti-
fera salutatio, per quã Iudas tradidit Chri-
stum dicens. Aue rabbi. ¶ Pax etiam non
datur, pro eo, quòd Iudas osculo tradidit
Christum, & quia in duobus sequentibus
diebus in altari non consecratur, nec dici-
tur, Pax domini sit semper uobiscum: nec,
Dona nobis pacem. In quibusdam tamen
ecclesijs datur hodie pax, pro eo quod hac
die sacramentum sacramentorum scilicet
Eucharistiæ institutum est. ¶ † His quoque 7
diebus fit officiũ humilius solito, propter
domini humiliationem, & triduanam eius
sepulturam, quam celebramus. Verunta-
men nocturnale officium, per quod signifi-
cantur prophetiæ prophetarum, alta uoce
& manifestius cantatur, quia prophetæ &
alij sancti patres ueteris testamẽti alta &
aperta uoce, quæ de Christo erant uentu-
ra, prædixerunt: & quod Spiritus sanctus
sibi dictabat remota formidine nuntiarũt.
Diurnum uerò officium, per quod Apostolorum prædicatio figuratur uoce demissa,
& quasi sub silentio cantatur, quia tunc Apostoli omnino tacuerunt, aut saltem occulte prædicauerunt. ¶ † Incipit autem te 8
nebrarum officium: zelus domus tuæ comedit me, id est amor uehemens ecclesiæ
fuit causa, quare passus sum. Non dicitur
inuitatorium, ne inuitemur, sed potius
per silentium detestemur pestiferum Iudæorum consilium, & conuentum factum,
ut Iesum caperẽt in sermone, & eum morti traderent. Præterea tunc Apostoli dispersi erant, qui alios ad dominum inuitare & conuocare consueuerant. ¶ † Hymnus 9
etiam laudis non dicitur, quia tunc factus est opprobrium hominum & abiectio
plebis. Finis dominicæ orationis, quę dicitur ante lectiones, dicitur in silentio: pro
eo quòd de Euangelio sumitur. Nam tunc
euangelica enuntiatio fugientibus Apostolis cessauit: & est notandum, quod
Christus cuius est ipsa oratio, auulsus à cæteris, & quasi in silentio orauit, sed tunc
fit sonitus per tactum ligni cũ manu, quia
& Christus in ligno crucis pendens, uoce
magna clamauit. ¶ † Non dicuntur etiam 10
in lectionibus. Iube domine benedicere:
nec, tu autem domine, quia recessit pastor
& sacerdos, qui gregi benedicere & misereri debet: sed quia illum propter peccata
amisimus, ad hoc ad eũ recuperare ualeamus,

mus, admonemur per versum illum: Hie-
rusalem, Hierusalem, conuertere ad domi
num Deum tuum, qui in fine lectionum di
citur, ut ad pœnitentiam conuertamur,
nam post luctum gaudere possumus. Per
hoc autem, quod dicitur bis Hierusalem,
arguitur duritia Iudæorum, & peccatorũ,
sicut alibi in euangelio. Hierusalem, Hie-
rusalem, quæ occidis prophetas &c. Rursus
per iube Domine, intelliguntur ad prædi-
cationem euntes, per tu autem, inde rede-
untes. Ideo ergo neutrum dicitur, quoniã
Apostoli, quos repræsentant, qui lectio-
nes legunt, his diebus fugerant. vnde nec
ad prædicationem missi sunt, nec qui missi
erant, sublato domino redierunt. Omnes
antiphonæ sunt de passione & compassio-
11 ne. ¶ † In his etiam tribus noctibus nouem
psalmi, nouem lectiones, & nouem respon
soria diuisim per singula nocturna cantan-
tur ad ostendendum, quòd Christus in in-
fernum descendens tria hominum genera,
scilicet virgines, coniugatos, & continen-
tes inde rapuit, & ad angelorum societa-
tem transuexit, quæ tria genera in euan-
gelio distinguuntur per eos, qui in mola,
& per eos qui in agro, & per eos qui in le-
cto sunt. ¶ Tria ergo hominum genera,
scilicet qui fuerunt in lege naturali, & in
tempore legis, & prophetarum, per tria
nocturna recolimus. & sicut illi per mor-
tem domini in tribus sociati sunt nouem
ordinibus angelorum, scilicet in actioni-
bus, cognitionibus, & gaudijs, ita per tres
noctes dominicæ sepulturæ nouem psal-
mi nouem lectionibus, & nouem respon-
sorijs subduntur psalmi enim ad actiones,
lectiones ad operum Dei cognitionem,
responsoria uero ad gaudium, & ad can-
tum pertinent angelorum. Ceterùm tres
primæ lectiones, vel in quibusdam Eccle-
sijs sex, sunt de trenis Hiere. deflentis ca-
ptiuitatem populi sui, non solum Babylo-
nicam, sed etiam Romanam, quam incur-
runt propter passionem domini, & ideo di-
cuntur lamentabiliter in personam san-
ctorum de Iudæis, qui deflent casum gen-
tis suę. Sicut enim ille deplorauit mortem
Iosue, regis occisi in futuram destructio-
nem gentis, ita & nos deploramus mor-
tem & passionem Christi regis nostri. In
fine autem lamẽtationum dicit idem Hie-
re. spiritus oris nostri Christus dominus ca
ptus est in peccatis nostris. Aliæ vero tres
sunt de expositione psalmi tractantis de
passione, & ideo uoce depressa leguntur
tres vltimæ de epistola Pauli j. ad Cor. xj.
Conuenientibus nobis in unum &c. ubi o-
stẽdit Apostolus, quomodo debet cœna do
mini sumi. Ex quibus sex lectionibus appa
ret, quod prophetæ præuiderũt Christum
occidendum, & Apostoli docent occisum.
Dicuntur autem trini, id est † lamenta- 12
tiones, à trenato monte, ubi lamenta ani-
marum, quæ ibi puniuntur, sæpe audiri di-
cuntur. Inde etiam dicitur trenum, quod
est plenum lamentationis & funeris. Di-
cuntur etiam treni, quia semper tres uer-
sus post unamquanq; literam hebraici al-
phabeti sequuntur, quod alphabetum to-
tum per ordinem in illis lamentationibus
ponitur. ¶ † Primo, quia mos fuit hebræis 13
illud ponere in eorum cãtibus, siue luctus
siue lætitię alicuius rei multum notabilis,
prout patet in ultimo capitulo prouerbio
rum: Mulierem fortem &c. & in quibus-
dam alijs locis, prout habetur in prooemio
libri regum. ¶ Secundo, quia sicut dixit
Hiere. in eodem prooemio & in prologo
Bibliæ uersus, quibus dictæ literæ ante po
nuntur in lamentationibus Hiere. inci-
piunt in hebræo ab eisdem literis. ¶ Tertio
ut per hoc notetur cæcitas & duritia Iu-
dæorum, qui res tanquam alphabetum no-
tissimas, uidelicet passionem filij Dei in-
telligere, & credere nolunt, dicente pro-
phetia: Miluus in cœlo, turtur, & ciconia *Here.*
cognouerunt tempus aduentus sui: Israel 8
autem me non cognouit, & populus meus
non intellexit. ¶ † Quarto, quia interpre 14
tationes literarũ ipsarum maxima ex par-
te continent sententiam uersuum quibus
anteponuntur. Circa quod notandum est,
quod Aleph, interpretatur doctrina. Beth,
domus. Gimel, plenitudo. Deleth, tabula-
rum seu scripturarum. Et hæc siquidem est
prima connexio literarum ipsarum, ubi di
citur quod doctrina Ecclesiæ, quæ est do-
mus Dei, est in plenitudine scriptura-
rum. He, ista: uau & zay hæc Beth, uita.
hæc est secunda connexio: ubi dicitur,
quod ista & hæc doctrina, quam prædixi-
mus est uita, quam uiuimus. Thet, bo-
num, ioth principium, hæc est tertia con-

nexio, vbi dicitur, quòd bonum est principium per scripturas, quasi per speculum saltem in ænigmata agnoscere Dominum Caph, manus. Lamech, cor vel disciplina, hæc est quarta connexio, vbi dicitur quòd in vtero cordis disciplina exigitur, quia nihil facere possumus, nisi quæ facienda erũt, agnouerimus. Mem, ex ipsis. Num, sempiternum. Samech, adiutorium. hæc est quinta connexio, vbi dicitur quòd ex ipsis scripturis est nobis sempiternum auxilium. Ain oculus. Phe, errauit. Sadech, iustitia vel consolatio. hæc est sexta connexio, vbi dicitur quòd sæpe dicta scriptura, est oculus errantibus, & consolatio. Caph, aspice super. Res: caput. Sin super vulnus. Thau, signum vel consummatio. hęc est septima connexio, vbi etiam in numero fit mysticus intellectus, vbi dicitur: Aspice in scriptura contineri caput nostrum à quo habemus medelam super vulnera, & sequimur consummationem, id est, vitam æternam. Sic ergo Saluatoris exequiæ celebrantur, vt in modico apice, ab aliorum defunctorum exequijs distare videantur.

15 ¶ † Consequenter candelæ & lumen extinguntur, nam hæ tenebræ tribus noctibus celebratæ, significant tenebras quæ tribus horis fuerunt Christo in cruce pendente, vel ideò tribus noctibus lumen extinguitur, quia verum lumen triduo iacuit in sepulchro. ¶ Circa quod aduertendum est, quod quidam accendunt septuaginta duas candelas, quidam vigintiquatuor, quidam quindecim, quidam duodecim, quidam nouem, quidam septem, & secundum quosdam non est numerus certus. omnes tamen non fi-

16 ne mysterio agunt. ¶ † Septuaginta duæ candelæ quæ extinguntur, designant septuaginta duos discipulos, quorum prædicatio in morte Christi penè extincta est. significant etiam quod Dominus septuaginta duobus horis iacuit in sepulchro per synecdochen intellectus, vel tot accenduntur, propter lxxij. nationes seu genera lin-

17 guarum. ¶ † Vigintiquatuor candelæ accenduntur. ¶ Primo, quia sol iste, qui mundum xxiiij. horis diei & noctis illuminat, significat Christum verum solem, qui extinguitur, quia Christus occubuit vespere passionis, & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. ¶ Secundo, dies cuius maius lumen Christus est, nox verò cuius minus lumen Ecclesia est, luminaria sunt Apostoli, & alij viri Apostolici, qui sunt quasi xxiiij. horæ, quæ diei Christo, & nocte Ecclesiæ famulantur. Vigintiquatuor luminaria ergo extinguntur, quia Apostoli in vnoquoque die per vigintiquatuor horas latuerunt. ¶ Tertiò, vigintiquatuor candelæ designant versum: Glo. pa. &c. qui in nocturnis festiuitatum vigintiquatuor vicibus solet dici. Primo post, Deus in adiutorium, secundò, post inuitatorium, tertiò post hymnum nouies in psalmis trium nocturnorum, ter in responsorijs, & Te Deũ laudamus, quasi Gloria patri est. Iterum, ad laudes semel post, Deus in adiutorium, quinquies in psalmis sequentibus, semel in hymno, & semel post, Benedictus. Versus enim ipse hoc officio tacetur, vt præmissum est, quia ille, in cuius laudẽ, dicitur in sepulchro iacet, ideoque vigintiquatuor candelæ ad hoc designandum extinguuntur, vel significant xij. Apostolos, in quorum honore toties dicitur Gloria patri in nocturnis, prout dictũ est in proœmio quintæ partis. ¶ † Quindecim candelæ significant xij. Apostolos & tres Marias, quæ sequebantur Dominum, quæ extinguuntur quoniam tunc oẽs laudes Dei tacuerunt. Apostolis tamen fugiẽtibus, ipsæ Mariç, quia minus timebant, circa Christum quoad poterant versabantur. vnde legitur: Pelli meæ consumptis carnibus adhęsit os meum, & de. sunt tan. le. c. dẽ. meos. labia, i. mulieres, quæ sunt quasi pellicula circa dentes. ¶ † Vel quatuordecim ex illis candelis significant, quatuordecim articulos fidei: quorum extinctio, significat extinctionem fidei factam in fuga Apostolorum, extinctio uerò ultimæ candelæ significat mortem Christi. ¶ † Duodecim candelæ accensæ repræsentant duodecim Apostolos, quæ extinguntur, ad notandum ꝙ Apostoli tunc siluerunt & fugerunt, & penè extincta est fides in eis. ¶ † Nouem candelæ significant genus humanum, quod per peccatum se à nouem ordinibus angelorum, & à vera luce exclusit. ¶ † Septem candelæ significant gratiam spiritus septiformis, quæ in cordibus discipulorum penè fuit extincta. Vbi verò non obseruatur certus candelarum numerus,

18

Iob. 9

19

20

21

22

numerus, sed quilibet laicus pro velle candelam apponit, huiusmodi candelæ significant prophetas, & alios sanctos patres, qui Christum venturum lumen nostrum prænuntiantes & verba salutis prędicantes, diuersis pœnis uexati mortui sunt & extincti. Porrò omnes candelæ non simul, sed una post aliam extinguntur, quia discipuli non simul à Christo, sed successiuè unus post alium discesserunt. Alia etiam ratio

23 iam sequitur. † Quidam extingunt eas post singula cantica, usque ad plenam extinctionem, figurantes quod singulis canticis siue psalmis mœstitia decidimus, quia uerus sol occubuit gaudiumq; nostrum in luctum est conuersum. Iuxta illud: Cecidit corona capitis nostri, conuersus est in luctum chorus noster. Alij in tribus uicibus eas extingũt, recolentes triduanam Domini sepulturã.

24 ¶ † In quibusdam quoque Ecclesijs candelæ quadam manu cerea extinguntur, quæ

Matt. 26 significat manum Iudæ, de qua Dominus dixit: Qui intingit manum mecum, &c. Quæ fuit quasi cerea, id est, ad malum flexibilis per quam Christus rex noster, & uera lucerna, traditus fuit, & quantum in illo fuit extinctus. Candela autem, quæ in

25 medio est, non † extinguitur, sed in senestra uel arca accensa seruatur occultè, ut posteà reueletur, & Ecclesiam illuminet. Nempe candela ipsa sub eis lumen occultatum significat. ¶ Primo, fidem, quæ in sola uirgine remansit, per quam posteà omnes fideles docti & illuminati sunt. Secundo, significat Christum qui licet uideretur secundum carnem extinctus, tamen secundum diuinitatem, quæ illis erat occulta, uiuebat, & posteà resurgens cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit. Tertio, occultati luminis, quod uidebatur extinctum, reuelatio, notat fidei illuminationem in Apostolis, & alijs, in quibus tunc penè extincta erat. Quarto, notat fidem post infidelitatem. Quinto not. quod ignis spiritus sancti, qui infidelibus uidetur extinctus, iterum relucescet in eisdem. Sexto luminis renouatio, significat

26 noui testamenti renouationem. † Septimo, luminaria successiuè unum post alterum, extinguuntur, & unum quasi penè extinguitur, quia absconditur, & postea reuelatur. Ad notandum, quod peruersi uineæ cultores, & generatio praua nuntios patris, uidelicet prophetas, per uaria tempora completo suo ministerio prophetiæ occiderũt, & tandem patris hæredem, quẽ in sepulchro positum lumine occultato figuramus, cuius luminis reuelatio, est resurrectionis eius manifestatio, & commemoratio. Sanè candela quæ ultima extinguitur, est maior cęteris, secundum quosdam, & significat Christum qui fuit Dominus prophetarum, secundum alios uero ubi nõ est maior cæteris similiter significat Christum qui reputatus est unus ex prophetis, & ultimus extinguitur, quia nullus post eum apud illos propheta surrexit: sed extinctus eis perfidiæ tenebras dereliquit. Et ad canticum euangelicum candela ipsa extinguitur, quia Christus euangelizans occiditur. Et attende, quod in hoc officio pastoris officia, ut capitulum subticentur, quia pastores dispersi fuerant, uersus tamen, quod est minorum officium, non omittitur, quia discipuli minus cogniti uidebantur, Vnde & hoc officium triduanũ potius à minoribus celebratur in typo minorum discipulorum, & mulierũ, qui Dominum sequebantur. † Vociferatio ad be- 27

nedictus & tumultus popularis, qui tunc fit, concrepatio est Iudæ proditoris, & tumultus cohortis, quam cum gladijs & fustibus Iudas contra Christum adduxit: uel cæci discipuli salutatio dicentis, Aue rabbi. Tertio canticum ipsum tunc alta uoce dicitur, ad notandum, quod multi interfecto antichristo gaudebunt. Clangor canentium Κύριε ἐλέησον est tumultus Dominum persequentium, & eum ironicè adorantium, uel significat lamenta sanctarum mulierum, quæ sequebantur Dominum, quæ leguntur posteà lamentari sedentes contra sepulchrum. τροπικὸ uero, id est, uersus illi, qui in illis qui tribus noctibus, cum Κύριε ἐλέησον & Domine miserere, quasi lamentabiliter cantantur, significant lamentationes & dolores mulierum, de cognatione sua, quæ à Galilea fuerant secutæ Iesum, inter quas erant Maria Magdalena, & Maria Iacobi: & Maria Solome, plo- 28

rantes iuxta sepulchrum. † In quibusdam Ecclesijs tropis cantatis, procidentes ad terram, dicunt in tenebris sub silentio: Miserere mei Deus. & collectã: Respice quæsumus

Universidad de Deusto Biblioteca

ſumus Domine, in quo timor Apoſtolorũ in occultis notatur. Poſtea fit cum manu uel alio quodammodo ſonitus ante luminis reuelationem, qui ſonitus repræſentat terroris eorum incuſſionem, uel ex tumultu cohortis, uel ex terræ motu, in quibuſdã tamen Eccleſijs ignis nouus de lapide producitur, quia per Chriſtum mediatorẽ noſtrum nobis ſpiritus ſanctus infunditur.

29 ¶ † Ab hac quoque die uſque ad octauam pentecoſtes in quibuſdam Eccleſijs officium beatæ Mariæ omittitur, ut memoriæ atque reuerentiæ paſſionis & reſurrectionis, de quibus in Eccleſia hoc tempore agitur ardentius inſiſtatur. Cùm enim honor & obſequium ſpecialiter hoc tempore Chriſto eius nato in noſtra humanitate paſſo & glorificato impenſum redundet, in ipſam matrem, nulla quidem ſibi fit iniuria ipſum officium omittendo. Omittitur etiam officium mortuorum, quia cum recordatio beneficiorum Chriſti præcipuè, quę ipſe paſſionis & reſurrectionis ſuę tempore contulit, omnem noſtrum effectum & intellectum requirat. Proinde Eccleſia illud ſolum officium, quod ad ipſum chriſtum ſpectet, in quo de eius paſſione & reſurrectione agitur, eo tempore agit, ut ſic non ad plura diſperſa, ad unum duntaxat uehementius occupetur. Nec per hoc defuncti qui ſunt in purgatorio diſpendium patiuntur, quia cum ſint nobis per charitatem uniti, beneficia noſtra ſecundum quod meruerunt, participantur ab eis, nec expreſſius memoria pro illis fieri poſſet, quàm agendo memoriam de morte & reſurrectione Chriſti, per quam à pœnis liberari expectant. Extra eccleſiam tamen utile eſt ipſa officia dicere.

SVMMA.

1 *Officium diurnum feriæ quintæ Dominicæ quadrageſimæ, & eius forma. etiam ſunt. num. 3.*

2 *Remedia duo contra peccatum.*

4 *Pœnitentes cur admittantur in Eccleſiam ſexta feria Dominicæ in ramis, & numero 5. 6.*

De diurno huius diei officio. Cap. 73.

S EQVITVR de diurno † huius diei officio vide re. Et quidem hæc quinta feria inſignitur ſacramentis, tum ab Eccleſia. tum à Domino inſtitutis, in qua die primo pe- 1

nitentes in Eccleſia introducuntur, qui in capite ieiunij. de ea eiecti fuerant. Vnde in canone Inno. ita legitur: De pœnitentibus uero, qui ſiue ex grauioribus omiſis; ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, ſi nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante paſcha eis remittendum Romanæ Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat: Primò ergo, de pœnitentium introductione in Eccleſiam, dicturi, aliqua de ipſorum eiectione præmittamus. Si quidem miſericors & miſerator Dominus, cuius miſericordiæ non eſt numerus, ſicut in pſalmo habetur, miſericorditer ſemper agens & peccatorũ ſalutem ſitiens per huius mundi pelagus periculosè nauigantibus, & quandoq; fluctuantibus inter alia multa remedia ſpecialiter duas naues ſiue tabulas parauit. Prima eſt baptiſmus. † Secunda pœniten- 2
tia, ſicut Apoſt. ait ad Eph. & quidem pœnitentes de Eccleſia eijciuntur, repræſentat exilium & eiectionẽ Adæ & Euæ de paradiſo propter eſum pomi. Peccatores ergo de Eccleſia eijcimus, & eiectis pœnitentiam ſeptennem, aut aliam pro criminum qualitate imponimus, & eiecti per ſeptem hebdomadas extrà morantur, quia genus humanum in Adam lapſum iudicio Dei in hoc exilio ſeptem milibus damnatur annorum. Maria quoq; lapſa ſeptem diebus extitit extra caſtra: Forma eiectionis habetur in concilio Agathen. Eiectionem uero Cain à facie Domini, repreſentat Eccleſiæ excõmunicando viros ſanguinum, præcipuè cum candelis extinctis, quia & ille & iſti ſpiritũ vitijs extinxerunt, quæ candelæ in prolatiõe anathematis debet proiici, & pedibus conculcari, nec vlterius debent ad aliquem vſum, ſicut nec ſal infatuatum aſſumi. Eiecti ferunt candelas in manibus, ad ſignificandum, quòd pro opere quo primi parentes porrexerunt manus ad pomum uetitum, appoſita eſt ignea romphæa in paradiſo. Num. 12

radiſo. Clauduntur coram eis fores Eccleſiæ in ſignum aditus paradiſi quondam obclu-
3 ſi. Quòd de loco ad locum † vadunt, ſiue in exilium mittuntur, ſignificat, quòd
Gene. Cain poſt morté fratris profugus & vagus
4 fuit ſuper terram. Quòd cilicijs & laneis
Iob. vtuntur de Iob tractum eſt, qui pęnitentiã
42 in fauilla & cinere agens, ſacco ſe operuit: & de Niniuitis qui ſimiliter fecerunt. Cilicium quoq; portãt, in ſignum pellicearum
Ioã. 3 tunicarum Adæ & Euæ. Io. etiam habitum
Gene. recolentes. Carcer pœnitentiæ à Ioſeph
41 initium habuit. Quòd comam & barbam
Iob. 2 nutriunt: tractum eſt de Ioſeph, cui in car
Gen. 3 cere poſito, iſta excreuerunt. Quod iacẽt, aut ſedẽt, in terra, ſumptum eſt de Iob, qui in ſterquillinio ſedit. in terra etiam comedunt, quaſi ipſo facto dicant: Maledicta eſt terra in opere tuo. Non dicitur eis, Aue, quia nondum erat mutatum nomen Euæ, Quòd pedes nudant, nuditatem repræſentant Adæ. Quod ieiunantes, quod indigẽt ornatu gloriæ. Quod baculis vtuntur, tractum eſt de Iacob qui peregrinans in bacu-
Gene. lo Iordanem tranſiuit. ¶ In his etiam omni
32 bus inuitantur ad humilitatem & purgatoriam confeſsionem, & tam peccatorum, quàm æternæ pęnę meditationem, & quod
Gen. 3 ſint memores ſuæ peregrinationis. Nãque eijciuntur de Eccleſia, & poſt eos cantatur, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, hoc ideo fit, vt videntes Eccleſiam pro eis eſſe confuſam, magis ac magis confundantur in veſtimentis quippe ſordidis & excremento crinium & barbæ, multiplicatio miſeriæ peccatorum inſinuatur, quaſi dicant ipſo facto iniquitates meæ multiplicatæ
Pſ. 68 ſunt ſuper capillos capitis mei. Quod in
Pſ. 21 terra iacẽt eis, æternam damnationem ad memoriam reduci, quaſi dicant: Domine perdes omnes qui in terram deſcenderũt, id eſt, qui dediti ſunt terrenis, niſi reſipiſcant. Quod de loco ad locum cum baculo vadunt, eis ad memoriam peregrinationem ſuam reducit, qui per peccatum receſſerunt à Deo in baculo enim intelligitur correctio, & cõſolatio, & ſuſtentatio quaſi
Pſ. 22 dicant: Virga tua & baculus tuus ipſa me
Mar. conſolata ſunt. eſt autem baculus cubita-
4 lis, quia in qua menſura menſi fuerint, re-
4 metietur eis. ¶ † Sed quæritur quare hac die pœnitentes in Eccleſiam introducuntur? Reſpondeo in quinta feria Deus creauit piſces & volucres, piſces in aquis reliquit, volucres in aera leuauit, iuxta illud: Magnæ Deus potentiæ, qui ex aquis &c. partim remittis gurgiti, ſcilicet piſces, partim leuas in aera, ſcilicet volucres. Per piſces intelliguntur cupidi, auari, & luxurioſi, qui in fluxu cupiditatum huius mundi delectantur. Volucres ſunt ſpirituales. qui in ſpiritualem conuerſationem quaſi in aera leuantur. Pęnitentes igitur in quinta feria in Eccleſiam introducũtur, & quaſi ſegregati à malis & ab huius mundi delicijs, in cœlis animo conuerſantur. ¶ Prætereà, in fine quintæ ætatis, quã hæc quinta feria ſignificat. Ioan. bap. pęnitentia prædicauit, & Dominus noſter venit in mundũ, peccata abſoluens, prout in prima hu-
ius de oratione dicitur. ¶ † Rurſus in hac 5
die inſtitutum eſt ſacramentum ſacramentorum, ſcilicet corporis & ſanguinis Domini, cùm Dominus vetus finiuit teſtamentum, & nouum inchoans, panem & vinum in corpus & ſanguinem ſuum tranſſubſtantiauit quod eſt ſacramentum miſericordię. Quia ergo Chriſtus ſolus de miſericordia crimina tollit, vt præmiſſum eſt, ideo pœnitentes hac die reconciliantur, quia hac die miſericordiæ conſecrauit ſacramentum, & inde eſt quod miſſa huius diei ſolenniter cantatur; vt ibi dicetur. Merito igitur hac die, quæ tota in remiſsionem peccatorum conſecrata eſt pœnitentes reconciliantur ad percipiendą corporis & ſanguinis domini ſacramenta. Decuit itaq; hoc ſacramentum ſacramentorum in fine inſtituti quintæ feriæ adueniente ſexta feria, eo quod in fine quintæ ętatis, & in primor
dio ſexte, lex finem, & euangelium ſumpſit 6
exordium. ¶ † Prętereà, hac die abſoluuntur, quia in ea die Chriſtus fuit captus & ligatus, quę ligatio abſolutionem noſtram operata eſt. Hac etiam die Chriſtus lauit pedes diſcipulorum ſuorum, vt pedes & affectus noſtros lauet, id eſt, ſoluat à pec-
catis. † Forma vero reconciliationis eſt 7
hæc. Exit pontifex ad patentes Eccleſiæ, vbi iacent pœnitentes proſtrati in terra, & eos uice Chriſti uocat ad timorem domini dicens ter: Venite. ve. ve. filij audite me, timorem domini docebo uos. Hanc eſſe Chriſti vocẽ probat ti. pſalmi xxviij.

de

de quo sumitur qui talis est psalmus Dauid cum mutauit vultum suum coram Abimelech. Abimelech interpretatur patris mei regnum, per quem Iudeos accipimus, coram quibus verus Dauid mutauit vultum suum, id est, sacrificandi ritum, & ferebatur in manibus, quando panem & vinum dedit discipulis, dicens: Hoc est corpus meum. & hic est sanguis meus, quod quidem hodie factum est. Dicens ergo pontifex vicarius Iesu Christi venite pœnitentes. inuitat ad corporis sanguinisq; conuiuium. Proinde, pro eis orat, genua flectit, eos admonet, eosque reconcilians in Ecclesiam introducit. ¶ Illud etiam notabile est, quòd vndique ianuæ Ecclesiæ patent ad notandum venientes ab austro vel ab aquilone, id est iustos & peccatores, quando accedunt ad misericordiam, non esse prohibendos, & à pascha in anteà patebũt, eo quòd in octaua nostræ resurrectiõis nullum erit improperium peccatorũ electis. ¶ Illud quoque notabis, quòd pœnitentes in Ecclesia recepti, crines & barbam, quam nutrierant deponunt, & se vestes mundas & cultiores depositis pœnitentialibus induunt, à Ioseph capientes exemplum, qui
Gene. 41 de carcere ductus tonsus & lotus est, & vestibus decoratus. per hoc quoque innuitur, quòd deponentes multitudinem peccatorum, induunt vestimenta virtutum.

SVMMA.

1 *Oleum consecratur sexta feria Dominicæ in ramis, idque tripliciter.*
2 *Oleum tripliciter consecratur, & de cuiusque proprietate.*
3 *Oleum infirmorum, quomodo consecretur. Et quare. nu. 5. 6. 7. 8.*
4 *Oleum chrismatum.*
9 *Olei chrismatis consecratio.*
10 *Chrisma ex quibus conficiatur. & qualiter, quaque solennitate. num. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Et quid mysticè sonet illa celebritas tanto apparatu. nu. 18.*
19 *Oleum benedictum, salutatur. Et quoties, & quorsum.*
20 *Episcopus ter exhalat in ampullam olei benedicti, & cur idipsum.*
21 *Oleum catechuminorum. Et eius vsus duplex. num. 22. 23.*

De eadem quinta feria. Cap. 74.

Hac etiam quinta feria † secundò loco tripartitum oleum consecratur, quoniam hodie agnus Dei ad victimam, scilicet vesperam immolabatur, de cuius 1
sanguine vterque postis & superliminare domorum in quibus erat edendus, linieba tur, vt hoc signo viso exterminator Aegypti domos sacri conuiuij præteriret intra- Exod.
ctas, in quo præfiguratum est quòd si frontibus nostris vnctione chrismatis quasi sanguine Christi qui vnctus interpretatur, signum crucis imprimitur, diabolus in domibus animarum nostrarum nullam nocendi habet potestatem. Rectè ergo, qua die illud figuratiuum agebatur, significatum solenniter celebratur. Sed diceres: Consequens igitur esset, vt hac die pueri confirmentur, id est in frontibus chrismate sacro signentur. Respondeo: sancta Ecclesia illum, in quo passus est Dominus, luctui dedicauit, & solennitatis & cõuiuij gaudium in diem tertium, quo resurrexit Dominus reseruauit, & tunc demum pro recuperata salute animarum, quæ est patrata in sexta feria, & pro futura corporum resurrectione, quę donata est nobis in Ecclesia paschalis agni conuiuium celebremus dicentes: Pascha nostrum immolatus est Christus, itaque epulemur. Sumentes ergo illud, i.Cor.
vnde postes nostrarum frontium signare 5
debemus, rectius ab ipsa significatione vsque ad conuiuium paschale cessamus, vt tunc submerso Pharaone transeuntes per mare rubrum signantes domos contra exterminatorem paschale conuiuium celebremus. Sed diceres, cur itaque in sabbatum chrismatis consecratio non differtur? Respondeo, quia ab hac quinta feria vsque ad vesperam sabbati, à missarum solennijs vacamus, ipsum autem chrisma non nisi intra missarum solennias fas est consecrari, sed ante missam baptismum conuenit celebrari prout, sub sabbato sancto dicetur. Vel ideò, in quinta feria consecratio, celebratur, quia Christus in quinta fuit vnctus ætate, nam in quinta venit, qui in sexta sanguinem consecrauit, de cuius vnctione dicit

Dan. 9 dicit Daniel: Vngatur sanctus sanctorum.
Es. 11 Et Esa. Spiritus Domini super me, eo quòd
Ps. 44 vnxit me, ad euangelizandum misit me & Dauid. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ consortibus tuis. cuius vnctio extunc cœpit, cum verbum caro factum est, cum plenitudo diuinitatis in eo corporaliter habitauit, tunc autem completa est, cum in baptismo super ipsum spiritus sanctus in specie columbæ descendit: Ideoq; vnctio, quæ hodie conficitur ad vngẽdum, vsque ad baptismum differtur: vt significemus spiritum sanctum, super Dominum in baptismo visibiliter descendisse, & nos in baptismo spiritum sanctum accipere. Ex his itaque patet in vespera sabbati statim post baptismum esse confirmandum, vt posteà celebretur paschale conuiuium, & q; quibusdam placet, saltè in paucis esse tunc confirmationis mysterium inchoandum.

2 Quia † igitur de triplici oleo mentio facta est, notandum est, quòd triplex sacramentum ex eadem substantia sit olei, ad ostendendum, quod licet vnus sit spiritus sanctus, multiformis est tamen secundum dona sua, vnde Apostolus j. Corin. xij. Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatũ &c. Hoc triplici oleo coaptamus quod inde apparebit, si olei triplicem proprietatem attendamus. Olea enim, vt dicit Isid. est arbor pacis insignis, cuius pinguedo valet ad reficiendos artus lassos & infirmos, & est pabulum luminis, quod est arbor pacis, refertur ad oleum chrismatum, quod pabulum est luminis, refertur ad oleum catechuminorum, quod artus lassos & infirmos reficit, ad oleum infirmorum. Hæc igitur tria præcedentibus verbis Apostolo coaptantur. Siquidem in multitudine pacis esse videtur, qui dulcedinem internæ suauitatis gustauit, sicut dicit psalmus. Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Saporem huius dulcedinis sen-
Ps. 34 ferat ille, qui dicebat: Gratia Dei sum, id
1. Cor. quod sum. j. ad Corin. xv. cap. Hæc gratia
35 est donum sapientiæ, quæ intelligitur per pacis oleum. Verùm, quia hunc saporem libenter in alium deriuat uir fidelis, idcirco alij datur sermo scientię. Scientia enim est doctrina, qua fidelis aliorum uerbo uel ad minus exemplo instruitur, qui per balsamum intelligitur, & quia Apostolus in hoc laborauit, idcirco cum dixisset: Gratia Dei sum id, quod sum, statim subiunxit, & gratia Dei in me uacua non fuit. Hæc duo simul coniuncta, scilicet oleum & balsamum, id est, dulcor sapientiæ, & odor doctrinæ perfectum faciunt seruientem, quæ duo, scilicet sapientia & doctrina, ad oleũ chrismatum pertinent. Ad oleum uero cathecuminorum pertinet fides, quæ mentem illuminat, sicut oleum lumen præstat. Fides enim ualet ad duo, scilicet ad purgamentum & tutamen. purgat præterita uitia, & tutelam præstat contra futura, sicut uerba consecrationis huius olei manifestè ostendunt, quæ inferius exponentur. Ad oleum infirmorum pertinet gratia sanitatum, id est, sanitas corporis & mentis. Valet enim contra utriusque ægritudine, sicut ex uerbis benedictionis ipsius liquet. Quare autem infirmi & cathecumini inunguntur, & de unctionibus, quæ fiunt ex hoc triplici oleo dictum est in prima parte, sub titulo de unctionibus. Sequitur † uide- 3
re de ipsorum oleorum consecrationibus. Et primo de oleo infirmorum, secundo, de oleo chrismato, tertio de oleo sancto. Primo, ergo de oleo infirmorum dicendum est, nam illud prius est consecratum, quàm chrismatum, & sanctum. Et est ratio, quia illius sacramẽtum prius fuit tempore quã chrismati uel sancti. Nam Dominus discipulos suos docuit infirmos ungere, sicut in euangelio dicitur: Oleo ungebant infirmos & curabantur, & Iacobus Apostolus ait: Infirmatur quis &c. Oleum † uero 4
chrismatum & sanctum: scilicet cathecuminorum ab Ecclesia instituta sunt, licet & in ueteri testamento aliqua de utroque habeatur similitudo. Ibi nanque duplex oleum inuenitur, unum uidelicet chrisma quo ungebantur reges. Præcepit enim Dominus Mosi, ut conficeret chrisma, quo ungeret tabernaculum in dedicatione templi, & arcam testamenti Aharon, reges, & sacerdotes, & filios eius, dicens: Sument aromata prima, & oleum. Inde est, quod unctione chrismatis Ecclesias & calices cõsecramus, reges etiam & pontifices inungimus. Moses tamen oleo materiali non legitur inunctus, sed solum spirituali sicut & Christus. Oleum etiam sanctum à lege sumpsit

ſumpſit exordium quo reges tantum & ſacerdotes ungebantur. Alij dicunt, quòd oleum infirmorum Apoſtoli inſtituerunt, qui cum illo ægrotos vngebant. Oleum verò chriſmatum & cathecuminorum apoſtolici viri conſtituerunt, & ideò conſideratio olei infirmorum prior eſt tempore, quàm chriſmati, & etiam, quàm olei ſancti, quia prior & maior & venerabilior eſt doctrina Apoſtolorum, quàm Papæ. Huius autem olei conſecratio non habet tale principium, quale alia habent, quia non dicitur in eo: Dominus vobiſcum, nec oremus: nec Surſum corda, nec aliquid huiuſmodi, nec etiam talem habet finem, qualé in alijs conſecrationibus dicimus, vt infrà dicetur, ſcilicet: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c. vel per eum, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, ſed ſic clauditur. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et eſt ratio, quia benedictio ipſius olei ſancti, non eſt officium per ſe, ſed eſt emboliſmus præcedentis officij, quod apparet, quia cum ponatur ante illud verbũ canonis. Per quem hæc omnia Domine bona ſemper creas: ſtatim benedictione ipſa finita ſubiungitur. Per quem hæc omnia &c. Et ſic eſt ἐμβόλισμος id eſt, adiectio præcedentis officij, ſcilicet illius orationis. Nobis quoque peccatoribus, vbi pro pœnitentibus oratur. Eſt enim duplex emboliſmus prout dictum eſt in quarta parte, ſub titulo de ſilẽtio poſt orationem dominicam. ¶ Sed quare † conſideratio huius olei canoni adijcitur? reſpondeo. ¶ Primò ibi rationabiliter oleum morientium conficitur, vbi mors Domini conſummatur, vt ſicut mors Domini deſtruxit mortis authorem, ſic gratia, quæ per vnctionẽ morienti confertur, deſtruat peccata quæ ſunt cauſa mortis. ¶ Secundo, duo ſunt, de quibus in hoc officio agitur, ſcilicet immolatio Chriſti, & immolatio Eccleſiæ, immolatio Chriſti fuit in cruce, immolatio Eccleſiæ fit cum peccatum moritur. De immolatione Chriſti fit mentio in introitu. Non autem gloriari, & ſpecialiter in canone. de immolatione Eccleſiæ fit mẽtio in epiſtola, vbi dicitur: Si noſmetipſos iudicaremus, non utique iudicaremur. Sunt etiam & alia duo, ſcilicet infirmitas & medicina, infirmitas ex peccatis ſæpe prouenit, medicina de gratia Dei. De infirmitatibus ait Paulus in epiſtola: Qui indignè manducat, & bibit corpus & ſanguinem Domini, iudicium ſibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Idcirco inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. De medicina dicit Iacobus: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi ī peccatis ſit, dimittuntur ei. Si igitur propterea infirmantur quia manducant corpus Domini indignè, & gratia ſpiritus ſancti, quam ſignificat hæc vnctio, eos ſaluat, merito † conſecrationi corporis Domini adijcitur conſecratio huius olei. Per paſſionem enim Domini, cuius commemoratio fit in conſecratione corporis, proſtratus eſt diabolus, & gratia ſpiritus ſancti, cuius ſignũ eſt vnctio diaboli arma, id eſt, peccata quotidiana tolluntur. ¶ † Tertio ideo conſecratio olei infirmorum conſecrationi corporis Chriſti adiungitur, quia nouiſſima oratio conſecrationis corporis Chriſti ex voto pœnitentium fit. congruè igitur ſub ea conſecratur oleum pro pœnitentibus, vbi eorum ſacrificia Domino offeruntur. ¶ Conſequenter attendamus aliqua verba conſecrationis huius olei infirmorum, dicitur enim ibi ſic: Emitte ſpiritum tuum paracletum in hanc pinguedinem olei. Nempe non ſine cauſa ponitur ibi paracletum, quod patebit, ſi triplicis olei efficaciam attendamus. Oleum ſanctum præcipit, ſiue in exorciſmo olei ſancti, uidelicet catechuminorum, præcipitur diabolo vt recedat à catechumino, qui adhuc reputatur mortuus, quouſque non eſt baptizatus, oleum chriſmate iam uiuẽtes ſanctificat, oleum infirmorum iam ſauciatis medelam præſtat, quia verò ægritudinem ſequitur dolor, vnde in eadem conſecratione olei infirmorum, dicitur ad euacuandum omnes dolores, & omnem ægritudinem, ſequitur quòd dolorum eſt conſolatio, ideò rectè ponitur ibi: Paracletum, quod interpretatur conſolator. In mortuo autem, qui dolorem non ſentit, non ſequitur conſolatio, ſed nec ſanus, nec ſanctificatus, quia in eo non eſt infirmitas, ex qua

1.Cor. 2

Iac. 5.

6

7

ex qua dolor non indiget conſolatione.

8 ¶ † Circa oblationem eiuſdem olei infirmorũ notandum eſt ꝙ in ordinario ita ſcribitur. Offeratur pontifici oleũ quod offerunt populi ante quàm dicatur. Per quem hęc omnia ſemper Domine bona creas. Nẽpe hoc in Exod. xxvij. c. præfiguratũ eſt. vbi dicitur Moſi, ꝙ accipiat à populo oleũ oliuarum puriſſimũ. Oleũ ſiquidẽ cum offertur à populo, tantum liquor eſt, ſed per benedictionem, fit ſacramentũ. Myſticè autẽ hæc oblatio ſiue adminiſtratio, ſignificat ꝙ populus debet clero temporalia miniſtrare, ſpiritualia miniſtrãti ei: vnde Apoſtolus: Si ſeminauimus vobis ſpiritualia nõ eſt magnũ ſi veſtra carnalia, metamus. Conſecrat autẽ oleum Epiſcopus cũ omnibus ſacerdotibus ei adſtantibus, quia hoc ſacramentũ fuit à Chriſti diſcipulis inſtitutũ, vel tractũ eſt ab antiqua conſuetudine, qua conſueuerat eccleſia primitiua ſimul cũ pontifice verbis & manibus corpus Chriſti conficere, fortè ad teſtimoniũ prout hodie in miſſa de ordinibus, cũ ordinatore faciunt ordinati. Nã & ſumus pontifex quoties diuina celebrat, ſacerdotes ei adſtãtes verbis & manibus cũ eo conſecrãt & quia, vt iam dictum eſt, huius olei conſecratio eſt ἐμβόλισμος canonis: idcirco eam totã ſicut & canonẽ ſacerdotes cũ eo dicũt inde perficit officiũ Epiſcopus vſque ad illũ locum. Pax Domini ſit ſemper vobiſcũ: & clericus reſpondet: Et cum ſpiritu tuo. & tũc tacet, & ſolus Epiſcopus cõmunicat.

9 ¶ † Secundo videndum reſtat de oleo chriſmatis. Fabianus enim Papa ſtatuit hac die ſingulis annis debere confici chriſma: quia nouum eſt ſacramentum, & ideo ſemper eſt innouandum, & vetus concremandum. Ita enim ab Apoſtolis eorum ſucceſſoribus accepit à cunctiſque tenenda mandauit. ¶ Circa † quod ſciendum eſt, quod chriſma conficitur ex balſamo & oleo propter myſticam rationem, quoniam per oleum nitor conſcientiæ deſignatur iuxta illud Euangelij: Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lãpadibus &c. Per balſamum vero exprimitur odor famæ, per quod in libro ſapientiæ dicitur: Sicut balſamus aromatizans dedi odorem. Oleo ergo, quod lucet, additur balſamus, qui redolet, quia fide operante per dilectionem, lucere, & bona fama redolere ad honorem Dei & ad utilitatem proximi debemus. Odor enim balſami in oleo bonam operationem longè lateque diffuſam gratia Spiritus ſancti cooperante demonſtrat. ¶ Secundo additur † oleo balſamum, ad ſignificandum, quòd in vultu Chriſti reſplenduit cœleſtis nitor, & gratia excellẽtius, quam in alijs. Nam vt Hieronym. ait. Virgo de virgine natus, qui non ex voluptate carnis, neque ex volũtate uiri, ſed ex voluntate Dei natus eſt, niſi habuiſſet in vultu oculiſq; quoddã deſideriũ: nunquam eũ ſtatim cum ingenti deſiderio ſecuti fuiſſent Apoſtoli, nec qui venerant ad eum comprehendendum, corruiſſent. Iſte nitor operante Dei, gratia, vultus electorum exhilarat, ut Dominum cũ magna dilectione imitẽntur. Vnde in præfatione, quæ cantatur in conſecratione chriſmatis, Dicitur: Dauid prophetico ſpiritu gratiæ tuæ ſacramẽta prænoſcens, vultus noſtros in oleo exhilarandos eſſe cantauit, & paulo poſt. Huius olei vnctio vultus noſtros iucundos efficit, ac ſerenos. Vultus noſtri ſunt operum noſtrorum manifeſtatio. ¶ Tertio, quoque balſamus oleo additur, vt omnes qui ex eo vncti fuerint operante gratia Spiritus ſancti conuerſioni doctrinam iũgere nitãtur. Et hęc duo ſcilicet, vita & doctrina, ſunt connexa in ſeptem donis Spiritus ſancti: propter quod chriſmalis vnctio fit. nam ſapiẽtia ad vitam, intellectus ad doctrinam: conſilium, etiam ad doctrinam, fortitudo, ad uitam. ſcientia, ac doctrinam, pietas ad vitam, & timor ad vitam refertur. Doctrina autem per balſamum intelligitur, ut præmiſſum eſt. Χρῖσμα dicitur vnctio latinè: quæ etiam Domino nomen accommodauit. Nam Chriſtus à chriſmate dicitur vnctus, prout dictum eſt in proœmio ſecundæ partis. Conſecratur † autem chriſma in eo loco, vbi conſueuimus dare pacem, ſicut & oleum ſanctum, & hæc ideo, vt pax & concordia per vnctionem chriſmatis regnet in nobis. Chriſmate enim vngimur, ut donis Spiritus ſancti repleti Deo & hominibus pacificemur, quia in malinolam animam non introibit ſapientia. Habet quidem chriſma officium per ſe quod inchoatur à Surſum corda: & finitur,

11

10

Matt. 25

Pſ. 24

13

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, Per Christum Dominum nostrum, qui uiuit & regnat, pertinet enim ad eos, qui
14 resurrexerunt & viuunt cũ Christo. ¶ † Sanè postquam solus pontifex communicauit, ut præmissum est, ipse vadit sedere super sedem suam, & tunc duodecim presbyteri parati duodecim Apostolos significantes, & alij clerici discipulos significantes descendunt in sacrarium ad apportandum solenniter tam oleum chrismale, quam sanctum, siue cathecuminorum hoc
15 modo. Præcedunt † nanque duo luminaria, & sequuntur duæ cruces: & in earum medio unus acolythus ferens ampullam, cum oleo futuro chrismali: subsequuntur duo turibula, & in eorũ medio alter acolythus ferens aliã ampullam cũ oleo futuro, sancto: subsequenter diaconus librum euangelij ferens, deinde dicti presbyteri, & alij clerici bini sequuntur, quousque peruenitur ad gradus ante altare. Nempe duo luminaria sunt lex, & prophetæ, quæ nobis Saluatorem prænuntiauerunt. duæ cruces sũt duo martiria sine sãguine. s. mortificatio corporis proprij, quæ est crux à sinistris, & cõpassio proximi, quę est crux à dextris. Inter has fertur oleum futurum chrismale, quo inunguntur pugnatores, qui debent esse parati ad martyriũ, & semper duplici martyrio debent se affligere. Crucem à sinistris habebat ille qui dicebat. j. ad Corint. ix. Castigo corpus meum: & in seruitutem redigo. Crucem à dextris habebat idem, qui dicebat. ij. Corint. xj. Quis infirmatur, & ego non
16 infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Duo enim turibula † sunt duplex genus orationis, scilicet oratio pro remouendis malis: & oratio pro adipiscendis
Ps. 54 bonis. Hæc duo notat Psalmista, cum dicit: Exaudi Deus orationem meam, scilicet quæ est pro adipiscendis bonis & ne despexeris deprecationem meam, scilicet quæ est pro remouendis malis. Inter duo turibula fertur oleum futurorum catechuminorum, quia pro catechuminis est orandum, & eos orare oportet, vt ad robur, quòd per oleum chrismale significatur valeant peruenire. Inde euangelium sequitur, quia in eo totius boni nostri est consummatio presbyteri, & alij bini sequuntur, quasi dicant sponsæ, Cantic. j. Trahe me post te: & occurremus in odorem vnguentorum tuorum. Potest etiam dici, quod ampulla cũ oleo futuro catechuminorum humanitatem Christi significat plenã Spiritui sancto: Duo luminaria, duæ cruces, duo turibula, sunt lex & prophetæ, quæ prædixerunt Christum & Dominum esse venturum. Sequens vero euangelium affirmat, quod lex & prophetæ prædixerunt, presbyteri & clerici bini & bini sunt testes chrismali mysterij: Hi sunt Apostoli bini ad prædicationis officium destinati, cooperatores & testes Christi: Cantus istorum, scilicet, O redemptor: prædicationem & orationem significat Apostolorum. Ampulla quoque in singulos ordines ad altare defertur, per quod innuitur, quòd Dominus in corpore suo ante
passionem officia septem ordinum adim. 17
pleuit. ¶ † Præmisimus de ductione olei chrismalis, & sancti, siue catechuminorum, de sacrario, vsque ad sanctuarium, nunc dicamus de eadem vsque ad episcopum. Postea enim quam dicta processio venit ad sanctuarium, nec tunc ante altare ad orientem ordinare se disponunt, ostiarij, lectores, & exorcistæ, & acolythi, ita vt sextum locum obtineat subdiaconus, qui illa die legit epistolam, & post omnes est acolythus cum ampulla, ita quòd omnes sunt sub vmbraculo, sub quo ampulla delata est à sacrario, quæ defertur de uno ad alterum, per quandam connexionem sindonis albæ, qua ex parte velata est ampulla, quousque perueniat ad Episcopum, ita, ut à medio sursum uideri possit. Nempe in connexione sindonis, connexio intelligitur charitatis. Ampulla Christus est, uel ampulla cum chrismate corpus Domini ex virgine Maria assumptum cum diuinitate, scilicet Christum vi uum esse significat præmissum ordinẽ quæ dam ecclesiæ seruant. Est & aljus ordo quẽ & aliæ seruant, nam fertur ampulla cooperta sindone alba, in sinistro brachio, portantem ampullam præcedit lumen, & antecedant duo sacerdotes, unus cum turibulo, alius cum cruce, & in medio eorum diaconus cum libro euangelij, & super capita eorum fertur vmbraculum seu pallium, & duo antecedunt cantando. In † quo facto 18
representatur processio. quam fecerunt filij

lij Israel tendentes per desertum ad terram promissionis: quoniam sindon est arca, ampulla vrna, lumen præcedens ampullam, colũna ignis, quę pręcedebat populũ, sacerdos cum turibulo, Aaron cum turibulo. Nume. xvij. cap. sacerdos cum cruce, Iosue cum sceptro, diaconus cum libro euangelij. Moses cum libro legis. Vmbraculum est tabernaculum, vel nubes lucidissima, quæ filios Israel obumbrauit, qui cantãtes pręcedunt, lætitiam eorum significant, qui ad terram promissionis transierunt. Vel duo cantores, sunt prędicatores, duo præ
1. Cor. cepta charitatis annuntiantes. Hæc autem
10 omnia in figura contingebant illis. In hoc etiam facto representatur processio Christi & ecclesiæ tẽdentes de hoc mundo ad patriam. Nempe ampulla est Christus, sindon alba, est sancta conuersatio eius. In sinistro brachio tenetur, quia hæc omnia in hac vita, quæ per sinistrã significatur, acta sunt, vel quia conuersatus est in uita præsenti: lumen præcedens, est Ioannes, qui fuit lucerna ardẽs, diaconus in medio duorum sacerdotũ, est Christus in medio Mosi & Heliæ, duo præcedentes cum lumine sunt discipuli, quos binos misit ante faciẽ suam. Ampulla fertur cooperta vsque ad altare, & tunc discooperitur, quia quasi Christus coopertus fuit vsque ad passionẽ nam penè ab omnibus eius conuersatio sancta dicebatur. Sed in passione fuit nudus, hominũ reputatione, quia qui paucis diebus ante dixerant: Benedictus qui ve-
Matt. nit in nomine domini, clamauerunt, cruci
3 fige, crucifige eũ. Quidã tamen prius quàm ad altare peruenianť, ampullã mediã cooperitur mediãnudã, ad altare ꝓducũt, quia Christus ante passionem modo latuit, ut confugit in Aegyptum, & cum inter cognatos quærebatur, & cum parentibus subijciebatur, modo se palam exhibuit, ut
Io. 10 cum prædicauit vltra hominem dicẽs: Ego & pater vnum sumus, & cum miracula fecit, in quibus uirtutem suæ diuinitatis ostẽ
19 dit. Ampulla † statim postquam benedicta fuit ex parte cooperta, & ex parte discooperta, vt allata fuerat salutatur ab episcopo & presbyteris, quia Christus post quam transiuit ad altare crucis, id est, ad immolationem, & se Deo patri, sicut ampulla ad consecrationem Episcopi aliqua parte corpus suum nudum monstrauit, ut Thomæ & alijs discipulis, quos voluit esse testes suæ resurrectionis, alijs vero inuisibilis fuit. Vel ideo pro parte nuda, & pro parte discooperta salutatur, quia Christus in humanitate manifestus, & in diuinitate occultus ab omnibus veneratur. Salutantur autem ampullæ quinquies ab Episcopo, vt de quinque vulneribus gratiarũ actio Christo reddatur. Postquam autem ampulla salutata est à ministris altaris. cooperitur vt à nemine nuda videatur, & cooperta iterum salutatur: quia Christus postquam salutauit & manifestauit se discipulis suis, quos uoluit suos, suæque resurrectionis esse testes, ascendit in cœlum & inuisibilis factus est hominibus. Sed quã uis eius præsentiam corporalem non videamus, tamen venerando eum quotidie salutamus, quia discipuli eum ascendẽtem in cœlum adorauerunt. Tandem ampulla in sacrarium defertur, ut Christus in cœlum, quem veneramur per fidem, donec perueniamus ad ipsũ, ideo sindon mũda est
eius caro, uel cõuersio immaculata. ¶ † Sa- 20
ne Episcopus ter halat in ampullã. ¶ Primo quia sicut halitus ab interioribus & secretis procedit ad publicum, & vocatur spiritus: sic Episcopus per Spiritum suum demonstrat Spiritum sanctum à patre & filio procedentem, in corpore domini habitare. Ampulla enim cũ chrismate, corpus significat cum diuinitate, ampulla vero cũ oleo, humanitatem plenam Spiritu sancto designat. Secundo etiam halat, quia legitur in euangelio, quòd Dominus insufflauit in discipulos dicens: Accipite Spiritũ sanctum &c. Hic igitur halitus, illam insufflationem significat. Ideo autem ter halat quia tres personę sunt, & nunquam Spiritus sanctus est sine patre & filio, à quibus procedit & à seipso venit. Datur autẽ Spiritus sanctus officio sacerdotum, sed nõ datur ab alijs: sic enim adest uirtus Spiritus sancti per insufflationem à sacerdote factam, in honore & sanctificatione ipsius Spiritus sancti, sicuti per verba, quæ dicuntur in nomine suo, His peractis cantatur 21
agnus Dei & cõto. ¶ Tertio loco † circa oleum sanctum seu catechuminorum, de eius deductione præmissum est, sciendum, quòd hæc olei benedictio proprium habet.

bet officium. Nam post eius exorcismum, quem episcopus lenta voce dicit, quasi prę facionem inchoat dicens: Dominus vobiscum: Sursum corda: & finitur: Per eundem dominum nostrum Iesum Christum qui te cum viuit &c. & in eo loco consecratur, vbi dicitur. Pax domini &c. Hoc enim est corpus gratiæ Dei, ut pacem & concordiã inter nos habemus, ut per vnctionem pax habeatur. Olea nempe, vt dictum est, est arbor pacis insignis, quod præfiguratum est in veteri testamento, sicut verba huius consecrationis habent, quæ sunt hæc. Et cum mundi crimina diluuio expiarentur effuso similitudinem futuri muneris demonstrãs per ramum virentis oliuæ pacem in terra
22 reditam nuntiauit. ¶ Valet † etiam huius olei vnctio ad duo, scilicet ad purgationẽ & tutel. ¶ Ad purgationem, vt si quæ cate chumino postquam uenit in scrutinium, adhæsere maculæ, recedant ad tutelam: vt diabolus expulsus redire non audeat, verba orationis hoc demonstrant dicendo: Si qua illius aduersantium spũm tuũ adhæserũt maculæ, recedãt ad tactũ huius sãctificati olei. Hæc de purgatione. ¶ †
23 De tutela sequitur. Nullis spiritualibus nequitijs locus, nulla refugis virtutibus facultas, nulla insidiantibus malis latendi licentia relinquatur. Quia vero diabolum se damnandum maximè in futuro iudicio nouit: & inde tremit, idcirco exorcismus terminatur. Per eũdem dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Exorcismus enim est adiuratio. Nam in ea adiuratur diabolus vt recedat. Item quia hoc oleo perfusi & baptizati spem regni habent idcirco oratio terminatur: Per eundem dominum nostrum.

ADNOTATIO.

*Chrismate.] Chrisma fit ex oleo & balsamo, idque mystica ratione, ut In noc. docet cap. j. de sacra vnctione. Ab alio uero non conficitur, quam ab Episcopo, ut testatur Leo Papa, epist. 86. capit. 37. Quod confirmarunt Bracarense concilium, ca. 3. Carthaginense Secundnm, cap. 2. Carthaginense Tertium, ca. 36. Vnde chrisma ab Episcopo confectum, singulis annis certis temporibus more ecclesiastico communicatur, vt sacris canonibus est cautum: maxime iuxta sanctiones concilij Ansitodorensis, capitul. 6. item. Tholetani Primi, cap. 20. N. D.

SVMMA.

1 *Missa quinta feriæ dominicæ in ramis & eius officium nu. 37. 14.*
2 *Gloria in excelsis non cantatur quinta feria dominicæ in ramis, nisi Episcopo præsente.*
3 *Christus lauit pedes Apostolorum, tribus potissimum de causis. & nu. 5.*
6 *Lotio pedum, an sit mandatum potius quàm consilium.*
8 *Symbolum Apostolorum, cur non dicatur in Missa quintæ feriæ dominicæ in ramis.*
9 *Innocentius Papa statuit corpus Christi sub specie panis reseruari, in quinta feria dominicæ in ramis Et curis itidẽ sangninẽ. n. 10.*
11 *Vinum, die parasceues sumptum cum Dominico corpore seruato à quinta feria, an consecretur, & sanguis Christi efficiatur per immissionem ipsius corporis in calicem, & per eius tactum.*
12 *Consecratio, & sanctificatio, qui differant.*
13 *Papæ ritus celebrandi quinta feria dominicæ in ramis.*

De officio Missę ipsius quintæ feriæ. Cap. 75.

TERTIO seriatim missæ huius diei officium prosequamur. ¶ † Sanè in 1
persona pœnitentium cantat in Ecclesia in principio missæ: Non autem gloriari oportet. Tales enim debent & possunt gloriari in cruce, qui pœnitentiam perfecte egerunt. & quoniam in hac die institutũ est sacramentum sacramẽtorum, ut præmissum est, ideo ad solennitatem noui sacrificij, & propter gaudium reconciliationis pœnitentium cantat Ecclesia in missa cantica lætitiæ præter allelu-Ia: & missa solennis

nis dicitur in contentu & ornatu ministrorum, sicut in festo natalis Christi. Nã hoc festum omnia alia excellit, excepto festo Trinitatis: & uidetur quodammodo ecclesia sibi contraria: cum in alijs huius diei horis cantica lætitię reticeat, & ea sub breuitate & quasi flebiliter dicat. Sed non est contrarietas, quia alia est causa lætitiæ, alia est tristitiæ. Propter memoriam enim passionis est tristitia: propter institutionem uerò sacramenti sacramentorum, est gaudium: & ideo ex institutione Bonifa-
2 cij Papæ cantat ecclesia: Gloria † in excelsis Deo, quia gaudent Angeli de conuersione pœnitentium, & hoc in ecclesijs in quibus chrisma conficitur, & non in alijs prout quidam dicunt. Vbi enim episcopus præsens non est: nec gloria in excelsis dicitur: nec aliæ solennitates seruantur, ut dicunt: quanuis & tunc neque flectamus genua: nec oratio super populum
3 dicatur. ¶ Epistola uerò. † Conuenien-
Phil. 2 tibus &c. quæ est prima Corinth. xj. est de modo sumendi, Cœnam Domini. ¶ Responsorium est de crucis, siue de Christi per crucem exaltatione. Christus factus est obediens, vsque ad mortem, & est sexti toni propter obedientiæ perfectionem, quoniam senarius numerus perfectus est. ¶ Euangelium est: Ante diem. Ioan. xiij. cap. ubi sequitur. Cum dilexisset suos Iesus, in finẽ dilexit eos, & est de dilectione & humilitate, quia illud sacramentum est dilectionis & humilitatis. Agitur etiam ibi de lotione pedum: quia Dominus præcinxit se linteo, id est, humanitate purissima: immittens aquam in peluim, id est, gratiam in corde, & lauit pedes, id est, affectus. Venit autem ad Simeonem Petrum, qui recusauit ex humilitate tantum. tertia tamen uice obediuit, & oportuit eũ obedire, ut haberet partem cum eo: unde
4 uocatur Simon Petrus, propter obedientiam. ¶ Tres † ergo sunt causæ, quare Dominus uoluit lauare pedes discipulorum. Primo propter signum dilectionis. ¶ Secundo, in exemplum humilitatis. Tertio ratione mysterij: quia lotio pedum designat lotionem affectuum. Puluis enim adhæserat pedibus Apostolorum, id est, elatio inanis gloriæ, quando dixerant, Domine ĩ nomine tuo eijcimus dęmonia. & quãdo conuertebantur plures: uel tristitia, quando non conuertebantur homines ad uolũtatem suam. Et ideò oportuit lauare huiusmodi affectiones in illo die, ut sic essent mundi toti. Nam prima die ieunij dixit Dominus. Tu autem, cum ieiunas, faciem tuam, id est, animam uel rationem tuam laua, id est, à pecato mortali, munda. Cùm igitur à principio lauamus nos à peccato mortali, à puluere, id est, à uenialibus, debemus abstergi. hoc autem fit, ut digne possumus accipere corpus Christi: quod fit peracta perfecta pœnitentia: & ideò fiunt pœnitentium absolutiones in hac die, ut præmissum est, Pedum quoque lotio, significat lotionem Mariæ, quando lauit lachrymis pedes Domini, ideò cantatur antiphona illa: Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. ¶ † Rursus lotio pedũ, sig- 8
num est remissionis peccatorũ. In baptismo nanque unusquisq; totus abluitur, sed cum in rebus humanis postea uiuitur, utique terra calcatur. Ipsi enim humani affectus, sine quibus in hac uita mortali non uiuitur, quasi pedes sunt. Qui ergo non in- Lu. 7.
diget, nisi ut pedes lauet, offendit oĩa peccata sibi esse dimissa, sine quibus hæc uita non ducitur. Pedes ergo qui sunt ultima pars corporis lauantur, ad notandũ q; Iudæi aqua baptismatis in ultimo tempore mundabuntur: unde & reliquiæ Israel saluabũtur. Quare aũt fiat hæc lotio ista die, supra dictum est. ¶ † Et est notandum, q; ex 6
omnibus mãdatis Dei istud solum dicitur antonomaticè mãdatum, quoniam maiori exhibitione officij hoc obseruari præcepit cũ discipulis suis pedes lauit, dicens: Si ego laui uobis pedes Dñs & magister, & vos inuicẽ debetis alter alterius pedes lauare. Et ẽt cũ interdictio ait Petro. Si non lauero tibi pedes &c. Mandatũ ẽt illud, de quo dictũ est in proximo sabbato, qd̃ fit à prælatis, representat illud, quod Christus fecit. Et attende, q; ad antiphonas, q̃ dicũtur, dũ fit mandatũ, non dẽ nisi unus uersus de uno psalmo, quia alij eiusdẽ psal. nõ ita eõ ueniunt cũ antiphonis, uel cũ his q̃ in ipso mãdato fiunt. In offertorio oftẽdunt p̃missa duo simul, videlicet q; debemus à mortalibus & uenialibus abstergi, dicẽdo. Dex- Psal.
tra Dñi fecit virtutẽ, absoluẽdo à morta- 118
libus. Dextra Dñi exaltauit me absoluẽdo

à uenialibus. Post communio: † Et Domi
nus Iesus postquam cœnauit. Io. xiiij. cap.
ostenditur humilitas & secundi toni, pro-
pter secundã lotionem à uenialibus. ¶ Bre
uiter autem notandum est, quòd huius mis
sæ officium, nostræ redemptionis continet
summam & mysterium. Nam in Euãgelio
legitur de pedũ lotione in epistola de cor
pore Christi & sanguine, in introitu de
cruce, in graduali de morte, in offerenda
de resurrectione. Nam hæc omnia secundũ
mysticum sensum ex Euangelio, quod est
caput officij, pendent. Christus quidẽ, cum
discipulis cœnans surrexit à cœna, uesti-
menta deposuit: linteo se præcinxit, aquã
in peluim misit, & inter cœnandum pedes
eorum lauit, & ipsos lauare docuit, & post
lotionem iterum recubuit. Nempe Chri-
stum à cœna surgere, est ab accubitu patris
uenire: uestimenta deponere, se exinani-
re, linteum præcingere, formam serui acci
pere, aquam in peluim mittere, sanguinẽ
suum effundere, pedes lauare, peccata re-
mittere, linteo extergere, passionis fide
mundare: uestimenta resumere, & à mor-
tuis resurgere, & uestem gloriosæ carnis
induere: recumbere, & ascendere, & in dex
tera Dei sedere ad hoc pertinet officia. Di
scipulos docere, est eis Spiritum sanctum
8 mittere. Veruntamen † quia nondum per-
fectè credebant, ideo nõ dicitur, credo. Ec-
ce breuiter summa redemptionis humanę
quæ fuit omnibus sufficiens: sed non effi-
ciens. Vnde agitur in oratione: Deus à quo
& Iudas. de duobus generibus pœnitentiũ,
uno proficientium, vt latronis confitentis,
Lu. 23 qui audire meruit. Hodie mecũ eris in pa-
radiso', & alio non proficientium', ut la-
tronis contemnentis, & Iudæ proditoris,
9 qui laqueo se suspendit. ¶ Innocentius † Pa
pa statuit hac die corpus Christi sub spe-
cie panis reseruari, ut infirmi & religiosi,
quibus est necessitas cõmunicandi, habeãt
ipsum, & propter officium adimplendum:
nam in duobus diebus sequentibus nõ con
ficitur corpus Christi. Sanguis uerò nõ ser
uatur sub specie uini, propter multa. ¶ Pri
10 mo, quia † uinum quod liquidum est, de fa
cili posset ex negligentia spargi. ¶ Secun-
do, quia per calicem, qui hac die sumitur,
finis ueteris legis intelligitur, unde secun-
dum Lucã, per calicẽ discipulis, & nõ alijs
eadem die datum Dñs discipulos designa-
uit. Tertio, quia corpus quod seruatur, nõ
est sine sanguine. ¶ Quarto, quia per hoc,
q̃ sanguis non seruatur, ostenditur q̃ uetus
sacrificium debet cessare. Panis nanq; no-
uum, Vinum uerò uetus designat testamen
tum. Ad quod ostendendum Dñs, cum bi-
bisset, inquit. Consummatum est. Ergo ca-
lix sumitur, & panis seruatur eo q̃ lex fi-
nem, & Euangeliũ habet initiũ. ¶ Quinto, Io. 19
quia Christus dixit in cœna Dñi: Amen di Matt.
co uobis, non bibam amodo de hoc geni- 26.
mine uitis, donec bibam illud in regno pa
tris mei. Non autem dixit de corpore seu
de esu, Imo inuenitur, q̃ postea comedit
partem piscis assi & fauum mellis, sed non
inuenitur, q̃ postea biberit. ¶ † Sed nũquid 11
uinum, quod in die parasceues cum domi-
nico corpore seruato sumitur in altari cõ
secratur, & sanguis Christi efficitur p im-
missionem ipsius corporis in calicẽ, & per
eius tactum? Super hoc dicunt quidam q̃
per dominicam orationem, quę tunc dicr-
tur, fit consecratio siue cõmutatio uini in
sanguinem. Nam Grego. assignans causam,
quare dominica oratio in die illa à sacer-
dote dicatur, dicit q̃ in primitiua ecclesia
Apostoli sola dominica oratione utebar-
tur in consecratione. Nos tũ hoc non dici-
mus, quia si hoc iam esset, non esset necesse
corpus Domini ad diem illum seruari. Præ
terea, ex his quæ in canone dominicã ora-
tionem præcedunt, satis patet, q̃ ad prola
tionem ipsius orationis transsubstantiatio
non fit, & nullo tempore missa fuit cele-
brata sine uerbis illis. Hoc est corpus meũ
&c. quæ sola in principio nascentis eccle-
siæ proferebantur, ad conficiendum ab A-
postolis: qui postmodum orationem do-
minicam superaddiderunt, prout dictum
est in proęmio huius partis. Dicimus ergo
illud, hoc non consecrari, sed sanctificari:
differt † autem inter hæc. Nam consecra- 12
tio, est cõsecratione transsubstantiare: san-
ctificare, est ex contractu seu admistione
sacrę rei reuerendũ, & sanctum effici, ut pa
tet in aqua benedicta, cui alia admiscetur.
Item sanctificatũ dicitur, quod à tactu rei
sanctificatæ efficitur magis reuerendum.
Si enim diceretur, quòd solo contactu ui-
num & aqua consecrarentur, magnum in-
conueniens sequeretur. Nam sic contingere-

ret calicem non posse lauari, & millia mil
le panum à tactu unius hostiæ sine uerbis
posse consecrari, & quòd si gutta aquæ be-
nedictæ in stagnum, uel puteum funderet-
ur, aqua illa benedicta perpetuo remaneret,
& alia plura. Præterea, si uinum tactũ
dominici corporis consecraretur, esset cõ-
tra decretum. de consecratione distinctio
ne. iij. sabbato quod prohibet die hac
fieri consecrationem, de quo dictum est in
quarta parte sub septima particula secre-
13 tæ super uerba Hic est calix. ¶ Illud † quo-
que prętereundum non est, quia Romanus
pontifex hodie remota tabula Lateraṅ. al
taris, de qua dictum est in prima parte sub
titulo de altaris dedicatione, & in secũda
parte sub titulo de diacono, infra ipsum al
tare conficit Eucharistiam, & sanguinem,
& cum turribulo incensat illud, in hoc fa
cto representans, quia summus pontifex le
galis semel in anno ingrediebatur in san-
cta sanctorum cum sanguine: secum portãs
turribulum uiuis carbonibus plenum, pro
ut dictum est in quarta parte, & sub tertia
parte canonis. Sic & secundum apostolum
ad Hebr. ix. Christus per proprium sangui
nem introiuit semel in sancta æterna re-
demptione inuenta. Peracto missæ officio
statim inter cœnandum, id est, dum sacer-
dos communicat, cantatur uespertinum of
ficium ad ostendẽdum, quòd hoc sacramen
tum, scilicet Eucharistię institutum fuit in
uespera. Quia ergo redemptio nostra in ve
spera mundi, id est, in sexta ætate seculi,
facta est, ideo uespertina σύναξις. i. psal-
modia siue solennitas psalmorum, numero
missæ continuatur, & sub unica oratione
14 utrunque officium terminatur, † scilicet
per ite missa: si episcopus adest, uel de Be-
nedicamus propter uespertinam cõclusio-
nem. Et quia ecclesiæ datus est calix, ideo
est prima antiphona: Calicem salutaris ac
cipiam, quem dedit Dominus apostolis di
cens. Hic est calix noui testamenti in san-
guine meo. Secunda antiphona est. Cũ his
qui oderunt pacem, eram pacificus. Patiẽ-
tia enim', quam habet ille, qui paratus est
bibere calicem Domini, pacem cum omni
bus operatur. In alijs tribus rogat se libe-
rari, quia habita pace pectoris non mouetur
homo propter tribulationes, & hoc e-
tiam habet à Deo, unde petit liberari. An
tiphona ad magnificat. Cęnantibus &c. est
de cœna Domini.

SVMMA.

1 *Altaria quota feria denudentur. Et quid il-
la denudatio notet. vide per discursum.
nume. 2. 3. 4.*
5 *Altaria cur lauentur uino & aqua, & quid
significent rami, quibus fricantur. nu 6.*
7 *Pauimentum ecclesiæ, cur mundetur quinta
feria Dominicæ in ramis. Et cur detur sym-
bolum competentibus. nu. 8.*

De denudatione altarium. Cap. 76.

VARTO † loco notandũ 1
est, q̃ statim uespertino finito officio denu-
dantur altaria usq; in sabbatum: quæ postmo
dum in tertia die coo-
periuntur. ¶ † Siquidẽ 2
hæc denudatio, significat primo recessum
discipulorum Domini seu apostolorũ. Vn
de. Qui iuxta me erant, de longe steterũt.
Et in Euangelio: Relicto eo omnes fuge- Ps. 17
runt. Altare nanque, Christum seu corpus
eius significat: unde de terra altare facie-
tis mihi, Altare de terra facere, est incar-
nationem eius credere uel sperare. Alta-
ris verò uestimenta, Apostolos seu sanctos
Dei designant; quorum prędicatione Chri
stus, quasi quibusdam uestimentis adorna-
tur, & per illos magnificatum est nomen
eius. Altare igitur uestimentis denudatur
quia fugientibus Apostolis Christus solus
remansit. Tertia die cooperitur, quia post
resurrectionẽ discipuli ad eum redierunt.
¶ Secundo, denudatio altaris designat q̃
Christus fuit nudatus in cruce. Cum itaq;
nudatum altare cõspicimus, illud prophe-
ticum ad memoriam reuocamus: Ecce ui- Es. 53
dimus eum, & non est ei species, neq; de-
cor, & consideruimus eum despectũ, & no
uissimum uirorum, quod accidit in passio-
ne. Nam antea speciosus præ filijs hominũ
extitit. Fuit quidem denudatus ad colum-
nã, & ad crucem, cum diuiserunt sibi mili-
tes uestimenta sua. ¶ † Tertio, altaris denu 3
datio, significat Christũ diuinitatis gloria
nudatum. unde Ps. Deus, Deus meus qua- Ps. 21

Universidad de Deusto Biblioteca

4 re dereliquisti me. ¶ † Quarto designat, q̃ uelum tẽpli scissum est, & liber qui signatus erat, apertus est. Vnde in Prouerbijs:
Prou. 29 Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ uirentes, id est, exempla actionum Christi quæ sunt ab æternitate & ducunt ad æternitatem. Et bene dicit: Aperta sunt prata: & apparuerunt herbæ uirẽtes, quia ea, quę magis occulta erant in lege, sicut passio, re
5 surrectio, & ascensio patefacta sunt. ¶ † In plerisq; locis lauãtur altaria vino & aqua, & ramis fricantur, præsertim cũ ramis de sauina. Lauantur ergo aqua & uino, ad notandum q̃ corpus Christi quod est uerum altare, sanguine & aqua in cruce aspersum est. Nam de ipsius latere exiuit sanguis & aqua: per quæ genus humanum lotum est. Vel uino & aqua lauantur, ad ostendendum, quòd non Ioannis, sed suo baptismo fuit baptizatus, scilicet ex aqua & Spiritu sancto. Et lauantur cum psalmo pœnitentiali, uel cum cantu ad passionẽ pertinente. Plus autem ibi est de uino, quàm de aqua ponendum, quoniam aquæ multæ, po
Apoc. 17 puli multi, sicut in Apocal. habetur, per quod significatur, quòd sanguis Christi suf ficit ad redimendum plures in infinitum, quàm sint redempti, uel unquam redimen
6 di. ¶ † Rami uerò aspersi quibus altare fricatur, significant spineam coronam, qua Christus coronatus est, uel flagella amara & dolores & ictus quos in morte sustinuit. Vel lauatio altaris, id est, corporis Christi cum aqua; significat lachrymas Mariæ, uinum, unguentum: rami, eius capillos. Et scias, quod quidam hac feria quinta hora iam aduesperascente denudant altaria, & lauant: alij uerò solum denudant, sed in parasceue lauant, quod magis congruit ra
7 tioni. ¶ † In quibusdam etiam locis pauimentum ecclesiæ etiã mundatur, per quod pauperes Christi significãtur prout in prima parte, sub titu. de ecclesia, dictum est. Pauimentum ergo ecclesiæ mundat, qui pauperibus uel fratribus propter Deum pedes lauat, & illis cætera misericordiæ opera exhibet. Inde est, quòd parietes domus quanuis uocabulum ecclesiæ habent, pro eo, quòd continent ipsam: non tamen ipsi, sed homines sunt ecclesia, & pauimentum, est quasi hominum pedes. Pauimentum quoque mundatur, ad notandum quòd à uitijs mundari debemus. Statutum est in canonibus. de consec. dist. iiij. non licet, &c. seq. ne hac quinta feria ieiunium soluatur. Quia enim Dominus surgens: de cœna lauit discipulorum pedes, & iterum redijt ad cœnam, ideo quidam ad instar ipsius uolebant post prandium pedes alijs abluere, & iterum post ablutionem cœnare, quod fieri non debet. Hæc dies in plerisque locis capitulauium uocatur: quia tunc capita infantium, qui ungendi sunt, lauantur, ne obseruatione quadragesimæ sordidata ad unctionem accedant. ¶ † Rursus hac die symbolum com 8
petentibus traditur propter confinem dominicæ paschalis solennitatem: ut qui iam ad Dei gratiam percipiendam festinant: fidem quam confitentur, agnoscant. Hæc ergo quinta feria, in quatuor principaliter priuilegiata est. Primò quia tunc pœnitentes recipiuntur. Secundo, in ea nanque nouum testamentum incipit, & uetus terminatum fuit. Tertio, quia in ea fit olei consecratio. Quarto, quia in ea sacramentum sacramentorum institutum est.

SVMMA.

1 *Parasceue & eius diei officium. nu. 4. 5. 6. 7. 18. 19.*
2 *Parasceues officium cur ordinatur à lectionibus. Et cur duæ dicantur lectiones. nu. 3.*
8 *Parasceues die, cur potius legatur passio Domini secundum Ioannem, quam secundum cæteros.*
9 *Parasceues die cur Euangelium legatur super pulpito nudo. Itẽ, nudis pedibus. nu. 10*
11 *Christus in cruce decantauit psalmos decem.*
12 *Christus in cruce pro tribus orauit.*
13 *Ecclesia, orans pro Iudæis, non flectit genua. Et cur idipsum.*
14 *Ecclesia tribus linguis vtitur in crucis denudatione.*
15 *Ecclesia tantum vtitur lingua græca, & latina. Cur non uidem hebraica.*
16 *Crucis denudatio in parasceue, quid significet.*
17 *Christi corona, fuit ex iuncis marinis.*
20 *Crux cur adoretur die parasceues. Et qualiter id. nume. 21. 22.*
23 *Verborum, quæ canuntur dum crux adoratur, expositio.*

Crucis

24 *Crucis mysterium profundum.*
25 *Christus curcifixus tribus clauis. Quid illi claui designent.*
26 *Christi corpus cur disponatur in uino & aqua, die parasceues.*
27 *Christus, cur pati uoluerit. Et quoto ætatis anno. num. 28.*
29 *Parasceues festiũ cur non agit Ecclesia cum lætitia. & nume. 30.*
31 *Christus, quos sua passione redemerit.*
32 *Christi corpus cur non consecretur in parasceue. & nume. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Feriæ sextæ priuilegia sex.*

De die parasceues. Cap. 77.

1 EQVITVR de parasceue, † quæ quare sic dicatur, in proœmio septimæ partis dicetur.
S ¶ Sanè hac die ecclesia arctissimum ieiunium & silentium agit nullũ tamen officium solenniter celebrat, sed hora nona conuenit ad adorandum crucẽ, non ad missæ officium, quo hæc dies caret: sed quasi ad funeris obsequium dicendum. Et hoc ideo, quia hora nona mortuo Domino Centurio factus est præco fidei nostræ, & perfidis recedentibus licuit Ioseph & Nicodemo disponere de funere, & mulieribus accedere propius. Dicitur autem officium tacita & humili uoce, & absque principio, prout in præcedenti titulo dictũ est. Super altare unica duntaxat toballia
cur vna zobalia disponitur, per quam findon, qua corpus Christi inuolutum fuit significatur. ¶ In quibusdam ecclesijs in hora sexta ignis extinguitur, & in nona accenditur, quia tunc sol in sexta lumen abscõdit, & in nona red
2 didit. ¶ † Incipit hoc officium à lectionibus, quia in primitiua ecclesia omnis missa à lectionibus inchoabat. Sed hoc hac die specialiter fit, pro eo quia passio Domini hodie celebrata est, in cuius memoriam omnis missa cantatur, & leguntur lectiones sine titulis, quoniam tũc amisimus
cur lectio sine titulo legit Christum caput, qui nos illuminat, sicut tituli illuminant libros. Leguntur autẽ duę lectiones, quia pro duobus populis Christus passus est: Gentili videlicet & hebrẽo: uel pro salute carnis & aiæ. Vna sumpta est ex lege, alia ex prophetis, quia Christi passio à prophetis fuit prænuntiata, & à lege & patriarchis præfigurata. Abraham. n. carnẽ Christi figurariue immolauit cum arietẽ immolauit: Similiter & Abel quando agnum sacrificauit. unde Dominus Oseæ xij. Assimilatus sum inquit prophetis. Rursus ideo † duę lectiones dicuntur, quia 3
sicut in iiij. feria mortem nostram duplicẽ manifestauimus, pro qua Christus pati uenerat: ita ad memoriam in parasceue reducimus suam passionem, & nostram imitationem. Quædam autem ecclesię primo legunt, lectionem Oseæ vj. cap. scilicet in tribulatione & secundo lect. Exod. xij. cap. scilicet. Dixit ad Mosen Dominus, & illi naturalem ordinem seruant, quia passio Domini primo prænuntiata est à lege, secundo à prophetis. In prima quidem est præconiũ resurrectionis, ubi dicitur. Post duos dies uiuificabis nos, & in die tertia suscitabis nos. In secunda modus exprimitur passionis, ubi dicitur: Immolabitque eum uniuersa multitudo ad uesperã. Quædam uerò econuerso faciunt, & mouentur ex eo, quia passionem lectioni ex lege quasi continuare uolunt, quia in passione quędam uerba ponuntur, quæ ex illa lectione sumpta sunt, scilicet: Os non comminuetis ex eo. † Continuant ergo passionem 4
lectioni, quia eius est expositio, & agitur Exod. 12
de duobus specialiter in officio hodierno, Num. 9
scilicet de passione Christi, & de pasione ecclesiæ quæ est illius imitatio, sicut dicit 1. Pet 2
Petrus, Christus passus est pro nobis, &c. hæc siquidem duo in lectione Exod. commemorãtur, ubi dicitur. Erit autem agnus sine macula, masculus, anniculus. Iuxta hunc ritum tolletis & hœdum. Agnus, est corpus Christi immaculatum. Hœdus, est ecclesia, quæ nos sumus, qui peccatores sumus. Passio Christi celebrata est in eius immolatione. nostra celebratur in uitiorum mortificatione. In lectione Oseæ manifeste agitur de passione Christi & eius effectu, ubi dicitur: Venite reuertamur ad dominum, quia ipse cœpit, & saluabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, & ĩ die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius. Oseę vj. cap. Quod Hiero. sic exponit. Percutiet Dñs, & sanabit nos, quia quẽ diligit, corripit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

castigat. v.q.v. non osculatur. Viuificabit
nos, post duos dies, & in die tertia suscita-
bit nos, quia tertia die resurgens à mor-
tuis, omne genus humanũ suscitauit, & cu
rauit, & cũ nos viuificauerit & suscitauerit
in conspectu eius viuemus. Ibi ergo loqui-
tur propheta de tribus diebus, quibus Dñs
fuit in sepulchro, cum dicitur: Viuificabit
nos post duos dies, & in tertia die suscita-
bit nos, id est, post duos dies sepulturæ ve-
niet nobis quasi imber temporaneus, & se-
rotinus terræ, & dabit gratiam incipientẽ
5 & subsequentem. ¶ Sequitur tractus. † Do-
mine audiui auditionem, Abacuch vlti.
cap. Et quòd dicit versus. In medio duo-
rũ animalium cognoscetis. ad literam in
telligitur, scilicet in præsepe bouis & asi-
Es. 1. ni Vnde Esa. Cognouit bos possessorem
suum & asinus præsepe Domini sui: vel in
medio duorum latronũ: vel in medio duo
6 rum populorum. ¶ Secunda lectio † est
de Exod. Vt ibi habetur. Os non confrin-
getis ex eo. hoc completum est, quando fre
gerunt duorum latronum crura: venientes
autem ad Iesum inuenerunt eũ mortuum,
& non fregerunt eius crura. Allegoricè
Es. 50 verò in eo non sunt fracta crura, id est, vir
tutes, & maximè patientia. Vnde Esa. De-
di faciem meam, sicut petram duriſſimam,
& scio, quia non confundar. Per crura e-
nim intelligũtur itinera, de quibus in can
tico Abacuch: Incuruati sunt colles mun-
di, id est, homines excelsi per intelligen-
tiam ab itineribus æternitatis eius, id est,
exemplo actionum ipsius, quæ ducunt ad
æternitatem: tanquam columnę immobi-
les, id est argenteæ propter eloquentiam,
quæ fundatæ sunt super bases argenteas,
vel aureas, id est, rationes immobiles æ-
7 ternæ sapientiæ. ¶ Sequuntur † tractus
de passione Domini, quia tunc luget eccle
sia valde, & sunt duo tractus ad intentionẽ
maioris luctus, scilicet pro peccatis quæ
committimus, & pro pœnis quas patimur,
& pro incolatu, quia prolongatur. Nec cã-
tatur graduale cum tractu: sed solum tra-
ctus, prout dictũ est in iiij. feria. & in iiij.
parte sub tit. de tractu. Duo ergo tractus di
cuntur. Primus. ſ. Dñe audiui, & est in qui-
busdam ecclesijs quatuor versuum: alter
plurium. Tractus quatuor versuum, signifi
cat, quòd per Christi passionem redimitur
homo, qui ex quatuor elementis constat.
Vnde Christus nec in cęlo nec in terra cru
cifixus est, sed in medio, id est, in aere. Fe- Ephe.
cit enim pacẽ inter cœlestia & terrestria: 2
quoniam erat inimicitia inter hominem
& hominem: sed maior inter Angelum &
hominem, & maxima inter Deum & homi
nem. Ipse enim Christus omnia pacifica-
uit in cruce. quoniam fecit vtraque vnum,
cum sit lapis angularis. Adhuc per qua-
tuor versus tractus significatur iiij. partes
crucis. ¶ Secundus verò tractus, scilicet
Eripe me. prolixior est, & repræsentat ma
gnum bellum Dauid cum Golia, & Chri-
stus noster Dauid hodie magnum Goliam
id est, diabolum debellauit. ¶ Rursus ideo
tractus est longus: quia hoc nobis promis-
sum est in lect. Oseæ, vbi dicitur. Post duos 3
dies suscitabit nos: debemus retinere in
spe. Item in secundo tractu ponitur. Ob-
umbrasti caput meum in die belli: quia nõ Ps. 90
tantum in alio tempore, sed in die passio-
nis diuinitas à passione permansit immu-
nis: imò in passione Christus homo ita pro
tectus est gratia diuinitatis, vt hostes su-
peraret, qui superari videbatur. Quædam
autem ecclesiæ cantãt secundum tractum:
Qui habitat in adiutorio altissimi, quia
Christus à diabolo primum latenter ten-
tatus est: velut à dracone latitante in pe-
tra, postea in passione tanquã à leone for-
ti acriter vexatus est, quod notatur per il-
lum versum. Super aspidem & basiliscum.
¶ Sequitur Euangelium † siue passio: E- 8
gressus est. Ioan. xviij. c. quod dicitur hac
die, quia ipse interfuit crucifixioni, & iux-
ta crucem stetit securus, alijs fugientibus,
quia notus erat pontifici. Quia igitur hac
die passio Domini oculis nostris repræsen-
tatur, merito eius testimonium legitur,
qui vidit & testimonium perhibuit, & sci-
mus, quia testimonium eius verum est. Pre
terea, ipse posterius scripsit Euangelium
quare merito posterius legitur, & quia ibi
manifestius sunt sacramenta. vnde ibi di-
cetur: Os non comminuetis ex eo. Item il-
lud: Vnus militum lancea latus eius ape-
ruit, & continuo exiuit sanguis & aqua.
¶ Legitur autem hac † die passio super 9
nudum pulpitum. Primò, ad memorandũ
quòd super nudum crucis patibulum nu-
dus fuit positus ipse Christus. Secundo ad
notan-

notandum quòd Ioannes, secundum quem
passio legitur, relicta sindone nudus profu
git à Iudæis. ¶ Tertio, ad repræsentandum
q̃ sicut Christo in cruce pendente, ipsius
secreta non tam cordis, quàm corporis nu
da omnibus adstantibus apparuerunt, ita
& velo templi per mediũ scisso, omnia tem
pli intima nuda remanserunt, Legitur e-
10 tiam † nudis pedibus, vt cum afflicto pro
nobis nos affligi debere monstremus. In
quibusdam uerò ecclesijs sindon, seu ter-
soria, uel uestes altari nudato superponun
tur, vsq; dum passio legatur, cum uerò per-
uenitur ad locum illum. Diuiserunt sibi
uestimenta mea &c. tunc subdiaconi sin-
donem illam vel tersoria tollunt. repre-
sentantes historiam: quia quatuor milites
Christũ crucifigentes, uestem Christi sub-
stulerunt, & subdiaconi quasi furtiuè pan
nos subtrahunt: ad notandum, quòd Ioan
nes, qui cum Domino usq; ad crucem per-
seuerauit, postea more furis se occultauit,
& nudus effugit. In quibusdam tamen lo-
cis una ueste sublata, altera super altare
remanet, ad significandum quòd uestis do-
mini inconsutilis non fuit scissa, uel parti-
ta, sed sorte super eã missa cõtigit integra
uni militi: ad significandum quòd ecclesię
unitas nunquam potuit à schismaticis, uel
hæreticis scindi, quia nõ est sapientia con
tra dominum. xvj. q. vij. sicut. ¶ Quod uerò
dicitur in passione. Exiuit in eum, qui di-
citur caluariæ locũ: nota, quod sicut legi-
tur in historijs: caluaries est propriè os ca
pitis humani nudum. Inde dictus est locus
ille mons caluariæ siue caluarium: ubi rei
decollabantur, & ubi multa capitum ossa
11 erant dispersa. Quia † uerò Christus in
cruce pendens prolixè orauit decantans
decem psal. scilicet Deus, Deus meus, re-
spice in me. usque ad, In te Domine spe-
raui. cum peruenisset ad locum illum. In
manus tuas Domine: illo dicto emisit spi-
ritum, ideo & nos postquam recitata est
passio, eius orationes dicimus: ad notan-
dũ, quòd quando ab inimicis persequimur,
semper ad orationem est recurrẽdum: iste
tamen est insolitus mos orandi. Nam in a-
lijs diebus ante Euangelium orationes di
cuntur, & in earum principijs dicitur: Do-
minus uobiscum, quæ est propriè uox & sa
cerdotis officium, quod nõ fit in istis, quia
sacerdos & Dñs noster occiditur. ¶ Ora-
uit autem Christus pro tribus. ¶ Primo
pro † se dicens: Pater, clarifica filiũ tuum. 12
¶ Secundo, pro suis, dicens: pater, quos
dedisti mihi, pro eis rogo. ¶ Tertio, pro il
lis, qui in eum credituri erant, dicens: Pa
ter non tantum pro illis rogo, sed pro il- Io. 17
lis, qui credituri sunt in me. Et ex hoc ui-
detur, quòd non debemus rogare pro eis,
quos scimus non esse saluandos, nec pro il
lis, qui in inferno remanserunt, nec pro Iu
da, qui se desperauit, sed oramus pro nobis
in omni gradu ecclesia, & pro neophytis,
& pro Gentilibus, pro Iudæis, pro hæreti-
cis, & schismaticis, ut Christus gratiã suam
eis infundat & ad fidem conuertat. Chri-
stus. n. orauit pro inimicis & amicis, ideo
ecclesia statim similiter orat, p omnibus.
¶ † Sanè ecclesia, pro his orans, flectit ge- 13
nua in orationibus, ut per habitum corpo
ris deuotionem, & mentis humilitatem o-
stendat: insinuans etiam, quòd in nomine
Iesu omne genu flectendum est, quoniam
omnes nationes sibi genua curuant, nisi
quando pro Iudæis oratur: quia enim ipsi
illuserunt Domino, flexis genibus dicen-
tes: prophetiza nobis Christe, quis est, qui
te percussit: ideo in detestationem huius
illusionis ecclesia pro eis orans, genua nõ
flectit, ut uitet opera simulata. Præterea,
quia eorum cęcitas nulla poterit oratione
depelli, donec plenitudo gentiũ subintra-
uerit: ideo non est pro ipsis uehementer o-
randum, nec genua flectenda. Est tamen
utcunque orandum, quia futurum est, ut
qui est exaltatus in cruce omnia trahat ad
se. Sed in orationibus pro Iudæis, & paga-
nis non respondetur, Amen: ut quidam di
xerunt, & hoc ideo, quia cum illi sint extra
collegium siue corpus ecclesiæ fideliũ po-
pulus non ostendit affectum suum ad eos.
Iuxta illud Apostoli ad Corin. Quid mihi 1. Cor.
de his, qui foris sunt iudicate. extrà, de sa- 5
cra unc. c. j. Per amen, autem affectus expri
mitur. Præterea, licet pro illis oretur, ut
eorũ duritia conuertatur, quia tamen hoc
impleri non poterit, usque circa finem sæ-
culi. Apostolo testante, qui dicit. Donec
plenitudo gentium introierit, & omnis Is- Ro. 11
rael saluus fiat, ideo ad orationes pro illis
non respondetur, Amen. Veruntamen re-
cte intuẽti nihil interest, quo ad hoc inter

Universidad de Deusto Biblioteca

illas & alias orationes. Imo ita respondetur ad illas, Amen: sicut & ad alias orationes, pro alijs statibus: quod sic ostenditur. Pro quolibet statu bis profertur oremus: sed quòd sub primo oremus ante flectamus genua dicitur, non est oratio. sed adhortatio, ut oremus: siue præfatio, seu monitio, exprimens, quod siue pro quo sit in sequenti oratione orandum. Vnde sub tono præfationis nõ orationis dicitur. Ideoque pro nullo statu post præfationem respondetur Amen: sicut nunquam fit post aliquam prę fationem, licet etiã ibi ponatur per Christum dominum nostrum, sicut patet in quotidiana missæ prę fatione. Quòd autem secundo oremus, dicitur oratio est, & responderi debet Amẽ: pro Iudæis, & paganis, sicut pro alijs. ¶ Cõsequenter sacerdos post orationes, crucem uelatã baiulat, ad dextrum cornu altaris, ibiq; crucem super humeros tenens, in persona Christi Iudæis improperat beneficia Dñi, dicens, Popule, meus, qui feci tibi. In quibusdam tamen ecclesijs duo presbyteri baiulãt illam: ad notandũ, quòd in Christi persona duæ fuerunt naturæ diuinitatis uidelicet, & humanitatis. Quòd dicitur. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristaui te respondetur mihi, quia eduxi te de terra Aegypti &c. Ad diuinitatem refertur. Quòd uerò sequitur. Parasti Saluatori tuo crucem ad humanitatẽ, & sic de alijs sequentibus
14 uerbis. Cantat † autem sacerdos quasi hebraicè in persona Saluatoris, acolyti cantant græcè ἅγιος θεος quasi in persona græcorum, chorus respondet. Sanctus, sanctus, in persona latinorum. Sicque tribus linguis laudatur Deus, scilicet hebraica, quæ propter legem omnium linguarum est mater: græca, quæ doctrix est, & latina, quæ impetratrix est, propter Romani dominiũ imperij & papatus. Quia. hebraica nunc silet à laude Dei, ponitur pro illa. Popule meus, quod quia cantatur in persona Domini: loquentis hebræis, ideo intelligitur dictum hebraicè. Et not. quòd contra tres illusores Christi tres premittuntur adorationes, ut infrà dicetur. Tres uerò antiphonæ, scilicet. Popule meus, quia eduxi te, & quid ultra &c. Parũ aut nihil sensibus differentes, uerbis & modulatione consimiles, triplicem tituli scripturam significant, qui scriptus fuit tribus linguis, scilicet hebraicè, græcè, & latinè Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum. Vtrum principium tituli scriptum fuit tribus linguis ignorãt. Sed de hac clausula, Rex Iudæorum, constat, quod quia negauerunt, Iudei dicentes. Noli scribere Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iud. ideo illud in istis antiphonis adstruitur ab effectu, scilicet quia tanquam rex eorum eduxit eos de Aegypto, & duxit eos per desertum, & introduxit in terram bonam. Item quod in titulo scriptum fuit, Iesus, in singulis antiphonis concluditur saluator, quòd ibi Nazarenus ad singula respondetur ἅγιος, sanctus. Et qa titulus tribus linguis scriptus fuit, ideo
duabus † linguis respondetur, scilicet græca & latina, quæ Christũ adorant. Hebraica uerò contradicit, & adhuc blasphemat prædictas. Et nota, quòd antiphona. Popule meus est Michæ. vj. cap. Principium antiphonæ, quia eduxi te. Numero xiiij. cap. Et medium scilicet manua, &c. Est Esa. xvj. cap. Et Iosue. vj. cap. ubi etiam est finis ipsius, scilicet introduxit. Notandum, quòd Iudæi tres accusationes contra Christum proposuerunt, scilicet quòd tributum negasset, quòd se regem fecisset, & quòd se Dei filium dixisset: contra quas tres in eius personam accusationes dicuntur, scilicet Popule meus, ubi Christus eis exprobat tria beneficia sua, scilicet liberationẽ de Aegypto. regimen in desertum, & introductionem in terram optimam, quasi dicat. Tu accusas me de negatione tributi, potius deberes gratias agere, quia te liberaui à tributo siue à seruitute Aegypti. Tu accusas me, quia me regem dixi: potius deberes gratias agere, quia te rexi in deserto, & regulariter paui. Itẽ accusas me, quia filiũ Dei me dixi, potius deberes gratias agere, quia terram lacte & melle manantem contuli tibi. ¶ Deinde † crux de- 16
nudatur in signum, quòd peruersi Iudæi saluatorem denudauerunt, & fit denudatio inter tres uices ad notandum, quòd illi ter Christo in passione illuserũt. Primò, quando in atrio principis velata facie eius colaphis eũ cædebant. Ad quod designandum in principio reuelationis ipsius crucis non ostenditur facies crucifixi. Secundo, ante prætorium, quando eo tradito ad crucifi-

erucifigendum milites plectentes coronã spineam illudebant ei flexis genibus adorando eum, dicentes: Aue Rex Iudæorum, ad quod representandum in secunda reuelatione, discooperitur caput & facies cru
17 cifixi, & scias quod corona † fuit de iuncis marinis, sicuc eã uidimus in thesauris regis Francorũ, quorũ acies non minus spinis duræ sunt & acutæ. Tertio, quando ei in cruce pendenti transeuntes dicebant. uah, qui destruis templum Dei. & quia quando hæc illusio fiebat Christus totus nudatus in cruce pendebat. ideo in tertia reuelatione totus nudus ostenditur crucifixus: & etiam ad significandum, quòd omnia quæ in lege & prophetis ob-
18 scura fuerant, in passione aperta, & manifesta sunt. † Reuelatur ergo crux post orationes, ad notãdum, quòd oratio à Christi passione, quam in cruce sustinuit, habet effectum & exemplar. Ipse enim in cruce pendens, pro amicis & inimicis orauit. Sanè à dextera parte crux incipit reuelari, quia Christus crucifixus, vera fide adoratus extitit ab Apostolis, & discipulis Iudæis, qui tunc in dextera erant. Et quoniã hęc fides p illos deuote publicata & in medio gentium perducta est, ideo ad hoc significandum ante medium altaris, per sacerdotẽ deducitur, Rursus, quia Christus nunc super Ecclesiam quiescit, & usque in finem seculi quiescet, ideo ad hoc significandum, & figurandum subsequẽter crux super altare ponitur per quod hæc Ecclesia gentium designatur. Denique, quia in fine seculi fides in cordibus gentiũ refrige
Es. 10 scet. & teste Esa. à reliquijs Israel quæ salua fient, suscipietur: & communis Iudæis & Gentilibus habebitur, merito ad hoc significandum in fine missę crux de altari de
19 ponitur, & in communi loco collocatur. † Crux quoque reuelata & etiam vexilla ecclesiæ in quibusdam locis diriguntur in altum, ad Christi victoriam designandum.
20 Adhuc crucẽ baiulantes, antiphonam canentes, crucem illo deferunt † vt græcè & latinè respondeatur, & deuote adoretur, quia Dominus crucifixus transiuit à perfidia Iudeorum, ad confessionem & deuotionem gentium, & significat, Apostolos canentes, id est, totis uiribus crucis opprobrium confitentes, & prædicantes. Item crucem baiulando, nunc ambulant, nũc & fessi subsistunt, quia & illi persecutionem pondere fessi aliquantulum quieuerunt. Subsequenrer ipsa crux denudata salutatur, & adoratur, quia eum cui perfidi illuserunt, Christiani reuerenter salutando & deuote osculando venerantur. Et dum adoratur, canitur in quibusdam Ecclesijs respõsorium: Ecce quomodo moritur. Esa. lvij. cap. & antiphona. Sicut Moses: Ioann. iij. cap. Et est sciendum quòd contra præmissas tres illusiones ter illum adoramus dicentes: ἅγιος, quasi ter honorantes ter illusum propter nos & quia illudendo genua flectabant: ideo & nos illũ adorãdo ge
nua flectimus. ¶ Ad † tertiam etiam ante 21
illam prosternimus, vt quod illi superbe illudendo fecerunt, nos humiliter & uere faciamus, & mentis humilitatẽ per habitum corporis ostẽdamus, & quia sicut Christus humiliatus est patri pro nobis vsque ad mortẽ, mortẽ autem crucis, sic & nos eius mortis imitatores humiliari oportet. De modo prostrationis ait. Augu. Quisquis sic humiliatur, ut genua figat, adhuc habet ut amplius humilietur, quisquis vero sic humiliatur, ut hæreat in terra venter eius vltra quod humilietur non habet. Nudis
† etiam pedibus adoratur, ut omnes pro- 22
prias affectiones sibi nudas ac notas esse monstremus, & ut cum afflicto pro nobis nos affligi ostendamus. salutatur autem crux, quia per eam salus hominibus reformatur, postea adoratur, id est. osculatur. Solus enim Deus adorandus est: cætera vt
crux causa illius veneranda sunt. ¶ † Cæ- 23
terum expositio illorum verborum ἅγιος, &c. ibidem sequitur: Nam ἅγιος Grecè dicitur. sanctus, Latinè, ἀπὸ τοῦ α priuatiua particula: & γῆ, id est, terra, quasi cœlestis sine terra. In canone tamẽ Isidori. xxiiij. quęst. iij. quidam. versi. sed tangis. habetur quod ἅγιος Grecè, dicitur vas, Latinè. Θεὸς, uero Grecè, dicitur Deus, Latinè. Ἰσχυρὸς Grecè, forti Latinè. Ἀθάνατος Grecè, immortalis Latine, ἀπὸ τοῦ α priuatiua particula, & θάνατος, quòd est mors. ἐλέησον, id est, miserere, ἡμᾶς, id est nostri.
¶ De profundo † crucis mysterio dictum 24
est in procemio quintæ partis, & hic aliqua perstringamus. Fuerunt autem in dominica cruce ligna quatuor. scilicet stipes siue lignum

Universidad de Deusto Biblioteca

gnum erectum, lignum transuersum, truncus, suppositus, & titulus suprascriptus. Fuerunt & claui quatuor, quibus & manus & pedes cõfixi sũt: fuit & lãcea qua latus apertum est, & corona spinea capiti circomposita, quæ omnia possunt in spirituali cruce significari. Quatuor enim crucis ligna sunt quatuor mentis virtutes, scilicet fides spes, perseuerantia, patientia, de quibus ait Apostolus: Vt comprehẽdatis cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas, & profundum. Longitudo crucis, est perseuerantia, de qua dominus inquit. Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Latitudo crucis, est patientia, de qua veritas ait. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Profunditas eius est fides de qua Apostolus: Fides est substãtia sperãdarũ rerũ, argumẽtũ nõ apparẽtium. Sublimitas vero, est spes, de qua Psalmi. In uerbo tuo super speraui. Habuit ergo crux Christi, vnum lignum erectum in longitudinem, alterum transuersum in latitudinem, quasi in modum potentiæ seu martelli, quæ duo significata sunt per illa duo ligna, quæ paupercula mulier in Sarepta collegit. Stipes vero erectus, habuit truncum suppositum, & titulum superscriptum, quia perseuerantia de fide procedit ad spem: quasi stipes ereptus de trunco suppposito ad titulum suprascriptũ. Quod beatus Iob intelligens ait: Credo quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, &c. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Nisi enim crux habeat fundamentum fidei & titulum spei profecto supplitium est solummodo, & nõ meritum. Quod autem patientia spectet ad crucem, ex eo apparet, quod patienter in aduersis tribulationis sustinet cruciatũ. Vnde Iacobus. Tribulatio patientiam operatur. De perseuerantia quoque legitur. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Etiam secundum Apostolum non coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Perseuerantia igitur, quæ coronatur, certamen habet, ut meritò spectet ad crucem. In his ergo duobus lignis, duos pedes & duas manus quatuor clauis debet affigere Christianus. Quatuor claui, sunt quatuor principales virtutes, scilicet iustitia, fortitudo, temperantia, & prudentia.

Pal. 118 *3. Reg. 17* *Iob. 9.* *Iacob. 1* *Apoc. 2.* *2. Tim. 2*

Pedes sunt mentis affectus: de quibus sponsus in Canticis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Et dñs inquit Christus Apostolis. Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, & est mundus totus. Et iterum: Excutite puluerem de pedibus vestris. Duo ergo pedes sunt, duo mentis affectus, scilicet timor & amor pes timoris, clauo fortitudinis debet configi, ne timidus propter aduersa succumbat. Vnde Psalmista: Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. Dum enim in Petro metus, clauo fortitudinis affixus non extitit, ad vocem ancillæ Christum negauit. cum vero confixus extitit, ante Reges & Præsides nomen domini prædicauit. Pes amoris siue appetitus clauo iustitiæ debet configi, ne cupidus ad illicita desideria euagetur. Si enim appetitus fuerit confixus, tunc spiritus concupiscit aduersus carnem, si vero non fuerit confixus, tunc caro aduersus spiritum concupiscit. Sic itaque Christianus pedes suos cruci debet affigere, ne vel timidus succumbat, vel cupidus euagetur. ¶ Alij tamen dicunt † quod Christus tribus dũraxat fuit clauis affixus, significantibus tres cruciatus quos in cruce sustinuit, videlicet passionẽ in corpore passionem in mente, & passionem in corde. Ambo enim pedes vno clauo affixi sũt, ita quod dexter fuit super sinistrum, ad significandum quòd spirituales affectiones per pedem dextrum significatæ superesse & dominari debent terrenis, per sinistrum significatis. Lancea uero qua latus est vulneratum, charitas est, de qua sponsa in canticis Vulnerata sum in charitate. Lateri quidem cor contiguum est, cuius beneficia diligimus, quod ideo vulnerandum est, & affectus exeat, non solum ad amicos, verumetiam ad inimicos, vnde Dominus ait: Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequẽtibus, & calumniantibus vos. Corona uero spinea, est pœnitentia circumponenda capiti, id est, menti, de qua psalmista. Conuersus sum in ærumna mea dum confi. spina. Hæc corona de tribus spinis complectitur scilicet contritione, confessione, & satisfactione. Prima pungit cor per dolorem, propter vanam cogitationem. Secunda, pungit os, per pudorem, propter variam locutionem

Cant. 5 *Io. 13.* *Matt. 10* *Psal. 118* *Matt. 25* 25 25

tionem. Tertia pungit manum, per laborem, propter iniquam operationem. Manus enim opera sunt: vnde Psalmist. Benedictus dominus Deus meus qui dedit manus meas ad prælium &c. & Salomon in prouerbijs. Dedit ei linum, & lanam & operata est consilio manuum suarum. Sunt igitur duæ manus, duo operum genera, videlicet opus voluntatis, & necessitatis. Manus operis voluntarij configi debet clauo prudentiæ: ne curua faciat opera tenebrarum. Dum enim in Saulo clauo prudentiæ confixa non fuit, Saulus Ecclesiam Dei persequebatur. Cum vero in Paulo confixa fuit, ipse pro Ecclesia passus est. Manus vero operis necessarij clauo temperantiæ configi debet, ne lapsa nimis superflua extendatur. Necessaria opera sunt naturalia, vt dormire, comedere, & similia. Et notauersus de cruce. Pes, cedrus est, truncus, cypressus: oliua, supremum. Palmaque transuersum Christi sunt in cruce lignũ. Osculata & adorata cruce duo presbyteri deferũt ad altare corpus domini, quod pridie fuerat consecratũ & reconditũ. † Sacerdos vero induta casula illud super corporale disponit, iuxta latus calicis, i quo sit vinũ & aqua missum non sanctificatum, quasi ipso facto dicatur. Hoc est illud corpus, de quo sanguis & aqua fluxerunt. Vtrum autem ex contactu hostiæ vinum consecretur, dictũ est in titulo præcedenti. Quo facto, incipit mox. Oremus, præceptis salutaribus perficiẽs dominicam orationem; & illam, Libera nos quæsumus, in quo representatur antiqua Apostolorum celebrandi missam consuetudo. Prius enim lectione præmissę dicebant solummodo verba illa. Hoc est corpus &c. Hic est sanguis meus &c. Sed ipsi postmodum dominicam orationem addiderunt, & ita illo modo hac die celebratur, de quo dictum est in principio. iiij. partis. Ex quibus colligitur, quod sola dominica oratio non sufficit ad eucharistiam consecrandam. Si quidem sacerdos alio tempore dicẽs. Per omnia secula seculorũ. eleuat calicem, cum corpore domini, & postea dicens. Præceptis &c. Calicem depositum iterum cooperit. in quo illud nobis significatur, quod de cruce depositum corpus Domini sepelitur. Duo autem presbyteri qui hodie corpus ad altare deferunt

Psal. 143 *Prou. 31* 26

representãt Ioseph & Nicodemum, qui corpus Domini tulerunt ad sepulchrum. Tres præmissi canonis articuli, scilicet Præceptis: Pater noster, & Libera nos quæsumus super depositum calicem proferũtur: quia tribus diebus sepultus Dominus occultatur & oratio ipsa, Libera nos, alta voce, sicut & dominica oratio profertur, prout dictum est in quarta parte, sub titulo, de silentio post orationem dominicam. Nec est prætereundum, quòd hac die, quando particula hostiæ in calicem mittitur, non dicuntur verba illa: Fiat commistio, quia ibi de sanguine mentio fit, sed in calice sanguis non est, nec hodie consecratur, & fracta hostia non dicit: Pax domini &c. Eò, q̃ oscula circũstantium non sequuntur. Oratio quoque illa: Domine Iesu Christe fili Dei &c. Et illa: Corpus tuum domine omittuntur, quia ibi mentio de sanguine fit. Omittuntur etiam illi uersus: Quid retribuam domino &c. illa quoque. Placeat tibi etiam omittitur, quia ibi continetur: Præsta ut hoc sacrificium, quando oculis tuæ &c. Hac etiam die sacrificium non offertur sacramentaliter, sed sumitur altera die oblatum. Agnus Dei, non dicitur, quia non videtur esse inuocandus, qui cernitur in agone deficere, & cum silentio sacerdos communicat, vnde postcommunio non cãtatur, quia nobis sumentibus sanguis ille, quem sumimus de nostro pro nobis ad Dominum clamat. Nos enim sumus terra illa quæ apperuit os suum, & bibit sanguinem Abel, id est, Christi quem effudit Cayn, id est, populus Iudaicus, vnde factus est vagus & profugus super terram, iuxta illud: Disperde illos in uirtute tua, & factus est maledictus illa maledictione, sanguis eius super nos & super filios nostros. Et rursus postcommunio quæ iubilum & lætitiam significat, non dicitur, quia Ecclesia illa die plorat. ¶ Sed quæritur † quare Christus noluit pati sexta feria? Respondeo, ut dies quam crucifixus est coaptaretur sextæ feriæ primæ creationis, & sextę ætati huius mũdi. Siquidem in sexta feria primus homo, scilicet Adam creatus est ad imaginem Dei: & ex latere eius dormientis sumpta costa fœmina fabricata, & in sexta ætate filius Dei, ut hominem ad imaginem Dei creatum redimeret, & in carne appa-

Gen. 4 *Ps. 58* *Matt. 27.* 27

apparuit, qui in ſexta feria dormiens in cruce ſanguinem & aquam de latere ſuo. vnde ſanctam Eccleſiam conſecraret, emiſit. Ideo ergo in ſexta feria pati voluit, quia cum tali die Adam peccauerit, illa etiam die hominem redimere voluit. de
28 hoc dictum eſt ſub titulo de natali. Et† nota, quòd Chriſtus completis trigintaduobus annis & menſibus tribus, vel ſecundum Chryſoſto. triginta tribus & dimidio crucifixus eſt, eadem die qua conceptus eſt de virgine, ſcilicet in ſexta feria, quæ fuit octauo Kalẽ. Aprilis, de quo dicetur in ſepti
29 ma parte, ſub feſto annuntiationis. ¶ †Quęritur etiam, cum de morte ſanctorum cum gaudio feſta in Eccleſia celebrentur, quia pretioſa in conſpectu domini mors ſancto
Pſal. rum eius, quare Eccleſia hodie de morte
115 domini, cum gaudio ſimiliter non ſolenni zat? Videtur enim quod multo magis de-
Ga.6. beret lætari, & feſtum de illa celebrare, cum mors ipſius ſit pretioſiſſima, & mors mortis. & eſt noſtra redemptio, & quia Apoſtolus gloriandum ait in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Reſpondeo, quia ipſe pro peccatis noſtris mortuus eſt, ſicut di-
Eſ.53 cit dominus per Eſa. Propter ſcelus populi mei percuſi eum. & ideo deberet homo erubeſcere non gaudere, cum & ſol inſenſibilis erubeſcẽs radios ſuos retrouerterit, quia obſcuratus eſt, & petræ ſciſſæ ſunt. meritò ergo omnis homo in hac die triſtitiã prætendit, ne eſſe durior lapidibus videatur. Præterea ipſe dominus triſtis fuit. Vn
Matt. de triſtis eſt anima mea, uſque ad mortẽ:
27 & etiam beata virgo. Vnde tuam ipſius ani
Matt. mam pertranſibit gladius. & Apoſtoli de
26 conſecrat. diſtinct. iij. ſabbato. Merito igi-
Luc. 2 tur in hac die Eccleſia in arctiſsimo eſt ieiunio, & ſilentio, & triſtitia compaſsionis. de hoc dictum eſt ſub feſto circuncíſionis.
30 ¶ † Rurſus hunc diem celebramus, cum mœrore, triſtitia & abſtinentia, paſſiones vero ſanctorum cum gaudio, quia ſancti poſt martyrium ſtatim cœlos aſcenderunt: Chriſtus vero ad infernum deſcendit. Sed quoniam iam tartara confregit, & inde ſanctorum animas eduxit, & tertia die reſurrexit. ideo tunc ſcilicet die reſurrectionis maximè lætamur. Hinc eſt, quod paſſiones patrum veteris teſtaméti, quia ad inferos deſcenderunt, non celebramus, præterquã Innocentium, ex eo, quod in ipſis ſingulis Chriſtus occiſus eſt. & Machabæorum, pro ut in ſeptima parte ſub eorum feſto dicetur. de hoc etiam dictum eſt in parte prima, ſub titulo, de picturis. ¶ Et eſt notandũ † quòd Chriſtus in paſsione ſua redemit
31 non tantum illos, qui tunc erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur ſinus Abrahæ, vbi Lazarus erat, ſed etiam omnes futuros qui ſancta morte vitam erant finituri vnde Oſeæ vlti. Ero mors tua, ò mors, morſus tuus ero inferne. ſed nec omnes, qui in inferno erant, inde ex traxit. ¶ Item
32 † quæritur, quare Eccleſia non conſecrat hac die corpus Domini, cum dominus dixit. Hoc facite in meam commemorationem, & Cabiloneñ. concilio de conſecrat. diſtinctio. j. viſum dicitur. Nulla dies exci pitur, qua non pro uiuentibus deprecetur. Præterea, cum Chriſtus immolatus hac die & ſabbato quieuit in ſepulchro, & diſcipuli totam noctem ſequentem vſque diluculum in triſtitia tranſegerint rationabiliter videretur, ut in hac die corpus domini conficeretur & inde vſque ad primam ſabbati iugi ſilentio conſopiti, à ſacri altaris myſterio uacaretur. Reſpondeo ad hoc multiplex ratio reddi poteſt. ¶ Prima† eſt:
33 dominus noſter pridie, quam pateretur, accipiens panem & calicem benedixit: deditque diſcipulis, dicens. Hoc eſt corpus meum. Hic eſt calix meus, & tunc immolatus eſt in manibus ſuis, de qua immolatione ſubiunxit, hoc facite in meam commemorationem. Illa igitur ſcilicet feria quinta non eſt omittenda, cum ſit firmiter iniũcta. Sexta vero feria eſt dies ſecunda, qua velut in monumẽto quieſcit: ſabbatũ tertia q̃ velut à morte reſurgit: reſurrexit. nante diem. Triduum ergo dominicæ mortis, quod perfici nequit eo reſpectu, quod ipſe à Iudæis eſt trucidatus eo tranſponitur, q̃ ipſe ſuis manibus immolatur. Cuius quoque rei illud magnum eſt iudicium, quòd in nocte cœnæ luminaribus extinctis vigilias celebramus. Sicque, ut in quinta feria quaſi ſexta in duplum manna colligatur, quoniam, in hac die quaſi in ſabbato non inuenitur. ¶ Secunda † ratio eſt,
34 quia eccleſia corpus illud, quod flagellis & ſpinis, & contumelijs iſta die reuera affectum eſt non debet cum miſſarum ſolenni

tatibus

tatibus celebrare: quoniam veniente veri-
35 tate debet ceſſare figura. ¶ Tertia† quia oblata eſt hoſtia de manibus Chriſti & noſtris. Non ergo ſacrificent amici, dũ trucidant inimici. Sed tamẽ, quia ſemper indigemus cõmunione, & ſemper eſt tẽpus cõmunicãdi, ſacerdos ipſũ corpus recipit in hoſtia à die antecedẽti reſeruata & cuſtodi
36 ta. ¶ Quarta † ratio ẽ, quoniã hac die velũ tẽpli ſciſſum, & cornua altaris trãſuerſata ſunt, & ita nõ habemus vbi corpus Chriſti
37 cõficiatur. ¶ Quinta eſt† quia, ſcilicet receſſit & ſublatus eſt verus ſacerdos, id eſt, Chriſtus ſpõſus Eccleſiæ, deſcendit enim ad inferos. ¶ Sextã rationem ponit Inno.
38 Papa de conſecr. diſt. v. ſabbato. dicens, † q̃ in die paraſceues & in ſabbato ſancto ſacramentũ non celebratur, quia cõſtat Apoſtolos iſtis duobus diebus in mœrore & in triſtitia fuiſſe, & ſe propter metum Iudæorum occultauiſſe. Miſſa enim quæ in ipſo ſabbato celebratur, non ad ipſum ſabbatũ, ſed ad diem pertinet ſubſequentem ut in-
39 fra dicetur. ¶ Septima: † quia Moſes ait: Vos tacebitis, & alius ſcilicet Chriſtus pugnabit pro vobis. torcular enim calcauit ſolus. Cum igitur hac die nõ ſit corpus Domini conficiendum ad hanc diem reſeruã-
40 dum eſt. Hæc ſexta feria † & ab iſta omnes aliæ ſextæ feriæ priuilegiatæ ſunt propter Chriſti paſsionem, ſicut & à ſequenti dominica omnes alię dominicæ propter eius reſurrectionem. Sunt autem huiuſmodi ſextæ feriæ ſex priuilegia, ſcilicet Chriſti immolatio, inferni ſpoliatio, mortis conculcatio, humani generis redemptio, paradiſi apertio, & ſcripturarum manifeſtatio. In paraſceue vno ſolo cibo veſcimur, quia Chriſtus ea die vnum ſcilicet latronem ſibi incorporauit, dicens. Hodie mecũ eris
Pſal. in paradiſo. Vnde ipſe dixit: Singulariter
140 ſum ego, donec tranſeam.

SVMMA.

1 *Paſchatis ſabbatum.*
2 *Paſchatis ſabbatum, officium mutuatur totũ à nocte paſchæ. & nu. 3.*
4 *Paſchatis ſabbatum, dicitur dies illuminata, tribus de cauſis.*
5 *Paſcha celebratur in plenilunio. Et quando. numero 6.*
7 *Nox, diem præcedant ne, an contra.*

De ſabbato Paſchæ. Cap. 78.

EQVITVR † videre de 1
ſabbato ſãcto Paſchę. Sane ſicut Deus operibus creationis mundi, ſcilicet in ſex diebus completis in ſeptima requieuit ab omni opere, quod patrarat, ſic & in ſexta ætate recreationis operibus conſummatis, iuxta quod Dominus in cruce pendens dixit. Cõſummatũ eſt, in ſeptima ætate requieuit. Cum. n. anima eius paſsibilitatẽ corporis exiuit, quodãmodo requieuit, præterea in ſepulchro dormiuit, ideoq; dies iſta ſabbatũ appellatur, qd̃ requies interpretatur, vt dictũ eſt in proœmio ſecundæ partis, quod antonomaticè ſabbatũ ſanctũ dicitur, eo quod, ut præmiſſum eſt, ſignificat requiem Chriſti ab opere recreationis in fine ſextæ ætatis, vel propter requiem Chriſti in cuius morte ſanctificati ſumus. Dicitur etiã ſanctum, propter baptiſmũ, quod fit in die iſta in qua noua Eccleſiæ proles ſanctificatur. Hęc autem † dies. ſicut præcedens nul 2
lum habet officium diuinum in quo cõſtat Apoſtolos fugiſſe, & in mœrore fuiſſe, de cõſe. diſtin. iij. ſabbato. Nam officium quod cantatur eſt noctis diei dominicæ j. de conſec. diſtinct. j. in ieiunijs. lxxv. diſt. quòd à patribus, ſcilicet de reſurrectione non de ſabbato, ſicut & contingit in ſabbatis quatuor temporum, quod apparet, quia dicitur in cerei benedictione. Hæc eſt nox, & in collecta miſſæ. Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctẽ. vnde antiquitus totum officiũ de nocte dicebatur, & adhuc in pleriſque locis fit. ¶ Primo, ad notandũ, quod cathecumini quorũ eſt ipſum officiũ, ſepulti cũ Chriſto, per baptiſmum reſurgunt cum ipſo. ¶ Secundo, propter viſitationem mulierum ad ſepulchrum Domini mane venientium. ¶ Tertio, quia Dominus de nocte reſurrexit, ſecundum Hier. & Grego. & Ambr. & ideo quia nox illa tanto lumine illuſtrata eſt de Domini reſurrectione, meritò tunc uigilare & Deo laudes canere debemus. Traditio quoque Iudæorũ eſt, Chriſtum media nocte venturum, in cuius figura angelus tranſiuit media nocte percutiẽdo primogenita Aegyptiorũ. & Dominus

tran-

Universidad de Deusto
Biblioteca

transiuit protegendo populum suum. Et Hier. Reor inquit, traditionem apostolicam permansisse, ut in die vigiliarum Paschæ ante noctis medium dimittere non liceat populos expectantes Christi aduentum, ut resurgenti Saluatori occurrant, postquam tempus illud transierit, securitate præsumpta festum cunctos agere diem.
3 Sed quia †quod pro deuotione fuerat institutum, in minus honestas actiones, quibus nox facultatem præbet conuersum est, institutum fuit, ut officium ipsius noctis de die celebraretur. De hoc tactũ est in prooemio quarte partis, & in quinta parte, sub titulo de nocturnis. Augu. tamen dicit Dominum in diluculo surrexisse, & ipsum per quadraginta horas mortuum, siue in sepulchro extitisse: cui Ecclesia consentire videtur, quæ pro resurrectione matutinum eadem celebrat hora. Stet ergo Ecclesia vsque in horam decimam, & tunc congregatur ad officium celebrandum, quando resurrectio appropinquat, videlicet circa vesperam noctis, quæ lucescit in prima sabbati, & quam per totam noctem vsque ad diei claritatem continuat ad hoc, vt illud impleatur. Nox illuminatio mea in delicijs meis, & nox, sicut dies illuminabitur.
Ps. 31 ¶ Tribus † autem de causis, dicitur hac
4 dies illuminata. ¶ Primo, quia refulget in delicijs nostris propter redemptionẽ seu resurrectionem animarum, quæ licet sit in die parasceue, morte Domini recuperata, eius tamen gaudium & lætitia est ad hanc noctem translata, propter rationem positã sub quinta feria cœnæ, Domini, vbi agitur de olei consecratione. ¶ Secundo, propter resurrectionem corporum, quæ Domino resurgente prima sabbati speratur futura, ideoque vigilamus & resurgenti vigilãdo concinimus. ¶ Tertio propter baptismi sacramentum, quod hodie celebratur. quoniam ab illis causis sumpsit exordium, & illarum nobis tribuit fructum. Celebratur enim hac die catechuminorum officium, ut ipsi Christo consepulti, ad baptismum in morte cum eo resurgant. Hæc ergo nox, pascha dicitur, quòd transitus interpretatur, quia transiuit Dominus de mundo ad patrem, de morte ad uitam transimus & nos. Pascha enim nostrum immolatus est Christus, de hoste ad patrem, de tenebris ad lucem de reatu ad gratiam, de pœna ad gloriam, de pugna ad uictoriam. ¶ Hæc
5 nox siue pascha † in qua resurrexit Dominus fuit decimaseptima luna mensis primi, id est, Aprilis, qui est primus apud Hebræos, qui computant menses secundum lunæ cursum. Ideo quidem in mense primo resurrexit, quia ipse est principium. Itẽ ideo in luna decimaseptima, ut p obseruationem decalogi perduceret nos ad æternam requiem sabbati sui. Surrexit igitur tunc, cum luna alta petit, ad designandum quòd Ecclesia petere debet alta virtutum & scandere ad templa cœlorum. Item in tertia hebdomada lunæ surrexit per quòd tertium tempus, scilicet gratiæ aduenisse significauit. Et inde est, quòd cum semper in lunatione Aprilis, & plenilunio hanc solẽnitatem ex iussu Domini celebremus, quandoque in nostro Aprili, & quãdoque in Martio eam solennizamus: sed cum post duodecim lunationes constituimus, innuitur quòd per decem legis & duo charitatis precepta ad resurrectionis gloriam peueniemus. Si verò eam post xiij. lunationes obseruamus, innuitur quòd per decalogum & trinitatem perueniemus ad gloriã æternitatis. Adhuc ideo hęc nox in plenilunio celebratur quoniã luna iubar luminis à sole mutuatur. Luna est Ecclesia: sol Christus qui dum occidit, occiditur, sed eius occasu Ecclesia gratiæ plenitudi-
6 ne illustratur. Item † hæc nox, in qua Christus resurrexit ęquinoctio transacto, quando scilicet dies incipiunt crescere, & esse maiores noctibus, celebratur. ¶ Primo, quia post ignorantiam prolongatur de Deo scientia, & ubi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. ¶ Secundo, quia virtutes in nobis crescere, & uitia superare debent. ¶ Tertiò, quia per eius resurrectionem tenebræ mortis cœpere minui & dies vitæ incępit augeri. ¶ Quarto, quia per ipsum, qui est lumen de lumine, peruenitur ad diem lucis æternæ. Item, hac nox celebratur, ut in vere, quando post hyemis asperitatem flores vernant, & uolucres iubilant, quia pulso perfidiæ gelu, mundus floruit pulchritudine virtutum. Et in omnem terram exiuit sonus eorum, hæc nox est utriusque diei communis, scilicet sabbati præcedentis, & dominicæ sequentis.

Nam

7 Nam † vsque nunc dies præcedebant noctem, nunc econuerso fit. Conditor enim temporis fecit, vt à principio dies naturaliter præcederet noctem, secundum quod dicit scriptura, fiat lux. & facta est lux. & ea procedente per superius hemisphærũ ab oriente in occidentem factum est uespere & redeunte ea per inferius hemisphærium ab occidente in orientem factum est mane. Præcessit ergo dies noctem, in signũ quòd homo siue Adam transiturus erat de luce uirtutum in tenebras uitiorum, siue quòd homo a die paradisi descenderet ad noctem inferni, sed in resurrectionis nocte artificialiter fecit Dominus, ut nox reciprocando præcederet diem, in signum reparationis secundi Adæ, qui nos per suam resurrectionem de peccatorum tenebris reparauit ad lucem, vnde Apost. Nox præ-
Ro. 13 cessit, dies autem appropinquauit. Seriatim igitur huius diei officium prosequentibus, Primo per quem, quomodo, & quare agni de cera hac die fiãt. Secũdo, de benedictione cerei. Tertio, de lectionibus & tractibus. Quarto, de benedictione baptismi siue fontium, ubi etiam agitur de cereis cathecuminorum. Quinto, de baptismo, vbi agitur de vestibus quas neophiti octaua die deponunt, & de patrinis. Sexto, de confirmatione. Septimo, de missa.

SVMMA.

1 *Agni cerei, qui fiunt Romæ in parasceue Paschali, quid notent. & nume. 2. Et eorum virtus. nu. 3.*

Per quem, quomodo, & quare agni de cera fiant. Cap. 79.

1
N † primis itaque hac die acolyti Ecclesiæ romanæ faciunt agnos de cera noua benedictę, vel de cera cerei paschalis anni præcedentis, admisto chrismate qui in sabbato in albis in Ecclesia per dominũ papam populo distribuuntur. Agni isti, significant agnũ illũ immaculatum, qui tollit peccata mundi. Cera, significat eius humanitatem, sicut beatus Gregorius dicit, mel in cera, diuinitas in humanitate. Apis quidẽ, quæ operatur ceram cũ melle, nulla resoluitur libidine, & beata virgo eũ, qui est Deus, & homo, concepit sine uirili semine. In cera admiscetur oleũ seu chrisma, quia Dominus noster plenus est misericordia, quæ per oleũ designatur. In octaua distribuuntur, quia in octaua resurrectionis Dñ s suis præmia, distribuit. Rursus, agnus in agno cereo præfiguratus, & in pascha immolatus, ad memoriam reducitur, cui beatus Greg. oleũ infundi instituit. quando paschalis agni mysteria reserauit. † Hi etiam cerei agni figurant a-
2 gnos nouellos, de quibus cantat Ecclesia in sabbato in albis: & ideo quandoque in illo sabbato fiunt, quod etiam vsus apostolicus docet quoniam in dominica tunc sequenti domino Pa. mensam intrante, & agnos cereos capellanis, & familiaribus suis distribuere uolente: unus acolytus solenniter portans & præsentans sibi agnos ipsos, dicit ter alta voce. Domine. d. d. isti sũt agni nouelli, qui annuntiauerũt, allelu-Ia: modo venerunt ad fontes &c. † Hi agni
3 à fulgure, & tempestate fideles, & credentes defendunt propter virtutem consecrationis & benedictionis. Sane secundum quarundam Ecclesiarum consuetudinem, cereus distribuitur in octaua paschę populo, ad suffumigandas domos, ad significandum quòd in ultima resurrectione Christus fidelibus in premio tribuetur, ad quod expressius significandum Romana ecclesia agnos facit supradictos.

SVMMA.

1 *Cerei benedictio fit in parasceue.*
2 *Sub cerei benedictionem, cur ignis antiquus extinguatur, & nouus è petra excutiatur.*
3 *Cereus paschalis à subdiacono benedicitur. Et cur non potius à superiori.*
4 *Cereus paschalis, quid significet.*
5 *Mansiones tres, in quarum tertia columna præcessit populum.*
6 *Cereus, super columna, significat Christum. Item, paschalis. nu. 7.*
8 *Cerei benedictio qualiter fiat. Et an vnus tãtum benedicatur, an duo. nu. 11.*
9 *Turi grana, in cerei benedictioone, quid signi-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſignificent.
10 *Cereo paſchali infixa tabula, quid ſignet. quidque contineat.*

De benedictione cerei. Cap. 80.

1 SEcundo † loco paſchalis cereus benedicitur. Circa quod ſciendum eſt, quod in principio officij totus in Eccleſia debet ignis extingui, & nouus de lapide percuſſo cum calibe, uel ex cryſtallo ſoli obiecta debet elici, & de ſarmento foueri. Ignis uetus, veterem ſignificat legem, cuius figuræ in morte Chriſti cõpletę fuere, & ideo velut extinctę ceſſare debuerũt: ſed de lapide, id eſt, de Chriſto qui eſt lapis angularis, qui verbere crucis percuſſus, Spiritum ſanctum nobis effudit, vel de cryſtallo inter ſolem & lunam mediante, id eſt, de Chriſto qui fuit mediator inter Deum & hominem, qui ſicut ipſe teſtatur, ignem in terrã mittere venit. nouus ignis elicitur, dum per eius paſſionem vel reſurrectionem Spiritus ſanctus nobis effunditur, cui præbet alimentum ſacramentum, id eſt, Chriſtus qui eſt vitis vera Cryſtallus quoque perlucida eſt Chriſti humanitas reſurrectione ſplendidiſſima. Adhuc nouus ignis ideo benedicitur, ut ſicut ille, qui eſt lumen indeficiens, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundũ igne illuminauit Moſen: ita illuminet ſenſus & corda noſtra, ut ex his tenebris ad lumẽ & uitam æternam mereamur peruenire. Nec eſt vana religio ſolenni proceſſione, ad huius ignis benedictionem exire, in quo meminiſſe debemus excundum nobis eſſe ad illum quem Iudæi extra caſtra eiecerũt. Exeamus (inquit Apoſtolus) ad eum extra caſtra, improperium eius portantes & benedicimus illum, cum cruce & aqua. ut nos in paſſione eius per quẽ Spiritum ſanctum accipimus, totos eſſe ſignificamus. † Rurſus extinctis Eccleſiæ luminaribus, & igne de petra cum calibe excuſſo ignis aqua aſpergitur benedicta, quia extinctis Apoſtolis, qui lumen mundi à Chriſto dicti ſunt, de Chriſto petra excuſſus eſt ignis charitatis, cum calibe lãceæ vulnerantis, dum ſanguis & aqua de eius corpore ſacro emanauerunt, à quibus habent efficaciam ſacramenta, quibus mediantibus in amore Domini inflammamur aqua gratiæ perfuſi. Et attende, quod ſicut in his ſingulis diebus, ſcilicet cœna Domini, paraſceue, & ſabbato ſancto, ignis extinguitur, ſicut volunt quidam. ut etiam ex eis nouus ignis in memoriam paſſionis, ut prædiximus, accendatur. Subſequenter benedicitur cereus ex inſtitutione Zozimi, & Theodori primi Papæ: ſed beatus Ambro. benedictionem dictauit: quanquam Augu. & Petrus diaconus Caſſineñ. monachus, alias benedictiones dictauerunt, quæ in uſu non ſunt. Benedicitur autem ideo, quoniam ex ſimplici ſui natura abſque benedictione, non poteſt tranſire ad ſignificationem myſterij colũnæ ignis de qua iam dicetur. Benedicitur etiam propter gloriam reſurrectionis eius quem & pater benedicit, & quia per ipſum ipſe Chriſtus viſibiliter ad memoriam reducitur. † Benedicitur quidem etiam præſente Epiſcopo, vel ſacerdote, à diacono, qui eſt minoris ordinis, quia Chriſtus reſurgens à mortuis: primum Marię Magdalenæ ſe manifeſtãs, uoluit per debiliorem ſexum gloriam ſuæ reſurrectionis Apoſtolis nuntiari: ut ſicut noſtræ mortis initium per mulierem in mundum intrauerat, ita & reparationis initiũ per mulierem in mundo nuntiauerunt. Ad huc diaconus benedicens cereum, ſignificat euangelij prędicatorem, qui Chriſtum pro nobis paſſionis violentia corporaliter extinctum, debet laudum benedictionibus prædicando, reſurrectionis luminoſa gratia reddere illuſtratum quæ dalmatica induitur, quoniam debet eſſe cœleſtis conuerſatione adornatus, quam dalmatica ipſa deſignat. ¶ Porro † cereus, ſuper columnam illuminatus, ſignificat primo columnam ignis, quæ præcedebat in nocte populum Iſrael, extinctus vero, ſignificat columnam nubis, quæ præcedebat, in die prima quidem de nocte illuminans, & ſecunda in die refrigerans in qua Spiritus ſanctus ſignificabatur. Tenuit quidem in nobis columna nubis figuram humanitatis: & colũna ignis figuram diuinitatis. Recte autem cereus columnam ſignificat. Nam ille præceſſit populum ad mare rubrum, in quo baptizati ſunt, iſte vero præcedit neophytos ad baptiſmum. Item ille præceſſit populum vſque ad terram promiſſionis: iſte vero

Heb. 13

2

4

vero præcedit ſeptem diebus neophytos ad fontes, & dominus nos præcedit, vt paret nobis viam, uſque ad patriam, quæ poſt finem huius vitæ, quæ ſeptenario reuoluitur, nobis promittitur. ¶ † Et nota, quòd nec in prima nec in ſecunda manſione, columna præceſſit populum, ſed tertia. prima manſio fuit in Ramatha. Secunda, in Segor. Tertia in Ethan. Ramatha, interpretatur commotio tineæ. Segor, tabernaculum. Etham, firmum uel perfectum, vel ſigna eius. Hæ tres manſiones his tribus diebus domini coaptantur, ſcilicet diebus paſſionis, ſepulturæ, & reſurrectionis. Nam in die paſſionis fuit Dominus, quaſi in Ramatha, id eſt, in commotione tineæ, videlicet in commotione Iudæorum, qui ad modum tineæ veſtem inconſutilem domini, id eſt, Eccleſiæ vnitatem, imò & ipſum demoliri nixi ſunt. Sed de hac manſione, quaſi exiuit, cum obijt, & uenit in Segor, id eſt, in tabernacula, cũ in ſepulchro latuit, & tanquam fortis miles fortem diabolum ligando, vaſa eius diripuit: tabernacula. n. militantium ſunt. Sed de hac mãſione exiuit cũ ſurrexit, & intrauit in Ethan: quod interpretatur firmũ, ſeu perfectũ, ſeu ſigna eius, quia ipſe reſurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, tunc ſignaculum ſuis fuit cum ipſe eis glorioſus apparuit, & eos tanquã columna ignis illuminauit. ¶ † Secundo cereus ſuper columnam, ſignificat Chriſtum qui nos in huius mundi nocte illuminat, & in die à uitiorum incentiuo refrigerat, ut præmiſſum eſt. Rectè quidem cereus Chriſtum ſignificat propter tria, quæ in eo ſunt: lichimen namque animam, cera, corpus & lumen diuinitatem ſignificat. ¶ † Tertio cereus renouatus & illuminatus poſt benedictionem, ſignificat nouã Chriſti doctrinam qui eſt in nouo teſtamento, qui ait: Mandatum nouum do vobis, vel gratiam nouam qua nos dominica ſingulariter illuſtrata eſt: videlicet Chriſti reſurrectionem, qui reſurgẽs à mortuis, apparuit in carne glorioſus: & ſplendore diuinitatis illuminatus. Huius enim cerei ceram apes mater ſine concubitu eduxit, & Chriſti carnem virgo Maria concepit, & peperit, & in carne Deum, quaſi mel in cera perfetens, inuiolata permanſit. Incipit autem cerei benedictio. Exultet † iam angelica turba. De hoc enim eſt exultatio, quòd extraxit ſuos de inferno & de eius victoria: Aſcendit enim ſuper occaſum, Dominus nomen illi, & primo ſalutat populum dicens Dominus vobiſcum, ut illum reddat beneuolum & attentum. Cæterum lumen cerei, ſeu eius ſignificatio, duplex eſt, ſignificat enim Spiritũ ſanctũ, quo Chriſtus plenus fuit, & gloriam reſurrectionis eius. Secundum primũ myſterium, in quibuſdã eccleſijs cereus à principio benedictionis accenditur: quia Chriſtus ab initio ſuæ cõceptionis Spiritu ſancto fuit repletus. Et verba benedictionis in hoc conſonare videntur. Nam ſtatim circa principium dicitur: Gaudeat ſo tellus tantis irradiata fulgoribus, & poſtea ſubditur: Lætetur mater eccleſia tanti luminis adornata fulgoribus, & poſtea diaconus rogat circunſtantes, cum eo miſericordiam domini inuocare, ad tã mirã huius luminis claritatẽ, quod licet de ſignificato intelligatur, ſcilicet de Chriſto, cõueniens tamẽ uidetur, ut & ipſum ſignificans ei aliquo modo, prout fieri poteſt, reſpondeat, & eius ſimilitudinem gerat. Quantum ad alterũ vero myſteriũ, videlicet q̃ lumẽ gloriã reſurrectionis ſignificat, in quibuſdam Eccleſijs illuminatio ceræi vſque poſt appoſitionem incenſi defertur. infigit enim ipſi cereo diaconus quinque grana turis in modum crucis, cum dicit. Suſcipe ſancte pater huius incenſi ſacrificium veſpertinum, ſiquidem paſſio Saluatoris reuera fuit ſacrificium veſpertinum legis, iuxta illud: Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum, quia fuit in veſpera mundi, id eſt, in ſexta ætate factum, & in veſpera diei, quæ † granaturis deſignant aromata quæ mulieres emerunt ut vngerent crucifixum. Emerunt enim ad literam aromata veſpere ſabbati, quia ſabbato ſiluerunt propter feſtum ſabbati, & oſtendit eccleſia ſe illam deuotionem habere in aromatibus virtutum, uel quinque grana ſignificant quinq; plagas in cruce receptas. Poſt hoc aliquantulum inferius fit cerei illuminatio, quia poſt paſſionem ſecuta eſt in reſurrectionis gloria & lucet cathecuminis ante baptiſmum, & poſt vſque ad octauas, ad notã dum

Ro. 6.

6

Io. 13

7

8

Pſal. 140

9

dum, quod Christus lucet Ecclesiæ vsque
10 in diem iudicij. † In cereo etiam affigitur
tabula seu charta scripta, quæ significat ta
bulam, in qua Pilatus scripsit: Iesus Naza-
renus Rex Iudæorũ, quã vidimus Parisius
in capella Illustris Regis Francorum, vna
cũ spinea corona, & ferro, & hasta lanceæ,
& cum purpura, qua Christum induerunt,
& cum sindone, qua corpus fuit inuolutum
& spongia, & ligno crucis, & vno ex clauis
& alijs reliquijs multis. Et cũ cereus Chri
stum significet, merito in dicta tabula in-
scribitur annus Domini tũc currens, cum
eius incarnatione, quia in cereo notat,
quòd Christus est annus antiquus, & ma-
gnus, plenus dierum, de quo in octaua par
te, sub tit. de anno solari dicetur. Ideo au-
tem Christus annus dicitur, quia sicut in
anno dierum habetur multitudo fructũ,
ita & in Christo fuit & est multitudo om-
nium bonorum fructuum. Habet enim
Christus suos menses, ut sunt duodecim
Apostoli, & suos dies, vt sunt omnes fide-
les, & suas horas, ut sunt neophyti. Scribi-
tur etiam in illa tabula annus, ab origine
mundi currens, ad notandum quòd ip-
se est α & ω. Scribitur etiã ibi indictio, vel
æra & epacta, de quibus sub tit. de anno so-
lari dicetur, ad notandũ, q; hominũ actio-
nes & temporũ successiones, per dei dispo
sitionẽ ordinantur. In † quibusdam Eccle-
sijs additur alter cereus minor: primus ma
ior consecratur in personam Christi dicẽ-
tis. Ego sum lux mundi, alter in persona
Io. 8. Apostolorum, quibus ipse dominus inquit:
Vos estis lux mundi. uterque cereus præce
dit cathecuminos, ad baptismum, & Apo-
stoli nos ad terram promissionis. Itẽ Chri
stus per se illuminat ecclesiam, illuminat
etiã illam per Apostolos, quorũ pręcepta
diligenter intueri & obseruare debemus.
quod ostenditur ex illuminatione aliorũ
cęreorum, qui ab alijs duobus illuminan-
tur. In plerisq; vero ecclesijs duo alij par
ui cerei accenduntur à maiori, & statui-
tur vnus ab una parte cerei benedicti, a-
lius ab alia, qui significant sanctos noui &
veteris testa. qui per Christum illuminati
sunt, & per doctrinam Apostolorũ & Pro-
phetarum, qui cum Christo concordant. Il
li autem, &c. Ecclesiæ luminaria ex igne
maioris cerei accenduntur, ad figurãdum
quod ignis Spiritus sancti à Christo proce
dit, & quòd non solum Prophetæ & Apo-
stoli, qui per duos cereos significantur, ve-
rumetiam omnes ecclesiæ fideles à Chri-
sto illuminati sunt, qui ideo sunt duo, tum
quia Apostoli bini, ad prædicandum mis- Lu. 10
si sunt, tũ quia discipuli & alij illuminati à
Christo gemina charitate feruent: & tam
verbo, quam exemplo lucent. Possunt etiã
ipsi duo cerei cathecuminos significare,
qui à lumine maioris cerei accenduntur,
quoniam à lumine Christi oportet cathe-
cuminos illuminari. Lumen quidẽ Christi
est eius gloria & doctrina quę per sequen
tes lectiones intelligũtur seu insinuantur.

SVMMA.

1 *Paschatis sabbatum, quas lectiones habeat: & quare sine titulo. & tono illa legantur. Et quot sint nu. ibid. & nu. 9. 10. 12. Primaque interpretatio nu. 2.*
3 *Manichæorum hæresis.*
4 *Lectionis secundæ in sabbatis, expositio. Item tertiæ. nume. 5. idque variè. nume. 6. Item quartæ nume. 8.*
7 *Tractus, Vinea facta est. expositio.*
11 *Noe arca, Ecclesiam significat.*
13 *Canticum, quid.*
14 *Lectionum & canticorum præposterus ordo.*

De lectionibus & Tractibus. Cap. 81.

TERTIO loco † circa le- 1
ctiones & circa tractus
sciendum, quod lectio-
nes quæ Christi gloriã
& doctrinam significãt:
idcirco carent titulo,
quia cathecumini non
dum sunt ciues Hierusalem, & scripturas
ignorãt, & nomina ciuium Hierusalẽ igno
rant. Vnde si eis nominarentur, & nomine
Doctorum veteris vel noui testamenti for
tè potius contemnerent, quòd venerarent-
tur; Carent etiam titulo, quia Christus ca
put nostrum nondum redditum est nobis.
Leguntur quoque sine tono, quoniam in
eis insipientes, & cathecumini simplices
instruuntur. Lectiones autem in quibusdã
Ecclesijs leguntur quatuor, in quibusdam
sex, in quibusdam duodecim, & in quibus-
dam

dam quatuordecim, qui quatuor legunt,
ideo faciunt, quia Doctor cathecumino-
rum debet esse conuiuator eorum. Debet
enim eis parare conuiuium in mensa sa-
cræ scripturæ, quæ per mensam, quæ in ta-
bernacula Domini fuit, significatur: Quę
quatuor pedes habuit, quia sacra scriptu-
ra quatuor modis exponitur, videlicet hi-
storicè, allegoricè, tropologicè, & anago-
gicè, quod plenius dictum est in procemio
primi libri. Prima lectio. In principio crea
uit Deus cœlũ & terram, quæ est Gen. j. ca.
historiam monstrat. Ad literam enim fa-
cta sunt, quæ ibi dicuntur de creatione cœ
li & terræ, & aliarum rerum, de homine,
qui factus est ad imaginem & similitudiné
Dei, &c. & sic de alijs. Secunda lectio, sci-
licet, Factũ est in vigilia, &c. quæ est Exod.
xiiij. cap. pertinet ad allegoriam, Tertia,
scilicet, Apprehendentem septem mulie-
res, &c. quæ est. Esa. iiij. c. ad tropologiam.
Quarta, scilicet, Hæc est hæreditas seruo-
rum, quæ est ibidem. lv. cap. ad anagogen.
prout infra patebit. Verum, si diligenter
attendere volumus, prima lectio, & secun-
da, tam ad primum, quam ad secundum pe
dem pertinent, id est, tertia potius ad se-
cundũ, quam ad tertiũ. Prima, pertinet ad
secundũ pedẽ, sicut ad primũ, nam quæ in
ea historicè dicuntur, allegoricè exponun
Gen. 1 tur. verbi gratia. Factus est homo † Chri-
2 stus ad imaginem & similitudinem Dei:
masculum, id est, Christum, & fœminam, id
est, Ecclesiã creauit eos, Vel ét partim ad
secũdũ: partim ad tertiũ refertur, quia ope
ra sex dierũ coaptãtur operibus lucis spiri
tualis, quia interius reformamur, & illu-
minamur. Nempe opus primi diei fuit lux
qua significatur illuminatio fidei. Opus se
cundi diei, fuit firmamentum, quod diui-
dit aquas superiores, ab aquis inferiori-
bus, hoc est fundamentum sacræ scripturę
quod diuidit aquas superiores, id est, An-
gelos ab aquis inferioribus, id est, homini-
bus, qui eo non indigent: Opus tertiæ diei,
fuit segregatio aquarum ab arida, id est,
segregatio eorum, qui dediti sunt fluxui
carnalium voluptatum, & qui quemadmo
dum aquæ se & alios, qui sitiunt ab his, qui
ad modum aridæ, sitiunt fontem aquæ ui-
Ps. 41 uæ, ut possint fructificare, dicentes: Sitiuit
animã mea ad Deum fontem viuum &c.
Quartæ diei opus, est luminaria in firma-
mento. Hæc luminaria sunt doctores, qui
inhærentes firmamento sacræ scripturæ,
inferioribus lumine scientię lucent. Quin
tæ diei opus, est creatio piscium & auium
ex aquis, per quæ intelliguntur renati ex
aquis baptismatis, quorum quidam bene-
ficio baptismatis vruntur ad modum pi-
scium, ut paruuli, quidam vero alis gemi-
næ charitatis, ad instar auium volant ad
superiora, ut boni adulti. Vnde in prima
lectione dicitur: Spiritus Domini fereba-
tur super aquas, scilicet baptismi. In aquis
remanent pisces, id est, curiosi, aues vero,
id est, baptizati ad cœlestia volant. Sextæ
diei opus, est creatio animalium de terra.
Siquidẽ terra, caro nostra est: ex qua crean
tur animalia, cum ex ea procedant opera
uiua, & interior homo noster reformatur,
ut in eo imago & similitudo Dei reluceat
secundum quod dictũ est ibi: Factus est ho-
mo ad imaginẽ & similitudinem nostram. 3
¶ †Rursus per primam lectionem instruun
tur baptizãdi: ne credant Manichæis. Qui
dicunt hæc omnia visibilia à rege tenebra
rum fore creata. Post istam primam lectio
nem, nullum sequitur cãticum. Sunt enim
quatuor cantica, sicut quatuor lectiones.
post duas primas sequitur vnum canticum
& post vltimam, duo cantica sequuntur.
Post primam ergo non sequitur canticum
quia in eo agitur de primo homine, qui
creatus Deum non laudauit, sed peccauit,
& in eo omnes peccauerunt, ideoque po-
tius deberet sequi luctus, quam canticum
q; est exultatio mentis habita de æternis.
Quia vero primus homo per oblectamen-
ta peccati à gloria cecidit, & ad eam redi-
re possumus, si ratione cõtra peccatum ste
terimus, idcirco orat sacerdos post lectio-
nem, dicens: Deus, qui hominem mirabili
ter collocasti, & mirabiliter creasti, & mi-
rabilius reformasti, da nobis contra oble-
ctamenta peccati ratione persistere, ut ad
æterna gaudia peruenire mereamur. Et in
eo etiam, quòd ipse dicit, qui hominem
mirabiliter creasti & mirabilius reforma-
sti, innuit quod in præcedenti lectione hi-
storicè agitur de hominis creatione, & al-
legoricè de eius redẽptione, id est, de illo
per quem est facta redemptio. ¶ In secun-
da quoque † lectione est historica narra- 4
tio sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, sed ipsa pertinet ad secundum pedem mensæ, quia quod ibi historicè dicitur, allegoricè intelligitur. Nam sicut in mari rubro submersis Aegyptijs, liberati sunt Hebræi, ita & in baptismo submersis vitijs & peccatis, liberatur populus Dei. Vnde post illam lectionem sequitur cãticum lætitiæ, & exultationis: uidelicet Cantemus domino Exod. xv. cap. In quo exultat populus Christianus, qui à spiritualibus Aegyptijs per baptismum est liberatus, sicut Iudęi à corporalibus. & ideo sacerdos orat, ut dominus salutem gentium operetur in aquis baptismatis misterio, quo ipso priorem populum ab Aegyptijs liberauit. Per Aegyptios quidem peccatores per mare rubrum, baptismus intelligũtur ex quibus Aegyptijs, neque paruus, neque magnus remansit: nec etiam in baptismo magnum vel paruũ peccatũ remanet, q̃ in pœnitentia facile nõ contingit. Rectè igitur subijcitur canticum illud: Cantemus domino, quia licet quandiu homo in peccato est, Dominum laudare nõ potest, quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris, tamẽ cum liberatus est, potest cantare domino primum canticum, scilicet de liberatione
5 sua. ¶ Tertia lectio, quæ est Esa. † Pertinet ad secundum pedem mẽsæ, scilicet ad allegoriam, licet ad tertium, scilicet ad tropologiam. utcunque valeat coaptari. In ea enim continentur sacramenta Christi & Ecclesiæ. Sacramentum Christi ibi notatur, vbi dicitur: Apprehendent septem mulieres, uirum vnum. Mulieres septem sunt septem dona Spiritus sancti, in baptismo collata, quæ apprehenderunt vnum virum, id est, Christum, vt in eo plenè quiescerent, quod in alio homine facere nõ poterant, uitijs & peccatis impedientibus. Sequitur ibi: Panem nostrum comedemus: quo ad ipsum Spiritum sanctum cuius hæc dona sunt, refertur. Nam Spiritum sanctum, panem suum comedere & vestimentis suis cooperiri, nihil aliud est, quam ipsum æqualitatem patris & filij possidentem, nullo indigere. Postea subiungitur: Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, id est, illi, in quibus erit habitatio tua, à nomine tuo Christiani dicantur. Aufer opprobrium nostrum quod, scilicet à malis hominibus passi sumus, à quibus sæpe peruitia, & peccata expulsi sumus. Hæc est ergo allegoria. Moraliter † autem per 6
septem mulieres intelliguntur, homines septiformi gratia repleti, id est, sapientes, intelligentes, consulentes, fortes, scientes, pij, timorem domini habentes, qui apprehendent vnum virum, id est, Christum ei per fidem & charitatem adherendo. Hi dicant, quod in lectione ipsa sequitur, scilicet Panem nostrum comedemus, id est, corpus tuum, quod est noster panis. quia nobis ad refectionem datus, & vestimentis, scilicet bonorum operum, contra frigus peccati cooperiemur. Inuocetur tantummodo nomen tuum super nos, vt videlicet à te Christiani dicantur. Aufer opprobrium nostrum, scilicet ne serui diaboli nominemur. in eo uero quod sequitur: Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & lauerit sanguinem Hierusalem de domo eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris notatur sacramẽtum Ecclesiæ: per sordes notat leuiora peccata, per sanguinem grauiora. Leuiora enim peccata lauat dominus in spiritu iudicij, id est leuioris correctionis: grauiora, in spiritu ardoris, id est, grauioris satisfactionis. Notat igitur in hoc effectum baptismi: quia dñs tã grauiora pec
cata, quã leuiora tollit per baptismũ. Post hanc lectionẽ sequitur canticum, q̃ est primum canticũ sinagogæ scilicet: Facta est vi
nea dilecto meo. Esa. v. c. Vinea enim ad li 7
teram, synagoga est, sepes circa eam sunt obseruãtię legales, turris in ea, est templũ, torcular, altare holocausti, & in eis sacramenta Ecclesiæ nihilominus intelligũtur. Vinea enim, est Ecclesia, quæ facta est in
cornu illo. s. de quo scriptũ est: Erexit cornu salutis nobis, hoc cornu est Christus, & vinea facta est in loco vberi: Christus est locus vber, de quo dictum est: Mons Dei, mõs pinguis. Circa hanc vineam, sepes est diui
na protectio, fossa, timor domini, turris est Christus, de quo dictum est: Esto nobis domine turris fortitudinis. torcular, crux Christi, de quo dictum est. Torcular calcaui solus. Et quia in lectione in cantico exprimuntur sacramenta ecclesiæ synagogę, idcirco sacerdos orat, dicens. Deus qui nos ad celebrandũ paschale sacramẽtũ, vtriusque testamẽti paginis instruis, vtriusq; testamenti, dicit utrumque testamentum. & sub-

subdit. Da nobis intelligere misericordiã tuam, vt perceptione præsentium numerum, firma sit expectatio futurorum. Misericordia domini quam nos intelligere optat, est remissio peccatorum in baptismo. præsentia igitur munera sunt, spiritualia
8 dona, quæ in pręsenti percipimus. ¶ † Quar
Es. 54. & 55. cap. ta lectio est: Hæc est hæreditas seruorum domini, iustitia eorum apud me, dicit dominus, & pertinet ad quartum pedem, scilicet ad anagogen. Nempe sicut ex prędictis patet, in prima lectione instruitur homo de sua formatione, in secunda & tertia de reformatione, quæ fit in baptismo per Iesum Christum, vnde iam non restat, nisi quod instruatur catechumenus de vita beata, & de bonis moribus, per quos ad eam venitur, quæ in hac quarta lectione docentur. Siquidem vita æterna, est hæreditas, quæ seruis domini debetur, & iustitia eorum, est apud Deum. Nam meritis eorum iustè debetur, ut apud eũ æternaliter quiescant. Ea vero quæ sequũtur, ad bonos mores pertinent, ut illud: Audite audientes me, & comedetis bonũ, & delectabitur in crassitudine anima vestra, per bona intelligitur ipsum Christũ vel verbum eius, quo anima reficitur, vnde notans delicias animæ non carnis: dixit: Delectabitur in crassitudine anima vestra. Hanc lectionem sequuntur duo cantica in quibusdam Ecclesijs. In ea enim agitur de hæreditate æterna, quæ erit in duobus, id est, in gloria animæ & corporis, sed cõuenientior est ratio quia in ea agitur de duobus, scilicet de bonis moribus, & uita beata, ut dictum est, primum canticum, scilicet attẽde cœlum. quod est Deute: xxxij. ad bonos mores pertinet: vnde verba cãtici huiusmodi verbis lectionis in plerisque respondent. In lectione igitur dicitur: Feriam vobiscum pactum sempiternum misericordias Dauid fidelis. Et in cantico dicitur: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate. & ibi dicitur. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram & germinare eam facit: hic dicitur. Quasi imber super herbam, & nix super fœnum &c. Et quia bona opera, quæ facimus, sunt ad Dei gloriam referenda, idcirco circa finem lectionis dicitur. Date magnificentiam Deo vestro. Attendens vero sacerdos catechuminorum animos esse deuotos & ad baptizandum esse paratos, orat quòd dominus, quos aqua baptismatis abluit, continua protectione tueatur. Postea sequitur canticum in persona catechuminorum respondentium se affectare baptismum: vt per hoc ad vi- Ps. 42
sionem Dei perueniat. Vnde cantatur. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Super quo dicit August. quòd hoc in persona catechuminorum dicitur, desiderantium ad fontem baptismi peruenire: sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum venire. post exponit desiderium suum catechumenus, dicens: Sitiuit anima mea ad fontem viuum. quæst. v. & appa. ante fa. Domini. quasi dicat, si non in ingressu, si non in progressu, satiabor in egressu. Hoc desiderium confirmat sacerdos orans, & dicens, ut desiderijs cœlestibus accensi fontem vitæ sitiamus. Qui autem sex le-
ctiones † legunt, hoc faciunt, quia per 6
Christi passionem & resurrectionem mundus sex diebus perfectus, redemptus, & reparatus est: vel propter senarium numerum, qui perfectus est, vel quia catechumini ad sex opera misericordię inuocantur. Nunc tangamus † consuetudinem 10
Ecclesiarum duodecim lectiones legentium, quod faciunt in honorem duodecim Apostolorum, à quibus post Christũ omnis doctrina christianitatis processit, à qua catechumini illuminantur, & hi quandoque legunt sex græce: & sex latinè, quia Christus à Iudæis ad Gẽtes translatus est. Græca enim & latina lingua sunt principaliores inter alias & per eas apertè totum genus omnium gentium reparatum per Christum intelligimus. Verum & si præmissi legant duodecim lectiones, non tamen cantant, nisi quatuor cantica prędicta. Post quartam nanque lectionem cantant primum canticum, post octauam, secundum: post vndecimam, tertium: post duodecimam, quartum. Prima lectio est: In principio creauit Deus cœlum & terram, in qua homo ad imaginem Dei factus docetur. Sed hæc imago penè amissa per peccatum, restauratur per baptismum. Vnde sequitur secunda lectio. Noe vero cũ esset &c. quæ est. Gen. v. in fine v. &

vj.vij.& viij.c.in qua ostenditur,quòd omnes perierunt in diluuio,exceptis illis,qui in arca saluati sunt, diluuium est baptismus,arca est ecclesia, omnes. n. qui extra Ecclesiam baptizantur,pereunt:& illi soli qui sunt in ecclesia, merito saluantur, & quia post baptismum debet esse paratus ad tentationem, idcirco sequitur tertia lectio:Tentauit Deus Abraham.quæ est Ge. xxij.c.in qua Isaac legitur à patre oblatus, & aries pro eo immolatus,& ita filius Dei pro nobis oblatus est, sed non eius diuinitas,imo eius corpus,pro nobis est immolatum.Et quia in passione domini maioré efficaciã baptismus recipit, idcirco sequitur quarta lectio, scilicet factum est in vigilia matutina, in qua ostenditur quòd in mari rubro submersi sunt Aegyptij, & liberati Hebræi.Sacerdos.n. est Moses, baptismus mare,cereus columna ignis, catechumini Aegipti, baptizati Hebræi.Tres primæ lectiones sumptæ sunt de Ge.quarta de Exo. quam sequitur canticum,similiter de Exo. sumptum quod est canticũ victoriæ. Quinta lectio est: Hæc est hæredicas sumpta de Esa.in qua agitur de baptismo ibi, Sitientes venite ad aquas, vbi inuitantur ad baptismum.Sexta lectio est:Audi Israel,sumpta est de Baruch. cap. iij. sed conuenientius dicitur sumi de Hiere. quia quicquid scripsit Baruch. de ore Hier.sumpsit,In ea agitur de Christi resurrectione, quæ in baptismi immersione significat ibi: Post hæc in terra visus est, & cum hominibus cõuersatus est, Septima est. Facta est super me manus domini.sũpta de Ezechiele.xxxvij. cap. in qua agitur de generali resurrectione,cuius causa præcessit resurrectio Christi ibi: Ossa arida reuiuiscunt: Octaua est. Apprehendent septem mulieres virum v-
Es.4. num. sumpta est de Esa. in qua Christi & Ecclesiæ sacramentum exprimitur, & etiã baptismus ibi:Cum abluerit dominus sordes &c. Postquam sequitur canticum Esa. in persona Ecclesię,videlicet, Vinea facta est.Nõ est: Dixit dominus ad Mosen. Exo. ij.c.in qua sub figura agni immolati Christi passio pro nobis immolati exprimitur: Decima est: Factum est verbum domini. quæ est Ionæ. iij. capitul. Sub figura enim Ionę in mare proiecti & à ceto absorpti,& tertia die euomiti significantur,passio,sepultura,& resurrectio Christi. Vndecima, scripsit Moses:& est Deu. xxxj. cap.in fine, quam sequitur suum canticum: Attende cęlum in quo promittuntur præmia renatis: quibus in lectione lex domini pręponitur: Duodecima est: Nabuchodonosor. Dan. iij.cap.in qua figuratè ostenditur,quòd sicut angelus in camino ignis flammã extinxit, ita Spiritus sanctus per baptismum flãmam peccati extinguit. Vnde catechumini, baptismum desiderantes, cantant canticum: Sicut seruus desiderat ad fontes aquarum.quòd sumptũ est de Psal. Ad orationem autem quæ post hanc lectionem sequitur, nõ dicitur flectamus genua in detestationem eius, quod Nabuchodonosor rex in contemptum Dei coegit populum genua flectere ante statuam auream, quam erexerat † Romani vero dicuntur lege- 12
re.xxiiij.lectiones:duodecim græce,& duodecim latinè, propter causam scriptam sub sabbato quartæ hebdomadę aduentus. Primo legunt duodecim græcè,iuxta translationem septuaginta interpretum, quæ est authentica apud græcos,postea duodecim latinè, iuxta nostram. d. vt significent catechuminos fundari supra fundamẽtum Apostolorum & prophetarum, postea descendunt ad baptismum cum cantico. Debent enim esse fontes in ecclesia,& nõ alibi,quia mater est, ex qua noua progenies generatur. Quicunque ergo numerus fuerit in lectionibus,quatuor tantum sunt cãtica. Est autem † canticũ sanctorum, in- 13
tercessio facta,pro catechuminis vt ecclesiæ iungantur, sicut & cantus post baptismum est gratiarum actio de coniunctis, & intercessio vt perseuerent. Ideo autem cãtica cantatum, quia cathecumini, quorum est huius diei officium, futuri sunt in proximo de cœtu centum quadraginta quatuor millium cantantium canticum nouum. Cantatur etiam, propter fu- Apoc.
turam renouationem in veram innocen- 14
tiam,quasi iam factum sit, quod cito futurum sit.Ex persona enim eorum cantores cantica canunt, quæ cæteri cantare nequeunt quasi immaculati,iterum post baptismum. Vocantur autem cantica, quia cantantur, vel quia libri vnde excerpta sunt cantica siue carmina uocãtur. De primo scriptum est.Nunc cecinit Moses,& filij

Exod. 14 Es. 4. Deut. 31 Ps. 41 lij Israel carmen hoc Domino. De secundo sic: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei. De tertio sic. Scripsit Moses canticum. De quarto, & omnibus ita dicit Augustinus in præfatione cantici: Sicut ceruus:Ideo quatuor cantica dicũtur, quia scripturæ de quibus catechumini instruuntur quatuor habent intellectus. Primum canticum, habet intellectum historicum. Secundum allegoricum. Tertium, moralem. Quartum,anagogicum, quorum vsũ quodque subditur lectioni in eodem dogmate consistenti. ac ideo vltimis quatuor lectionibus,quæ de bonis moribus, & cœlesti patria disputant,coniungũtur duo cãtica,quæ de eadem materia loquuntur, ut
14 præmissum est.Illud quoque notabile est quòd quotcunque fuerint lectiones, semper orationes sequẽtes ad lectiones & tractus respiciunt præcedentes, & est præposterus ordo, alius enim primo sacerdos orat, secundo legit lector,& exinde succinit cantor,hic vero primo legitur,ut neophytis doctrina fidei præponatur,secundo,cãtatur in persona illorum, vt recognoscatur quanta sit deuotio & hilaritas baptizãdorum, qua cognita sacerdos orat confidẽter,vt eorum deuotio non deficiat,sed incrementa suscipiat, & sicut in lectionibus tituli suprimuntur, sic eadem ratione orationibus: Dominus uobiscum, subtrahitur. ¶ Et nota quòd in hoc officio lectiones sunt, quasi species magistrorum, cantica,quasi beneuolentia auditorum. Oratio sacerdotis,& responsio populi, scilicet amen.sunt quasi confirmationes beneuolentiæ præcedentis. Item hodie in lectionibus & litanijs senes pręcedunt, & iuuenes subsequuntur,vt infra dicetur.

SVMMA.

1 *Baptismus fit sabbato paschalis. Et cur ita & numero 2.*

3 *Baptismus in benedictione habet sex ceremonias & supra id, nu.8.9.*

4 *In baptismo sabbati paschalis sacerdos tangit & diuidit aquas. Et quibus id de causis. & numero.5.6.*

10 *Cereus cur mittatur in aquam in baptismi siue fontium benedictione.*

11 *In aquam baptismi quare sacerdos insufflet. & quoties id faciat.*

De benedictione baptismi, seu fontium. Vbi etiam agitur de cæteris catechuminorum. Cap. 82.

VARTO † loco de benedictione fontium seu baptismi dicturi præmittimus. ¶ Ideo enim fit hac die baptismus: quia in eo consepulti sumus Christo, & propter hoc baptizandus ter immergitur, pro ut infra dicetur. ¶ Secundo,ideo quia baptismus partim à passione, & partim à resurrectione vim suam accipit, à passione, ablutionẽ à peccatis, à resurrectione gratiæ innouationem. ¶ Tertio,quia sicut do- Es.9
minus tũc liberauit antiquos patres à carcere infernali. vnde Esa. Habitantibus in regione vmbrę mortis, lux orta est eis, ita & hac die liberantur à peccato originali. 2
¶ † In fontium benedictione, & in catechuminorum immersione, quidam vtũtur simplicibus & lineis indumentis, propter rationem scriptam in prima parte,sub tit. de altaris dedicatione. De litania quæ in benedictione baptismi dicitur,infra dicetur. ¶ † In benedictione baptismi sunt sex, 3
quoniam sacerdos orat, aquam manu tangit, vocem mutat, cereus immergitur, & alij cerei illuminantur, insufflat sacerdos, & chrisma miscet. ¶ Primo ergo orat Deũ patrem, vt per Iesum Christum imploret Spiritum sanctum, vt in fontes descendat: ideoque in modum orationis legit,sed ante omnia ab adstantibus sibi captat beneuolentiam, salutando eos,dicens: Dominus vobiscum. & illi respondent. Et cum spiritu tuo, quasi dicant: Dominus sit tecum in tanto sacramento perficiẽdo,quia sine eo nihil potes, post sacerdos alloquitur Dominus,quasi longè põsito, rogans, vt uelit adesse præsens,dicẽs:Omnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs,adesto sacramentis &c. Sed quia videtur sacerdoti, quòd insufficiens sit & indignus ad inuocandum tam magnũ dominum ideo iterũ circumstantes monet & vocem mutans dicit:Sursum corda,& ip

Universidad de Deusto Biblioteca

5 si respondent, Habemus ad dominum. Iterum, quia dominus dicit: Adhuc te loquen te ecce adsum: intelligens iam dominum esse præsentem, monet alios secum gracias Dei agere. dicens: Gratias agamus Domino Deo nostro. & ipsi respondent. Dignum & iustum est, postea sacerdos domino tanquam præsenti familiariter loquēs, dicit: Verè dignum & iustum est, æquum & salutare &c. & postea addit: Qui inuisibili potētia tua sacramētorum tuorum mirabiliter operaris effectū &c. Posteà ponit duo, in quibus significatus est baptismus. Primū in exordio mundi nascentis. Secundum, in purgatione mundi innocentis. Primū est, cum dicit. Deus, cuius spiritus ferebatur super aquas: vt iam tunc inter ipsa primordia mundi virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet, id est, ex conceptura magnificaretur. Secundum, cum subiungitur: Deus, qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis spem in ipsa diluuij effusione significasti, ut unius eiusdemque elementi mysterio, & finis esset vitijs, & origo virtutibus, respice in faciem Ecclesiæ tuæ, &c. & terminat hāc orationem, vt tuæ maiestatis imperio sumat vnigeniti tui gratiam de Spiritu sancto.

4 ¶ Deinde ter tāg t aquam manu. ¶ Primo, diuidens † aquam in modum crucis per quā vt præmissum est, baptismus maximam efficaciam recipit, vt aqua Spiritu sancto fœcundetur, & Spiritus immundus expellatur. De fœcundatione Spiritus dicit, qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam arcana sui luminis admistione fecundet &c. De expulsione dæmonis dicit: Procul ergo iubente te domine omnis spiritus immūdus abscedat &c. vsque ibi, Nō inficiendo corrumpat. ¶ Secundo aquā manu tāgit, ut ea n per inuocationem sanctæ Trinitatis muniat, ne hostis ab illa expulsus redeundi habeat potestatem. Vnde tangendo, dicit: sit hæc innocēs & sancta creatura, libera ab omni impugnationis incursu &c. quod ex adiectiuis ibi positis conuincitur, quia fons viuus, ad patrem, aqua regenerans, ad filium, vnda purificans ad Spiritum sanctum refertur. ¶ Tertio aquā

6 † tangit, eum eam in quatuor proijcit partes, vt iam dicetur. Trinus igitur aquæ tactus, trinā sanctæ Trinitais operationē figurat. Hac oratione finita, benedicit aquā, dicēs, vnde benedico te creaturā aquę per Deū viuū &c. vbi tārū vtitur verbo primæ personæ, dicens: Benedico te, qui primo vtebatur verbo secundæ, dirigens sermonē ad Deum, vel terciæ, loquens de ipso, vel de re benedicenda, vtitur ergo nūc verbo primæ personæ, ut ostendat se hoc facere ministerio, quod Dominus facit authoritate, & sicut in baptismo domini adfuit trinitas, ita & in nostro baptismo tria adesse ostendit. patrem adesse, cū dicit: Benedico te creaturā per Deū &c. & filiū, cū dicit: Benedico te per Iesum Christū & Spiritū sanctū, circa finē. cum dicit: Descendat in hāc plenitudinē fontis virtus Spūs sancti. ¶ Sed nota, † ꝙ in benedictione, quę est 7
per patrē ponuntur quinque miracula in aqua facta ante aduentū Christi. & in benedictione, quæ fit per filiū alia quinque miracula in aqua facta post aduentum, quę licet nō omnino eodē ordine facta sunt, quo ponuntur, tamen quantum ad mysterium rationabiliter ordinantur, & posteriora congruè prioribus coaptantur. priora hoc ordine ponuntur. primo, qui te separauit verbo ab arida. secundo cuius spiritus, scilicet ferebatur super te. tertio, qui te de paradiso manare præcepit. quarto, qui te in deserto amarā, suauitate nitida fecit esse potabilem. quinto, & sitiēti populo de petra producit. Posteriora sic ponuntur. Primo qui te † in Cana Galileæ mutauit de
aqua in vinum. Secundo, qui pedibus super 8
te ambulauit. Tertio, qui in te à Ioanne baptizatus est. Quarto, qui te vna cū sanguine de latere suo produxit. Quinto, qui te omnes gentes à discipulis baptizari pręcepit. in omnibus enim his baptismus exprimitur & posteriora prioribus per ἀντίπτωσιμ respondent. Ibi nanque in primo miraculo aqua, scilicet baptismi verbo separata ab arida accedente, verbo terrenitatem peccatorum à nobis separat, & hoc in primo. Similiter in baptismo aqua mutatur in vinum, quia tristitia peccatorum expulsa, mens nostra quadam spirituali lętitia inebriatur, qui per vinum intelligitur. vnde vinū lętificat cor hominis. Aquā in vinum mutari est timorem de peccatis cōuerti in exultationem mentis. Item ibi dicitur in secūdo miraculo, cuius spūs fere

batur

batur super aquas, & hic similiter in secundo dicitur, qui pedibus super te ambulauit & hæc duo bene conueniunt, quia in baptismo sicut in alijs, indiuisibilis est operatio patris & filij, & Spiritus sancti, & vtrobiq; dicitur super, quia gratia quæ confertur, de supernis est, & ut notetur quòd dominus potentiam suam non alligauit. Item, ibi dicitur in tertio, qui te de paradiso &c. hic, qui in te à Ioanne baptizatus est. quia gratia de paradiso manas, aquis in baptismo est infusa. vnde de baptismi gratia ecclesia profluens in quatuor partes orbis dilatata est, quid quodāmodo factum est, quando dominus baptizatus est à Ioanne, quia tunc oēs aquæ uim regeneratiuā susceperunt. Rursus, ibi dicitur in quarto, qui te in deserto amaram suauitate nitida fecit potabilem: hic dicitur, qui te una cū sanguine de latere suo produxit, quia in Gentilitate, quæ prius erat à domino deserta, aqua baptismi reficiendi mentes & sanandi habet effectum. Dulcorata autem fuit aqua: quia per passionem crucis, maxime baptismus plenam recepit efficaciam, unde in cruce de latere domini aqua profluxit. Item etiam, ibi in quinto dicitur, & sitienti populo de petra produxit, hic uerò dicitur, qui in te omnes gentes per discipulos baptizare præcepit, quia baptismus à petra Christo originem habens, populum eum desiderantem reficit. Non. n. prodest baptismus nisi sitienti eum, id est desideranti, uel in se, uel in alio. Vnde discipulis præceptum est, ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, sicut in ultimo Matt. dicitur.

9 ¶ Hic est † notandum, quòd ubi dicitur, qui te de paradiso manare, & in quatuor fluminibus exire, & totam terram rigare præcepit: ibi sacerdos aquam manu in quatuor partes effundit: ut ostendatur, quòd gratia baptismi in quatuor partes orbis sit dilatata. Cæterum, sacerdos ipse sæpe uocem mutat. In primis enim orat Deum, ut dignetur mundare mentem eius ad suscipiendum Spiritum sanctum, & deprecatur eius aduentum, & ideo uoce humili, scilicet in modum orationis legit, quæ uocis humiliatio, est Spiritus sancti aduentus, & ad eius dignam receptionem mētis præparatio. Postea uerò indicans se illum haberé, legitime in modum præfationis agens gratias: quia tam magnus hospes dignatus est ad tam humile hospitū descendere, & recolens miracula iam per aquam facta. Deinde post benedictionem quæ fit per filium, quæ terminatur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, mutat vocē iterato. Cum enim usque tunc in modum præfationis cantauerit: postea legit in modum lectionis uoce, scilicet humiliatori: quæ uocis humiliatio est signum humilitatis: humilitas enim nostra baptismi regenerationem ad alta polorū reducitur. Dicit ergo sacerdos: hæc nobis præcepta seruantibus &c. quasi diceret: non auderem tantam & tam altam rem, scilicet Spiritum sanctum, ut in creaturam aquę descendat inuocare, nisi quia tu præcepisti nobis baptisma exercere. Et addit sacerdos. Tu Deus omnipotens clemens, adesto, tu benignus aspira &c. ubi illud orat, ut sicut in prædictis miraculose in qua operatus est, ita modo faciat: uidelicet, ut præter naturalem emundationem, quam possunt adhibere corporibus sint purificandis mētibus efficaces. Post hoc alia uoce clamat sacerdos: Descendat in hanc plenitudinem fontis uirtus spiritus tui. ideo alta uoce, ut aliud mentis desiderium designet. ¶ Et † tunc deponitur cereus in 10
aquam: quæ cerei immersio, est Spiritus sancti aduentus, seu missio qui in aqua baptismi in specie columbæ descendit. ¶ Secundo, ideo cereus in aquam deponitur, corpus Christi per ceram significatum, in baptismo aquas sanctificauit, & uim regeneratiuam illis contulit. ¶ Tertio baptismus cerei remissionem peccatorum significat, quam per Christi mortem consecuti sumus. Habent quoque neophyti cereos suos extinctos, qui & si plures sint, pro uno reputantur. Et in quibusdam ecclesijs statim cum cathecumini baptizati sunt, illuminantur. In quibusdam uerò differtur eorum illuminatio usque ad agnus Dei, quod cantatur in litania, & in quibusdam etiam usq; ad missam, quando uidelicet alij cerei ecclesiæ illuminantur, Sanè cerei, qui statim post baptismū accenduntur, significant, quod per turbationem peccatorum comitatur illuminatio gratiarum. Qui differt usque ad agnus Dei,

signifi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Significant, quòd per agnum qui tollit peccata, & tenebras mundi, renati & fideles illuminantur. Qui uerò differunt usque ad missam: ideo faciunt, quia missa illa ad noctem pertinet resurrectionis dominicæ, vt sicut nox illa irradita fuit splendore dominicæ resurrectionis, ita & à lumine nostro irradietur, & vt neophytos nostros Christo consurrexisse significemus. Et propter eandem causam alij cerei ecclesiæ ad missam illuminantur, & secundum hoc cerei cathecuminorum sunt sine lumine, usque dũ alij cerei ecclesiæ illuminantur: ad notandum, quòd postquam Spiritus sanctus purgauerit corda eorum, & eos introduxerit in societatem, & unitatem ecclesiæ: tũc illuminabit corda eorum. De cereis etiam neophytorum dicetur in titul. de septem
11 diebus post pascha. ¶ Post † immersionem cerei, in quibusdam ecclesijs sacerdos insufflat in aquam, dicens: Que totam huius aquæ substantiam regenerandi fœcundet effectu. ¶ Primo, ut sicut in exorcismo cathecumini spiritus immundus insufflatur ut ab homine recedat, ut infra dicetur, ita & in exorcismo aquæ ut ab ea expellatur,
Io. 12 & adimpleatur quod dominus inquit: Nũc princeps mũdi huius eijcietur foras. ¶ Secundo, ut intelligat Satanas, quantus habeatur, quã tam leuiter uidelicet per suauem esufflationem potest expelli. ¶ Tertio, ut sacerdos ostendat, quali ignominia diabolus dignus sit ab aquis expelli. Insufflat autem sacerdos ter, quia Spiritus sanctus tria in baptismo operatur, à uitijs purgat, uirtutibus ornabat, & tandem premio æterno coronat eos, in quibus fit hæc insufflatio, ut dicetur, ubi de immundi spiritus expulsione agetur. Post esufflationem munitur aqua iterato crucis signaculo per inuocationem sanctę Trinitatis, ne habeat potestatem diabolus ad eam amplius redeundi. Postremo, fit admistio chrismatis in aqua, sicut dictum est: vnde dicitur in bucardo lib iij. Benedicimus fontes baptismatis oleo unctionis, & Augu. eisdem uerbis utens subijcit, quòd hoc magis tacitè siue sine scriptura hac mystica ratione introductum est, quam per aliquam scripturam. Per huiusmodi ergo admistionẽ, unio Christi & ecclesiæ significatur. Nam chrisma est Christus, aqua populus, & dicitur: Sanctificetur fons iste, ex quibus uerbis ad quid fiat admistio, satis dat intelligi. ¶ Et nota, quatuor esse genera sacræ aquę benedictæ: prout in quarta parte dictum est, vbi agitur de aquæ benedictæ aspersione.

SVMMA.

1 *Baptismus quid & vnde dictus.*
2 *Baptismus cur fiat potius, in aqua, quàm in alia re. Et qua aqua id fiat.*
3 *Baptismus quotuplici tempore fieri possit.*
4 *Baptizãdi extra tẽpus necessitas quadruplex.*
5 *Baptizandi interrogandi, an renuntient Satanæ & eius operibus, & vnde ille mos adiectus.*
6 *Verba hæc, credo in sanctam ecclesiam catholicam. quomodo sint accipienda.*
7 *In baptizandi faciem ter exsufflat sacerdos. Et cur ita.*
8 *Exorcismus, quid. Item, quid cathechismus.*
9 *Baptismi septem dona. Et nu. 10. 11. 14. 15. Et quædam variè dantur baptizando. & nume. 21. 22.*
12 *Baptismus cur desideret trinam immersionẽ.*
13 *Baptizandis nomen imponitur.*
16 *Baptizatis datur vestis candida, & qua id significatione aut exemplo. Et nu. 17. 18. 19.*
20 *Baptizato vestis cãdida data quãdo exuatur.*
23 *In Iudæis baptizandis, quid obseruandum.*
24 *Prægnans si baptizetur, an partus censeatur baptizatus.*
25 *Baptisteriũ an necessario debeat esse lapideũ.*
26 *Baptismus an deleat peccatum originale.*
27 *Baptismi forma, quæ obseruanda hodie. nu. 29. 30. 31. 32. Et vetus Apostolorum baptizandi mos. nu. 28.*
33 *Baptizari potest infans, qui non potest nasci, sed solum caput emittit.*
34 *Patrini necessarij sint ne ad baptismam, qui tanquam sponsores sunt alienæ fidei.*
35 *Patrini obligantur instruere suos filios spirituales. Et quales esse debeant. nume. 37. Et quot requirantur nu. 36.*
38 *Patrini esse, qui non possint.*
39 *Baptismum quæ sequantur.*
40 *Litania, cur fiat circa fontes baptismatis.*
41 *Litanias priores cur legant seniores in sabbato sancto: iuniores autem vltimas.*

De

De baptismo, ubi etiam agitur de uestibus quas neophyti quarto die deponunt, & de patinis. Cap. 82.

QVinto hoc loco est baptismo dicendum. De scrutinijs verò quæ pręcedudunt baptismũ solennem & de multis ad baptismum peruenientibus dictum est quarta feria tertiæ hebdomadæ quadragesimę. ¶ Primo, notãdum † est quòd βαπτισμὸς siue βαπτίσμα Græcè interpretatur intinctio Latinè, uel lotio. Baptismus
1 quidem per aquam confertur, ut res indiuisibilis per illud uisibile elementum conferatur, super quo Spiritus sanctus in principio ferebatur. Sicut enim aqua corpus uisibiliter purgat exterius, ita baptismus latẽter animam. Vnde August. j. quæst. j. detrahe. Aqua corpus tangit, & mentem abluit ¶ Et notandum, quòd Pagani siue Gentiles circa fontes templa sua facere solebãt, uel saltem ibi semper aquam habebant, per cuius aspersionem purificari credebãt, & inde delubra uocabãtur, quasi purificantia, & ita quodammodo figuraliter ad baptismum tendebant. Nos uerò ab eorũ consuetudine baptisma non sumpsimus, imò à tribus, quæ in ueteri testamento fuerunt, scilicet à κατακλισμὸ, id est diluuio, & à mari rubro, & à Iordane, quæ baptismi figura fuerunt. Baptisma dominus instituit, cum de latere suo sanguinem, & aquam produxit, quòd postea quasi lege edictali sanciuit, dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non intrabit in re-
Io. 3. gnum cœlorum, & ipse Dominus baptizatus est in sua passione. Vnde inquit: Baptismo habeo baptizari, quo coarctor, usque
2 dum perficiatur. ¶ Fieri † debet baptismus
Lu. 12 in aqua: quia illa copiosius inuenitur, & hanc spiritus in principio legitur fouisse, & quia sordes abluit: sitim cõprimit imaginem reddit: sicut cantatur de Narcisso, ignem extinguit, sic in baptismo à peccatorum sorde lauamur: à fonte uite potamur imaginem perditam restauramus, unde ignis pœnarum extinguitur. Debet aũt aqua esse uiua & pura: posset tñ fieri etiã in resoluta, siue à niue, siue à glacie, siue à lachrymis terræ: siue etiam ex institutione Victoris Papæ, id est in mari, siue flumine, siue in lacu, siue in fontibus. Non autem licet baptizari in aqua condita, ut in ceruisia, uel mœdone, nec etiam in aliquo liquore, vt in vino uel oleo, sed si aliquis liquor aquæ admisceatur, bene fit baptismus, dũtamen aqua pręualeat. Quotidie enim mari nouus liquor, uel sputum, uel urina additur, & tamen ibi baptizatur. Aliqui tamen contradicunt. hoc notatur de consecratio. distinct. iiij. cap. j. & prima, quæstio. j. detrahe. ¶ Porro secundum canonicam
† traditionem, de consecrat. dist. iiij. duo. 3
& cap. sequenti solenne baptisma in duobus duntaxat sabbatis celebratur, uidelicet in isto, & Pentecostes. Quare in isto, præmissum est. in secundo, quia Spiritus sanctus in die Pentecostes donatur nobis, per quem facta est remissio peccatorum, ut dicetur ibi. ¶ Alio uerò tempore non licet baptizare, nisi necessitatis causa, quæ est quadruplex. de consec. dist. iiij. hi, qui. & cap. sequen. Prima est causa munitionis, ut si rex obsidet aliquam ciuitatem, vel oppidum: tunc enim pueri illius loci baptizari debent: ne impabtizati decedant. Secunda est, Gentiliũ persecutio. Tertia naufragium. Quarta ægritudo. Potest tamen ægritudo hic large accipi, pro infirmitate naturæ, quæ facilè dissolui potest, ita quòd nescimus diem, neque horam, & ob hanc causam singulis diebus, & horis fit baptismus non solennis. quinta distinct. baptizari. Solennitas tamen baptismi saltẽ in paucis, ad præmissos duos dies: propter similitudinem & memoriam reseruatur. Græci uerò baptismum celebrare solent in epiphania, pro eo, quòd tunc fuit dominus baptizatus, prout sub ipso festo dictum est. Celebrari etiam debet baptismus solẽnis hora nona, ut dicetur sub sabbato pente-
cost. ¶ † Sciendũ autem est, quòd baptizan 5
dus, cum primo ad ecclesiam uenit prius, quàm immergatur, interrogatur utrũ abrenũtiet diabolo &c. quod potius per usum, quàm per aliquam scripturã introductum est, secundum August. & ecclesia respondet, Abrenuntio. Et iterum, utrum credat in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctũ? & ipsa respondet: Credo. In his autẽ duobus de uita & fide instruitur. De uita, cum docetur abrenuntiare diabolo, & omnibus pompis siue operibus eius. De fide, cum docetur credere in trinitatẽ, & propter hoc

duę

Universidad de Deusto Biblioteca

quæ fiunt ei consequenter vnctiones, scilicet in scapulis & in pectore. Ideo autem fit huiusmodi interrogatio & responsio: vt vacua domus, prisco habitatore deserta, fide ornetur: & Dei habitatio præparetur. August. dicit, quòd etiam hæc fiunt iuxta Saluatoris imperium, qui ad patrem in cœlum ascensurus discipulis suis. i. Apostolis, dicit: Euntes docete omnes gentes
Matth. 28. baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Interrogatur etiam, si credit in sanctam Ecclesiam, remissionem † peccatorum, & carnis resurrectionem.
6 Non tamen secundum ipsum August. eodem modo interrogamus, vt quomodo in Deum credimus, sic & in sanctam Ecclesiam catholicam credamus, sed propterea sancta & catholica est, quia recte creditur in Deum. Non ergo diximus: vt in Ecclesiam quasi in Deum crederitis, sed vt in ecclesia sancta & catho. cõuersantes, in Deũ credentes, credatis etiam resurrectionem carnis, quæ futura est. Innuit ergo August. ex præmissis uerbis, quòd præpositio, in, repetitur, dum dicitur, in sanctam ecclesiam, & sensus mutatur, de quo dictum est sub quarta parte, sub titu. de symbolo. Planior tamen intellectus est, ut præpositio ipsa prætermittatur, nec repetatur, ut sit sensus: Credo ecclesiam sanctam catholicam, id est, fidem catholicam, tenentem esse sanctam, id est, iustã, & bonam. Vel ecclesiam sanctam, id est, sanctificatam & firmatam, & semper perseuerature, ita quòd nunquam deficiet. uel credo sanctam & catholicam ecclesiam esse unam & in unitate cõsistere. Patrinus autem pro baptizando in
7 terrogatur, ut iam dicetur. Post † interrogationem & responsionem sacerdos ter in faciem baptizandi exsufflat: ad notandum, quòd sæua potestas, id est, malignus spiritus ab eo exsufflatur, id est exsufflando expellitur, seu in proximo expellenda significatur, ut per pium sacerdotis mysterium Spiritui sancto cedat fugiens spiritus malignus. Hinc autem ait Aug. Ergo paruuli exsufflantur & exorcizantur, id est, increpantur, seu adiurantur. ut expellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decipit hominem, ut possideat homines. Hæc autem exsufflatio siue exorcizatio, & si non prosit aliquid ad uitam, quia adhuc in eis mors manet: prodest tamen, ut inimicus minus ei nocere possit. Adest enim Spiritus sanctus, nõ solum uerbis, quæ dicuntur in nomine suo: uerum etiam significationibus, quę fiunt in honore suo. ¶ Et est † notandum, quod ἐξορκισμός græcè, latinè dicitur adiuratio, ut est illud. Exi ab eo immũde spiritus. Catechismus autem & exorcismus neophytorum sunt, præcedunt enim baptismum, & magis debent dici sacramẽtalia, quàm sacramẽta, id est, ad sacramentum baptismi pertinentia, uel preludia noui baptismi. sine eis tamen potest esse baptismus. κατηχισμός uerò græcè: latinè dicitur instructio, inde catechizare, id est, instruere in symbolo & fidei rudimentis. Inde etiam dicitur Κατηχούμενος græcè, quod est latinè audiens, uel instructus, quia adhuc doctrinam fidei audit: nondum tamen baptizatus est, licet sit in fide instructus. Qui & competens uocatur. ea. distin. symbolum. xxxiiij. distin. audire. palea est, quia post fidei instructionem, & post acceptam pœnitentiam competit gratiæ Christi recipiendum. Νεόφυτος uerò Græcè, Latinè nouellus, & rudis, uel nuper renatus interpretatur. ¶ Hoc † quoque sciendum est, 9
quòd sicut sunt septem dona Spiritus sancti; ita etiam sunt septem dona baptismi. xxx. q. j. ¶ Primum est, salis collatio. Datur enim secundum Rabanum & Bedam de cõsec. distinct. iiij. ex hinc, & cap. sequen. sal benedictum, in os baptizandi, ut per sal typicum, id est, figuratiuũ sapientiæ sale conditus iniquitatis fœtore careat, id est, carere significetur, ne à uermibus peccatorum ultra putrescat, sed magis illæsus seruetur ad maiorem gratiam percipiendam. Sal quoque significat prima fidei documenta, sine quorum condimento insulsus est omnis homo. De quo & de sale dictum est in prima parte, sub titulo de consecratione altaris & ecclesiæ. ¶ Secundũ † est aurium 10
& narium, cum sputo linitio, quod fit. Primo, exemplo Christi qui lutum cum sputo faciens mutum & surdum sanauit, & oculos cœci nati liniuit, & expueos linguam eius tetigit, & digitos in eius auribus imponens dixit. Epheta, quod est aperire, uigesima quarta quæst. iij. §. is ita. Secundo, Cal. 4.
secundum Rabanum eadem distinctione, ante baptismum, & cap. postea tangunt, & cap.

cap. j. & cap. propter. hoc sacramentũ ideo agitur, ut per saliuam typicam, id est, figuratiuum sapientiæ domini, & per sacerdotis tactum, sapientia & uirtus diuina salutem eiusdem catechumini operetur, ut aperiantur ei nares, ad capiendum odorem notitiæ Dei, ut aperiantur ei aures ad audiendum mandata Dei, ut aperiantur ei sensus in intimo corde, ad respondendũ sacerdoti de articulis fidei interroganti. Digiti ergo, qui in aures mittũtur sunt uerba siue dona Spiritus sancti. Tertio, per hoc quòd aures saliua tanguntur, significatur & petitur, quòd doctrina quę de ore altissimi fluxit, per aures eius intret, eiúque suaue redoleat: saliua nempe Christi, id est, dulcedo uerborum ex ore eius defluentium, & ipsa Christi diuinitas nos sanat. Quarto, etiam nares tanguntur, ut diuinã susciipiant uirtutem, per quam bonũ à malo discernãt odorem, & sanam doctrinam separare ualeant à fœtore hæreticæ prauitatis. Vnde dicitur: Nasus tuus sicut turris Libani quæ respicit contra Damascum. Quinto, ad notandum, quòd quandiu sputum naribus trahet, in fidei præcepta manere debet, & ut aures uerbis euangelicis pateant, & uarias & inutiles fabulas à se repellant. Sexto, secundum Ambro. eadem distinctio. propter gloriam siue dignitatem muneris, & operis non tangitur os cum saliua, sed nares, ut bonum odorem
11 accipiant pietatis æternæ. ¶ † Tertium, & quartum est in pectore & inter scapulas cum oleo facta signatio, de quibus dictum est in prima parte, sub titulo de consecrationibus. ¶ Quintum est baptismi ablutio. eadem distinctio. uenit. Circa quod notandum, quòd trina immersio seu lotio in baptismo, in nomine Trinitatis, scilicet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. eadem distinctio. postquam. & c. de trina. & c. seq. quia in fide Trinitatis fit baptismus, in qua trina immersione triduana domini sepultura significatur: fuit enim tribus diebus & tribus noctibus in corde ter-
12 ræ. ¶ Trina † quoque fit immersio, quia in baptismo à triplici peccato, scilicet cogitationis, locutionis, & operationis mundamur, & à triplici transgressione legis, scilicet legis naturæ: legis Mosaicæ, & legis euangelicę. Non igitur debet quis tantum semel immergi, pro eo, quòd Christus semel mortuus est. eadem dist. presbyter. debet tamen semel baptizari tantum: quia tantum semel Christus mortuus est, & sepultus, & resurrexit, quæ tria in baptismo significantur. Et licet trina fit immersio, tamen unum est baptisma, eadem distinct. eodem. Item, quia tantum una est fides, id circo unum debet esse sacramentum eius: iuxta illud. Vna fides unum baptisma. Immersio etiam fit in modũ crucis, quia qui Ephe. 4
baptizatur, mundo crucifigitur, & cruci Christi affigitur. Trina quoq; ab aqua eductio, triduani temporis exprimit resurrectionem. Si autem quis ita æger sit, ut non possit ter sine læsione immergi: sufficit illum aqua aspergi, ut probatur multipliciter in canone Cypriani ead. dist. ne quicquam. licet quidam illud intelligant de aquæ benedictæ asperſione. Sed & si magna corporis pars præter caput infunditur, uel saltem caput, baptizatus quis reputatur, & non aliter, licet quidam etiã si super pedem aqua ceciderit, reputẽt baptizatum. ¶ Pueris † baptizatis nomen imponitur in 13
baptismo, quod inde est, quia baptismus est uicarius circuncisionis, in qua nomina pueris imponunt Hebræi, eo q; tempore circũcisionis Abrahæ nomen fuerit immutatum: cum enim prius dicebatur Abram, postea uocatus fuit Abraham. Sed si baptizato obliuione nomen non imponitur, uel fortè errore masculi nomen fœminæ uel econuerso, imponitur: tenet quidem baptismus, nec iterabitur. xxix. q. j. §. j. ff. de cõtrahen. emptio. in uenditionis. C. de testamen. si in nomine, & nomen in confirmatione frontis denuo imponetur. extrà de sacramen. non itera. c. j. Sextum est † in uer- 14
tice, id est in summitate capitis super cerebrum, cũ chrismate facta perunctio, de quo in prima parte sub titulo de consecrationibus dictum est. Septimum † est in fronte 15
chrismatio, de qua infra dicetur. ¶ Datur autem in quibusdam locis baptizatis, candida uestis in signum sacerdotij, & quædã rotunda, mista, in signum coronæ regni uitæ, quia ipse est membrum Christi, qui est rex & sacerdos. Omnes enim ueri Christiani reges & sacerdotes dicuntur: unde Petrus Apostolus ait: Vos estis genus electũ, 1. Pet.
regale sacerdotium: Reges, quia seipsos 2
&

& alios regunt. Sacerdotes, quia seipsos
domino offerunt. Iuxta illud Apostoli:
Ro. 1. Obsecro uos per misericordiam Dei, ut
exhibeatis corpora uestra, &c. Secundo,
16 chrismale seu † uestis candida, quæ super
caput baptizati ponitur: significat secun-
dum Rabanum eadem dis. post baptismum
& cap. sequen. interioris & exterioris ho-
minis castitatem, & innocentiam & purita
tem Christianam, quam post ablatas utere-
res maculas studiose seruare debet. Iuxta
Eccl. 9 illud: Omni tempore uestimenta tua sint
candida. Tertio, renati albis induuntur
vestibus ad designandum mysterium ec-
clesiæ resurgentis. Designatur enim per
hoc corporum & animarum futura resur-
rectio gloriosa, & etiam resurrectio à pec-
catis atq; angelicus nitor. Rectè igitur ba-
ptizati albis vtuntur vestibus, vt quorum
primæ natiuitatis faciem vetusti erroris
pannus fuscauit: habitus secundæ regene-
rationis præferat gloriæ indumentum. Vn-
de vestis ipsa duplex est, quasi in modũ cap
pæ manicatæ, quia Sancti duplicia, scilicet
Apoc. 6 beatitudinem & gloriam possidebunt. Ip-
se autem vestes, sunt stolæ albæ, de quibus
dicitur: Et datæ sunt illis singulæ stolæ al
bæ. Stolæ enim baptismum, palmæ uerò
17 triumphum insinuant. ¶ † Quarto, hęc al
ba vestis corpus, ipsę verò albatus animam
significat. In prouincia Narbonen. hæc al-
ba vestis linea, in summitate, cum filo ru-
beo supersuitur: aut alia varietate insigni
tur: quodammodo prætendens coronam.
Nempe alba vestis innocentiæ stolam, quæ
nobis in baptismo redditur significat, ru-
bea fimbria, quæ supersuitur, Christi pas-
sionem, per quam baptismi sacramentum
impletur designat. Coronam prætendit, in
signum coronæ regni, vt præmissum est.
18 ¶ † Rursus ideo chrismale candidum filo
rubeo insignitum baptizatis datur, vt sint
soliciti seruare candorem virtutum, quem
in baptismo per passionem domini rubri-
catum receperunt: iuxta illud, Quare ru-
Is. 66 brum est vestimentum tuum. vnde in Apo
calyp. Beatus est, qui custodit vestimenta
sua, ne nudus ambulet. Sanè ablati seu ne
phyti huiusmodi albam vestẽ per septem
dies portant, quia hoc tempore, quod se-
ptem diebus agitur innocentiam per bo-
na opera exercere oportet: iuxta illud, qd
ait Salomon: Omni tempore vestimenta
tua candida sint, & oleũ de capite tuo, non
deficiat. In octaua verò die, illã deponunt:
quia in octaua ætate, quam dies octaua si-
gnificat, ab omni opere vitę pręsentis ces-
sabimus. Tunc enim adueniente veritate,
omnis figura cessabit, quę per candidam ve
stem innuitur, nam tunc erimus vtroq; ho
mine. i. anima & corpore gloriosi. ¶ Rur-
sus † hæc vestis candida corpus significat, 19
quod omni tempore vitę nostræ, quod per
septenarium agitur mundum seruare con
uenit. In fine verò vitæ nostrę, illud depo-
nimus, aliud gloriosum resumpturi, quod
erit in octaua ætate. Merito ergo illam se-
ptem diebus seruamus, & in octaua deponi
mus. Vnde Salomon: Da partem septenã
& octauam. Seruatur quoque hęc alba ve- Eccle.
stis de sabbato in sabbatũ, quando in San- 11
cto sabbato, vel Pẽtecostes baptizati sunt,
ad notandum, quòd si munditiam corpo-
ris seruauerimus, de sabbato tẽporis, tran
situri sumus, depositis corporibus, ad sab-
batum æternitatis. Et exuitur † in alio sab 20
bato, ad notandum, quòd anima illius de
corpore exiens: sabbatum, id est requiem
inueniet, si eius vestis fuerit alba. Pari quo
que ratione confirmati siue in fronte chris
mati vsque ad septimam diem lauari non
debent. Cum enim ecclesia tanto tem-
pore celebret aduentum Spiritus sancti,
super Apostolos: merito vnusquisque Spi
ritum sanctum accipiens, tanto tempo-
re celebrare debet illius aduentum, in se
singulos dies pro singulis donis celebran-
do. Hæc autem vestis vni imposita, al-
teri potest imponi, si necesse fuerit: pro-
ut iam de panno, quo caput confirmati al-
ligatur, dicetur quanuis melius sit nouam
habere. † In quibusdam etiam locis ba- 21
ptizatis dantur calciamenta, quæ sunt do-
minicæ mortis insignia, vt exemplo eius,
qui pro nobis passus & mortuus est, carnẽ
suam vitijs & cõcupiscentijs mortificet ba
ptizatus. Datur † quoque candela illumi- 22
nata in manu baptizati, vt cum dominus
ad nuptias venerit, sit semper paratus ei in
aula cœlesti occurrere cum luminarijs vir
tutum & bonorum operum. De cereis etiã
neophitorum supradictum est. ¶ † Sanè le 23
gitur in canone Grego. eadem dist. neque.
Absit, quòd Iudæis baptizandis quadragin

ta dierum abstinentia indicenda est, & si
postquam baptizati sunt apostatauerint,
cogendi sunt fidẽ seruare, & filij quos cir-
cunciderunt, ab eorum consortio separen
tur, serui eorum circuncisi ab eis pro iniu-
ria corporis sui libertati tradantur. eadem
distin. plerisque, & extrà de bap. maiores.
Et in concilio Agathen. eadem distinct. Iu
dæi. statutum est, quòd Iudæi baptizandi,
qui de facili ad vomitum redeunt, nouem
menses sint prius inter catechuminos. Ae-
ger quoque sicut ait Cyprianus eadem di-
stinct. nec quicquam. baptizari potest: mor
tuus vero non, nec Eucharistia sibi dari, si-
cut legitur in Bucardo lib. iiij. cap. cauen-
dum est. & in lib. v. cap. idem placuit. sed
sicut in eodem lib. iiij. cap. subito. legitur:
Subito obmutescens sic: si tamen volunta
tis pręteritę testimonium verbis habet aut
præsentis annuit, in suo nutu. xxv. q. vij. is,
24 qui. † Prægnans verò mulier, si baptize-
tur non intelligitur secundum Isidor. ea-
dem distin. qui in maternis, & cap. baptiza
ta, partus baptizatus in ventre, quia qui
adhuc natus secundum Adam non est, se-
cundum Christum regenerari non potest,
nec dici regeneratio in eo potest, in quo
generatio non præcessit. bapt zandus er-
go est, qui ex baptizato nascitur. Tenendũ
quoque est, quòd discipuli & Apostoli ba-
ptizati fuerint. eadem distinct. quando. &
c. seq. & not. in c. aliud qui etiam alios ba-
ptizabant, prout dicitur sub festo penteco
stes quod de Ioanne specialiter Hiero. de
pœn. distinct. ij. si enim, in principio atte-
statur. & Aug. de Paulo. de consecr. distin.
iiij. si eos. Item statutũ est in concilio Car
thagin. eadem distin. mulier. quòd mulier
quanuis docta baptizare non præsumat, ni
si necessitate vrgente. Rursus in concilio
Lug. eadem distin. si quis de alio. statutum
est, ut qui præter quàm in mortis necessita
te cum veteri chrismate baptizauerit, de-
ponatur. In concilio Herdenẽ. de consecr.
distinct. iiij. omnis presbyter. statutum est,
25 vt omnis presbyter † qui fontem lapideũ
habere non potest, vas conueniens ad hoc
solum officium habeat, quod extra eccle-
siam non deportetur. Debet ergo fons esse
lapideus: nam & de silice aqua in baptis-
mi præfagium emanauit. Sed & Christus
qui est fons viuus, est lapis angularis & pe
tra. ¶ Hoc † quoque notandum est, quòd 26
per circuncisionem delebatur olim pecca
tum originale, & nunc per baptismum. ea-
dem dist. ex quo. extrà eo. maiores. prout
sub titu. de circuncisione dictum est. Ideo
autem originale peccatum omnibus no-
cet, quia quando Adam peccauit, nondum
aliquis ex eo fuerat materialiter pro semi
natus. eadem distin. quæris & xxxiiij. q. iij.
§. j. Ipsum autem originale peccatum in
ipsa animæ infusione contrahitur, quia tũc
principales vires animæ debilitantur: hoc
no. ea. dist. non ex quo. in prin. Sed cum ori
ginale peccatum contrahitur solum ex car
nis corruptione, quare imputatur animæ?
Respondeo quia anima condelectatur car
ni, vel melius vt ibidem quædam digna re
tributio notetur. Anima enim primi homi
nis prius peccando carnẽ ipsam corrupit.
vnde modo corruptio carnis animas cor-
rumpit: hoc no. ea. dist. si non sanctificatus.
¶ † Circa baptismi formam notandum est, 27
quòd sicut ait Alex. Papa tertius, extrà de
baptismo. c. j. si quis puerum ter in aquam
immerserit in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti, amen: & non dixerit. Ego
baptizo te in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti, nõ est puer baptizatus. Sed
& si immerserit ter puerum, nihil dicens,
baptizatus non est. Verum † tempore Apo 28
stolorum baptizando nil aliud dicebatur,
nisi baptizo te in nomine Trinitatis. de cõ
secr. dist. iij. in synodo, & ita explicitè dice
bant, vel etiam implicitè, vt potè: In nomi
ne domini nostri Iesu Christi. & baptiza-
bant in stagnis, & fluminibus, Sed beatus
Clemens secundus à beato Petro ex ipsius
doctrina vnctionem olei chrismatis ad-
dit. Postea Leo Papa, Damasus & Ambro-
sius, exorcismos & benedictiones & cæte-
ras solennitates adiecerunt. Baptismi † an 29
tem forma non vitiatur, si quid in ea super
fluè ponitur, hoc no. eadem dist. si non san-
ctificatur, vt si dicatur Baptizo te in nomi
ne Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & dia-
boli, vel, Arma virumque cano: vel si quid
præmittitur formæ, vt si dicatur: Arma vi-
rumque cano. & ego baptizo te &c. Si vero
aliquid interponat, vt si dicatur, ego bapti
zo te. & Deus est: in nomine Patris & Filij
&c. Dicunt quidam non esse baptizatum,
alij verò contradicunt. Si autem verborũ

ordo formæ mutetur: vt si dicit. Baptizo te in nomine Filij & Patris:& Spiritus sancti. dicunt non esse baptizatum: quia ordo verborum, de forma est. Si uerò mora naturalis & compendiosa interponatur: puta respirando, tussiendo, vel screando,
30 non obest. Cæterum, forma † ipsa pronuntiari potest literaliter, vulgariter, Græcè, Latinè & Armenicè, hoc legitur & no. eadem distinct. mulieri. & cap. sequē. idem enim sunt effectus, licet uoces non sint eedem, secundum Ari. Vnde Græcus huc ueniens baptizat in lingua græca, & econuerso, quia Apostoli loquebantur uarijs linguis. Hinc est, quòd si quis dicit: Baptizo te in nomine genitoris, & nati siue geniti, & sancti flaminis. baptizatus est, Bene enim fit baptismus sub nominibus synonimis. Sed si dicatur: mergo te, in nomine patris &c. non est baptismus: quia illud uerbum mergo, non est synonimum, cum illo uerbo baptizo. Non fit etiam baptismus, si dicatur: baptizo te in nomine triū personarum, uel in nomine Trinitatis, uel in nomine Christi, uel si baptizauerit in nomine tribus principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paraclētis, uel si omittatur aliqua de tribus personis, puta Spiritus sancti, uel filij, uel patris, uel etiam si diceretur in nomine paternitatis, & filia-
31 tionis, &c. non esset baptismus. Item † si omitteretur hoc pronomen ego, dicendo: baptizo &c. tenet quidem quia pronomen illud subintelligitur. unde non deest. Sed etiam secundum Zachariā Papam. eadem dist. retulerunt si sacerdos simplicitate ductus, non intendens errorem introducere dixerit. Baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritus sancta. baptismus non uitia-
32 tur. Si † uerò dubitatur de aliquo, utrū sit baptizatus uel non, statuit Alex. Papa tertius. extrà de baptismo. c. j. ꝓ baptizetur sub hac forma. Si es baptizatus, non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiri-
34 tus sancti. amen. ¶ Adhuc si † infans nō potest nasci, sed solum caput emittat, illud baptizetur prius quā moriatur. ff. de reli. & sump. fun. l. cum in diuersis. Sed si mater in partu moriatur, incidatur: & infans uiuus de uentre extrahatur, & baptizetur.
33 ¶ Circa † patrinos, qui in baptismo & confirmatione necessarij sunt dicendum est, ꝓ ubi infans fari vel credere nescit, patrinus interrogatur, & respōdet pro eo, & in eius fide & professione, baptizandus saluatur. Quod etiam secundum Isidor. eadem dist. paruuli. & c. seq. in ægroto, muto, surdo baptizandis contingit. Nam etiam legimus Syrophenissam mulierē uenisse ad Iesum, & rogasse pro sua filia spiritū immundum habente, & illā ad preces matris saluatam fuisse. Aug. quoq; eadem dist. nihil. & c. seq. iusserit, ꝓ responsio ipsius patrini ad celebritatem, id est, solennitatem pertinet sacramenti. quasi dicat, non ad necessitatem. Paruulum. n. non fides illa, quæ in credentium uoluntate cōsistit, sed fidei sacramentum fidelem facit. unde fidelis uocatur, nō rem ipsam annuendo, id est profitēdo, sed ipsius rei sacramentum recipiendo. Sicut ergo paruuli alieno errore dānati fuerant sic ex aliena professione saluari posse necesse est. ea. dis. illud & c. seq. quare. & cū illi ad intelligibilē ætatē peruenerīt, debēt patrini insinuare illis professionem, quam pro eis fecerunt. † Porrò sacerdos baptizās 35
& episcopus confirmās sibi illos obligant, ꝓ de eis curam specialem gerant, quia. n. ipse non omnibus potest curam specialem impēdere, idcirco patrino committit, qui se pro illo fideiussorem constituit, ꝓ renatum docebit orationem domini. & symbolum fidei, quam quilibet Christianus adultus scire tenetur, uel in lingua latina, uel materna, & si patrinus filiorum docere neglexerit, grauissimè peccat. Itē † iuxta au- 36
thoritatē Leonis Papæ. di. & plures. unus tantum debet esse in baptismo, & unus in confirmatione patrinus, siue uir, siue mulier, & hoc propter pericula, quæ consueuerunt contingere in coniunctionibu, matrimonialibus. In quibusdam tñ ecclesijs contraria consuetudine hoc derogatum esse uidetur, & hoc ideo quoniam si ueniat in dubium de aliquo, utrum sit baptizatus uel non, quanto plures sunt patrini, & testes baptismi, tanto fortius dubium excludetur, & tanto plures ad instruendum filiorum se constituunt debitores. Item secundum canonem, ea. dist. in catechismo & in baptismo, & in confirmatione unius, & idē patrinus sufficere potest, ubi necessitas cogit, alias singulos singuli suscipiant. Verum

bapti-

baptizatis seu cōfirmatis patrinorum perfidia, qui non consentiunt non obest. Cum
37 igitur patrinus † filiorum instruere teneatur, & in fide ipsius baptizandus saluetur, nullus debet patrinus effici, nisi sciat dominicam orationem, & symbolum. ea. dist. non licet, & cap. sequenti, in quibus ipse tenetur filiolum suum instruere, cū sit fideiussor fidei illius, & eum debet custodire pro posse, ne à fide & iustitia deuiet, castitatem custodiat, iustitiā diligat, & teneat charitatem: ut pote responsurus in die iudicij de omni excessu illius. Sunt autem
38 † quatuor genera personarū, quas ecclesia non suscipit in patrinos. ¶ Primum genus est Monachus, Abbas, Abbatissa, Moniales, & huiusmodi. ¶ Secundum genus, sunt infideles. ¶ Tertium, illi qui nondum sunt confirmati. ead. dist. in baptismo, qui alios non possunt tenere in baptismo, vel in confirmatione. non enim veri debent vocari fideles: vnde nec veri testes esse possunt. ij. q. vij. nō potest. & c. seq. ¶ Quartum genus est vir & vxor simul. xxx. q. iiij. quod videtur. nisi prius ambo votum emiserint castitatis, si ambo eundem puerum de fonte leuarent, spirituales patres eiusdem fierent: vnde alterius carnaliter commisceri non debēt, nec etiam (ut aiunt quidam) aliquis de sacro fonte leuare debet aliquos de sua consanguinitate, præsertim filiū proprium vel filiam, vel vxoris, vel econuerso. extrà de cog. spi. c. ij. & iiij. quia charitatis dilectio per baptismum propagari debet. Ba-
39 ptismi † solennitate completa, itur ad fontes, cum triplici litania & inde: quia ante baptismum & post, litaniæ circa baptisterium peraguntur, pro eo ꝓ in Apoc. legi-
Apoc. tur, Iris erat in circuitu sedis. Iris: vt ait Beda, quæ fit sole irradiāte nubes, & quæ post diluuium fuit propitiationis iudicium, significat intercessiones sanctorum: sedes, ecclesiā significat: nube, sunt viri sancti, Iux-
Es. 60 ta illud Esa. Qui sunt hi, qui vt nubes volant? qui ante aduentum Christi & post deuotissimè pro ecclesia orauerūt, & orāt.
40 Fit † autem hic litania circa fontes usque ad, Sancte Ioannes Baptista ora pro nobis, eo quod ipse primus inuenit vel docuit baptisma. Deinde similiter cum trina litania reditur vsque ad Omnes Sancti orate pro nobis, ad ostendendum, quòd ipsi orāt pro filio baptizato, qui mortuus fuerat & Lu. 14
reuixit: perierat & inuentus est, vt in uere fide Trinitatis participet sacramento baptismi, uel ut Deum quem confessus est diligat toto corde, & tota mente, & totis uiribus. ¶ Sanè aguntur in quibusda m ecclesijs septenæ litaniæ ante baptismū, quia oramus sanctos intercedere pro nobis, ut Spiritus sanctus, cuius gratia septiformis est, ueniat super aquam baptismi. In alijs aguntur, qui nedū cathecumini baptizantur, ut Deus custodire dignetur, quinque sensus corporum eorum, ne per eos illecebris secularibus incitati purificationem in baptismo acceptam amittant. Trinæ etiam quandoque post baptismū aguntur, ut credulitatem Trinitatis in qua baptizati sunt & quam professi sunt, toto corde, tota mēte, totisque uiribus diligant. Quidā etiam cantant litaniam in eundo ad fontes propter spem, & inde redeundo propter rem: ad notandum, ꝓ sancti orant pro baptizandis, ut sacramentum uera fide percipiant, & pro baptizatis, ut in sacramento uerę fidei percepto confirmentur. In fine litanię fiunt iuxta apostolum petitiones, ut: Propitius esto, parce nobis domine: & obsecrationes, ut: Per natiuitatem tuam, libera nos domine, & postulationes, ut Peccatores, te rogamus, audi nos. Quid † significet 41
cantus post baptismum: dictum est supra, ubi de canticis agitur. Cęterum in quibusdam ecclesijs in lectionibus & litanijs senes præcedunt, & iuuenes subsequuntur, uel quia senes seruus, scilicet Eleazar adduxit Rebeccā, ut Isaac iuuenis apprehenderet eam, uel quia in baptismo iuuenescit ecclesia, & renouatur, ut aquila iuuentus nostra. Rursus in quibusdam ecclesijs dum duodecim lectiones leguntur litanię dicuntur, & earum duodenarius numerus per tres quaternarios clericorum impletur, quibus oratur, ut in baptizādis doctrina rapiat Apostolorum fidem Trinitatis, ex quatuor uirtutibus prædicatorum.

SVMMA.

1 *Confirmatio non debet dari ante septimum diem, post baptisma.*
2 *Spiritus sanctus in confirmatione, est tanquā tutor pupilli.*

Universidad de Deusto Biblioteca

3 *Baptizatus bis vngitur chrismate. Et quare.*
4 *Vnctio facta ab episcopo in fronte, quid differt ab ea quam facit sacerdos in ceruice, cum chrismate.*
5 *Confirmari aut baptizari bis non debet quis.*
6 *Confirmatum cur percutiat in faciem Episcopus.*
7 *In confirmatione quid agat Episcopus. & nume. 8.*
9 *Patrini qui non possint esse in confirmatione, vel baptismo.*

De confirmatione. Cap. 84.

1 EXTO loco de confirmatione dicamus. Siquidẽ † post baptismũ sequitur spirituale signaculum, scilicet confirmatio, ꝙ profectò fit quãdo ad inuocationẽ Episcopi Spiritus Sanctus infunditur. ea. dist. accepistis. Baptizatus autẽ confirmari non potest, nisi demũ post septem dies post baptismum, propter septem dona Spiritus sancti, quæ recipiũt in baptismo. Nam pro singulis donis decet dies singulos celebrare. Alij dicunt quòd statim post baptismũ, est confirmatio inchoanda, propter rationem scriptã sub quinta feria cœnæ Domini: vbi agitur de olei consecratione. Nam & Clemens Papa primo statuit, vt baptizatus, quàm citius fieri possit, cõfirmetur: quia nõ est perfectus Christianus, qui hoc nõ necessitate, sed incuria, aut volũtate omittit. Hæc frontis chrismatio, cõfirmatio dicitur: quia per eam Spiritus Sanctus datur ad augmentum & robur. extrà de sa. vnct. c. j. Vnde, cùm cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere: hanc non nisi summus sacerdos, id est, episcopus debet conferre. extrà de confir. quanto. quia de solis Apostolis legitur quorum vicarij sunt episcopi quòd per manus impositionẽ Spiritum Sanctum dabant, quemadmodũ
Act. 8 Actuum Apostolorum lectio manifestat. Cum audissent (inquit) Apostoli, qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem: qui cùm venissent orauerũt pro ipsis, vt acciperent Spiritum Sanctum. nondum enim in quenquã illorum venerat: sed baptizati tantũ erant in nomine Domini Iesu: tunc imponebant manus super illos, & accipiebãt Spiritum Sanctũ. Cuius aduentus per mysteriũ vnctionis designatur: quia columba in qua Spiritus Sanctus sup Christum in baptismũ descendit, ad vesperum in cataclysmo reuertens, ramũ retulit oliuæ virentis. extrà de sac. vnct. ca. vno cuius vtiq; sacramentũ Dauid propheta prænoscens, exhilarandam faciem in oleo prædicauit. Arnoldistæ tamen, perfidi hæretici, dicentes manuum impositionem siue consolamentum fieri posse à quolibet homine bono, obijciũt ad hoc quod præmissum est de eo, quod legitur in Actibus Apostolorum, quòd Ananias, Saulo, & Symeon, & Lucius Sireñ. & Manaen, Barnabę, & Saulo manus imposuerũt, qui tamen nec Apostoli, nec episcopi fuisse leguntur: & ex eo, quòd prædicitur: miserunt ad eos Petrum & Ioannem: apparet quòd episcopi debẽt illuc ire, vbi sunt, quibus sit necesse manus imponi: cùmq; illuc venerint, orant pro eis, dicentes. Emitte in eos septiformem Spiritum Sanctũ &c. Non enim discipuli dabant Spiritum Sanctũ, sed orabant, vt veniret in eos, quibus manus imponebant. Hoc ergo agit † episcopalis cõfirmatio baptizato, quod tutor pupillo. 2 Quid enim prodest amplam hæreditatẽ filio relinquere, nisi ipse, vel lex, aut præses illi prouideant de tutore? paracletus quidẽ est eius consolator in Christo, custos & tutor baptizati: qui suadente diabolo posset, sicut & pupillus suam perdere facultatẽ, id est, baptismi vtilitatẽ si hunc non haberet tutorem. In cõfirmatione ergo totius Christianæ religionis mysterij plenitudo completur. In baptismo nanq; per Spiritũ Sanctũ datur remissio peccatorũ: hic autẽ ipse spiritus inuitatur, vt veniat in domum ipsam, quam sanctificauit descendere, & habitare dignetur, & ad episcopi inuocationem infunditur. ead. dist. accepistis. vnde Vrbanus Papa inquit: Per manus episcopalis impositionem, Spiritus Sanctus datur, ex quo cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur: vt quis plenus sit Christianus. Bis † ergo vngitur chrismate baptizatus, 3
scilicet in vertice & in fronte: nam & ipsis Apostolis bis fuit datus Spiritus Sanctus. Primò in terra quãdo Christus exsufflauit in eos.

in eos dicẽs: Accipite Spiritum Sanctum. Secundò, à cœlo in die pentecostes sed & ipsi Apostoli receperunt Spiritum Sanctũ in baptismo. Non enim credendũ est ipsos nõ fuisse baptizatos, qui alios baptizabãt: vt præmissum est. Hæc ergo duplex baptizatorũ vnctio, significat quod Spiritus Sanctus datus est Apostolis semel in terra, ad dilectionẽ proximi: & semel de cœlo, ad dilectionem Dei. Vnde ad notandũ pulchritudinem donorum Spiritus Sancti, quæ in confirmatione cõferuntur dicitur. Emitte in eum spiritũ sapientię & intellectus, &c. Hæ sunt vestes, quibus induuntur filij regis: de quibus dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in
Gal. 2 nomine eius. & de quibus dicit Apostolus: Quotquot baptizati estis, Christum induistis. Non enim habet Christum pro indumento, qui donis Spiritus Sancti, quibus Christus ab ipsa conceptione ornatus fuit,
4 non est ornatus. ¶ Differt autem hæc † vnctio quæ fit in fronte per Episcopũ, ab illa quæ fit in cerebro siue in vertice, per sacerdotem. Primò, quia secundum Rabanum. de consec. dist. v. nouissimè. in illa signatur supra baptizatum Spiritus Sancti descensio ad habitationem Deo cõsecrandam: in hac verò signatur vt eiusdem Spiritus Sancti septiformis gratia cum plenitudine sanctitatis scientiæ & virtutis venire in homine declaretur. Secundò, differunt: quia per illam, quę fit in vertice, anima Christo desponsatur: per istam verò, ditatur & dotatur. ¶ Item per illam ostenduntur vulnera esse sanata: per hanc plenitudo gratiarum confertur. quod ex verbis vtriusq; vnctionis potest perpẽdi. In collatione enim illius vnctionis: dicit sacerdos: Deus omnipotens pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua & Spiritu Sancto, quiq; tibi dedit remissionem omnium peccatorum: ipse te liniat chrismate salutis in vitam æternam. His verbis, quæ est salutatio in vitam æternam, per hanc vnctionẽ obtineri ostenditur: sed hæc verba transcendit episcopus in vnctione confirmationis, dicens: Emitte in eum septiformem Spiritum Sanctum tuum paracletũ, de cœlis: spiritum sapientię & intellectus: spiritum consilij & fortitudinis: spiritum scientiæ & pietatis: & imple eum spiritu timoris Domini: & cõsigna eum signo sanctæ crucis: propitiatus in vitam æternam: consigna inquam vt Spiritum Sanctum nõ amittat. In † concilio Thole. de consec. 5
dist. v. dictum &c. seq. dicitur quòd nullus debet bis confirmari, sicut nec rebaptizari. Post orationem, quam communiter dicit Episcopus super omnes confirmandos, si plures sint singulariter cuilibet frontem linit in modum crucis, chrismate, cum pollice, dicens cuilibet: In nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti: Pax tecum. Quæ salutatio fit ad nouum hominem, qui dignus est salutari propter vitæ nouitatem: & qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate, & veritate: interim enim, cùm erat vetus, nõ erat salutandus: sed tantùm erat pro eo orandum. Ideò autẽ fit in modum crucis, & cum chrismate, sicut & omnia chrismata cum crucis figura perficiuntur. de consec. dist. v. nunquid. vt appareat, quòd est illius, per cuius crucem redempti sunt, sine quo signaculo nõ oportet nos ante Deum repręsentari. Quod fit cum pollice: quia ille in consecratione pontificis est ad hoc specialiter consecratus. Vel quia omne datum optimũ, descendit à patre luminum: ideò in fronte: quia ibi melius & citius videtur: vt sic exterminator angelus videns eum hoc signo munitũ, ad senon pertinere, pertranseat: sicut pertransiuit domos Hebræorum in Aegypto, vbi Ex. ed.
vidit vtrunq; postem linitũ sanguine agni, 12
& percussit primogenita Aegyptiorum, in domibus vbi hoc signum non erat. Quid enim est sanguis agni, nisi fides passionis Christi? vterq; postis hoc sanguine linitur, cùm fidem passionis Christi in corpore & mente gestamus. in corpore per mysteriũ: in mente per efficaciam. Ideoq; fit in fronte, quia perfectorũ est, non in occulto, sed in manifesto Christi nomen semp habere. Hinc est qd Ioannes Apost. ait: Vidi suprà Apoc.
monte Sion agnum stantẽ, & cum eo centũ 14
quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Stare enim & in monte, & cum agno, perfectorũ est: & perfectio in cõfirmatione datur, vt prę missum est. Melius quoq, in fronte infigitur: in quo summus pontifex laminam auream figebat, in qua scriptum erat ineffabile nomen Domini:

Io. 10 & vt baptizatus liberè confiteatur, quod credit.extrà de sac.vnct.quia corde creditur ad iustitiam:ore autem confessio fit ad salutem, memor eius, quod dominus ait: Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. Subsequenter † episcopus confir-
6 matum percutit in faciem. Primo,ut tenacius memoriæ teneat,se hoc sacramentum recepisse.Secundo,quia hoc sacramentum datur baptizato ad robur fidei,ut præmissum est: vt,videlicet sit ita fortis in fide in baptismo suscepta, quòd vlterius coram quocunque confiteri nomen Christi non erubescat. Tertio,hæc percussio repræsentat manuum impositionem,quoniam Apostoli per manus impositionem confirmabant. Quarto,ad terrendum malignũ spiritum, vt fugiat, & ne redire audeat, sicut fecit beatus Benedictus, liberans per alapam monachum,qui à maligno spiritu vexabatur,vt legitur in dialog. Greg.li. ij.c.
7 xxxij. † Duo ergo facit episcopus:primum quia eum ungit in fronte: secundum quia ipsum percutit in facie. Vnctio significat vnguentum gratiæ quantum ad actus audaces aggrediendi ea,quæ pertinent ad fidẽ, percussio verò fit, ne vlterius cõfundatur, aut timeat confiteri nomen Christi, quasi dicat episcopus confirmato, ita sis fortis, vt quicunque sic te percusserit, vel quocunque alio modo tibi confusionem fecerit, pro eo, quia Christi fidem confiteris,tu in his omnibus non erubescas: percussi enim in facie erubescere solent.Similiter etiam fit alicubi, propter eandem causam militibus nouis. Fieri potest confirmatio in cãpo: melius tamen fit in ecclesia, aut in atrio ecclesiæ. In bucardo lib.iiij.cap.episcopus.In concilio Aurelianen.de consec. dist.v vt ieiunijs. statutum est,vt sacramentum confirmationis à ieiunis & iuuenibus perfectæ ætatis puta duodecim vel quindecim annorum, seu adultis monitis prius peccata confiteri conferatur: hodie tamen, quàm citius potest, hoc fiat, vt præ-
8 missum est. Chrismato autem † aliquo panno albo frons sua circuncingitur,ne recens vnctio defluat aut deleatur, & septima die deponitur, sicut supra, vbi agitur de baptismo,dictũ est. Et in concilio Beluacen.de consec.dist.iiij si quis noluerit.dicitur, quòd pannus chrismalis, quo caput pueri in fronte per episcopum, vel in vertice per presbyterum chrismati circuncingitur, potest iterum super alium baptizatum imponi. Item non † confirmatus,non 9
potest aliũ tenere in baptismo,vel in confirmatione,nec vir & vxor,vel consanguineus, vel etiam plures teneant confirmandum,prout in baptismo dictum est.

SVMMA.

1 *Altaria cur cooperiantur sabbato sancto.*
2 *Sabbato sancto missa aliter & præter morem celebratur. Et quorsum.*
3 *Campanæ cur pulsentur, dum cantatur Gloria in excelsis, sabbato sancto.*
4 *Sabbato sancto cur nõ dicatur graduale: sed allelu-Ia, & tractus. Et cur eodemmet die lumen non portetur ad Euangelium. sed incensum. nu. 5.*
6 *Sabbato paschatis,cur omittatur offertorium. Item post communio. nu. 7.*
8 *Sabbato paschatis,cur breuis vesperæ, et vna cum missa terminentur.*
9 *Sabbato paschatis priuilegium.*

De Missa. Cap. 85.

EPTIMO loco de missa huius diei dicendum est. In qua quidem plura sunt notabilia. † Primo, quòd ante missam altaria cooperiuntur: 1
quod fit,quia iam ecclesia incipit resurrectionis præludia celebrare.Magna enim pars huius officij ad illam pertinet,& ita resurrectione Christus,qui per altare significatur, stola corporis indutus est. Item ministri altaris, pretiosis & splendidis sunt vestibus decorati ad significandum,quòd neophyti sunt indumentis virtutum ornati.† Item missa ideo non can- 2
tatur solito more, quia in ea non dicitur introitus, qui est caput missæ, eo quòd ille,qui est caput & principiũ nostrum, subtractus est, & in sepulchro silet, & nocte resurrectionis licet resurrexisset: tamen à suis nesciebatur: vnde cum Maria Magdalenæ inuenit monumentum vacuum, credidit eum esse sublatum. Hac enim die,& in vigilia pentecostes,seruamus antiquum

ecclesiæ

ecclesiæ morem: qui fuit ante Papam Cœlestinum: secundum quem introitus in missa non dicebatur, sed à Κύριε ἐλέησον incipiebatur. Incipit ergo à Κύριε ἐλέησον officium,quòd est quædam uox lætitię,de hoc quòd neophyti sunt renati.rogat ecclesia, ut dominus eos in nouitate conseruare dignetur. Omnia enim quæ dicuntur usque ad Euangelium,ad eos referuntur. Sequitur Gloria in excelsis,quòd ideo cantatur. Primo, quia pax data est renatis, quæ ab Angelis nuntiata est in nocte natiuitatis, cum ergo ipsi sint renouati gratia Dei,possunt cantare cum Angelis. Secundo ideo, quoniam Angeli,qui primo illud nato domino cantauerunt: pro renatis in baptismo glorianť.Tertio,quia resurrectio Christi proxima est, ideo dicitur iste angelicus cantus, & cũ ipsis Angelis chorus exultat
3 personati melodia,& campanę siue† signa etiam concrepant, quæ hactenus fuere muta. Collecta etiam de renatis manifesta est quæ est: Deus,qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicæ resurrectionis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progenie spiritum adoptionis, quem dedisti &c. Cui præmittitur Dominus uobiscum, & non Pax.ut iam dicetur. Similiter epistola refertur ad eos, uidelicet. Si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt, quærite,ubi Christus est in dextra Dei sedens. ad Colossiij.cap. quasi dicat, resurrexistis in baptismo à peccatis, sicut Christus resurrexit ab omnibus infirmitatibus suis. Sed ad quid debent laborare resurgentes, nisi quæ sursum sunt obtineant? Ideo dicitur: Quæ sursum sunt, sapite: non quæ super terram,id est, cœlestia, non terrena uobis sapiãt,& additur, mortui enim estis, & uita uestra abscondita est, cum Christo in gloria.Mortui .n. estis peccato,& mortui estis uobis,ut iam non uobis,sed domino uiuatis,sicut dicit Apostolus,uiuo ego, iam non ego,sed uiuit in me Christus.Vita autem uestra abscõdita est in Deo, ideo quia nõdum apparet, quid futuri estis, sed cum apparuerit Christus uita uestra, apparebitis cum ipso in gloria. Ecce ad quid debeant tendere neophyti, scilicet ut sint & appareant cum Christo in gloria, ad quam repræsentandam ministri altaris solennes uestes induũt,ut renatorum stolam innocentiæ demonstrent, in epistola verò baptizati instruuntur,post epistolam uerò sequitur allelu Ia,quod est uox angelica, siue canticum angelorum: sicut ostendit Ioan.in Apocal.dicens: Audiui quasi uocem tubarum multarum in cœlo dicentiũ Apoc. 19
allelu Ia,quia Angeli gloriantur propter baptizatos à diaboli seruitute ereptos, & ad fidem conuersos. ¶ Et † dicitur alle- 4
lu Ia sine graduali, ad significãdum, quòd caput nostrũ quiescit, ubi enim est quies, ibi non est motus, ubi autem nõ est motus, ibi non est ascensus de gradu in gradum, quod significat graduale. ideo autem graduale non dicitur,quia baptizati nondum per opera in uirtutibus gradum fecerunt. Dicitur autem tractus, qui significat patientiam,per quam expectare debent gloriam sempiternam, quam seqũs sabatum in albis repræsentat,in quo sabbato nõ cantatur graduale,quia ibi nõ est necessarium bonum opus, uel tractus,quia nec patientia: sed duplex allelu Ia pro duplici gloria, scilicet animæ & corporis. de hoc sub titulo de septem diebus post pascha dicetur, & præter morem ante tractum ponitur allelu Ia, quod est quædam uox lætitiæ: ad notandum lætitiam neophytorum,quam habent de spirituali nouitate. Sed quia graues sunt labores uiæ,sequitur tractus qui dicitur à trahendo. Ad idem tamen inuitantur neophyti in uersu allelu-Ia, & in tractu,uidelicet ad Dei laudẽ. Nam allelu-Ia,sonat: Laudate dominum, & in uersu allelu-Ia dicitur. Confitemini do.id est,laudate do.& additur causa, quoniam bonus est in se, & nobis, cum quibus misericorditer & benignè egit dimittẽdo peccata in baptismo, & cantatur in tono resurrectionis,scilicet octauo.Sed quia effectus benignitatis posset esse ad tempus, ideo subditur, quoniam seculum misericordia eius. Ad idem etiam inuitantur in tractu, scilicet, Laudate dominum omnes gentes,&c. quoniam confirmata est &c. re uera firmatur misericordia, quæ in æternum durat,sicut in uersu allelu-Ia dictum est. Hæc autem duo.s.misericordia & ueritas in psalmis iunguntur, ut nec misericordia iniusta, nec ueritas nimis austera credatur.xl.dist.disciplina.xxiiij.q.iiij. nõ est iniusta. Quare duplices laudes dicũtur,&

Gal. 2

quare tractus, & quare ſub humiliori lingua, dicitur, ſub tit. de vij. diebus poſt paſcha dicetur. Secundo, & allelu-Ia, ideo prius, q̃ tractus dicitur, quia hebræa lingua, mater eſt nobiliſſima omnium linguarum propter authoritatem diuinæ ſcripturæ, latina uerò inferior, quaſi filia præterea allelu-Ia ſignificat Iudæos prius conuerſos: tractus Gentiles poſtea credentes. Tertio dicitur primo allelu-Ia, in memoriam prioris ſtatus Adæ. Sequitur tractus in memoriam ſequentis. Præcedit etiam allelu Ia propter gaudium reuertentium de captiuitate Babylonica. In alijs verò diebus graduale præcedit allelu-Ia, propter profectum proficientium. Deinde ſequitur Euangelium: Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati: Matt. xxviij. c. in quo de ſolicitudine mulierum, circa domini ſepulchrum, & de myſterio angelorum, & de reſurrectione ſaluatoris agitur. uſque nunc enim fuit ſacrificium neophytorum, ſed de hinc reſurrectio ad memoriam reuocatur. ¶ Et nota, quòd veſpere ſabbati hic accipitur pro nocte, & eſt ſenſus: ueſpere ſabbati, id eſt, in nocte ſabbati. Sed quia credi poſſet, quòd ueniſſent mulieres, in principio noctis, uel in medio, idcirco adiunctum eſt, quæ luceſſit in prima ſabbati, ideſt quę pertinet ad lucem primi ſabbati. Luceſcerat enim iam, quando uenerat Maria Magdalena, & altera
5 Maria uidere ſepulchrum &c. ¶ Ante † Euangelium autem non portatur lumen: nec etiam in quibuſdam eccleſijs candelabra cum luminarijs ſtant, ad miſſam ſuper altare. ¶ Primo, quia ille qui eſt lumen nondũ nobis reditus eſt, quoniã eius reſurrectio nondum erat manifeſta, imo credebatur adhuc in ſepulchro latere. ¶ Secundo, quia mulieres Chriſtum non Deum; ſed ſolummodo eſſe mortalem credentes, occultè ſine lumine ibant ad ſepulchrum, ut ungerent corpus Ieſu. ¶ Tertio, ad notandum cœcitatem cordis ignorantium ipſum reſurgere poſſe. Incenſum tamen fertur in ſignum, quòd mulieres tulerunt aromata, ut ungerent Ieſum. ¶ Rurſus accenſa luminaria non feruntur, ſed incenſum ſic. Ad notandum, quòd tunc orationis affectio, quæ per incenſum exprimitur, animis infirmorum non deerat, ſed ueritatis lux, quę per accenſa luminaria deſignatur, eis certitudinaliter non clarebat propter domini ſepulturam. Poſt Euangelium, nõ dicitur: Credo, vt per hoc infirmorum animorum dubitatio denotetur. Quædam tamen eccleſiæ dicunt hac die. Credo, & per totam ſequentem hebdomadam, quo renati aſſeuerãt ſe in Deum tendere, & ea quæ de Chriſto dicta ſunt in Euangelio, firmiſſimè credere. † Offertorium quoque non 6
dicitur, in quo ſignificatur. ¶ Primo, ſilentium mulierum, quæ territæ quaſi cum ſilentio receſſerunt à monumẽto, ad quod iuerant, ut Chriſto unguentum offerrent. ¶ Secundo, quòd ipſæ uenientes iuxta legis mandatum ungere corpus Ieſu latenter uenerunt ad ſepulchrum, & contra illud in ſilentio ſteterunt, timentes reſpondere Angelo, vel cuſtodibus ſepulchri, ergo earum more cantores ſilent. ¶ Tertio, quia nondum ſurrexit, qui det nobis quod offerre poſſimus. Cantatur autem ſanctus,
ſanctus, ſanctus, quod eſt angelorum canticum, quia Angeli tanquam nihil timentes in ſepurtura Domini, & eius reſurrectione, quam non tacuerunt, ſuum habuerunt myſterium. In canone etiam, ſcilicet infra actionẽ, fit mentio de renatis. Agnus Dei non cantatur, tum quia nondum ſurrexit, quòd ipſi ſcirent, qui in die reſurrectionis dixit diſcipulis. Pax uobis. Tum quia diſcipuli tunc deſperauerant, neque credebant eum eſſe Deum, qui redimeret Luc. 24
Iſrael. Vnde Cleophas dixit: Nos ſperabamus quòd ipſe eſſet redempturus Iſrael. q. d. iam non ſperamus, imo deſperamus. Sed & mulieres, quę uenerunt ad monumentũ; credentes corpus ſublatum eſſe, non credebant, quòd ipſe peccata mundi tollere poſſet. Vnde & Maria Magdalena quæ fuit magis ſolicita, audiuit à domino. Noli me tã-
gere: nondum enim aſcendi ad patrem Io. 20
meum, ſubaudi in corde tuo, id eſt, nõdum credis me eſſe æqualem patri: ergo non credis me tollere poſſe peccata mundi. In quibuſdam tamen eccleſijs dicitur ter. Agnus Dei ſine, Dona nobis pac. non datur etiam pax in deteſtationem oſculi proditoris, & quia Chriſtus qui eſt uera pax noſtra, nondum pacem nuntiauit, quia nondũ ſurrexit qui in die reſurrectionis Apoſtolis ait: Pax vobis. Vnde fortè hic modus ſalua-

ſaluationis, ſcilicet, Pax vobis ab epiſcopo in principio huius miſſæ non dicitur, licet differtur: ut nouam ſalutationem in die reſurrectionis ſuæ populus affectuoſius amplectatur, in aliquibus tñ eccleſijs pax datur, eo q̃ gloria in excelſis cantatur. Poſt
7 communio etiam non cantatur. ¶ † Primo, ad notandum, quòd non erant tunc qui in fide Chriſti communicarent. ¶ Secundo, quia baptizati nondum communicauerũt, ſed in die paſchæ communicare debent. ¶ Tertio, quia nondum ſurrexit qui nobis dat, quòd communicemus. ¶ Quarto, quia ueſperæ quæ ſequuntur, uicem obtinent poſt communionis. ¶ Quinto, quia omnes tacuerunt in Chriſti comprehenſione, & crucifixione, ideo cantores tacent. Cantoribus igitur tacentibus ſacerdos ſuũ implet officium, quia Apoſtolis de reſurrectione dubitãtibus, & mulieribus timentibus, & nil dicentibus Chriſtus ipſe per
ſuam glorioſam apparitionem, quibus uo-
8 luit fecit ſe manifeſtum. † Conſequenter inter cœnandum, id eſt, dum ſacerdos, adijciunt breuiſſimæ ueſperæ ſcilicet: Laudate dominum oẽs gentes: quæ quaſi non ſunt ueſperæ, quia ſabbatum æternæ quietis, qd̃ per hoc ſabbatum figuratur, nullam habet ueſperam: fit etiã officium breue propter ipſos neophytos quibus omnia debent breuiter cantari: maxime primo die, ne eis generetur faſtidium ex prolixitate, unde ſub una collecta miſſa, & ueſperæ clauduntur, ne fortè ſi finita miſſa dicerentur ueſperæ, neophyti non auditis ueſperis recederent credentes habere licentiam abeundi. Vnde ideo totum officium ſub una oratione completur, quoniam ſacramentum baptiſmi in Chriſti paſſione conſummatur: Vel ideo dies hæc in miſſa, non in ueſpera terminatur, ut Chriſtus qui nos morte redemit, ſine fine laudetur: qui eſt in ſecula benedictus. In quibuſdã autem eccleſijs cantatur pſal. Laudate dominum, ſine gloria, quia filius, qui eſt tertia perſona in Trinitate, nondum ſcitur eſſe nobis redditus. Rurſus inuitantur neophyti, ad laudem domini per pſalmum illum: Laudate. & ipſi ſe laudare reſpondent dicentes: quaſi unus homo, per ſe uel per alios: Magnificat anima mea dominum. Hoc † ſabba-
9 tum priuilegiatum eſt, quia in eo fiunt ordines: cathecumini poſt baptizantur, cereus benedicit & plures lectiones legũtur.

SVMMA.

1 *Paſchale tempus, quid ſignificet.*
2 *Paſcha, quid, & vnde dictum.*
3 *Paſcha, cur potius à græca, quàm hebraica linguæ nomen ſortitum. Aut potius latina. nume. 4.*
5 *Paſchatis tempus, vnde incipit, & quo terminetur.*
6 *Paſchatis ſolennitas celeberrima omnium, & variè pro varietate regionum. nu. 9.*
7 *Paſchatis die nihil comedendum, quod non ſit benedictum à ſacerdote: ac ſigno crucis ſignatum. numæ. 8.*
10 *Paſchales feriæ quot celebrandæ.*
11 *Paſcha ſemper celebrãdum die dominico. Et quorſum. ibid. & nu. 12. 13. 14. & infra.*
15 *Paſcha triplex fecerunt Iudæi, quod erat figura noſtri paſchatis.*
16 *Paſchatis ſeptem ſeptimanæ.*
17 *Paſchale tempus dicitur quinquageſimæ.*
18 *Paſchate nos debemus adinuicem ſalutare, & oſculum præbere: idque Romani pontificis exemplo.*

De ſancto die paſchæ. Cap. 86.

SEquitur uidere de feſto paſchali, de quo primo aliqua generalia premittemus, conſequenter uerò de nocturno huius diei officio, poſtmodũ de diurno aliqua ſupponemus. Siquidem † tempus
1 paſchale, ſignificat tẽpus illud, quod erit poſt diem iudicij, quando uidelicet ad patriam uitæ quam per Adã amiſimus, Deo propiciante regrediemur, qua conſideratione poteſt dici hoc tempus regreſſionis, quod tamen incipit in octaua. In hac autẽ die reſurrexit dominus, quæ eſt mundi prima, & redieus ad caput, eſt octaua: ut dicetur in proœmio ſeptimæ partis, de qua dicitur in Paralipomenon, in titul. pſalmorum. quam octauam, ſicut ſeptem mundi ætates præcedunt, quarũ ſex ſunt uiuentium, & ſeptima dormientium, ſic & ſeptẽ dies noſtræ reconciliationis hanc diẽ præcedunt, ſic quoque ſeptem dominicæ à Circundederunt, uſque ad Lætare Hierũſalem, præceſſerunt, quas interpoſita domi

nicę passionis memoria hęc dominica octa
uæ ætatis representatiua sequitur, in qua
etiam representatur, quod sicut octaua est
eadem cum prima, sic restituetur homo in
idipsum, & ad id quod fuerat cõditus. imo
supra primę originis reparabitur dignita-
tem, & consequetur corporis & animæ fe-
licissimam immortalitatem. Qualiter do-
minus tribus diebus, & tribus noctibus fuit
in sepulchro, & qua hora resurrexit, &
qua hora hoc tempore, debet dici officium
matutinum, & quare hac die pascha cele-
bratur, dictum est sub iiij. feria cœnæ do-
2 mini & sub sabbato. ¶ Sanè † πάσχα græ-
cum nomen est quod hebraicè dicitur Pha
se, quod latinè transitus interpretatur, se-
cundum Bedam. Non dicitur pascha, à pas
sione ex eo, quia πάσχειν græcè dicitur pati
latinè, sed dicitur à transitu, & hoc primo
secundum historiam ex eo, quod exterminator Angelus uidens sanguinem in fori-
bus Israelitarũ petransijt, nec eos percus-
sit, tunc etiam populus ex Aegypto transi-
uit, id est, exiuit: tertiaq; die mare rubrum
pertransiuit. ¶ Secundo, secundum allego-
riam, quia ecclesia in hoc tempore transi-
uit per baptismum ab infidelitate ad fidẽ.
*Tertio secundum tropologiam, quoniam
hoc tempore transimus per contritionem,
& confessionẽ de uitijs ad uirtutes, ut in-
frà dicetur. ¶ Quarto, secundum anagogẽ,
quia tunc Christus transijt à mortalitate
ad immortalitatem, & faciet nos etiã tran
sire: unde in Euangelio. Cũ uidisset Iesus,
inquit, quia uenit hora, ut transiret de hoc
3 mundo ad patrem &c. ¶ Nominamus † au
tem hanc diem græco & non hebraico uo-
cabulo. licet lingua hebraica dignior sit
tanquam mater. ¶ Primo, ne in hoc uidea-
mur iudaizare. ¶ Secundo, ne in hoc imite
mur quosdam hæreticos, dicentes Euange
lium sine ceremonialibus non sufficere ad
salutem. ¶ Item utimur græco, & non la-
4 tino † uocabulo, propter authoritatem,
quoniam græca lingua antiquitus Romæ
& in Italia tantæ fuit authoritatis, ut non
solũ dies solennes græcis nominibus nun-
cuparentur, ut pascha: pente. πάντη & epi-
phania, uerum etiam dignitates, ut apostolicus, patriarcha, archiepiscopus, episco
pus, & huiusmodi. Isidorus tamen dicit, q
paschæ uocabulũ, non græcum, sed hebrai-
cum est, & Innocen. tertius dicit in quodã
sermone, q pascha hebraicè dicitur à Pha
se, quod est transitus, græcè uerò à * πάσχειν, quod est pati. Aug. dicit q hoc nomen
Pascha, per diuinam dispositionem compa
ctũ est, ex hoc nomine græco πάσχειν, quod
pati interpretatur, & ex hoc nomine he-
bræo Phase, quod transitus interpretatur,
nam hæc duo conueniunt in hoc nomine
pascha, tam secundum significationem, q̃
secundum uocem: secundum significatio-
nem, quoniam in passione Christi fuit eius
transitus: unde merito hoc nomen habet
intellectum utriusque nominis, & est lati-
num, ut sic ex duabus linguis fiat tertia, sci
licet latina, & est hoc nomen pascha pri-
mæ declinationis, neu. ge. quòd solum in
tribus græcis nominibus inuenitur, scili-
cet pascha, manna, & mammona. Vel est
tertiæ declinationis, ut dicatur pascha pa
schatis. sicut dicitur phantasma, tis. ¶ Vo-
catur † autem pascha ipsa dies resurrectio 5
nis & etiã tempus à dominica in ramis pal
marum, usq; ad octa. paschæ, & in domini-
ca ipsa inducebatur agnus. qui in v. feria
immolari debebat. Veruntamẽ secundum
uulgi consuetudinem, dñica in ramis pal.
dicitur pascha floridum feria vj. paschæ,
hodierna uerò dies pascha: olim tamẽ pro
priè dicebat, pascha, dies illa in qua agnus
immolabatur. Solennitas paschæ autem
autonomasicè dicitur solennitas solenni-
tatum eo, q cæteras solennitates huius so-
lennitatis nobilitas † antecedit, & omnes 6
dies dominici sunt octauę huius festi, vt di
cetur in proœmio septimæ partis, & in ea
omnia lætitiæ insignia proponuntur, tem-
plum quoque mundatur, & ornatur in pa-
rietibus, quia in eis cortinę & pallia extẽ-
duntur, & in choro dorsalia, & tapeta ex-
tenduntur, & banchalia disponuntur. Ve-
lamen etiam quod erat ante crucem uel in
altum dirigitur, uel remouetur, uel retro
altare ponitur, ad notandũ quòd prius oc-
culta modo sunt manifesta, altare quoque
suis ornamentis decoratur, vt in quibusdã
ecclesijs uexillis, quę significant uictoriam
Iesu Christi, crucibus, & alijs. De quo &
de uelaminibus trium colorum quæ hac
die in tribus lectionibus de altari remo-
uentur, & de triplici ornatu materialis tẽ
pli dictum est in prima parte, sub titul. de
pictu-

picturis. Ministri quoque ad decorem hu-
ius solennitatis, se balneis prælauant: bar-
bas & coronas tondunt, capillos deponũt,
uestes siue cappas nigras deponunt, & al-
bas induunt, quæ licet ad decorem fiant,
ad spiritualem quoque hominem referun-
tur. Non enim lauamur ad uoluptatem,
sed significationem, ut scilicet per exterio
rem lotionem corporis, interiorem animę
debere fieri ostendamus, barbas & coronas
tondere est superfluitates, & uitia depone
re, capillos super aures tondere, est quin-
que sensus corporis, ad seruiendum Deo
expeditos habere, nigras uestes siue cap-
pas exuere, est asperitatem pœnitentiæ de
ponere, albas siue superpellicia induere:
est stolam immortalitatis firmiter expe-
ctare, uel per uestem albam significamus
innocentiæ stolam renatorũ, vel per hoc
representamus hodiernam apparitionem
angelorum, qui in uestibus albis apparue-
7 runt. ¶ In hac † sancta die nihil, quod à
sacerdote non sit benedictum comedere
debemus, quia inimicus noster nunc nos
magis satagit supplãtare. Vnde in quibus-
dam locis quæcunque comedi debent ad
ecclesiam portantur, & in atrio vel vestibu
lo Ecclesiæ cum cruce, & aqua benedicta,
& in uestibus sacris à sacerdote benedicun
tur. Hinc est, quod hodie agnus à sacerdo-
te benedicitur, ad representandum, quòd
Deus per Mosen & populum agnum come
di iussit in figuram Iesu Christi, cuius san-
guine omnia primogenita sibi de mundo
redemit, & angelo in nocte illa omnia pri
mogenita in Aegypto percutiente populũ
suum seruauit agni sanguine prænotatũ.
Agnus autem secunddum Ro. ordinem nõ
ad altare, sed ad mensam benedicitur. In
quibusdam etiam locis benedicitur lac &
mel in memoriam eius, quod dominus in-
quit patribus nostris Abrahã, Isaac, & Ia-
cob: Introducã vos in terrã fluentem lac &
mel. Nullus † debet ẽt vnquã aliquid come
8 dere, nisi prius saltẽ signo crucis facto. Vn
de legitur in dialogo Greg. Papæ. lib. j. c.
iiij. q cũ quædã monialis iret per hortũ la
ctucam, sine benedictione comedit, & si-
mul dæmonem, qui super eam erat, su-
scepit, qui eam multum uexauit. Nos
quoque uidimus in ciuitate Bonon. puel-
lam à duobus spiritibus immundis, & ma-
lignis triennio uexatam. Cumque à quo-
dam perito uolente illos cum exorcismis
& abiurationibus ab humano corpore pel
lere interrogarentur, qualiter corpus mu
lieris intrassent responderunt, quòd sede-
bat in quodam melogranato, quod ipsa
puella comederat, qui tãdem virtute adiu
rationum nobis præsentibus ab humano
corpore recesserunt. † In quibusdam quo-
que locis hac die in aleis. in natali prælati, 9
cum suis clericis ludũt, vel in claustris:
vel in domibus episcopalibus, ita vt etiam
descendant ad ludum pilę, vel etiam ad
choreas, & cantus quod uocatur libertas
decẽbrica, quia antiquitus cõsuetudo fuit
apud Gẽtiles, q hoc mẽse serui pastores, &
ancillæ quadam libertate fruerentur, &
cum dominis suis dominarentur, & cum
eis facerent festa & conuiuia, post colle-
ctas messes: laudabilius tamen est à tali-
bus abstinere. In plerisque etiam regioni-
bus mulieres secunda die post pascha ver-
berant maritos suos, die uero tertia mari-
ti vxores suas. Sicut & antiquitus licebat
seruis dominos saltem in crimine adulte-
rij accusare impunè. xij. q. ij. quæstionem,
Hoc autem fit, ad notãdum quod debẽt se
inuicem corrigere, ne alter ab altero hoc
tempore exigat debitum tori. Statutũ est
enim de conse. dist. ij. omnis homo. xxiiij.
ca. j. quòd cum hac die communicare de-
beant, tribus præcedentibus & tribus uel
quinque, uel septem sequentibus diebus
ab amplexibus vacent, quod sumptum est
à Dauid, qui cum pueris suis accepturus
panes propositionis, ait ad Abimelech sa-
cerdotem. Continuimus ab heri, & nu-
diustertius. de cons. dist. ij. tribus. x. q. j. hãc 3. Reg.
consuetudinem. ¶ His † tribus diebus pri 13
mis solenniter est feriandum, in sequenti- 10
bus uero, licet viris ruralia opera, quæ ma
gis necessaria sunt exercere, sed fœminis
nõ licet nere, nunquã aũt choreas ducere,
quia secundum Greg. melius est fodere, &
ara re, quàm choreas ducere. Inde est, q
hi singuli dies propria habent responso-
ria, cęteris uero in quibusdam ecclesijs mu
tata. in alijs tamen habent etiam vsque in
v. feriam propria. Fiũt quoque apud quos-
dã hoc tempore aquarum dimersiones, ne
quia homines uigilauerunt in xl. in his san
ctis diebus dormire uelint. † ¶ Hoc quoque 11
notan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

notandum est, quod Pascha nostrum semper debet fieri in die dominico, sicut statuit Pius Papa, de consecrat. dist. iij. nosce. & c. seq. & etiam Victor Papa, qui propter hoc concilium Palæstinum conuocauit, licet enim prius eodem die celebraretur, quia tamen quidam inde dubitabant, angelus domini ad corroborandos eorum animos apparuit in habitu pastorali, Hermę doctori percipiens, vt Pascha semper die dominico ab omnibus celebraretur: Dominus tamen verè surrexit in die vj. Cal. April. nam passus est viij. Calen. Aprilis, videlicet in die tali, in quali conceptus est, siue in quali annuntiatio virgini facta est: prout dictũ est sub tit. de parascene. Celebrari etiam debet Pascha in lunatione Aprilis, quoniam in Exo. præcepit dominus, quod mensis ille primus habetur, & agnus die xiiij immolaretur. vnde Victor Papa de conse. dist. iij. celebritatem. dicit, quòd Pascha debet celebrari post xiiij. diẽ lunationis April. qui est primus mensis secundum Hebræos vsque in xxj. diem eiusdem mensis, id est, lunationis. Loquitur enim ibi de mense lunari, non de solari, quoniam in illa lunatione est semper pascha vsque in xxj. diem, & vsque ponitur ibi inclusiuè, quoniam includitur ipsa xxj. dies, vult ergo dicere Victor Papa, quòd Pascha non debet esse intra xiiij. diem lunationis Aprilis nec post xxj. diem illius. Si enim xiiij. dies lunationis est in die dominica, ubi est Pascha Iudæorum, & dominica sequenti est Pascha nostrum, scilicet in xxj. die, & hæc lunatio quandoque incipit à Martio, de quo plenè in fine vij. partis dicetur. ecclesia tã antiquitus celebrabat Pascha cũ Iudæis xiiij. lunã primi mẽsis quocunque die occurreret, quem ritũ sancti patres in Nicæna synodo prohibuerunt, constituentes non solum lunam paschalem & mensem inquirere, sed etiam diem dominicę resurrectionis obseruare, & ideo extenderunt Pascha à xiiij. luna vsque ad xxj. vt dictum est, ut sic & dies dominicus non omitteretur, & in die resurrectionis domini Pascha celebraretur, & hoc pluribus de causis. ¶ † Primo, ne ecclesia videatur iudaizare & figuris iudaicis adhærere, & in temporibus & annis cõfidere. ¶ Secundo, quia die dominica datũ fuit manna à domino per quod significatur eucharistia, id est, panis angelorum habens in se omne delectamentum & suauitatem omnis saporis, vnde Exod. xvij. die sexta. Parent, quod inferant, ut sit duplum quàm inferre solebant per singulos dies, & hæc est dies veneris, & ita die dominica datum est manna. ¶ † Tertio, quia præceptum est comedere agnum cum lactucis aggrestibus, & in azymis synceritatis, & veritatis, id est, cum puro affectu & pro intellectu, hoc est in ueritate. Christus vero mortem destruxit, moriendo, & uitam nostram resurgendo reparauit, & ita patet, quòd in die resurrectionis debemus comedere agnum, quia tunc incipit ueritas uitæ nostræ. ¶ † Quarto non celebramus Pascha nostrum cum Iudæis, qui illud celebrant xiiij. luna, quia quamuis tunc immolatus fuerit agnus, tamen incipit eius immolatio in sequenti die, quia tunc est tempus luctus, nec est tempus solennizandi, & ideo ecclesia dimittit hoc, vsque ad tẽpus solennitatis: quia debet fieri cum solennitate, sicut dictũ est. Quinto, quia cũ Christo vult ecclesia celebrare Pascha suum: Triplex † enim Pascha fecerunt Iudæi. Primum in Ramatha, quod interpretatur commotio tineæ. Per hoc significat primum pascha, id est, spiritualis transitus de uitijs ad virtutes. Per tineã enim peccatũ intelligitur, quia sicut tinea cõsumit pãnum imperseptibiliter, sic peccatũ animam, quando autem peccatũ cõmouetur in nobis siue amouetur, per pœnitentiam fit iste transitus. Secundum pascha factum fuit in Syna, quod interpretatur mensa, per quod significatur secundum pascha spirituale, id est, transitus de uirtute ad uirtutem, per quòd restituitur homini sua mensura attingendi cœlestia. Iste transitus fit, quando transimus de uirtute ad uirtutem. Tunc enim accedit ad mensuram suam homo, quoniam factus est, ut sit socius angelorum. Primũ pascha Christus nõ potuit celebrare, quia pctm̃ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius, neque secundum, quia datus fuit ei spiritus sanctus non ad mensuram à tempore suæ natiuitatis. Tertium pascha fuit in Galgale, quod interpretatur reuelatio. Istud pascha fit à nobis, quãdo transiuimus de mundo ad patrem, siue de mundo ad cœlum, & reuelabuntur nobis omnia, quæ modo credimus. Hoc pascha celebrauit Christus per resurrectionem suam quod nos celebramus. semper post xiiij. lunam primi mensis, post æquinoctium vernale quãdo dies incipiunt maiores esse noctibus, prout dictum est sub sabbato sancto. ¶ Sexta causa est, quia de primo pascha, uel secundo non est gaudiũ multum, sed de tertio. vnde ij. Reg. xvij. Non gloriet accinctus æquè, sicut discinctus. Septima, quia ex iussione angeli monemur pascha in dominica celebrare, ut præmissum est, Quare hæc & cætera festa Saluatoris præter naturale mutabilia sũt, dictum est, sua natali quando debeat pascha annũtiari, dictum est sub Epiphania. Porro considerandæ sunt quædam huius paschalis † temporis uarietates. Sunt enim in eo tres septimanæ quasi proprijs vocabulis nuncupatę. Prima est paschalis. Secũda, in albis. Tertia, expectationis. Prima, dicitur sanctificata, propter iustificationem animæ, inde est, quod homines per baptismum sanctificati per totam septimanam illam vestem quam in baptismo susceperunt deportant, quæ significat primam innocentiæ stolam. Secunda dicit, in albis. Primo, quia baptizari ĩ sabbato sancto, deponũt in sabbato in albis albas stolas, seu vestes, quas in baptismo susceperũt. Per albas quidem innuitur quales in præsenti vita esse debeant, scilicet mundi, & qualia denique sint corpora recepturi, quia sancti beatitudinem, & gloriam possidebunt, prout dictum est sub sabbato sancto. Secundo, quia hoc tempore illi, qui baptizati sũt in sabbato sancto, ab episcopis confirmati alias albas stolas portare, vsque ad aliũ sabbatum solent. communiter tamen prior septimana vocatur in albis, propter angelos, qui in resurrectione domini in albis apparuerunt, ut præmissũ est, & quia olim baptizati, illis diebus candidis vestibus utebantur, vsque ad sabbatum in albis. Et propter præmissas etiam causas dicitur sabbatum in albis, vel quia mos fuit antiquitus, ut in sabbato vestes ex toto deponerẽt & albas induerent, quod nõ fit in sabbato sancto. Tertia septimana, scilicet, quæ est post Ascensionem, dicitur expectationis, quoniam representat illud tempus, quo Apostoli expectauerunt aduentum Spiritus sancti, quibus dominus dixit: Manete in hac ciuitate, & expectate vsque dum induamini virtute ex alto. Prima autem septimana non protẽditur, nisi usque ad sabbatum in albis, exclusiuè, & sic pascha sex dies solum habet pro octauis, septimana uero in albis incipit sabbato in albis, & terminatur in alio sabbato, & sic durat per octo dies. Octauas vero Ascensionis, cum deberet terminari in quinta feria ante Pẽtecosten, protenditur vsque ad Pentecosten: quia licet duo dies, qui supersunt octauę Ascensionis possint officiari ad missam à dominica antecedenti, tamen ad nocturnos non haberent inuitatorium vel lectiones uel responsoria, nisi ab Ascensione domini acciperent. Vnde illi decem dies pro vno reputantur, nec mirum cum & totum tempus paschale pro una reputetur octaua, & similiter à natiuitate vsque ad octauam Epiphaniæ de hoc dicetur sub dominica post ascensionem. Tempus † autem paschale vsque ad Pẽtecostẽ vocatur quinquagesima, quia continet quinquaginta dies, per quod tempus iubilei significatur, vt dicetur sub Pentecoste. Duas enim quadragesimas celebramus, cui numero additur decimus numerus, & fit quinquagenarius, primam ante pascha, in qua labores & miseriæ huius temporis significantur, vnde tunc ieiunamus, & cãtica lætitiæ subticemus: secunda post pascha, quæ significat statum æternæ fœlicitatis, & in ea tempus gloriæ nostræ post hanc uitam representamus, tunc enim ab omni labore quiescemus, & in Dei laude erimus, quare tunc cantica lætitiæ multiplicamus, & ianua pœnitentibus aperitur: quia nullius peccati improperium erit, totum enim erit absorptum à gloria, prout in collecta huius diei habetur, ut dictum est in prooemio huius partis. Nec ieiunamus, nec genua flectimus, imo stantes oramus, tum quia nõ erit pro quo flectantur, sed domus Dei gloria replebitur, tum etiam vt libertatem quam nobis dominus resurgendo acquisiuit, profiteamur, tum quia mulieres ad monumentum venientes, non flexerunt genua, sed erectæ inspexerunt in sepulchro, sicut dicit Ambro. in fine Lucæ: tum quia secundum eum in his quinquaginta diebus

Universidad de Deusto Biblioteca

bus,quibus Dominus nobiſcum fuit, gaudendum eſt,& iugis feſtiuitas eſt in eis, tãquam ſit dies dominica.lxxv.diſtinct.ſcire, tum etiã quia in hoc tẽpus paſchale ſignificat octuam reſurrectionis, in qua nec ieiunabitur,nec genua flectentur,ſed perfectum gaudiũ omnibus erit. In feſtiuitatibus etiam beatæ Mariæ, & diebus dominicis & feſtiuis, & in diebus pentecoſtes, niſi in præſentia corporis & ſãguinis Chriſti genua flectanda non ſunt, de hoc in quinta parte ſub titu.de prima dictum eſt: & ſub ſabbato pentecoſtes dicetur. Genua enim in Eccleſia flectere cordis contritionem ſignificat, Et eſt notandum, quod in genu flectionibus,utendum eſt oratione dominica,vel oratione,quã ſcripſit Auguſtinus approbauit ſcilicet Deus propitius eſto mihi peccatori,vel peccatrici:vel illa, quã quidã ſanctus Eremita cõpoſuit, & docuit Thaidẽ meretricẽ,docẽs illã quotidie genu flectere,& in terrã diſcumbere: oculos ſurſum nõ attollere,& dicere: Qui me
18 Pſalmiſti,miſerere mei Deus. Cæterũ feſtiuitas Paſchalis hebdomadaria eſt, prout in tit.ſeq.dicetur.In paſchali † ſeptimana ſalutare nos adinuicem hoc modo debemus,ſcilicet,reſurrexit dominus.& ſalutatus debet reſpondere. Deo gratias. vel,& apparuit Simeoni: & poſtea debemus dare oſculum adinuicem, in ſignum pacis & charitatis,vſus tamen hoc non habet.Romanus tamen Pontifex hac die miſſam celebraturus Cardinales,Prelatos,notarios & familiares ſuos hoc modo ſalutat, & oſculatur, & etiam omnes præmiſſi ſe inuicem hoc modo ſalutant & oſculantur.Salutans enim dicit:Surrexit dominus verè.Salutatus & oſculatus reſpondet. Et apparuit Simoni.

ADNOTATIO.

* πάσχειν etiam,ut refert Budęus,eſt quid facere,quid admittere,quid accidere.Cuius vſus in compoſitione varius: ἀναβὸν πάσχειν, beneficium accipere, ἀντιπάσχειν beneficium reponere.

SVMMA.

1 *Paſchatis diuinum officium vnde ordiatur.*
2 *Paſcha cur non admittat hymnos.*
3 *Paſchatis ſeptimana tres tantum pſalmos & tres antiphonas habet,& ampliùs num. Limita tamen. nu.5.*

De die ſancto Paſchæ. Cap. 87.

SEquitur videre de † diurno officio 1
huius diei.incipit autem Eccleſia inuitatorium allelu-Ia:Surrexit dominus uere.& eſt quinti toni propter quinque apparitiones domini in illa die, quæ dictæ ſunt in iiij.parte ſub tit. de ſaluatione ad populum, uel propter quinque ſenſuum reparationem, quæ fit per reſurrectionem.in quibuſdam tamen Eccleſijs dicitur inuitatorium, cũ triplici allelu-Ia, & ſeptimi toni, propter quietem quæ datur in reſurrectione non.Apo.xiiij. Amodo iam dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, & indigemus inuitatorio, quia viæ Sion lugent:eo quòd † non ſunt 2
qui veniant ad ſolennitatem.Hymnus autem non dicit in quibuſdam eccleſijs,quia in reſurrectione non cantabimus hymnos huiuſmodi,ſed in plateis Hieruſalem cantabimus allelu-Ia,ut habetur ca.pe.Thobię,ſed loco hymni cãtatur allelu-Ia,propter ſpem quam habemus de glorioſa reſurrectione. Aliæ uerò eccleſiæ cantant hymnũ, quia ſemper laudandus eſt Deus. & cantant illum ad tertiam ſub duplici cãtu,videlicet unum uerſum ſub vno cantu, & alium uerſum eiuſdem hymni ſub alio, & unum altiori voce quam alium ad ſignificandum duplicem ſtolam gloriæ quam Chriſtus aſſumpſit, ſcilicet corporis & animę. Quia uero uirtute trinitatis in qua eſt perfectio,facta eſt reſurrectio, ideo dicuntur tres lectiones, tum quia ſoror noſtra paruula eſt,& ubera non habet, tum quia baptizati,non indigent labore, quaſi modo geniti infantes,de quo in ſequenti tractu dicetur.¶ † Hac etiam die & hoc tẽpore 3
cantantur tres pſal. cum tribus antiphonis.Obſeruatur autem ideo iſte ternarius numerus. ¶Primo,quia parcitur hominibus propter præcedens ieiunium attritis. Secundo, ne neophyti multitudine onerentur,ut præmiſſum eſt. ¶Tertio,propter triduanam domini ſepulturam, quæ præceſſit dominicã reſurrectionẽ.¶ Quarto ad

to ad notandum quòd tria quæ dominus ſecundum Lucã promiſit in hoc ſeculo perficere,ſcilicet dæmones eijcere,ſanitatem perficere,& tertia die conſummari in reſurrectione conſummata ſunt. ¶Primum operatus eſt dominus,cũ fecit, ut relicta creatura rediremus ad creatorem. ¶Secundũ, cum fidem nos ſibi tanquam mẽbra capiti vniuit,ut de eius ſpiritu viueremus.¶Tertium cum in hoc confirmauit nos,ne laberemur,uel conſummatio eſt noſtra reſurrectio Hæc etiam in noſtra cõuerſione apparent.Eijciuntur enim à nobis dæmones per exorciſmos,ſanamur, per catechiſmũ, & conſummamur per baptiſmum,& confirmationem. ¶Primum notatur in primo pſalmo & in ſua antiphona, vbi dicitur, quid vitare debeat quis ad hoc ut ſit beatus,ſcilicet non ire in conſilio impiorum, & quid facere debeat,ſcilicet habere volũtatẽ domini in corde, & in ea die & nocte meditari. Primus ergo pſalmus cum antiphona ſua monſtrat impios, id eſt, dæmo-
Io.10 nes eijci à conſilio filij Dei, in hac dæmonum eiectione fit,quod dominus in euangelio Ioan.dicit.Nunc iudicium eſt mũdi, nunc princeps huius mundi,eijcitur foras. hoc iudicium eſt diſcretio, qua fideles per fidem ſeparantur ab impijs dæmonibus. quod iudicium factum eſt in multis millibus credentium.Sed hoc iudicio impij', id eſt,in impietate perſeuerantes, non reſurgunt, ſed hi,qui per fidem Chriſti vniuntur, & hoc eſt ſecundum quod notatur in ij.pſal. & ſua antiphona, vbi dicitur: Poſtulaui patrem meum, allelu-Ia. Dedit mihi gẽtes,allelu-Ia,in hæreditatem ſibi, allelu Ia.Hoc factum eſt, cum fideles per fidem ei tanquam capiti vniti ſunt, vt per ipſum ad modum hæreditatis fructificent. vnde in pſalmo irridendo dicit:Quare fremuerunt gentes &c. Dicentes, dirũpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum. ſtultè dicunt: Qui habitat in cœlis,irridebit eos,&c. Et Chriſtus dicit: Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo. qui dicit:Poſtula à me,& dabo tibi gentes,hæreditatem tuam &c.Et aduerte,quia in antiphona dicitur dedi, in pſal. dabo, & in antiphona oſtẽditur impletum eſſe, quod in pſal. eſt promiſſum. ¶Tertium,notatur in tertio pſal.& in ſua antiphona, quo tangitur conſummatio, quam dominus promiſit ſe perfecturum in tertia die,vbi dicitur:Ego dormiui,& ſomnum cępi &c.Hoc enim licet de paſſione & morte & reſurrectione Saluatoris intelligatur, moraliter tamen cõuenienter intelligitur de eo, qui diu in peccato dormiuit & tãdem per Dei adiutorium ſurrexit. ¶Quinto,etiam poteſt dici,quòd quia per opera iſtorum triũ dierum fiunt catechumini membra Chriſti, ſcilicet per exorciſationem, per abrenuntiationẽ Diaboli, per fidẽ qua vnitas in eis perficitur, & per impoſitionem manus epiſcoporum, ſiue reſurrectionem domini, quæ eſt iuſtificatio noſtra, ideo propter hanc iuſtificationem canimus tres antiphonas in nocte reſurrectionis. Prima, diſiungit nos ab impijs. Secunda,coniungit nos capiti Chriſto. Tertia,facit nos reſurgere,propter iuſtificationem. ¶Sexto, etiam poteſt † dici quòd per tres pſalmos 4
tria tempora ſignificantur,tres antiphonæ cantantur,in quibus Patriarchæ,Prophetę & Apoſtoli ſignificantur.tres lectiones leguntur,quia lex,pſalmi,& prophetiæ reſurrectionem domini profitentur: Tria reſpõſoria ſubſequuntur,quia tres ordines,ſcilicet Noe,Iob & Daniel,Chriſti reſurrectione ſaluantur. Singulis reſponſorijs, Gloria patri ſubiungitur in quibuſdam Eccleſijs, quia trinitas ab omnibus ordinibus collaudatur. In quibuſdam vero non, niſi vnum Gloria, tribus reſponſorijs, ſecundum generalem conſuetudinem continuatur,ad notandum,quòd in trinitate vnum Deũ glorificamus. ¶Septimo,ternariũ in omnibus frequentamus,propter ſacramentum baptiſmi in trium perſonarum nomine celebrati. ¶Octauo, paucitate vtimur lectionum propter paucitatem, quæ tunc aderat prædicatorum.Nam Apoſtoli erãt in numero pauci,metu Iudęorum muti,de morte Domini mœſti, de audita reſurrectione quaſi deliri, qua paucitate volunt quidam vti,vſque ad Pentecoſten,quando facti ſunt prædicatores numero plures, & Spiritu ſancto feruẽtiores,ut iam dicetur. Alij † vero ſolennitatem potius attendentes,integrum & ſolẽnem ſeruant numerũ, 5
quia & ſi Apoſtoli muti fuerunt,tamen alloquium Angelorum & frequens uiſitatio domini non defuerũt,quare in ſequẽti hebdo-

Universidad de Deusto Biblioteca

hebdomada cantatur tantum vna antipho na, cum tribus Psalmis.ut in seq. titu. dicetur. ¶ Sanè tertio responsorio,cum gloria patri, decantato, cum cereis,& solenni processione de choro ad aliquem locũ tendimus, vbi sepulchrum imaginarium coaptatur, & vbi introducuntur personæ sub formis & habitu mulierum,& duorum discipulorum,scilicet Ioannis & Petri,qui ad sepulchrum Christum quærentes uenerunt, & quædam aliæ personæ in personis, & forma Angelorum,qui Christum à mortuis resurrexisse dixerunt, in personis quorum rectè cantari potest illa secunda responsorij primi particula, Nolite timere,&c. vsque ad finem responsorij:tunc redeunt ad chorum,quasi fratribus referentes,quæ viderunt & audierunt, & unus redit citius alio:sicut Ioannes cucurrit citius Petro, in personis quorum conuenienter cantatur illud responsorium, Congratulamini,sine versu.Si qui autem habẽt versus de hac representatione compositos, licet non authenticos non improbamus. Tunc chorus audita resurrectione prorumpit in vocem,altissimè cantans: Te Deum laudamus, quidam vero hanc præsentationem faciunt ante, quàm matutinum inchoent, sed hic est proprior locus,eo quòd,Te deũ laudamus.exprimit horam qua resurrexit Quidam etiam ea faciunt ad missam, cum dicitur sequentia illa. Victimæ paschali: cum dicitur versus:Die nobis, & sequẽtes. Adhuc in illo die resurrectionẽ nostrã representamus,qua Christo consurreximus, & ideo de die dicimus.Hæc dies, &c.Et in nocte,sepulturam ei consepulti sumus, & ideo illud non dicimus de nocte, vnde dicit Apostolus.Consepulti sumus,cum illo per baptismum in morte.Trina enim immersio in aqua baptismi, triduanam domini sepulturam representat.Ille quidem cõsepultus est Christo, qui peccare quiescit, ille consurrexit cum Christo, qui cœlestibus intendit. Et aduerte, quia in duabus præcedentibus noctibus triduanam domini sepulturam representamus, secundum quòd dominus latuit in sepulchro, unde tunc Allelu-Ia non dicimus, in hac vero nocte sepulturam domini representamus, in eo quòd Christo consepulti sumus. sed propterea Allelu-Ia cãtamus, quod Christo consepeliri gaudium est nobis. Ad primam vero non dicitur hymnus propter rationem in sexta parte,sub tit. de nocturnis assignatam. nec Quicunque vult, quidam tamen dicunt Psalmum, Cõfitemini.sicut in seq.titu.dicetur.Nõ fiunt etiam petitiones,obsecrationes, & postulationes, quia dicit dominus, in die illa nõ rogabitis me quicquam, & quia cum glorificati resurrexerimus,non indigebimus istis. Non ergo dicuntur preces,quia ubi erit miseria,non erit petenda misericordia,vbi non erit tẽtatio,non erit dicendum: Libera nos à malo.Non dicitur etiam capitulum,quod est refectio,ne post longam psalmodiam homo tædio afficiatur,confortat enim fessos, sicut electuarium membra, tum quia ibi nullum erit tædium,tum quia in hoc officio breuis est psalmodia.& quoniam capitulum in horis non dicitur,ideo nec responsorium debet dici,quando respondet capitulo siue lectioni.in missa tamen dicitur, quia respondet epistolæ: & in laudibus quia respondet lectionibus,& dicitur tunc capitulum: Christus resurgens,ad Roman. v.c. De vesperis in seq.titu.dicetur.

SVMMA.

1 *Angelus respondit beato Gregorio celebranti.Et cum spiritu tuo.*
2 *Paschatis diurnum officium. Et processionis forma.nu.3.*
4 *Missa sequitur processionem die Paschatis. & introitus expositio.nu.5.6.10.*
7 *Paschatis Epistola.eiusque interpretatio. Et varie nu.8.9.*
11 *Paschatis Euangelium. Item post cõmunio. nume.12.*

De diurno officio Paschæ. Cap. 88.

1 VNC de diurno officio videamus. † Et quidem hac die fit statio apud sanctam Mariam maiorem, quia cum beatus Greg. hac die ibi celebraret, & pax domini pronuntiaret, angelus domini, alta voce respondit,& cũ spiritu tuo, & propter hoc cum Papa ibi hac die celebrans dicit, Pax domi-

domini. in testimonium huius miraculi, nil sibi respondetur.¶ Cæterum,ante† missam fit processio quod ex euangelij authoritate extrahitur, eo quòd Angeli dicunt mulieribus: Ite,dicite discipulis,quia præcedet vos in Galilęam.Et dominus ad eas: Nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam,ibi me videbitis.Hęc ergo significat, processionem Apostolorum, vt viderãt dominum in Galilæam euntem. ¶ Rursus Galilæa,transmigratio interpretatur.In Galilæam ire,fuit de Iudæis ad Gentes transire, de qua transmigratione postea dixit. Euntes docete omnes gentes, baptizantes
Matt. 28. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In significationem ergo huius transmigrationis hodie solennem agimus processionem, siue in signum, quòd nos oportet de uitijs trãsmigrare ad uirtutes, siue proficisci de uirtute ad uirtutem, ad hoc ut uidere dominum mereamur, quod fit specialiter in baptismo, & ideo in significationẽ baptismi, nos & loca nostra aqua benedicta aspergimus cantãtes. Vidi aquam.alijs uerò temporibus cantatur. Asperges: Veruntamen nec hodie nec in pentec. aqua benedicitur,quę latius prosecuti fuimus in quarta parte. sub titulo de aquæ benedictæ aspersione. Ab hac processione omnes processiones dominicales per annum originem traxerunt, ut uideamus dominum in Galilæa, id est, transmigratione de uitijs ad uirtutes. ¶ Dies enim dominica,est dies resurrectionis, natiuitatis & Spiritus sancti missionis, & in oĩbus de nouo duntaxat ex testamento cantandum. De processione dictum est in quarta parte, sub titulo de accessione pontificis ad altare.Sed ad quid fuit dictum Apostolis, ut irent in Galilæam ad uidendum dominum, prout legitur iij.Matth. cum eadem die eum uiderint in Hierusalem? Respondeo,hoc dicitur maximè, propter allegoricam, licet ad literam factũ sit,allegoricè enim transmigratio illa significat transmigrationem de Iudæis ad Gentes, in qua maximè uidetur Christus, quia in hoc maximè apparet
Act. 13 Christi deitas,& totus mũdus ad prædicationem famulorum Christi credidit.Dixerunt enim Apostoli Iudæis, quia uerbum Dei repulistis, & uos indiguos fecistis uitę æternæ,ecce conuertimur ad gẽtes.In hac † processione præcedunt luminaria, ut illud euangelicum impleatur in nobis. Sint 3
lumbi uestri præcincti,& lucernę ardentes Lu. 12.
in manibus uestris. Crux enim præcedit, ut carnem nostram crucifigamus, cum uitijs,& concupiscentijs, & post cruces & uexilla quæ sunt uictoriæ Iesu Christi insignia sequuntur sacerdotes dealbati exultantes in laudes resurrectionis,quæ præcedunt cum tacita populi sequentes expectatione per distinctas & morosas expectationes,vt corporaliter illud propheticum qđ tunc, cantatur impleri uideatur. Cum iucunditate exibitis, & cum gaudio deducemini. Nam & montes & colles expectantes uos cum gaudio. Item in ea maior sacerdos præcedit: quia dixit dominus.Precedam uos in Galilæam. Item in ea nihil resonat quod sit veteris historiæ,sed ea solum cantantur,quæ gloriam personent Euangelij,inter quę illud prę̃sertim in quibusdam ecclesijs admittitur. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu, quia sicut diximus in Galilęam transmigratio,est Apostolorũ prędicatio: cum autem vẽtum est ad medium templi utriusque sexus populo circunstante totis uiribus chorus in uocem exultationis erumpit,dicens Antipho. Sedit Angelus,quæ exprimit quid Apostoli docuerũt, aut docere debuerunt,scilicet Christum viuere, & est totis uiribus concinendum, & in auditum circunstantium efferendũ,quia quem quæritis,uiuit: & uita hominũ,cum eo surrexit. Vel hodierna processio illud nobis recolit,quòd rex glorię cum exercitu redemptorum de infernalibus claustris ad cœlestia regna migrauit.Post † processionem sequitur missa,& incipit prę̃centor 4
loco magni præcentoris, id est,Christi. Resurrexi & adhuc tecum sum.Post quẽ cantat chorus ad significandum quòd ad Christi similitudinem alij sancti qui erant in patria Deum laudabunt. Quod uerò sequitur: & adhuc tecũ sum.in hoc notatur ęternitas in qua semper est cum patre.Cantamus ergo hac die ĩ persona. Resurrexi &c. Sed tunc illud in persona nostra, quando resurgentes transibimus de hac mortalita- Lu. 12.
te ad immortalitem, quod significatur in hoc, quod dicetur in Euangelio, & transiens ministrabat eis. Ministrauit enim nobis

bis cibum spiritualē seipsum, sicut Iudæis
dedit manna in deserto. Potest etiam dici,
5 quòd dominus per ora prophetarum diri-
gens sermonem ad patrem, ait. † Resur-
rexi & adhuc tecum sum, &c. In quo tria
notat, scilicet suam gloriosam resurrectio
nem, & patris in passione protectionem, &
cognitionem eius, per scientię suæ dilata-
tionem per orbem. Resurrectionem eius,
notat, cum dicit. Resurrexi, & adhuc sum
tecum, &c. q.d. non est ita, sicut Iudæus co
gitauit, quòd à te omnino sim derelictus,
& abiectus, tanquam immundus: Vnde de-
ridendo dicebat Iudæus: Si filius Dei est,
liberet eum. quasi dicat, non liberabit
eum, quia de eo non curat. Protectionem
patris in passione notat, cum dicit. Posuisti
super me manum tuam. quasi dicat, prote-
xisti me, non à passione, sed ab eo, quod Iu
Io. 11 dæi intendebant, videlicet ab extinctione
nominis mei, ad quam intendebant: vnde
dicebat: Si dimittimus eum sic, omnes cre-
Io. 12 dent in eum, sed in hoc quòd me occide-
runt, hoc quod ipsi timebant, consecutum
est. Nam ego, qui sum granum frumenti, ca
dens in terram multum fructum attuli, &
tam de ista, quam de illo primo laudandus
est pater. Vnde post vtrunque cantatur al
lelu-Ia: Scientiæ patris dilatationem no-
tat, cum dicit: Mirabilis facta est, &c. qua-
si dicat, ex hoc cognitio tua pater non tā-
Ps. 75 tum ad Iudæos, sed etiam ad gentes dila-
tata est, nam prius tantum in gente Iu-
dæorum cognoscebaris: iuxta illud. No-
tus in Iudæa Deus, & quia ab utroque po
pulo cognosceris, ab vtroque tibi laus of-
feretur, & idcirco duplex allelu Ia sequi-
tur, & ad id pertinet versus: Domine pro-
basti me, &c. Sessionem meam, id est, humi
litatē in passione, & resurrectionem meā,
id est, gloriam meam in resurrectione. ¶ In
6 † quibusdam tamen Ecclesijs tacetur ver
bum illud sessionem, & solum dicitur re-
surrectionem meā. potest tamen vtrunque
dici, per quod duplex Christi natiuitas de-
signatur. Sequitur hymnus trinitatis, scili
cet Gloria patri, qui in præcedentibus die
bus intermissus fuit propter ignominiam
illatam trinitati, in tertia persona, scilicet
in filio. Nunc autem sublata ignominia il-
la, hymnus ille cantatur. Hæc etiam in
quibusdam Ecclesijs per cereos represen-
tatur, vbi tres cerei ante altare ardere cō
sueuerūt, sed in tribus diebus ante pascha
non ardent, nisi duo, in signum, quòd
tertia persona sublata est. Hac vero die, ter
tius cereus reaccenditur in signum, quòd
ipsa Christi persona gloriosè redditur no
bis. Post hoc dicitur collecta, in qua osten
ditur, quis sit resurrectionis & mortis effe-
ctus, quoniam apertio ianuæ regni cœle-
stis est effectus. Qualiter autē illam ianuā
intrare debeamus, dicitur in epistola, quæ
est prima ad Corin. v. cap. scilicet Expur-
gate † vetus fermentum, id est, abijcite ve 7
tustatem à vobis: & hoc est ire in Galilæā,
id est, de vitijs ad virtutem, & de uirtute
in uirtutē, sicut estis azymi, id est, esse de-
betis, vel estis per baptismum. Quare: Et-
enim pascha nostrum immolatus est Chri
stus, quasi diceret. Coctus est agnus, & para
tus, itaque epulemur, & determinat quis
sit agnus, cum dicit Christus. Christus au
tem, pascha nostrum, id est, agnus paschā-
lis, & festum paschale. Alia etiam ratione
ipse est pascha: quia per ipsum, & ab ipso,
& ad ipsum est nobis transitus prædictus.
Non in fermento veteri, neque in fermen
to malitiæ, id est, malæ voluntatis, & ne-
quitiæ, id est, prauæ intelligentiæ. Nequā
enim est, qui de Deo male intelligit, sed in
azymis synceritatis & veritatis, id est, in
accēso affectu, & purificato intellectu vel
in synceritate charitatis, & puritate fidei.
Sed etiam plus dicit veritas, quàm fides.
comprehendit enim sapientiam & intelli 8
gentiam. † Sed videtur litera epistolę in
contrarium. Si enim sumus azymi, id est,
sine fermento, quomodo expurgabimus ve
tus fermentum, quomodo etiam dicitur vt
sitis noua conspersio. videtur enim dicere
vt sitis azymi, sicut estis azymi, nam no-
ua conspersio nihil aliud est, quàm farina
aqua conspersa, id est, pasta nondum fer-
mentata. Sed est notandum, quòd duobus
modis dicitur quis peccare, scilicet pecca-
to proprio, vel peccato alieno cui consen-
tit. Erāt enim illi quibus loquebatur Apo
stolus azymi, id est, sine proprij peccati
fermento, sed erant alieno peccato infecti
dum non reprehendebant illum cum pos-
sent, qui patri suo propriā nouercam ab-
stulerant qui inter eos erat. Vnde dicitur
eis. † Expurgate vetus fermentum, id est, 9
abij-

abijcite illùm à vobis per excommunica-
tionem, vt sitis noua conspersio, id est,
sine fermento alieni peccati. Sequitur
graduale quo vtitur ecclesia sācta propter
nos, qui non habemus adhuc nisi resurre-
ctionē animę & expectamus resurrectionē
10 corporis, scilicet † hæc dies, quā fecit domi
nus exultemus & lætemur in ea, quia exul
tando, & lætādo itur in paradisum, sed cū
labore & angustia & cū maxima afflictio-
ne itur ad infernum, quia non est pax im-
Es. 58 pijs dicit dominus, sed bonis est iucundi-
tas, pax, & quies, maxime propter spē glo-
riosę resurrectionis. Cātur autē graduale,
licet sit luctus laborantium, propter bapti
zatos, qui arripuerunt laborem militiæ,
ut perueniant ad allelu Ia æternæ lętitię:
grandis. n. labor eis superest, vt partē ha-
beāt in secūda resurrectione. Et est sciēdū,
quòd est dies temporis, vnde hodie si uo-
cem eius audieritis, id est, si in tempore
quo viuitis, & est dies æternitatis, unde.
Melior est dies vna in attrijs tuis super
millia. Hanc diem hodierna festiuitas in
choat, & ideo rectè demonstratiuè dicitur
hæc est dies &c. & hodie surrexit dominus
sed hæc dies, dum est in aurora vel in ascē
su uocatur dies salutis & gratiæ, cum fue-
rit in meridie, vocabitur dies æternitatis
& gloriæ. Hæc decliuium nō sentit, & ideo
solennitas ista vesperum non habet, vt di-
cetur in titulo sequenti. Postmodum se-
quitur allelu-Ia cantus quidam angelicus
scilicet Pascha nostrum immolatus est
Christus. j. ad Corint. v. capitul. quia ipse
est panis angelorum, in quem desiderant
angeli prospicere, etiam inquantum est
homo. q.d. Laudate Dominum Deū, quia
pascha nostrum immolatus est Christus.
11 Deinde sequitur † euangelium Marci.
xvj. capitu. qui habet figuram Leonis, quia
& Christus fuit Leo in resurgendo, & quia
secundum ordinem leguntur euangelia,
prout in sequenti titul. dicetur. Est autem
euangelium: Maria Magdalene Maria Ia-
cobi & Salomæ emerunt aromata &c.
Es. 60 Similiter oportet nos emere aromata bo
Prou. næ voluntatis. Esaias. Venite & absque
8 argento, & absque ulla commutatione,
emite uinum, & lac, id est, aromata uir-
tutum, quibus vigitur Deus, quia delicię
sunt ei, esse cum filijs hominum, & sequi-
tur ibi, quòd angelus apparuit mulieri-
bus in vestibus albis, sed in euangelio Mat
thei, quòd legitur in vigilia dicitur, quòd
aspectus eius erat sicut fulgur, & vestimen
ta eius sicut nix. & per hoc notatur sicut
dicit Gregor. quòd dominus in iudicio ter
ribilis apparebit reprobis, & blandus iu-
stis, una facie, hoc enim erit ex diuersitate
conscientiarum. Quia ergo blandus appa
rebit iustis, ideo ne nimis de resurrectione
exultemus, sequitur in offertorio, Terra
† tremuit & quieuit. In postcommunione 12
quæ sicut & allelu-Ia sumitur de epistola
hortatur ecclesia filios suos, vt cum fide ve
niant ad communionem, dicens, pascha no
strum &c. Aiunt quidam quod illud quod
dicitur in introitu. Resurrexi. vox est spon
si ad sponsam, eam de morte sua in præ-
senti tempore consolantis, cui sponsa re-
spondet: Posuisti &c. vel est vox generis
humani, quod in Adā cecidit & per Chri-
stum resurrexit. Cætera sunt concentus an
gelorum, & hominum de Christi resurre-
ctione gaudentium.

SVMMA.

1 *Officium septē dierum à Paschate. & nu. 4. 5. Vbi & nu. 2. de Σκηνοπηγία.*
3 *Lucas Mariæ expressit simulachrum.*
6 *Officij ratio circa lectiones à Paschate vsque ad Trinitatem. & nu 8.*
7 *Neophytorum duæ hebdomadæ.*
9 *Paschatis vesperæ, vnde incipiant.*
10 *Ad fontes fit processio, septem diebus à Paschate.*
11 *Psalmi duo ad fontes cantantur.*
12 *Serpens cum candela, qui defertur ad fontiū processionem, quid notet.*
13 *Responsorium, & allelu Ia, dicuntur diebus septem post pascha.*
14 *Officium qualiter fiat septem diebus post pascha, late ibidem, & per discursum nu. 15. 16. 19. 20.*
17 *Christi resurrectio, ter nuntiata est.*
18 *Tempus Pascha præcedens quid notet. Item quid sequens.*
21 *Allelu Ia duplex, cur in octaua Paschæ, & deinceps cantatur.*
22 *Ecclesiæ quatuor sunt status. Et vnde illi producantur.*
23 *Missa cur aliquando admittat vnum solum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

responsorium, aliquãdo solum allelu Ia, aliquando etiam duplex.

24 *Paschale tempus habet tantum vnum allelu Ia in diebus festis.*

25 *Allelu Ia, duplex in dominicis diebus post octauas Paschatis.*

36 *Euangeliorum, quæ dicantur hebdomada resurrectionis, ordinatio mystica.*

27 *Petrus quid signet mysticè. Item quid rete.*

28 *Euangelistæ quod sibi non conuenire videantur super narratione resurrectionis dominicæ, tum de angelis, tum de testium nume. Et qualiter concordentur. Et nu. 29. 30.*

De septem diebus post Pascha. Cap. 89.

1 HAEC prima septimana paschalis temporis licet communiter † uocetur septimana in albis: tamen sequens magis propriè vocatur in albis propter causas in præcedenti titulo positas. & est communis huic tempori & præcedenti. Est autem tota de septuagesima, quæ terminatur in sabbato in albis. Inde est quod tractus in sabbato paschali & graduale per totam ipsam hebdomadam dicitur, quod laborem significat: allelu Ia vero &c. cantica lætitiæ cantantur: ut dictum est sub dominica septuagesimæ, & hoc propter tempus regressionis quod incipit secundum quosdam in pascha, prout ibi dictum est. Isti ergo septem dies computantur cum septuagesima, quia hæc septimana est septima à quadragesima. per quam idem significatur quod per septuagesimam, in cuius septima decade filij Israel acceperunt licentiam redeundi, & iam quasi liberi erant. ideoque diebus istis cantica lætitiæ inclamantur. ¶ Porrò † omnes isti dies septem

2 sunt quasi vna dies dominica, vnde semper cantatur in eis: Hæc dies &c. & in præfatione dicitur: Te quidem domine omni tempore, sed in hoc po. die glo. prædi. &c. & in eis semper agitur de resurrectione, ad ostendendum, quòd per septem dona Spiritus sancti venitur ad veram resurrectionem, vel potius quia in tota uita ista, quæ per septem dies currit, debemus anhelare ad gloriam resurrectionis, quãtum possumus: sic & pascha, in veteri testa. per septem dies celebratur: & Σκηνοπηγία, id est, festum tabernaculorum. Quæcũque enim hac die facimus, ideo facere debemus, vt in cœlo tabernacula nostra figamus, quod erit per gloriam immortalitatis, ut ille qui crucifixus est ostendat nobis suam deitatem, cum dicit in officio nocturno: Ego sum, qui sum: & cum dicit se esse illum, qui dixit Mosi: Qui est, misit me ad uos. Exod. iij. siquidem pascha est hebdomadaria festiuitas: quia qualibet die hebdomadę mutantur officia. In veteri enim testamento tres habuerunt hebdomadarias festiuitates, scilicet pascha, & Pentecostes, quas etiam nos habemus, licet ad aliud, quam illi habuerunt: & Σκηνοπηγίαν, quam non habemus, nisi quodammodo vt dicetur in prooemio septimæ partis. Quidam vero scripserunt, quod festum Pentecostes non fuit in ueteri testamento festum hebdomadale: & quod in nouo testamento habet septem officia propter septem Spiritus sancti dona, non quia sit festum hebdomadæ, quia tres vltimi dies non habẽt omnino propria officia. Ad hoc notandum † est, quod cum in vrbe Rom. esset magna

3 aeris pestilentia, Beatus Gregorius in tempore paschali ordinauit, vt imago beatæ virginis, quæ in Ecclesia sanctę Marię in ara cœli seruatur, quam beatus Lucas pinxisse dicitur, & eidem virgini similis perhibetur processionaliter portaretur, & dum ante processionem reuerenter portaretur: ecce tota aeris infectio & turbulentia cedebat imagini fugiens, ac si eam ferre nõ posset, sic quòd post imaginem mira sanitas remanebat. tunc autem iuxta imaginem auditæ dicuntur tres uoces angelorum canẽtium: Regina cæli lætare allelu-Ia: quia quẽ meruisti portare, allelu-Ia: resurrexit sicut dixit allelu-Ia, statimque beatus Grego. adiunxit. Ora pro nobis Deum allelu Ia, quæ antiphona ideo hoc tempore frequentatur. & tunc Gregor. vidit supra castrum Crescentij angelum domini qui gladium cruentatum tergens in vaginam reponebat. Intellexit ergo Gregor. quòd pestis illa cessasset. quod & factum est, vnde castrum illud exinde castrum sancti angeli vocatum est præmissa imago in eccle-

Ecclesia beatæ Mariæ in ara cæli in vrbe super limen baptisterij seruatur, quam Romani Reginam vocant. Per hoc autem septem dies tres tantum dicuntur psalmi, sicut in dominica resurrectionis, in hoc tamen interest secundum aliquas Ecclesias: quia tunc dicũtur cum tribus antiphonis,

4 in his vero diebus cum una sola. † Si quidem tamen ideo tres psalmi per hos septem dies baptismales dicuntur, quia qui purè baptizantur, septem Spiritus sancti dona suscipiunt, quæ per hos septem dies significantur. Suscipiunt etiam tres virtutes, scilicet fidem, spem, & charitatem: quæ per tres psalmos intelliguntur, quæ nobiscum vsque in finem manere debent. Canimus ergo tres psalmos, ut recolamus nos hæc tria habere, antiphona uero una est, quia vnus est, à quo hæc omnia sunt.

5 ¶ † Rursus vero, quia ut præmissum est, hæc tota hebdomada est, quasi vna dies dominica, inde est quod per omnes hos septem dies canimus psal. de nocturno dominici diei: vel eis adiacentes. Quędam tamen Ecclesiæ prætermittunt psalmos maiores & laboriosos, scilicet: confite-

Cãt. 8 1. Cor. 3 bor. & Diligam te. quia neophytis omnia breuia debent proponi, & soror nostra paruula est, & vbera non habet. & Apostolus: Lac dedi vobis potum, non escã. xxxv. q. v. quod scripsi. extra de pœni. & remis. his qui. sed numerum supplemus per illos duos. Cum inuocarem. Verba mea, & ita. xviij. psal. perfecimus vsque in sextam feriam. In sabbato autem sumimus tres de adiacentibus, quos in die dominica ad primã cantare solemus, scilicet: Dominus regit me, Domini est terra. & Iudica me. sed & illos duos, Deus, Deus meus re. & Ad te domine leua. propter causam prædictam prętermittimus. In sequenti vero tempore multiplicãdi sunt psalmi, sicut & boni. mores qui per psal. intelliguntur. per quos ad

6 gloriam peruenitur, quam per totum tempus istud figuramus. In † quibusdã tamẽ ecclesijs nõ dicũt nisi tres psalmos vsque ad pẽte. & hoc ex institutione Alcuini prout dicetur sub dominica de trinitate. Sed hoc nõ bene fit hodie. Primũ quia causa quare illud institutum fuit hodie cessat. Secũdo, quia contra canonẽ Greg. faciũt, prout dictũ est in quinta parte sub tit. de nocturnis. Tertiò, quia inter canonicos regulares, & alios clericos, qui vsurpato nomine seculares dicũtur, nulla debet esse quo ad hoc differentia, nã & ipsi magna ex parte antiquitus regulares fuerunt. xxj. quæst. j. quia, & c. scimus, & c. sequẽ. & c. certe extra de vi. & ho. quoniam. & certum est, quod canonici regulares in octaua resurrectionis dicunt in nocturnis nouem lectiones cum nouẽ respõsorijs. & etiam Ecclesia romana. Qui enim dicunt, quod omnia facilia debent esse eo tempore, propter neophytos, illam facilitatem nimis extendunt. Nam † duæ tantum sunt hebdomadæ neophytorum, scilicet in pascha & pente. & propterea cõcluditur eis in ascensione vbi sunt nouem responsoria & nouem psalmi cum suis antiphonis. Nulla enim est sufficiens ratio, quare in sequenti die post ascensionem dicamus tantum tres psalmos cum una antiphona, de hoc dictum est in titulo præcedẽti. Nempe † secundum romanum ordinẽ 8 in omnibus dominicis nouem lectiones dicuntur. de consecrat. distinct. j. in die. licet Maguntiñ. concilium, à Pascha vsque ad Pente. tres tantum instituerit esse legendas, vt seruitium matutinum in die cantetur, quia in futuro trinitas cõprehenditur, & à sanctis in luce domino seruietur. Ad primam autem dicunt quidam per totam hebdomadã totum psalmum, Confitemini &c. in quo pręcipue de Christi resurrectione agitur. Alij vero solum uersum, Hæc dies &c. quẽ in prima & in alijs horis pro cap. dicũt, quia vitã illã figuramus, in qua doctrina nulli necessaria erit, sed omnes docti gratulabimur & exultabimus, psalmus uero, Quicunque vult saluus esse &c. toto isto tempore nõ dicitur, quoniam ad fidem pertinet. hoc enim tẽpus significat octauam ætatem, ubi non erit fides, quæ euacuabitur, sed res quæ comprehendetur, non erit figura, sed veritas. In quibusdam tamen ecclesijs aliter obseruatur, quia vbi fides non est, super ædificari non potest. xxiij. q. j. vbi sana. j. q. j. cum Paulus. Minus tamẽ symbolum, scilicet Credo in Deum, ob eandem causam subticetur ad primam. Nam cum uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. vnde in condens. id est, condensitatibus populi, vsque ad cornu altaris, id est, ad commu

 nionem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nionem non dicitur nec preces, vt dictum
est in titulo præcedenti. Vespertinum
9 † officium est huius festiuitatis claritate il
lustratum: non enim per Deus in adiuto.
quoniam in illa vita non sicut hic adiuto-
rio indigemus, sed per Κύριε ἐλέησον inchoa
tur, quia vespertina hora sabbati pasch-
alis baptisma fuit per Κύριε ἐλέησον inchoa-
tum, & in trinitatis nomine celebratum: &
propterea eadē hora, & in eisdē verbis per
totam hebdomadam hanc in festiuæ rege-
nerationis iucunditatē sancta trinitas ado
ratur, vel per Κύριε ἐλέησον incipitur, vt qua-
si non existens per se officium missę officio
continuetur. Nam vt in tit. præce. diximus
dies hæc vesperam non habet, quia decli-
uium æternitas non agnouit, tres psal. sub
uno allelu-Ia, id est, gaudio cantatur in
quibusdā ecclesijs, quia per fidem trinita-
tis ad unum æternitatis gaudium perueni
tur, uel hi tres psalmi resurrectioni, quæ
tertia die facta est, conueniunt Iesu Chri-
sto. Pro ca. sequitur: Hæc dies. sicut in alijs
horis, quia ibi non erit necessaria doctrina
sed exultatio. Vel vt notetur solicitudo ba
ptizatorum adhuc peregrinantiū, & labo-
rantium, quia nondū habent gaudium, nisi
spei quo peruenitur ad allelu-Ia rei. Pro
hymno sequitur allelu-Ia, quod est pro-
10 prius illorum ciuium hymnus. † Sane de-
scēdimus processionaliter ad fontes cū ce-
reo per totam hebdomadam cantantes cā
ticum exultationis, & populus sequitur, sci
licet viri per se, & mulieres per se: quod fit
in memoria eius quod Hebræi, Pharaone
& suis in mari rubro submersis, fecerūt, qui
in gratiarum actiones de submersione ho-
stium per totam hebdomadam redibant
ad mare, uiri per se, & mulieres per se, can
Exod. tantes illud canticum Mosi: Cantemus do
14 mino. Si quidem hostes nostri sunt dæmo-
nes: mare rubrum est baptismus: in quo
submerguntur omnes hostes, id est, vitia
& peccata, & dæmones, & inde etiam est
quòd neophyti baptizati in sabbato sancto
præcedente suo lumine, scilicet Christo,
redeunte ad fontem baptismi his septem
diebus gratias agentes, quia inimici eorum
submersi sunt, scilicet vitia & peccata. &
tunc circa fontes cantantur psalmi. Lauda
te pueri, scilicet nouiter baptizati, & In
exitu Israel de Aegypto, quia per baptis-
mum de tenebris peccati eximus: Duo er-
go psalmi circa fontes cantantur, † quia 11
per geminam dilectionem ad fontem vitæ
pertingitur, qui baptizatis & baptismo cō
ueniunt. baptizatis, vt Laudate pueri do-
minum &c. Est admonitio laudis ad neo
phytos, qui facti sunt pueri, id est, à uitijs
puri, pro quibus mater ecclesia iubilat ad
fontes, in laudem eius gratiæ, per quam
meruit esse, quòd in cantico amoris audi-
uit. Fons hortorum, puteus aquarum ui- Cā. 4.
uentium. Postea transitur ad aliquod ora
torium cum psal. In exitu Israel. qui con-
uenit, baptismo cum dicitur: Quid est ti-
bi mare quod fugisti. & fit statio ad cru-
cifixum, & redduntur ei grates quia ipse
est, qui baptizat. vnde in euangelio. Super
quem videritis spiritum descendentem
&c. Hic est, qui baptizat & salutatur, quia Ioā. 1.
per crucem, & in cruce nacti sumus anima
rum nostrarum redemptionem. Rursus,
per hos dies septem baptismales neophy-
ti quotidie ad Ecclesiam ducuntur, sicut
enim filij Israel, licet transissent mare ru-
brū, in quo baptizati sunt, non tamen per-
uenerunt ad terram promissionis, nisi sub
ducimus: Domino illos pascente ex man-
na, & columna ignis eos præcedente, sic &
ipsi his septem diebus sub ducibus, id est,
presbiteris, patrinis, & matrinis ducuntur
ad Ecclesiam, & pascuntur corpore domi-
ni: & cerei præcedunt eos: & sic tandem in
sabbato quasi peruenerunt ad terram pro-
missionis. Cereos autem quos in sabbato
sancto dum baptizarentur habuerunt, per
hanc hebdomadam in quibusdam locis ad
missas & vesperas accendunt: & in sabbato
in albis & in sequenti dominica illos ac-
censos offerunt sacerdoti. Si quidem lumi
naria accensa bona opera sunt, quibus to-
to tempore præsentis vitæ, quæ per septe-
narium ducitur, iucere debent. Offeruntur
sacerdoti, quia post hanc vitam ad summū
sacerdotem, id est, ad Christum cum lumi-
naribus bonorum operum veniunt. Iuxta Psal.
illud. Venientes autem ueniunt cum 125
exultatione portantes manipulos suos.
¶ Potest etiam dici, quod processiones ve-
spertinales huius hebdomadæ reuersio-
nem significant de captiuitate Babyloniæ.
Hæc est enim hebdomada reuertentium,
qui in fine suę captiuitatis reuertuntur ad
Deum:

Deum & uesperæ trina statione complē-
tur: sicut & baptismus in trinitatis nomi-
ne celebratur. Qui vero fontes non habēt
non exeant, sed quinque psalmos quoti-
die dicant: & post collectam diei de cru-
ce collectam adiungant. Eædem vesperæ
quotidie repetuntur, quia pro vna, & ea-
dem die, tota hæc hebdomada repuratur.
12 ¶ † In quibusdam etiam Ecclesijs in his
septem diebus, quando descēditur ad fon
tes antefertur quidam serpens imagina-
rius, super virgam, & candela nouo lumi-
ne accensa super caput serpentis retorta
affigitur, ex qua cereus paschalis, & omnes
aliæ Ecclesiæ candelæ accenduntur. ¶ Cir
ca quod sciendum est, sicut legitur Nume-
ri xxj. cap. Moses in deserto erexit super
palum serpentem æneum, vt qui percussi
erant à serpentibus, per illius sanarentur
aspectum, in quo Christi passio præfigura
ta fuit. Vnde & Dominus ait in euangelio
Ioā. 3. Ioann. Sicut Moses exaltauit serpentem
in deserto, ita & exaltari oportet filium
hominis. Ideo ergo serpens imaginarius
fertur & aspicitur, vt Christi passio memo
ret, & per hoc à vulneribus peccatorum
sanemur. Nam serpēs in palo, est Christus
in patibulo. Item, ideo in benedictione ba
ptismi & cum ad fontes descenditur, quia
baptismus à Christi passione virtutem ac-
cepit, in quo etiam à peccatis sanamur, &
Psal. mundamur. Fit hoc in vesperis: quoniam
140 ipse Christus fuit sacrificium vespertinum
vnde psal. Eleuatio manuum mearum, sa-
crificium vespertinum. ignis nouus ex fili-
ce excussus, Xps passus est, qui est lumē de
Ioā. 1. lumine, ex quo cæteræ cādelæ in Ecclesia
illuminantur, quia ipse illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundū. Can
dela in capite serpentis retorta: est spinea
corona in capite Christi posita. In comple
torio vero in quibusdam locis prætermit-
titur psalmus, Qui habitat, sicut in prima
13 palmus: Quicunque. ¶ In † his autem
sex diebus, dicit ad missam responsorium
& allelu Ia: vt infra dicetur. Et dicitur
primo responsorium, & post sequitur al-
lelu Ia: & hoc triplici de causa. ¶ Primo,
quia enim in laboribus vitæ præsētis exul
tandum est, iuxta illud: Hilarem datorem
diligit Deus. xxiij. q. vj. §. ex his. ideo tunc
post graduale, & versum conuenienter se-
quitur allelu Ia. quod est vox lętitiæ. ¶ Se
cundo, responsorium actiuam. Allelu Ia
vero contemplatiuam vitā significat. ¶ Re
sponsorium enim significat actionē quām
sancti exercebunt in resurrectione corpo-
rum, quę erit in omni lætitia, prout verba
responsoriorū huius temporis declarant,
quæ omnia siue versus eorum, excepto eo,
qui cantatur in tertia feria, prout ibi dice
tur, sunt de psalmo cxvij. Confitemini do-
mino. qui psalmus sonat confessionem lau
dis: & est de terra lætitia, quia igitur om
nis illa laus confessionis siue actionis ad
gaudium, & dei glorificationem tendit, me
rito ab allelu Ia concludendum est, & quo
niam eadem actio nihil aliud est, quam
laus Dei: ideo ad hoc ostendendum post
hos sex dies continuè canitur sine respon-
sorijs allelu Ia. ¶ Tertio, ideo in his sex
diebus hoc fit, quia senarius numerus ad
opera, sicut septenarius ad requiem refer
tur. Qui enim vult peruenire ad requiem
oportet eum primo toto tempore præsen-
tis vitæ bene operari. ¶ Circa hoc scien-
dum est, quòd Ecclesia his diebus sancto-
rum actus in corpore cum fine lætitiæ re-
colit, sic incipiens actum, vt pertingat ad
quietem, primus dies mandat, septimus re
quiem gestat: octauus glorificat. Nempe re
sponsorium, illam actionem significat quā
sancti in resurrectione corporum exerce-
bunt: animę quippe sanctorum ante resur-
rectionem corporum in quiete sunt, sed
dum illam recipient, in actione erunt, &
tunc sic erit actio, ut non desinat quies. in
quiete quidam erunt, quia non laborabūt,
nec cogitationibus fluctuabunt, nec erit
etiam in quiete illa segnities desidiosa,
sed sic ab huius vitæ operibus in fine quie
scent, ut in alterius vitæ actione gaudeāt.
Hæc autem actio ideo nobis per numerū
senarium in memoriam reducitur, quia si-
cut septenarius numerus requiem, ita se-
narius operę respōsorium significat. ¶ Per
responsoria enim intelligimus sanctorum
actiones quæ erunt cum omni lætitia, ut
iam dictum est. ¶ † Et nota, quod prædi- 14
cti versus, qui canuntur his septem diebus
cum responsorijs dicuntur, ex ordine quo
positi sunt in psalmo Confitemini. Vn-
de sumpti sunt exceptis duobus, in quibus-
dam Ecclesijs præpostere ponūtur, nam in

Universidad de Deusto
Biblioteca

quinta feria dicunt versum: Benedictus,
qui venit in nomine &c. Qui ibi ponitur
vltim. & in feria sexta ver. Lapidem
quem reprobauerunt ædificantes &c. Et
hoc ideo, quia in illo pleuius agitur de
passione Saluatoris, quam in alijs versi-
bus ibi positis: & ideo merito illa die can-
15 tatur, in qua passus fuit. Nec † omitten-
dum, quòd in quibusdam Ecclesijs in his
septem diebus duo in albis superpellicijs
incipiunt responsorium. Hæc dies, & in
alijs quosdam tropos retro altare, quod
representat sepulchrum pro eo quod cor-
pus Iesu in eo sacramentaliter colloca-
tur & consecratur: gerentes typum duo-
rum angelorum, qui stantes in sepulchro
Christum resurrexisse retulerunt. Verba
enim illa. Hæc dies, &cæt. Ad resurre-
ctionis diem pertinere noscuntur. ¶ Rur-
16 sus † cantando post altare representat
Apostolos & mulieres timentes, & Chri-
stum resurrexisse dicere publicè formidan
tes. Fit autem hoc ad laudes, & ad tertiam
& vesperas. ¶ Primò, eo quòd in his tri-
bus specialiter horis Christi passio est ex-
pleta. nam mane captus & illusus, in ter
tia flagellatus, & linguis crucifixus: in ve-
speris, de cruce depositus, & sepultus est.
17 ¶ Secũdo, in signum † quòd resurrectio tri-
bus vicibus nunciata est. ¶ Primo, secun-
dum Marcum & Matth. per vnum ange-
lum qui secundum Augu. stabat in monu-
mento non directè sed quasi ad ostiũ. ¶ Se-
cundo, per duos angelos qui secũdum Ioã.
stabant intus. ¶ Tertio, per ipsum Chri-
stum iusta monumentum. ¶ Fit etiam hoc
in quibusdam Ecclesijs ad missam, eo quòd
illa in altari celebratur, super quod Chri
sti corpus consecratur. Ideo autem à pa-
scha vsque ad octauam pentecost. canitur
allelu-Ia ferè in omnibus antiphonis & re
sponsorijs nocturnalibus: & in offerendis,
& postcommunionibus: vt celebratio tem
poris post resurrectionem reducat nobis
ad memoriam vitam contemplatiuam, si-
cut tempus quod est ante pascha, reducit
18 ad actiuam. Tempus † enim ante pascha
quod in ieiunijs & orationibus agimus si-
gnificat ærumnas huius vitæ & tribulatio-
nem captiuitatis, in qua dum sumus, can-
tica lætitiæ subticemus. Tempus vero
post pascha significat beatitudinem & per-
petuam exultationem, in qua post resur-
rectionem erimus: & ideo relaxatis ieiu-
nijs canendo allelu-Ia, quod interpreta-
tur, Laudate dominum frequentamus, de
quo dictum est in proœmio huius partis.
¶ Illud † tamen notandum est, quod in qui- 19
busdam Ecclesijs in hac hebdomada alle-
lu-Ia cantatur, in missa sine finali melo-
dia, & versus & antiphonæ sine neuma, sed
in sequentibus cantatur cum illa, & hoc
ideo, quia in hac cantamus pro domino no
stro, qui in anima & corpore per resurre-
ctionem iã factus est gloriosus, ac illa fina
lis melodia expectationé nostrã significat,
vel etiam sanctorum stolę expectationem:
Taceamus ergo, quia habemus quod opta
mus. Paruuli nanque plorant, cum panem
non habent, sed cum habent quod deside-
rant, tacent: ita & nos quasi ploramus a-
lio tempore: quia nos habemus quod desi-
deramus: & sancti quasi in desiderio sunt
expectationis. ¶ In † quibusdam ecclesijs 20
in magnis solennitatibus tacetur illa me-
lodia in signum, quòd sancti pro quibus ce
lebramus, certi sunt, quod secundam sto-
lam, quam expectant, amittere non pos-
sunt. Iubilus quidem diuersa notat, vt di-
ctum est sub natali. ¶ Porro in istis † octo 21
diebus cantatur pro memoria neophyto-
rum, & singulis diebus singula denotata
sunt officia, quod non fit in toto tempore,
vsque ad pentecost. & in primo die, scilicet
in sabbato sancto, & in octaua duplices lau
des ponuntur. In primo enim dicitur alle-
lu-Ia. Confitemini. & tractus: Laudate Do
minum omnes gentes. In octaua vero, di-
citur duplex allelu-Ia. quod ideo fit, quia
Prima vita nostra, quę fuit ante peccatum,
beata fuit, sed nõ sempiterna, sed vita quæ
erit in septima quietis erit beata & sempi-
terna. quia ergo prima vita fuit beata: id-
circo cantatur primo allelu-Ia. quod est
vox angelica in lingua hębraica: quia di-
gnior est. sed quia nõ fuit sempiterna, ideo
humiliori lingua latina cantatur tractus.
Laudate. Quia vero uita, quæ erit in septi
ma ætate, erit beata & sempiterna, ideo in
sabbato in albis, qui est dies septimus, du-
plex allelu-Ia cantatur propter duplicem
stolam: ut ibi dicetur. Nam vita illa, quæ
in septima quietis dabitur, non tolletur
in octaua ætate, quæ per octauum officiũ
intel-

intelligitur, licet potius consumabitur.
22 ¶ Circa cantica lætitiæ notandum † est,
quod quatuor sunt status Ecclesiæ. ¶ Pri-
mus, est culpæ. ¶ Secundus, culpæ & pœ-
næ. ¶ Tertius, pœnæ & gratiæ. ¶ Quar-
tus, gratiæ & gloriæ. ¶ Primum represen-
tat Ecclesia in septuagesima, ideo subti-
cet Te deum laudamus, & allelu-Ia: quia
non est speciosa laus in ore peccatoris. Et
gloria in excelsis Deo: quia positus est in-
ter Deum & homines paries inimicitia-
rum. ¶ Secundum representat in aduen-
tu. ideoque & supradicta cantica subticen-
tur, præter allelu-Ia, quia lex data Deum
intelligere docuit, & laudare. ¶ Tertium,
representat in æstiuo tẽpore. ideoque pro
pter gratiam acceptam in festiuis ista can
tantur, sed propter pœnam ista in ferialibus
subticẽtur, pręter allelu-Ia: quod etiã
quotidie frequentatur, quia spes de resur-
rectione futura non infirmatur. ¶ Quartũ
representat inter octauas paschæ & pente
cost. ideoque supradicta cãtica lætitiæ fre
quentantur, & multiplicantur. quia tamen
nondum habemus gloriam quam expecta-
mus, ideo Te deũ laudamus. & Gloria in
excelsis in ferialibus subticemus. & in do-
minicis, in quibus quasi duplicem resurre-
ctionem representamus. & etiã in festis san
ctorum, in missa duo allelu-Ia cantamus:
sed in ferialibus vnum, ut iã dicetur. Nec
te moueat, quòd non rectum, sed præposte
rum ordinẽ Ecclesia representat: eo quòd
erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.
sic ergo varietas dierum & statuum huma
23 norum, varietatem inducit officiorum.
¶ Quærendum † tamen est, quare diuina
officia ita distinguuntur, vt alia celebren
tur cum solo responsorio, alia cum solo al
lelu-Ia, & hæc quandoque cum simplici al
lelu Ia: quãdoque cum duplici, alia simul
cum responsorio, & allelu-Ia: alia cum re-
sponsorio, & tractu. & alia cum allelu-Ia
& tractu. Dici potest, qaod dies ieiuniorũ,
quibus responsorium sine allelu-Ia cani-
tur, recolunt actus eorum, qui presbyteris
grauia confitentur, vt ab illis consilium ac
cipiant pęnitendi. Ipsi ergo dies aguntur
cum solo responsorio, per quod vita acti-
ua intelligitur, quæ in labore ducitur, sine
allelu-Ia, quod est canticum lætitiæ, quia
Ecclesia dolet, pro talibus tanquam pro
membris vulneratis, & nondum sanatis:
ex eo enim, quòd allelu-Ia dimittitur, ro-
bur Ecclesiæ monstratur, quod habet de
suis vulneribus nondum sanatis. Præte-
rea, ideo tunc non dicitur allelu-Ia: quia
non est pulchra laus in ore peccatoris. In
diebus uero profestis, quæ sunt ab octaua
paschæ, usque ad octauã pẽtecost. simplex
allelu-Ia sine responsorio canitur. † Primo 24
quia dies illi vitam contemplatiuam signi
ficant, quę erit post resurrectionem, in qua
responsorium non erit, quia pœnitentiæ
actus ibi superfluus erit, sed tantum allelu
Ia canetur de percepta immortalitate. Se
cundo, quia tunc pro illis canimus, quia iã
sunt in patria, ad quos iam non pertinet
actio laboriosa, quam responsoriũ notat:
sed sunt in Dei contemplatione, & exulta
tione, quæ intelligitur per allelu Ia. Ter-
tio, quia ante resurrectionem corporũ no
strorum anima sine corpore Deum lauda-
bit. Quarto quia sancti ante diem genera-
lis resurrectionis simplicem tantum reci-
piunt stolam, scilicet animæ. Rursum in
priuatis ferijs; Gloria in excelsis, & duplex
non dicitur, quia nondum habemus perfe
ctam iustitiam, nec gloriam, quã expecta-
mus. Sed quia ecclesia iam primam habet
resurrectionẽ, ideo alio tẽpore semper al-
lelu Ia canitur, præter quam in septuagesi
mæ, ut dictũ est in proœmio huius partis, &
sub tit. de tẽpore aduẽtus. In octauis vero
paschæ & sabbato in albis, duplex allelu-
Ia dicitur, quia tũc tẽpus resurrectionis re
presentamus & in requie, q̃ erit in resurre
ctione, duplicem stolam, scilicet animæ &
corporis percipiemus, quia erimus in utro
que homine, id est, in anima & corpore glo
riosi, erimus enim incorruptionis gloria
vestiti. ¶ In dominicis † quoque quę sunt 25
ab octaua paschæ vsque ad octauam pente
co. duplex allelu Ia dicitur, tum quia in re
surrectione, quam ipsi dies significabant,
corpus simul cum anima laudabit Deum:
tum quia duo sunt, vnde lætari debet ani
ma in die sempiterna, vnũ de percepta læ
titia, aliud de percipienda in resurrectio
ne, tum quia resurrectio domini, quæ facta
est in die Dominica, est causa nostrę resur-
rectionis futurę, & ideo in omnibus domi
nicis, quasi octauam dominicæ resurrectio
nis representamus: in ferialibus vnũ, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam ante resurrectionem anima vna dun
taxat fruitur beatitudine. ¶ Rursus ideo
vsque ad octauam penteco. quia in octaua
ætate in qua erit corporum resurrectio eri
mus vtroque homine gloriosi. In omnibus
quoque festiuitatibus illo tempore occur
rentibus duplex allelu Ia dicitur, & hoc
primo propter requiem & fruictionem, se
cundo, quia illi iam de duobus gaudent,
scilicet de æterna quiete, & diuina vi
sione. tertio, quia cum iam habeant glo
riam animæ, securæ sunt de gloria corpo
ris. quarto, quia tunc vnum allelu Ia cani
tur, quia quiescũt, aliud quid Deum vidēt.
Sex uero dies paschales, videlicet inter
sabbatum sanctum, & sabbatum in albis, &
dominici dies, atque festiui, quos celebra
mus ab octauis pentecost. vsque ad septua
gesimam, in quibus responsorium, & allelu
Ia canitur, recolunt actus eorum, qui elee
mosynas largiendo, infirmos visitando, &
solum, quæ bona sunt, operando perseuerã
tiam habendo in sanctitate, quam in ba
ptismo receperunt, sine dubio ad contem
platiouem Dei perueniunt. Inde est, quod
responsorium, quod vitam actiuam signifi
cat, sequitur allelu Ia, quod significat con
templatiua n, sed tunc vnum tantum, siue
simplex allelu Ia dicitur, propter causas
supradictas, prius autē dicitur responsoriũ
& postea sequitur allelu Ia, prout supra di
ctum est. Dominici autem dies & æstiui, à
septuagesima vsque ad Pascha, quorum re
sponsorijs non allelu Ia, sed tractus subdi
tur recolunt eos, qui sunt in bonis operi
bus, sed vidētes laborē viæ timent casum.
nam tentationibus tunduntur sine quibus
hæc vita non ducitur. Inter responsorium
enim & allelu Ia, tractus est medius: qui
neque in tanta lætitia est, sicut allelu Ia:
neque in tanto opere, ut responsorium. In
sabbato uero sancto gaudentes pro neu
phytis nostris, quia ab omni peccato libe
rati sũt, canimus allelu Ia: sed quia eos tra
hendos varijs videmus laboribus, tractum
adijcimus, per quem labores intelligun
tur, de quo dictum est sub titul. de septua
gesima, & in proœmio huius partis. Quo
modo officia istorum septem dierum, &
officia dominicarum, quæ sunt inter Pa
scha & Pentecost. adaptentur septem do
ni Spiritus sancti, sub vigilia ascensionis,
& sub sabbato in albis dicetur. ¶ Circa euã
gelia, quæ hoc tempore leguntur, sciẽdum
est, quod omnia pertinent ad resurrectio
nem, iuxta ordinem scriptorum ponun
tur. Matth. enim primo scripsit. ij. Mat. iij.
Luc. vlt. Ioan. Vnde primo ponitur Euan
gelium Matth. in vigilia Paschæ. In ipso
vero die paschæ euangelium Marci: in se
cunda & tertia feria euangelium Lucæ, in
quarta & quinta feria, & in sabbato euan
gelium Ioann. in sexta feria interponitur
euangelium Matt. ¶ †Sanè in euangelijs vi 26
giliæ, & diei tantum agitur de annũtiatio
ne resurrectionis, facta per angelum: in
alijs de visione. Conueniebat enim, vt
prius annuntiaretur domini resurrectio,
vt postea ad maiorem fidem faciẽdam cor
poraliter ipse ab hominibus videretur.
Tria vero à Ioanne euangelista, omnino
præposterè posita sunt. Primũ nanque fuit
quod legitur in sabbato, postea quod legi
tur in quinta feria. & aliquanto tempore,
post quod in quarta feria legitur. Nam Ma
ria Magdalene cum venisset ad monumen
tum, & nõ inuenisset corpus domini, subla
tum credidit, & cucurrit, & nuntiauit Pe
tro & Ioanni, qui cucurrerunt ad monumẽ
tum, & Ioan. præcurrit: sed non statim in
troiuit, sed Pe. tandem veniens intrauit,
& postea Ioann. intrauit, & cum non inue
nissent, redierunt ad propria, hoc legitur
in sabbato. Illis redeuntibus Maria reman
sit ad monumẽtum, & inclinans se in monu
mento, uidit vnũ angelum sedentem ad ca
put, alium ad pedes, qui dixerunt: Ma
ria, quid ploras? quæ dixit. Quia tulerũt
dominum meum, & nescio ubi posuerunt
eum, & tunc conuersa retrorsum vidit Ie
sum, qui dixit ei, mulier, quid ploras? quem
quæris? & illa respiciens & hortulanum
eum credens dixit. Domine si sustulisti
eum, dicito mihi, & ego eum tollam. hoc
legitur in quinta feria, Aliquanto tem
pore post Petrus iuit piscatum cum sex
alijs ad mare Tyberiadis, vbi dominus
apparuit eis in littore, & hoc legitur
in quarta feria. Sed quare hæc omnia?
Solutio. In quarta feria cãtatur hoc, quod
cantabitur Sanctis in die iudicij. Venite
benedicti patris mei, &c. & in illo Euange
lio, quod eadem die legitur dicitur, quod
dominus apparuit discipulis in littore ma
ris.

ris. Et hoc bene conuenit. Nam per littus
maris, ut dicit beatus Gregorius super il
lum locum, finis intelligitur mũdi, in quo
dñs apparebit suis gloriosus, & tũc Petrus
27 † trahet ad litus rete plenum magnis pi
scibus centum quadragintatribus, nec ta
men scindetur rete. Per Petrum, intelligi
tur ordo sanctorum prælatorũ, qui de fluc
tu huius seculi ad littus stabilitatis æter
næ ducent eos, qui per ipsos conuersi fue
rint, sed hoc attribuitur soli Petro, pro
pter ecclesiæ unitatem. Sed quare legitur
in sabbato in albis Euangelium, quod tũc
legitur? Respondeo, ꝙ officium illius sab
bati cum officio præcedenti sabbati sancti
in multis conuenit. Nã in præcedenti sab
bato duplex laus cantatur, sicut & in hoc
lectioni conuenit, quia in lectione præce
dentis sabbati dicitur. Quę sursum sunt,
sapite: non quę super terram, & in lectio
ne sequentis dicitur: Deponentes omnem
dolum, &c. & itaque tanquam lapides uiui
ædificamini, quod nihil aliud est, quã quæ
sursum sunt, sapere. Conueniebat igitur,
ut Euangeliũ corresponderet Euangelio,
quod fit in eorum principijs. Nam in Euan
gelio præcedentis sabbati dicitur. Vespe
re autē sabbati, quæ lucescit in prima sab
bati, id est diluculo: uenit Maria Magda. &
in Euangelio sequen. dicitur: Vna sabbat.
Maria Magdal. uenit ad monumẽtum, cum
adhuc tenebræ essent, ꝙ idem est: In hoc
tñ uidetur differentia, quia dicitur ibi, ꝙ
uenit Maria Magdal. & altera Maria. hic
non fit mẽtio, nisi de Mar. Magd. Sed vt ait
Augu. in lib. de concord. Euangelistarum,
ideo Ioannes solam Mariam Magda. nomi
nat, quia fuit cæteris feruentior, nec tamẽ
ideo cæteras excludit. Euangelium uerò
Matth. legitur in sexta feria: quia domi
nus per passionem meruit sibi dari pote
statẽ in cœlo, & in terra vel potius datam
notificari, & quia dominus in sexta feria
passus est, idcirco legitur in Euangelio
Matt. in sexta feria, in qua dominus ait di
scipulis. Data est mihi omnis potestas in
cœlo, & in terra. Vnde Apostolus, Christus
factus est pro nobis obediens patri, usque
ad mortem: mortem autē crucis, propter
quod & Deus &c. Vbi ergo poneretur euã
gelium, in quo agitur à Ioan. de prima ui
sione domini, quæ facta fuit Maria Magd.
nisi in quinta feria. In prima enim die non
poterat poni prædictis de causis, nec in se
cunda, nec in tertia, nec in quarta, nec in
sexta, nec in sabbato. Vnde restat, quòd in
quinta feria necessario poni debuerit. Aiũt
quidam, ꝙ licet in secunda feria legatur
Euangelium de apparitione domini, facta
discipulis euntibus in Emaus: non tamen
illa facta fuit in ea die, sed in præcedenti.
Decem etenim apparitiones post Christi
resurrectionem in Euangelijs inueniũtur,
ad fidem nostram confirmandam, quinque
in prima die, & quinque postea, sed in apo
stolo dicitur, quòd in die resurrectionis
apparuit Ia. & quingentis fratribus simul.
Et sicut quidam dicunt in ipsa etiã die pri
mo apparuit matri, ut dictum est in quar
ta parte, sub titu. de accessu pontificis ad al
tare. & etiam Ia. qui uotum uouerat non
comedere, sed & Ioseph, qui pro eo teneba
tur in carcere. ¶ Verum † quia de uisione 28
angelorum & de Mar. Magd. Euangelistæ
discordare uidetur, ideo aliqua super hoc
præter propositum dicamus. Nam Mat. di
cit, quòd mulieres uiderunt Angelum se
dentem super lapidem qui tamen erat ex
tra monum. Marcus dicit, quod introeun
tes ipsæ in monumentum, uiderunt eũ se
dentem à dextris. Io. dicit, ꝙ Mar. Magda.
uidit duos angelos, unum ad caput, & aliũ
ad pedes sedentes. Luc. dicit, ꝙ duo Ange
li stantes dixerunt Mariæ Magdal. & alijs.
Cur quæritis uiuentem &c. Ioan. dicit so
lam unam uenisse scilicet Mariam Magd.
Matt. duas. s. eam & aliam. Mar. tres, scili
cet eam, & Mariam matrem Iac. minoris,
& Mariam filiam Salomæ, quæ fuit mater
filiorum Zebedæi, scilicet Iacobi minoris,
& Ioan. Euangelistę secundum Chrysosto.
tantum Salomæ filia fuit. Lucas plures di
cit. dicit enim, Erat autem Maria Magda.
& Ioanna & Maria Iaco. minoris subaudi
mater, & cæteræ quæ cum ipsis erant, & a
liæ quas non numerãt Euangelistæ. Eccle
sia tamen tres Marias repræsentat. Rursus
Matt. dicit, quòd mulieres certificate per
Angelum, inter quas erat præcipuè Maria
Magdal. denuntiauerunt Apostolis domi
num resurrexisse. & Ioan. dicit quòd Mar.
Magdal. nunciauit Petro & Ioan. eum su
blatum fuisse. Vera quidem sunt omnia,
quæ dicunt Euangelistæ in his, & non sunt
aduer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersa, sed quod unus minus dicit, alius
29 supplet. † Verum enim est sicut narrat
Matt. quòd primo uiderunt Angelum se-
dentem super lapidem, quem reuoluerat
ab ostio monumenti, qui & dixit eis eum
resurrexisse, & adiecit: Venite, & uidete lo
cum ubi posuerunt eum, & tunc ipse sur-
gens præcessit eas in monumentum, & se-
dit in dextris: sicut narrat Mar. post Mariã
Magdalenam, uidit unum ad caput, & aliũ
ad pedes sedentes, sicut dicit Ioan. Qui di-
xerunt ei: Mulier, quid ploras? & nuntia-
uerunt eũ resurrexisse & tunc surrexerunt
ipsi, vt apparerẽt ei stantes, sicut dicit Luc.
ut in hoc, quòd surrexerunt, Dominum sur
rexisse ostenderent, & cum starent dixerũt
ei & alijs. Cur quæritis uiuentem cũ mor
tuis, id est, cum qui resurrexit. Cur quæri-
tis in sepulchro, quod est locus mortuorũ.
Ambrosius dicit duas fuisse Marias Mag-
dalenas, unam quæ secundum Matthæum:
sciuit dominum resurrexisse: aliam, quæ
secundum Ioannem nesciuit, sed corpus su
30 blatum credidit. Augustinus uerò de † con
cordan. euangelistarum sic soluit. dicit e-
nim, quòd cum Maria Magda. cum alijs ue
niret dicendo: Quis reuoluet nobis lapi-
dem ab ostio monumenti: cum adhuc ali-
quantulum longè esset, vidit lapidem reuo
lutum, & statim cucurrit ad Petrum & Io.
& significauit eis corpus domini fuisse su-
blatum, qui uenientes inuenerunt monu-
mentum vacuum, & credentes quòd fuisset
sublatum, redierunt. Maria autem iterum
adiunxit se alijs, & propius accedens cum
eis, uidit Angelum sedentem super lapi-
dẽ, & dixit eis. Cur quæritis in sepulchro
quod est locus mortuorum. Mat. &c. sicut
superius dicta sunt Zacha. qui composuit
unum Euangelium, ex quatuor aliter solu-
uit. Dicit enim, quod Mar. Magd. & alie ue
nerunt ad monumen. & uiderunt Angelũ
sedentem super lapidem, sicut dicit Mat.
& post in monumẽto sicut dicit Mar. & in-
de duos stantes: unum ad caput, alium, ad
pedes: sicut Luc. dicit, scilicet illum prio-
rem cum alio, uel eo disparente, alios
duos, qui dixerunt. Cur quęritis uiuentem
cum mortuis, & significauerunt eum resur
rexisse. Alij crediderunt uerbis eorũ. Ma-
ria remansit incredula. Vnde aliæ nuntia-
uerunt discipulis dominum resurrexisse:
illa nuntiauit Pet. & Ioan. eum sublatum
fuisse, qui post aduentũ & recessum eorum
sola remansit, ad monumentum, & incli-
nans se in monumento uidit duos angelos
sedentes, unum ad caput, & alium ad pe-
des, sicut dicit Ioan. qui dixerunt ei. Mu-
lier, quid ploras? & illa respondit, quia tu
lerunt dominum meum, & nescio, ubi po-
suerunt eum, & conuersa uidit dominum
qui dixit ei. Mulier, quid ploras? quẽ quę-
ris? & illa putans eum hortulanum esse di
xit: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mi
hi, & ego eum tollam. Et tunc dominus eã
ex nomine nominauit, & ipsa tunc eum co
gnouit, & post plures locutiones angelo-
rum, tunc primo credidit, & uoluit proci-
dere ad pedes domini: & dominus dixit ei:
Noli me tangere: nondum enim ascendi
ad patrem meum. subintelligitur in corde
tuo: quasi dicat. Quem quæris, tanquam
mortuum, non credis patri esse æqualem,
& adiecit dominus. Vade, & dic fratribus
meis: Ascendo ad patrẽ meum, & patrem
uestrum &c. id est, in proximo est, vt ascen
dam. Et ipsa cępit ire iam certificata, & in-
uentis alijs mulieribus iuit pariter cũ eis,
hoc nuntiare Apostolis, & in illa uia appa
ruit eis dominus, dicens: Auete quę acces-
serunt & tenuerunt pedes eius. Prædictum
autem modum loquendi, in quo genera-
liter dictũ est, quòd mulieres iuerant nun-
tiare dominum resurrexisse, cũ tamen Ma
ria, quæ erat una de illis tũc incredula fuit
sæpe in scripturis inuenimus, sicut & domi
nus discipulis, & me scitis, & uiam meam
scitis, cum tamen quidam essent inter eos,
qui hæc nescirent. vnde dominus; Tanto *Io. 13*
tempore uobiscum sum, & nõ cognouistis
me &c. sed illud primo dictum est scienti-
bus, istud ignorantibus. Ita etiam dicitur,
quòd dominus in ascensione apparuit di-
scipulis & exprobauit incredulitatem, &
duritiam cordis eorum, quia his, qui uide- *Mat.*
rant eum surrexisse, non crediderant, cum *vlt.*
tamen aliqui inter eos fuerint qui iam cre
diderant sicut Petrus, & alij plures, sed il-
lud primo dictum est de incredulis. hæc o-
pino uidetur probabilior, quàm secunda.
Et quod dixit Ambro. non est credendum,
quòd dixerit asserendo, sed aliorum opi.
referendo. licet eam argumentis probare
uideatur quibus iuxta prædictam opin. le-
uiter

uiter respondetur, & ferè totum quod ip-
se inducit per interpretationem soluitur.
v. g. quod ipse dicit, quòd una Maria fuit
secundum Matth. quæ sciuit eum surrexis-
se. hoc est falsum, quia alijs credẽtibus uer
bis Angeli ipsa remansit incredula. Augu.
uero non sic fuisse dicit, ut narrat: sed nar-
rat ita potuisse fuisse: unde probabiliori
sententiæ non præiudicat.

SVMMA.

1 *Feriæ secundæ post pascha, officiũ. Et nu. 2. 3*

De secunda feria post pascha. Cap. 90.

1
VIA † per gloriam re
surrectionis ipleuit do
minus quæ promisit in
ueteri testamento, vt
videlicet introduceret
nos in terram fluentem
lac & mel, ideo dicit ec
clesia in introitu huius secundæ feriæ. In-
troduxit dominus in terram fluentem lac
& mel. Exod. xiij. quia Christus iam intro-
ductus est, & ecclesia triumphans in re. Ec-
clesia uerò militans in spe. Epistola sumi-
tur de Actibus Apostolorum. x. cap. Stans
Petrus in medio &c. & intendit probare
passionem Christi & resurrectionem, unde
dicit. Huic omnes prophetæ testimonium
2 perhibent. ¶ † Euangelium: Duo ex disci
pulis. Luc. xxiij. c. concor. epistolæ de appa
ritione domini discipulis euntibus. in E-
maus. ibi enim habetur, quòd cognouerũt
eum in fractione panis. Quid est fractio pa
nis, nisi expositio scripturæ ibi enim cogno
scitur dominus. Responsorium uerò con-
cord. cum in introitu: Dicat nunc Israel.
Allelu-Ia, nonne cor nostrum erat ardens
&c. Est de scripturarum expositione. In a-
lijs ecclesijs dicitur Allelu Ia, Angelus
domini. Mat. ult. cap. Offertorium: Ange-
lus domini &c. est de testimonio apostolo-
rum. Post communio: Surrexit dominus
&c. Luc. ult. c. est de apparitione quę facta
est Petro. Multiplicat igitur apparitio-
nes, ut dictum est ad confirmandũ fidẽ. ¶ Sa
3 nè ex † hodierno Euangelio sumitur alle
lu Ia. Nonne, & offerenda. Angelus domi-
ni. ex eo, quòd ibi dicitur mulieres uisio-
nes angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Similiter & communio: Surrexit do
minus ex eo, quòd ibi dicitur: surrexit do
minus uerè, & apparuit Simoni. Ad pieta-
tem ergo pertinet hoc officium, in quo cõ
tinetur rememoratio scripturarum, & per
pietatem accedit ad mansuetudinem: man
suetis autem terra promittitur illa, de qua
dicitur. Beati mites quoniam ipsi posside-
bunt terram fluentem lac & mel. unde in
introitu dicitur, introduxit nos dominus
in terram fluentem lac & mel. Et sunt hæc
uerba Mosi populum post esum agni de
Aegypto ducentis. Introduxit inquam spe.
sed in illa postea introducet re, quam Ca-
leph dedit Axæ, filiæ suæ irrigatam, irri-
guo superiori & inferiori. Irriguum infe-
rius, timor est. superius, amor. Caleph ere
nim qui quasi cor interpretatur: dat ani-
mæ deuotionem, cum timore pariter & a-
more. ¶ In hac ij. feria fit in urbe statio,
apud sanctum Petrum, propter hoc, quod
in Euangelio habetur, & apparuit Simo-
ni, & quia ibidem dicitur, nonne cor nostrũ
ardens erat in nobis? quia ipse prę cęteris
magis arsit, dominum diligendo. Hac die
pisces uiuos incipimus, recolentes cũ gau-
dio, quòd dominus ad probationem resur-
rectionis partem piscis assi comedit, & in
tertia feria ad fontes imus, ut ibi dicetur,
& mulieres uerberabãt uiros, & iam in his
tribus diebus est feriandum: prout sub pas
cha dictum est.

SVMMA.

1 *Feriæ tertiæ post pascha, officiũ. Et nu. 2. 3. 4*

De tertia feria post pascha. Cap. 91.

IN tertia feria † osten- 1
ditur, per quod habea-
tur hæreditas cœlestis
patriæ. Ostenso uerò in
secunda feria, quòd in
terram fluentem lac &
mel iã introduxit nos
Deus in spe, & postea introducet in re, mo
do ostendit per quod habeatur, quia per di
uinam scientiam siue cognitionem domi-
ni nostri: unde hæc tota feria est de cogni-
tione siue sapientia Dei, & inde introitus
est

Universidad de Deusto Biblioteca

est. Aqua sapientiæ &c. Eccle. xv. cap. & est
septimi toni, quia in septem donis Spiritus
sancti, est ista sapientia. In epistola: Sur
gens Paulus Act. xiij. cap. ostenditur passio
Christi & resurrectio, per quam hic sapien
tia habetur. Qui enim ueram fidem habet
de his, habet saporem Dei. hæc autem co-
gnitio, est dies, quam fecit dominus. de gra
2 duali ergo patet. Et † nota quòd cum om
nes graduales uerius huius hebdomadę su
mantur de psalmo cvj. scilicet, Confitemi
ni qui est nonus post, Dixit dominus. ho-
diernus sumitur de spalmo cvj. scilicet Cõ
fitemini: qui est decimus in matutinali.
Cantate. eo, quòd iste psalmus exhortatur
fideles ad lau. Dei, qui per sapientiam suã
redemit & liberauit eos de quadruplici tẽ
tatione, quia liberauit eos de necessitati-
bus eorum, id est, ab infidelitate, & quia li
berauit eos de necessitatibus eorũ, id est,
à praua consuetudine, & liberauit eos à tę
dio bonæ actionis, & eduxit eos à uersu-
tijs hęreticè impugnationis. Allelu Ia est:
Surrexit dominus, & apparuit mulieribus.
Vel secundum alias ecclesias: Oportuit.
quod sumitur de Euangelio, in alijs etiam
dicitur: Surrexit dominus uerè. Luc. ult. c.
In Euãgelio uerò, Stetit Ie. &c. Luc. xxiiij.
cap. ostendit dominus, & probat resurre-
ctionem suam discipulis suis per quatuor.
Primo, per consuetum modum loquendi,
cum dixit. Pax uobis, loquebatur enim eis
sæpe de pace, & amator pacis erat, unde ip
se dominus inquit. In me pacem habebi-
tis, in mundo autem præsuram. Pacem re
linquo uobis. Pacem meam do uobis. Se-
cundo per hoc, quòd ostendit se palpabilẽ.
Tertio, quia cũ eis comedit. Quarto, quia
eis sensum aperuit scripturarum, & quia
hanc sapientiam dominus dedit per se, &
per Apostolos, ideo dicitur in offertorio,
intonuit de cœlo dominus. i. de Apostolis, ut omnes crederẽt in illum. Hæc enim
inquit Ioan. scripta sunt, ut credatis, & cre
3 dentes uitam æternã habeatis. ¶ † In post
communione, quæ est ad Col. iij. c. inuita-
mur. ad hanc sapientiam. Si consurrexistis
cum Christo quæ sursum sunt sapite. ecce
de sapientia. Et quia de sapientia habetur
in hac ij. feria, ideo fit statio ad sanctũ Pau
lum, qui fuit sapientior omnibus Aposto-
lis: seu cui dominus singulariter aperuit
intelligentiam scripturarum, de quibus le
gitur in Euangel. & introitu. Vnde ipse di-
cit. Non à me, nec ab homine accepi euãg.
meum, sed per reuelationem domini mei
Iesu Christi. uel, quia per eũ maximè ad-
impletum est, quod in Euang. legitur, scili
cet oportuit prędicare pœnitentiã in om-
nes gentes, ideo, quòd & eius prædicatio
legitur in hodierna lectioue actuum Apo-
stolorum. Hac die † uiri uerberant mulie-
res, prout sub pascha dictum est. hac etiam 4
die ad fontes imus, pro eo quòd hodie in
introitu uiri beati aqua sapientiæ potati
referũtur, & in offertorio fontes aquarum
apparuisse memorantur.

SVMMA.

1 *Feriæ quartæ officium à paschate. Et nu. 2. 3.*

De quarta feria post pascha. Cap. 92.



STENSO † in iij. feria 1
de cœlesti patria, & per
quod habeatur, ostenso
etiam in secunda feria,
quod in terrã fluentem
lac & mel introduci-
mur, ideo nunc in hac
quarta feria inuitamur ad illam. Vnde in-
troitus est: Venite benedicti patris mei
&c. Mat. xxv. quia uerò dicit dominus pœ
nitentiam agite: appropinquabit enim re
gnum cœlorum, & quia ibi non intrant, ni-
si purificati per pœnitẽtiã, ideo beatus Pe-
trus in epistola: Aperiẽs. Act. iij. inuitat Iu
dæos ad pœnitentiã ideo aũt ad pęnitẽtiã
inuitatur homo: ut de filio diaboli, fiat fi-
lius Dei, & hęc mutatio dextræ excelsi, pp
quod in respõsorio habetur. Dextera † dñi 2
fecit uirtutem. Sequitur allelu Ia de re-
surrectione. Surrexit dominus &c. & in a-
lijs ecclesijs est Christus resurgens &c. Sẽ-
per enim in his diebus aliqua de resurre-
ctione dicũtur. In alijs enim dicitur. Cum
sederit Matth. xxj. cap. Quia uerò hæc mu
tatio fit etiam, quando † homines sunt fi- 3
lij Dei propter prædicationem, ideo in E-
uangelio: Manifestauit se Iesus. Io. xxj. c. di
cit dominus. Mittite in dexteram nauigij
rete. hoc facit, qui tantum prædicat pro-
pter Deũ, & tunc trahuntur magni pisces.

postea

postea dedit eis piscem assum. Piscis assus,
est Christus passus: hæc erit refectio in pa-
tria. cum comedemus panem angelorum,
de quo in offertorio: Portas cœli &c. Post
communio est Christus resurgens. Ro. vj.
Et quia beatus Laurẽtius fuit unus de ma-
gnis piscibus, & fuit assatus pro Christo,
ideo fit statio ad beatum Laurentium.

SVMMA.

1 *Feriæ quintæ à paschate, officium & nu. 2. 3.*

De quarta feria post pascha. Cap. 91.

1 QVINTA † feria est de
conuersione gentium
propter passionem &
resurrectionem. unde
introitus est: Victricẽ
manum tuam laudaue
runt pariter Christia-
ni, quia sapientia aperuit os mutorum. vn-
de Esa. xxv. Tunc claudus saliet, sicut cer-
uus, & aperientur linguę mutorum, quod
factum est, quando Christus dæmones eij-
ciebat & faciebat homines mutos loqui:
unde in Euangelio. Erat Iesus eijciens dæ-
monium, & illud erat mutum. In epistola
uerò Angelus domini. Act. viij. significa-
tur conuersio ista Gentium: unde dicitur
ibi de eunucho, qui conuersus est à Philip
po, qui interpretatur os lampadis, siue os
illuminans. quia quandoque per scriptu-
rarum inspectionem, uel prædicationem,
conuertitur homo, ut Gentiles, qui signifi
cantur per eunuchum, quandoq; uerò per
inspirationem conuertitur ad dominum,
ut habetur in Euangelio, q̃ apparuit Mar.
Magd. Quia uerò per conuersionem Gen-
tiũ factus est Christus lapis angularis, ideo
in uersu respõsorij habetur. Lapidẽ quem
2 reprob. ędific. &c. Et quia uera † conuersio
fit per pęnitentiã, ideo sequitur allelu Ia.
Matt. xxv. In die resurrẽctionis meæ dicit
dñs, præcedam uos in Galilæam, id est, in
trãsmigratione de uitijs ad uirtutes. Euan
3 gelium: Maria † stabat. Io. xx. est de appari
tione dñi: Maria Magdalena in specie hor
tulani siue peregrini, quia peregrinus est
Deus homini, quandiu est in peccato. In
offertorio: In die solemnitatis. Exod. iij. &
xiij. cap. similiter promittitur conuerten-
tibus uera beatitudo. In post communione
uerò: Populus &c. j. Reg. ij. ad laudandum
inuitamur, & fit statio ad sanctos Aposto-
los, quia in Philippo, qui interpretatur os
lampadis, intelliguntur omnes Apostoli,
per quorum prædicationem cõuersio Gen
tium facta est. Item, quia fratres domini,
de quibus in Euangelio legitur, sunt Apo-
stoli, per quos os muti apertũ est, est diser-
tæ sextę linguæ infantiũ, ideo statio fit ibi.

SVMMA.

1 *Feria sexta à paschate, quod & quale habeat officium. ibid. & nu. 2. 3. 4. 5.*

De sexta feria post pascha. Cap. 94.

S EXTA feria † est de in- 1
stitutione baptismi. un
de introitus est: Intro-
duxit eos dominus, sci
licet de Aegypto. i. de
tenebris peccati, & ini
micos eorũ operuit ma
re, id est, baptismus. & subijcitur ibi ter al
lelu Ia, propter liberationem ab hostibus
& donum gratiæ. ¶ Postmodũ sequitur † epi 2
stola: Christus semel. j. Pet. iij. c. in qua bea
tus Pet. agit de baptismo, & de arca Noe,
sicut in diluuio per arcam saluę factæ sunt
animæ licet paucæ. s. viij. similiter & in ba
ptismo, qa sicut in aquis diluuij quæ inun-
dauerunt totum mundum, & mũdus à pec-
catis purgatus est, & per arcam, animæ sal
uæ factæ sunt: ita in aquis baptismi in quo
omnia peccata mundata sunt, per ecclesiã
saluati sumus. ¶ Sequitur graduale: Hæc
dies quam † fecit dominus, uersus. Benedi- 3
ctus qui uenit in nomine domini. Est enim
homo qui cõsecrat baptisma, sed Deus est
qui inuisibiliter baptizat. Vnde sequitur.
Deus, dominus, & illuxit nobis, scilicet per
illuminationem baptismi, & per illumina
tionem legis domini. Allelu Ia, est Angę-
lus domini, cum duplici uersu, sicut in die
paschæ in quibusdam ecclesijs, quia in hac
die agitur de institutione baptismi. unus
uersus est propter Christi resurrectionẽ,
in corpore, alius propter stolam animæ,
quam in baptismo suscipiunt baptizati.

¶ Euan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 ¶ † Euangelium verò, est de institutione baptismi, secundum Mat. vlt. c. Vndecim discipuli abierunt in montem, quem constituit illis Iesus, & sequitur ibi Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris &c. ¶ Et quia in memoria debemus habere istum diem, propter institutionem baptismi, ideo sequitur in offerto-
5 rio. Erit nobis † memorialis dies ista &c. Exod. xij. & xiij. cap. memorialis quidem est dies, in qua de uitijs ad uirtutes transimus, hæc enim dicit Moses de die paschæ. ¶ Post communio. Data est mihi omnis potestas. Matth. vlt. cap. Quia verò beata virgo creditur interfuisse in institutione baptismi, quia vt Hieronymus ait: hoc apud Nazareth in domo eius actũ est; ideo hac die fit statio in ecclesia eius.

SVMMA.

1 *Sabbatum in albis, quod habeat officium. Et nume. 2. 4. 5. 6.*
3 *Iudicij dies plenus erit gaudio propter dominicam & nostram resurrectionem.*

De sabbato in albis. Cap. 95.

1
EQVITVR † de sabbato in albis in quo est introitus. Eduxit dominus populũ suum in exultatione. hoc maximè in extremo sabbato fieri intelligimus, quando erit verum sabbatum, sed ne Iudęi credant hoc dictum esse de seq. sequitur in epistola. j. Pet. ij. c. Fratres, deponentes omnem malitiam, & dolum &c. Sequitur duplex † allelu Ia sine graduali. Primo, quia
2 nunc terminatur septuagesima postquam sequitur octaua resurrectionis, quando habebitur duplex stola animæ scilicet, & corporis, & cessabit labor operis, de quo dictũ est in proœmio huius partis, & sub titu. de vij. diebus post pascha, & in iiij. parte, sub titu. de allelu Ia. Secundo, quia in die iudi
3 cij † plenum erit gaudium pro dñica & nostra resurrectione. Tertio, geminatur allelu Ia, quia tunc erit lætitia sempiterna, qa. n. erit lętitia unũ allelu Ia canitur sempiterna, secundũ concinitur allelu Ia. Quarto, quia in octaua resurrectionis omnis solicitudo deponetur, quòd significatur in hac octaua die, in qua vestis candida siue chrismale deponitur, ideo in albis non cãtatur graduale, sed duplex allelu Ia, quia tunc erimus in albis. Item quantum ad resurrectionem domini, non debet graduale cantari: neque quantum ad baptizatos, & ideo cantatur unum allelu Ia, pro baptizatis, scilicet Laudate pueri dominum, & aliud de resurrectione dñi, scilicet, Hæc dies. Prętera, ideo post allelu Ia. Hęc dies sequitur allelu Ia. Laudate pueri. quia de lætitia animarum trãsient ad gloriam incorruptibilem corporum. † Euangelium 4
uerò, Vna sabbati. Ioan. xx. cap. est de duobus discipulis, qui currebant ad monumentum. Pet. scilicet & Io. qui significant duos populos, currit tamen citius Ioan. id est, iudaicus populus, quia habebat prophetas, scilicet Hieremiã, Esaiam, & alios, qui de passione domini loquuntur, sed Petrus citius intrauit, id est, Gentilis populus: non tamen intrauerunt Iudæi in multitudine, qui enim credit, intrat: sicut dicit Aug. Et attende, quia epistola & Euangelium huius sabbati concordant cum epistola & Euangelio sabbati sancti: prout dictum est sub titu. de vij. diebus post pascha in offertorio uerò de illuminatione post baptismum aguntur grates. Benedictus, qui uenit &c. † Post communio est: Omnes qui 5
in Christo baptizati estis, Christum introduxistis Gal. iij. Die ista fit statio ad ecclesiam beati Ioã. in Laterano: quia enim ibi in præcedenti sabbato baptizati sunt pueri, & in viij. die in lege circuncidebantur, ideo rectè hac die ibi conueniunt, ut hoc spiritualiter agatur in baptizatis, & hoc est, quod dicitur in epistola. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, &c. quasi modo geniti infantes, ne per fenestras quinque sensuum intret mors. † Di- 6
citur autem ad horas capitulum. Christus resurgens. Ro. vj. cap. & illud expurgate vetus &c. ad Corin. v. c. & illud Christus passus est. j. Petri ij. Quia vero in tota septuagesima, quæ vsq; ad diem protenditur, pœnitentiam egimus, ideo ecclesia hodie celebrat in albis, vt magis ac magis alibi simus, sicut dominus ait in Euangelio Matthei iij. Agite pœnitentiam: appropinquabit enim regnum cœlorum. Quare hoc sab-

batum

batum dicitur in albis dictum est sub pascha. Hac die dominus Papa distribuit, agnus Dei. Alicubi etiam distribuitur cereus paschalis, de quo dictum est sub sabbato sancto.

SVMMA.

1 *Dierum septem à paschate, secunda expositio. Et intellectus. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*
2 *Resurrectionis dominicæ officium, pertinet ad timorem.*

Alia expositio dictorum septem dierum. Cap. 96.

1 POtest etiam aliter dici, quòd † ideo in præmissis septem diebus baptismalia celebrantur officia, uel quia baptizati sapientia septiformi docentur, uel quia ipsorũ temporis uniuersitas dierum septenario uoluitur, quibus quia fides spes & charitas præcipuè sunt necessaria, ideo tribus psalmis vtimur in nocturnis. Singulorum autem dierum officia sic possumus septẽ Spiritibus & beatitudinibus coapta-
2 re. ¶ Officium † quidem dominicæ resurrectionis, pertinet ad timorem, quo timemus terribilem sententiam iudicis. Cum enim dicet pater, rex, & iudex omnium resurrexit, & adhuc in suggilatione inimicorum dicentium, quando morietur & peribit nomen eius, tunc magnus erit timor & tremor: vnde & in offertorio. Terra tremuit &c. spiritus timoris, vt fundamentum ponitur, sed quare à timore incipientes in sapientia terminamus, cum Esaias cęperit à sapientia, & descenderit ad timorem? respondeo, Esa. Saluatorẽ descripsit, qui carnem assumendo descendit nos uerò de terrenis ad cęlestia tendere conamur, & ideo gradus ascendendo cõnumerare debemus, ut à timore ad sapientiam peruenire possimus. In secũda feria legitur Euangelium de duobus discipulis euntibus in Emaus, quibus dominus apparuit & scripturas Mosi, & omnium prophetarum aperuit. Et at-
tende quòd licet † hodie legatur Euange-
3 lium de apparitione domini: non tamẽ hodie, sed heri apparitio fuit. Ad pietatem ergo pertinet hoc officium, in quo cõtinetur rememoratio scripturarum, & accedit ad mansuetudinem, prout ibi dictum est. In tertia feria legitur Euangelium: Stetit Iesus, ubi multifariè suam resurrectionem probat, scilicet per uisum & tactum, per gustum etiam, & per auditum, cùm scripturas etiam exponit, quòd pertinet ad scientiã, unde in introitu. Aqua sapientiæ &c. beati uiri potati referuntur. in offertorio. Intonuit, fontes aquarum aperuisse memorantur, in post communione. Si consurrexistis, † quæ sursum sunt, quærere & sapere 4
iubentur, & in Euangelio sensus ad intelligendũ scripturas discipulis aperitur. Scripturarum quippe intelligentia & scientia lamenti, & luctus est causa effectiua. Qui enim legit in scripturis prophetas, & corũ dominum occisos, quoque magno dolore mordet, & quanto magis quis peccata sua intelligit, tanto citius in luctum & pœnitentiæ lamentum prorumpit. Licet igitur his diebus sit uacandum: tamen ineptam lætitiam remoueamus: ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedamus, quia beati qui lugent. In quarta feria legit Euangeliũ de discipulis piscãtibus, quos inuitauit ad prandium, & dedit eis panem, & piscem assum, id est Christum cognoscere Deum & hominem passum. quæ est illa quidem saturitas, de qua dicitur: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. quòd ergo dicitur ibi. Venite prandere, hoc est quod cantatur in introitu. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. hoc enim regnum est prandium æternum, ubi erunt pisces magni, sed unus super prunas non passionis, sed amoris. rationabiliter autem feria quarta nobis à Christo regnum promittitur, quia in quarta ętate regnauerunt Dauid & Salomon, in quorum manibus Christi regnum specialius & plenius significatur, & quia Petrus supradictũ rete traxit in terram. ipsi enim commissa est ecclesia ipsi specialiter dictum est: Pasce oues meas, ideo pro epistola sumitur eius prædicatio ad act. Apost. Ad † saturi- 5
tatem enim quoquo pertinet offerenda. Portas cœli aperuit, prophetas qui prædixerunt, qui anuntiauerũt, Mariam quę genuit, Apostolos qui prędicauerunt, doctores qui exposuerunt, per hos omnes pluit dominus manna in ore egentium animarum, id est uerbum, uel corporis sacramentum, ut non deficerent in uia tendentes ad

patriam

patriam, vbi comedent panem angelorum versus gradualsi, dextera domini fecit virtutem, congruit illi verbo euangelij: Mittite in dextra nauigij rete, & est sensus, dextera domini fecit virtutem, quia potentia verbi, mihi vniti fecit me uincere mortem: ideoque dextera domini exaltauit me, id est, laudabilem me fecit. Et repetit, Dextera domini fecit virtutē: ut ostendat resurrectionis qualitatem, scilicet æternā. vnde sequitur: Non moriar sed viuā iuxta quem sensum canimus cum Apostolo in allelu-Ia & communione: Christus resurgens, & pertinet hoc ad fortitudinem. & quia bea. Lau. fuit piscis assus, fortis in esurie & esuriēs in fortitudine, ideo
6 fit ibi statio. ¶ Officium † quintæ feriæ pertinet ad cōsiliū & misericordiā. magnū. n. fuit cōsiliū peccatricis pedes lauātis cum lachrimis, ut misericordiā consequeretur:
7 prout in euāgelio dicitur. ¶ Officiū † vj. feriæ pertinet ad munditiā cordis & corporis. In baptzato nanque, de quo ibi igitur, lauātur corpus & anima. Et quia mundis cordibus visio Dei promittitur, ut ibi dictū est, Beati mūdo corde, quoniā ipsi Deū videbunt, & per munditiam ad intellectū peruenit, ideo recte in euangelio dicitur quòd transmigrantes Deum videbunt. ¶ In
8 sabbato † legitur euangeliū in quo dicit ℣ licet Ioan. præcurrit, tamen Petr. sequens citius in monumentum intrauit, & postea Io. Hi, prout dictum est ibi, sunt duo populi. Petrus significat gentes, qui posterius venerunt ad notitiam passionis, sed tamē primitus crediderunt. Ioannes synagogā, qui in lege & prophetis prius audiuit domini passionem, sed nondum credere in mortuū voluit: credet autē cum Israel saluus fiet.
9 ¶ De † his duobus populis, scilicet credentibus & non credentibus loquitur Petrus in epistola. Deponentes &c. De credentibus dicitur in introitu. Eduxit dominus populum scilicet in exi. Eduxit enim dominus Israel de Aegypto, cum auro & argento, sed in illis in deserto murmurantibus, & ideo pereuntibus, eduxit eos qui non murmurauerunt de deserto in terram promissionis, & propter eosdem dimittimus graduale, & duplicatur allelu-Ia: quia tunc neophyti laborant: nunc Deum voce, & opere laudant: Ad eosdem pertinet ipsa Laudate pueri domi. totus enim ille psal. ad electionem dirigitur gentium, quod ex illo fine probatur. Qui habitare facit sterilem in domo. Eisdem pueris conuenit, quod canitur in offertorio: Benedictus, qui venit in nomine domi. Hunc enim versiculum cantauerunt pueri occurrētes domino ad passionem venienti. Quod sequitur. Benediximus vobis de domino. diadiecit mater Ecclesia, dicens pueris suis. Benediximus vobis, id est, signauimus vos baptismos, nos qui sumus familia domini, quia dominus Deus illuxit nobis. sequens versus: Hæc † dies. ad gaudium spectat credentium. ille alius: Lapidem, quem reprobauerunt ad suggillationem pertinet Iudæorum ad eosdē credentes pertinet post cōmunio. Omnes qui in Christo &c. pertinet igitur officium istud ad pacificos, qui filij Dei vocabūtur. Dedit enim dominus his, qui credunt in nomine eius filios Dei fieri quibus datur sapientia perfrui.

SVMMA.

1 *Dominicæ primæ à Paschate, officium, & nume. 2. 4 & 6.*
3 *Apocalypsis, & Epistolæ canonicæ, leguntur à resurrectione, idque iure.*
5 *Missæ dominicæ secundæ à Paschate, expositio.*

De prima dominica post Pascha. Cap. 97.

IN octaua Paschæ † incipit tempus regressionis seu reconciliationis, prout dictū est in prooemio huius partis. ¶ Sanè in hac die dominica in quibusdam Ecclesijs fiunt octaua Paschæ, & dicuntur responsoria de die dominica, & introitus: Resurrexit, & graduale, quod derelictum erat, resumunt, habētes respectū ad generalē resurrectionem ad cuius gloriā per gradus ascēditur, Christi enim resurrectio in octaua ætate facta est. Sed cum Paschalis solennitas significet illam octauam, quæ sequitur † septenarium huius vitæ, quæritur quare habet octauas, cum etiam eius solēnitas

nitas protendatur, non tantum per octo, dies, sed etiam vsque ad diem pent. Respondeo, quia resurrectio futura significata est per circuncisionem, quæ octaua die mandata est, cuius vere circuncisionis octo sunt beatitudines, quarum octaua redit ad primam, & ideo ad representandum has beatitudines solennibus octo dierum officijs celebramus octauas dominicæ resurrectionis, quæ est causa & signum nostræ futuræ resurrectionis. Has beatitudines coaptat Augu. in lib. de doctrina Christiana, septē spiritibus omittens ultimā, quia redit ad primam. gradatim enim à timore peruenitur ad sapientiam. vnde initium sapientiæ timor domini. de hoc dicetur in prooemio septimæ partis. Quia ergo nouiter baptizati sunt pueri, & quia multos nouellos in quadragesima genuit Ecclesia, & quia in illo tempore fuerunt Apostoli pueri, propter quod dominus fuit cum eis quadraginta diebus post pascha instruens eos in fide, ut possent omnino fieri spirituales & ut urerentur igne Spiritus sancti, propter istas tres causas siue nouitates instruit nos ecclesia in fide in hoc tēpore. Et ideo in prima quindena leguntur Apocalyp. & acta Apostol. in quibus libris habetur de septem signaculis, videlicet de incarnatione, natiuitate, &c. quæ Christus solus aperuit, quæ sunt maxima principia fidei nostræ. postmodum in alia quindena cātatur in respōsorijs de psalmis, & in lectionibus leguntur Epistolæ canonicæ vsque ad ascēsionem domini, ut supra fidem ædificentur bona opera: Psalmi enim & epistolæ bona opera designant. ¶ Et attende, quod ante
3 † resurrectionem lex & prophetę legebantur post resurrectionem uero Apocalip. & epistolæ canonicę quæ sunt Apostolorum scripta, leguntur, & cantibus iubilantur. Lex enim & prophetæ Christi passionem & resurrectionem prædixerunt: sed Apostoli iam facta annuntiauerunt, & testificati sunt, ideoque responsorium illud cantatur. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis. Rationabiliter quoque legitur Apocalyp. & cantatur, eo quod in ea uisio Christi, & angelorum collocutio memoratur. In illa enim uita, quam paschale significat tempus, animæ uisionę Trinitatis, & angelorum cōsortio congratulabuntur. Legitur autem Apoca. cum historia. Dignus es domine: alias incipit Ego sum uitis uera. Quod autem in quodam responsorio dicitur, decantabant populus Israel allelu Ia: & vniuersa multitudo Iacob canebat legitimè & Dauid cū cantoribus cytharam percutiebat in domo domini, illud respicit, q̄ regno Saul destructo, id est, mortis imperio arca, idest, humanitas Saluatoris, in qua sunt manna, id est, uerbum, & tabulæ testamenti, id est thesauri sapientiæ & scientiæ Dei abscōditi in Hierusalem ducitur, & in tabernaculo collocatur, ut æterna pacis visione fruatur: & ad patris ęqualitatem gloriosus exhibeatur. Cum autem superius de temporibus infantiæ Saluatoris paululum dixerimus esse legendum, nunc vero scripta cæterorum Apostolorum, patet quod toto tempore siue ante passionem, siue postea. quo domini præsentia memoratur, cōgruè præcones noui testa. loquuntur videtur quasi ab vberibus sponsi filij consolationis lacte potentur. Hæ nanque scripturæ sunt vbera, de quibus dicitur: Melora sunt vbera tua uino, de quibus nos sic reficiat Deus, cuius misericordia plena est terra. ut omnes de ipsius plenitudine accipiamus. Et † nota, quòd secundum Romanum
4 ordinem leguntur nouem lectiones in dominicis à pascha, vsque ad pente. prout dictum est sub tit. de septem diebus post pascha: propter nouitatem autem triplicem,
5 quæ dicta est, incipit introitus: Quasi † modo geniti, &c. j. Pe. ij. c. In epistola uero in fide instruimur, quæ incipit: Omne quod natum est, ex Deo, uincit mundum, &c. j. Io. v. c. Ostendit fidem per testimonium in cœlo & in terra, & in conscientia. In terra cum dicit, tres sunt qui testimonium perhibēt in terra, spiritus, aqua, & sanguis, quia enim clamore magno dominus emisit spiritum, & quòd ex eo iam mortuo exiuit sanguis & aqua indicium fuit humanitatis, & hi tres, unum sunt, id est, unum significat. Tres perhibent testimonium in cœlo pater in uoce, verbum in carne, spiritus in columba, & hi tres unum sunt, de testimonio conscientiæ sequitur in epistola. Qui credit in filium Dei, iam in se testimonium Dei habet, id est, hoc dictat ei conscientia. sequitur duplex allelu Ia. In domi-

Universidad de Deusto Biblioteca

nicis enim, & festiuis diebus ab hac die usque † ad Pente. canitur duplex allelu Ia, de quo dictum est sub ti. de septem diebus post pascha. & sub sabbato in albis, & sub septuagesima: primum allelu Ia est: Post dies octo. Io. 20. c. Euangelium: Cum esset serò. Io. 20. c. est de duabus apparitionibus. Prima omnibus Apostolis, in ipsa die Paschæ, excepto Thoma: alia, octauo die præsente Thoma, qui uidit & credidit, & tetigit, & dixit: dominus meus, & deus meus. aliud uidit, aliud credidit, uidit humanitatem, & credidit deitatem. & congruit factum interpretationi nominis. Thomas enim interpretatur abyssus: nam profundè intellexit, qui ex eis quæ exterius uidit, deitatis intima penetrauit. postmodum inuitauit nos in euangelio beatus Ioã. ad credendum ab utili, & honesto, utile est enim nobis credere. unde dicitur; Multa signa fecit Iesus quæ non sunt scripta in libro hoc. Post communio est: Mitte manum &c. Ioan. 20. c.

SVMMA.

1 *Dominica secunda a Paschate quid moneat. Et eius officium.*

De secunda dominica post Pascha. Cap. 98.

1 SEquitur † de secunda dominica post Pascha, quia enim per Christi resurrectionem illuxit deus nobis, non tantum paruulis, sed etiam perfectis, ideo hæc dominica de pastoribus est, qui debent plene imitari Christũ. unde introitus est. Misericordia domini plena est terra. ea enim non tantum paruuli, sed & magni repleti sunt. & ideo sicut antecedens dominica fuit de paruulis, sic ista est de perfectis. unde sequitur. Verbo domini cœli, id est, Apostoli firmati sunt, & quia Petrus loquitur ad pastores in epistola, Christus passus est pro nobis, &c. 1. Petr. 2. cap. ideo nunc fiunt synodi, & fit statio apud sanctum Petrum. In fine enim dicitur. Conuersi enim estis ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum. Duo allelu Ia dicuntur; primum, scilicet; Cognouerunt discipuli &c. est de resurrectione, in alijs tamen ecclesijs dicitur. Surrexit dominus Matth. vlt. capit. aliud, scilicet; Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. cap. est de prælatis & mercenarijs. Offertorium est, deus, deus meus ad te de luce uigilo: quia prælati debent semper uigilare; unde in canticis canticorum dicitur; Inuenerunt me uigiles, qui custodiunt ciuitatem; post communio similiter est de prælatis. Ego sum pastor bonus.

SVMMA.

1 *Dominica tertia a Paschate, quid hortetur. aut quo vocet. Et nu. 2. 3.*

De dominica tertia post Pascha. Cap. 99.

1 IN præcedentibus duabus † dominicis ostensum est, quod parui, uel magni, per Christi resurrectionẽ pleni sunt misericordia domini; parui, cũ dicitur in introitu p̃cedentis dominicæ; Misericordia domini plena est terra. magni, cum dicitur ibidẽ; Verbo domini cœli firmati sunt. In hac uero tertia, & in sequentibus duobus dominicis ante ascensionem, hortatur nos ecclesia ad iubilum, & exultationem propter Christi resurrectionem, & ascensionem. unde introitus huius dominicæ incipit: Iubilate domino omnis terra &c. & ibi sequitur allelu-Ia, quia iubilus est exultatio mentis, habita de æternis. soli autem Dei iubilandum est. sequitur psalmus. Dicite nomini eius, id est, hilari operatione ipsum laudate, & sequitur similiter ibi unum allelu-Ia, quia ab vna radice ortum habent alia omnia, id est, à charitate sequitur: Date gloriam laudi eius. & ibidem in fine sequitur triplex allelu Ia, quia à potentia patris, & sapientia filij, & à benignitate Spiritus sancti processit, quòd nos liberauit per passionem, & resurrectionem suam. & ideo laudandus est Deus, licet autem sit exultatio, tamen incutitur timor, ne spes sine timore luxuriet in præsumptionem. Inde sequitur versus: Dicite Deo, quam terribilia,

2 ribilia, † sunt opera tua domine, debet enim timere nouus populus, quia Iudæi excæcati sunt, qui erant populus peculiaris domini, qui licet apposuissent custodes tamen dixerunt: venerunt discipuli eius, & furati sunt eum. & hoc est, quod dicit Psal. Mentietur tibi, id est, ad honorem tuum, quia ex hac magis confusi sunt inimici tui, id est, Iudæi, & sequitur ibi: In multitudine virtutis tuæ. quasi dicat, licet vidissent multa miracula, uidelicet solẽ obscuratum, & petras scissas, in hoc est etiam multitudo virtutis Dei, quod mẽdacia inimicorum vertit in suum honorem. In epi-
3 stola uero monet Petrus † baptizatos, ut ambulent in nouitate vitæ, abstinentes à carnalibus desiderijs, dicens: Obsecro vos fratres, tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs. 1. Pet. ij. capitul. & concordat cum introitu, quia gustato spiritu desipit omnis caro, quędam ecclesiæ dicunt allelu-Ia: Christus resurgens. Ro. vj. cap. Euangelium est de resurrectione: Modicum & iam non videbitis me modicum, id est, à morte usque ad resurrectionem, & iterum modicum, & videbitis me post resurrectionem, & modicum: quia vado ad patrem. Io. xvj.

SVMMA.

1 *Dominica quarta à Paschate, inuitat ad iubileum. Et eius officium. nu. 2. 3. 4.*

De dominica quarta post Pascha. Cap. 100.

1 IN quarta etiam † dominica inuitamur ad iubileum & specialiter inuitantur ad hoc gentes: vn de introitus sumptus est de psalmo inuitante ad canticum, qui incipit: Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Bernardus inquit: Tria
2 fecit † dominus mirabilia in incarnatione sua. Primum, quòd mater esset virgo. Secundum, quod Deus fieret homo. Tertium, quòd prædicta potest credere carnalis homo. sequitur ibi ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam, id est, filium suum. Sequitur uersus Saluauit sibi dexteram eius &c. Et quia per fidẽ vniti sunt duo populi, scilicet gentilis & Iudaicus, ideo in oratione habetur: Deus, qui fidelium mentes unius officis uoluntatis, &c. Rursus, quia ista dominica quarta appropinquat ascensioni, ideo dicitur euãgeliũ. Vado † ad eum qui me misit, & nemo ex uobis &c. Io. xvj. & post, expedit vobis ut ego vadam &c. Ostenditur enim causa iubili, scilicet ascensio huic consonat principium epistolæ beati Iac. j. c. Omne datũ optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum.
Sequitur in euangelio: Cum † venerit pa 4
racletus arguet mũdum de peccato, id est, de infidelitate. fides enim peccatum excludit: unde arguere de hoc peccato, est arguere de omni peccato, & de iudicio, & de iustitia. dicit ergo de peccato, scilicet quod habent, De iustitia quam non habent scilicet sanctorum, quia uado ad patrem, id est in cordibus sanctorum hominum, perducendo eos ad patrem, per cognitionẽ Dei bonam, & extollendo eos ad patris conformitatem, & tamen volunt homines sanctis assimulari. de iudicio, quod nõ timẽt: quia princeps mundi huius iam iudicatus est, & adhuc sequuntur damnatum, & sufficeret de duobus arguere, scilicet de fide quam non habent, & habere possent, si vellent, & de iustitia, siue de bona uita, in qua non imitantur sanctos, & ideo adiecit verbum timoris scilicet de iudicio, quod debent tales subire. Sequitur ibi. Et quæcunque audiet, loquetur. & huic concordat finis epistolæ: Suscipite cum mansuetudine insitum verbum &c. Si enim Spiritus sanctus audit, quæ loquitur, multo fortius debet homo audire, & expectare, donec Deus ipse loquatur, quia qui de ipso loquitur, mẽdacium loquitur.

SVMMA.

1 *Rogationũ dominica, quid moneat. & n. 2. 3.*

De dominica rogationum. Cap. 101.

QVinto † loco sequitur, de dominica rogationũ, in qua instructos 1
per quatuor dominicas, quasi or-

Universidad de Deusto Biblioteca

natos quatuor cardinalibus virtutibus, mo
net annũtiare alijs: ut qui audit, dicat ve-
ni, & cortina cortinã trahat extra de sacr.
vnct.c. unico. dicẽs in introitu qui est Esa.
lxiiij.c. secũdũ aliã translationẽ, uocem iu
cunditatis. i noui testamenti, in quo pro-
missa redduntur nõ terroris, sicut vetus lex
fuit, annuntiare &c. Hæc aũt dominica di-
2 citur † rogationũ propter propinquã ascẽ
sionẽ domini, quam quia nos se sui nõ pos
sumus, ideo in oratione docemur petere
duo, quæ petenda sunt, scilicet ut cogno-
scamus & faciamus. Dicit enim oratio: Lar
gire quæsumus domine supplicibus tuis sẽ
per spiritum cogitandi, quę recta sunt, pro
pitius & agẽdi &c. Vnde in epistola redar
guit beatus Iac. eos, qui uolunt cognosce
re, & non facere dicens: Estote factores ver
bi, & nõ auditores tantũ &c. Iac j.c. quędã
ecclesiæ dicunt allelu Ia. Nonne cor no-
strũ ardens &c. Lu. vlt. c. & usque modo &c.
3 Io. xvj. c. In euangelio uero: Amen amen
dico vobis &c. Io. xvj. c. ostendit quid de-
beamus petere, scilicet æterna dicens: vs-
que modo nõ petistis, quicquam. qui enim
petit temporalia, nil petit, quoniam in eis
quæ non quiescunt, quies esse non potest,
unde sequitur: Perite, & accipietis, quia de
xtra domini semper aperta est.

SVMMA.

1 *Rogationes quo tempore fiant. & cur cantentur litaniæ.*
2 *Litania maior, à quo & quorsum instituta. Et a quo minor. nu. 4.*
3 *Litaniæ siue rogationes habent processionem septiformem. Et qua id significatione. Et vnde dicta minor litania. nu. 4.*
5 *Sanctos cur rogemus.*
6 *Litaniæ qualiter fiant: quidque habeant. & nume. 7. 9. 10. 11.*
8 *Vexilla cur ferantur in processione.*
12 *Litaniarum Missa, & eius expositio. Et numero 13. 14. 15.*

De Rogationibus. Cap. 102.

1 IN tribus diebus † ante festum ascensio
nis domini fiunt rogationes, quæ dicũ
tur litaniæ λιτανεία autem græcè, apud
nos supplicatio seu rogatio est. In qua ec-
clesia sancta Deum rogat, vt qui destruxit
concilium Architofel, destruat consilium
eorum, qui volũt viuere super pacem eius,
tunc etiam supplicamus Deo, ut nos à mor
te subitanea & ab omni infirmitate defen
dat, rogamus vero sanctos, vt pro nobis
apud Deum intercedant. Et denomina-
tur græco uocabulo λιτανεία propter au-
thoritatem linguæ græcè, prout dictum
est sub Pascha. Est † autem duplex lita- 2
nia, scilicet maior & minor. Maior est
in festo beati Marci, quæ inuenta fuit à
beato Gregor. propter pestem inguinariã,
siue inflaturam inguinum, cuius institutio
nis causas Paul. montiscascini monachus
longobardorũ historiographus ita descri-
bit, dicens, quod tempore Pelagij Papæ
tanta fuit inundatio aquarum, per Italiã,
quod aquæ ascenderunt vsque ad superio
res fenestras templi Neronis, quòd erat
Romæ: nec aquæ intrabant templum, tũc
per Tyberim effluxit multitudo serpen-
tum, inter quos fuit maximus draco, ex
quorum flatibus aer est corruptus, & inde
emersit pestis inguinaria, qua homines pas
sim & subito moriebantur, & cum penè
totus Romanus populus deleretur, Pela-
gius Papa omnibus ieiunium & processio-
nem indixit. Sed in ipsa processione ipse
cum septuaginta alijs expirauit, cui substi-
tutus est Gregor. primus, qui & magnus di
ctus est, & hanc litaniam ubique terrarum
seruari præcepit. Litania ideoque hæc di
citur Gregoriana uel Romana. Vocan-
tur etiam cruces nigræ, quoniam in signũ
mœroris ex tanta hominum strage, & in si-
gnum pœnitentiæ homines nigris vesti-
bus induebantur, & cruces & altaria nigris
uelabantur. Tertio, etiam modo † dici- 3
tur processio septiformis, eo quòd beatus
Gregor. septeno ordine iri in ea in maio-
ribus ecclesijs ordinauit. In primo or-
dine sunt clerici. In secundo, religiosi.
In tertio, sanctæ moniales. In quarto, pue-
ri. In quinto laici perfectæ ætatis. In sexto
viduæ & continentes. In septimo coniuga
ti. ¶ In alijs uero ecclesijs, quod non possu
mus in numero personarum, supplemus in
numero litaniarum. Nam septies litaniam
dicere debemus prius, quam insignia depo
namus. Contigisse autem dicitur Ro-
manis præmissa inguinaria pestis, pro
eo

eo quòd cum in quadragesima continẽter
uixissent, & in Pascha corpus domini rece
pissent, postmodum ludis, comessationi-
bus, & luxuriæ frena laxabant. Fuit quidẽ
tam sæua hæc pestis, ut ubique homines
subito perimeret: ita q̃ sicut dicitur, cum
aliquis sternutabat, sæpe spiritum emitte-
bat. unde cum aliquis sternutabat, audiẽs,
statim accurrens, dicebat: Deus te ad-
iuuet. Et abinde, ut dicunt, hæc adhuc con
suetudo seruatur, ut audiens aliquem ster-
nutantem, statim dicat: Deus te adiuuet.
¶ Rursus, ut fertur, cum tunc aliquis osci-
tabat, frequenter subito spiritum emitte-
bat, unde cum aliquis se uelle oscitare
sentiebat, continuo signum crucis sibi im-
primere festinabat, quæ consuetudo simi-
4 liter usque hodie obseruatur. Minor † ue-
ro litania, quæ etiam rogationes & proces
siones uocantur, fit tribus diebus ante ascẽ
sionem, quæ sicut legitur in Bucardo libr.
13. ca. Exigentibus inuenta est apud Vien-
nam a beato Mamerto episcopo Vien. qui
propter pestem luporum, & aliarum fera-
rum in Galijs acriter homines perimen-
tium, & propter periculosos terræmotus,
illic crebro contingentes indixit populus
ieiunium triduanum, & litanias instituit.
Cessante uero illa persecutione, ieiunium
illud in consuetudinem annuæ obserua-
tionis deuenit, & sicut quidam referunt,
fuit per ecclesiam confirmatum, ut uniuer
saliter obseruetur. dicitur autem hæc lita
nia minor, quia a minori, scilicet a simpli-
ci episcopo, & in minori loco, scilicet in
Vienna inuenta est. Illa uero dicitur ma-
ior, quia in maiori loco, scilicet Romæ, &
a maiori, scilicet a magno Grego. & pro
magno, & grauissimo morbo inuenta est,
minor tamen antiquior est tempore: nam
instituta fuit tempore Zenonis Imperato-
ris. Maior uero tempore Mauritij Impe-
ratoris. Fiunt etiam litaniæ propter plu-
res alias causas: unde Liberius Papa sta-
tuit, ut pro guerra, pro fame, pro pestilen
tia, & huiusmodi aduersitatibus imminen-
tibus semper litania fiat, ut sic ista per sup
plicationes, orationes, & ieiunia effugia-
mus. Quia ergo hoc tempore maximè
bella emergere solent, & fructus terræ, qui
adhuc in teneritate, uel flore sunt pluri-
bus modis facilè corrumpi solent, ideo
hoc tempore fiunt litaniæ, ut rogemus
deum, q̃ talia a nobis auertat, & ab aeris
intemperie, & a bellis, & ab hostibus Chri
stianæ religionis nos eripiat, & defendat,
super hoc patrocinia sanctorum speciali-
ter & generaliter implorantes, & ideo ro-
gationes uocantur, dicuntur etiam proces-
siones, quia tunc ecclesia processionem fa-
cit generalem. ¶ Et est † notandum, quòd 5
rogamus sanctos propter nostrã inopiam,
propter eorum gloriam, & propter dei re-
uerentiam, quando autem litaniam pro
imminentibus periculis in pœnitentiali,
& flebili habitu facimus, illam ultimam
processionem mulierum plangentiũ post
dominum, quando ducebatur ad crucem
repræsentamus, plangentes iuxta manda-
tum domini super nos, & super filios no-
stros, fiunt etiam hoc tempore litaniæ,
quia Christo ascendente, qui dixit: Pe-
tite, & accipietis, confidentius ecclesia
petit. Ieiunat enim tunc, & orat, ut pa-
rum habeat de carne, propter carnis ma-
cerationem, & acquirat sibi alas per ora-
tionem, quæ est ala, qua anima uolat in
cœlum, ut sic Christum ascendentem libe
rè sequi ualeat, qui ascendit pandens iter
ante nos, & uolauit super pennas uento-
rum, & hæc est causa, quare ultimam lita-
niam, siue ultimum ieiunium ascensioni
continuamur, vt uidelicet propter ora-
tiones, & ieiunia deposita mole carnis Chri
stum ascendentem sequi possumus. ¶ In li
tanijs † ergo fit processio, & cantatur in 6
quibusdam ecclesijs in principio proces-
sionis. Exurge domine &c. Frequentãdum
etiam esse, & a pueris dicendum illud can-
ticũ euangelicũ: Sancte deus, sancte fortis;
sancte & immortalis miserere nobis. Nam
Ioan. Damascenus refert in libro tertio
cũ apud Constantinopolim propter quan
dam tribulationem fierẽt litaniæ, quidam
puer è medio populi raptus est in cœlum,
& hoc canticum ibidem edoctus, demum
ad populum rediens, illud in conspectu o-
mnis populi decantauit, & mox omnis tri-
bulatio cessauit quod cãticum Calcedõn.
synodus approbauit. Huius ergo cantici
laus & authoritas colligitur. Primò, ex
eo, quòd angelus illud docuit. Secundò,
ex eo, q̃ ex eius prolatione illa tribula-
tio cessauit. Tertiò, ex eo, q̃ tũ concilium
ap-

Universidad de Deusto Biblioteca

approbauit Quarto, ex eo, quòd dæmones
7 illud ualde timent. ¶ † Cæterum in proces
sione ipsa pręcedũt crux & capsa reliquiarum sanctorũ, ut uexillo crucis & orationibus sanctorũ dæmones repellãtur, ut dictũ
8 est in quarta parte, sub titu. de accesione pontificis ad altare. Portantur etiã † ve
xilla, ad representandum victoriam resurrectionis, & ascensionis Christi, qui cũ magna præda cœlos ascendit. Vnde uexillum per aera incedens, est Christus in cœlum ascendens. Et sicut vexillum in processione ipsa multitudo fidelium sequitur, sic & Christũ ascendentẽ magna sanctorũ collectio comitatur. Portantur etiam vexilla ad imitationem eius, quod dicitur in Esa. ij. c. Et leuabit dominus signum in nationes, & cõgregabit profugos Israel & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terrę. Qd uero cruces & uexilla portantur, à Constantino sumpsit ecclesia, qui cum in somnis crucis signum vidisset: eique dictũ fuisset: Vinces in hoc signo, iussit crucem in ve
xillis bellicis insigniri. Quòd in litanijs crux maior à crucis baiulo de altari sumit recolit, quod de Christi humeris tulit eã
9 Simon Cyreneus. ¶ In quibusdam † locis fit litania per campos ut etiam à segetibus dæmones expellantur, uel potius ut à domino conseruentur. Cantus autem in processione, quid significet dictum est in præcedenti titulo de accessione pontificis ad altare. Consueuit quoque quidam draco cum cauda longa erecta, & inflata duobus primis diebus ante crucem, & uexilla præcedere. Vltima uero die, quasi retro aspiciens cauda uacua, atque depressa retro sequitur. Nempe draco iste, significat diabolum, qui per tria tempora, scilicet ante legem, & sub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies significantur, homines fefellit, & nunc fallere cupit, in duobus primis tẽporibus regnauit, & quasi dominus orbis fuit cauda longa, id est, potenter, & inflata, id est, superbè incedens, vnde Christus illum mundi principem vocat. & Ioã. ait in Apo. draco de cœlo cadẽs, traxit secum tertiam partem stellarum, id est, hominum. & dominus in euangelio. Videbam Satanam tanquam fulgur cadentem de cœlo, in cuius rei figuram, duobus diebus modo prædicto præcedit. In tempore uero gratiæ per Christum victus est, & data est Apostolis eijciendi spiritus immũdos potestas, propter quod tertia die draco quasi potestate propter fidei dilationem amissa, post crucem sequitur, cauda uacua & demissa, & nõ longa, quia non audet ita potenter regnare, ut prius, sed per suggestiones, & latenter homines seducit, quos videt pigros in bonis operibus, & remissos. nec uiam uitæ sectantes, quasi fur retro aspiciens, si quis oberret, & à rectitudine fidei cadat, quem ad se quasi caudam trahat, & sibi incorporet, sicut & in deserto filios Israel infirmos & debiles, & qui aberrantes remanebant vltimi hostes post tergum uenientes necabãt. In litanijs † de-
10 bemus secundum Aurelianeñ. concilium ieiunare, uel saltem cibis quadragesimalibus, & cappis nigris. in signum pœnitentiæ uti, nec debet quis uti veste solenni, propter quod uocãtur processiones nigræ, nõ tamen debent cruces nigræ uocari, de con
11 sec. dist. iij. rogationes. ¶ In litanijs quoque debent omnes à seruilibus † operibus uacare, scilicet uiri & mulieres, serui & ancille. de cons. dist. iij. rogationes. & donec terminẽtur, processioni adesse: ut sicut omnes peccauerũt, sic & omnes pro uenia supplicent, omnes ad Deum corda cum manibus eleuent, id est, studium orationis erigant. Post processionem cantatur missa
12 † in aliqua Ecclesia, & est introitus, Exaudiuit, &c. Rememorat enim ecclesia præterita Dei beneficia ad maiorem spẽ, & Dei largitas inuocatur, ut per hoc conijciat futura. Ex eo enim quod multoties exaudiuit, perpẽditur quod adhuc exaudiet. exaudiuit inquam de tẽplo sancto suo; scilicet per gratiam, & quia non potest huiusmodi esse exauditio sine dilectione, sequitur versus. Diligam te, &c. Iterum, quia non exaudiuntur, nisi per confessionem, ideo dicit Iaco. in epistola. Confitemini alterutrum peccata vestra. quæ est Iaco. vlt. c. Et ut maior spes habeatur adhibet exemplũ de Helia, qui petijt, ut non plueret, & non pluit annis tribus, & mensibus sex, etiam postea petijt quod plueret, & pluit. Si enim Helias solus exauditus est, multo fortius tota ecclesia exaudietur. Manus enim domini non est abbreuiata. Sequitur unum Allelu-Ia. Confitemini. ¶ Sed † cũ in diebus
13 antece-

antecedentibus, duplex Allelu-Ia cantetur, quare in his diebus vacum tantum dicitur? Item cum in alijs ieiunijs, non dicatur Allelu Ia, quare in hoc dicitur? Ad primũ dicimus, q̃ sicut sæpe dictũ est duplex Allelu-Ia, cantatur in antecedentibus diebus, propter duplicem stolam, quę habebitur in resurrectione communi, animæ videlicet & corporis. Officiũ autem paschale, quod hoc significat finitum est, & ideo remota causa, remouetur & effectus j. q. vij. quod pro medio. extra de app. cum cessante. & de iureiur. & si Christus. Ad secundũ dicimus, quod ideo in alijs ieiunijs non cãtatur allelu Ia, quod est canticum lætitiæ: quia fiunt pro peccatis, propter quod dicũtur ieiunia mœroris: hoc autem ieiunium, & ieiunium Pẽtec. sunt exultationis, quia non fiunt pro peccatis, sed ut potestas diaboli remoueatur & pestis, & ideo in eis allelu Ia cantatur. Præterea, in hoc ieiunio dicit allelu Ia, propter gaudium Ascensionis, quod imminet. In euangelio vero. Si quis vestrum, &c. Luc. xxj. c. ostenditur, q̃
14 debemus † petere perseueranter per amicum, qui dicit amico: Amice, commoda mihi tres panes, &c. si perseuerauit pulsans propter improbitatẽ eius surget, & dabit ei. per hoc habetur, quòd etiam existens in peccato mortali, si perseueranter petierit exaudietur, ppter improbitatẽ. Allegoricè amicus noster, est Christus, à quo intellectus theoricus petit tres panes, scilicet fidem, spem, & charitatem, quia amicus. id est intellectus practicus, scilicet ratio inferior, venit de via. i. de consideratione tẽporalium. Sequitur. Et non habeo, quid ponam ante illum, quia non inuenit in talibus spiritualem refectionem, & sic petit superior intellectus pro inferiori, vel pro tota anima, non enim potest habere anima vel ratio inferior aliquam refectionem spiritualem, nisi ab intellectu superiori cuius est contemplari cœlestia. Sequitur postea ibidem: Nunquid, si petierit panem, id est, charitatem, lapidem dabit ei, id est, indurationem. quod est contrarium charitati, id est, nunquid dabit contrarium. q. d. non. Similiter, si petierit piscem, id est, fidem, quæ nutritur in aquis baptismi, nunquid pro pisce dabit ei serpentẽ, id est, infidelitatẽ, à qua est omnis vis peccandi. q. d. nõ. Aut si petierit ouum, id est, spem: quia in ouo est spes pulli: nunquid porriget ei scorpionem, id est, desperationem, quę retro & occultè pungit, sicut scorpio. Desperantium enim est retro abire. q. d. non. vel per panem intelliguntur omnia, quæ hominis victui sunt necessaria, ut cibus & potus, per ouum, omnia gene. fœtuum animalium, & fructuum, per piscem, omnia gene
ra natantium. ¶ † Postcommunio. Petite 15
& accip. sumpta est de euangelio. ad horas dicitur capitulum: Confitemini & illud, Helias homo erat. & illud. Si quis errauerit, qui sunt Iac. v. cap. ¶ In festo autem beati Marci dicunt, quidam epistolam. Qui timet Deum. quæ est Eccle. xv. cap. alij dicunt. Similitudo vultus, quæ est Exezch. c. ¶ Euangelium, Ego sum vitis, quod est Io. xv. cap. alij uero dicunt. Designauit. Secunda quoque die rogationum, est idem officium, quod in prima, nisi quia in quibusdã ecclesijs euangelium de Matt. legitur, in quo est eadem sententia, &c.

SVMMA.

1 *Ascensionis vigilia, quod habeat officium. Et nume. 2. 3. 4.*

De vigilia Ascensionis. Cap. 103.

Q VIA vero ieiunium, de quo † præmissum est, 1
non sufficit sine operibus misericordiæ, ideo in vigilia Ascensionis, q̃ est tertia dies rogationũ, ecclesia monet ad opera misericordiæ, dicens in introitu, qui est in quibusdam ecclesijs: Misericordia domini &c. Dicit enim Gregor. Si vis orationem tuam ad cœlum uolare, fac ei duas alas, scilicet ieiunium & eleemosynam. Cum bonis enim desiderijs uolamus ad cœlum. Vnde de domino dicitur, eleuatis manibus ferebatur in cœlum. In alijs tamen Ecclesijs dicitur Omnes gentes. Epistola uero, quæ est in quibusdam Ecclesijs: Multitudinis. non videtur concordare. imo uidetur præposteratio, quia post Ascensionem domini factum est, ut multitudinis credentium esset cor

Universidad de Deusto Biblioteca

unum & una anima. Sed hoc fit duabus de causis. Prima, ut epistola consonet euangelio. Subleuatis oculis &c. Ioan. xvij. c. In quo dicit dominus: Pater, clarifica, id est, manifesta filium tuum. Et postea rogat, dicens: Rogo, ut unum sint, sicut ego & tu unum sumus. extra de sum. tri. c. ij. Hæc autem unitas ostēditur in epistola. Alia causa est: quia quando ex uero corde dantur eleemosinæ, omnia reputātur communia, sicut dicit Apostolus de manna, quod qui plus collegit, non plus abūdauit: & qui minus, non habuit minus: qui enim diues est, propter hoc non debet amplius comedere: sed alijs distribuere: & hoc dicitur in epistola. Et erant illis omnia communia.
2 Ideo † autem prēdictum euangelium dicitur hodie: quia qui passurus orauit, hominibus innotuit, cum ascendit: uel quia in fine concluditur: Ego ad te uenio, in quo rogat pro his, quos dedit ei pater, ut sint in patre unum: cum omnia sint in fide, & charitate unum, id est, concordia uniti uicissim: unde procedit epistola: Multitudinis credentium. Hilarius uerò sic exponit prēdicta uerba: Rogo, ut sicut ego & tu, unum sumus, scilicet non tantum uolūtate, sed etiam natura: sic & ipsi unum sint, scilicet unitate spiritus, & gratia spiritus sancti, in alijs tamen ecclesijs dicitur epistola: Vnicuique uestrum. ad Ephe. 4. cap. Offertorium est: uiri Galilæi. Act. j. c. Post
3 † communio est: Non uos. Ioan. 14. cap. In alijs uero ecclesijs dicitur: Petite. Matt. 7. cap. Quia ergo in hoc officio de eleemosina & operibus misericordiæ agitur, ideo in quibusdam locis, ut præmissas sibi alas acquirant, eleemosinarum largitioni intēdunt, quam tamen usque in festum Ascensionis differunt. quasi tunc post Christum in cœlum aduolent: & ut tunc liberius uacare possint. Quidam tamen non incongruè supradicta officia paschalis hebdomadæ per septem dona spiritus sancti ad eos referunt, qui sunt in baptismo renati, ut renatus afflatus spiritu sapientiæ dicat: Resurrexit. Per quod resurrexit, euangelium declarat, s. per resurrectionem domini: quid inde acquisierit, spiritus instruit intellectus, dicens: Introduxit nos in terram, s. ecclesiam, & adhuc addit spiritus consilij aqua sapientiæ potauit eos. Quid inde quoque acquirere debeat spiritus indicat fortitudinis, dicens: Venite benedicti patris mei: quòd ex his collatis beneficijs Deum laudare debeat spiritus scientiæ, docet dicens: Victricem &c. Quid resurrectio renatis attulerit, indicat spiritus pietatis, dicēs: Eduxit eos dominus in spe, & adhuc spiritus timoris adiungit, dicens. Eduxit dominus populum suum. Pro his omnibus beneficijs in baptismo collatis hominibus angeli gratulantur: homines Deo confitentur, & ad Christi præconia se inuicem exhortantur, gratias agunt, iubilant beneficia, & beneficiorum causas rememorant, & ad maiora confidenter aspirant, & circa hoc cæteræ partes officiorum subscriptæ hebdomadæ uersantur; & inde
4 est, q̄ hic mutatur ordo bonorum. † Et attende, quòd per officia huius hebdomadæ ad quatuor introitus quater; & ad tres, ter ponitur allelu Ia; quia sancta trinitas, à quatuor mundi partibus collaudatur de Christi resurrectione; & de hominum redēptione. In prima Dominica, id est, quasi modo geniti baptizati monentur a matre, tanquam infantes innocētes uiuere, & lac sanctæ scripturæ concupiscere; ut paschale sacramentum, per Christi resurrectionem acquisitum moribus, & uita teneant, mundum uincant; ut cum Christo triumphent, & lætitiam in corpore, & in anima simul obtineant, propter quam lætitiam allelu Ia duplicatur; quia mortem euaserunt; & spem uitæ habere meruerunt; uel propter actionem, & contemplationem, uel propter gaudium prædicatorum, & conuersorum. ¶ In secunda uero Dominica, scilicet misericordiam domini baptizati iam instructi Christi misericordiam intonat, & trinitatem prædicant; nam in misericordia spiritum, in uerbo filium, in deo patrem annuntiant; præponunt uero spiritum, per quem sunt sanctificati. Deinde filium, per quem redempti; deinde patrem, cui reconciliantur, & quia trinitatem concinunt, ideo ter iubilat allelu Ia. ¶ In tertia dominica, scilicet iubilate. baptizati ad laudem dei totum mundum inuitant, & trinitatem personant, cum ibi in deo patrem, in filium, laudem, spiritum sanctum accipiunt. Et quia per duo præcepta charitatis firmantur in fide trinitatis; ideo prius bis,

bis, deinde ter concinunt allelu Ia. ¶ In quarta dominica. scilicet Cantate: rursus baptizati ad dei laudem gentes conuersas inuitant, & trinitatem commemorāt: dum ibi in domino patrē per mirabilia filium, per iustitiam intelligunt. s. s. & quia fidem trinitatis gentes a quatuor mundi partibus acceperunt: ideo trinitatem sub quarto allelu Ia concinunt. In quinta dominica, s. Vocem iucunditatis rursus baptizati liberatorem suum gentibus suis annuntiauerūt qui trinitatem per ter positum concinunt allelu Ia. Et sicut ibi continetur, instantia prædicantium fit in officio. Exaudiuit de templo sancto suo solicitudo se ab errore conuertentium. & ideo in officio uigiliæ, omnes gentes, applausus in cœlo intelliguntur ascensurum.

SVMMA.

1 *Ascensio Dominica, habet processionem. Et cur idipsum.*
2 *Ascensionis Dominicæ Missa: eiusq; expositio. & nu. 3. 4. 5.*

De festo Ascensionis domini. Cap. 104.

1 IN festo † Ascensionis domini, quod celebratur die quadragesima post pascha: quia Christus die quadragesima post resurrectionē cœlos ascendit, fit processio solennis: præcepit. n. dominus discipulis suis, ut præcederent in montē Oliueti, ut uiderent ipsum ascendere, & fecerūt ei processionem; & ipse eleuatis manibus ferebatur in cœlum. De hoc dictum est in iiij. parte sub tit. de access. pont. ad altare. Hæc processio, significat accessum de uirtute in uirtutem, & cantatur responsoriū de Ascensione, ut inuitemur ad ascendēdum post dominum. De Bethania autē, quæ interpretatur obediētia, de qua eduxit Apostolos ascēdit dominus: per quod significatur quod sine obediētia nullus potest ascēdere in cœlum. Vnde quidam cantant in processione respōsoria pertinentia, ad ipsam eductionē: ut eduxit dominus. Quòd uero ascendit de monte Oliueti, significat q̄ per opera misericordię oportet nos ascēdere: Cum igitur hac die processionem rationabiliter agamus nihilominus, & hoc rationabilius est, q̄ non celebretur antequam tertia dicatur; sed ea cantata licet in die paschæ & cæteris dominicis aliter fiat, & in paschali processione, & in dominicalibus aqua benedicitur in memoriam, & uenerationem baptismatis: ideoque præcedunt tertiam, in qua spiritus sanctus super discipulos ascendit, ut sicut prius baptizamur, & postea spiritum sanctum accipimus, sic aqua benedicta prius nos, & loca nostra aspergimus, & postmodum aduentus spiritus sancti memoriale, id est, tertiam decantamus. Cur autem in dominicis diebus baptismatis memoria renouetur; superius enodatur. in hac uero die tertia cantata processio celebratur: similiter & omnes aliæ quæ fine aquæ benedictione celebrantur; tum ut missę coniungantur officia; tum quia nullus eam sequitur, nisi sanctificatus spiritu sancto. De hoc etiam sub dominica in ramis palmarum dictum est. Facta processione cantatur antiphona: O Rex gloriæ. propter illud, non uos relinquā orphanos, Sequitur † introitus, 2
Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cœlum. Immotis enim oculis aspiciebāt & diutius aspexissent, nisi angeli eis intimassent, quod recederent dicentes. Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum; sic ueniet quemadmodum uidistis eum ascendentem in cœlum. id est, sic ueniet ad iudicium in nube. Nubes significāt gratiā; quia sine nubæ, & sine gratia nullus potest ascēdere, etiam Christus secundum, quod homo, & hoc significat nubes in qua ascendit: quia uero de Ascensione domini est ineffabile gaudium, ideo sequitur uersus: Omnes gentes plaudite manibus. Sequitur epistola: Primum † quidē sermonem 3
&c. Act. j. c. in qua habetur de Ascensione, postea sequitur duplex allelu Ia: quia dominus ascendit in duplici stola. & ita eadē ratione cantantur duo allelu Ia in Ascensione, quæ durant usq; ad Pente. quia & in tpe Paschali primū allelu Ia est: Ascendit deus in iubilatione, id est in gaudio ineffabili antiquorum patrū, qui cum eo ascendebant: & Apostolorum & angelorū dicentium: Quis est iste rex gloriæ? Esa. Quis est iste qui uenit de Edom? Sequitur, & dominus in uoce tubę, i. in uoce horribili: quia

Universidad de Deusto Biblioteca

quia de voce loquitur Angelorum, vel dominus per Angelos, cum dicebat Apostolis. Sic veniet, &c. Vel quia inuitabat ad nuptias æternas, sicut & tuba solebat antiquitus inuitare ad nuptias temporales. Secundum alleluia est: Ascendens Christus in altum, aliqui tamen dicunt. Non uos. Io. xiiij. c. Sequitur euangelium Marci rugientis, vlti. cap. Recunbentibus vndecim discipulis &c. Vbi sequit. Et exprobrauit: ecce rugitus. in fine habetur de ascensione. Dominus quidem Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Potest etiam dici, quod eorum quæ hac die cantantur, quædam sunt Ascensionis peractæ narratio, vt illud, quod narrat Ioan. post passionem, &c. & illud, Ascendit Deus, &c. Quædam sunt consolatio sponsi ad sponsam. vt illud. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. & illud. Tempus est ut reuertar & illud: Si non abiero, Paracletus non veniet, quædam sunt congratulatio sponsæ ad sponsum, ut illud responsoriũ. Exaltare domine, & illud. Ponis nubem. In narratione spes concipitur, in consolatione erigitur, in gratificatione certificatur, vel declaratur, similiter in diurno officio narratur ascensio in epistola, & in euangelio ibi dicitur, quod dominus † assumptus
4 est in cœlum, & sedet ad dexteram Dei, in æqualitate patris. & in allelu-Ia dominus in Syna. consolatur sponsus. In alio allelu Ia. Non uos relinquam, congratulatur sponsa. In offerenda, narratur perfecta esse ascẽsio & in communione dicens, Psalite Deo: qui ascendit super cœlum cœli ad orientẽ, hoc est vsque ad uerbum sibi personaliter vnitum, quod non dicitur ortum vel oriturum, sed oriens, quia semper filius à patre procedit, vel super cœlum cœli ad orientem. Hoc est ad firmamentum cœli ad oriẽ
5 talem plagam. Quod autem † cantatur in introitu & offertorio. Viri Galilæi. sumitur de epistola, in qua clausula percutitur eorum superbia, qui transfixerunt, & eorum mundana sapientia, qui non cognouerunt, & eorum pigritia qui talenta sibi commissa cum lucro debito non reportauerunt, & solicitatur eorum desiderium, qui aduentum domini diutius expectauerunt. Hoc enim totum officium consistit in solicitudine & gaudio. Hoc enim festum habet decem dies pro octauis, ut dictũ est sub titu. de sancto pascha. Hac die fiunt in quibusdam partibus eleemosynæ generales, ut dictum est in præcedenti tit. & in titu. de rogationibus. Dicitur autem in hac die ad horas can. Primum quidem. & illud: Cumque intuerentur. & illud: Viri Galilæi, quæ sunt. act. j. cap.

SVMMA.

1 *Dominica post Ascensionem, eiusque diei officium, & nu. 2.3.4.6.*
5 *Dauid triplex vnctio.*
7 *Ieiunandum an sit à tempore Paschali.*
8 *Ascensionis octaua, quando terminetur.*

De Dominica post Ascensionem. Cap. 105.

1 VNC consequenter † dicendun est de dominica post ascensionem. Siquidem ablato à se sponso, magis deuota est ecclesia, vnde orat in hac dominica in introitu. Exaudi domine uocem meam, qua clamaui ad te. Et sequitur ibi. Vultum tuũ domine requiram. q.d. desiderio & cogitatione sequar te: quia sũ filia aquilæ. ¶ † Se 2
quitur epistola: Estote, & c. j. Pet. iiij. ĩ qua habetur vnusquisque sicut accepit gratiã illam in alterutrum administret, de commisione talenti, & quod mutua charitate sectemur nos, & simus hospitales inuicem sine murmuratione, &c. Sic enim adaptat nobis pennas uirtutum, quibus volare possumus ad cœlum post Christum, quia bonis operibus, scilicet charitate, & misericordia, quasi de mõte Olieti ascẽdimus. Sequitur duplex † allelu-Ia, vnum est in
quibusdam ecclesijs dominus in: Syna in 3
sancto. Sed quid est, quòd dicit dominus in Syna, cum non ascendit de mõte Syna, sed de monte Olieti de Bethania, sicut habetur Luc. vlt. Ad quod dicendum est, q̃ de Syna in sancto ascendit, quantum ad interpretationem. Syna enim, interpretatur mandatum ascẽdit enim de sancto mãdato, quod est. Ite, & prædicate euangeliũ omni creaturæ. Vel mãdatum factum est.

Nego-

Negotiamini, dum uenio. ipse est enim homo peregrè proficiscens, qui uocauit seruos suos, &c. Vel de sancto mandato ascendit, quia per impletionem mandatorum Dei ascendit Christus in quantum homo,
4 & alij post ipsum. ¶ † Euangelium vero, est de promissione Spiritus sancti. Cum venerit paracletus, qui à patre procedit, Spiritus veritatis, & c. Io. x. cap. alia patẽt. Richardus episcopus Cremon. dixit in mitrali, quòd apostoli post primam vnctionem, quam in Christi morte susceperant, in sufflante illo dicente: Accipite Spiritum sanctum, secundam expectabant, quam promiserat dominus, dicens: Si abiero, mittam paracletum ad vos. Expectantes ergo decãtãt in introitu: Exaudi, qui versus de psal. xvij. scilicet, dominus illuminatio. assumitur, cuius titulus est in fine psal. Dauid prius quam liniretur. agitur enim ibi de
5 † vnctione Dauid, quæ fuit triplex. ¶ Primo enim, vnctus est in signum regis futuri. ¶ Secundo, in regem super tribum Iuda. ¶ Tertio, super totum Israel. Nos quoque idem cantamus, quia vnctionem tertiam expectamus. ¶ Prima enim unctio, est in baptismo. ¶ Secunda, in confirmatione, aut in pœnitentiæ confessione. ¶ Tertia erit in resurrectione. Vel prima, erit in apostolis. secunda, in Iudæis. tertia, in Gentibus. ¶ Et quoniam apostoli, vt diximus, erant expectantes in templo, & orantes, laudantes, & benedicentes Deum, idcirco in nostra expectatione in epistola. Estote prudentes, inuitamur ad orationes & in
6 offerenda, Lauda anima mea dominũ, prouocamur ad laudes. ¶ † Quis autem fuerit effectus illius apostolicæ unctionis euãgelium declarat. Cũ uenerit. vbi dicitur: Vos testimonium perhibetis quia ab initio me cum estis. In quibusdam tamen ecclesijs est offert. Ascendit Deus. Et postcommunio. Pater cum essem. ¶ Et attende quòd ob præmissam causam, scilicet quoniam apostoli expectabant indui uirtute ex alto. hæc hebdomada dicitur expectationis, in qua solent quidam ieiunare, & orationi uacare, usque ad pentec. eo quòd
7 apostoli ieiunasse leguntur per hoc tempus. Sed † magister Guibertus probat ieiunandum non esse, quia est de paschali tẽpore, & de quadragesima pente. Hier. Ambro. Aug. lxxvj. dist. scire & c. oportet. aiũt inter pascha & pente. non esse necesse ieiunia indicenda. Voluntate enim omni tempore à cibis percipiendis possumus abstinere. sed ex necessitate nõ oportet. vnde Ambro. per hos quinquaginta dies ieiunium nescit ecclesia, sicut ipsa dominica, qua dominus resurrexit. Sũt enim omnes hi dies uelut pascha & dominica celebrandi, in quibus sicut ait Beda, maioribus epulis, & hymnis cœlestibus est uacandum ob reuerẽtiam dominicæ resurrectionis & ob memoriam dominici conuictus cum discipulis ob spem gloriæ immortalitatis, verum tamen ab hac authoritate pœnitentes excluduntur. Sed & Gregor. litanias excipit & etiam concil. Aurel. de consec. distinct. iij. rogationes, illud tamen uoluntarium 8
est. ¶ Illud † etiam notabile est, quod octauam ascensionis, quæ deberet in quinta feria terminari, vlterius oportet prorogari. Licet enim officium dominicæ in v. feria repetatur, tamen in nocturnis officij, sextæ feriæ & sabbati inuitatorium & responsoria de ascensione cãtantur, uerum tamen nocturnales psalmos dicimus, cum tribus lectionibus, & Te Deum lau. omittimus. ¶ Prorogatur ergo octaua, cum Apostoli essent laudãtes Deum. & de hoc dictum est sub pascha, nec vacat à mysterio quoniam Apostoli expectantes per obseruationenm decem præceptorum, paracletum mysterium denarij accipere meruerunt, & nos etiam expectantes ob eandem obseruationem denarium uitæ percipiemus æternæ. In his decem diebus legendi sunt actus Apostolorum: quos qui sequitur, Spiritum sanctum accipiet, & denarium promerebit.

SVMMA.

1 *Pentecostes uigilia, cur celebretur baptismus, sicut in sabbato sancto.*
2 *Baptismus qua hora celebrandus.*
3 *Pentecostes missa & eius expositio. Et nu. 4. 5.6.7.8.9.10.*

De vigilia Pentecostes. Cap. 106.

SEquitur † de vigilia Pentec. in qua 1
sicut in vigilia Paschæ celebratur baptisma, quia istæ duę festiuitates sunt

maio-

maiores, & magis necessariæ inter omnes. In uigilia enim paschæ celebrat baptismus: quia in passione Christi omnes baptizamur, quia redimimur & iustificamur: nihil enim nasci nobis profuit, nisi redimi profuisset. Itē redimi nihil profuisset, nisi paracletus mitteretur, & ideo in vigilia pentecost. celebratur baptismus, quia tunc per Spiritum sanctum mundamur, & sanctificamur, quoniam dominus in cœlum ascendens discipulis promisit, dicens. Ioā. quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos dies, id est, post hos x. dies, quod & factum est propter hoc ergo Ecclesia in decima die post Ascensionem celebrat baptismum ad notandum quòd nostri neophyti baptizantur in Spiritu sancto quemadmodum & illic baptizantur etiam hodie solenniter, tum ad hoc ut post pascha nati, vel vt necessitatibus impediti baptizentur, tum quia Petrus hodie tria milia hominum baptizauit, tum quia Dei filius in Dei digito fortem deuicit, ideoque idem opus per fidei mysterium repræsentatur digito ueniēti & filio resurgenti, tum quia baptismi regeneratio propria est Spiritus sancti operatio, tum quia sicut hodie descendit in apostolos, quem descensum dominus baptismum appellauerat, dicens, Vos autem baptizabimini Spiritu sancto, sic in baptisma te descendit licet inuisibiliter in baptiza
2 tos. Sed † cum Spiritus sanctus die dominica & hora tertia missus fuerit in discipulos, quare baptismus fit in sabbato & hora nona? videtur enim quod deberet potius hora tertia celebrari. Respondeo, quanuis baptisma fiat in sabbato tamē ad illud baptisma pertinet, quod apostoli acceperūt in die pentecost. & quanuis illud eandem die, vel hora non celebretur, propter aliquas fluctuantes mundi occasiones, tū propter sacramentum, quod in se cōtinet, imitando Christi mortem, & eius resurrectionem, ne membra caput præcedant, debemus illud baptisma eidem diei, & dationē Spiritus sancti eidem horę deputare. In baptismo enim non tantum repræsentatur sepultura Saluatoris, sed etiam mors Christi per quam baptismus plenam recipit efficaciam, & ipse hora nona emisit spiritū. Centurio quoque, sicut ex act. Apost. habetur, eadem hora audiuit ab angelo. Auditę *Act.* sunt orationes tuæ. & eadem hora à beato 10
Pet. baptizatus est, & hora nona angelus domini venit ad eum, nuntians ei, ut mitteret ad Petr. qui eum baptizaret decima sexta distinctio. deinde. ij. quæst. septima, non omnis. Inde ergo mos inoleuit, ut hora nona fiat baptismus solēnis. Alię enim sunt huius horę prærogatiuæ, prout, dictū est in quinta parte, sub titu. de nona. Ideo autem Spiritus sanctus datus est discipulis hora tertia, quia fidem sanctæ Trinitatis prædicaturi erant. hoc sabbatum intitulatur sabbatum xij. lectionum, quia in primitiua Ecclesia xij. lectiones legebantur, ut dictum est sub iiij. feria dominicæ aduentus. † Officium autem huius 3
diei, fere idem est in pluribus ecclesijs, cū officio sabbati paschalis, & lectiones legūtur ante baptismum, ad instructionem baptizandorum, & leguntur sine titu. prout ibi dictum est. Veruntamen quędam lectiones ibi leguntur, quæ non hic, & quædam ibi quæ hic præpostere tamen. Ibi est enim prima lectio: In principio. hic uerò est prima. Tentauit. item ibi prius legitur: Apprehendent septem mulieres &c. & postea scripsit Moses &c. hic vero è conuersò. Circa quod notandum est, quod duo fuerunt patres, unus secundum carnē, scilicet Adā, qui propter inobediētiam Deo displicuit: & in quo omnes peccauerunt, & mortui sunt. Alter, secundum spiritum, scilicet Abraham, propter obedientiam placuit Deo, & eius immittatores liberati sunt, & viuunt. De primo agit in uigilia Paschæ. vnde tunc primo legitur: In principio &c. vbi describitur dignitas hominis pro quo omnia facta sūt, ut causa eius miserabilior appareat, & inde est, quòd non sequitur ibi canticum, quia non bene nobis cantauit imo per eum nascimur ad lucem. adijcitur tamen lectio: Factū est in uigilia &c. in qua per figuram maris rubri agitur de baptismo in quo Aegyptijs spiritualibus submersis, veri filij Israel liberati sunt. vnde sequitur ibi canticum victoriæ seu letitiæ, scilicet Cantemus domino. Sed quia imitatores Adę ad hoc, ut liberentur, primum instruendi sunt in fide: & postea in moribus: idcirco primò legitur ibi lectio illa: Apprehendent. in qua de fide agitur, & in

& in qua Christus à septiformi gratia Spiritus sancti apprehensus ostenditur, & postea illa scripsit Moses, in qua agitur de moribus: in hac autem vigilia agitur de patre spirituali, scilicet Abraham. Vnde legitur tunc prima lectio, scilicet Tentauit Deus Abraham, & post eam dicitur canticum lætitiæ, quia nobis bene cantauit, & per eius fidem ad gaudium properamus, vnde dictum est ei, in semine tuo be-
4 nedicentur omnes gentes. Aiunt † tamen quidam nullum tractum sequi debere, quia post promissionem sibi factam nullum cecinit canticum Abraham, quia nullum socium cum quo cantaret, habebat, solus Dei cultor, & peregrinus in terra aliena. Hec autem lectio bene congruit huic diei, quia in effusione Spiritus sancti data est gentibus benedictio, de qua dixit: dominus ad Abraham, in semine tuo benedicentur &c. huic etiam rectè congruit oratio: Deus, qui Abrahæ &c. Secunda lectio est: Scripsit Moses, quæ datur legem declarat, quæ hodie data est, & nouam significat, quæ in cordibus fidelium diffusa est, unde canticum sequitur, in quo æterna lætitia repromittitur. Sed quia ueri Abrahæ filij bonos habuerunt mores ante, quàm septem mulieres apprehenderent uirum unum, id est, ante quàm Christus septiformis gratia Spiritus sancti repletus, nasceretur, & postea in nouo testam. per baptismum Christo coniuncti sunt. ideo postea legitur lectio: Apprehendent septem mulieres virum unum, qui septem dona Spiritus sancti pronuntiant, quæ bonis moribus quemlibet eorum informant. vnde sequitur canticum, quia bonos mores gaudium comitatur. Quarta lectio, scilicet, Audi Israel virtutes quæ dona comitantur, insinuat, ut sapientiam, prudentiam, lumen & pacem. vnde canticum sequitur, quia pro his, & in his æternaliter gratulabimur: Prima quidem, resonat historiam: secunda, allegoriam: tertia, tropologiam, quarta uero anagogen. Prima † ergo lectio est:
5 Tentauit Deus Abraham. Sed quid pertinet modo dicere de immolatione Isaac? Magis enim pertineret ad uigiliam Paschæ? Respondeo, dicitur propter promissiones, quæ sunt ibi, uidelicet: Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: baptizati enim sunt stellæ. Et iterum, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Hoc enim conuenit baptizatis, qui sunt uerum semen, id est, ueri filii Abrahæ. In lectione vero, Apprehendent septē mulieres &c. Per septē mulieres significātur septem dona Spiritus sancti, quæ dantur in baptismo, alia patent. Postea
fit † processio ad fontes, sicut & in uigi- 6
lia paschæ, & cantatur missa sine introitu, quia Ecclesia non habet adhuc Spiritum sanctum, saltem in tanta plenitudine, in quinta expectat cum in crastino, qui est principium & finis omnis boni. ¶ In † vigilijs ergo Paschę & Pentecost. 7
Incipit missa à Κύριε ἐλέησον, sine introitu: ut dictum est ibi: & dicitur Gloria in excel. Deo: & hoc more Apostolorum, qui etiam prius, quam Spiritum sanctum acciperent, erant iugiter in templo laudantes, & benedicentes dominum. ¶ Rursus, quia angeli gaudent de renatis, ideo subijcitur. Gloria in excelsis. ¶ Postea sequitur epistola de actibus Apostolo-
rum. † Cum Apollo &c. In qua habe- 8
tur, quòd Paulus baptizabat baptizatos. à Ioan. j. quæstio. i. dedit, quoniam in Spiritum sanctum non credebant. dixerunt enim, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Postmodum sequitur unum alleluIa, scilicet, Confitemini, in gratiarum actione, pro baptizatis, quia ab omni peccato liberati sunt. Dicitur ergo hodie alleluIa, nec dicit flectamur genua, quia hoc est ieiuniū exultationis & lætitiæ propter resurrectionē & ascensionem. ¶ Sequitur tractus. Sed † quare hoc cum spiritus san- 9
ctus omnia faciat leuia? Ad hoc dicendū est, q̄ hoc fit propter baptizatos, qui multos tractus miseriarum passuri sunt, si uixerint. Postmodū sequitur euange. Io. xiij. c. de promissione spiritus sancti. Si diligitis me, mandata mea seruate &c. Credo in vnum Deum. Non est etiam ommittendū: quia cum symbolum hoc deriuatum sit à symbolo Apostolorum, fidem quam habebant, insinuat offerenda. Emitte manifestè, ad operationē spiritus sācti pertinet, quia per eum renouatur facies terrę ex delicto. Ad maledicta per eum, dominus benedicitur. Per eum cœlū sicut pellis extenditur, id est

id est scriptura, ut quasi nihil lateat expla
netur similiter & communio. Vltimo &c.
Io. vij. cap. ad eandem pertinet Spiritus
sancti operationē, qui facit flumina velut
aquæ viuæ de ventre credentis exire, id
est, affluentiam salutaris doctrinæ, & est, vt
quibusdam placet hęc missa per Benedica
10 mus domino concludenda. ¶ In † vespe-
ris hi psal. secundum quarundam ecclesia-
rum consuetudinem concinuntur, scilicet,
Laudate pueri. Laudate dominum omnes
gentes. Lauda anima mea dominum. Lau-
date dominum, quoniam bonus est Psal.
Lauda Hierusalem dominum: eo, quòd in
his psal. laudes Dei magis resonare viden
tur. Vbi enim Spiritus spirat, organum ad
laudes inuitat.

SVMMA.

1 *Pentecoste quid, & vnde dicatur.*
2 *Pentecostes festum, an habeat octaua.*
3 *Pentecostes nocturnum quod habeat lectio-
nes, quotque psalmos. & nu. 4.*
5 *Vita actiua & contemplatiua est in ecclesia.*
6 *Pentecostes lectiones tres, quid significent.*
7 *Pentecostes Missa, & eius expositio. & nu-
mero 11.*
8 *Spiritus sanctus cur dicatur paracletus.*
9 *Pentecostes festum cur quinquaginta diebus
a Paschate, celebretur. & nu. 10.*

De die sancto Pentec. Cap. 107.

1 PEntecostes † sicut & pascha apud he-
br. celebre festū erat quod post quin-
que decades paschæ celebratur, un-
de & uocabulum sumpsit. Nam πεντηκοστὴ,
dicitur à πέντε quòd post quinque & κατὸν
quòd est decem. Vocatur enim pentecost.
quinquagesimus dies à pascha, prout iam
dicetur. ¶ Inter hoc festum & aduentum
domini cantatur allelu-Ia & Gloria in ex
cel. Deo: prout dictum est in procemio hu
ius partis, & sub tit. de. vij. diebus post Pa-
scha. Idcirco autem allelu-Ia frequenter
cantatur per totam hebdomadam pente.
quia per dies pentec. ecclesia per baptis-
mum Deo populos congregat. & ideo salu
ti eorum congaudens quousque albis utun
tur vestibus hymnum laudis decantant.
Tunc enim stantes oramus in signum libe-
rationis eorundem, qui per dona Spiritus
sancti de morte ad uitam resuscitari me-
ruerunt. Hac enim die missus est in Apo-
stolos in linguis igneis. Sane octaua † pē-
teco. à quibusdam celebratur. quia sicut in 2
septenario hebdomadarum qui præcedit
intelligitur perfectio bonorum operum
septiformis spiritus, ita in octaua intelli-
gatur consummatio præmiorum, quorum
utrunque appropriatur spiritui sancto, li
cet tota trinitas utrunque operetur, quo-
niam indiuisibilia sunt opera trinitatis: de
consecr. dist. iiij. cap. fi. Sed quia Spiritus
sanctus, est amor patris & filij: & ex solo
amore, hoc dat & dabit nobis dominus, id
circo Spiritui sancto adscribitur. ¶ Alij ve
ro non celebrant octauam pentecost. Nam
cum solum septem sint Spiritus sancti do-
na solum septem diebus fieri debet festum
pentecost. Et ideo Clemens Papa dicit in
sua epistola decre. extra de fer. capellanis.
quòd hoc festum caret octauis. Sed pari ra
tione nec pascha deberet octauam habe-
re, nisi solum vnum diem propter vnitatē.
¶ Rursus hoc festum, vij. diebus agitur pro-
pter præsentis vitæ septenarium, vel pro-
pter animarum sabbatismum, uel quia per
septem Spiritus sancti dona corporibus &
animabus plena gaudia cōferuntur. Vnde
septem vltimi psalmi à laudibus intitulā-
tur, quia per septiformis gratiæ operatio
nem gaudia conferuntur æterna. De hoc
dicetur sub dominica prima post pentec.
Vtrum pentec. sit hebdomadaria festiuitas
dictum est sub tit. de vj. diebus post pascha.
¶ In nocte † pentec. leguntur tres lectio- 3
nes, & dicuntur tres psalmi cum tribus an
tiphonis, sicut fit in nocte paschæ ad notā
dum unum esse opus totius sanctæ Trinita
tis in potentia miraculorum. Quidam ta-
men legunt nouem lectiones, sicut fit in
alijs dominicis, sed tamen canonicum est
tres duntaxat legere propter sacramentū
baptismi in trium personarum nomine ce
lebrati, vel ob triduanam domini sepultu-
ram, cui sumus in baptismo consepulti.
¶ Rursus † ideo tres psalmi cum tribus an- 4
tiphonis dicūtur, quia Spiritus sanctus tria
circa Apostolos operatus est. Nam uete-
res inouauit, inouatos confirmauit, & cōfir
matos ad alios conuertendos misit. ad pri
mum pertinet, quod dicitur in prima anti-
phona

phona. Factus est repēte de cœlo sonus. Ad
secundum, quod dicitur in secunda: Con-
firma hoc Deus, Ad tertium quod dicitur
in tertia: Emitte spiritum tuum, Eorum
enim mysterio docti sunt alij, & Spiritu
sancto interius renati, & quia in ipsis Apo
stolis duo operatur Spiritus sāctus, id est,
remissionem peccatorum, & operationem
miraculorum &c. idcirco illæ antiphonæ
terminantur per duplex allelu-Ia. Verum
si diligenter attendere volumus & confer
re psalmos & antiphona, quæ dicuntur in
pascha, cum his, quæ dicuntur in penteco.
alia ratio inuenitur. Nam ibi intra hebdo
madam fit uariatio psalmorum, antipho-
narum, & tonorum. Hic autem nec in ipsa
die, nec in alijs fit variatio, & omnes illæ
antiphonę sunt vnius toni, scilicet octaui,
& eiusdē differentiæ. Ratio autem est, quia
quasi duplex baptisma legimus Apostolo
rum, primū quo perceperunt remissionem
peccatorum, nam eos baptizatos esse Chri
sti baptismo, ambigēdum non est, ut dictū
est sub tit. de uigilia paschæ. Secundum re
ceperunt ad robur virtutum, & ad opera-
tionem miraculorum, & ad repulsionem
illecebrarum omnium secularium. Pri-
mo baptizatus fuerat Pet. cum ad uocem
ancillæ Christum negauit. Secundo, bapti
zatus fuit in die pentecost. cum coram re-
gibus & principibus non timuit prædicare
verbum Dei. In primo ergo multa instabi
litas & varietas fuit circa discipulos. In se
cundo vniformitas & stabilitas. In hunc e-
5 tiam modum in ecclesia Dei duo sunt † ge
nera bonorum, scilicet actiuorum & con-
templatiuorum. Actiua uita consistit in
bonis operibus, id est, in administratione
exteriorū, in qua constituti ab amore tem
poralium non omnino separantur, licet
amorem Dei amori temporalium præfe-
rant. Contemplatiua consistit in dilectio-
ne & contemplatione. Hæ duæ vitæ per
Mariam & Martham significatæ sunt extra
de renu. nisi. Mariæ pars dicta est optima:
Isi. 10 iuxta illud: Maria optimam partem elegit
&c. non tamen reprehenditur pars Martę:
quia & ipsa actiua vita bona est, quæ hic
inchoatur & terminatur. Contemplatiua
uero optima est, quę inchoatur hic, & in fu
turo cōsummatur, in illa tamen est multa
varietas & in ista uniformitas prout in hac
uita esse potest. Antiphonę ergo cum psal.
qui cantantur in pascha, pertinent ad uitā
actiuam, & idcirco in eis est uarietas: anti
phonæ uero, & psalmi qui cātantur in pen
tecost. pertinent ad contemplatiuam uitā,
& ideo ī eis est uniformitas, in prima enim
antiphona quæ est in pascha, cantatur & di
citur: Consilium meum nō est cum impijs.
Hic dicitur: Factus est repente de cœlo so
nus &c. Spiritus seu uentus ueniens solet
puluerem à facie terræ deijcere. Magna
enim est differētia inter dona Spiritus san
cti, quo separantur fideles ab impijs, & do
num, quo omnis puluis terrenarum cogita
tionum à pectore humano tollitur, illud
ad actiuam uitam pertinet, hoc ad cōtem
platiuam. In secunda ibi dicitur. Postula-
ui patrem meum &c. Hic uero dicitur: Cō-
firma hoc Deus &c. Ad omnes quidem fi-
deles pertinet esse de hæreditate domini:
sed ad paucos pertinet esse à terrenis cogi
tationibus separatos, & in hoc confirma-
tos, ne ad terrena redeant, sed per conuer
sationem esse in Hierusalem cœlesti, & ibi
allelu Ia cantare non cessent, quod hic pe
titur. In tertia ibi dicitur: Ego dormiui, &
somnum cepi &c. Hic dicitur. Emitte spiri
tum tuum, & creabuntur &c. Omnes fide-
les & boni à uitijs resurgunt, uel resurre-
xerūt, sicut Christus à mortuis resurrexit,
quod ibi dicitur, hic vero in paucis reno-
uaī facies terræ, id est, ratio animæ, quod
sit ab omni puluere terrenorū desideriorū
immunis: ibi ergo, hoc est in uita acti
ua, quæ ibi ostenditur est inchoatio, hic au
tem, hoc est in cōtemplatiua, quę hic osten
ditur est perfectio & consummatio. ibi ua
rietas hic uniformitas. & propterea ibi ua
riantur antiphonę & psal. hic non propter
hanc consummationem & vniformitatem
notandam. Antiphonæ sunt octaui toni, &
eiusdem differentiæ, quia octo sunt beati-
tudines, quarum octaua redit ad caput: nā
in prima dicitur: Beati pauperes spiritu
&c. Et in octaua: Beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam, quoniam ip-
sorum est regnum cœlorum. Propter † hāc 6
eandem consummationem notandum est
quòd in quibusdam Ecclesijs celebratur
octaua pentecost. per hos quoque septem
dies tres quotidie leguntur lectiones, ut
vij. fratres tres procurent sorores, id est se
ptem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptem dona Spiritus ſancti, per illos ſignificata tres virtutes, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem, prout Gregor. proſequitur in moralibus. Horum enim dierum officia ſeptem donis Spiritus ſancti adaptantur. heſternum igitur & hodiernum pertinet ad ſapientiam, & intellectum, vt ex operibus patet. Per totam etiam ſeptimanam ſunt ſolennitates ſeruandæ. Dicitur enim Gloria in ex. Allelu-Ia. Credo. Ite miſſa eſt. & Te Deum lau. prout in ſeq. tit. dicetur: Dicitur etiam ad horas, capitulũ, dum cõplerentur. Act. ij. & illud, Spiritus domini. Sap. j. ca. & illud Charitas Dei. Ro. v. c. Sequitur videre de officio miſſæ. & quidẽ in † die pentecoſt. celebratur feſtum de aduentu Spiritus ſancti. Viſibiliter enim deſcendit tunc in diſcipulos: & fuit hoc miraculum & augmentũ, quod nõ potuerunt calumniari Iudæi. Reſurrectionem enim & aſcenſionem calumniabantur, ſed hoc non potuerunt facere de aduentu Spiritus ſancti quia ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, conuenerant ad diem feſtum, & tunc deſcendit Spiritus ſanctus viſibiliter in diſcipulos, ſicut Chriſtus promiſerat, & loquebãtur omnibus linguis coram omnibus: & ideo incipit introitus Sapientiæ. j. cap. Spiritus domini repleuit orbem terrarum, id eſt, Eccleſiam, quæ dicitur orbis terrarum, ſicut enim extra orbem terrarũ nihil uiuit ad literam, ſic extra eccleſiam, nil viuit ſpiritualiter. ſequitur: Et hoc qd continet omnia, id eſt, Spiritus ſanctus, cuius bonitati omnia ſubſiſtunt. habet ſciẽtiam vocis, id eſt, linguarum. & ita potuit dare & dedit Apoſtolis. Vnde confuſi ſunt inimici Chriſti. & ideo ſequitur verſus:
Pſ. 67 Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius. Per ſpiritum enim ſanctum omnes dæmones compelluntur & eijciuntur. ¶ Rurſus impleuit orbem terrarum, dum Apoſtolos inebriauit, quorum ſonus in omnem terram exiuit: de quo ſono dicitur in epiſtola: Factus eſt repentè de cœlo ſonus. & quoniam orbis terræ per quatuor climata ſeparatur, ideo quater in introitu alleluIa concinitur. Duplex vero alleluIa, quod poſt epiſtolam canitur, ſignificat duplicandam lætitiam, uel ſanctum ſpiritum bis Apoſtolis fuiſſe datum, ſcilicet de terra, & de cœlo; vel eos ſpiritu & mente pſallẽtes, vel duorum populorum conuerſionem. Et hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis, id eſt, noui, quamente quiſque loquebatur. vel habet ſciẽtiam hominum per quæ & de quibus poteſt vox humana variari, vel ſcientiam vocis, id eſt, uocem ſcientiæ. habet, id eſt, facit nos habere, ut quæ ipſo inſpirãte Apoſtoli proferrent cum intelligentia pronũtiarent. ¶ Et nota, quod ſanctus ſpiritus, † παράκλητος dicitur, quod uerbum Græcè, Latinè ſonat aduocatus, quòd nomẽ & filio & Spiritui ſancto adſcribitur: Vnde dominus in euãgelio: Rogabo patrẽ meũ, & alium paracletum dabit vobis. & Ioannes in euangelio. Aduocatum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum. Dicitur etiã paracletus conſolator. nam παράκλησις dicitur Latinè conſolatio. Poſtmodũ ſequitur epiſtola de Actis Apoſto. ij. c. Dum † complerentur dies Penteco. dies, ſcilicet quinquageſima à reſurrectione, ſicut enim quinquageſima die à Paſcha fiebat Pente. Iudæorum, ita & noſtrum fit: & ſicut populus Iſrael quinquageſima die ab immolatione agni paſchalis ſiue à Paſcha, quod celebrauerunt in Ramatha, venerunt ad montem Dei Oreb, vel Coreb, vel Synai, quod idem eſt: tunc legem acceperũt, ita & die quinquageſima à reſurrectione domini datus eſt ſpiritus ſanctus diſcipulis in ſuperiori cœnaculo, illius aduẽtum expectantibus. præcipitur enim Leuit. xxiij. vt in die Pentecoſtes offerantur noui panes, ſcilicet propoſitionis de nouis frugibus, per quod ſignificatur, quòd debemus Deo gratias agere ex eo, quòd eadem die dedit nouam legem, per ſpiritum ſanctum in qua die data eſt lex vetus, ſcilicet quinquageſima diei à Paſcha de quo dicetur in procemio ſeptimæ partis de dono, cuius debemus laudare Deum: quod eſt offerre panem nouum, quia etiã lex vetus ſpiritualiter intellecta, noua eſt. Et attende, quoniam agnus immolatus eſt. xiiij. die Aprilis. lex vero data eſt. xiiij. die menſis tertij. dicitur tamen eſſe data tertia die. Iam enim, ut inquit ſcriptura, aduenerat tertia dies, & mane inclaruerat, & cœperunt audiri tonitrua. die nanq; tertia deſcẽdit dominus ſuper montẽ ad dandã legẽ: & Moſes aſcẽdit ad Deũ & deſcendens narrauit omnia plebi: maneque rurſus aſcendẽs duas tabulas ſcriptas accepit & caue, vt in ſecundo menſe. xxx. dunta xat computes dies ſecundum lunam: ergo xvj. in menſe primo. xxx. in ſecundo & quatuor in tertiò faciunt quinquaginta. ¶ Rurſus in quinquageſimo anno erat ibi leus annus: qui interpretatur remiſſionis annus quia ſeptenis annorum hebdomadibus, id eſt quadragintanouem an. texit: in quo clãgebant tubę, omnia debita remittebantur: ſerui manumittebantur: & libertas cõceſſa confirmabatur: atque poſſeſſiones alienatę omnibus reſtituebantur: vt dictum eſt ſub Dominica quinquageſimę. Similiter in diebus Pentecoſtes hunc numerum poſt Domini reſurrectionem obſeruamus ſuſcipiẽtes aduenientem in nos ſpiritus ſancti gratiam, per quem efficimur filij Dei, & virtutum poſſeſſio nobis reſtituitur & remiſſa culpa, & totius debiti chirographo euacuato ab omni ſeruitutis nexu liberi efficimur lxxxv. diſtin. hunc numerum. Præterea iſte numerus quinquageſimus reſultat ex ſeptenario numero, ducto in ſeipſo ſuperad-
01 dita vnitate. Septem † enim ſunt hebdomadæ a Paſcha, vſque ad Pentecoſten, & ita competenter quinquageſima die à Paſcha eſt Pentecoſtes in quo datur ſpiritus ſanctus, cuius dona ſunt ſeptem, quæ dantur ab vno. Iudæi enim ſeptenarium numerum non ſine figura in omnibus obſeruant: prout dictum eſt ſub quinquageſima. Aſcẽſio autem facta fuit quadrageſima die, qui eſt numerus pœnitentiæ: & hoc competens fuit: quia per pœnitentiam homo fit ſimilis Deo: & hoc eſt aſcendere. Sed videtur, quòd ſicut Iudæi ab immolatione agni typici quinquaginta dies computando: ibi faciebant ſuum Pentecoſten, ita & nos quinquaginta dies ab immolatione agni deberemus computare: & ſic debemus noſtrum Pentecoſten facere in die veneris antè, quàm modo facimus quod docet computatio. Ad hoc dicimus, quod non faciebãt computationem ab immolatione agni, ſed à ſequenti dominica. Vnde legitur Leuitic. xxij. Numerabitis ab vltima die ſabbati. id eſt à dominica, quæ eſt altera dies poſt ſabbatum. Numerabitis dico ſeptem hebdomadas, vſque ad alteram diem completionis ſeptimæ hebdomadæ, hoc dicit ſpiritus ſanctus per Moſen, innuens per hoc Pẽtecoſten Chriſtianorum, quod ſemper eſt in die dominica. Dixit ergo Lucas de hac die. Dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes diſcipuli pariter in eodem loco, id eſt in conſona, & concordi vnitate, & factus eſt re pentè de cœlo ſonus: quia exiſtentibus in pœnitentia, qui eſt annus iubileus, & completo Pentecoſte, exiſtentibus in vnitate datur ſpiritus ſanctus, ſed repentè: quia neſcit tarda habere rerum moliminia ſpiritus ſancti gratia. In igne autem deſcendit: quia ſicut ignis illuminat & inflammat: ita ſpiritus ſanctus illuminat ad cognitionem Dei, & inflammat ad amorem Dei. Apparuit ergo in linguis igneis, vt facundi eſſent in omni genere linguarum. Et quia ipſe eſt lingua, quæ de occulto ſuæ bonitatis verbum protulit, in vterum virginis, & profert verbum in corde hominis. Matt. x. Vos non eſt is qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis: ipſe enim quos replet, eloquentes facit. Sequitur. Quaſi † aduenientis ſpiritus vehementis. hoc autem dicit quia nullus potuit reſiſtere ſpiritui ſancto: nec Apoſtolis. Vnde Dominus in euangelio. Matth Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes aduerſarij veſtri. Et de beato Stephano ſcriptum eſt in Act. quod non poterant reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. Quia verò in epiſtola dicitur: Et factus eſt repentè de cœlo ſonus tanquam aduenientis ſpiritus vehementis &c. ideò ad hoc repræſentandum in nonnullis Eccleſijs clangunturtubæ dũ ſequentia dicitur. venit enim ſpiritus ſanctus in ſpiritu vehementi: quia ſicut ventus vehemens proijcit puluerem à facie terra: ſic ſpiritus ſanctus eijcit à corde hominis omnem terrenitatem. Tubis quidem vtebãtur antiqui: vt legitur in numeris ad multitudinem congregandam, ad dimicandum, & ad congratulandum in diebus feſtiuis: cum diuerſitate tamen ſonorum, quarum vſus fuit tantę virtutis in iubilo, vt ad crepitum ſine ſonum earum corruerent muri Hierico. hęc ſiquidem ſunt duo teſtamenta, vel prædicatores, quibus ad procinctũ fidei populus euocatur, ad pœnitentiam & lacrymabilem compunctionem excitatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

excitatur, ad laudes domino exhibendas
inuitatur, & ad montem Sion & ad ciuita-
tem sanctam Hierusalem, & multorum
millium angelorum frequentiam: & ad fu
turum Dei iudicium prouocatur. Et uide,
quia in aduersis & prosperis tubis clangi-
tur quia omne tempus conuenit verbo. Vn
de benedicam dominum in omni tempo-
re, semper laus eius in ore meo. De orga-
nis dictum est in quarta parte, sub titul. de
Sanctis. Tunc etiam ex alto ignis proijci-
tur, quia spiritus sanctus descendit in di-
scipulos in igneis linguis, & etiam flores va
rij ad denotandum gaudium & diuersita-
tem linguarum & uirtutum. Columbę etiã
per ecclesiam dimittuntur, in quo ipsa spi
ritus sancti missio designatur. Post episto-
lam dicitur graduale in quibusdam eccle-
sijs, quia festum paschale terminatum est.
Tamen in quibusdam alijs, dicitur duplex
allelu-Ia: quia spiritus sanctus datus est
geminæ stolæ. ¶ Euangelium: Si quis dili-
git me. Ioan. xiiij. cap. manifestè est de spi-
ritu sancto. ¶ Postcommunio est. Factus
est, Act. ij. c. Quare hoc festum celebratur
à Iudæis, quare à Christianis, dicetur in
procemio septimæ partis.

SVMMA.

1 *Missa feriæ secundæ post Pentecosten, & eius expositio. & nu. 2.*

De secunda feria. Cap. 108.

SEQVITVR secunda feria,
in qua ostẽditur, quòd
non tantummodo est
data lex Iudæis, sed e-
tiam Gẽtibus. vnde in-
troitus est. Cibauit eos
† ex adipe frumenti,
1 id est, de intelligentia spirituali. & pe-
tra melle, id est, melliflua doctrina Chri
sti saturauit eos. & hoc habetur in episto-
la: Aperiens Petrus, quæ est Act. x c. in qua
habetur quòd ad huc loquente Petro de-
scendit spiritus sanctus. Vel frumentum
Christus est, cuius adeps est spiritus san-
ctus, quo fideles satiantur, cum spiritu san
cto replentur, quia etiam satiantur melle,
& de petra, id est, doctrina de Christo
procedente, in quo sunt omnes thesauri sa
pientiæ & scientiæ Dei, Hic autem pro-
pter promissiones, quæ ibi continentur,
concinitur quater allelu-Ia: sicut in feria
tertia & sabbato exponetur. de hoc dic-
tum est in tertia dominica post Pascha.
Allelu-Ia est, Spiritus domini. Sap. j. cap.
Aliud Allelu-Ia. Loquebantur. Act. ij.
cap. Euangelium verò Ioann. iij. capitul.
non videtur conuenire spiritui sancto: sed
concordat epistolæ. ibi enim ostenditur,
quod non tantum Iudæis, sed etiam Genti
bus data est lex, dicens: Sic Deus dilexit
mundum. supple non tantum Iudæos, ut
filium suum unigenitum daret, & posteà se
quitur. Vt omnis qui credit in illum non
pereat. Et nota terribile verbum, quòd
qui non credit in eum iam iudicatus est.
Præterea per hoc quòd de dilectione men
tio fit, spiritus sanctus, qui amor est, satis
exprimitur. Postcommunio est. Spiritus
† sanctus. Ioan. xiiij. cap. Et est sciendum, 2
quòd per totam hanc septimanam in mis-
sa sunt solennitates seruandæ: ut Gloria
in excelsis. Credo. Ite missa est. Te Deum.
& allelu-Ia: vt baptizatorum saluti con-
gaudeamus, & ut futuræ lætitiæ plenitu-
dinem figuremus. Postremò, notãdum est,
quòd dominus non prædicauit Gentibus
per se, sed per Apostolos. vnde: Ite, bapti-
zate omnes in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti. sicut Isaac iunior filio suo
nihil præcepit de offerendo sibi cibum, ut
benedictionẽ acciperet, sed per operatio-
nem Rebeccæ primatum benedictionis ac
cepit, & quia hæc facta sunt Dei occulto
iudicio, ideò officium huius feriæ secundæ
pertinet ad consilium, quod est donum
spiritus sancti.

SVMMA.

1 *Missa feriæ tertiæ post Pentecosten, & eius expositio & nu. 2. 3.*

De tertia feria. Cap. 109.

SEquitur tertia feria, & quia spiritus
sanctus † non datur, nisi per mini-
stros: ideò in tertia feria dicitur in- 1
troitus in persona prælatorum: Accipite
iucunditatem gloriæ vestræ, in quo quia
per geminam dilectionem ad fidem per-
tingimus Trinitatis, ideò quinquies conci-
nimus allelu-Ia. & est sensus: Accipite iu-
cunditatem gloriæ, id est, spiritum sanctũ:
quia nos glorificabit & clarificabit, vt quis
que de se dicere possit quod dicitur in cõ-
munione: Spiritus qui à patre procedit, il
2 le clarificabit. Sequitur † epistola: Cùm
audissent Apostoli. Act. viij. capitu. ubi se-
quitur: Tunc imponebant manus super il-
los, & accipiebant spiritum sanctum, quia
in impositione manus accipiebant spiri-
tum sanctum. Euangelium Ioan. x. concor
dat epistolæ vbi dicitur: Qui non intrat
per ostium &c. non enim intrat in eccle-
siam, qui non intrat per eos, qui sunt ostiũ,
scilicet per Christum & Apostolos, nam
hæretici non dant spiritum sanctum, nisi
inquantum conueniunt cum ecclesia: &
quoniam Apostoli & eorum successores
hæresiarchas in spiritu fortitudinis sunt
aggressi, & aggrediuntur, ideò officium
3 † hodiernum pertinet ad fortitudinem,
quæ est spiritus sanctus, scilicet donum.
Rursus spiritus sãctus ostiarius est, qui per
ostium introducit ad patrem, quod etiam
in offertorio canitur portas cœli, id est,
Apostolorum scripturas aperiet. Postcom
munio est: Spiritus, qui à patre. Ioan. ix.

SVMMA.

1 *Ieiunij formam Apostoli nobis tradiderunt.*
2 *Feria quarta post Pentecosten, habet quatuor tempora. & nu. 3.*
4 *Missa feriæ quartæ post Pentecosten, & eius expositio. & nu. 5.*

De quarta feria. Cap. 110.

SEquitur quarta feria, in qua fiunt ie-
iunia quatuor temporum. Apostoli
1 nanque † nobis exemplum ieiunan
di hoc tempore reliquerunt, qui post su-
ceptum spiritum sanctum, sicut mentes
auerterant à cæteris mundi illecebris: sic
& ab epularum appetitu. licet enim quan-
diu cum illis fuit Christus non ieiuna-
rent, post ablationem tamen eius sponta-
neis se subdidere ieiunijs. Sponso enim
ablato, eis ieiunandum erat, sicut domi-
nus prædixerat: Quando sponsus auferetur ab eis, tunc ieiunabunt. Vnde repleti Spiritu sancto, sponte ieiunare cœperunt. quo circa in præcedenti secunda feria quidam æstiualem inchoant quadragesimam. Alij † verò sanius hodiernum 2
ieiunium autumant esse huius temporis quadragesimæ initium, cui quidam termi-
num statuunt in festiuitate sancti Ioannis Baptistæ, siue sex habeat hebdomadas, siue non. Tertij festiuitatem sancti Ioannis includunt, & eò usque ieiunantes, sine termino præfixo procedunt, donec senarium compleant numerum. Hanc quadragesimam probat Hier. non esse necessitatis, sed voluntatis, dicens: Nos unam facimus quadragesimam, illi tres, quasi tres passi fuerint Saluatores: non quòd per totum annum ieiunare non liceat excepto Pentecost. sed quia aliud est necessitate, aliud voluntate munus offerre. Sed hunc dicit Hieron. contra Montanum hæreticum, qui apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandum, & dicitur hoc † ieiuniũ æstatis quod est ieiunium 3
exultationis, in quo genua non flectimus, imò cãtica lætitiæ dicimus, ut dictũ est sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Hoc aũt ieiuniũ statutum est ab ecclesia in tali tempore, quia qui in se sentit gratiam sancti spiritus, leuiter & cum gaudio ieiunat, & etiam quia super ieiunantes descen dit spiritus sanctus visibiliter, & ideò incipit introitus: Deus cùm egredieris in conspectu populi tui &c. Egreditur autem dominus quando aliquo signi visibili, uenit ad auxilium hominum. Egressus verò est, cum dedit nobis filium suum, qui uenit pandens iter ante nos: ut dicitur Micheæ: ij. Tunc egressus est etiam per spiritus sancti missionem, quando uisibiliter descendit super Apostolos: & quia per hoc dissipati sunt inimici, ideò sequitur versiculus: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius &c. Sequitur in quibusdam ecclesijs lectio de principio sapientiæ, scilicet: Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: ubi ostẽditur qualiter poterit haberi spiritus sanctus: ibi Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. j. quæstio. j. Saluator & in fi-
ne dicitur: Spiritus domini repleuit † or- 4
bem terrarum, &c. Postmodũ sequitur epi-
stola:

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtola:Stans Petrus &c. Act.ij. in qua oſten ditur,quod ſuper ieiunantes deſcendit ſpi ritus ſanctus & ibi ſequitur: Non enim iſti ſunt ebrij, ſicut uos dicitis, cum ſit hora dici tertia,ſed hoc eſt quod dixit dominus per prophetam Ioel. Effundam de ſpiritu meo, ſuper omnem carnem, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ &c. In alijs uero eccleſijs dicitur prima lectio. Stans Petrus.& poſtmodum epiſtola. Per manus autem. Act.v.capit. Duæ itaque lectiones leguntur,quia duo populi ad fidem cõuertuntur,uel quia ordinandi in utriuſque te ſtamenti pagina imbuuntur.Sequitur alle lu Ia:quia eſt ieiunium exultationis,ut di ctum eſt,& dicunt quidam.Pater,cũ eſſem. Ioan.xviij. Sequitur euangelium Ioan. vj. cap.Nemo uenit ad me,niſi pater.qui miſit me traxerit eum, ſcilicet per ſpiritum ſanctum.& poſt ſequitur:Patres veſtri man ducauerunt manna,& mortui ſunt,qui mã ducat ex hoc pane viuet in æternum, quia egreſſum eſt coram Chriſtianis manna ſpi rituale,ſicut antè coram Iudæis: ſed tem porale manducantes & corporale, mortui ſunt. Qui uero manducauerit ſpirituale, non morietur morte,ſcilicet incredulita tis ſiue gehennali,unde patet quòd elegan tius egreſſus eſt dominus coram nouo po pulo, quàm coram ueteri Communio eſt:
5 † Pacem &c. Et eſt Ioan.xiiij. capitul. Et attende,quòd officium huius quartæ feriæ prædicat ſcientiã,quę eſt donũ ſpiritus ſan cti,qui uſque adeo ſanctos illuminat,quòd de quinque libris Moſi pauciſque prophe tarum ſcripturis librorum, copia creuit, quod myſticè innuit nobis euangelium,de quinque panibus & duobus piſcibus, quod hodie in quibuſdam eccleſijs legitur.

SVMMA.

2 *Feriæ quintæ poſt Pente. non habet officium proprium. Et vnde mutuetur.*

De quinta feria. Cap. 111.

1 SEquitor quinta feria, quæ ſecundum aliquas eccleſias † non habet introi tum proprium. ſed quia dominus de ſcendit in die dominica per miſſionem ſpiritus ſancti. & quinta feria aſcendit in cœlum, ideo diei dominicæ & quintæ feriæ communis eſt introitus. A dominica ergo mutuatur,nec habet propriũ,ut à ſab bato in ſabbatum ſeptem ſunt duntaxat officia,ſeptem donis ſpiritus ſancti depu tata.quidam tamen,& huic officio mutua to non incongruè donum adſcribunt, hu iuſmodi adſcriptiones non à ſabbato, ſed à dominica facere incipientes. In domini ca etenim ponunt ſpiritum ſapientiæ, in ſecunda feria intellectus, in tertia conci lij,in quarta fortitudinis, & in hac quinta ſpiritum ſcientiæ qui dat ſcrutari profun da, ſicut cantatur in allelu-Ia. Spiritus omnia &c. ¶ In † quibuſdam uero eccle- 2
ſijs cantatur introitus,qui in ſequenti dici tur feria,ſcilicet. Repleatur os meum lau de tua. Aliquæ uero eccleſiæ habent pro prium officium; ſcilicet Deus patrum noſ trorum, da nobis ſpiritum gratiæ &c. in quo eccleſia orat filijs ſuis dari ſpiritum ſanctum ad remiſſiones peccatorum, & ad facienda miracula, & quia per ſpiritum ſanctum fiunt miracula, ideo habetur in epiſtola.Philippus &c.Quæ eſt act.viij.capitu. quòd Philippus multos claudos ſana uit & ſpiritus immundos eiecit, & factum eſt gaudium magnum in illa ciuitate, ſcili cet Samarię.Et quia per ſpiritum ſanctum omnia iſta fiunt, ideo ſequitur euangeliũ. Luc.ix.c. Conuocatis Ieſus duodecim diſci pulis ſuis, dedit eis poteſtatem ſuper om nia dæmonia. & poſt. Non feretis uirgam neque peram &c.Quæ fieri non poſſunt,ni ſi ſpiritus ſancti abundantia habeatur.

SVMMA.

1 *Feriæ ſextæ poſt Pentecoſten, Miſſa: eiuſque expoſitio. & nu. 2.*

De ſexta feria. Cap. 112.

1 EXTA † feria eſt introitus Repleatur os meũ lau de, vt poſſim cãtare al lelulia,quia qui gaudet ore,& corde, poteſt ieiunare ieiunio exulta tionis.Et qa eſt dies ue neris in qua paſſus eſt dominus,& ſpiritus ſancti,ideo dicit Petr.in epiſto.Aperiens. act.ij. Quæ in quibuſdam Eccleſijs legitur, quòd Chriſtum ſuſcitatus eſt à Spiri tu ſancto:Vnde ibi habetur: Suſcitauit Ie ſum ſolutis doloribus inferni, ſicut ſcri ptum eſt.Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem, in quo ſignificata eſt illa Spiritus ſancti operatio, qua ſynagoga nunc mortua pietate reſurget, poſtquam plenitudo gentium eadem introierit pie tate. Prædicatio ergo hoc officium pieta tem.Poſſet etiam pertinere ad ſpiritum ti moris, pro eo quòd dicitur in euangelio:
2 Et repleti ſunt timore, & extaſi &c.¶ † In quibuſdam Eccleſijs legitur lectio. Exul tate filiæ Sion: quæ eſt Ioelis ij. capitul. Et quia per Spiritum ſanctum fiunt mi racula,ſequitur euangelium: Factum eſt. Luc. v. capitul. de paralitico ſanato. Et quia propter hoc debet laudari dominus. Sequitur offertorium: Lauda anima mea dominum Communio. Spiritus vbi vult ſpirat.

SVMMA.

1 *Sabbatum poſt Pentecoſten, vnde miſſam auſpicetur, & eius expoſitio. nu.2.4. etiam myſticè nu. 5.6.7.*

3 *Ordines celebrantur & conferuntur ſabbato poſt Pentecoſten.*

3 *Quadrageſima terminatur ſabbato poſt Pentecoſten.*

De Sabbato. Cap. 113.

1 N † ſabbato eſt introi tus: Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus no ſtris. ad Roman.v.capitu. Et competit Spi ritui ſancto, qui eſt charitas, & etiam diei ſabbati, quia in ſabbato futuræ quietis maximè diffundetur, vt qui igniculus eſt in Sion caminus ſit in Hieruſalem. Et ſe quitur verſus, domine Deus ſalutis meæ in die clamabo, & nocte coram te. Ille enim in quo diffuſa eſt Spiritus ſancti gra tia, laudat Deum in proſperis; & in ad uerſis. Sequitur epiſtola. Iuſtificati &c. Ad Roman. quinto capitul. in qua habe tur de huiuſmodi diffuſione. Quia enim charitas Dei diffuſa eſt, non permittit eam Paulus intra fines terræ promiſſionis tantum coarctari: imo oſtendit quod non tantum Iudæis, uerum etiam gentibus datus eſt Spiritus ſanctus, dicens ipſi Iu dęis. Vobis opportebat primum prædi cari, ſed quia repuliſtis verbum Dei, & uos indignos feciſtis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes. extra de renun. niſi. §. propter. in alijs vero Eccleſijs di- 2
citur epiſtola. Conuenit † vniverſa ciui tas &c. act. xiij. Quia ergo in gentibus datus eſt Spiritus ſanctus, ideo ſequitur allelu-Ia.Laudate dominum omnes gen tes. in hoc enim ieiunio non tacentur cantica lætitię propter reuerentiam feſti. Nec ſecundum Niceñ.concilium. lxxvj.di ſtinctio.de ieiunio, de conſecr. diſtinctio ne tertia, quoniam genua flectimus, ſed ſtantes oramus propter neophytos gau dentes, quod à peccatis ſurrexerunt. in alijs Eccleſiis dicitur: Repleti ſunt om nes. act. ii. capitul. Et ſpiritus domino ornauit cœlos. Iob. xxvii. capitul. Poſteà ſequitur euangelium. Surgens Ieſus. Luc. iii. capitul. De ſocru Petri ſanata, quæ ſignificat ſynagoga, quæ ſanata eſt à Pe tro ab infidelitate, & perfectius per fi dem ipſius ſanabitur in futuro, & ſic con uenit cum epiſtola. ¶ Fiunt autem † hac 3
die ordines, quia ſuper ordinandos de ſcendit Spiritus ſanctus, & etiam ſuper ie iunantes,& ideo dicuntur quatuor lectio nes ante lectionem Danielis, prout dictũ eſt ſub quarta feria tertiæ hebdomadę ad uentus.Prima eſt,de principio libri ſapiẽ tię,in qua oſtẽditur quibus datur Spiritus ſanctus,& quibus non ſcilicet illis,qui ſen tiunt de domino in bonitate,& in ſimpli citate cordis quærũt illũ.¶ † In aliis verò 4
eccleſiis prima eſt de Ioele iii.cap. Effun dam de ſpiritu meo ſuper omnem carnẽ quia ſicut Spiritus ſanctus ſuper Apoſto los deſcendit viſibiliter,ita ſuper ordinan dos deſcẽdit inuiſibiliter.ſecũda eſt: Locu tus eſt,quæ eſt:Le.xxiii.c.tertia eſt: Dixit Moſes,quæ eſt in Deut.xxvi. cap. quarta eſt.Dixit dñs ad Moſen,quę eſt Leui.xxvi. c.Offertoriũ eſt,Intonuit dñs. Poſtcom-

munio vero: Mon vos relinquam &c. de effusione Spiritus sãcti loquitur. Potest etiã
5 dici, quod hoc † officium figurat duorum concordiam populorum: Iudæi videlicet & Gentilis. Hi sunt duo cæci, de quibus dicitur in euangelio, quòd sunt illuminati à Christo, de qua concordia loquitur Paulus in epistola ad Iudæos, & Gentiles, dicens iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per dominum nostrum Iesum Christũ. Sed quia pax & cõcordia vera non fit, nisi per charitatem ideo præcinitur in introitu: Charitas Dei diffusa est. in qua ter ponitur allelu-Ia: quoniam ad fidem Trinitatis peruenitur per obsequia charitatis. Lectiones etiam ad ieiunium pertinentes, attestantur operationem & gratiã Spiritus sancti, vt prima: Effundam de spiritu meo. & secunda: Locutus est. vbi dicitur: Numerabitis septem hebdomadas vsque ad alteram diem expletionis. Hebdomadæ septem præsentem innuunt festiuitatem, quæ olim dicebatur festiuitas hebdomadarum, & quia postquam gentes intrauerint reliquiæ saluabuntur: ideo nunc flentibus & sponsum expectantibus
6 dicit dominus † in postcommunione: Nõ vos relinquam orphanos, quia igitur hæc concordia fiet imminente die iudicij, qui etiam electis erit causa timoris, ideo hoc officium pertinet ad timorem, vel quia timor introducit charitatem, licet charitas foras mittat timorem. de pœnitent. distin. ij. sicut cæca. ¶ Et attende, quia secundum Augu. in ordine officium istorum descendẽdo computamus, in ordine vero paschalium ascendendo, quia per hæc descensus
7 Spiritus sancti ad nos, per illa noster ad ipsum significatur ascensus. ¶ Et † caue, quia præter præmissa officia ad ieiunium pertinentia, quæ in quarta, & in sexta feria, & in hoc sabbato exposuimus, aliæ quidem lectiones & euãgelia in eisdem diebus inueniũtur, q̃ fortè solennitati magis appropinquare videtur, sed tamẽ hæc & illa gratiam spiritus sancti personãt, & operationem. vnde quidẽ hodie nõ in cõgruè duas missas celebrant, unã in tertia, de festo, cũ Gloria in ex. & Credo. aliam in nona de ieiunio, sine Gloria in ex. in qua sunt clerici ordinãdi, qui merito in hac hebdomada ordinantur, vt sancti spiritus dona percipere mereantur. † Et memento, quod 8
hac die terminatur quadragesima: & ideo hodie frequentatur & cantatur pro graduali allelu-Ia, nec flectuntur genua, pertinet enim ad octauam. Generale quidem est, quod quoties de tempore in die gratię materia laudis assumitur, aut dies ad octauam refertur, genua non flectimus, sed in orationibus stantes collatam nobis gratiã & cõferendã gloriam profitemur, ut cum olim essemus serui curui; tũc fracto iugo incedamus erecti, ut in dominicis diebus, & sanctorum natalitijs & paschalibus inclinare tamen capita possimus, & mulieres deuotas ad monumentum venientes imitemur.

SVMMA.

1 *Trinitatis festiuitas, cur sequatur Paschatis & Pentecostes ferias.*
2 *Antiphonis cur addantur versus quarundam festiuitatum.*
3 *Tropus, quid.*
4 *Trinitatis missa, eiusque officium, & illius expositio. Et nu. 5. 6.*
7 *Alchuinus, Caroli præceptor officium Ecclesiasticum ab Attila rege cõfossum restituit.*
8 *Trinitatis festiuitas, varie & diuersimode celebratur.*

De die Dominica sanctæ Trinitatis. Cap. 114.

IN † plerisque locis, in octaua Pent. fit festum sanctæ Trinitatis. Post quam enim celebrata est festiuitas patris, in natiuitate, quia natiuitas dicitur festiuitas patris, & postquam celebratum est festum filij in Pascha, & festum spiritus sancti in missione ipsius, merito in octaua. Pentec. fit festum eorum, scilicet Trinitatis, vt ostendatur, quòd tres personæ sunt vnus Deus, & hæc est prima causa, quare celebratur festum trium personarum diuinarũ simul. Secũda causa est, quia ad inuocationem sanctæ Trinitatis datur in baptismo Spiritus sanctus, vt præmissum est. Tertia causa est, vt ostẽdat Ecclesia filijs suis illũ à quo sunt omnia bona, cuius habet imaginem, & cuius debet habere similitudinem videlicet

videlicet Dei & sanctæ Trinitatis, quam semper laudare debemus, & quia tota intentio est laudare ipsum, ideo in quibusdã ecclesijs in singulis antiphonis laudũ prẽponitur versiculus, qui laborem significat ad ostendendum, quòd toto labore totoq; nixu debemus nos vertere ad laudandum Deum & sanctam Trinitatem, & eodem modo fit in quibusdam Ecclesijs in festo beatæ Mariæ in antiphonis laudum, pro eo, quia ipsa se totam vertit in laudẽ Dei. Vnde tunc in euangelio dicitur: Maria autem conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo, & quia ipsa priuilegiata fuit in virginitate, ipsa enim est virgo virginũ, in antiphonis quoque de beato Laurentio & de beato Paulo, & de beato Stephano proponantur quidam versus antiphonis, ad maiorem laborem notandum, quem in suis martyris sustinuerunt. Beatus enim Laurentius grauius cæteris passus est. Vnde beatus Sixtus dixit ei: Maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. Beatus vero Paulus plus cæteris laborauit prædicãdo, & beatus Stephanus pro Christi fide primus martyr extitit. sed in hoc est differentia, quia in nocturnalibus antiphonis tantum de beato Laurentio præmittuntur, quia passio sua de nocte cõsumata est: vnde dixit: Mea nox obscurum non habet, & iterum: Non est inuenta in me iniquitas: & ita apparet q; totus fuit sacrificiũ laudis. Vnde semper dicebat: Gratias tibi ago domine. Mane vero corpus eius conditum fuit, & ideo tantum nocturnalibus & non laudum antiphonis, versiculi præponuntur. ¶ † Rursus, quia ver-
2 sus laborem & boni operis fructum significat, prout tactum est in procemio quintæ partis, merito in dictorum sanctorum natalitijs specialiter premittuntur antiphonis, ad notandum quòd ipsi excellentius labores & bonorum operum fructus suis natalitijs & martyrijs præmiserunt. ¶ Itẽ in quibusdam ecclesijs antipho. de martyrio beati Petri præpostere præponuntur ver. ideo, quia ipse petijt, ut in cruce caput suum ad terram vertetur. Hi autem versus tropi vocantur quasi laudes ad an
3 tiphonas conuertibiles. τροπος enim † græcè, conuersio dicitur latinè, quia ergo semper sanctam Trinitatem laudare debemus ideo ad missam dicitur introitus: Benedicta † sit sancta Trinitas, quem Alchuinus 4
sumpsit de Thobia xij. postmodum sequitur epistola de Apoca. Vidi ostium apertũ in cœlo, & in circuitu sedis, id est, Ecclesię, quę est sedes domini, mare vitreum, id est, baptismum. in quo submerguntur omnes Aegyptij, id est, omnia peccata. Et no. quia dicit mare vitreum, propter corporis fragilitatem, & perspicuitatem, quam recepit in baptismo: & est in circuitu, quia ad Ecclesiam venire non possumus, nisi per baptismũ. sequitur: Simile crystallo, quia qui prius erant aquæ fluxibiles, sunt per gratiam in baptismo acceptam firmi, sicut crystallus, quæ fit ex aqua cõgelata, & diuturno gelu in naturam lapidis cõsolidata. Et hæc est una causa, quare in hac die legitur hæc epistola † quia in eo dicitur 5
de baptismo, in quo per inuocationẽ Trinitatis dãtur septem dona spiritus sancti. Secunda ratio est, quia in ea inuitamur ad laudes Trinitatis, cum ibi sequatur, quòd animalia piena oculis antè & retro, id est, prælati dabant gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum. Sedens autem super thronũ, est Deus trinitatis. Vnde sequitur. Et procidebant viginti quatuor seniores in facies suas mittentes coronas ante eum, hoc significat quod omnia bona nostra debemus attribuere ei. itaque omne illud ex quo meremur coronam. sequitur & non habebant requiem dicentia: Sanctus sanctus sanctus. & ideo in introitu, & in alijs officijs toties repetitur, Benedicta sit sancta Trinitas. & propter hoc responsorium siue etiam graduale, quod respondet epistolæ est: Benedictus es domine, qui intueris abyssos. Dan. iij. cap. Versus est: Benedicite Deũ cœli. Thobiæ xij. ca. & allelu-Ia. Benedictus es domine &c. offer. Benedictus es domine. Et postcommunio: Benedicimus Deum cœli &c. Thobiæ xij. cap. Euange. est. Erat homo ex Pharisæis Nicodemus. in quo habetur de baptismo, qui in inuocatione sanctæ Trinitatis sanctificat baptizatos. In alijs uero ecclesijs dicitur epistola: Gaudete perfecti, quæ est ad Corin. vlt. cap. Et in alijs dicitur, Vidi ostium, quæ est Apoc. iiij. Et euãgelium: Cum uenerit paracletus. Io. xiiij.

Universidad de Deusto Biblioteca

6 cap. ¶Sciendum † est quod historias de
sancta Trinitate, & de inuentione sancti
Stephani composuit sanctus Stephanus
Laudicen. ¶Rursum cum Attila rex, qui
Christianos persecutus est, vere omnia uo
lumina Christianæ religionis destruxisset
Alcuinus magister Caroli & Ludouici fi
lij eius, rogatu Bonifacij archiepiscopi
Maguntini, multa de ecclesiasticis officijs
conscripsit: Vnde & Magunt. concilio
approbante, vt habetur de consecratio. di
stinctione quinta. instituit, quòd à festo
Paschæ, vsque ad dominicam istam, tres
tantum dicerentur lectiones, & hac die de
Trinitate cantari vsque ad dominicam se
quentem, & tunc incipere: Domine in tua
misericordia &c. Et composuit officium
de Trinitate, videlicet responsorium: an
tiphonas, missam & sequentiam, quæ om
nia obtulit Alexand. Papæ. Ille vero re
spondit, non esse celebrandum festum, de
Trinitate, sicut nec de vnitate. Nam singu
lis diebus fit festum Trinitatis, & vnitatis:
quia semper dicitur: Gloria Patri & Filio
& Spiritui Sancto. & præmissas historias,
& officium non admisit. extra de fer. cap.
ij. Verum superueniente hæresi Arriana
ferè fuit fides Trinitatis extincta, sed Hila
rius, Eusebius, & Ambrosius restituerunt.
Consensit igitur eadem de causa Gregor.
magnus, vt de trinitate specialia cantare
mus, & Ecclesias in ipsius honorem ædifi-
7 caremus. † Exinde ergo est, quod de hi
storia trinitatis inuenitur varia consuetu
do. Alij nanque non vtuntur ea, sequentes
reprobationem Alexandr. Papæ. Sed in
qualibet dominica ab octaua Penteco. vs
que ad aduentum cantant in nocturnis no
num responsorium de trinitate: nisi festum
aliquod impediat, vt eam confiteantur,
per quam saluantur; & in missa allelu-Ia
cam hilariter profitentes, ut dictum est
sub quarta parte, sub tit. de allelu Ia. Alij
vero utuntur ea, cantantes eam in hac pri
ma dominica, sequentes primam institu-
tionem Alchuini. Alij ponunt eam in fine
temporis declinationis, scilicet in ultima
dominica, videlicet ante dominicam de
adventu, sequentes ultimam probatinem
Gregor. Romani, ergo nunquam de Trini
tate celebrant festum, nec etiam has octa-
uas faciunt, sed in prima dominica post
Pente. incipiunt historiã. Præparate. seu
Deus omnium. Alij uero celebrant hodie
de octaua, scilicet de spiritu sancto, & po-
nunt eandẽ epistolã, & idem quod prædi-
ximus euangelium, propter baptismatis sa
cramentum, cęteris obseruatis, sicut in die
Pentec. Celebrant autem octauam ad in-
uendum perfectionem, vel consumma-
tionem operum sancti spiritus. Per septẽ
enim dies operatio gratiæ septiformis, in
octauo uero consumatio declaratur. Et
quoniam in octaua redit ad caput, ideo
omnia sicut in die festo à vespera in vespe
ram, in ipsis vesperis & tribus nocturnali-
bus psalmis obseruant: De his octauis Au
gust. dicit: Celebrationem octauarum fe-
riarium noui hominis celebramus. Baptis
mus neophytorum licet in sabbato pera-
gatur, ad illum tamen baptismum perti-
net, quem Apostoli susceperunt in die Pẽ-
te. cuius octaua dies est dominica sequẽs.
Qui uero ponunt historiam: Præparate.
seu Deus omnium. melius faciunt, quia
Romanam sequuntur ecclesiam nostrę pe
regrinationis recolentes, & percurrentes
historiam. Nam per septuagesimam signifi
camus, expulsionem generis humani de
patria paradisi, per quadragesimam seru i-
tutem populi sub Pharaone, per pascha
immolationẽ agni, per quadraginta dies
Paschales, quadraginta annos in deserto,
per Rogationes, terræ promissionis ingre
sionem, per septem dies pentec. in quibus
septem dona diuiduntur terræ datæ diui-
sionem. per tempus, quod ab hodie sequi-
tur, significamus populi afflictionem, &
gubernationem factam per iudices & re-
ges, ideoque sequuntur quatuor libri Re-
gum, prout in sequenti tit. dicetur.

SVMMA.

1 *Libri Regum leguntur post Pentecostes octa uas. Et cur ita. ibidem. & nu. 2.*
3 *Dauid nobis in hac militia proponitur in exẽ plum & typum virtutis.*
4 *Saul nobis est exemplo.*
5 *Dauid funda, quid significet.*
6 *Euangelium dominica prima, post Pentecostẽ. Et eius interpretatio.*

De

De prima dominica post Pentecost.
Cap. 115.

1 Hic † dicendum restat
de prima dominica
post Penteco. quæ est
vna de principalibus
dominicis, & incipit
hic quartũ tempus pe-
regrinationis, quia su-
mus in via ueniendi ad patriam. Sed quia
hostes habemus prius, quàm illuc perue-
niamus, scilicet carnem, mundum, & diabo
lum. ideo legitur de libris regum, in qui-
bus agitur de bellis & de victoris, ut inui-
temur ad pugnandum fortiter contra ho-
Ephes. 6 stes, ut victoriam habeamus, sicut Iudæi de
Philistæis: & tandem gloriemur in cœlis:
quia non est nobis tantum lucta aduersus
carnem, sed etiam aduersus aereas pote-
states. unde primò dicimus in vesperis: Be-
nedictus dominus Deus meus &c. Historia
est Deus omnium seu secundum Ro. prepa
rate. Sed quia bellum sine discretione non
bene geritur, ideo sequenti tempore subiũ
guntur libri Salomonis, Item, quia insur-
gunt vitia, contra quæ necessaria est patiẽ
tia, ideo subsequentes subiungitur historia
de Iob, rectà ergo inuitamur ad pugnam
quia postquam digni sumus in numero iu-
storum haberi, per librũ numeri iam per-
fectum, & in statu perfectionis per nouam
legẽ, scilicet Deutero. in quo habetur: Di
liges dominum Deum tuum, ex toto cor-
de tuo, & ex tota anima tua. & sumus sub
Iesu per librum Iosue: & sub iudicibus, id
est, prælatis per librum iudicum, & sumus
sine acceptatione personarum, per librum
Ruth: quæ fuit Moabitis, restat tamen pu-
gnare quia tunc magis tentat diabolus, &
2 sic ordinantur † libri regum, in quibus
tractatur de bellis ipsorũ ad alios libros.
Adaptantur etiam & aliter primæ qua-
uor dominicæ quatuor libris regum, pro-
ut dicetur sub. iiij. & sub. vij. & sub xv. do-
minicis. Leguntur autem in tali tempore
& post missionem Spiritus sancti, & post fe
stum trinitatis, quia quãdo accipimus gra-
tiam Spiritus sancti, ex tunc sumus similes
Deo: & filij sumus summi regis, & per con
sequens sumus reges. Vnde in Apoc. Fecit
nos reges & sacerdotes Deo, & patri suo
&c. Pe. in canonica. Vos estis genus electũ,
regale sacerdotiũ, &c. Extrà de sac. vnct. er
go cum simus reges, & habeamus aduersa-
rios, nõ restat nisi vt regnum nostrum de-
fendamus: quia ex hoc nobis inuidet diabo
lus, quia ad illud regnum sumus assumpti,
vnde fuit deiectus, & ideo nobis grauis im- 3
minet pugna. Nempe ostẽditur nobis † Da
uid in exemplum, qui vicit per humilita-
tem, & per iucunditatem mentis, & vnctus
fuit ter. ¶Primò à Samuele, in Bethleem
in signum regni, ¶Secundò, super domum
Iuda, in regem super tribu Iuda, à viris Iu
da in Ebron. ¶Tertio, iterum in Ebron, &
in cõfirmatione regni super totum Israel.
Similiter nos si bene pugnabimus ter inun
gemur. ¶Primò, in baptismo in signum re-
gni. ¶Secundo, in confirmatione. ¶Tertiò
in paradiso, quando regnum nostrum con 4
firmabitur. Saul † nobis proponitur in exẽ 1. Reg.
plum, qui per inobediẽtiam amisit regnũ. 6
vnde non simus inobediẽtes sicut ipse fuit
ne perdamus regnum æternum. Dauid au
tem fuit humilis in omnibus operibus suis
quòd patet: quia cum luderet coram arca
domini indutus Ephod lineo, depositis re
galibus vestibus despexit cum Michol filia
Saul, dicens ei, quod nudatus fuerat sicut
vnus de scurris & ille respondit, Iudan. &
vtilior fiam ante dominum, qui elegit me
&c. Item quando venit ad eum Natham
propheta & redarguit eum de peccato suo
publicè pœnituit. ¶Item iucunditatẽ men
tis habuit, & omnia bona à se facta ad Deũ
retulit, vnde de eo cantat Ecclesia, præua
luit Dauid in Philistæum in funda & lapi-
de in nomine domini. Ecce exultatio in
Deo. Non enim in se confidebat Funda 5
† Dauid, est prædicatio, per quam fundam
prædicationis eijcitur diabolus de cordi-
bus hominum, cum per duram reprehen-
sionem incutitur timor, & concipitur pœ-
nitentia, lapis verò dura reprehensio est:
quia ergo huiusmodi victoria habetur per
humilitatẽ, ideò ad missam incipit introi-
tus. Domine in tua misericordia speraui.
Ecce humilitas Dauid. exultauit cor meũ.
ecce mentis iucunditas, per hæc duo vinci
tur pugna, & quia ille solus vincit, qui ni
hil sibi, sed oia bona sua Deo attribuit, &
sperat in eo. ideò bene sequit oratio: Deus
in te

in te sperantium &c. posteà sequitur epistola de charitate. Deus charitas est &c.j. Ioan.iiij.cap.quia per charitatem reges sumus, & per eam facimus bona opera meritoria regni, per quæ regnum nostrum defendimus, & conseruamus, vnde sequitur. In hoc apparuit charitas Dei &c. post: Deus, charitas est &c. ibi etiam ostēditur, quòd diligere debemus Deum & proximum. in euangelio autem: Homo quidam erat diues. Luc.xvj. cap.ostenditur, quod
6 non debemus diligere † diuitias per diuitem, qui induebatur purpura & bysso, & per pœnam eius, ut enim dicitur: Ecclesi.v. cap.qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: qui amat, scilicet amore libidinoso naturali verò uel charitatiuo potest, quia diuites cum iustitia & bonis operibus non abijcimus.xxx.distinct.hoc scripsimus, habetur enim in euangelio de mendico Lazaro in cuius persona incipit graduale. Ego dixi domine, miserere mei & sequitur versus de operibus misericordiæ. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, id est, intelligit & præcogitat illud, quod est in egeno & paupere, scilicet egestas & paupertas, vt ei subueniat. dicit enim Grego. quòd debemus eos vocare patronos & amicos nostros, quòd etiam fratres nostri sunt, & sic facere nobis amicos de mammona iniquitatis & de malè acquisitis: vt cùm defecerimus per mortem, recipiant nos in æterna tabernacula. hoc non fecit diues ille epulo, & quia in aliquo noluit pauperi subuenire, ideò cum eo distinctissimè fecit dominus vt non posset habere guttam aquę ad refrigerium linguæ, & ideò sequitur allelu-Ia. Deus iu. for. &c. posteà sequitur offert. in persona mendici, scilicet Intende voci orationis meæ, & quia non obliuiscitur Deus orationes pauperum, sequitur postcommunio. Narrabo omnia mirabilia tua psal.di. &c. in quibusdam tamen ecclesijs legitur hodie euange. Estote misericordes. quod est Luc. vj. cap. & est sciendum quòd Vrbanus Papa, quartus statuit fieri festum de corpore Christi. v. feria post hanc dominicam, concedens magnam indulgentiam tam clericis officiantibus quàm populis conuenientibus ad diuina: prout in officio super hoc ordinato habetur.

SVMMA.

1 *Dominicæ secundæ post Pent. Missa, officium-que, & eius expositio & nu. 2. 4.*
3 *Lingua dolosa palliatorum amicorum.*

De secunda dominica post Penteco. Cap. 116.

DICTVM est, † quod prima causa qua defendimus regnum nostrum est charitas, quæ dilatatur per considerationē æternarum nuptiarum de quibus in Apoc Beatus, qui vocatus est ad cœnam nuptiarum agni. vnde in hac secunda dominica habetur de huiusmodi cœna in euangelio Luc. xix. cap. Homo quidam fecit cœnam magnā, & uocauit multos, & misit seruos suos hora cœnę dicere inuitatis, ut venirēt &c. hora cœnæ est ex quo porta paradisi aperta est per Christum. sequitur, & cœperunt se omnes simul excusare. Nam primus dixit: Villam emi, & necesse habeo videre illam. Secundus dixit, iuga boum emi quinque: & eo probare illa. Tertius vero dixit: vxorem duxi: & ideo non possum venire. Dominus verò dixit ad seruum: Vade, & compellē intrare, vt domus mea impleatur. Multos enim compellit intrare per tribulationes, illi verò, qui vocati fuerant non venerunt, quia auari, qui primum se excusant, supple, vel gulosi, qui per secundum, & luxuriosi, qui per tertium intelliguntur, hac cœna se reddunt indignos, vnde versus: Villa, boues, vxor, cœnam clausere vocatis. Mundus, cura, caro, cœlum, clausere renatis. Et quia in hoc isti se reddunt indignos, ideò dominus alios vocat. Quia verò per considerationem huius cœnæ dilatatur charitas, & quia dominus protegit habētes charitatem, ideò incipit introitus. Factus est † dominus protector
2 meus, & eduxit me in latitudinem charitatis. Sequitur versus de charitate: Diligam te domine fortitudo mea &c. In oratione verò petit charitatem sancti nominis tui &c. in epistola: Nolite mirari. j. Ioan. iij. c. habetur de uita æterna, per cuius intuitū amor concipitur, & sequitur in fine de charitate:

ritate: Filioli, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & ueritate, Hæc est lin-
3 gua dolosa, quam † dicunt amatores mūdi: Roge te, habe me excusatum. Dicunt etiam bonis & sanctis viris: Rogate pro nobis, & tamen uenire non curant. Et attende, quod duo primi excusant se, Per primum enim, superbi intelliguntur. Per secūdum, omnes, qui delectantur in quinque sensibus corporis. Per tertium uerò, luxuriosi, qui se non excusant, quia non habent cor, sicut habetur in Oseæ iiij. ca. Fornicatio, vinum, & ebrietas, auferunt cor. Magis enim absorbet hominem fornicatio, quàm superbia, uel auaritia. Quia ergo ut dictum est, lingua talium excusantium se, dicitur lingua dolosa, ideò Ecclesia à lingua dolosa petit se liberari in responsorio Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. In ver. domine libera me &c. Et quia perfectus est, qui nō peccat in lingua, ideò in secūdo tono cātatur. Postmodū sequitur † allelu Ia similiter de cha
4 ritate. Diligante dñe fortitudo mea &c. Quia uerò cōsideratione uitę æternę concipitur charitas, uisa cœna petit conuerti in offertorio. Cōuertere domine, & eripe. Et quia ibi cātabimus uocaliter, ut ait Cassiodorus super psalmistā. Omnis spiritus laudet dominū, nō erit ibi tantū cœna, sed maxima solēnitas. vnde in threnis primo c. Vię Sion lugēt, eò quod nō sint, qui veniāt ad solēnitatē. Ideo in posteōmunione promittit se cātaturū ibi dño, dicens: Cātabo dño, qui bona tribuit mihi, & psallam &c.

SVMMA.

1 *Euangeliū Dominicæ tertiæ post Pēt. & expositio, etiam mystica. Tum Missa. nu. 2. 3. 4.*

De dominica tertia post Pentecost. Cap. 117.

TERTIA causa, quare inflāmamur ad defendendū regnum nostrū, est consideratio beneuolentię Dei, qua nos custodit & diligenter quærit: ideò in euangelio huius dominicæ. Erant appropinquantes. Luc.
xv. cap. habetur. Quis ex uobis homo habens centum oues, id est, angelos & homines & scilicet hominem. nonne relinquit nonagintanouem in deserto, id est, in cœlo, & vadit quærere perditam &c. aut quæ mulier habens drachma x. scilicet angelos & homines, & perdit unam, scilicet hominem, in quo imaginem suam depinxerat, nonne accendit lucernam, id est, naturam humanam, in qua lumen deitatis posuit uniendo fidei, & quærit diligenter donec inueniat, & cum inuenerit conuocat amicas, & uicinas, dicens eis. Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quā perdideram. Ita dico uobis gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente. Ecce quanta est beneuolentia Dei erga nos. Ista enim beneuolentia accendit in nobis charitatem. ¶ Quia
† uerò ad nuptias æternas non intrant superbi, neque luxuriosi, neque auari, ut præmissum est, ideo introitus huius dominicæ: Respice in me &c. & dicit ui de humilitatem meam, contra superbiam & laborem meum, contra luxuriam, quia inops & pauper sum ego, contra auaritiam, & propter prædicta monet nos Pet. ad humilitatem dicens in epist. j. Pet. ult. cap. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet &c. Et post sequitur ibi: Sobrij estote, & vigilate in orationibus. quoniam ad. ve. di. tan. le. ru. cir. q. quem de. ¶ † Et quia tantam curam habet dominus de nobis, ideo 3
in graduali inuitat nos Ecclesia dicens: Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. uersus: Dum clamarem ad dominum, ex. uocem meam &c. Allelu-Ia est: domine refugium. Offer. est: Sperant in te omnes, qui te nouerūt, &c. quia de sperātibus in se habet curam. Quia uero dominus non inuenitur, nisi quis pœniteat, cum uerò quis pœnitet, ad dominum clamat, ideò sequitur postcommunio. Clamabo.
¶ † Rursus hoc officium est de pœniten- 4
te, sicut apparet ex ipsa communione, & ex euang. ubi per Dauid intelligitur quilibet pœnitens, ubi dicitur: Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente &c. & ex introitu, & aliis. & ideo cātatur circa festum beati Ioan. Bapt. qui legitur populum ad pēnitētiam prouocasse.

SVM-

Universidad de Deusto Biblioteca

SVMMA.

1 *Dominica quarta post Pent. quid moneat: & quod habeat officium. nu. 2.*

3 *Dominicæ quatuor sequentes. Pente. quatuor libris Regum adaptantur.*

De dominica quarta post Pentec.
Cap. 118.

1 QVARTA † causa, qua defendimus regnum nostrum, sunt opera misericordiæ. Vnde in euange. Luc. vi. cap. quod legitur in hac quarta dominica in quibusdam ecclesiis dicitur: Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Et post sequitur: Mensuram bonam & confertam, & coagitatam & superefluẽtem dabunt in sinũ uestrum. ¶ Quia uerò non potest homo opera misericordiæ facere, nisi prius illuminetur à Deo, ideò incipit introitus: Do
Cãt. 6 minus illuminatio mea. Et quia opera misericordiæ, est Ecclesia terribilis, ut castrorum acies ordinata, sicut dicitur in canticis canticorum, sequitur uersus. Si exur-
Ps. 26 gant aduersum me castra, non timebit cor meum, & si exurgat ad me prælium &c. Posteà petit in collecta misericordiam & gratiam dandi eleemosynas: cum dicit. Prote-
2 ctor in te sperantium Deus &c. ¶ In † epistola uero: Existimo. quæ ad Rom. viii. cap. ostenditur præmium, ubi dicit Apostolus: Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et post sequitur: Et omnis creatura ingemiscit, expectans reuelationem filiorum Dei. Et ut hanc gloriam ecclesia possit adipisci, petit in responsorio ueniam de peccatis. Propitius esto pecca-
Ps. 90 tis nostris domine &c. ¶ Sequitur allelu Ia, In te domine speraui, quia in te sperantibus propitius es. Vnde psal. quoniam in te sperauit liberabo eum. Adaptantur etiam
3 † istæ quatuor præcedentes, dominicę quatuor libris regum sic. In primo enim libro habetur quomodo Dauid inũctus fuit. Vnde in prima dominica incipit introitus. Domine in misericordia tua speraui. Et in responsorio habetur. Et unxit me unctione misericordiæ suæ, & oleo exultationis. Vnde sequitur in introitu. Exultauit cor meum in salutari tuo. & ita ostendit se unctum oleo lætitiæ per misericordiam Dei. In secundo libro habetur, quomodo liberatus fuit ab inimicis, & unctus bis, ut haberet latitudinem regni. Vnde in secunda dominica incipit introitus. Factus est dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem, ut late regnaret. In tertio habetur quomodo mortuus fuit. Vnde in tertia dominica utitur ecclesia uoce decedentiũ, dicens. Respice in me, & miserere mei. & in uersu. In te domine speraui. In quarto libro habetur de prophetis, qui illuminati sunt à Deo, ut uiderent uentura, & ideo in quarta dominica dicitur in introitu: Dominus illuminatio mea, &c.

SVMMA.

1 *Dominica quinta post Pentecost. adfert rete Petri. Et quid illud significet.*

2 *Prædicatores pro terrenis prædicantes, nihil capiunt.*

De quinta Dominica post Pentecost.
Cap. 119.

QVinta causa, qua defendimus & obtinemus regnum nostrum est pax cum inimicis ecclesiæ, & patientia in aduersis. ad quam inuitat nos beatus Petrus in epistola huius quintæ dominicæ. Omnes unanimes. ij. Pet. iij. ca. dicens, & nõ reddentes malum pro malo, &c. Vnde in euangelio habetur de rete beati Petri. Sed † multi sunt, qui rumpunt rete 1
Beati Petri, id est, cõcordiam & unitatem fraternam. & ideò in persona tolerantium incipit introitus: Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te, &c: uersus est: Dominus illuminatio mea, &c. Illuminatus enim à Deo, saluatur ab hostibus, quia sperat in eo. Pro prædicta autem pace cũ inimicis ecclesiæ impetrãda, orat ecclesia, in collecta, dicẽs: Da nobis quęsumus domine, ut & mundi cursus, &c. In aliquibus tamen ecclesijs dicitur: Deus, qui diligentibus te, &c. ¶ Sequitur euangelium. Luc. v. cap. Dum plurimæ turbæ irruerent in Iesum, &c. ubi sequitur. † Præceptor, per to- 2
tam

tam noctem laborantes nihil cœpimus: Tales qui laborant in nocte, & nihil capiũt: sunt qui pro terrenis prædicant. sequitur, In verbo tuo autem laxabo rete. hoc facit, qui habet scientiam & uitam, talis enim concludit multitudinem piscium copiosam. vnde in principio tot capti sunt boni & mali, quòd rete rũpitur, per quod significatur, quòd Ecclesiæ vnitas in hac uita rũpitur à quibusdam: sed post resurrectionem capti sunt multi, & tamen non est scissum rete, per quod significantur boni, qui non scindunt vnitatem ecclesiæ. Et ideò in offertorio dicit ecclesia, se laudare Deũ qui quantum ad bonos filios, dedit eis intellectum, ut non rumpant rete, id est, vnitatem ecclesiæ. Benedicam dominum, qui mihi tribuit intellectum. in postcommunione verò dicit ecclesia se operari vnitatem, & hanc petere à Domino. inquit: Vnam petij à domino: licet enim plura petat quotidie, tamen dicitur vnum petere, quia ad unum finem, id est, ad habendum à Deo omnia petenda petit, & hoc est quod ibi sequitur: Hãc requiram, ut inhabitem in domo domini, omnibus diebus vitæ meæ. hoc ideò dicit, quia tunc legitur Paralipomenon, id est, verba dierum, qui habet eandem materiam cum libro Regum, & significat quòd qui in diebus suis bene rexerit se, habebit dies ęternitatis. Et attende, quòd hoc officium cantatur circa festum beati Iacobi, sicut dicitur in euangelio, relictis retibus secutus est dominũ, & factus est piscator hominum, id est, supplantator re & nomine vitiorum.

SVMMA.

1 *Dominicæ sexiæ post Penteco. Missa, & eius expositio. & nu. 2.*

De sexta Dominica post Pentecosten.
Cap. 120.

1 QVIA uerò non † valent omnia prædicta, nisi fiat etiam plena iustitia fidei, & in nouitate vitæ, ideò in hac sexta dominica legitur secũdus liber Paralipomenõ, vbi habetur, q̃ cõfortauit dominus Salomonẽ, per quod significatur, quòd dominus spiritualiter suos confortat, dando eis fortitudinem, ideo in officio huius dominicæ: dominus fortitudo plebis suæ protector, &c. versus est: Ad te domine leuaui animam meam, quia ab ipso est omnis fortitudo, & tunc bene regimus regnum nostrum, quod maximè fit, si tendat homo ad promissiones Dei, vnde dicitur in oratione: Deus, qui diligentibus te, bona inuisibilia præparasti, &c. in epistola autem, † quicunque baptizati sumus, &c. ad Ro- 2
ma. vj. cap. hortatur nos Paulus, ut in nouitate vitæ ambulemus. aliter enim nihil ualent alia, & ut hoc possimus, orat ecclesia in responsorio: Conuertere domine aliquantulum, &c. ille verò, qui ambulat in nouitate vitæ, præparat se ad laudandum Deum in præsenti, & in futuro. vnde sequitur allelu-Ia: Te decet hymnus Deus in Sion. Ad hanc orationem vel perfectionẽ hortamur in euangelio Matth. v. cap. Nisi abundauerit iustitia uestra, &c. Et sequitur ibi. Si offers munus tuum ante altare. Et quia non potest homo hoc facere sine auxilio Dei, ideò orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis &c. Et quia talis potest offerre: ideò sequitur in postcommunione: Tollite hostias &c.

SVMMA.

1 *Libri sapientiæ, cur potissimum in Augusto legantur. Et quid septima Dominica præterea adhibeat. nu. 3.*

2 *Sextilis ante, iam Augustus.*

4 *Missæ Dominicæ septimæ post Pentecost. expositio.*

De septima Dominica post Pentecosten.
Cap. 121.

SEquitur † septima dominica in qua leguntur libri Salomonis, vt Parabolæ &c. Cantica, libri Sapientię, quem 1
Philo composuit: & ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach edidit, & tamen Salomoni attribuitur. Hi libri qui sunt de operibus sapientiæ Salomonis, leguntur à Calendis August. vsque ad Calendas Septembris, quia mensis iste calidus est, & æstum significat uitiorum, in quo nos oportet sapien-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſapienter regere: ficut in medio nationis
prauæ & peruerſæ, vel quia menſis iſte, ſci
2 licet Auguſtus ſextus eſt † vnde Sextilis
ante Auguſtum Cæſarem uocabatur, &
verus noſter Salomon in ſexta ætate ue-
nit, qui fecit vtraque unũ, qui fuit Dei vir-
tus & Dei ſapientia, qui docuit nos ſapien
ter viuere & docere, Hic eſt Chriſtus rex
regum, qui ſeptem panibus, & paucis piſci-
bus, vt legitur in euangelio hodierno, ſa-
tiauit eos, qui de longè uenerant, & eum
3 triduo ſuſtinuerant. ¶ Rurſus † in hac do-
minica incipit eccleſia Parabolas Salo.
poſt feſtum enim trinitatis legitur liber
regum. quoniam homo quando trinitatis
ſimilitudinem habet, fit rex & ſacerdos.
vnde præponuntur ei exempla de regibus
& ſacerdot bus, ſicut ſub prima dominica
dictum eſt. Poſteà uerò ſequuntur libri do
ctrinales, præponuntur enim exempla do
ctrinis, quia plus mouent facta, quàm di-
cta. Act. j. Cœpit Ieſus facere & docere: &
ſic ordinantur libri ad ſe inuicem, ut præ-
cedant libri exemplares Regum & Para-
lipomenon: & ſequantur libri doctrinales
Salomonis, quæ doctr ina eſt refectio ſpiri
tualis, de quo habetur in euangelio huius
vij. dominicæ. de hoc dicetur ſub domini-
ca xj. & xij. Et quia huic doctrinæ bonis
operibus reſpondere debemus, incipit in-
4 troitus: Omnes † gentes plaudite mani-
bus. Et beatus Paulus inuitat nos in epiſto
la ad Rom. vj cap. ut reſpondeamus illi do
ctrinæ ſeruiendo Deo, dicens: Humanum
dico, propter infirmitatem carnis veſtræ.
unde in quibuſdam eccleſijs ſequitur re-
ſpõſoriũ: Beata gens, cuius dominus Deus
eorum, id eſt, quæ Deum habet pro domi-
no, ei ſoli ſeruiẽdo. & ſequitur verſus: Ver
bo domini, id eſt, doctrina domini cœli fir-
mati ſunt, id eſt, maiores ſicut Apoſtoli, &
alij ſancti. Sequitur in quibuſdam eccle-
ſijs allelu-Ia. Attendite popule meus, le-
gem meam lex eſt illa refectio. illa autem
refectio oſtenditur in euangelio, Mar. viij.
Cùm turba plurima &c. Et eſt notandum,
quòd ibi dicitur, quòd quidam de lõgè ve-
nerunt, ſcilicet illi, qui de peccatis enor-
mibus redierunt, & pœnituerunt. qui enim
in peccato mortali eſt, non habet quod mã
ducet. Erant autem quatuor millia, ſcili-
cet habentes quatuor cardinales virtutes,
& comederunt, & ſaturati ſunt, quia lex do
mini ſatiat: & remanſerunt ſeptem ſpor-
tæ, ſcilicet prædicatores habentes ſeptem
dona ſpiritus ſancti, & reficientes alios. in
alijs verò eccleſiis legitur euangelium. At
tẽdite à falſis prophetis, quia uerò habens
doctrinam videt, in quanto periculo ſit cõ
ſtitutus. Videt enim ſe eſſe in fornace Baby
lonis. In offertorio, Sicut holocauſtũ &c.
Dan. iii. cap. petit ſe liberari, & vtitur no-
ce trium puerorum. In poſtcommunione
uerò Inclina aurem tuam &c. petit libera-
tionem, accelerari.

SVMMA.

1 *Dominica octaua, poſt Pentecoſten quid me-
neat. & num. 2. 3.*

De octaua dominica poſt Pentecoſten.
Cap. 122.

SEquitur octaua dominica, in qua do-
cet nos eccleſia uitare † omnem ua 1
nitatem. Hic enim debet eſſe effectus
doctrinæ, in nobis, quia in doctrina docet
nos fieri ſpirituales, & remoueri à corpo-
ralibus deſiderijs ad ſimilitudinem beatæ
uirginis, cuius feſtum inſtat. Vnde introi-
tus incipit: Suſcepimus Deus miſericordiã
tuam, id eſt, filium tuum Ieſum Chriſtum
nobis ex miſericordia datum in medio tẽ
pli tui, id eſt, in communi eccleſia tua: ſe-
cundum nomen tuum Deus. Deus enim
ubique nominatur. ſic & laus tua in fines
terræ, id eſt, ubique. Templum etiam eſt
beata uirgo: in qua uerè ſuſcepimus Dei
miſericordiam. Vnde circa eius † feſtum 2
rationabiliter præſens cantamus officium
cum ſit templum domini & ſacrarium ſpi-
ritus ſancti. Sequitur epiſtola ad Ro. viij.
debitores carni non ſimus, ut ſecundum
carnem uiuamus, &c. in qua docemur con-
culcare omnem carnalitatem, & ad oſten-
dendum, quòd hoc poſſumus. ſequitur: Non
enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum
in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptio
nis filiorum, quo guſtato deſipit omnis ca
ro. Sed quia non poſſunt hæc fieri, niſi do-
minus protegat, ideò orat in graduali:
Eſto mihi in Deum protectorem. ¶ Rur-
ſus, quia non poteſt habere hæc omnia: niſi
qui

qui gaudet in domino, ideò ſequitur alle-
lu-Ia. Exultate adiutori noſtro, gaudium
enim ſpirituale, excludit omnem carnali-
3 tatem. Quia † verò quidam ſunt uita ca-
ſti & humiles, ſed fictè. ab his docet caueri
in euangelio Matth. vij. c. Attendite à fal-
ſis prophetis, qui prætendunt caſtitatem,
& ſunt luxurioſi. Vel propter humanam
laudem ſunt caſti, ſicut fatuæ virgines:
quibus dicitur: Amen dico vobis, neſcio
vos. Sed dominus uerè humiles ſaluat. Vn
de ſequitur offer. Populum humilem ſal-
uum facies domine, & oculos ſuperborum
humiliabis. Quia uerò per delitias ſpiri-
tuales omnia conculcamus, ideò dicitur in
poſtcommunione: Guſtate, & videte, quo-
niam ſuauis eſt dominus.

SVMMA.

1 *Dominicæ nonæ poſt Pente. Miſſa eiuſque ex-
poſitio. & nu. 2 3.*

De dominica nona poſt Pentecoſten.
Cap. 123.

1 POSTMODVM † ſequitur
nona dominica, in qua
legitur liber Sapien-
riæ. Sapientia autem
eſt cogitare de cœleſti
bus, & leuare cor ad
illa. Vnde monet nos
adhoc, maximè propter feſtum aſſumptio
nis beatæ virginis, quòd inſtat: quando, ſci
licet aſſumpta eſt in cœlum. & quia homo
ſe ſuper ſe leuare non poteſt niſi dominus
eum trahat. ideò dicitur in introitu. Ecce
Deus adiuuat me, & dominus ſuſceptor eſt
animæ meæ, id eſt, ſurſum captor. Sicut e-
nim itur ad cœleſtia nõ paſſibus corporis,
ſed aſſimulatione mentis ad Deum, in quo
uitantur omnia mala. & ſequitur in epiſto
la. j. ad Cor. x. cap. Non ſimus concupiſcen
tes malorum &c. Poſteà ſequitur ibi: Fide-
lis Deus, qui non patietur uos tentari ſu-
pra id quod poteſtis. ſed faciet cum tenta
tione prouentũ, ut poſſitis ſuſtinere. prius
tamen timorem incutit dicendo; Stare qui
ſe putat, videat ne cadat. In graduali uerò
quæ ſurſum rapitur, reddat gratias Deo,
dicens, Domine dominus noſter, quàm ad-
mi. eſt no. tu. in uniuerſa terra. Quoniam
eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos,
ſcilicet non tantum in Chriſto & beata uir
gine, id eſt ſuper cœlos materiales; & ſpi-
rituales, verum etiam in ſanctis ſuper cœ-
los materiales. in † euan. Luc. xvj. monet 2
ut ſi non poſſumus per nos uolare ad cœ-
lum, faciamus nobis amicos de mammona
iniquitatis, id eſt, de diuitiis inæqualiter
poſſeſſis, dicẽs. Homo quidam habebat uil
licum &c. Homo iſte, ſciuit ſic per pruden
tiam carnis diſponere, quòd amotus à uil-
licatione fuit receptus in domibus domi-
ni, & hoc per iniquitatem fraudis. Si ergo
ille laudatur, qui per iniquitatem fraudis
ſciuit ſibi in futurum prouidere, multo ma
gis laudabit dominus eos, qui dant elee-
moſinas, quod eſt prudentia ſpiritus, de Rom. 8
quo dicit Apoſtolus. Eſt uita & pax, qua ho
mo ſibi prouidet in futuro. Poſteà ſequi-
tur, quia filii † huius ſeculi prudentiores 3
ſunt filiis lucis in generatione ſua, id eſt, in
his, quæ pertinent ad generationem ſuam
id eſt, circa temporalia. Et ego dico vobis,
facite uobis amicos de mammona iniqui-
tatis, ut cùm defeceritis, ſcilicet moriendo
recipiant uos in æterna tabernacula, quæ
ſunt ſua. Vnde beati pauperes ſpiritu, quo
niam ipſorum eſt regnum cęlorum, & quia
non tãtum per eleemoſinas, ſed etiam per
orationes uolamus ad cœleſtia, ideò eſt
allelu-Ia. Domine Deus ſalutis meæ, in
die clamaui, & nocte coram te. Quia uerò
hæc tabernacula per opera iuſtitiæ haben
tur, ſequitur offertorium Iuſtitiæ domini
rectè lætificantes corda &c. Quo autem
ordine hæc fiant, oſtenditur in poſtcom-
munionem. Primùm quærite regnum Dei.
Matthæi. vj. cap.

SVMMA.

1 *Dominica decimæ poſt Penecoſten quid me-
neat. & nu. 2.*

De decima Dominica poſt Pentecoſten.
Cap. 124.

IN dominica † decima legitur Eccle- 1
ſiaſticus qui incipit: Omnis ſapientia à
domino Deo eſt, vbi oſtenditur, quia
non ſol m ſapientia, ſed etiã omnia bona
ſunt

Universidad de Deusto Biblioteca

ſunt à Deo:& ideò ab eo ſolummodo ſunt petenda, & ad eum debemus clamare, & ideo incipit introitus: Dum clamarem ad dominum exaudiuit uocem meam:Et quia debemus ipſum ſolum orare, ſequitur verſus.Exaudi Deus orationem meam.Et oratio in quibuſdam eccleſijs. Pateant aures miſericordiæ tuæ domine precibus ſuppli cantium.In qua collecta pater quis rogans dignus ſit exaudiri. Vnde ſequitur. Et ut petentibus deſiderata concedas, fac eos, quæ tibi ſunt grata & placita poſtulare,& oſtenditur in epiſtola, Scitis quoniam &c. j.ad Cor.xij.cap. quòd omnia bona ſunt à
2 Deo,& ideo ei ſunt exhibendæ gratiarum actiones.Vnde † enumeratis omnibus donis,dicit:Hęc autem omnia operatur vnus atque idẽ ſpiritus diuidens ſingulis,prout vult.Sed quia bonum cito amittitur,quod non à largiente cuſtoditur, ſicut dicit Grego. ideo ſequitur reſponſorium: Cuſtodi me domine,ut pupillam oculi. Item quia ad illum confugere debemus,à quo omnia bona habemus,ſequitur allelu Ia. Domine refugium factus es nobis.In aliis eccleſijs dicitur.allelu Ia. Te decet.Euangeliũ uero, quod eſt in quibuſdam eccleſijs: Cũ
3 † appropinquaret dominus Hieroſolimã. Luc.xix.cap.eſt de ſimoniacis, qui iniuriãtur ſpiritui ſancto,ſcilicet in hoc quòd vẽdunt ea, quæ ipſe dat gratis, vel ad uoluntatem ſuam tribuunt,ac ſi ab illis eſſent illa bona, & non à ſpiritu ſancto. Et nota, quòd hoc euangelium in quo Hieruſalem deſtructio prædicatur,in Auguſto legitur, quia prius à Nabuchodonoſor poſtmodũ à Romanis,in quo menſe deſtructa fuiſſe inuenitur.In alijs eccleſijs legitur: Dixit Ieſus ad quoſdam.ſequitur & offertoriũ. Ad te domine leuaui animam meam quaſi diceret,non ad ſimoniacos, non ad prælatos prauos,vel ad quoſdã fatuos, & ſimulatos religioſos,qui faciunt ſe à ſimplicibus adorari ſed à te, à quo omnia bona ſunt. Et quia tunc acceptat Deus omnia opera noſtra,quando ſperamus in ipſo Deo:ideo ſequitur poſtcommunio: Acceptabit &c.

SVMMA.

1 *Iob legitur dominica vndecima poſt Pentecoſt. & quid moneat. Et eius diei officium, numc.2.3.*

De vndecima Dominica poſt Pentecoſt. Cap. 125.

NDECIMA dominica, in qua incipit eccleſia legere † Iob qui ſimili- 1
ter eſt liber exemplaris, ſed eſt exemplum perfectionis,id eſt,perfectæ ſapientiæ quæ nõ habetur niſi per prædictam refectionem doctrinæ ſpiritualis. Nã refectio facit ſpiritualiter fortes: & ideo poſt libros Salomonis legitur liber Iob: in ordine autem bibliæ omnes exemplares, ſcilicet Rub, Iob,Thobias, Iudith. & Heſter pręcedunt libros doctrinales Salomonis propter prędictã rationem, de quo etiam dicetur ſub dominica decimaquinta. Et quia unanimitas facit fortes,& parientes, ſicut fuit Iob, & concordes, ſicut fuerunt filij Iob, qui faciebant conuiuia per domos, vnuſquiſque in die ſuo,ideo incipit † introitus: Deus 2
in loco ſancto ſuo,id eſt,in humilibus. Eſaias, ſuper quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietum & trementem ſermones meos? & ſi Deus eſt cum eis nullus poteſt eis præualere Deus enim habitare facit unius moris in domo,id eſt,cõcordes & vnanimes, quales fuerunt filij Iob,qui dabant ſibi inuicem comedere.unde verſus eſt Exurgat Deus & diſſipentur inimici eius quia fortitudo noſtra nihil valet, niſi dominus nobiſcum cooperetur, imò principaliter operetur. In epiſtola: Notum vobis facio euangelium.quæ eſt.j. Coriuth.xv. oſtendit beatus Paulus humilitatem,vnde ſequitur ibi.Qui non ſum dignus uocari apoſtolus.& propter hanc humilitatem raptus fuit uſque ad tertium cęlum. In reſponſorio quoque ſequitur uox humiliũ: In Deo ſperauit cor meũ,& adiutus ſum, & in verſ. Ad te domine leuaui animam meam,& quia ex tali ſpe ſequitur exultatio,ideo quibuſdam eccleſijs eſt allelu-Ia.Venite exultemus domino. † euan 3
gelium uerò eſt de humilitate & eius effectu. Duo homines aſcendebant &c. Lucæ. xviij.unde ſequitur:Phariſæus dicebat:Domine non ſum ſicut cæteri hominum, &c. Ecce ſuperbia ſequitur. Publicanus dicebat:Deus propitius eſto mihi peccatori:ecce hu-

ce humilitas, & ideo abijt iuſtificatus in domum ſuam ab illo,quia uero humilitatẽ ſequitur exaltatio (qui .n.ſe humiliat, exaltabitur(ideo ſequitur offer. Exaltabo te domine,quoniã ſuſcepiſti me, id eſt,ſurſum cœpiſti.q.d.exaltabo te domine, quoniã exaltaſti me.Poſtcõmunio:Honora dominum de tua ſubſtãtia &c.Prou.iij. c.hoc ad literam facit humilis, dat enim libenter pauperibus,& hoc eſt honorare dominum,quia ipſe præcepit,ut detur pauperibus,uel honora dominum &c. id eſt, omnia bona tua Deo attribue.& hoc eſt proprium humilium.Hęc poſtcommunio congruè hoc tẽpore canitur, quando frugibus horrea, & uino cellaria plenè redundant, quibus deuotè dominus honoratur.

SVMMA.

1 *Miſſa dominicæ duodecimæ poſt Penteco. & eius officium. & nu.3.*
2 *Sanctorum orationes nobis conferunt.*
4 *Septembris hiſtoria, bipartitur.*
5 *Catholicorum quidam perfecti, quidam imperfecti.*

De duodecima dominica poſt Pentecoſt. Cap. 126.

VODECIMA dominica eſt 1
de oratione& quaſi exprimitur†Iob orãs & ſedens in ſterquilinio, cõquerendo de falſis amicis.legitur enim Iob in duabus dominicis. Iob quidem in ſterquilinio, moraliter eſt anima,in mortali peccato, & fœtido, in quo dũ reſidet,non reſtat niſi orare Deũ,ut ipſam ab eo eripiat, unde incipit introitus: Deus in adiutorium meũ intende,domine ad adiu.me feſtina: confun. & re. qui quæ. animam meã. In offertorio autem oſtendi
2 tur efficatia orationis, & totum officium eſt oratio Moſi ſumpta de Exo.quando rogauit pro filijs †Iſrael,qui fecerũt ſibi uitulum cõflatilem,& incipit Præcatus eſt Moſes in cõſpectu domini Dei ſui &c. qui Moſes ſeipſum expoſuit pro ſalute populi, dicens domino:Aut dimitte eis hanc noxam aut dele me &c.xlv.di. diſciplina. & reducit ad memoriã merita patrum: Memento inquit Abrahã,Iſaac,& Iacob,&c.& placatus factus eſt dominus de malignitate,quã dixit facere populo ſuo, & ex hoc probatur,q; ſanctorum merita nobis proſunt.Et no.† q; in hoc offertorio fit verborũ gemi 3
natio,de quo dictũ eſt ſub ſecũda dominica poſt epiphaniã in epiſtola:Fiduciã talẽ habemus per Chriſtũ ad Deum.ij. ad Corinth.iij.capitul.oſtendit Apoſtolus,quòd oratio ſua, & aliorum bonorum prælatorum noui teſtamenti maiorem habet efficaciam,quàm habuit in ueteri teſtamento quod etiam Moſes orauit cum fiducia,confiſus de meritis patrum, ſed ne uideatur hoc ex arrogantia facere,ſubdit. Nõ quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed fuſficientia noſtra ex Deo eſt,cuius miniſtri ſumus. In euangelio uero oſtenditur, quòd multum ualet oratio prælatorum, quod legitur in quibuſdam eccleſijs, dum tranſiret Ieſus per medios fines Decapoleos,adducunt ei ſurdum & mutum, & ſanauit eum dominus. Multi ſunt ſurdi qui nolunt audire verbum Dei.& multi muti,qui nolunt loqui, & poſſunt ſimiliter hos debent prelati per prædicationem adducere ad dominum, & in confeſſione & oratione ſaluabit eos.vnde in perſona ſurdi & muti cantatur in graduali. Benedicam dominum in omni tempore,verſus eſt: in domino laudabitur anima mea.in allelu-Ia uero monet ad hanc laudem.Venite exultemus domino &c. de offertorio ſupra dictum eſt, poſtcommunio uero eſt.De fructu operum tuorum ſatiabitur terra, id eſt, prædicatores, quos dominus replet,prius bonis,& ipſi repleti alios replent.in alijs uero eccleſijs dicitur euãgeliũ Exiẽs Ieſus de finibus Tyri.quod eſt Mar.vij.Poteſt autẽ dici ſecũdũ Richardũ epiſcopum Cremoñ.in mitrali, q; Solomone mortuo regnum diuiditur, & ideo menſis Septembris hiſtoria † bipartitur. 4
Prima pars in una hiſtoria conſolidatur, alia uariatur,quia regnum Iuda in Dauid familia ſtabilitur,ſed regnum Iſrael à pluribus occupatur. Vnde & hiſtoria de his iuſtis, qui gentibus intermiſti fuerant compilatur,ut de Iob, Thobia, Iudith, & Heſter, cũ in prima Septẽbris hebdomada le

gatur Iob, quē ipse scripsit cū respōsorio. Si bona in secunda lib. Thobiæ, quem ipse se composuit, in tertia Iudith. quē Achior edidit, in quarta Hester, quem Mardochæus uel potius Esdra composuit: sed in liber Esdræ, post hæc opera recitatur, & cū his cantatur responsoriū, Peto. & adonay domine &c. His tēporibus prophetizauit Helyas, qui gessit typum Christi. Sic mortuo Constantino ecclesia separatur. una pars est catholica, alia per multa schisma ta separatur, à quibus ecclesia catholica multa aduersa, pro domino tolerauit, sicut illi, quorum opera hoc tempore leguntur.
5 † Inter catholicos, quidam sunt perfecti, quidam imperfecti, perfecti sunt prędicatores idonei, ministri & cooperatores Dei. quod dicitur in epistola. Fiduciam. Hi adducunt imperfectos, & alienos, surdos, mutos ad gloriam Iesu Christi: sicut legitur in euangelio. Vox itaque perfectorum est in introitu: Deus in adiutorium meum intende, quia adiutorium Dei implorant, ut hæreticis valeant resistere, & eos ad Dei gratiam adducere. aut est vox imperfectorum proficientium, qui ut proficiant, Dei implorant auxilium in graduali: Benedicam & in allelu-Ia. Dominus refugium. vox siquidem est perfectorum gratias agentium de illis se à perfectione aliquoties temperantibus, & istis proficientibus. Et quia Moses fuit unus eorum, qui se obtulerunt pro peccatis subdictorum, ideo in offertorio cantatur: Præcatus est Moses. Hi perfecti sunt illa terra, quæ satiata fructu operum domini: donis uidelicet spiritus sancti, producit fœnum iumentis, id est, doctrinam hominibus. Vnde communio est de fructu &c. Et attende, quòd recte de Iob & Mose simul rectè cantatur, quoniam contemporanei reperiuntur, per quorum exemplum ad patientam & mansuetudinem inuitamur.

SVMMA.

1 *Thobias legitur decimatertia dominica post Pentecosten, & eius diei missa, eiusque expositio. nu. 2. 3. 4.*

De decimatertia dominica post Penteco. Cap. 127.

OMINICA decimatertia legitur liber † Thobię: 1
per quem figuratum genus humanum cæcum factum per peccatum primi parentis. quod non potuit sanari amaritudine passionis, quæ per fel significata est, Christus uero, per piscem: quia piscis assus, est Christus passus. Cæcum quidem erat genus humanum, quia habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Petite ergo ut ueniat dominus sicut promisit. Dominica enim ista est de promissionibus. † Vnde dicit in introitu: Re- 2
spice domine in testamentum tuum & in promissione tua, ut sicut promisisti ueniat filius tuus: & hoc est, quod sequitur, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem: & hoc est, quod dixit Thobias filio suo: Memento filij, quoniam pauperem uitam gerimus, habebis multa bona, si timueris Deum: Vnde sequitur oratio. Omnipotens sempiterne Deus, de cuius munere venit &c. & rogat ut possit currere ecclesia ad ueras promissiones: Epistola † Abrahæ factæ sunt 3
promissiones, & semini eius &c. Ad Gal. iij. capitul. ubi agitur de promissionibus. & sequitur ibi, quid igitur lex, dixit Apostolus, si non potest sanare genus humanum cæcum, sicut Thobiam? & sequitur responsio. Lex quidem propter transgressores posita est, sicut dicit pædagogus. Sequitur responsorium: Respice domine in testamentum tuum, ubi ostenditur vehemens effectus orationis: In allelu Ia. Quoniam Deus magnus &c. ostenditur, quis est qui potest illuminare. In euangelio
† ostenditur quòd lex non potest sanare, 4
& incipit in quibusdam ecclesijs: Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis: multi prophetæ & multi reges &c. Luc. x. cap. ubi habetur, quòd sacerdos & leuita pertransierunt hominem, qui incidit in latrones. sacerdos inquam & leuita ueteris testamenti: sed solus Samaritanus, scilicet Christus, qui est custos noster, ipsum sanauit. Et quia lex non sanat, quoniam neminem

minem ad perfectionem ducit, sed solus Deus in quo sperandum est, ideo sequitur offertorium. In te domine speraui. Quomodo autem sanauit illum cæcum, patet, quia per panem angelorum, qui factus est panis hominum, id est, per filium Dei incarnatum: & ideo sequitur in postcommunione panem angelorum manducauit homo. Aliæ ecclesiæ dicunt panem dē cœlo &c. Sapient. xvj. cap.

SVMMA.

1 *Iudith historia cur legatur dominica decimaquarta post Pentecosten. Et eius diei officium quale. nu. 2.*

De decimaquarta dominica post Penteco. Cap. 138.

1 DOminica † decimaquarta legitur liber Iudith: & cātatur quomodo victoria data est in manu fœminæ & monet nos ecclesia ad sanctimoniā siue ad continentiam exemplo Iudith. sicut enim interfecit Holofernem, qui interpretatur eneruans uitulum sanguinatum, sic monet ecclesia ut interficiamus Holofernem, id est, diabolum, qui eneruat & interficit lasciuos mundi, quòd fiet per sanctimoniam abscindendo ei caput, nam caput diaboli est luxuria, quia quasi primo de ea incipit homines tentare & ideo dominus dicit in Luc. sint lumbi vestri præcincti: hoc est, præcingatis uos contra primum vitium. Exod. xij. in comestione agni renes vestros accingetis. Alio tamen modo superbia est initium omnis peccati. Quia uero fragiles sumus & effeminati, unde interficere non possumus Holofernem, nisi adiutorio Dei: ideo dicit in introitu: Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. Sequitur in
2 quibusdam ecclesijs epistola ad Gal. v. capitul. Spiritu † ambulate & desideria carnis non perficietis. caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. & sequitur, manifesta autem sunt opera carnis & nominat ea, Item alibi dicit. Si contenditis, nonne carnales estis? hoc dicit quia contendimus de carnalibus. Et post fructus autem spiritus sancti sunt longanimitas, pax, patientia &c. Deuincere igitur Holofernem in nobis, est facere ista duo. Per hoc quoque uitia interficimus in nobis, quòd gustamus spiritum sanctum, quo gustato desipit omnis caro. Sed quia non potest sanari in nobis carnalitas, nisi à domino, quia est sicut lepra, ideo in quibusdam ecclesijs sequitur euangelium: Dū iret Iesus. Lu. xvij. c. de leprosis, qui uenerūt ad dominum, & dixit eis: Ite, & ostendite uos sacerdotibus ipsis, tamē prius sanatis; per quod significatur q̄ prius peccator à domino sanatur, & postea iniungitur ei pœnitentia à sacerdote, & absoluitur, quod significatum est per hoc quòd discipuli domini instita Lazari soluerunt, & tamen prius ipse erat resuscitatus à domino. Redijt autē unus ad eū flexis genibus, gratias agens, per quod significatur, quod unitas ecclesiæ reddit gratias Deo, vnde unus sanabatur in piscina. Ioan. iiij. & ideo in responsorio in gratiarum actione dicit ecclesia: Bonum est confiteri domino: & etiam in allelu-Ia, quod est in quibusdam ecclesijs. Confitemini domino, & inuocate nomen eius: & quia hoc non sufficit, nisi & dominus nos custodiat: ideo sequitur in offertorio: Immittit angelus domini incircuitu timentium eum, quia custodit nos dominus per angelos. sequitur: Gustate & videte, quid autem gustare debemus, ostenditur in postcommunione, scilicet panem, qui saginat animam, nō corpus. unde est offertorium in quibusdam ecclesijs: Panis, quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita.

SVMMA.

1 *Dominica decimaquinta post pentecosten, in quo conueniat cum antecedenti. Missa item eiusdem diei. nu. 2.*

De decimaquinta dominica post Penteco. Cap. 129.

DOminica decimaquinta habet eandem intentionem cum pręcedenti
† & ideo in quibusdam ecclesijs 1
in his duabus dominicis legitur liber Iudith: & introitus est: Inclina aurem tuam Domine. uersus est. Lætifica animam serui tui:

Universidad de Deusto Biblioteca

tui : quoniam ad te domine leuaui animã meam, quasi dicat, non ad carnalia desideria. In epistola quæ est ad Gal. vj.c. monet nos, ut non simus uitulus saginatus, sed simus spirituales. vnde dicit ibi Paulus: Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus, quia qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam, qui uerò in carne, de carne metet corruptionem. sequitur respõsorium. Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homi. qui dat victoriã in manu fœminæ: quando facit hominem vincere in carne, & quia hoc facit, qui prẽparat cor suum ad seruiendum Deo, sequitur allelu-Ia. Paratum cor meũ Deus &c.
2 In euangelio: Nemo † potest duobus dominis seruire, quòd est Matth. vj. capitul. docemur ne seruiamus ventri, & post. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus &c. sed primũ quærite regnum Dei &c. Nolite soliciti esse, scilicet solicitudine suffocationis, solicitudine autem prouidentiæ soliciti esse debemus. In offertorio uero monentur, vt seruiamus domino, non uentri. Expectãs expectaui dominum, ut reficeret me. Quis autem sit iste cibus, quo anima debet reficei, ostenditur in postcommunione, quæ est in quibusdam ecclesijs: Qui manducat meam carnem, scilicet per fidem, nam ut dicit Augu. Crede, & mãducasti. &c. Quẹritur autem, quare ecclesia post libros Sal. legat librum Iob & postea librum Thobiæ & Iudith, cum alio modo ordinentur in Biblia? sicut enim dictum est sub septima dominica præcedũt libri exemplares: & posteà doctrinales, quia magis mouent facta, quàm dicta, & ad ultimum ponuntur libri Machabæorum, qui sunt libri exemplares. Ad quod dicitur, quòd per doctrinam peruenitur ad perfectionem patientię quæ magis fuit in Iob. vnde postea sequitur Thob. quia magnum etiam patientiæ signum fuit in Thobia, qui amisit multa, & filium ad tempus, & oculos, qui maximè ab homine diliguntur, ex eo, quod oculi sunt principium cognitionis, ad quã natus est homo, & quia etiam plus valet exemplum fœminæ, & magis erubescentiam incutit, ideo liber Iudith, in quo habetur de victoria in manu fœminæ post prædictos ab Ecclesia ordinatur, vltimo uero liber Machabæorum legitur: quia ibi habetur exemplum de confirmatione iustitiæ. Machabæi enim passi sunt martyrium pro lege defendenda, & custodienda ab Antiocho fidei inimico.

SVMMA.

1 *Dominicæ decimæsextæ post Pent. officium, ex Machabæis sumptum. & nu. 2. 3. 4.*

De dominica decimasexta post Penteco. Cap. 130.

DECIMASEXTA dominica † legit & cantat ecclesia de Machab. ut dicitur in sequenti titulo, qui multa passi sunt ab Antiocho, & septẽ populis, & ibi habetur, q̃ templum, quod pollutum fuerat ab illis populis, ab istis Machabæis purificatum fuit, & per hoc significatur quod anima quæ templum Dei est polluta à septem capitalibus uitijs, non potest mundari, nisi purificetur à peccato: quod est causa resuscitari de morte peccati. vnde habetur in euangelio de resurrectione filij viduæ, & ideo incipit introitus: Miserere † mei domine, scilicet ut resuscites me. versus est: Inclina domine aurem &c. In epistola uero, Apostolus inuitat nos ad patientiam, dicens: Obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus &c. quæ est ad Ephe. iij. cap. sic enim vincuntur inimici à Machabæis, id est, à sanctis: sequitur graduale: Timebunt gentes, quia sicut postquam illi vicerunt inimicos suos, & mundauerunt templum, & reædificauerunt, timuerunt gentes in circuitu, sic & postquam homo uicerit diabolum & mundauerit se per confessionem, & reædificauerit templum Dei in se, timent dæmones. vnde sequitur uersus. Quoniã ædificauit dominus Syon, sed quia non potest fieri, nisi à domino, quòd homo liberetur à uitijs: ideo sequitur allelu Ia. Redemptionem misit &c. Euangelium est in quibusdam ecclesijs Ibat Iesus in ciuitatem &c. Lu. vij. c. & post. Accessit Iesus & tetigit loculũ, & dixit: Adolescẽs, tibi dico surge. & surrexit. & dedit illũ matri suæ.

Nempe tangit dominus loculum, vbi erat mortuus, quando infirmitate uel aliquo flagello tangit corpus hominis, in qua iacet mortuus spiritus hominis, id est, anima. & sic excitatur à somno mortis, vnde Eccle. xxj. Infirmitas grauis sobriam reddit animam. Sequitur offertorium:
3 † quasi in uoce Machabæorum. Domine in auxilium meum respice. sequitur postcommunio: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius: iustitiæ: inquam, quia omnis qui uenit ad te, non eiicient foras. Potest & aliter dici, quòd Iosia defuncto Hierusalem destruitur populus captiuatur & præmit, ideo in hoc mense Octobri
4 Machabæorum † historia legitur & cantatur. Adaperiat &c. quia à suis aduersarijs admodum præmebantur: quorum primam partem Simon pontifex edidit: aliã filius eius. Ioann. posteriorem quidam Iudæus agrestis, sed eruditus. hi captiui militantem designant ecclesiam, in qua sunt duces & satellites, doctores & discipuli, perfecti & imperfecti. Doctores, viduam significant ecclesiam, quæ uidua est, quia militans cum sponso triumphanti non est, cuius filius moritur, cum discipuli pro quouis crimine ab ecclesiæ corpore separantur, resuscitantur, cum illis gratia infunditur. Hæc igitur orat in euangelio, pro filij resurrectione, id est, gratiæ infusione. & hortatur in epistola, ne deficiat in tribulationibus, & huius rei gratia, flectit genua sua. hæc eandem orat in introitu: Miserere, & in offertorio: Domine graduale. Respice id, quod dicitur in euangelio Accepit autem omnes timor. Postcommunio: Domine memorabor: gratiarum est actio. Vel hic mensis Octobris, ut quidam aiunt, designat octauam. sicut ergo Iudæi finitis prælijs & templo restaurato, in hymnis & confessionibus domino benedicebant, sic in octaua magnæ festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

SVMMA.

1 *Dominica vij. post Pentecost. quid moneat. & numero 2. 3.*

Dominica decimaseptima post Pentecost. Cap. 131.

IN dominica † xvij. agitur de nuptijs æternis, quia consideratione nuptiarum illarum libenter patimur tribulationes, sicut & Machabæi fecerunt. Sunt autem quatuor dominicæ in quibus agit ecclesia de Machabæis. consideratio enim illa tribulationes leues facit, & propter illas nuptias pœna quæliber leuiter sustinetur. De his nuptijs dicitur in euangelio, quod in hac die in quibusdam ecclesijs legitur. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, &c. Omnes inuitati sumus ad nuptias ęternas, & si in nouissimo loco nos ponimus hic, ut simus humiles, exaltabimur in paradiso, & econtrà. unde statim subiungitur. Ego † autem dico vobis, quia 2
omnis, qui se exaltat, humiliabitur &c. Vnde incipit introitus. Iustus es domine, scilicet in hoc iudicio & rectũ iudicium tuũ. Huic enim iudicio concordat ecclesia seu consentit, quo Deus exaltat humiles, & superbos deprimit, dicens. Iustus es domine &c. In epistola, Obsecro uos, quæ est ad Ephes. iiii. capitul. inuitat nos ad humilitatem, ut dicatur nobis Amice, ascende superius. vbi dicitur, ut dignè, id est, in humilitate ambuletis in uocatione, qua uocati estis, scilicet ad nuptias, hoc enim est nouissimum locum tenere. Ad hoc idẽ monet in graduali: Beata gens cuius est dominus Deus eorum, &c. superbi faciunt se dominos: humilium uero Deus est dominus, unde uersus est. Verbo domini cœli, id est, humiles firmati, id est, sanctificati sunt. Debemus ergo esse humiles, quia nihil habemus, nisi à Deo, & ideo sequitur in quibusdam ecclesiis: Allelu-Ia. Qui timent Deum sperant in eum quasi dicat, non in se. Postea sequitur euangelium de nuptiis, sicut dictum est. In aliis uero ecclesiis legitur: Cum intraret Iesus in domũ. Luc. xiiii. capit. Notandum autem, quòd antequam in ipso euãgelio dicatur de nuptijs, habetur quomodo sanauit hydropicum, per quem intelligitur omnis amator mundi: prius enim oportet quod sitis

Universidad de Deusto Biblioteca

mundi ſatietur, quia qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. Ioan. iiij. quandiu enim homo erit hydropicus in illis nuptiis non
3 poterit ſatiari. In offertorio † ſimiliter inuitamur ad humilitatem. vnde ibi habetur oratio Danielis. Oraui ad Deum meũ &c. Daniel. ix. cap. Et propter hanc humilitatem meruit audire archangelum, qui certificauit eum de incarnatione Chriſti. Satis autem congruè ſit ibi mentio de angelo, quoniam hoc officium circa dedicationem beati Michaelis cantatur, in poſt communione habetur de humilibus & ſuperbis. Vouete & reddite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius offertis numera, id eſt, humiles, qui attribuitis omnia bona Deo terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum, ideſt, ſuberbiam eorum. ecce, quia ſuperbos humiliat.

SVMMA.

a Feria quarta dominicæ decimaſeptimæ poſt Pente. quale habeat officium. 1.

De quarta feria quatuor temporum Septembris. Cap. 132.

1

IN quarta feria † legitur euangelium. Reſpondẽs vnus de turba. Matth. ix. cap. de ſurdo & muto, quem Apoſtoli curare non poterãt eo quòd illud genus dæmonij non eiicitur, niſi in oratione & ieiunio, quod bene huic diei conuenit. Hodie nanque ieiunium eſt quatuor temporum. Ideo nanque duæ lectiones leguntur, ut ordinandi in duobus præceptis charitatis vel duabus legibus inſtruantur. Prima de calcatore vuæ, ſcilicet. Ecce dies. Amos in fine, tempore conuenit. Secũda videlicet, Congregatus. Neemiæ viii. ca. congruit ordinãdis, quibus dicitur in introitu. Exultate Deo. qui præmeditari promittunt. in offertorio: Meditabor. Cõmunio eſt: Comedite pinguia. & ſumit̃ de lectione ſecunda.

SVMMA.

1 *Pœnitentiam exprimit ordinandorum, feria ſexta quatuor temporum Septembris.*

De ſexta feria quatuor temporum Septembris. Cap. 133

1 SERIAE † ſextæ officium pœnitentiam exprimit ordinandorum. Vnde in euangelio. Factũ eſt. pecca. à paralytico dimittuntur, & in lectione. Conuertere, Oſeæ vlt. c. ad conuerſionem inſtruuntur, & in introitu Lætetur. ad quærendum dominũ inuitantur Graduale & poſtcommunio, ſunt orationes electorum. Offerenda conſolatio eorumdem, in alijs tamen eccleſijs dicitur euangelium. Rogabat Ieſum. Luc. vij, capitul.

SVMMA.

1 *Sabbatum quatuor temporum Septembris, quid moneat. & nu. 2.*

3 *Ieiuniorum inſtituendorum vetus mos, & nume. 3. Diuerſus hodie. nume. 4. Et eius ratio. nume. 5.*

De ſabbato quatuor temporum Septembris. Cap. 134.

1 SABBATI † quoque officium ad doctrinam ipſorum ordinandorum fit, ne ſint ſteriles, vt fici arbor infructuoſa, de qua legitur euãgelium: Arborem fici &c. Luc. iiij. cap. ne uita illorum ſit terrenis implicita, ſicut mulier incuruata. In epiſtola uero tabernaculum factum eſt, &c. quæ eſt ad Hebr. ix. cap. vbi de primo & ſecundo agitur tabernaculo, monentur ut ſic ſeruiant in tabernaculo eccleſiæ militantis, ut domino præſententur in tabernaculo triumphantis. In lectionibus verò quare hoc † Se 2
ptembris ieiunium indicitur, cauſa inſtructionis & eius utilitas intimatur, quarum prima eſt decima die. Leuit. xxiij. capitul. ſecunda eſt. Quintadecima die, quæ eſt ibidem. tertia eſt. Domine dominus noſter. Micheæ ultim. capitul. quarta eſt. Factum eſt uerbum, Zacha. capitul. vij. quinta eſt. Angelus domini. Danie. iij. capitul. Cætera ſunt

ra ſunt ordinandorum exhortationes, orationes, & conſolationes, ſcilicet: Communio, ſcilicet menſe ſeptimo, de Leuitici lectione ſumitur. Merito autem in hoc menſe fit clericorum ordinatio, quoniam & in hoc menſe fiebat tabernaculorum celebratio. Ordinati uero ſunt eccleſiæ miniſtri, in die tabernaculorum per ſeptiformem gratiam in ſeptem gradibus conſtituti. Vnde & beatus Petrus legitur ordinationem feciſſe in Septembri ſex Epiſcoporum, decem presbyterorum, & ſeptem diaconorum. Et celebratur ordinatio in tertia hebdomada: quia in tempore tertio, ſcilicet gratiæ fuit ab Apoſtolis inſtituta. Olim tamen alia ratio fuit à ſapientibus
3 aſſignata. Nam † olim inſtituta fuere ieiunia in prima hebdomada Martij, in ſecunda Iunij, in tertia Septembris. in quarta Decembris, ut comitarentur initia teſſere decadis Ieſu Chriſti. Cum enim quis ordinatur, quodammodo, ut Chriſto attineat, generatur: ergo perſona primæ teſſere decadis eſt Abraham, à quo ſumitur ordinatio primæ hebdomadæ Martij prima perſona, ſecundæ teſſere decadis eſt Dauid, à quo ſumitur ordinatio ſecundæ ſeptimanæ Iunij. initium tertiæ eſt Ieconiæ, à quo ſumitur ordinatio tertiæ ſeptimanæ Septembris. demũ eſt Chriſtus in quarto loco, à quo ſumitur ordinatio quartæ ſeptimanæ Decembris. Sumuntur autem potius ab his perſonis, quàm ab aliis ordinationes, uel quia fuerunt in genealogia maiores, uel propter nominum interpretationes, dicitur enim Abraham, pater multarum gentium. Dauid fortis. Ieconia, præparatio domini. ſic & illi qui ordinantur debent eſſe fortes, præparati ad euangelium Chriſti, vel ſicut à perſona in perſonam ſunt quatuordecim generationes, ſic ab ordinatione in ordinationem ſeptimane quatuordecim inueniuntur, ut ordinandi periti ſint in decalogi
4 & in euangelii diſciplina. Nunc † autem ieiunia ex cauſis præmiſſis aliter ordinantur, ut dictum eſt ſub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et memento, quòd apoſtolici uſque ad Simplicium Papam in Decembri ſemper ordines celebrabant, ut ordinandos coaptarent generationi Ieſu Chriſti. Simplicius uero addidit ordines in Februario tribuẽdos, ut ordinandos uicinius incorporaret corpori Ieſu Chriſti. vide de hoc in proœmio ſecundæ partis. Sed ſi, ut præmiſſum eſt, ieiunia conſtituta ſunt in prædictis ſeptimanis pro his, qui ad ordinationem accedũt, nunquid cõmutari poſſunt, quando nullus tunc ordinatur? certè nõ, niſi neceſſitate vrgente: de qua in proœmio ſecundæ partis dictũ eſt. Cum n. ſit una eccleſia omnino, debet in actionibus eius eſſe concordia, quæ non eſſet ſi in tam generali ieiunio alii prãderẽt alii ieiunarent. Præterea, licet alicubi nõ fiat ordinatio, fit tamen alibi, pro quibus ieiunare & orare debemus, ut digni ad ordinationẽ perueniant. omnes. n. fratres ſumus, & unanimes in domo domini ſumus.

SVMMA.

1 *Dominica decimaoctaua poſt Penteco. quid agat moneatque. & nu. 2. 3.*

De dominica decimaoctaua poſt Pentec. Cap. 135.

1 DICTVM eſt in præcedenti † dominica, quod debet homo ſe ponere in nouiſſimo loco, ut ponatur in primo, ſicut ſunt prælati. unde in hac decimaſeptima dominica agitur de prælatis, qui ſunt in primo loco. vnde euangelium eſt in quibuſdã eccleſiis. Super cathedrã Moſi &c. Introitus uero, qui ſumitur Eccle. xxxiii. ca. incipit: Da pacem domine ſuſtinentibus te: vt prophetæ tui, id eſt, prælati fideles inueniantur, ſupplendum eſt, non infideles. ſicut Scribæ & Phariſæi. uerſus eſt. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum domini ibimus, id eſt; ibimus ad nuptias, & de hoc lætatus ſum, quia inuitati ſumus ad nuptias, in quibus erit æterna pax. In aliis vero eccleſiis uerſus eſt, Bonum eſt. † Præterea, ſcripſerunt quidam, quod 2
ideo dicitur introitus ipſe, quia tali die Zachatias Papa fecit pacem cum Longobardis. In epiſtola Apoſtolus agit gratias de Epheſiis, quia habent fidem ueram de iſtis nuptiis. dicens: Gratias ago ſemper

Universidad de Deusto Biblioteca

Deo meo, pro uobis &c. i. ad Corinth. capitul. i. in responsorio uero. Lætatus sum, &c. ostendit gaudium de prædictis nuptiis. & ideo propter prædictas nuptias in allelu-Ia. Laudate dominum omnes gentes, hortatur ad laudem. Euangelium in quibusdam ecclesiis. Accesserunt † ad Iesum 3
quod est Matth. xxii. Dominum, dicentes. Quod est mandatum magnum &c. Dixit dominus. Diliges dominum Deum, &c. & postea reprehendit eos, de infidelitate, quia non credebant ipsum esse Deum, dicens. Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius sit? dicunt ei Dauid. & dixit eis. Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens. Dixit dominus domino meo sede à dextris meis &c. Prælati uero non debent esse tales, id est, infideles sed sicut Moses, de quo habetur in offertorio. Sãctificauit Moses altare domino &c. debent prælati se totos offerre incensum, & postea multas hostias, unde sequitur postcommunio. Tollite hostias. loquitur enim de prælatis.

SVMMA.

1 *Dominica decimanona post Pente. quid referat, aut moneat, & nu. 2.*

De decimanona dominica post Pentecost. Cap. 136.

HEC decimanona dominica respõdet pręcedẽti & in qua dictum est: Da pacem domine sustinentibus te, ut prophetæ tui, id est, prælati tui fideles inueniantur. Respondet inquam, si faciant, quod
1 habetur in euangelio, quod legitur † in hac dominica, in quibusdam ecclesiis, scilicet: Ascendens Iesus &c. quod est Matth. ix. capitul. in quo habetur quòd adduxerunt ad dominum paralyticum. Iesus autem uidens fidem illorum, qui osterebant, &c. Paralytici sunt, qui in delitiis carnis ita dissoluti sunt, quod non possunt opera bona facere. & merito fide prælatorum sanantur, & ideo bonum est habere bonos prælatos. Quidam autem de Scribis dixit intra se. Hic blasphemat, qui peccata dimittit. Iesus autem uidens cogitationes eorum, dixit. Vt sciatis, quoniam filius hominis habet potestatem in terra, dimittendi peccata, dixit paralytico. Tolle grabatum tuum, & ambula. Et quia solus Deus est, qui sanat paralysin: ideo incipit introitus. Salus † populi ego 2
sum &c. versus est: Attẽdite popule meus, legem meam, subaudi per quam sanantur paralytici. In epistola monet Apostolus paralyticos, ut erigãtur corporaliter à paralysi ad bona opera, dicens: Renouamini in spiritu mentis uestræ & induite nouum hominem &c. Ephe. iiii. c. Sequitur etiam graduale in uoce paralytici. Dirigatur oratio mea, sicut incensum &c. uersus est. Eleuatio manum mearum, &c. iam iste leuatur ad bona opera. Allelu Ia uero dicitur in uoce paralytici sanati, scilicet dextera domini fecit uirtutem, subaudi, quia sanauit me. Sed quia non sufficit sanare, nisi dominus custodiat, sequitur offertorium. Si ambulauero in medio tribulationis, vbicũque enim ambulant sanati, à domino custodit eos, quantum in se est.

SVMMA.

1 *Dominica vigesima post penteco. quid legat.*
2 *Dominicæ vigesimæ post Pent. missa. & nu. 4.*
3 *Nuptiæ tres leguntur in euangelio.*

De dominica vigesima post Pentecosten. Cap. 137.

IN dominica † uigesima 1
incipit ecclesia legere duodecim prophetas & Danielem. & cantãt de Esa. & Daniele & Hieremia, non tamen legit de Esa. & Hier. quia in aliis temporibus plenius leguntur. De Esa. enim legitur in aduentu, de Hier. in passione. ¶ Quæritur autem quare legit ecclesia prophetas, post librum Machabæorum cum in Biblia præponatur. ad quod dicimus, quod Biblia præponit omnes libros exemplares, eo quod magis mouent exempla quàm doctrina, præter librum

brum Machabæorum, quem ultimo ponit: & propter perfectam iustitiam, & propter tempus: quia ultimo tempore fuerunt. Ecclesia etiam legit ultimum librum Ezechiel. quia in eo agitur de templo cœlesti, in quo est confirmatio, & finis omniũ. Duodecim uerò prophetas legit, propter fundamẽtum fidei, quod semper necessarium est, quantumcunque homo sit perfectus: & uide quod dictum est sub dominica. xv. Incipit autem ecclesia legere Ezechielem, in principio Nouembris. In matutinali huius dominicę officio primum responsorium est in quibusdam ecclesijs de Esa. scilicet, Vidi dominum sedentem super solium excelsum. Vidit enim Esa. quomodo thronum Dei Angeli sunt, & Sancti in ecclesia triũphante, & militante, in quibus per gratiam sedet ille, qui est primus, & nouissimus. Quia ergo Ezechiel uidit templum cœleste in quo fiunt nuptiæ æternæ, ideò in euangelio missæ, quòd in quibusdam ecclesiis in hac dominica dicitur, & est Matt. 22. ca. habetur in illis nuptiis. Simile est regnum cœlorum, homini Regi, qui fecit nuptias, & misit seruos suos hora cœnæ dicere inuitatis. Omnia parata sunt, uenite ad nuptias. Illi uerò contempserunt uenire ad nuptias. Hi sunt Iudæi, qui contempserunt uenire. Et misit tunc seruos suos, dicens. Ite ad exitus uiarum, & conuocate omnes, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Et uidens Rex quendam non habentem uestem nuptialem, dixit ei: Amice, quomodo huc intrasti, non habens uestem nuptialem? & tradidit eum ministris suis, ut proijcerent eum in tenebras exteriores. Huic autem iudicio, quo dominus eos, qui contempserunt uenire ad nuptias, amouit à nuptiis, & omnes alios uocauit, congaudet ecclesia in
2 † introitu, dicens. Omnia, quæ fecisti nobis domine in uerò iudicio fecisti. In epistola uero, monet nos Apostolus, ut cautè ambulemus ad has nuptias: quia sine ueste nuptiali proiicimur in tenebras exteriores, dicens. Videte autem quomodo cautè ambuletis, &c. quæ est Ephes. 5. ca. & dissuadet à contrario, dicens: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria, ne sitis in nuptiis diaboli, sed impleamini spiritu sancto. Sed qa cibum illarum nuptiarum non potest dare, nisi solus Deus, ideò sequitur in responsorio. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum, id est cibum nuptiarum æternarum in tempore opportuno. Et quia de nuptiis illis non potest comedere, qui est in peccato mortali, sequitur in quibusdã ecclesiis allelu Ia. De profundis, id est de peccato, clamaui ad te domine, ut me eruas à peccato, & ita peto nuptiis interesse. In offertorio uero ostenditur, quid sit interesse nuptijs, scilicet habere memoriam de æternis, dicens. Super flumina Babylonis, scilicet delitias seculi illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion, id est tui ò ecclesia triumphans. In post communione uero petit, ut detur ei interesse nuptiis illis, dicens. Memento uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spẽ dedisti, &c. quasi dicat memor esto, quia promisisti. qui enim promittit, & non dat, uidetur esse oblitus. ¶ Et † nota, quòd 3
tres nuptiæ leguntur in euangelio. De primis dicitur quòd simile est regnum cœlorũ homini regi qui fecit nuptias filio suo. Hic filius est Christus, qui humanam naturam sibi copulauit, ubi fuit thalamus uirginis uterus: unde tanquam sponsus procedens de thalamo suo, ad has nuptias homines sub lege per Prophetas inuitauit: De secundis dicitur: Vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. hic dominus Christus est uerus homo, qui ascendens, angelicam naturam sibi copulauit ad has nuptias gentes per Apostolos conuocauit. De tertiis uerò dicitur: Virgines, quæ præparatæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, hic sponsus est Christus, qui ecclesiam post iudicium sibi copulabit, & in thalamo glorificabit. Ad has per prælatos ecclesiæ quotidie inuitamur. De primis solennizat ecclesia in Christi natiuitate. De secundis in ascẽsione. De tertijs in resurrectione, quoniam in nostra resurrectione Christus spõsam assumet, & de Babylonia mundi introducet in cellarium paradisi. de quibus nuptijs hic potest intelligi, cum intrasset homo non habens uestem nuptialem, eiectus est in tenebras exteriores, cæteri nuptialiter induti, sunt cum domino epulati. Hi sunt lapides uiui, ex quibus ædificantur muri Hierusalem. Potest etiam aliter dici, quòd

Universidad de Deusto Biblioteca

ri, quòd post reuersionem à captiuitate Hierusalem reædificabitur,& templum re
stauratur per Zachariam, & Aggæum,& Esdram & Malachiam, per quos aduentus
domini prænuntiatur,ideoque in hoc men
se Nouembris vsque ad aduentum domini
4 cantatur historia de Prophetis. † Vidi do
minum,& leguntur libri Ezechielis, Da
nielis,& duodecim Prophetarum. Captiui
tas illa corporalis nostram spiritualem si
gnificat. A captiuitate reuersio,est peccato
rum remissio.Rex itaque Prophetarum vo
lens supernã Hierusalem restaurare, filio
nuptias celebrauit,& sicut legitur in euan
gelio,multos ad cœleste prandium inuita
uit, hi qui intrauerunt, sunt lapides viui,
de quibus premissum est. Ne igitur ad ca
ptiuitatem similem reuertamur, & à nu
ptijs excludamur, monet nos Paulus, in
epistola præcedenti: Videte quomodo cau
tè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt
sapientes.Introitus:Omnia quæ fecisti.vox
est Danielis captiuitatem præteritam reco
lentis, & eam suis meritis Dei iudicio ad
scribentis. Similiter in offertorio, Super
flumina Babylonis.captiuitatem illam plo
ramus,sed in graduali,Oculi omnium, gra
tias agimus.In post communione,Memen
to verbi,postulamus, vt nuptias promissas
in spe,percipiamus in re.

SVMMA.

1 *Dominica vigesimaprima post Pentecost.quid moneat,eiusque diei officium.& nu.2.3.*

De dominica xxj.post Pentecosten.
Cap. 138.

1 IN † præcedenti dominica instructi su
mus & admoniti, vt cautè eamus ad
nuptias quæ celebrantur in templo,
quod scripsit Ezechiel,Sed quia de his nu
ptijs maximè inuidet nobis diabolus, pro
eo,quod de illis eiectus fuit,ideo in hac vi
gesima prima dominica agit Ecclesia de
bello contra diabolum, & de armatura no
stra contra eum,si enim pugnauerimus,in
terrerimus eternis nuptijs, si tamen habue
rimus vestem nuptialem, quæ est charitas,
aliter non. Vnde quia cinis & ciliciũ, sunt
arma pœnitentiæ in introitu vtitur Eccle-
sia voce Mardochæi, in cilicio, & cinere
existentis dicens Deo,In voluntate tua do
mine vniuersa sunt posita,& non est qui re
sistat voluntati tuæ.Hester. iij. c. Sequitur
Quoniam dominus vniuersorum tu es, &
ideò beati,qui tibi seruiunt, quia tu libe
ras eos de manu diaboli, & adiuuas eos in
bello cõtra diabolum, sicut in hac oratio
ne liberasti Mardochæũ de manu Naamã
& suspensus est in patibulo,quòd præpara
uerat Mardochęo. In epistola † monet 2
Apostolus armari contra diabolum arma
tura Dei,dicens, Confortamini in domi
no, & in potentia virtutis eius &c.quæ est
ad Ephe.vj.c.& post.Quoniam non est no
bis colluctatio aduersus carnem & sangui
nem,sed aduersus spiritualia nequitiæ in
cœlestibus,in omnibus sumentes scutum fi
dei &c. Sed quia etiam bene armati non
possunt per se resistere, nisi Deus adiuuet,
sequitur responsorium. Domine refugium
factus es nobis &c. Quia lassamur vel sau
ciamur in hoc bello non est refugium, nisi
ad ipsum: unde sequitur in quibusdam ec
clesijs allelu Ia: Lauda anima mea domi
num, quia uero sauciati in hoc bello, non
sanantur nisi a domino, & multi ab eo sa
nantur: ideo in quibusdam ecclesiis † se- 3
quitur euangelium, de sanatione Reguli.
Erat quidam Regulus,cuius filius infirma
batur &c.Quod est Ioan.2.c. Per istum re
gulum intelliguntur reges, scilicet prælati,
qui reges sunt, & debent esse humiles,&
ita sunt Reguli.unde exaudiuntur licet ha
beant paruam fidem pro sanatione filiorũ.
credebat enim iste Regulus quòd dominus
poterat sanare filium suum:sed non crede
bat q̃ esset Deus,quia credebat q̃ non pos
set sanare,nisi præsens.Humilitas ergo ual
de necessaria est prælatis. Quia uero per
patientiam maximè uincitur diabolus,prę
ponitur in offertorio Iob in exemplum.
vnde in Sapientia. Melior est patiens uiro
forti,& qui dominatur animo suo,expugna
tore urbiũ.& incipit:Vir erat in terra Hus,
nomine Iob &c.In uersibus aũt huius offer
torij fit sæpe repetitio,de qua dictũ est sub
dominica secunda post octauam Epipha-
niæ,sed quia nihil ualet patientia,nisi ho
mo speret in domino,sequitur post commu
nio: In salutare tuum anima mea sperauit
&c. quia spes patientiam operatur.

SVM-

SVMMA.

1 *Dominica vigesimasecunda post Pentecosten hortatur ad charitatem.Et eius diei officiũ. num. 2. 3. 4. 5.*

De dominica xxij. post Pentecosten.
Cap. 139.

1 DIctum est quòd nullus † potest in-
terresse æternis nuptijs nisi habeat
uestem nuptialem, quæ est chari-
tas,ideo in hac uigesimasecunda dominica
monemur & inuitamur ad habendam cha-
ritatem,ut non tantum beneficiamus proxi
mo,sed dimittamus iniurias nobis ab eo fa
ctas. Vnde in quibusdam ecclesijs euange-
lium est de seruo,qui debebat decem milia
talenta,cum † quo dominus posuit ratio-
2 nem. & ille dixit Patientiam habe in me,
& omnia reddam tibi.& misertus dominus
eius dimisit eum, & debitum dimisit ei, &
incipit:Simile est regnum cœlorum homi-
ni regi, qui uoluit rationem ponere cum
seruis suis, quod est Matth.18.c. Siquidem
in die iudicij ponet dominus rationem no
biscum, & nullus poterit computare cum
eo,quia de tempore,quomodo reddet hãc
rationem,quod tam bonũ est quòd in quo-
libet momẽto eius potest homo fieri filius
Dei,& ideo incipit introitus. Si iniquita-
tes † obser.domine,domine quis sustí.qua-
3 si diceret nullos,& hoc est: Patientiam ha
be in me,&c. & sequitur uersus: De profun
dis clamaui ad te domine,&c. In epistola.
Confidimus, &c. ad Philip. c.j. inuitat nos
Apostolus ad perfectam charitatem,ut di-
mittamus fratri,ut Deus dimittat nobis,si-
cut habetur in fine euangelij: Sic & pater
meus cœlestis faciet uobis, si non remiseri-
tis unusquisque fratri suo de cordibus ue-
stris.Dicit igitur Apostolus in epistola:Fra
tres,confidimus,id est confidentiam talem
habemus, ut postea sequitur: † Obsecro
4 autem uos,ut charitas uestra magis ac ma-
gis abundet, ut sitis synceri, & sitis sine of-
fensa, & tunc est unitas in ecclesia, quando
non offendimus propter iniurias,sed dimit
timus. unde sequitur responsorium: Ecce
quam bonum,& quam iocundum,habitare
fratres in unum. sed quoniam illos,qui ira
scuntur sanat dominus per charitatem, &
dum pœnitent, ideò sequitur allelu Ia.
Qui sanat contritos corde, & al. con-
cor. eorum. In præmisso uerò euangelio 5
monemur. ad perfectam † charitatem,ut
cautè ambulemus ad nuptias cum ueste nu
ptiali. & quia perfecta charitas, nõ tantum
impendit beneficia,& dimittit iniurias,sed
etiam orat pro inimicis, ideò sequitur in
offerto. Oratio. Hester ad Assuerum regẽ,
quod interpretatur beatitudo, id est ad
Christũ. & incipit: Recordare domine,&c.
Hester 14.cap.in quo offerto. rogat pro re-
conciliatione peccatorum. & quia de hac
reconciliatione gaudent angeli, sequitur
in quibusdam ecclesijs post communio: di-
co uobis,&c. Luc.15.c.

SVMMA.

1 *Dominicæ xxiij. officium.*

De xxiij.dominica post Pentecosten.
Cap. 140.

IN tribus dominicis ultimis, scilicet
xxiij. xxiiij.& xxv. est † idem officiũ, 1
& in eis ostendit ecclesia se habere ue-
stem nuptialem, id charitatem: quia orat
pro Iudæis,ut conuertantur,quod fiet in fi-
ne mundi, quando uenient ad fidem nostrã
quod significatum est in Ioseph,qui noluit
lõgo tempore se manifestare fratribus suis
posteà uerò ad ultimum se manifestauit
eis, & petierunt ueniam ab eo. & dixit eis
nolite timere, ego pascam uos, & inebria-
tus est cum eis,quæ inebriatio,significat læ
titiam omnium in illa conuersione Iudæo-
rum. hoc autem erit in fine peregrinatio-
nis nostra: & ideò de huiusmodi conuersio
ne agitur in fine temporis peregrinationis.
in quatuor enim partes diuisum est tempus
anni,prout dictum est in procem. huius par
tis. & per has tres dominicas agitur de hac
conuersione,quia ad fidem trinitatis cõuer
tuntur.In hac ergo xxiij. dominica introi-
tus est de cõuersione Iudæorum, & de pro-
missione domini ipse nanque dicit per Hie
rem.29. ca. Ego cogito cogitationes pacis,
& non afflictionis: quia ad hoc tendunt ma
la,quæ uobis infero,ut reconciliem uos mi
hi, & nota q̃ tempore Henrici Tertij Im-
peratoris Bruno Tulliensis episcopus, qui
de multis sanctis cantus composuit factus
Papa per Henricum Tertium Imperatorẽ,

&

& uocatus Leo X. dum Romam pro papatu ueniret, audiuit uoces angelorum canẽtium & dicentium: dicit dominus, ego cogito cogitationes pacis, &c. ipse uerò cogitãs q̃ non haberet canonicum ingressum, renũciauit, & iterum à Romanis Papa eligit, & uitam cum multis miraculis finiuit. In graduali uerò agit. Dauid gratias de sua liberatione, à captiuitate spirituali, & corporali, dicens, Liberasti nos ex affligentibus nos. &c. In uersu uerò promittit laudem bonorum operum, dicens. In Deo laudabimur tota die, &c. & quia solus dominus est, qui sanat: ideò in quibusdam ecclesijs sequitur allelu Ia. Qui sanat contrictos corde. in offertorio uerò petit ueniam, sicut fratres Ioseph, dicens. De profundis clamaui ad te domine. &c. & quia Ioseph, i. Christus respondit: Nolite timere ego pascam uos, ideò quia liberalis est dominus, & cito dimittit, sequitur post communio: Amen dico uobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet uobis. Matt. 18. c. Quia uero non intrabunt ad nuptias, nisi habeant similitudinem Dei; ideo in euange. Abeuntes, &c. Matt. 22. c. quod legitur in quibusdam ecclesijs dicitur, Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, scilicet imaginem suam, similitudine sua insignitam, quia omnia ad sibi similia conuertuntur. In epistola quoque: Fratres imitatores, &c. ad Philip. 3. c. monet nos apostolus, ut reddamus Deo imaginem suam, & post sequitur, Conuersatio nostra in cœlis est. q. d. in hoc debetis me imitari non illos, quorum uenter Deus, qui sunt inimici crucis Christi. Imitemur autem Deum & apostolum in humilitate, mansuetudine, charitate, & sanctimonia, & post Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Si enim habuerimus similitudinem Dei in animabus nostris, in futuro non habebimus illam similitudinem in animabus tantum, sed etiam in corporibus: quia ut dicit Apostolus; Similes erimus Christo.

SVMMA.

1 *Dominica xxiiij. Missa eiusque expositio. Et numc. 2.*

De dominica xxiiij. post Pentecosten.
Cap. 141.

1 IN † vigesimaquarta dominica similiter agitur de uocatione, & conuersione Iudæorum. Vnde incipit in quibusdam ecclesiis euang. Mat. 9. c. loquente Iesu ad turbas: Ecce princeps ἀρχισυνάγωγος uenit ad eum, & dixit ei. Filia mea defuncta est, sed ueni, & impone manum tuam super eam, & uiuet. Dum autem iret post eum, ecce mulier hęmorroissa. dicebat si tetigero fimbriam uestimenti eius, salua ero, & sanata est à domino, postea suscitauit dominus filiam archisynagogi. allegoricè archisynagogus iste significat Mosen uel aliquẽ de prophetis, uel etiam apostolis, qui rogauit dominum pro synagoga, & dominus uadit, ut sanet eam, quia nõ cessat corrigere, ut sanet ipsos Iudæos per uarias tribulationes, & seruitutes sed eorum sanitas fiet in fine mundi. Mulier uerò patiens fluxũ sanguinis est gentilitas, quæ dixit. Si tetigero fimbriam uestimenti eius, id est, si minima præcepta seruauero, salua ero. Per fluxum sanguinis, peccatum intelligitur. 2
Postea uero † saluabitur synagoga, quod significatur per filiam Iairi post-modum uscitatam. Item, per Iairim, qui interpretatur illuminans siue illuminatus, intelliguntur prælati, prælatus enim illuminatus à domino, alios illuminat, & talis debet orare pro subditis suis, sicut iste pro filia sua, sicut etiam orat Apostolus in epistola huius dominicæ, quæ est ad Coloss. 1. cap. Non cessamus, inquit, fratres, orantes pro uobis. In quibusdam tameu ecclesiis dicitur hac die euangelium. Cum uideritis abominationem. Matth. 24. ca. Et attende, q̃ hæc dominica proprium cantuale non habet officium, quia enim uexabitur ecclesia persecutionibus antichristi; ideò sua cõtinet organa. uel ideò, quia præcedens officium huic euangelio rectissimè coaptatur, uel quia hæc dominica sæpius superabundat, idcirco proprio uocat officio.

SVMMA.

1 *Dominica vigesimaquinta post Pentecostẽ expositio, & nu. 2.*

De

De dominica xxv. post Pentecosten.
Cap. 142.

1 IN vigesima † quinta dominica agitur de illuminatione Iudæorum: unde dicitur in quibusdam ecclesijs in epistola, quæ est de Hier. xxiij. cap. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum &c. & post sequitur. In diebus illis saluabitur Iuda. & post non dicemus amplius, Viuit dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de cũctis terris, in quibus proieceram eos, in quibus uerbis præcedens cantulę officium concordat. Nam in introitu dicit: Dominus ego cogito &c. dicitur & reducã captiuitatem uestram de cunctis locis. Soluti ergo illi, qui nunc tenẽtur in captiuitate, in graduali: Liberasti nos, gratiarum referunt actionem. in offerenda: De profundis adhuc porrigũt orationem qui suæ petitionis, in post communione: Amen dico. recipiũt sanctificationem. Euangelium † uero est de refectione, quam fecit Ioseph fratribus suis, 2
quando recepit eos ad conuiuium. Videns Iesus, quia multitudo maxima uenit ad eũ &c. quinque panes sunt spiritualis intelligentia quinque librorum Mosi, quos modo habent, nec eis possunt satiari: quia eos frangendo per spiritualem intelligentiam non manducant: sed tunc eos dominus saturabit. Duo uero pisces, sunt psalmi & euangelium. Tunc enim reficiet eos dominus intelligentia legis & psalmorum, & euangelij. In quibusdam tamen ecclesijs dicitur euãgelium. Cum subleuasset Iesus oculos, Io. 6. ¶ Rursus in hac ultima dominica cęterás concludente, rectè ponitur officium, quod ad utrunque domini pertinere possit aduentum, ut dictum Hieremiæ propheticum. Ecce dies ueniunt, & suscitabo &c. Ecce primus aduentus. In diebus illis saluabitur Iuda, ecce secundus. Sed in euãgelio rectè legitur de quinque panibus, quia post quinque milia annorum datus est nobis in primo aduentu panis angelorum. Ab hinc etiam quinque dominicæ computantur, usque ad illum diem, in quo panis ortus in præsepio prædicabitur. Quidam tamen hanc epistolam, & hoc euangelium ponunt cum officio trinitatis; infra hebdomadam uero, fit sicut in cæteris feriatis, & congruè circa festum beati Andreæ hoc euangelium legitur: quoniam de eo in ipso mentio continetur. Quædam ecclesiæ faciunt in hac dominica festum de Trinitate, aliæ uerò, in octaua Pentecostes, ubi de hoc dictum est.

SVMMA.

1 *Dominica uigesimæ sextæ post Pentecostẽ quid legendum in officio ecclesiastico. & numero. 2. 4.*
3 *Menses singuli singulis adaptantur temporibus.*

De xxvj. dominica post Pentecosten.
Cap. 143.

1 ILLVD † postremo notandum est, quòd nocturnales lectiones à prima dominica post pentecosten vsque ad aduentum domini, quidam non insubtiliter referunt ad illam temporis seriem, quæ fuit à Dauid usque ad aduentum domini. Sed & ad illam congruè referri possunt, quæ à primitiua cœpit ecclesia, sicut enim Sauli successit Dauid: unde primo legitur de primis libris Regum, sic dæmonum cultui cultus unius Dei, & sicut regnum Dauid per Roboam, & Ieroboam in scissuras diuiditur, ut legitur in libris sequentibus, sic ecclesiam scindit hæreticorum insania. Deinde sequuntur † libri Salomonis, quia post pugnas hæreticorum claruerunt in ecclesia sanctorũ doctorum ingenia. Postmodum sequitur liber Iob, ubi agitur de persecutionibus, & consolationibus eius, quia quantumuis in pace floreat ecclesia, tentationes tamen non desunt spiritualium aduersariorum, quorum quanto est occultior pugna tanto difficilior est; sed gloriosior erit acquisita uictoria. Rursus illud † quoq; adijciendum 3
est, quòd singulos menses, præteritis possumus adaptare temporibus. Nam per Ianuarium in quo nouus annus inchoatur, tempus à diluuio intelligitur, ubi mundus renouatur. Per Februarium, in quo allelu Ia

depo-

deponitur, illud tempus innuitur, in quo uniuersitas linguarum confunditur. Per Martium, in quo quadragesima sæpius celebratur, illud tempus accipitur, in quo Dei populus in Aegypto affligitur. Per Aprilem uerò, ubi Pascha celebratur, uel obseruatur, illud tempus ostēditur, in quo populus à Pharaone liberatur. Per Maiū, in quo de Penteco. solennizatur, illud tempus recolitur, in quo populus in terra promissionis gratulabatur. Iunius & Iulius, in quibus historia Regum legitur, regnum Saulis & Dauid commemorant. Augustus, in quo liber Sapientiæ recitatur, regnum sapiētis Salomonis insinuat. Reliqui quatuor menses, regna principalia notant. Babylonicum, quod est in oriente. Persarum quod est in meridie. Græcorum, quod in Aquilone. Romanorum, quod est in Occidente. Igitur historia Iob, quæ legitur in Septembri, per duas hebdomadas, regnum exprimit Orientis. Vnde ibi dicitur: Erat uir ille magnus inter omnes Orientales, & legitur per duas hebdomadas: quia regnum illud durauit per duas annuales hebdomadas, id est, per bis septingētos annos. Tot enim anni inueniuntur à tempore Nini, à quo regnum Babyloniæ incœpit, usque ad Cyrum regem Persarum, in quo defecit. In reliqua parte Septembris, regnum Persarum innuitur. Quocirca † duæ historiæ leguntur, eo quòd nunc de Persis nunc de Medis reges assumebantur. Historia Machabæorum, quæ legitur in Octobri Græcorum, significat regnum, sub quibus Prophetę leguntur, regnum Romanorum, in quo Christi religio uiget, accipitur. Prophetiæ maximè de Christo loquuntur, cuius natiuitas est in fine anni, sicut regnum Romanorum in fine mundi.

Finis Libri Sexti.

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA.

1 *Sanctorum festa quibus de causis ecclesia celebret. ibid. & nu. 2.*
2 *Sancti, & eorum reliquiæ an debeant honorari, & uenerari. & nu. 3. 6.*
4 *Sanctorum noui testamenti quadruplex differentia.*
5 *Sanctorū nulli latriā, uel sacrificiū debemus.*
7 *Septimanæ dies qualiter nominentur ab Hebræis. Qualiter à Christianis. nume. 8. 10. Item, qualiter à Gentilibus. nu. 9.*
11 *Feriæ, quid, & unde dictæ, & unde hoc uerbum natum inter Christianos. nu. 12.*
13 *Dies tripliciter denominantur. Et diei Dominicæ excellentia. nu. 14.*
15 *Dies quidam priuilegiati, in quadragesima.*
16 *Dies uariè incipit, iuxta uariam regionis, & loci consuetudinem.*
17 *Solemnitas, quid, & unde dicatur.*
18 *Festiuitatum diuersa nomina. Et nu. 19.*
20 *Statio, quid, & unde orta. nu. 21.*
22 *Stationum duæ species.*
23 *Stationum forma, & à quo in urbe institutæ. Et quorsum fiant. nu. 24.*
25 *Paschatis festum, est alijs superius.*
26 *Israeliticus populus, treis potissimum solennitates colebat.*
27 *Encænia ab Hebræis ortū habuerūt. Et quid.*
28 *Festa occurrunt plus quinque milia Sanctorum, quolibet die exceptis Calendarum diebus, ut respondit Eusebius Constantino Imperatori.*
29 *Sanctorum catalogo nullus ad scribendis, nisi per Romanum Pontificem.*
30 *Festa quæ celebrant per totum annum.*
31 *Festa omnia, sunt aut in totum duplicia, aut simpliciter duplicia, aut semiduplicia unūquodque percurrit, ibid. & nu. 32. 33.*
34 *Festorum uariæ, & dissimiles solennitates, hierarchiam cœlestem sedibus, & gratia distinctam, designant. & nu. 35. 36. 37.*
38 *Pa-*

38 *Pascha annotatiuum, quid.*
39 *Festa omnis generis Sanctorum cur celebrentur tempore Paschali, sub nomine unius personæ.*
40 *Festa sanctorum qui immediatè cœlum ascenderunt, celebrantur tempore Paschali: non autem cæterorum.*
41 *Festa sanctorum ueteris testamenti, per Græcos & Venetos colunturr.*
42 *Sanctorum octauæ cur celebrentur. & num. 46. Non tamen omnium. nu. 43.*
44 *Sanctorum octauæ, uarij sunt generis.*
45 *Octaua significationis, quæ sit. Et quæ supplicationis. nu. 47.*
48 *Octauas institutionis, qui habeant inter martyres, & qui inter confessores.*
49 *Sanctorum ferias quo ordine Author prosequatur.*

De sanctorum festiuitatibus. Caput I.

POSTQVAM de diuinis officijs in genere, atque dominicis, & de festiuitatibus ad dominum pertinentibus in specie premisimus: utile est, ut de officijs festiuitatum sanctorum aliqua in hac septima parte subijciamus. † Sanè ecclesia sanctorum festa multis de causis celebrat. Primò, ut eis uicem rependamus: quia ipsi iam celebrant festum de nobis, quoniam gaudium est in cœlo angelis Dei, & animabus sanctis super uno peccatore pœnitentiam agente. j. distinctione. quia tua. Secundò, quia eos honorando rem nostram agimus. Nam eorum festiuitas nostra est. Vnde Apostolus: Omnia nostra sunt: nos autem Christi. Charitas enim omnia communia facit. Tertiò, ut habeamus eos intercessores pro nobis: unde legitur in 3. Regum 1. ca. quòd Bersabee, quæ interpretatur puteus sacietatis, id est, ecclesia triumphans, impetrauit filio suo regnum. Quartò, ut eos imitemur. Per eorum enim exempla ad eorum imitationem prouocamur. Quintò, propter augmentum nostræ securitatis, & spei subleuationem. Si enim homines mortales nobis similes potuerunt ita per sua merita sublimari, & nos similiter poterimus, quoniam manus domini non est abbreuiata. Sextò, propter honorem diuinæ maiestatis, quam illos honorando in eis honoramus, & mirabilem prædicamus eum, qui ipsos sanctificauit. Septimò, ut uisa eorū pulchritudine & munditia confundatur homo de peccatis suis, & terrena cōtemnat, sicut & ipsi fecerunt. Octaua & principalis † causa est, quia sanctorum dies, & anniuersaria in eorum honore nobis ad memoriam reducitur propter nostram utilitatem, quoniam in eis honoramus Deum. Ipsi nanque cum sint perfectè beati, orationibus nostris non indigent: quia omnia eis ad uotum succedunt: imò iniuriam facit martyri, qui pro martyre orat. extra de cele. mis. cum Marthæ. §. pen. Ioan. etiam Dama. in lib. 4. c. 7. ponit alias rationes quare sancti † & pariter eorum corpora, siue reliquiæ debeāt honorari, quarum quædam sumuntur quantum ad eorum dignitatem: & quædā quantum ad corporum ipsorum prętiositatem. Dignitas quadruplex est: quoniā sunt amici Dei, & filij Dei, hæredes Dei, & duces nostri. De 1. Io. 13. Iam non dicam uos seruos, &c. De secundo Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. De tertio Rom. 8. Si autem filij & hæredes. De quarto ita dicit: Si quis multum laborat ducem inuenire, qui eum alicui regi mortali adducat, & pro eo ad ipsum uerbum faciat: quanto magis duces generis humani, qui pro nobis ad Deum interpellationes faciunt, honorandi sunt templa illis erigēdo, & eorum memoriam uenerando? Quantum uero ad corporum eorum prætiositatem manifestandam, ponit etiam idem quatuor rationes. Nam ipsa sanctorum corpora fuerūt promptuaria Dei, templum Christi, alabastrum spiritualis unguenti, fontes uiui. Augustinus addit quintum, scilicet organum Spiritus sancti. ¶ Circa primum dicit. Hi enim sunt promptuaria Dei: cœnacula Spiritus sancti. De secundo dicit: Quoniam per intellectum in corporibus eorum habitauit Deus. Vnde Apostolus: Nescitis, quoniam corpora uestra &c. Deus autem spiritus est. Honoranda ergo sunt animata Dei tēpla. Homo quidem delectatur in ædificatione murorum: Deus uerò in conuersione sanctorū. Vnde Psal. Domine dilexi decorem domus tuæ, decorem, scilicet quem præstat diuersitas

Luc. 15 — 1. Cor. 3. — Es. 59 — 1. Cor. 6. — Ps. 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuersitas non marmorum, sed gratiarum. Circa tertium dicit: Si enim ex rupe aqua manauit in eremo, & ex maxilla asini Sansoni sitienti: nequaquam incredibile est ex martyrum reliquijs unguentum bene olẽs, emanare sitientibus Dei, & sanctorum uirtutem. Circa quartum dicit: Isti enim uiuẽtes in ueritate, cum libera præsentia Deo adsistũt, & fontes nobis salutares dominator Christus sanctorum suorum præbuit: reliquias multiformia beneficia irrigãtes. Circa quintum dicit August. in lib. de ciui. Dei: Non sunt contemnẽda, sed plurimum uenerãda sanctorum corpora, quibus dum adhuc uiuerent, spiritus sanctus quasi quibusdam organis ad omne bonum usus est.
2.Cor. 13 Vnde Apostolus: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Itẽ Ambro. in hexameron: Hoc est prętiosissimũ, quòd homo diuinæ uocis fit organum, & corporalibus labijs cœleste exprimit oraculum. ¶ Est † autem quadruplex differẽtia sanctorum noui testamenti, quos per
4 anni circulum colimus. Sunt enim Apostoli, martyres, confessores, & virgines: & hi secundum Rabanũ per quatuor mundi partes significantur: per Orientem Apostoli, per Meridiem martyres, per Aquilonem
5 confessores, per Occidentem virgines. Licet autem festiuitates sanctorum † celebrandæ sint, & in eorum memoriam altaria construenda: nulli tamen eorum uel ẽt angelis, sed soli Deo sacrificare debemus. Nemo enim antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari aliquando dixit. Offerimus tibi Petre, & Paule, aut Cypriane: sed quod offertur Deo qui sanctos coronauit offertur apud eorum memorias quos coronauit, ut ex ipsorum locorum amore maior effectus assurgat ad augendum charitatem in illis, quos imitari possumus, & in illum, quo adiuuari possumus. Nec enim ipsi sancti, uel angeli exhiberi sibi uolunt, quod uni Deo per latriam deberi norunt.
Act. 14 Vnde Paulus & Barnabas, cum quidam miraculis per eos factis cõmoti, ipsis tanquam dijs immolare uoluissent: Conscisceis uestibus cõfitentes se homines mortales, & non deos esse, hoc fieri uetuerunt. Et sicut in
Apoc. 9 Apoc. legitur angelus Ioannem ipsum in uisione adorare uolentẽ prohibuit, dicens: Vide, ne feceris, frater enim tuus, & conseruus fratrum tuorum sum: Deũ adora. Iam enim Christus erat super angelos exaltatus. Antea uerò leguntur angeli adorati, vt dictum est in quarta parte, sub particula canonis, super uerbo, seruitutis. Et Mardochæus Naaman noluit adorare: quoniam ille diuinam sibi uoluit adorationem impẽdi. Honorandi † sunt ergo sancti propter 6
imitationem, non adorandi, propter religionem. honorandi sunt charitate, non seruitute, ut dictum est super dicto uerbo, seruitutis. Tribus ergo de causis sanctos rogamus, prout dictum est in præcedenti parte, sub tit. de rogationibus. ¶ Et nota, q̃ stando sanctos rogare debemus, ut dictum est in proœmio quintæ partis, ubi de respõsorio agitur. Porrò dierũ alij sunt profesti, alij festiui, siue solennes. profesti sunt, qui nulla speciali celebritate insigniti sunt, quasi procul à festo. ¶ Et not. quòd † Hebræi aliter 7
denominant dies septimanæ: & aliter Gentiles, & eorũ presbyteri, & aliter Christiani. Hebræi denominant omnes alios dies à sabbato, qui apud omnes præcipuus habetur: unde diem sequentem post sabbatum uocant prima sabbati. Aliam secunda sabbati, & sic de reliquis. Septimam uerò diem uocant simpliciter sabbatum, & quandoque sabbatum sabbatorum. Sextam feriam, uocant † parasceue, à παρά, quod est 8
præ, & σκευή, quod est structio, quasi præstructio, seu præparatio: quia tunc Iudæi præparant cibaria ad opus sabbati, iuxta quod eis præceptum fuerat de manna, scilicet sexta die colligatis ex eo duplum. Quoniam in Exod. 16
sabbato non licebat eis cibos præparare, sicut manna colligere. Nos uerò hoc nomen quod est commune cuilibet sextæ feriæ appropriamus illi sextæ feriæ, quæ est proxima ante pascha, pro eo, quòd tunc præparatus est cibus siue manna, quo & militans ecclesia modo, & triumphãs in futura requie perfruetur. ¶ Et nota, quod παρασκευὴ est nomen Græcum: sed Iudæi propter uarias captiuitates inter Græcos dispersi, quædam uocabula à Græcis sumpserunt, ut παρασκευὴ & συναγωγὴ, & alia quædam. ¶ † Gentiles autem tã uulgus, quàm philosophi 9
denominant dies à planetis. Vnde secundum eos, prima dies, dicitur dies Solis: secunda, dies Lunæ &c. Quæ nomina sacra scriptura non recipit: licet hodie uulgari usu teneantur.

tur. De hoc dicitur in parte viij. ubi agetur de septimana. Nempe uulgus ideò sic eos denominabat, quia Solem, Lunam, Martem, & alias planetas à quibus dies denominabant, Deos esse credebant. Philosophi uero ideo, quia hæc sunt nomina planetarum, ex quorum motibus, & naturis omnia sui uegetationem secundum il-
10 los trahunt. ¶ Christiani † uero duos dies tanquàm proprijs designant nominibus. Nam sabbatum, simpliciter sabbatum uocãt, propter authoritatem Hebraici sermonis, & frequentem diem dominicam uocant propter sui primatum: de quo iam dicetur. Vel quia sic in legenda sancti Ioan. uocatur, ubi dicitur, Ioan. dominica die post missarum solennia, descẽdit in fossum sepulturæ suę locum. Posset etiam dies dominica prima feria appellari. Diem uerò post dominicam sequentem appellabant secundam feriam, aliam tertiam feriam, & sic de alijs diebus usque in sabbatum.
11 Interpretatur † enim feria, quasi dies so-
* lennis, à * feriando dicta: unde prima dies septimanæ solennis est. Vocantur ergo feriæ, à feriando: quia toto tempore à vitiis feriare, id est, uacare debemus, non quod sit à necessarijs uitæ operibus feriandum. Vel dicitur à fando, id est, loquendo: quoniam sicut legitur in Gen. Dominus dixit & facta sunt. Siquidem beatus Siluester nolens imitari Iudæos, qui dicunt prima sabbati, secunda sabbati: nec Gentiles qui dicunt dies Solis dies Lunæ &c. Adinuenit
12 hoc nomen feria. In † fine tamen septimanæ seruauit sabbatum propter præmissam rationem, uel propter figuram, quia sabbatum interpretatur requies: quia tunc dominus requieuit ab omni opere, quod patrauerat, unde & nos per totam hebdomadam, id est, per totum tempus uitæ nostræ, quod percurritur per spatium vij. dierum debemus laborare, & niti summo conamine, ut ad requiem & beatitudinẽ per-
13 ueniamus. ¶ Die † ergo tripliciter denominatur: primo secundum se, ut dies Lunę, dies Martis &c. Secundò, iuxta usum ecclesiæ, ut prima feria, secũda feria &c. Tertiò, secundum menses & hoc tripliciter. Primò modo Cal. pridie Cal. iij. Cal. Secundò modo, Idus pridie Idus. iij. Idus. Tertiò modo, Nonas, pridię Nonas. iij. Nonas. Dominica uerò dies primatum obtinet & maior † est 14
inter alios dies: quia Christus anuuntiatus fuit & resurrexit, & in Apostolos spiritum sanctum misit & Deus mundum, id est, cœlum & terram in illa fecit, & in eodem quoque die, ut dicitur mundus dissoluetur. Dicitur autem dominica propter gaudium dominicæ resurrectionis quod in eo celebramus. Licet autem quædam dominicæ omnibus alijs sint superiores, uidelicet paschæ & Pente. & hoc propter resurrectionem, & spiritus sancti missionem: tamen & quinque aliæ principales dicuntur, & solennes, in quibus officia mutantur, scilicet dominica prima de aduentu, dominica in octauis paschæ, dominica in octauis Pentec. dominica qua cantatur, Lætare Hierusalem, & dominica in ramis palmarum. Addunt etiam quidam sextam, scilicet qua cantatur. Inuocauit me quædam etiam aliæ dominicæ dicuntur priuilegiatæ, quibus uidelicet historiæ sunt appropriatæ. ¶ Et nota, q̃ sunt quidam dies pri-
15 uilegiati † in tempore quadragesimæ, uidelicet quatuor quartæ feriæ, scilicet quarta feria in capite ieiuniorum, quarta feria sequentis hebdomadæ, & quarta feria post Lętare Hierusalem, & quarta feria ante cœnam domini. Item, quatuor sabbata uidelicet sabbatum prioris hebdomadæ, quando ordines celebrantur, & sabbatum quartæ, & sabbatum quintæ, & sabbatum in uigilia paschæ. Item tres dies dominicæ, scilicet inuocauit me, & Lætare Hierusalem, & dominica in ramis palmarum. Item una quinta feria, scilicet cœnæ domini. Item una sexta feria, scilicet parasceue. Item, tota una septimana, scilicet ultima quæ maior dicitur, prout sub dominica in ramis palmarum dictum est, de quibus priuilegijs in suis locis dictum est. Et nota, quòd pascha & pentecost. sunt hebdomadariæ festiuitates, ut dictum est in sexta parte, sub titu. de septem diebus post pascha, & sub pentecost. ¶ Incipit † au- 16
tem dies naturalis secundum Aegyptios ab occasu solis, siue in principio noctis, & durat usque ad uesperam sequentis diei; iuxta illud. Et factum est uespere, & mane, dies unus: secundum Persas & Græcos, & secundum communem uulgi usum incipit mane ab ortu solis, secundum Roma-

nos à media nocte ſecundum Athenienſes & ſecundum Arabas & Aſtronomicos à ſex ta diei hora, quos omnes variè imitamur: quoniam ad celebrationem diuinorum officiorum incipit dies in veſperis iuxta illud à veſpere in veſpiram celebretis ſabbata ve ſtra, extrà de feriis. c. j. quo ad treugæ obſeruationem in ortu ſolis, extrà de treuga & pace. cap. j. ff. de iudiciis. l. more. quo ad contractus incipit dies, & finitur in media nocte. quo ad eſum carnium, poſt cœnam vſque ad diluculum. de conſecr. diſt. iij. de eſu. quo ad iudicium incipit mane, & termi natur ſero in fine diei ante noctis tenebras de offic. deleg. conſuluit, & in authentica, de iudiciis. §. ſedebunt. Computatio autem Aegyptiorum vera videtur, cùm contineat ortum & occaſum ſignorum. Poteſt tamen dici, quòd ſecundum Eccleſiam incipit me dia nocte, quia tunc verus Sol, ſcilicet Chriſtus, ortus eſt, iuxta illud. Dum medium ſilentium &c. vel verius in veſperis, vt præmiſſum eſt: quia nox præceſsit, dies autem appropinquauit. Licet autem naturaliter dies præcedant noctes tamen in nocte paſchali fit econuerſo, vt dictum eſt in vj. par
17 te, ſub tit. de ſabbato ſancto. Solennes † vero ſeu feſtiui dies, in quibus à quolibet opere ſeruili in honorem Dei & ſanctorum abſtinendum eſt, & diuinis laudibus inſiſtendum. Et notandum eſt, quod ſolennitas eſt communiter inſtituta: celebritas pro aliqua prærogatiua, & dicitur a ſolo quod eſt commune vel abſoluto, id eſt, firmo atque ſolido, quia ob religionem mutari non debet, vel dicitur ſolennitas ex eo, quòd fieri ſolet in anno. Celebritas verò vocatur, quia ibi non terrena: ſed ſolum cœleſtia aguntur. Solennitas autem alia eſt feſtiuitatum, alia ſtationum, alia litaniarum: alia ieiuniorum, de quarum ſingulis videamus. Solennitas feſtiuitatum, quæ eſt mors ſanctorum, pluribus nominibus deſignatur. Vocatur enim feſtiuitas, feſtum celebritas, natiuitas natalis vel natale, ſiue natalitium, tranſitus ſeu exitus obitus, paſſio, aſſumptio, depoſitio, & obdormitio. ¶ Feſtiuitas
18 † dicta eſt à feſtis diebus, quaſi feſtiuitas: eò quòd in eis ſola diuina res agitur, quibus contrarij ſunt feſti, in quibus ius fatur. Dicitur quoque feſtiuitas, quaſi ſancti natiuitas. Natiuitas propriè dicitur feſtum illius natiuitatis, quæ eſt in carne, & in mundo, & ſecundum hoc dicitur tantùm Chriſti natiuitas & beatæ Mariæ, & beati Ioannis Baptiſtæ, quorum tantùm natiuitates in Eccleſia celebrantur. Quare ſancti dicantur in morte naſci, iam ſequitur, & dicetur vbi de octaua agetur. De celebritate iam dictum eſt, natalis vel natale vel natalium dicitur, migratio ſanctorum ab hoc ſeculo: quia tunc naſcuntur Deo, & ſeculo ad gloriam ea natiuitate, quæ tendit ad vitam æternam. Indifferenter tamen iſta accipiuntur. Tranſitus, dicitur feſtum de morte ſanctorum, quoniam animæ illorum à corporibus exeuntes, per ignota ſibi & diuerſa loca tranſeunt. xiij. quæſt. ij. tempus, vt per cœlum aereum, & æthereum, & cryſtalinum, vt tandem perueniant ad empyreum. ¶ Et † nota quod maius eſt fe- 19
ſtum tranſitus alicuius ſancti, quàm aliquod aliud, de illo dicetur ſub feſto aſſumptionis. Obitus dicitur: quia tunc angeli veniunt obuiam animæ, vt legitur de beato Martino. Paſſio dicitur: quia tunc maximè corpus patitur: & etiam in anima quando per violentiam ab inuicem ſeparantur & obitus vniuſcuiuſque poteſt paſſio nominari: quia ſine amaritudine, & ſine violentia quadam nulla anima de corpore tollitur. Aſſumptio propriè, dicitur tranſitus beatæ Mariæ. Depoſitio propriè, dicitur depoſitio beati Ioannis euangeliſtæ, qui, vt præmiſſum eſt, locum ſepulturæ viuus intrauit, & ita ſeipſum depoſuit. Obdormitio verò, dicitur mors ſanctorum, quaſi quies, nam ſicut quis poſt ſomnum integer, & validior fit: ſic ſancti ſine difficultate reſurgunt in corporibus glorificatis, quaſi à ſumno euigilantes. Vnde Dominus de Lazaro mortuo dixit: Lazarus amicus noſter 1.Theſ.
dormit. xiij. q. ij. tempus, vnde Apoſtolus. 4.
Nolumus vos ignorare de dormientibus, &c. ¶ Sequitur de ſtationibus videre, ſtatio autem, ſecundum † Iſidorum, eſt obſeruatio ſtatorum dierum vel temporum. Die- 20
rum, vt quartæ & ſextæ feriæ ieiunium ex veteri lege præceptum: de qua ſtatione in euangelio: Ieiunio bis in ſabbato, id eſt in quarta & ſexta ſabbati. Temporum, ſcilicet quæ legalibus, & propheticis inſtitu- Mat.
tionibus, determinatis temporibus, ſtatuta ſunt: vt ieiunium menſis, quarti, quinti, 9.
ſeptimi,

ſeptimi, & decimi: vel ſicut in euangelio dicitur: Dies ille in quibus oblatus eſt ſpõſus, Statio, quoque vocatur, proceſſio ad aliquam Eccleſiam ad exoluendum ibi gratias Deo facta, & dicitur ſtatio, quia tunc ſtantes orare, & Deo gratias perſoluere non flexis genibus debemus tunc, nec ieiunamus tunc: nec in eis ſupplicationis vo- Deut.
ces fiunt, quæ omnia cum veſtibus humili 16.
21 tatis in litanijs fiunt. Videntur autem † ſtationes à veteri lege initium habuiſſe: quoniam tunc populus Iudæorum, & etiam multi gentiles conueniebant, in magnis ſolenuitatibus, ſcilicet in Paſcha & Pentec. vt ibi orarent in templo, & Deo gratias perſoluerent, & offerrent: quod ad huc obſeruat Eccleſia, præſertim in Italia; vbi in hebdomadibus Paſchæ, & Pentecoſt. populus de oppidis & villis adiacentibus ciuitatibus conuenit ad eccleſiam Epiſcopalem Aliæ ſtationes a Romanis habuerunt initium, qui eas maximè frequentant qui cùm interceſsionibus Sanctorum quorum ſuffragia implorabant, pericula euaſiſſent, cum proceſsione veniebant ad Eccleſiam illius Sancti, cuius patrocinio fuerant liberati laudes Deo, cum gratiarum actionibus perſoluentes. Iſidorus dicit in vj. etymolo. quòd ſtatio ex militari exemplo nomen accepit, pro eò, quod nulla lætitia caſtris obueniente, ſtationem contriſtatio militum reſcindit. Sunt autem duæ ſpecies
22 † ſtationum, aliæ nanque ſunt generales: aliæ particulares. Generales ſunt, quæ in prædictis duabus ſeptimanis ad matricem Eccleſiam fiunt. Particulares ſunt, quæ in diuerſis Eccleſiis fiunt, pro prædicta cauſa. Fiunt etiam quandoque obſeruationis cauſa, nulla alia cauſa intercedente: vt cùm in feſto alicuius Sancti ad eius Eccleſiam vadit proceſsio à maiori Eccleſia. Fiunt etiã cùm in diuerſis feſtis diebus, ad diuerſa altaria, cum proceſsione ob Sanctorum venerationem venimus. Inſtitutio ergo ſtationum ex prædictis liq. hoc tamen addito: quoniam ſicut Romani pro vitandis ſuis periculis ſtatuerunt ſuas ſtationes in vrbe, ſic & alij in ſuis ciuitatibus ob cauſas ſimiles ſtationes inſtituerunt. In diebus autem ſtationum, voces ſeu cantica lætitiæ cantantur, videlicet reſponſoria vel antiphonæ, vel quid huiuſmodi. Quandoque etiã tunc miſſa celebratur in Eccleſia, ad quam vadunt, & quandoque non, ſed poſt ſtationem oratione finita redeunt. ¶ † Et nota, 23
quod populus primo conuenit in aliqua Eccleſia vicina illi, in qua debet eſſe ſtatio: vt dictum eſt in quarta parte, ſub titulo de oratione. Nempe beatus Gregorius, qui ſtationes in vrbe ordinauit xx. homil. euangelij diuerſo tempore in illis dicendas declarauit, alias vero ſtomacho laceſſente aliis pronuntiandas commiſit. De ſolennitate litaniarum in ſexta parte, ſub titu. de rogationibus dictum eſt. ¶ † Nota tamen
quod ſtationes fiunt propter præterita pe- 24
ricula. Litaniæ uero, quæ rogationes vel ſupplicationes interpretantur, fiunt pro periculis euitandis, vt premiſſum eſt. De ſolennitate ieiuniorum, & de vigiliis Sanctorum, dictum eſt in ſexta parte, ſub quarta feria quartæ dominicæ de aduentu. Hoc etiam nota, quod natale Domini feſtum eſt patris quia per eum filius innotuit mun 1.Io.4
do. In hoc enim apparuit charitas Dei, quod nobis dedit filium ſuum, ſicut dicit beatus Ioannes. Feſtum tamen patris, feſtum eſt filij, & ſpiritus ſancti. In hoc enim quòd dicitur verbum, intelligitur pater verbi & etiam alia ratione, quia ſcilicet filius patrem manifeſtauit mundo. Paſcha verò, eſt feſtum filij, quia tunc Chriſtus à mortuis reſurrexit, & verus deus apparuit. Et nota † quòd ſolennitas Paſchæ anto- 25
nomaticè, dicitur ſolennitas ſolennitatum ſicut dicitur ſancta ſanctorum, & cantica canticorum: eo quòd alia ſancta, & alia cãtica excedunt. Inde eſt, quòd omnes dies dominicos teciprocamus, id eſt omnes dies dominicę ſunt octauæ huius feſti. Dicitur etiam feſtiuitas feſtiuitatum, tum quia prima eſt omnium feſtiuitatum, tum quia omnes hac dominica communicare debent. ¶ In quibuſdam tamen locis quodlibet magnum feſtum paſcha vocatur, quaſi tranſitus, quia de vitiis ad virtutes tranſire debemus. Pentecoſt. eſt feſtum ſpiritus ſancti, & quælibet iſtarum ſolennitatum eſt ſolennitas totius trinitatis, quoniam indiuiſa ſunt opera trinitatis. de conſecra. diſt. iij. cap. fin. Licet, vt præmiſſum eſt, quælibet iſtarum magis, vni, quàm alteri approprietur. ¶ Non eſt etiam † igno 26
randum quod populus Iſraeliticus tres

Universidad de Deusto
Biblioteca

principaliter celebrabat solennitates. Primum erat dies Paschæ siue dies azymorum quod est pascha, quia tunc Deus eos liberauit à potestate Pharaonis de seruitute Aegypti: & à percussione angeli linitis postibus de sanguine agni immolati. Non enim fuit domus alicuius Aegyptij, vbi mortui non iacerent: nisi domus Iudæorum, vbi nullus mortuus est. ¶ Secundum erat pentec. quia tunc susceperunt legem, vt dictum est in sexta parte sub ipso festo. ¶ Tertium scenopegia, in Septembri, quod ex græco interpretatur, dedicatio siue fixio tabernaculorum. Populus enim Israeliticus quadraginta annis in tabernaculis habitauit, in cuius rei memoriã adhuc Iudæi hoc festum celebrant, quasi in tabernaculis degentes. Σκηνος enim græcè, tabernaculum dicitur latinè. Hæc festa quæ septem diebus protelabantur, præcipuè dicebantur. & sabbatum quod interueniebat dicebatur sabbatum sabbatorum, id est
27 sabbatum sanctorũ. Verùm † & superadditerunt & alia festa ob euentus uarios: ut encœnia, quod celebrabant Hebræi in hyeme, scilicet in octobri: & uocabant encœnia, nouam dedicationem tẽpli. Νέον enim enim græcè, dicitur nouum latinè: unde quandocunque aliquid nouum fuerit dedicatum, encœnia uocatur. Nam & siquis noua tunica induitur encœniare dicitur. Nos autem duo illorum seruamus, scilicet pascha & pentecost. sed alia ratione quàm illi, ipsi enim celebrant pascha: quia tunc ab Aegyptiaca seruitute liberati sunt: nos uerò, quia tunc per Christum redempti sumus. illi celebrabant pentecosten, quia tũc susceperunt legem: nos uerò quia tunc spiritum sanctum accipimus. Item illi susceperunt legem in tabulis lapideis, ad duritiam cordis notandã extrinsecus scriptam, quoniam usque ad spiritualem literę intellectum non pertingebant. Sed spiritus sanctus datus est 72. discipulis in corde digito Dei, spiritualem intelligentiam eis dictante. Scenopegiam etiam quodammodo celebramus in Ascensione domini: quia per tabernaculum intelligimus corpus domini: in quo sub humanitate diuinitas latuit. iuxta illud spal. In sole posuit tabernacu-
Ps. 18 lum suum. Hoc itaque tabernaculum Christus in mortali carne non figebat: quoniam exultauit, ut gigas ad currendam uiam, discurrẽs de loco in locum: ut susceptum mysterium adimpleret: sed tunc fixit & stabiliuit tabernaculum, id est, corpus suum, quando assumptus est in cœlum, sedens ibi ad dexteram Dei patris, & requiescens in patrimonialibus patris bonis, donec ponet inimicos suos scabellum pedum suorum. Hæc itaque tria festa rectè in euangelio spiritualiter celebramus. Nam iuxta psalm. Christus captiuam duxit captiuitatem: quando in pascha resurgens, uinctos suos eduxit de lacu, in quo non erat aqua. Ascendit in altum. cum in ascensione exaltatus est super cœlos cœlorum ad orientem. Dedit dona hominibus, cum in pentecost. effudit de spiritu sancto, super omnem carnem, Quarta uerò feria post dominicã de passione est de encœnijs prout ibi dictum est in sexta parte. Erant quoq; & aliæ quatuor solennitates, non tamen ita solennes, sicut præcedentes, uidelicet sabbatum, festum clangoris, festum propiciationis, & Νεομηνία. Siquidem apud Hebræos neomenia dicta est: quia secundum lunarem cursum menses supputabantur. Μὴνις græcè, luna uocatur. inde νεομηνία, idest noua luna: Apud nos uerò neomeniæ, sunt Calendæ. Erant apud Hebræos ipsi de Calendarum: ex legali institutione solennes. ¶ Sane Constantinus † Imperator par 28
tes transmarinas petens: inuenit Eusebium Cesariensem Episcopum, virum sanctissimum, cui dixit: Pete à me vnde Ecclesia tua ditetur. Ille verò respondit: Ecclesia mea satis abundat in diuitijs, scilicet, rogo te, ut mittas per partes mundi, & nomina sanctorum, & tempora passionum, & sub quibus, & qualiter, & in quibus locis passi sunt scribas: quod factum est; Et refert Eusebius quod quolibet anni die plus, quàm quinq; millium sanctorũ festa concurrunt excepta die calẽdarum Ianuarij, quo intendebant Gentiles epulis, & solennitatibus, non ad martirizandum sanctos. & Hie. dicit idem in epistola, quæ suo Calendario præponitur. unde Greg. dicit. Totus mundus plenus est sanctis. & similiter Haymo dixit de angelis, quod si quis creaturas spirituales, uidere posset, uideret eas ebulire i aere sicut minimos atomos in

Mat. vlt. Psal. 109 Ps. 67 Zac. 9

solis

29 solis splendore. ¶ † Et nota, quod nullus adscribendus, seu annumerandus est catalogo siue numero sanctorum, nisi per Romanum pontificem, & nisi facta prius clara fide de illius uita, & miraculis, extrà de reliq. & ueneratio. sancto. c j. extrà de testamen. uenerabili. Dicitur autem catalogus, sermo, à κατα quod est circa. & λογος, quod
* est sermo. * Et litania siue calendarium, in quibus enumerantur Sancti per Romanam ecclesiam approbati, dicitur uniuersalis sermo, cæterum secundum Decretum concilij Africani, de consecratione distinctio. j. placet. nulla memoria martyrum probabiliter, siue solenniter accipiatur, nisi aut ubi corpus martyris, aut certè reliquiæ sunt, aut ubi fuit origo habitationis, uel possessionis illius. Nã altaria, quæ per somnia, & inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum ubicunque statuuntur, omnino reprobantur. Item statutum est in concilio Aurelia. de consecratio. distinctio. tertia, episcopus. quod episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ cui fuerit proximus puta episcopali, die dominica deesse non debet. ¶ Quæ autem
30 festiuitates † celebrandæ sint, patet ex cõcilio Lugduneñ. de consecratio. distinctio. iij. cap. j. extra de fer. cap. fina. in quo sic statutum est. Dies domini feriandi sunt à uespera in uesperam. Item festum natalis domini. sancti Stephani, sancti Ioannis euangelistæ, Innocentium, sancti Siluestri, Circuncisionis, Theophaniæ, siue Epiphaniæ, Pascha, cum tota præcedenti, & sequentibus hebdomadibus: Rogationes cum tribus diebus: Ascensio domini. Pentecostes, cum duobus diebus sequẽtibus, sancti Ioannis Baptistæ, duodecim Apostolorum: sancti Laurentij: Festiuitates beatę Mariæ, omnes dies dominici: dedicatio sancti Michaelis, dedicatio cuiuslibet oratorij, festũ omnium Sanctorum, sancti Martini. Illę festiuitates, scilicet sanctorum Canonizatorum, quas singuli episcopi in suis ecclesijs cum clero, & populo decreuerint celebrandas. Reliquis uerò festiuitatibus, quę per annum sunt, non sunt populi cogendi ad celebrandum siue feriandum, nec prohibendi. Quot psalmos, quot responsoria, quot lectiones, & quare in festis dicantur, dictum est in quinta parte, sub titulo de nocturnis. ¶ Quędam † autem festa 31
dicuntur in totum duplicia: quædam simpliciter duplicia, quædam semiduplicia. ¶ Dicuntur quędam duplicia in quibusdam ecclesijs, pro eo, quod responsoria tam maiora quàm breuia, & uersus à duobus cantantur, & quia omnia incipienda à duobus incipiuntur, & quia antiphonæ in maturinis & uesperis duplicantur. dicuntur enim completę & ante Psalmum, & post, sicut est festum natalis domini, Sancti Stephani protomartyris, sancti Ioannis euangelistæ, Circuncisio domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes: sancti Ioannis Baptistæ, Apostolorum Petri & Pauli, sancti Laurentij. Assumptionis beatæ Mariæ virginis, natiuitatis eiusdem, & dedicatio Basilicæ. ¶ Præmissa † quidem sunt maiora 32
duplicia festa. Minora autem duplicia festa sunt, secunda & tertia feria, infra octauas resurrectionis. Item, secunda & tertia feria infra octauas Pentecostes. Commemoratio sancti Pauli apostoli. Octauæ Apostolorũ Petri & Pauli, & assumptionis, & quod libet festum, quod unaquæque ecclesia duplex ordiuauerit celebrari. ¶ Semiduplicia † autem festa sunt, in quibus pręmissa 33
omnino non obseruantur; sed tantum tertium, sextum, & ultimum. Responsoria cantãtur à duobus, nec incipitur à duobus, nec duplantur antiphonę, licet uersus, & breuia responsoria à duobus dicantur, & sunt hæc semiduplicia festa Sãctorum, Andreę, Nicolai, Lucię, Thomę Apostoli Innocentium octauę epiphanię, Agnetis, Conuersio sancti Pauli, Agathę, Mathię, Cathedra sancti Petri, Gregorij, Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Philippi, & Iacobi, Marci euangelistę, Inuentionis sanctę Crucis, Reuelationis sancti Michaelis, octaua Ascensionis, Ioannis ante porta Latinam, Barnabę apostoli, octaua sancti Ioannis Baptistę, Marię Magdalenę, Iacobi apostoli, ad uincula sancti Petri, octaua sancti Laurentij Bartholomęi apostoli, & decolatio sancti Ioannis Baptistę, octaua natiuitatis beatæ Marię, Exultatio sanctę Crucis. Matthęi apostoli, Lucę euangelistæ, Simonis, & Iudæ apostolorum, Martini Ceciliæ, Catharinæ: & alia secundum consuetudinem cuiuscunque ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanè igitur hæc varietas circa festa seruatur: quoniam sicut per apostolum stella differt in claritate à stella, nec etiam erit resurrectio mortuorum. Cùm ergo secundum beatum Dionysium Ecclesiastica hierarchia, repræsentet aliqualiter in suis actionibus, seu ordinationibus cœlestem hierarchiam, in qua sancti secundum diuersitatem meritorum suorum disponuntur: ideò ad hoc repræsentandum varietas diuersorum officiorum in nostra Ecclesia re-
34 peritur. ¶ Quæ igitur † festa in toto duplicia, & quæ semiduplicia dici debeant, liquido patet secundum mysticum intellectum. Nam secundum sanctos visio Dei erit præmium omnium beatorum, quæ quidem visio erit maior vel minor in omnibus, secundum quod hic positi magis, vel minus in charitate, quæ est radix omnium meritorum, profecerint. Veruntamen sunt quædam specialia merita, quæ secundum aliqua specialia præmia habentibus alia merita in futura gloria conferentur. Vnde speciale premium superessentiale reddetur Martyribus, Doctoribus & Virginibus, quod præmium aureola dicitur, ita quòd quantum ad hoc aliqui sancti duplex habebunt præmium, scilicet essentiale, quod dicitur Dei visio: & accidentale, aureola, & secundum hæc festa sanctorum possunt dici maiora, vel minora, scilicet in quibus præmiorum rationes magis vel minus reperiri possunt. Quia agitur beata virgo inter omnes sanctos sublimiori præmio, potitur, quantum ad præmium essentiale, & rationes etiam accidentalium præmiorum sibi competunt: ideò eius festum totum duplex dicitur esse, sic est etiam in festiuitatibus ad honorem Christi statutis. Quia verò post eos angeli secundum obtinent locum, & post illos Apostoli & martyres, & post ipsos alij: ideò secundum eorum plura vel pauciora essentialia, & accidentalia præmia ipsorum festum, vel totum duplex vel semiduplex vel simplex debet ab Ecclesia militante, quæ vestigia triumphā-
35 tis imitatur, cōformiter celebrari. ¶ † Quādoque verò alia consideratione dicuntur festa duplicia, quando scilicet eadem die duo festa concurrunt, & tunc minus cedit maiori. Nam die illa de festo excellentiori officium celebratur, & de minori fit solummodo commemoratio & illius officiū ad diem sequentem reseruatur, sicut fit de beatis Petro & Paulo. Si ergo eadem die plura festa concurrant, & omnes sunt martyres illius qui inter eos maioris erit nominis, officium celebretur. Si verò alter cōfessor, & alius martyr, vel martyres, si confessor maioris sit nominis, quàm martyr, vel priuilegiatus, vt beatus Martinus, & cuius generaliter officium instituit Ecclesia, dicendum est officium de confessore & commemoratio facienda est de martyre, sin autem celebrandum est de martyre, item si festum Andreæ veniret in prima dominica de aduentu, fiet in secunda feria. ¶ Idem dicimus † de quolibet festo Apo- 36
stolorum & martyrum, si occurrerent in primis dominicis priuilegiatis, item si festum habens vigilia contingit in feria secunda, celebratur officium de vigilia, & ieiunatur in sabbato præcedenti, extrà de ob ser. ieiu. c. j. Si autem in quacunque alia dominica à priuilegiatis, id est, quibus historiæ appropriatæ inueniuntur euenerit festum Apostoli vel alicuius præcipui martyris, vel alterius sancti qui proprium habeat officium, attendendum est, vtrum sequens hebdomada sine singuli dies ipsius proprium habeāt officium, quod si habent, fiet officium de dominica, & festum sancti fiet in secunda feria, si verò nō habent, fiat officium de festo in dominica, & officium dominicæ fiet in secunda feria, & sic dominica quandoque cedit festo, quandoque econuersò. ¶ Circa vigilias † sanctorum, quare 37
sic vocatur, & vnde ortum habuerunt dictū est in sexta parte, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Porrò circa festa, quæ in septuagesima seu in tempore passionis siue ante illud occurrunt, sicut est festū sancte Agathæ, cathedra sancti Petri, sancti Matthiæ: Annuntiationis Domini, festum sancti Gregorij, festum etiam patroni cuiuslibet Ecclesiæ, si acciderit, vel anniuersarium illius vel pascha alicuius, annotatiuum generaliter dicimus, q̄ cātica lau
35 dis, scilicet Te Deum laudamus. Gloria in excelsis Deo: & Ite missa est, in illis debent cantari, & omnia quæ cantarentur in illis, si in aliis temporibus contingerent præter allelu Ia, quoniam festa huiusmodi ad tempus paschæ pertinere noscuntur.

Sed

Sed quare non dicitur tunc allelu-Ia, sicut alia cantica lętitiæ? Respondeo quia illud est magis canticum lætitiæ quàm alia, quæ sunt magis obseruationes, seu gratiarum actiones, quàm cantica lætitiæ. Licet & in illis sit aliqua lætitia, præsertim in cantu. Si verò opponatur, q̄ Gloria in excelsis, quod est proprium natalis Domini, &, Ite missa est, quod est canticum seu laus resurrectionis: & Te Deum laudamus, quod significat lætitiam pro drachma inuenta, nō debeant in festo annuntiationis Domini cantari, pro eo, quòd præmissa in aduentu Domini nondum sua tempora habebant: quia Dominus nondum ea in rebus humanis fuerat prosecutus. Respondent, qui solēnizare cōtendunt, q̄ hoc festum est omnium festorum Christi, quasi fons & origo seu initium, quoniam & si natale Domini vel passio vel inuentio drachmæ nondum erant in re, vel in tempore, habebantur tamen in spe, quoniam in spe eorum prodi-
38 gia præcedebant. Annotatiuum † pascha vocatur, quando aliquis diem, quo baptizatus est, celebrat annuatim, quod fortè sumitur à gentilibus, qui diem, in quo ad miseriam nascebantur, natalitium obseruabāt, in qua celebratione officium paschę debet cantari, præter allelu-Ia, si in tempore quadragesimæ contingat. ¶ Et nota, quòd hæc tria, scilicet, Te Deum laudamus: Gloria in excelsis Deo: & Ite missa est, sese concomitantur, & est ratio. Nam gloria in excelsis significat illud ineffabile gaudium, quod angelus pastoribus nuntiauit, dicens Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie saluator. Ite missa est, quod est dictum, ite ad propria, missa est consummata, designat accessum pastorum ad locum natiuitatis Christi dicentium ad inuicem, post angelicam annuntiationem: Transeamus vsque ad Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum est. Quia ergo post annuntiationem angeli secutus est pastorum accessus: ideò meritò quando sacerdos dicit: Gloria in excelsis Deo, in quo prædictum angelum repræsentat, debet etiam dici, Ite missa est. Similiter quando hæc duo dicuntur, vel omittuntur: Te Deum laudamus, ad nocturnos dicitur vel omittitur, quoniam ibi gaudium & laudes cœli & terræ, creatoris, & creaturæ, capitis & membrorum significantur sicut in Gloria in excelsis Deo, cœlum & terra, creator & creatura, caput & membra, cum laude & gaudio nominantur, imò ferè omnia, quæ ibi implicitè continentur hic explicitè ponuntur: meritò igitur quando illud dicitur hoc non debet omitti. Veruntamen non semper præmissa se concomitantur. Nam in festo cathedræ beati Petri, etiam si occurrat in quadragesima quædā Ecclesiæ dicunt, Te Deum laudamus, cæteris laudibus tacitis, quia hoc cantico vti solemus ad intronizandos episcopos in sedes suas, & beatus Petrus eadem die fuit in cathedra Antiochena intronizatus. Item in cœna Domini dicitur Gloria in excelsis, & Ite missa est, si episcopus adsit, & chrismatis celebret officium. Et in sabbato sancto dicitur Gloria in excelsis, sed non Ite missa est. In ipsis tamen diebus non dicitur: Te Deum laudamus. Item in die natiuitatis dicitur, Gloria in excelsis in prima missa, sed ite missa est non dicitur, ne populus licentiatum se credens, non audito matutino discedat, & propter hoc etiam quidam tunc reseruant finalem collectam primæ missæ donec matutinæ expleantur, concludentes posteà missam, sub, Benedicamus Domino, sed alia ratio ponitur in quarta parte, sub titulo de oratione nouissima. Secundam etiam missam eodem modo finiūt. In quibusdam tamen Ecclesiis dicitur tūc. Ecce completa sunt omnia, nec datur populo licēntia recedendi, vt sciat se debere tertiam missam audire in qua demum dicitur, Ite missa est. In aliis autem, in quibus fit officium Ambrosianum in tempore quadragesimæ nullius sancti festiuitas celebratur, sed tantum commemoratio fit, & id ipsum antiqua decreta in aliis Ecclesiis seruari iubebant, & antiquitus communiter sic fiebat. In aliis quoque Ecclesiis prius sanctificatur, quàm euangelium legatur, vel cantetur. xxxiiij. quæst. iiij. non oportet, & cap. sequen. De officio festorum, quæ tempore aduentus occurrunt, dictum est in sexta parte, in titulo de tempore ad
uentus. De festis † verò resurrectionis, 39
vsque ad octauam Pentecost. hæc regula generaliter in quibusdam Ecclesiis seruatur, quòd in omnibus sanctorum festis cantatur historia, Beatus vir: hoc in Apostolis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Martyribus, Confessoribus, & Virginibus, hoc & in vno & in pluribus frequentatur. Vir enim iste beatus Christus est secũdum regulam ciconij caput & membra. Hic est enim martyr, de quo dicitur in antiphona: Filiæ Hierusalem quem secundum caput coronauit Dominus stola immortalitatis, in hoc tempore solennitatis & lætitiæ, & secundum membra posteà coronabit in illo tempore, quod per istud significatur, quod erit æternitatis & gloriæ, hic enim est qui loquitur in officio, quod hoc tempore frequentatur, scilicet. Protexisti me Deus. Hic est vitis vera, & sancti sunt palmites, sicut dicitur in euangelio. Ego sum vitis vera. Ioan. xv. cap. quod similiter hoc tempore frequentatur, & secũdum premissa patet, quòd etiam in festis duorum vel plurium sanctorum, debet dici in prædicta antiphona, Filiæ Hierusalem, venite & videte martyrem, scilicet Christum & non martyres, & alia in plurali, sicut faciunt quidam. Frequentamus autem hoc tempore in festiuitatibus Sanctorum idẽtitatem officiorum: eò quòd in suo significato, idẽ erit denarius omnium, & quia tunc glorificati erimus: vnum cum Christo, hoc tem-
40 pore glorificato. Sed quæritur, † quare in tempore paschali non celebramus festa Sanctorum, qui cum Christo surrexerunt, vel cum eo cœlos ascenderunt, debemus enim de illorum glorificatione gaudere, & solennizare, sicut & de aliis Sanctis, cùm certi sumus eos cœlos ascendisse? Respondeo, quòd ideò non solennizamus, quoniã ad inferos descenderunt. Solennizamus enim Sanctorum natalitia, quando videlicet cœlo nati sunt: vt præmissum est, non quando inferno, de quo dictum est in sexta parte sub parasceue. Potest etiã dici, quod de glorificatione illorum in anima in Pascha, vel saltem in Ascensione festare deberemus, sed non possumus, propter authoritatem officiorum illorum dierum. O vmbraretur enim solennitas illorum authoritate maioris solennitatis, quoniam veniente priuicipe cessat magistratus, & ideo statutum fuit, vt per alia tempora anni diebus, quibus eis dedicatæ fuerint Ecclesiæ festa illorum celebrentur. Vel secundum Bedam, in dedicatione ecclesiæ in qua nouem lectiones dicuntur, fit festum de illis, sicut & festum sancti Ioannis Baptistæ fit ad finem Augusti, qui tamen circa Pascha mortuus fuit, & festum beati Iacobi compostellæ in Iulio, qui tamen fuit tempore Paschali occisus. Beatus quoque Petrus Apostolus fuit incarceratus hoc tempore. Facta est enim prædictorum festorum mutatio: quia tanta erat festiuitas principis omnium, quod non poterãt tunc celebrari solennitates satellitum, iuxta illud: Cede maiori. ¶ Veruntamen † festa 41
sanctorum veteris testamenti, vt Abrahaã, Isaac, Dauid, Daniel & aliorum per Græciam & apud Venetias coli dicuntur, & ibi habere Ecclesias de Machabęis dicitur prout sub isto festo dicetur. Circa octauas notandum est, quod octauam diem Leuiticus liber insinuat, dicens, dies octauus erit celeberrimus atque sanctissimus.
¶ Sanè † octauæ sanctorum ideò cele- 42
brantur, quia sicut primus dies significat natiuitatem eorum, scilicet qualiter nascuntur cœlo, & in societatem angelorum & sanctorum patrum, quando animæ eorum à corporibus separantur, ita in octauis recolentes resurrectionem corporum congratulamur resurrectioni eorum. ¶ Et
attende, quod quorundam † sanctorum 43
celebrantur octauæ, ne hoc misterium lateat, non autem omnium, ne vilescat. Si enim non valemus omnia festa celebrare sanctorum, quanto minus octauas eorum? Si igitur aliorum sanctorum octauæ solennes sunt quanto magis sancti sanctorum, scilicet Domini natiuitatis, octauæ solennis erit? Videtur autem, quòd natiuitas Domini non habeat octauam, quia illa tendebat ad mortem. Obitus enim Sanctorum ideo habent octauas: quia tunc ipsi nascuntur ea natiuitate, quæ est ad vitam ęternam: Post illam enim natiuitatẽ, quæ est in morte, speranda est gloria resurrectionis, quæ datur in octaua: non post natiuitatem, quæ est ad mortem. Secũdum hoc etiam videtur, quòd natiuitas beatæ Mariæ, natiuitas beati Ioannis Baptistę, non habent octauam, nec etiam resurrectio domini, in qua Dominus recepit stolam corporis, quæ generaliter omnibus fidelibus dabitur in octaua: Iam enim ipsa resurrectio domini facta erat in re. ¶ Quia † igitur 44
diuersæ ecclesiæ in diuersis festiuitatibus octauas

octauas celebrant, ideo ne illas reprehendere uideamur, dicimus, quòd duplex est octaua, scilicet reuerentiæ siue ueneratio nis, seu deuotionis & institutionis. ¶ Octaua reuerentiæ, est festiuitatum Paschæ, Pẽtecostes, Natiuitatis beatæ virginis Marię & beati Ioannis Baptistæ, celebrãtur enim octauæ eorum pro sola deuotione, non pro alio mysterio. ¶ Octaua etiam deuotionis est in sanctis patronis ecclesiarum, & de sancto Nicolao, & de beata Maria Magdalena, & similibus qui octauas non habent, sed quædam Ecclesiæ ob deuotionem eas faciunt. ¶ Octaua vero institutionis, quadripartita est, quia est octaua significationis, suppletionis, alterius negotij, significationis & futuræ glorificationis. ¶ Octaua † significationis est, vt octauæ Sanctorum vigilias habentium, & festum dedicationis ecclesiæ, quod fit in signum,
45 quod dedicabitur ecclesia, id est, extrema & plenissima dedicatione, dedicabitur tũc id est, copulabitur Christo, dedicari enim, est copulari, & octauæ martyrũ, quia ipsi per ea quæ passi sunt, & ex eo, q̃ hanc uitam pro nihilo habuerunt ostenderunt, quod erat uita immortalis. ¶ Vnde octauæ Innocentium possunt dici octauæ significationis, quia per eas resurrectio nostra significatur, prout sub festo illo dicetur, & etiã octauas beatorum Petri & pauli, & quorũdam sanctorum, quæ significant stolam secundam, scilicet glorificationem, quam in octaua ætate habituri sunt. Sed quare ob similem etiam causam non obseruatur seu celebratur octaua passionis domini? Sicut enim Christus qui est sol iustitiæ natus est, non propter se, sed ut lux nostris mentibus qui eramus in tenebris appareret, sicut etiam baptizatus est, nõ propter se sed ut nostra peccata lauaret, sic mortuus est, non propter se: sed ut uos morere mur peccato, per quod nos liberaret à morte. ¶ Respondeo ideo quia superueniens festum lætitiæ obumbrat, & abolet commemorationem tristitiæ. ¶ Præterea, licet reddatur ratio, quare præmissæ octauæ fiant, non tamen vsquequaque in similibus exigitur, quod octauæ fiant. Nam Christus fuit circuncisus carnaliter, ut circuncidamur spiritualiter, ieiunauit, ut ieiunemus, pedes lauit, ut lauemus. Nec secundũ octauam istorum aut similiũ celebramus, sed & octauæ sanctorũ ob causam dissimilẽ celebrantur, ut præmissum est. ¶ Rursus dissimilem habet causam octauæ paschalis solennitas, cui non fit octauæ misterium uel ministeriũ. ¶ Octaua tamen additur propter octo beatitudines quæ in illa solenni octaua percipiuntur, prout dictum est ibi, & etiam octaua Pentecost. quæ & ideo celebratur, ut operum sancti spiritus consummatio declaretur. Est etiam omnium 46
† octauarum ratio generalis, quia, scilicet octaua reddit ad caput, quod est de beatitudinibus. In libro de doctrina Christiana asserit August. Idemque dies primus est, & octauus, scilicet dominicus, & ideo resurrectio domini dicitur facta in octaua, id est, in die dominica. Ideireo igitur obseruatur celebritas octauarũ, vt reuertamur ad primum innocẽtiæ statum, in cuius innocentiæ recordatione, in octauo die circuncisio agebatur, ut mens circuncisa fieret ab omni carnali contagione. ¶ Octaua
†suppletionis, est octaua natiuitatis domi 47
ni, quia in ea supplemus quod minus factũ est in festo natiuitatis: Quia enim in natiuitate multum actũ est de partu, & parum de parturiente, ideò in octaua plenius agitur de parturiente, quod apparet in respõsorijs, & antiphonis laudum, & in diurno officio ipsius octauæ, & ob similem etiam causam celebratur octaua Epiphaniæ. ¶ Octaua alterius rei significationis est, similiter octaua natiuitatis, prout ibi dictũ est, & octaua agentis. In illa enim representat, quòd beata Agnes octaua die visa est gloriosa, à quibusdam fidelibus, prout sub illo festo dicetur. ¶ Octaua futurę glorificationis est, ut octaua obitus cuiuslibet sancti. ¶ Item nota, quod tantum beatus
†Stephanus & Laurentius habent inter 48
martyres octauas institutionis, solus uero beatus Martinus inter cõfessores. De octauis Paschæ & ascensionis, & natalis domini, dictum est in sexta parte, sub titulo, de Pascha. Licet autem regulariter in octauis festiuitatum fiat in missa officium sicut in ipsis festiuitatibus, pro eo quod in octaua eadẽ die eũ ipso festo censetur, hoc tamen fallit in octauis Apostolorũ Petri & Pauli, quibus dicitur officium de martyribus. Licet enim una & eadem die ambo passi fue-

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerint, non tamen eadem die de vtroque in ecclesia solennizatur, prout sub eorum festo dicetur. Ideoque utriusque officium nequit in octaua fieri; cum unam diem dũtaxat ambo habeant pro octaua. Oportuit ergo, quod in eorum octaua aliquod commune officium inueniretur, & ideo quia eorum martyrum maximi fuit meriti, officium dicitur de martyribus, quamuis de vtriusque præcipuis actibus mentio in ipso officio habeatur. Fallit etiam hoc in octauis beati Laurentij, in quo tria præcipuè ualde commendabilia fuerunt, videlicet pietas, in eleemosinis: firma stabilitas, in fidei confessione, & martirium speciale. De primo agitur in vigilia, de secundo in festo, & ideo de tertio agi oportuit in octaua. ¶ Verum licet † ecclesiastica officia ab aduentu domini, quod est tempus renouationis, inchoati in proœmio se
49 xtæ partis dixerimus, in hac tamen parte simplicius incedentes Calendarium prosequemur à mense Ianuarij inchoando de aliquibus anni festiuitatibus, seriatim aliqua specialia opponentes, uidelicet de sanctis Fabiano & Sebastiano. De sancta Agnete. de conuersione sancti Pauli. De sancto Iuliano. De sancta Agatha. De purificatione beatæ Mariæ. De cathedra sancti Petri. De Annuntiatione beatæ Mariæ. De sanctis Philippo & Iacobo. de inuentione sanctæ Crucis. de reuelatione sancti Michaelis. de sanctis Geruasio & Prothasio. de sancto Ioanne Baptista. de sanctis Petro & Paulo. de festo septem fratrum. de sancto Iacobo apostolo. de septem dormiẽtibus de ad vincula sancti Petri. de Machabæis. de inuentione sancti Stephani. de transfiguratione Domini. de sancto Laurentio. de assumptione beatæ Mariæ. de sancto Bartholomæo. de decollatione sancti Ioannis. de sanctis Felice & Audacto. de natiuitate beatæ Mariæ. de exaltatione sanctæ Crucis. de sancto Matthæo Apostolo. de sanctis Mauricio & socijs suis. de beato Luca. de Simone, & Iuda. de festo omnium sanctorum. de officio mortuorum. de sanctis quatuor coronatis. de sancto Martino. de sancto Andrea. de sancto Nicolao. de uenerabili Beda presbytero. de sancto Thoma Apostolo. de festis sanctorum Stephani & Ioannis euangelistæ. de Innocentibus. de Apostoli. de Euãgelistis. de Martiribus. de Confessoribus. de Virginibus. de officio festi dedicationis ecclesiæ.

ADNOTATIO.

* Feriando] Etymologia verbi num aliũde duci possit, ipse videris. Feriæ enim, ἑορτὴ, siue τελετὴ, græco uerbo, videntur potius dictæ à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis, qui dies erant cessationum ab opere, quibus epulæ fiebant ex pecorum frugumque prouentibus. N. D.

ADNOTATIO.

* Sermo.] Κατάλογος, natum à verbo, καταλέγω deligo, conscribo, & centurio. Item censeo, existimo, numero & loco habeo, quod latinè dicitur, numero siue maius à verbo, καταλέγομαι, recenseo & numero. Erit igitur κατάλογος, legio, cohors, enumeratio, recensio, numerus. In qua postrema significatione accipitur prouerbium illud ὑπερτὸν κατάλογον, ζῆ ultra catalogum viuit, de eo, qui iustum & præscriptum annorum numerum præteriret. Dictionem autem κατὰ, author inepte vertit, pace tanti viri. N. D.

SVMMA.

1 *Fabiani & Sebastiani, quale officium.*

De sanctis Fabiano & Sebastiano. Cap. 2.

IN festo beatorum Fabiani & Sebastiani duplex † collecta in quibusdã 1
ecclesiis dicitur, & in solito more utraque sub uno, per dominum nostrum terminatur, tum quia ab ipso unico Dei filio Iesu Christo mediante, ambo ad palmam martyrii peruenerunt, tum etiam quia licet diuersis passi fuerunt temporibus: ecclesia tamen propter ingẽtia utriusque merita vtrique pari-

pariter & principaliter solennizat, & vtrã que collectã uno eodẽque fine concludit.

SVMMA.

1 *Agnetis festum, caret octauis institutionis. Et eius diei officium.*

De sancta Agnete. Cap. 3.

1

ESTVM † beatæ Agnetis, caret octauis, scilicet institutionis, habet tamen octauam alterius negotij significationis, vt iam dictum est in proœmio. Quod ergo dicitur in Calendario Agnetis ij. non dicitur propter hoc, quòd illud fit festum octauarum eiusdem in ecclesia pronuntiatur, nec in Calendario scribitur octaua, sed est alia solennitas de eadem repetita propter miraculum quoddã quod in octaua die post eius obitum contigit ad tumulum illius, parentibus suis plorantibus. Intelligitur ergo Agnetis secundo, scilicet festo. vnde melius diceretur secun
2 do Agnetis. de hoc ẽt dictũ est sub quartæ sub symbolo. Quia † vero Præfecti filius eã adamauit, ideo rectè in eius festo cantatur introitus: Me expectauerunt peccatores.

SVMMA.

1 *Paulus conuersus est eodemmet anno, quo Christus passus.*
2 *Pauli conuersio cur potißimum celebretur, & eius diei officium, & nu. 3.*

De conuersione sancti Pauli. Cap. 4.

1

CONVERSIO † sancti Pauli Apostoli facta est eodem anno, quo Christus passus est, & Stephanus lapidatus anno quidem non naturali, sed emergenti. Nam Christus passus est octauo Calendas Aprilis, Stephanus eodem anno tertio die Augusti lapidatus est. Paulus vero octauo Calendas Februarij conuersus est. Eius autẽ conuersio potius, quàm aliorum sanctorũ celebratur triplici ratione. ¶ Primo, † pro- 2
pter exemplum ne quisquam quantumcũque peccator desperet de uenia, quando tantum in culpa conspicit postmodum talem fuisse in gratia. ¶ Secundo, propter gaudium. Sicut enim ecclesia magnam habuit tristitiã in eius persecutione, ita maximam habuit lætitiam de eius conuersione. ¶ Tertio, propter miraculum quod dominus in eo ostẽdit, dum de sęuissimo persecutore fecit fidelissimum prędicatorem. In † hoc festo dicitur epistola: Saulus ad- 3
huc. quę est Act. ix. cap. Et euangelium: Dixit Simon Petrus ad Iesum. quod est Matth. xix. cap. Dicitur etiam ad horas capitulum. Erat quidam discipulus. Act. ix. c.

SVMMA.

1 *Iulianus, Cenomanensis Episcopus. Et quot præterea Iuliani.*

De sancto Iuliano. Cap. 5.

IVlianus † iste cuius festum fit quinto 1
Calẽdas Februarij, fuit Episcopus Cenomañ. Qui Simon fuisse dicitur, quẽ dominus à lepra mundauit, & qui Deum ad cõuiuium inuitauit. Hic etiam dicitur esse ille Iulianus, qui ab itinerantibus pro inueniẽdo bono hospitio inuocatur eo qd in domo eius fuit dñs hospitatus. Alij dicunt, quòd est ille, qui patrem & matrem occidit, de quo sequitur: Fuit quoque & alius Iulianus de Almania, qui desiderio martyrij se ultro persequentibus offerebat. Vnde Crispinus consularis eum iussit occidi, quod ipse Iulianus audiens statim foras prosilijt, & quærenti sponte intrepidus se opponens protinus ictum ferientis excepit. Fuit insuper alius Iulianus frater beati Iuliani, qui templa idolorũ permissu Theodosij Imperatoris una cum fratre destruebat, ad cuius uerbum homo uinus super plaustrum mortuum se fingens mortuus est. Fuit etiam quartus Iulianus, qui utrunque parentem nescius occidit, sed post multam pœnitentiam sub specie mendici leprosi recipit in domo sua angelum, à quo audire meruit, quòd dominus suam pœniten-

Universidad de Deusto Biblioteca

pœnitentiam acceptasset. Fuit etiam quin
tus Iulianus non sanctus, sed apostata scele
ratissimus. Primo enim fuit monachus, de-
inde Imperator Romanus: ut dicetur sub
festo inuentionis sanctæ crucis.

SVMMA.

1 *Agathæ festum & officium.*

De beata Agatha. Cap. 6.

1 BEATA Agata † post mul
ta tormenta in carcere
mortua est: ad cuius ca-
put in tumulo posita
est uisibiliter tabula
per angeli ministerium
in qua scriptum erat.
Mentem sanctam spontaneam, honorem
Deo & patriæ liberationem, Ideoque con
suetudo inoleuit, cum tabula eius imagi-
nem continente fieri processionem.

SVMMA.

1 *Maria Primatum obtinet inter sanctos.*
2 *Mariæ quatuor principalia sunt festa.*
3 *Maria fuit in vtero sanctificata.*
4 *Mariæ conceptionem approbanda, & solenni ter celebranda.*
5 *Mariæ purificatio, est duplex festum. & numero 6.*
7 *Masculi corpus in quadraginta diebus, fœminæ autem, in septuaginta diebus animatur.*
8 *Dominus cur præceperit puerum quadragesimæ die offerri in templo.*
9 *Purificationis festum, sequitur festa natalia, merito. Et quòd Dominus fuerit in templo præsentatus duplici mysterio. & nu. 10.*
11 *Purificationis Mariæ solemnitas, vbi, & quo tempore, & cur fuerit primũ instituta.*
12 *Purificationis processio, quid significet, & à quo instituta. nu. 15. Et cur in ea ferantur cerei ardentes. nu. 14. 16.*
13 *Candela accensa, quid significet.*
17 *Purificatio Mariæ caret octauis.*

De purificatione sanctæ Mariæ. Cap. 7.

1 INter cũctos sanctos gloriosa Dei geni
trix † virgo semper Maria primatum
obtinet, ut pote quę est sanctis dignior
& excellentior uniuersis, extra de pœni-
tent. & remissio. noua. In cuius honore in
ecclesia in. iiij. anni temporibus, quatuor
† solennes celebrat festiuitates, uidelicet 2
annuntiationem, assumptionem, natiuita-
tem, & purificationem. Omni enim tem-
pore ipsam in memoria habere debemus,
quæ omni tempore ad filium suum pro no
bis peccatoribus intercedit, quarum duæ
sunt sibi & domino nostro communes, sci-
licet purificatio & annuntiatio. Hę autem
quatuor festiuitates, fiunt secundum qua-
tuor benedictiones, quæ in ipsius virginis
salutatione continentur. ¶ Prima est, Aue
Maria gratia plena: quæ primæ festiuitati
competit, scilicet annuntiationi, quando
uidelicet eam angelus salutauit de spiritu
sancto concepit, facta gratia plena. ¶ Secũ
da est: Dominus tecum, quæ competit as-
sumptioni, quando videlicet assumpta est
in cœlum, quia tunc fuit cum domino suo,
id est filio, vt est dominus. Ante. n. non vi-
derat eum dominum ita manifestè in se.
¶ Tertia benedictio est Benedicta tu in mu
lieribus, quæ competit natiuitati, quia tũc
† est nata mulier in utero sanctificata. Nul 3
la enim mulier fuit in utero sanctificata,
& ideo dicta est castrum propter singulari
tatem, quia nunquàm dæmones castrum il
lud fregerunt. Quarta benedictio est: Bene
dictus fructus uentris tui quæ cõgruit quar
tæ festiuitati, scilicet purificationi, quia
tunc obtulit illum benedictum fructum
in templo. Quidam etiam faciunt quintũ
festum, scilicet de † conceptione beatæ 4
Mariæ, dicentes, quòd sicut celebratur de
morte sanctorum nõ propter mortem, sed
quia tunc recepti sunt nuptijs æternis, si-
militer potest celebrari festum de conce-
ptione, non quia sit concepta, quia in pec-
cato est concepta, sed quia mater domini
est concepta, asserentes hoc fuisse reuela-
tum cuidam abbati in naufragio constitu-
to, quod tamen non est authenticum, unde
non est approbandum, cum concepta fue-
rit in peccato, scilicet per concubitum ma
ris & fœminæ. de consecr. distinct. iiij. fir-
missimè. Veruntamen licet fuerit conce-
pta in peccato, dimissum est ei illud origi-
nale peccatum, cum sanctificata fuerit in
utero, sicut & Hieremias & sanctus Ioann.
Baptista, quare merito natiuitas eius &
beati

beati Ioan. Baptistæ celebrantur. Natiuitas
dico ex vtero, quando videlicet in lucem
ieu in mundum prodiciunt. Sed natiuitas
eorum in vtero scilicet, quando infusę sunt
animæ in corporibus eorum non celebra-
tur, vt præmissum est. ¶ Sextum etiam fe-
stum est festiuitas parientis, scilicet festum
natalis, sed quoniam tunc est etiam simul
festum filij, quod plenum exigit officium:
ideo non solennizatur de illa: nisi vsque in
octauas: tunc verò sic, vt iam dictum est in
procemio. ¶ Septimum quoque festum est
beatæ Mariæ ad martyres: de quo sub festo
omnium sanctorum dicetur. Quia vero fe-
stum purificationis secundũ huius. vij. par-
tis diuisionem in ordine temporis alia festa
virginis præcedit: idcirco hic de illo dica-
mus. Est autem hodie duplex festum.
5 ¶ Primo, quo † ad partum, quod dicitur fe-
stũ Ὑπαντής, id est, obuiatio, quia in illa sõ-
lennitate Anna prophetissa & Symeon ob-
uiauerunt beatę Mariæ venienti filiũ suum
Christum in templũ offerre, Ὑπαντή enim
græcè dicitur obuiatio latinè, ab ipso quod
est ire & anti quod est contra. Aduentus
Domini in templum significat aduentum
eius in Ecclesiam, & in mentem cuiuslibet
fidelis animæ, quæ est templum spirituale.
Hunc aduentum prædixit Dominus per
Malachiam prophetam iij. Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem tuam, qui præ
parabit viam ante faciem meam, & statim
veniet ad templum sanctum suum &c. Vel
dicitur ὑπαντή, id est, præsentatio, eo, quòd
Christus in templum est repræsentatus.
6 ¶ † Secundum, quo ad parientem, & dici-
tur festum purificationis, quia beata virgo
licet purificatione non indigeret, nec legi
purificationis obnoxia teneretur quia nul-
lo modo immunda fuit, nec peperit con-
cepto semine: tamen voluit facere præce-
ptum legis. Dicitur enim Leui. xij. capit.
Mulier, si suscepto semine peperit masci-
lum, immunda erit. vij. diebus: munda qui-
dem erat à consortio hominum, & ab in-
gressu tẽpli: expletis vero. vij. diebus mun-
da efficiebatur, quo ad consortium homi-
num: adhuc tamen vsque ad diem. xxxiij.
quo ad templi ingressum immunda erat, do
nec purgaretur, iuxta ritum menstrui flu
xus, sed completis. xl. diebus, in die quadra-
gesimo templum intrabat & puerum cum
muneribus offerebat. Si autem fœminam
peperisset, tempus duplicabatur, & quo ad
consortium, & quo ad ingressum, sicut &
duplicatur quo ad corporis formationem.
† Nam in. xl. diebus corpus masculi organi 7
zatur, & perficitur, & in quadragesimo in-
funditur anima, vt sepius: corpus vero fœ-
minę octoginta diebus perficitur, & in octo 8
gesimo anima inspiratur, vt sæpius fit. ergo
si masculũ pepererat. xl. si fœminã octogin-
ta diebus, à die Natiuitatis partus à templi
arcebatur ingressu: hodie tamen statim in-
gredi non prohibetur, ne sibi pœnam in cul
pam vertatur. v. dist. §. hæc si. & capi. se. ex-
trà de purifi. post par. ca. vno. Veruntamen
mulier dum sentit sibi imminere dolores
partus, non intret Ecclesiam, vel saltem ca-
ueat, ne polluat illam. Sacerdos autem mu
lierem vicinam partui sæpe moneat, vt con
fiteatur, ita cum dolor partus vrgebit eam,
sit parata accipere eucharistiam. Nam in-
honestum est, q̃ tempore partus presbyter
diu cum ea moretur. Est autem triplex † ra 8
tio quare præcepit Dominus die. xl. puerũ
in templũ offerri. ¶ Primo, ad notandum,
quòd sicut die. xl. in materiale templum du
citur, sic in. xl. à conceptione, vt sæpius ani-
ma infunditur in corpus, tanquam in suum
templum: prout in historia scholastica di-
citur: quamuis physici dicant quòd in. xlvj.
corpus perficitur. ¶ Secundo, vt anima, quæ
in die. xl. corpori infusa ab ipso corpore
maculatur, in die. xl. templum ingrediens,
per hostias expietur. ¶ Tertio, ad insinuan-
dum, quòd illi merentur cœleste templum
ingredi, qui decem præcepta decalogi cum
fide quatuor euangeliorum obseruauerũt.
Transactis ergo purificationis diebus pa-
riens ingrediebatur templum, offerens fi-
lium vel filiam, & munera pro se, scilicet
pro peccato, pullum columbæ siue turtu-
rem pro filio vero vel filia offerebat agnũ
anniculum, in holocaustum. Quæ agnum
habere nequibat, offerebat duas turtu-
res, aut duos pullos columbarum, & alte-
rum in holocaustum pro partu: alterum ve
ro pro se: scilicet pro peccato suo. Vnde
in euangelio dicitur, vt offerrent par tur-
turum &c. secundum legis consuetudinem,
scilicet sicut lex exigere videbatur. Mu-
lieres igitur in hoc beatam virginem imi-
tantur, cum in quibusdam locis post par-
tum

Universidad de Deusto Biblioteca

tum transactis.xl.diebus Ecclesiam ingre-
diuntur, significantes, quòd si virginem ip-
sam fuerint imitatæ, post vitam præsentem
ingredientur cum ea æternam. Celebratur
ergo hoc festum die.xl.à Natiuitate Domi
ni, quia beata virgo die.xl. à Natiuitate
Christi ad templum veniens ipsum secun-
9 dum legem præsentauit. ¶ Rursus † hoc fe-
stum sequitur post festiuitates natalis Do-
mini circuncisionis & Epiphaniæ ratione
mysterij, sicut & ratione mysterij voluit
Dominus in templũ præsentari. Et hoc du-
pliciter. ¶ Primum mysterium est. Nascitur
enim primò Deus per fidem in homine, &
sequitur circuncisio, quia quando fides in
homine est, purificatur homo, vnde in acti-
Act. bus. Fide purificãs corda eorum. Qui verò
15. habent bonã fidem, relinquunt omnia ma-
la opera, & tunc apparet Deus, sed tunc fa-
cienda est pœnitentia, vt in nobis maneat,
sicut in templo suo, & tunc fit ibi oblatio,
& offertur ei par turturum, id est, mundi-
tia mentis, & corporis, quod non potest fie-
ri, nisi in iugi luctu: sicut turtur gemit pro
cantu, & duos pullos columbarum, id est,
10 geminam simplicitatem. ¶ † Secundum my
sterium, quia in templum venit in hac die,
vt notetur aduentus eius in mentẽ cuiusli-
bet fidelis animæ: siue in Ecclesiam, in quã
semper paratus est intrare. Vnde in introi-
tu dicitur. Suscepimus Deus misericordiã
tuam in medio templi tui, quia Christus
est lignum vitæ in medio paradisi, paratus
æqualiter omnibus subuenire, & bona sua
largiri: secundum nomen tuum Deus: ita &
laus tua Deus &c. q.d. sicut creasti omnes &
recreasti, ita & laudandus es per totũ mun-
dum. Hoc etiam expositum est in vj. parte
sub octaua dominica post Penteco. Vt autẽ
veniat in mentem nostrã, hortatur Ecclesia
filios suos, vt occurrant. Vnde dicit in prin-
cipio matutinalis officij, scilicet in inuita-
torio. Ecce venit ad templum sanctũ suum
dominatur Dominus: gaude & lętare Sion,
occurrẽs Deo tuo, scilicet per fidem & per
bona operã, & propter hoc festum illud, di-
citur ὑπαντὴ, id est obuiatio, quia si volu-
mus, quod ille veniat in mentem nostram,
accipiamus in mentem nostram eius simi-
litudinem, vnde dicit in respõsorio primo:
Adorna thalamum tuum Sion, scilicet vir-
tutibus purificate, & suscipe, scilicet virtu-
tes, & sic veniet in te. Epistola verò est.
Ecce ego mitto angelum, quæ est Malachię
vlt. cap. Et euangelium. Postquàm impleti
sunt dies. Lucæ ij. cap. Et post communio.
Responsum accepit Symeon. Lucæ ij. cap.
¶ Et not. quòd, tempore † Iustiniani Impe- 11
ratoris fuit magna mortalitas apud Con-
stantinopolim, & ideò tunc constituta est
solennitas purificationis Mariæ in reueren
tiam eius, ob causas præmissas. Solet autem
quęri, cum adhuc pullulent infinitæ hære-
ses, quomodo sit verum, quod in nouo re-
sponsorio dicitur, scilicet q̃ beata Virgo
omnes hæreses interemit. Ad hoc dicimus,
quòd hoc fecit, quantum in se fuit, quia ipsa
ostendit eum visibilem, qui inuisibilis erat.
Primo enim nõ poterat inueniri, quia qui-
dam ipsum quęrebãt in delitijs carnis, qui-
dam in diuitijs, quidam in libris Philoso-
phorum, & non erat ibi: vnde in canticis.
Quæsiui, & non inueni eum. Modo verò nõ Cãt. 4.
potest aliquis errare in via, nisi velit, vnde
manifestè habetur in Esa. Hæc erit recta Esa.
via, vt etiam stultus non erret, per viam, & 30.
quæ erit illa via? Ecce dabo in Sion salu- Esa.
tem, & in Hierusalẽ gloriã meam. Dicitur 46.
hodie capitulum. Ecce ego mitto. Malach.
iij. cap. & illud. Eradicaui. Eccle. xxiiij. cap.
& illud. Quasi cedrus, quod est ibidem.
¶ Fiat autem hac die † processio generalis, 12
quæ significat processionem illam, scilicet
quam beata Virgo & Ioseph ad templũ fe-
cerunt. Qui in processione ante cancellos
cantant. Responsum accepit, &c. Significãt
Prophetas natiuitatem Domini, & miseri-
cordiam annuntiantes: melodia responden
tium, est gaudium hanc Dei misericordiam
suscipientium. Tenentes candelas in mani-
bus, dicamus igitur. Suscepimus Deus mise
ricordiam tuam, &c. quod verò cantatur in
processione, & in euangelio. Accepit eum
Symeon in vlnas suas, ostendit quod debe-
mus eum non tantũ corde, sed etiam in bra-
chijs portare: vnde in canticis. Pone me, vt
signaculum super brachium tuum, & vt si-
gillum super cor tuum. ad Corinth. Empti Cãt. 8.
enim estis pretio magno, glorificate & por 1. Cor.
tate Deũ in corpore vestro. Debemus qui- 6.
dem portare, non tantum deitatem, vel hu
manitatẽ, sed vtrunq;, sicut fecit Symeon,
quod significatur per candelã, quã ferimus
in processione. Per ceram enim per apes
opere

opere virginali, cum melle productã: nulla
enim libidine resoluuntur: humanitas siue
caro Christi ex virgine sumpta, per lumen,
deitas, quia Deus noster ignis consumens
est. Deute. iiij. per lichinum in cera, anima
candidissima, vel deitas in carne latens vel
secundum alios mortalitas intelligitur.
13 ¶ † Rursus candela in manu accensa, est fi-
des cum bona operatione: nam sicut cande-
la sine lumine, mortua dicitur, & lumen
per se absq; candela nõ lucet, sed mortuum
esse videtur: sic & operatio sine fide, & fides
sine operatione mortua esse dicitur. Lichi-
nus sub cera occultatus, recta intentio est.
vnde Grego. Sic fiat opus in publico, vt ta-
men intentio maneat in occulto. Candelæ
autẽ benedicuntur, vt eas digne ferant om
nes. Sunt enim multi habentes intus tene-
bras, licet extra lucere videantur. Dignè fe
rentes sunt, qui sicut extrà lucent per lu-
men, quod ipsi ferũt in manibus, ita lucent
interius per veram fidem, & in hoc festiui-
tas, & gaudium magnum. Portantur itaq;
in processione cerei ardentes, propter sex
14 causas. † Primo, vt vnusquisq; se illuminet,
& opera sua lumine patefacta alijs insi-
nuet. Secundo, vt ritum gentilium in me-
lius commutet religio Christiana: Romani
nanq; de quinto in quintũ annum in Calen
dis Februarij, ad honorem Februæ matris
Martis, qui, vt putabant, erat Deus belli,
illustrabant vrbem tota nocte cum cereis
ac fascibus accensis, vt filius eius eis victo-
riam de hostibus concederet. cuius matrem
tam solenniter honorabant, quod Festum à
Burbale dicebatur. Ipsi autem in mense
Februarij sacrificabant Februo, id est Plu-
toni, cum cæteris dijs infernalibus, pro ani
mabus antecessorum suorum, vt propitia-
rentur ipsorum eis solennes hostias offe-
rentes, & tota nocte eorum laudibus cum
cereis & fascibus accensis, vigilantes mulie
res quoq; Romanorum his diebus festum lu
minum exercebant. Gentiles nanq; pro eo,
quod dicitur Pluto, Deus infernalis concu
piscens Proserpinam speciosissimã eam in
principio huius mensis rapuit, deamq; fe-
cit, quã Ceres eius mater, & parentes fasci-
bus accensis per syluas de nocte in Aechna
monte Siciliæ, multo tempore quæsierunt:
prout Poetarum fabulæ fingunt. idcirco &
ipse in principio mensis Februarij in me-
moriam huius rei de nocte vrbem lustrabãt
ambiendo ipsum cum fascibus ardentibus.
Idololatræ enim sicut legitur in libro Sa- Sap.
pientiæ, obscura faciebant. Hos igitur lu- 17.
strandi mores Sergius † Papa mutãs in me- 15
lius statuit festum Purificationis in hono-
rem matris Domini in eodẽ mense, & tunc
processiones fieri vt plebs vniuersa portãs
cereos ardentes in manibus per Ecclesias
procederet in memoriam cœlestis regni,
quando omnes electi lucentibus bonorum
actuum lampadibus obuiam sponso venien
tes mox cum eo ad nuptias supernæ ciuita-
tis intrabunt. ¶ † Tertio, vt per hoc pruden 16
tes virgines imitemur, quarum beata virgo
est caput, vt accensa in nobis lampade casti
tatis, & bonorum operum cum eis in tem-
plum gloriæ, ad verum sponsum ingredi
mereamur. ¶ Quarto quia lumen quod est Matt.
ad reuelationẽ gentiũ, sicut dixit Symeon: 29.
hac die pro nobis est præsentatum. Hæc er
go processio significat illam Symeonis.
¶ Quinto, ad notandum diuinitatem & hu
manitatẽ Christi, vt premissum est. ¶ Sexto
ad ostendendũ virginis puritatem, ne quis
audiẽs eius purificationem, credere posset
eam purificatione indiguisse. Portamus er-
go candelas accensas, quasi ipso facto dicat
Ecclesia: Virgo beata purificatione non in-
diget, sed tota rutilans, tota splendens, &
propter causas prædictas candelaria nuncu
patur. Hoc † festum caret octauis quoniam 17
licet Christus legaliter fuerit præsentatus
in templo, nullus tamen doctor nos coar-
ctat q̃ infantes die quadragesima natiuita-
tis eorum præsentemus in templo. Vnde
sicut præsentatio puerorũ ad templum se-
cundũ veterẽ ritum defecit, quia hodie fit
in baptismo, ita & octauaꝰ πάντης. In octa-
uis enim sicut per primũ diem recolimus,
quod factũ est, ita per octauã rem pro qua
factum est. De festis annuntiationis, assum-
ptionis, & natiuitatis in suis locis dicetur.

SVMMA.

1 *Petrus Antiochiæ fuit incathedratus.*
2 *Petrus Apostolus fuit tripliciter exaltatus.*
3 *Petri festũ triplex, propter prærogatiuas treis.*
4 *Petri incathedratio, antiquitus festum epu-larum Petri dicebatur. Et eius diei officium numero. 5.*

De

Universidad de Deusto Biblioteca

De cathedra sancti Petri. Cap. 8.

1 DE cathedra † sancti Petri Ecclesia solennizat, quãdo videlicet apud Antiochiam cathedrali honore sublimatus esse phibetur, quam sublimationem dicunt quidam factam esse à Theophilo principe Antiochen. cuius filium defunctũ post annos quatuordecim, Petrus suscitauit, & ipsum populum ciuitatis cõuertit, propter quod ibi
3 Ecclesiam construxerunt, in cuius medio excelsam cathedram collocauerunt, & Petrum ab omnibus audiri & videri posset, exaltauerunt, in qua sedit septem annis. De hoc igitur honore solennizat Ecclesia, quia tunc prælati Ecclesiæ cœperunt loco præstare & honore sublimari. Tunc enim
Psal. completũ est illud psalmistæ: exultent eum
106. in Ecclesia plebis &c. Et nota, quòd exaltatus est tripliciter, & ideo triplex festum ce
2 lebratur. ¶ Primo † exaltatus est in Ecclesia militantium, eidem præsidendo, & eam in fide & moribus laudabiliter regendo: ad quod pertinet hodierna festiuitas, vt præmissum est. ¶ Secũdo, in Ecclesia malignantium ipsam, scilicet dissipando & ad fidem cõuertendo, ad quod pertinet secundum festum, quod dicitur ad vincula: tunc enim Ecclesiam malignantium dissipaui, & plures ad fidem conuertit. ¶ Tertio, in Ecclesia triumphantiũ, in eam scilicet introeundo feliciter, ad quod pertinet tertium fe-
3 stum, scilicet passionis eius. ¶ Rursus † fit ei festum triplex propter alias quinque rationes. ¶ Primo propter priuilegiũ: fuit enim prælijs priuilegiatus, & ideo magis honoratus in authoritate. Nam fuit princeps Apostolorum, & claues regni cœlorũ accepit. Fuit etiam feruentior in Christi amore, & efficacior in virtute. Nam ad eius vmbram sanabantur infirmi. ¶ Secundo propter officium. Ipse enim officium prælationis super vniuersam Ecclesiam habuit. Quæ in tres partes mundi, scilicet Asiam, Affricã, Europam diffusa est, & ideo Ecclesia ter in anno pro eo solennizat. ¶ Tertiũ, propter beneficium, quia ipse qui potestatem ligandi atq; soluendi habuit, liberat nos à tribus generibus peccatorum, scilicet cogitationis, locutionis, & operationis. Vel quia in Deum, in proximum, & in nos peccamus. Vel hoc beneficium potest esse triplex bonum, quod virtute clauium peccator in Ecclesia consequitur. Primum est, absolutionis à reatu ostensio. ¶ Secundum est, pœnæ purgatorij in temporalem commutatio. Tertium, pœnæ temporalis secundum partem relaxatio. ¶ Quarto, propter debitum, quia scilicet tripliciter pauit, & pascit nos, scilicet verbo, exemplo, & temporali subsidio. ¶ Quinto, propter exemplum, vt quia, scilicet nullus desperet: etiã si tertio Christum negauerit, sicut ille: si tamen velit cum eo Deum corde, ore & 4
opere confiteri. ¶ Nec † est prætermittendum, quòd hoc festum de incathedratione Sancti Petri olim festum beati Petri epularum dicebatur. Fuit enim mox gentilium secundum magistrum Ioannẽ Beleth, annis singulis in mense Februarij. Hac die vinum & epulas offerre Deo supra sepulchra parentum: moti forte propter illud Thobiæ tertio. Panẽ tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, quas de nocte dæmones consumebant. Ipsi tamen ab animabus circa sepulchra oberrantibus, quas vmbras vocabant, vastari putabant, quod sancti patres extirpare volentes, festum de incathedratione sancti Petri tam de illa quæ Romæ, quàm etiam de illa, quæ Antiochiæ fuit facta, statuerunt fieri, illo die, quo talia à gentibus fiebant. Vnde ab illis epulis festum consueuit appellari, festum beati Petri epularum. Hac tamen die non dicitur in quibusdam Ecclesijs, nisi vna collecta, & de illa incathedratione quæ fuit Antiochiæ facta. † Dicitur 5
autem epistola: Petrus Apostolus seruus, quæ est j Pet. j. Et euangelium: Venit Iesus in partes. Matth. xvj. tractus est. Tu es Petrus. Matth. xvj. cap. Ad horas dicitur c. Petrus Apostolus. j. Pet. j. ca. ¶ In festo beati Matthiæ Apostoli dicitur epistola. Exurgens Petrus in medio act. j. ca. Et euangelium: Confitebor tibi pater.

SVMMA.

1 *Annuntiatio Mariæ, & eius diei officiũ. ibid.*
2 *Annuntiatio Mariæ iure accidit tẽpore Veris.*
3 *Deus multa operatus die. xxv. Martij.*

De

De annuntiatione virginis Mariẹ. Cap. 9.

1 FESTVM Annũtiationis beatẹ Mariæ est, quoniã angelus ei bonos † rumores nuntiauit & ipsa saluatorẽ concepit. Tũc autẽ impletæ sunt prophetiæ. Vnde Ecclesia
Esa. legit & cãtat de prophetis, quare introitus
40. est. Rorate cœli desuper, & nubes, id est, prẹdicatores pluant, id est, annuntient iustum, id est, Christũ, quia antonomaticè dicitur iustus Christus. aperiatur terra, id est, beata virgo. Aperiatur inquã per consensum, & germinet, id est, concipiat saluatorem, id est, Christum. De hoc dictum est sub prima dominica de aduentu. Epistola est. Egredietur virga. Esa. xj. ca. Aliæ tamen Ecclesiẹ dicunt. Locutus est Dominus ad Achaz, quæ est. Esa. vij. ca. Euangeliũ est. Missus est Gabriel. Luc. j. cap. Et quod ibi dicitur. Et hic mensis &c. Sic exponitur hic mẽsis, scilicet Martius: in quo beata virgo cõcepit: est sextus illi, id est, à conceptione illius, scilicet Elisabeth, quẹ vocatur sterilis, quia illa cõcepit Ioannem Baptistam octauo Calend. Octobris. Dicitur etiam per horas cap. In diebus illis notum faciet Deus. Hiere. xxx.
2 cap. ¶ Competit † autem hoc festum, tempore Veris. Nam tempore Veris Deus factus est homo, & omnia facta sunt noua. Hoc autem festum est de Domino & de beata Maria, quare eadem præfatio dicitur in natali & in Annuntiatione Domini, de Annuntiatione Domini consueuit apponi, quòd Gloria in excelsis, & Ite missa est, & Te Deum laudamus. in ea cantari non debeant: de quo dictum est in procemio huius partis. Si hoc festum fuerit in dominica passionis, vel oliuarum, ad secundã feriam transmutabit. Hoc enim generale est priuilegiatis dominicis Si autem in triduo ante Pascha occurrerit: in sabbato ante palmas, secundã quosdã anticipabitur. Quidã vero illud transferunt vsque ad octauas. Similiter si fuerit in die Paschæ non congruè poterit intra hebdomadam celebrari: in quo historia de aduentu compillata cantatur: vnde melius est quòd ad secundam feriam post octauas transferatur. In hac die
3 † dicitur per diuersa temporum curricula Deus multa operatus, quæ quidam sic egregijs versibus perstrinxit.

Salue festa dies quæ vlnera nostra coerces.
Angelus est missus est passus, & in cruce Christus.
Est Adam factus, & eodem tempore lapsus.
Ob meritum decimæ cadit Abel fratris ab ense.
Offert Melchisedec: Isaac supponitur aris.
Est decollatus Christi Baptista beatus.
Est Petrus erectus. Iacobus sub Herode peremptus.
Corpora Sanctorum cum Christo multa resurgunt.
Latro per Christum tam dulce suscipit amen.

SVMMA.

1 *Paschale tempus octauam ætatem, hoc est vitam æternam designat.*
2 *Philippi & Iacobi minoris festum cur dicatũ calendis Maijs. Et eius diei officium. num. 7.*
3 *Iacobus minor, cur dictus frater Domini.*
4 *Mariæ virginis genealogia.*
5 *Iacobi minoris vita, dignitas, & sanctitas. Eius deinde interitus. num. 6.*

De sanctis Apostolis Philippo & Iacobo. Cap. 10.

PASCHALE tempus, sicut sepe dictũ est, octauam † significat ætatẽ: 1
vbi bonũ, quod erit singulorum in dispari charitate erit eorum omnium, quia vnusquisq; de bonis alterius gaudebit, vt de suis, & bonum omnium erit singulorum. Vt ergo tempus paschale concordare: solennitatibus, quæ intra illud euenient præsertim cum Apostolis in Ecclesia primitiua non haberent particulares solennitates, statutũ fuit, vt in calend. Maij: celebrarentur † solenni- 2
tates ad honorẽ omniũ Apostolorũ, vt dies varij non viderentur diuidere: quos vna dignitas & Apostolatus in cẹlesti gloria fecit esse sublimes, quod festum Græci celebrari dicũtur in festo Apostolorũ Petri & Pauli. Hac etiã die festum est Apostolorũ Philippi & Iacobi, quia fortè die ista passi sunt. Sanè Iacobus iste dictus est minor, ad differentiã Iacobi Cõpostellæ siue Zebedæi, qui dictus est maior, nõ ætate, sed vocatione: sicut cõtingit in Episcopis, qui loco Apostolorum

Universidad de Deusto Biblioteca

lorum sunt, quoniam qui primo consecratus est, alios quantumlibet maiores antecedit.xvij.dist.§.fin.Primo enim à Domino vocatus est,& primo ei adhæsit, & sibi magis fuit familiaris. In secretis enim illum vocabat, scilicet quando transfiguratus est, & quando suscitauit mortuum in Domino dictus etiã est iste † Iacobus Alphæi, quia
3 fuit filius Alphæi dictus est etiã frater Domini secundum carnem. de consec.distin.j. Iacobi quia dicitur fuisse consimilis ei faciæ, vel quia erat filius Alphæi, frater Ioseph viri beatæ Mariæ, & Mariæ sororis eius, qui enim ex vtraq; parte sanguinis coniungebantur apud Iudæos fratres vocabantur.Iesus enim putabatur filius Ioseph, uel dicitur frater Domini, id est,consobrinus,quia filius sororis beatæ Mariæ, quem morem Tusci seruant, sed & Ioseph dicitur cognatus domini,uel quia pater putatiuus, uel quia cognatus Domini ex parte matris,scilicet beatæ Mariæ. Ad clariorem autem † præmissorum euidentiam,notandum
4 est q; Ioachim pater beatæ Mariæ accepit vxor em nomine Annam, quæ habuit sororem nomine Imeriam: hæc autem Imeria genuit Elisabeth & Eliud: Elisabeth genuit Ioannem Baptistam: de Eliud natus est Emineud: de Emineud natus est sanctus Seruatius.cuius corpus in oppido Traiecti super flumẽ Mosæ in episcopatu Leodiensi requiescit. Anna autem tres viros dicitur habuisse: Ioachim, Cleopham fratrem Ioseph, & Salomane. De primo habuit filiã, scilicet Mariam matrem Domini, quam dedit Ioseph nuptui, quæ genuit Christum.generatio ipsius Ioseph & Mariæ posita est in sexta parte sub festo natalis Domini. Primo autem viro defuncto: de secundo similiter genuit aliam filiam nomine Mariam quam Alphæo postmodum in cõiugem dedit. Hæc autem Maria genuit ex Alphæo quatuor filios, scilicet Iacobum minorem, Ioseph iustum, qui & Barsabas dictus est,& Simonem,& Iudam. Ex tertio viro,scilicet Salomane secundo mortuo, genuit aliam similiter filiam nomine Mariã,& Zebedæo in coniugem tradidit,ex quo duos filios ha
5 buit, scilicet Iacobum maiorẽ & Ioannem euangelistam.¶ Porro † Iacobus iste merito suæ professionis cognominatus est iustus .Ex vtero enim dicitur sanctus fuisse. ipse enim à Petro & Iacobo & Ioanne Apostolis ordinatus est primus Hierosolymitanorũ episcopus.lxvj.di.pono.Ipse vna etiã cum Basilio episcopo Cæsarien.addidit nobis in scriptis missæ celebrationem.de consec.dist.j.Iacobus ipse quoque traditur primam celebrasse missam post Pascha Domini,in Hierusalem, & Petrus primus in Antiochia. Iste vinum uel siceram non bibit: nullam carnem comedit:nunquàm tonsus, nunquàm vnctus,nunquàm balneo vsus est, & intantum genibus terræ defixis orabat, vt eius genua camelorũ excedere duritiam crederẽtur. † Iste præcipitatus est à Iudæis 6
de pinaculo templi, cum nomen Christi prędicaret,& cum perticis fullonum interfectus. Fullo enim est, qui lineos pannos candificat. Quidam autem dixerunt propter peccatum interfectionis eius, Iudæos destructos fuisse per Titum & Vespasianũ, & ita non attribuunt destructionem illam morti Christi.In hoc festo † dicunt quidam 7
Ecclesiæ introitum.Exclamauerunt. Neæmiæ.ix.cap.epistolam. Stabũt iusti.quæ est Sapien. v.cap.euangeliũ.Non turbetur cor vestrum, quod est Ioan.xiiij ca.& post communionem.Tanto tempore. Ioan.xiiij.cap. dicitur antẽ ad horas capitulũ.Stabũt iusti. Sapien.v.ca.& illud.Nos insensati.quod est ibidem,& illud.Non esurient.Apoc.vij.ca.

SVMMA.

1 *Crucis priuilegium, & eius inuentionis officium Ecclesiasticum num.2.*
3 *Crucis duplex festum:*
4 *Crucem inuenit Iudas.*
5 *Iulianus monachus, diabolo amicus,apostata, & christianorum persecutor Cuius tumulus ad hunc diem fœtorem intollerabilem emisit.nume.6.*

De inuentione sanctæ Crucis. Cap. 11.

IN sancta † Cruce Domini secunda spes 1
habetur. Sicut enim beata virgo portauit Dominum,ita & sancta crux suo modo. Et sicut Dominus dat aquis baptismalibus sanctificare & alijs sacramentis, ita per tactum dominicæ carnis sanctificatum fuit lignum, vt nos suo modo sanctificare possit, & quia ita crux saluat per talẽ effectum,

ctum, quem habet, ideo de ea cantantur.
2 O † crux splendidior astris, &c. Quæ sola fuisti digna, scilicet dignitate tibi data, portare talentum mundi &c. Et quia finis crucis, est gloria, ideo in fine plurium antiphonarum de cruce dicitur allelu Ia. Dicitur autem per horas cãnoni. Mihi autem absit gloriari. Gal.vlti. Fit autem du-
3 plex festum † de cruce videlicet exaltationis, de quo suo loco dicetur, & inuentionis, quia inuenta fuit crux tempore Eusebij Papæ à beata Helena matre Constantini: mediante iuda, qui tunc iudæus erat. Vnde in canone ipsius Eusebij de consecratione distinctione iij.crucis ita legitur. Crux Domini nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula sanctę Romanæ Ecclesiæ tenentibus quinto nonas Maij inuenta est in prędicto Calend.die inuentionis festum vobis solenniter celebrare mandamus: est autem maius hoc festum, quàm festum exaltationis: prout ibi dicetur.
4 Legitur autem † de prædicto iuda, quòd conuersus ad fidem, factus est post modum episcopus Hierosolymitanus,& mutato nomine vocatus est Quiriacus. De quo dicitur diabolus sic prophetasse: iudas Christum morti tradidit, sed iste iudas illum mortuum exaltauit, & artes magicas de-
5 texit, sed Iulianus familiaris † & amicus meus,cito rex erit, qui me de isto vindicabit, quod factum est.xj.quęst.iij Iulianus.j. &.ij. Nam Iulianus monachus ab ordine apostatans acquisiuit per nefas consulatum Romanũ & inde factus Imperatos & Christianorum persecutor,illum diuersis pœnis afflixit & interfici iussit. Legitur quoque q; quidam miles nomine. Quiriacus hunc Iulianum posteà interfecit. De isto Iuliano legitur quòd adhuc apud Constantinopolim de tumba sua fœtor intolerabilis progreditur. Si quęratur, quare fit festum
6 † de cruce, in qua Christus fuit dehonestatus,& flagellatus, non de asina, in qua fuit valde honoratus, nec etiam de alijs quæ ipse tetigit? Responderi potest, quòd laus & honor super asinam impensus transitorius, & mundanus fuit,nec inde salus nostra prodijt, de quo curandum non est. Præterea, per alia quæ ipse tetigit non leguntur miracula,& sanitates fieri,nec per illa redempti sumus,dehonestatio vero in cruce facta nostra redemptio fuit.Dicitur hodie introitus. Nos autem Gal.vlt.ca.& legitur epistola.Confido de vobis in Domino.Gal.v.cap. pro eo q; ibi dicitur. Mihi autem absit gloriari.nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Aliæ Ecclesiæ dicunt. Hoc sentire, ad Phil.ij.euangelium est. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro &c. Quia crux Domini ad literam inuenta est in agro, vel moraliter in agro Ecclesiæ inuenitur crux Domini, quæ dicitur thesaurus, quia emptũ est per eam nobis regnum cœlorum, qui videt hunc thesaurũ in Ecclesia,vadit & vendit omnia,quæ habet,id est, omnes transitorias delectationes, & emti agrum istum,vt sit de Ecclesia. Alij dicunt. Erat homo ex Pharisæis.Ioan.cap.iij.Et est notandum, quod festum Crucis sit semper cum festo martyrum, quia crux significat martyrium.Et ideo in festiuitatibus sanctę crucis leguntur in quibusdam Ecclesijs sex lectiones de martyribus, & officia commiscentur.De signo crucis dictum est in proœmio quinte partis.

SVMMA.

1 *Angelorum festum agit Ecclesia duplici de causa.*
2 *Michael,princeps est angelorũ qui mittuntur.*
3 *Michaelis festum cur institutum. & cur potius ei dicatum, quam cæteris angelis nu.4.*
5 *Michaelis festum, quod habeat officium.*
6 *Angelis semper nobis adsunt, & parati sunt orationes nostras sursum deferre num.7.*

De reuelatione sancti Michaelis. Cap. 12.

ECclesia facit † festum de angelis du 1
plici ratione. Prima est, quia nobis ministrant.Omnes enim sunt administratorij Spiritus sancti in ministerium missi propter eos, qui hæreditatẽ capiunt salutis: sicut habetur in epistola ad Heb.j. Secunda ratio est, quia pugnant pro nobis contra angelos malos, nec permittunt nos tentari supra id,quod possumus.de hac pugna dicitur in Apoc.Factum est pręlium in cœlo. Hoc bellum erit maximè tempore Antichristi, & in morte martyrum fuit, & etiam semper est,& eiectus est draco,id est, diabolus de cœlo, id est, de cœlestibus ho-

Universidad de Deusto Biblioteca

Apoc. 12. minibus, & deiectus in corda malorum hominum. Huius autē belli princeps est beatissimus Michael, & ideò fit ei festū, licet sit de vltima hierarchia: de inferiore scilicet ordine. Sunt.n. nouē ordines angelorū prout dictū est in quarta parte. sub tit. de præfatione. qui quāuis oēs mittantur, quoniam vt premissum est, sunt administratorij spiritus & ī Esa. vj. habetur ꝙ missus est ad eum vnus de Seraphin: rarò tamen mittuntur. vnde Daniel: Millia millium ministrabant † ei &c. Eorum verò, qui mittuntur princeps est Michael qui fuit princeps
2 Ecclesiæ Iudeorum, vt habetur in Daniele: modo est princeps Ecclesię Christianorū. In Iudæis. n. fuit aliquādo Ecclesia: quæ
Dan. 7. nunc est in Christianis. ¶ Hoc † autē festū,
3 quod est cōmemoratio victorię sancti Michaelis, inde originē sumpsit: quia cùm barbari depopularentur Apuliam, Christiani triduano ieiunio in dicto sancti Michaelis auxilium implorauerunt, per cuius visibile patrocinium fugā ter barbari dederūt, & Christiani victoriam habuerunt. Vocatur etiam festum reuelationis, quia in mōte Gargano reuelatus est, vt sequitur. Sanè Michael, Gabriel, & Raphael, nomina personalia sunt angelorum, alia verò sūt ordinū, vt dictum est in iiij. parte, sub tit.
4 de præfatione. ¶ Sed cùm † hoc festum sit commune omnium angelorum, quare spiritualiter denominatur festum sancti Michaelis, & non Gabrielis vel Raphaelis. ¶ Respōdeo, Michael est, qui est missus in Aegyptum, fecit illas famosas plagas, qui diuisit mare rubrum, qui eduxit populum per desertum, & eduxit in terram promissiōis. Ipse est præpositus paradisi, & custos, & est susceptor animarum, & princeps Ecclesiæ, & ideò eū magis venerari debemus. ¶ Secunda ratio est: quia ipsemet fundauit Ecclesiam, & consecrauit altare, vnde dicitur: Stetit angelus iuxta arā templi &c. hoc fuit in mōte Gargano, posteà vero reuelauit hoc hominibus per episcopum illius regiōis. ¶ Tertia ratio est, vt homines venerantes angelos, perueniant ad consortium angelorū, & ea de causa in diebus dominicis & festiuis solennitatibus, nouem psalmi, nouem lectiones, & nouem responsoria cātantur, vt per cātum istorū ad consortium perueniamus nouem ordinū angelorum, quorum proprium est Deo cātare. Congaudendo † autē angelis dicit Ecclesia in introitu: Benedicite Dominum omnes angeli eius. & quia angeli laudant, & nos similiter Deum laudare debemus. Vnde sequitur versus: Benedic anima mea dominum. Epistola uerò Apoc. j. ca. sumitur: Significauit Deus, quæ oportet fieri citò &c. Sequitur ibi: Ioānes septem Ecclesiijs. per septem Ecclesias: vel per septem spiritus quantum ad intelligentiā, quæ ad hāc diem pertinet, vniuersitas angelorum intelligitur. per septem enim dies currit vita præsens. Sequitur responsorium: Benedicite. & versus: Benedic. Ratione qua suprà. Allelu-Ia est. In conspectu angelorū psallam tibi. hoc autem ideò dicit Ecclesia, quia parati † sunt angeli deferre Deo 6
orationes nostras. Semper enim nobis adstant, & aspiciunt nos & auscultāt. Vnde in
Cāt. 8 cāticis: Qui habitas in hortis amici, id est, angeli auscultant te. Per istos scilicet bonos, compassio, illos, scilicet malos: passio, scilicet inuidiæ cogit, ut in nos aspiciant. Sequitur euāg. Accesserunt &c. Mar. 8. c. in quo precipitur vitari scandalum paruulorum, quia ibi fit mentio de angelis. Amen dico vobis, quia angeli eorum in cœlis sē per vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Quia vero parati sunt deferre † oratio 7
nes nostras, in offertorio ostenditur. Stetit angelus iuxta aram templi, Apoc. 8. Et data sunt ei incēsa multa, id est orationes accensæ igne charitatis, & ascendit fumus aromatum, id est, oratio in cōspectu Dei de manu angeli. in post cōmunione verò placuit Ecclesiæ, sicut prius benedicere: vnde dicitur in quibusdam Ecclesijs: Benedicite angeli Dominum &c. Sanè, ꝙ Michael legitur cum dracone pugnasse intelligitur allegoricè Michael, id est, Christus, historicè verò, quia Michaelis & aliorum angelorum eius ministerio diabolus describitur in Ecclesia propter laicos esse depulsus. In hoc festo dicitur capitulum: Significauit. Et illud: Beatus, qui legit, & illud Ioan. septem. quæ sunt Apoc. 1. cap.

SVMMA.

1 *Geruasi & Prothasii festum, ex institutione Gregorij.*

De

De sanctis Geruasio & Prothasio. Cap. 13.

1 IN festo sanctorum † Geruasij & Prothasij cantatur ex institutione Gregorij introitus. Loquetur Dominus pacem in
I populo suo, ex eo quòd tali die pax inter Romanorum Imperatorem & Agisulphum regem Longobardorum extitit reformata, quem regem Theodesida eius vxor christianissima, cui Grego. librum dialog. scripsit, ad fidem conuertit. Officia nanq; sanctorum partim conueniunt ipsis sanctis, partim his euntibus, qui in ipsorum euenere diebus.

SVMMA.

1 *Ioannis Baptistæ festum duplex agit Ecclesia. & cur ita. Et eius Missa num. 3. & 8.*
2 *Ioannes Baptista, cur dictus Lucifer.*
4 *Ioannis vigilia habet ieiunium.*
5 *Ioannes Euangelista quo die obierit.*
6 *Ioannes Baptista & beata etiam Maria, fuerunt in peccato originali concepti.*
7 *Ioanni Euangelistæ hymnum diaconus canit voce recuperata, quam prius amiserat.*
9 *Ioannis Baptistæ quadragesima.*
10 *Vigilia Ioannis Baptistæ cur ignes accendantur, & qua significatione. & num. 11. Et cur ossa comburantur. num. 12. Et cur rota voluatur. nume. 13.*

De sancto Ioanne Baptista. Cap. 14.

1 QVia inter † natos mulierum non
Matt. surrexit maior Ioanne Baptista:
11. meritò Ecclesia celebrat festū de illo, & facit ei duplex festum, scilicet Natiuitatis & decollationis. ¶ Natiuitatis propter quatuor. ¶ Primo, propter historiam, quontam dicit Dominus de eo, per angelū, sicut in euangelio habetur. Et multi in Natiuitate eius gaudebunt, quod etiam propter Sarracenos dictum est, qui hoc festum celebrare dicuntur. ¶ Secūdo, propter allegoriam & ministerium, quia per Ioannem figuratus est ortus gratiæ, quam nobis attulit Christus. Ipsum enim Ioannes præcessit, in Annuntiatione, in Natiuitate, & prędicatione, in passione, & ad inferos descensione. ¶ Tertio, quia sicut beata virgo sanctificata fuit in vtero matris, ita & ipse. ¶ Quarto, quia ipse primus annuntiauit gaudia æterna, & ideo dicitur Lucifer & turtur. Vnde in canticis. Vox turturis audita est in terra nostra, & Iob. xxxviij. cap. nunquid Cāt. 2
ducis Luciferum in tempore suo, & eius Natiuitas fuit per Gabrielem nuntiata. Ideo autem Ioannes † dictus est Lucifer, 2
quia obtulit nouum tempus. Et inde est, quòd in quibusdam Ecclesijs habēt missam in mane, quia Natiuitas fuit quasi aurora: Natiuitas uero Christi fuit quasi ortus solis, vel ideo dicitur missa in ortu diei, quia legitur in euangelio Lucæ, quòd ipse fuit Luc. 1
sanctificatus & Spiritu sancto repletus in utero matris, quare merito laudandus est eius creator, in exordio diei, qui illum dignatus est honorare in utero matris. Habet etiam aliam propriā missam, sicut † & alij 3
sancti, quæ dicitur circa tertiam. Vel prima missa est de uigilia euangelistæ, uel alia dicitur, quia ipse fuit martyr & præcursor. Vnde illa missa est unius martyris, & est introitus. Iustus ut palma florebit in domo Domini. De ipso nanque prophetauerunt Esaias & Hieremias. Hiere. ipso vitæ actu, quia fuit ei similis. Esaias ut in epistola habetur hodierna. Audite insulæ, & attendite populi de longe. Esa xlix. ibi etiam sequitur. undo sumitur introitus, de uentre &c. Sequitur etiam ibi. Posuit os meū, ut gladium acutum. Gladius acutus, est lingua prædicatoris, quoniam abscindit superflua. Sequitur. Posuit me quasi sagittam electam. Sagitta electa, est prædicator, qui facit quod docet. Sagitta acuta, fuit Ioannes, cum dixit: Genimina uiperarum, quis docebit uos fugere ab ira uentura? responsorium est. Prius, quàm te formarem, &c. Hiere. j. cap & est de Natiuitate eius, allelu Ia est. Tu puer. Luc. j. cap. & illud inter natos &c. Matt. ix. ca Euangelium est: Elisabeth impletum. Luc. j cap. dicitur autem hac die capitulum. Audite insulæ. Esa. xlix. cap. & illud: Prius, quàm te formarem. Hiere. j. cap. & illud. Reges uidebunt. Esa. xlix. ca. ¶ Porro in uigilia beati † Ioannis Baptistæ ieiunamus, quasi compatientes ei, qui in deserto ieiunauit, & asperam uitam duxit, & uigilia ipsa plenum habet

Universidad de Deusto Biblioteca

bet officium, quia post Ioannis decollationem Christus crucifixus fuit & agnum comedit. Fuit enim Ioannes quasi lapis angularis, id est, vetus & nouum testamentum coniungens. Vnde tunc magis solennizamus propter mysterium, quàm propter per
Matt. 11. sonam ipsam, & quoniam ipse fuit medius inter vtrunq; testamentum, quia fuit finis veteris, & initium noui testamenti: nam & lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem: videlicet inclusiuè: hinc est quòd huius diei officium partim de veteri, & partim de nouo
5 est testamento. In † hac autem die Ioannes euangelista obijt, sed eius festũ translatum est: prout sub eius festo dicetur. Festũ autem decollationis non ita solennizat Ecclesia sicut istud: prout ibi dicetur. Fuit ergo, vt præmissum est, in vtero sanctificatus, sicut & Hieremias. Vnde & de Hiere.
Luc. 2 legitur in hac die, quod probatur per illud, quod dicitur in euangelio. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exultauit in gaudio infans in vtero meo, sed quo genere
6 sanctificationis, nõ legimus. ¶ Dicunt † tamen quidam quòd ab omni peccato mundatus est, sed in glossa super illo loco. Tu vis à me baptizari: ego à te debeo baptizari, id est, ab originali peccato mundari: dicitur quod in persona generalis hominis loquebatur: fuit tamen in peccato originali cõceptus similiter, & beata virgo: de quo & quare eius natiuitas celebretur sub Purificatione dictũ est. Paulus historiographus Romanę Ecclesiæ diaconus Cassinensis monachus quadam die cum vellet paschalem
7 cereum cõsecrare: raucæ factæ sunt † fauces eius, cum prius vocales essent. Vt ergo vox sibi restitueretur, composuit in honorem beati Ioannis hymnum. Vt queant laxis resonare in cuius principio petit vocis restitutionem quam obtinuit: sicut & meritò sancti Ioannis restaurata est Zachariæ.
8 ¶ † In hoc festo non cantatur frequenter allelu-Ia, sicut fit in festiuitatibus Petri & Pauli & aliorũ in quorum vltimis nocturnis personatur. Ratio est, quia ipse figurat legem, & quia natale huius fuit ante Christi resurrectionẽ & ante gaudium. Quidam tamen faciunt officium sine allelu-Ia in initio noctis propter figuram legis, & posteà iterant officiũ cum allelu-Ia in medio noctis: terminantes illud in principio lucis in memoriam antiquæ obseruationis: de qua & quare in hoc festo nocturni cantantur in initio noctis: dictum est in quinta parte sub
9 titulo de nocturnis. ¶ † Nota, quod antiquitus solebat vna quadragesima celebrari ante hoc festũ, & alia ante natale Domini, sed posteà propter fragilitatem hominum, redactum fuit ad tres septimanas: ante natale, & tres ante hoc festum. Vnde prohibitum est in decretis. xxxiij. quest. iiij. non oportet. & ca. sequenti. in illis tribus septimanis nuptiæ fiat, sed & hoc abolitum est, prout dictum est in prima parte, sub titulo de sacramentis. ¶ Fiunt † autem tria specia
10 lia in hoc festo. In vigilia nãq; in quibusdã partibus ex antiqua obseruatione colligũt homines & pueri ossa, & quædam alia immunda & insimul cremãt, vt exinde fumus in aerem producatur. Ferunt etiam brandas siue faces, & cum illis circuunt arua. Tertium est, quia rotam voluunt. Qui immunda cremant, & fumum in altum produci faciunt, habent hoc à gentibus. Antiquitus enim dracones hoc tempore ad libidinem propter calorem excitati, volando per aerem frequenter in puteos & fontes spermatizabant, ex quo inficiebantur aquæ, & tũc erat annus lætalis ex aeris & aquarum corruptione, quia quicunq; inde bibebant, moriebantur, aut grauem morbum patiebantur, quod attendẽtes philosophi ignem iusserunt frequenter & passim circa puteos & fontes fieri, & immunda, & quæcunq; immundum redderent fumum, ibi cremari. Nanq; per † talem fumum sciebant posse fu
11 gari dracones, & quia tali hoc tempore maximè fiebant, ideo hoc adhuc ab aliquibus obseruatur. Sunt enim dracones animalia, vnde in psalmo. Laudate Dominum de terra dracones. non thracones, id est, meatus terræ, prout quidam dixerunt, quæ quidem animalia in aere volãt, in aquis natant, per terram ambulãt: nil immundum sustinent, & fugiunt propter fumum oliferum, sicut elephantes propter grunitum suum. Est
12 † etiam alia ratio quare ossa animalium comburuntur: videlicet in memoriam ꝓ ossa Ioannis Baptistæ à gentibus in ciuitate Sebastæ combusta fuerunt, vel potest hoc referri ad nouum testamentum. Abijciunt enim pueri vetera & comburunt, ad significandum, quod adueniente noua lege vetus

vetus testamentum debet cessare. Dictum est enim vetustissima veterum non comedetis, & nouis superuenientibus veteri proijcietis. Feruntur quoq; brandæ seu faces ardentes & fiunt ignes, qui significant sanctum Ioannem, qui fuit lumen & lucerna ardens, & præcedens & præcursor veræ lucis, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ. Vnde dicitur Ioan. vj. Est lucerna ardens, lucens ante Dominum,
13 qui viam Domino præparauit in eremo. Rota † in quibusdã locis voluitur, ad significandum, quòd sicut sol ad altiora sui circuli peruenit: nec altius potest progredi, sed tunc sol descendit in circulo. Sic & fama Ioannis, qui putabatur Christus descendit, secundum quod ipse testimonium perhibet, dicens. Me oportet minui, illum autem crescere, quod dicunt quidam dictum esse, eo quòd tunc dies incipiunt minui, & in Natiuitate Christi crescere. Sed quia ante festum sancti Ioannis decrescunt, & ante natale Domini crescunt intelligendum est de Natiuitate in matre, quãdo, scilicet conceptus est vterq;, quoniam Ioannes conceptus fuit decrescentibus diebus, vt in Septembri, & Christus in crescentibus, vt in Aprili, vel dic de morte vtriusq;: nam corpus Christi exaltatum est in cruce: corpus Ioannis capite minoratum.

SVMMA.

1 *Petrus et Paulus eadẽ die, et anno passi sunt:*
2 *Petri & Pauli officia distinxit Gregorius.*
3 *Petri & Pauli octauæ, quod habeãt officium.*

De sanctis Petro & Paulo. Cap. 15.

1 DE Petro † & Paulo quęstio est: vtrum eadem die passi sint. Nam Henricus Solitarius velle videtur, ꝓ eadem die anno reuoluto Paulus passus sit. Sed Pelagius & Nicolaus Papæ, & Ambrosius, & alij sancti Patres volunt, ꝓ eadem die, & eadem etiam hora, sub Nerone Imperatore: videlicet anno xiiij. Imperij eius: alioquin falsæ essent historiæ de illis scriptæ. Sed tamen in diuersis locis: licet in vrbe, & diuersas pœnas passi sunt, quia Petrus in vrbe crucifixus est, Paulus vero, quia sicut legitur in Actibus Apostolorũ, ciuis Romanus erat, quamuis natione Tharsensis esset, extrà muros vrbis decollatus, quæ pœna honestior videbatur, & de ipso lac pro sanguine legitur profluxisse. Verum procedente tempore cum Constantinus Imperator in honorem vtriusq; Ecclesias construxisset, & Romanus Pontifex vellet eorum corpora separare, & dubitaretur, quæ cuius ossa forent: diuinitus responsum est. Maiora ossa sunt prædicatoris. minora piscatoris, & sic adinuicẽ separata sunt & in proprijs Ecclesijs collocata. Postmodum vero Siluester Papa, volens Ecclesias ipsas cõsecrare, tam parua, quàm magna ossa ex æqua lance, cũ summa reuerentia ponderauit, & vnam medietatem in vna Ecclesia, & aliam in alia Ecclesia collocauit. Vnde quidam faciunt festum de hac diuisione officium in Nonis vel octauo Idus Iulij, quia tali die facta fuit: alij illud faciunt xv. uel vxj. die eiusdẽ mensis. Alij uero dicunt, quòd festum diuisionis Petri & Pauli, quòd celebratur die illa, fit propter illam diuisionem, quæ facta est in Hierusalẽ, post duodecim annos, quando separati sunt ad prædicandum gentibus, in quo festo cantant illam magnam sequentiam. Cœli enarrant gloriã, & euangelium Ascensionis. Recumbentibus, &c. Incipientes ibi in fine. Dominus quidem Iesus postquam &c. ¶ Licet † autem eorum 2
festa eadem die celebranda concurrant. Beatus tamen Gregorius instituit vt tantum officium beati Petri ipso die celebraretur: tum quia tali die Ecclesia beati Petri fuit dedicata: tum quia ipse prior fuit conuersione: tum quia maior fuit dignitate, quoniam Romanæ Ecclesiæ tenuerat primatum. Et dicitur in missa introitus. Nũc scio. Act. xij. Collecta cõmunis vtriq;: Deus, qui hodiernam diem. quare non fit commemoratio de sancto Paulo. Epistola Misit Herodes, quæ est ibidem. Allelu-Ia. Tu es Petrus. Matt. xvj. Euangelium. Venit Iesus in partes, quòd est ibidem. ubi dicitur. Quem dicunt homines esse filium hominis, sed secundum Hieremiam in hebręo dicitur filius Adæ. per horas vero dicitur cap. Misit Herodes rex magnus. Act. xij ca. & illud: Angelus Domini, & illud. Et Petrus

Universidad de Deusto Biblioteca

tus ad se reuersus, quæ sunt ibidē. Sequenti vero die fit festum de beato Paulo & dicitur in missa introitus. Scio cui.ij.ad Timoth.ij.ca.& Collecta: Deus, qui multitudinem. Graduale. Qui operatus est Petro. Galat.j.cap. Versus est. Gratia Dei. ad Corinth.xv.cap. Epistola. Notum vobis facio. ad Galat.j.cap. Allelu-Ia. Tu es uas electionis. Actu.ix.cap. Euangelium. Dixit Simon Petrus Matth.xix.cap. in alijs Ecclesijs dicitur. Hoc est præceptū. Ioan.xv.cap. Communio. Amen dico uobis. Matth.xix.cap. Item in nocturnali officio beati Pauli, quidam uersiculi premittūtur antiphonis laudum, ut dictum est in sexta parte, sub Trinitate, & dicitur capitulum. Bonum certamen.ij.ad Timoth.iiij.cap. In octauis uero
3 Apostolorum dicitur † illud: Confitebor tibi Domine rex Eccl.vlt. uerum in uigilia dicitur introitus. Dicit Dominus. Ioā.vlt. & epistola Petrus & Ioan. Act.iij. Euangelium. Dixit Iesus Simoni Petro. Ioan.vlt. cap. Habet autem hoc festum tria, scilicet ieiunium, solennitatem, & octauam. Ieiunium, quia si uolumus conregnare, oportet nos & compati. In die festi, de eorum glorificatione gaudemus. In octaua, de eorum futura beatitudine in corpore, & anima iam certi lætamur, & æternæ glorificationis meritum expectamus. De hac octaua dictum est in proœmio huius partis. Et nota, quòd Leo Papa secundus orans pro Neapolitanis ciuibus in mari cum Sarracenis, pugantibus fecit illam collectam. Deus cuius dextera beatum Petrum, &c. Perfectis vero per eum muris ciuitatis Leoninæ imponens seras portis, orans fecit illam collectam: Deus, qui beato Petro collatis clauibus, &c. ¶ In festo Magdalenæ dicitur epistola: Mulierem fortem quis inueniet? quæ est in parabolis vlt.cap. Euangelium. Rogabat Iesum. Lucæ.vij.cap.

SVMMA.

1 *Fratres septem.*

De septem fratribus. Cap. 16.

1 CIrca festum septem † Fratrum notandum est, tres fuisse matres quatum quælibet habuit septem filios, & post passiones eorū passæ sunt: videlicet mater Machabæorum cuius nomen ignoratur, & Felicitas, mater istorum septem fratrum, & Symphoriana sapiens mulier, quæ sancta fuit.

SVMMA.

1 *Iacobus maior, filius Zebedei: euangelium docuit in Hispanijs. Et eius diei officium.nu.2. Et quando fiat.nume.3.*

De sancto Iacobo. Cap. 17.

1 IACOBVS † maior filius Zebedei, frater Ioannis euāgelistę missus est ad prædicandū Hispanis. Sed cum nō posset nisi vnum Principē ibi conuertere, rediit Hierosolymam, sed tandem ab Herode decollatus, & in Hispaniam reportatus: quos viuus conuertere nequit: mortuus diuino miraculo conuertit. Fit aūt eius festū octauo Calend. Augusti, pro eo, quòd in tali die fuit apud Compostellam translatus. non quod tunc obierit, quia occisus est ab Herode in diebus azymorum, videlicet octauo Calend. Aprilis in Annuntiatione Domini, scilicet circa Pascha, vt legitur in epistola huius
2 diei: Misit † Herodes, &c. Et ita tunc propter dies ipsos festum nō habuit in Calen. vero Ianuarij fuit sepultus, quia ab Augusto usq; nūc sepulchri eius fabrica fuit protelata † uel ideo fit octaua Calen. Augusti
3 hoc festum quoniam hac die dedicata est sibi Ecclesia in Compostella, quare dictas sit maior: dictum est sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi. Hoc autem festum non habet uigiliam uel ieiunium: prout dictum est in sexta parte, sub quarta feria tertiæ hebdomadæ Aduentus. Hac die, dicunt quædam Ecclesiæ epistolam. Iam non estis. Ephe.ij.cap. Aliæ: Benedictus Deus, & pater. Ephe.j. & euangelium. Accessit ad Iesum. Matth.xx.cap.

SVMMA.

1 *Fratrum septem dormientium fere trecentis annis festum, ibidemq; historia.*

De

De septem dormientibus. Cap. 18.

1 VNC de festo † septē dormientium dicendū est, sex eorum potentes fuerunt in Epeso tempore quo Decius Cæsar persecutus est Ecclesiam Dei qui quàm citò audierunt persecutionem, fugerunt in montem & latuerunt in spelūca quadam, & secum magnam pecuniam portauerunt: sed parum cibi, quorum nomina sunt: Maximianus, Marcus, Martinianus, Dionysius, Ioannes, Serapion, & Constantinus. Hi cùm essent in spelunca: prima die comederunt quicquid habuerunt comestioni aptum, & dixerūt seruienti suo: Cras emes nobis cibos: quia parum hodie comedimus, & postea dormierunt. Tandem Decius quæsiuit eos. nā audiuit eos esse Christianos, sed dictum est ei eos aufugisse in alias regiones, uel in monte latuisse: quod audiens fecit ostia speluncæ lapidibus obstrui. Post multum uerò temporis, uidelicet circiter trecentos annos, quidam uoluit stabulum contra spelunca facere. & fecit magnum ignem, in quo soluti sunt lapides, qui erant in ostio spelunca: & statim in spelunca refulsit splendor ignis: euigilati
1 sunt septē dormientes & sex qui potentes erant dixerunt septimo qui erat seruus eorū dies est, valde nobis emere cibos. Putabāt.n. se per vnam noctem tantū dormiuisse. Iuit ergo ille ad ciuitatem & venit ad macellū miratus vltra modū: quia crucesvidebat p uicos & in triuijs, & in quadriuijs. Cumq; carnes emens obtulisset monetam quā habebat, non cognouerunt eam carnifices & dixerunt: Vnde habes istos nummos? Qui ait ex meo proprio labore & illi: Vnde es tu? Qui ait De patria ista: tūc illi qui sunt parentes tui? Ille ait: Isti & isti & non cognouerunt carnifices aliquos eorū, quos ipse nominabat: à longo enim tempore eorum nomina cum illis erant sepulta. Iterū illi dixerunt: Sub quo imperatore fuit illa moneta: ait ille, Sub Decio. Tunc illi admirati sunt: tum propter monetam: tum propter ea quæ referebat, æstimātes eum insanum esse. Qui ligauerunt eum, & duxerunt ante pontificem ciuitatis: cui diligenter inquirenti quis ille esset, & unde & vbi hanc monetā inuenisset: & de alijs, quę ipse retulerat carnificibus, oīa prout contigerat reuelauit. Tunc Episcopus veniēs cum uniuerso populo ciuitatis ad spelūca, inuenit eos sex, qui ibi remanserant iterū dormientes, & euigilatos secū in ciuitatē adduxit, & singula scisciatus ab eis, inuentū est eos in spelunca fuisse per annos ferè trecentos. Præterea, inuente sunt plūbeæ tabulæ, in ipsa spelunca: quas illi imposuerant ibi qui mandato Decij obturauerant os speluncę imperatores erant tunc Honorius & Archadius: qui cùm prius dubitarēt de resurrectione hoc uiso firmius credideruntFuerunt aūt cū Episcopo p dicti septē iuuenes, per aliquos dies, & posteà mortui sunt, libera morte. Vnde dicti sunt martyres, quia tam diu in spelunca manserunt.

SVMMA.

1 *Petri ad uincula festum, quomodo institutum. Et quare ibid. & nu. 2. 3. 4. Eiusque diei officium numero 5.*

De festo sancti Petri ad vincula. Cap. 19.

1 ESTVM † beati Petri ad uincula taliter secūdū Bedā institū fuit. Theodo
F sia, vxor Theodosij secūdi Imperatoris Hierosolymam proficiscēs uidit in Alexādria festū celebrari in Cal. Augusti, ad honorē Cæsaris Augusti de triūpho habito de Cleopatra Regina Aegypti, & de Marco Antonio uiro eius. Vnde uehementer doluit, q dānato & gentili tantus honor exhiberetur. Veniēs aūt Hierosolymam, catenas quibus Petrus sub Herode fuit alligatus, acq; suit, & Romā rediens, eas apostolico presentauit, qui alias catenas, quibus sub Nerone fuerat alligatus, apportari præcepit, qui se tāgētes vsq; adeò sunt miraculose coniunctæ, ac si semper fuissent eædem. Theodosius igitur ad honorem beati Petri Ecclesiam ædificauit, & ibi catenas imposuit quæ dedicata est in Calend. August. ut solennitas piscatoris obfuscaret solennitatem Imperatoris & catena Petri extingueret torquem
2 Augusti. ¶ Secūda cā † institutiōis huius festi est, propter memoriā liberationis beati

Petri

Petri per angelum factæ à carcere, siue à uinculis, quibus per Herodem Agrippam tenebatur: prout in epistola legitur hodierna: & secundum hoc uidetur, quòd deberet uocari hoc festum à uinculis. ¶ Tertia † causa est, quia cùm Quirinus tribanus filiam haberet gutturosam, illa ad mãdatum sancti Alexandri Papæ qui sextus fuit à beato Petro, quæsiuit bogas siue uincula, quibus beatus Petrus fuit uinculatus Romæ sub Nerone: quibus osculatis, liberata est: & Quirinus cum tota sua familia baptizatus est; tunc dictus Alexander Papa hoc festum in Calend. Augusti celebrãdum instituit, & in honorem beati Petri Ecclesiam in urbe fabricauit, ubi uincula ipsa reposuit: & ad uincula nominauit: & Calend Augusti dedicauit: in qua festiuitate populus illic ipsa vincula hodie osculatur. ¶ † Quarta causa potest esse, quia dominus Petrum à vinculis miraculosè absoluit, & eidem ligandi atque soluendi potestatem dedit. Nos autem vinculis peccatorum litigati, tenemur, & absolui indigemus. Ideò igitur in solennitate ipsa, quæ dicitur ad vincula, ipsum honoratus, vt sicut ipse à vinculis absolui promeruit, & absoluendi potestatem accepit à Domino, sic & ipse nos à peccatorum nexibus absolui obtineat. Hac † die dicitur epistola: Misit Herodes. Actu. xij. capit. Euãgeliũ: Venit Iesus in partes. Matth. xvj. ca.

SVMMA.

1 *Machabæorũ festum cur agat Ecclesia. & nume. 2. & infra.*

De Machabæis. CAP. 20.

Machabæi isti, sunt illi, de † quibus fuit Iudas Machabæus se quibus habetur in. 2. Machabæorum. Et cùm Ecclesia occidentalis nullius alterius sãcti veteris testamenti festum celebret: prout dictum est in prooemio huius partis: istorum tamen & Innocentium festum recolit: istorum quidem propter quatuor. Primò, quia † passi sunt propter legis obseruationem: quia, videlicet carnes porcinas contra legem comẽdere noluerunt. Secundò, propter martyrij prætogatiuam, prout legitur in historia scholastica, quia enim inaudita suppliciа, super sanctos veteris testamenti pertulerunt, ideò in hoc priuilegiati sunt, vt eorum passio celebretur. Tertiò, quia ipsi fuerunt septem fratres, & numerus septenarius, est numerus vniuersitatis. Vnde in eis significantur omnes martyres veteris testamenti, celebritate digni & omnibus illis in istis reuerentia exibetur. Quartò, quia ipsi ostenduntur in exemplum martyribus noui testamenti, vt sicut illi pro legis Mosaicæ obseruatione passi sunt; ita & nos maximè, si necesse fuerit, parati simus pro euangelica, & secundum hoc magis celebratur hoc festum, propter significatũ, quàm propter significans. Quidam verò dixerunt, quod illi Machabæi, sunt illi, septem fratres, qui fuerũt filij Felicitatis.

SVMMA.

1 *Stephani protomartyris festũ quo die agatur. & cur statim à natali Dominicæ.*

De inuentione sancti Stephani Cap. 21.

SAncti † Stephani protomartyris inuentio facta fuit die illa, qua celebratur eius passio, & passus est die illa qua eius inuẽtio celebratur, scilicet in Augusto, sed festa per Ecclesiam quatuor de causis translata sunt. Primò, quia cùm beatus Stephanus fuerit protomartir, & martyrium sanctorũ sit eorum natale in cœlis, meritò statim post natale Domini, natale protomartyris Stephani celebratur. Secundò, propter dignitatem dignius nanque est festum, quod est de morte, quàm aliud, & ideo competenter tanquam dignius statim post natiuitatem collocatum est, Tertiò, quia officium passionis eius concordat officio natalis Domini. Vnde illud: Heri natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Quartò quia in eius inuentione maxima multitudo hominum venit, qui videntes miracula plurima, quæ fecit Deus in illius inuentione, maiori cultu diem illum celebrauerunt annuatim, quàm etiam diem mortis illius. Statuerunt ergo sancti patres, vt festum passionis eius tranferetur ad hanc diem inuentionis, & ad festum inuentionis, festum passionis, quia festũ passionis maiori cultu dignum est, vt populus hunc diem. qui natale Domini sequitur, feruentiori cultu celebret, quàm diẽ eiusdem festi in Augusto. Alia etiam ratio reddetur sub isto festo.

SVMMA.

1 *Domini transfiguratio, cur die sancti Sixti celebretur.*

2 *Dominicæ transfigurationis die consecratur vinum nouum. Et prima fruges, atque fabæ numer. 3.*

De transfiguratione Domini. Cap. 22.

SEquitur † de festo transfigurationis domini, quod est in die beati Sixti, non quia tali die transfiguratio facta sit, sed quia tunc ab Apostolis, qui secum fuerunt in monte, fuit manifestata, & publicata, & prædicata. Præceperat enim dominus, ne alicui dicerent, donec à mortuis resurrexisset. Illi autem vsque ad hãc diem super hoc tacuerunt. Transfiguratio nem enim constat factam fuisse circa principium veris, eo scilicet die, quo dicitur euangelium de transfiguratione, scilicet secunda hebdomada quadragesimæ. ¶ Et † nota quòd in quibusdam locis hac die cõficitur sanguis Christi de nouo vino, si inueniri possit, aut saltem aliquantulum de matura vua in calice eliquatur. Benedicuntur etiam racemi ex quibus populus cõmunicat, & est ratio hæc. In die enim cœnæ dicit Iesus discipulis, Amen dico vobis, Amodo non bibã de hoc genimine vitis, donec bibam illud nouum in regno patris mei. Quia ergo hoc quod dixit nouũ, & etiam transfiguratio pertinet ad illam gloriosam innouationem, quam Christus habuit post resurrectionem, & quam fideles post resurrectionem sunt habituri, ideò in hoc festo sanguis Christi ex nouo vino conficitur, & propter hoc etiam hac die nouæ quæ benedicuntur. Euticianus Papa statuit, ut primæ † fruges & fabæ super altare benedicantur.

SVMMA.

1 *Laurentius post beatum Stephanum, primatum obtinet inter martyres Et cur honorificentius præ cæteris colatur, & eius diei vigiliæ officium. nume. 2. Et diei. nume. 4.*

3 *Leuita, quis.*

5 *Laurentius tria singularia habet priuilegia.*

De sancto Laurentio. CAP. 23.

BEatus † Laurentius, quia post beatum Stephanum, inter alios martyres primatum obtinet: uigiliam habet, non quia maiorem pœnã sustinuerit, quam alij, nam multi tantam pœnã sustinuerunt, sicut beatus Vincentius, & beatus Georgius, & alii quidam, sed propter officiũ prædicationis & propter martyrii locum quia Romæ, & propter bonã administrationẽ, thesaurorum Ecclesiæ. Vnde incipit introitus † in uigilia ipsius. Dispersit, dedit pauperibus. In die uerò habet proprium officium uidelicet, confessio & pulchritudo, &c. & hoc ideò dicitur, quia propter confessionem fidei fuit assatus, & exaltatus, & apparuit eius sanctitas, cum non timuerit sic tormentari pro Christo, quia uerò ipse in tormentis positus iubilabat, ac domino laudes cantabat, ideo sequitur uersus. Cantate Domino canticum nouum. In collecta uerò illa. Da nobis quesumus domine &c. orat Ecclesia se sic liberat, per dominũ ab igne uitiorum, & ipsa uitia in se extingui sicut beatus Laurentius fuit liberatus ab igne tormentorum. Vnde ipse dicebat tyranno. Disce miser quãta est uirtus domini. nam carbones isti non dolorem sed refrigerium mihi præstant. In epistola uerò. Qui parce. ii. Corint. ix. c. agitur de largitate eleemosynarũ facienda pauperibus, quod præceptum strenuè impleuit beatus Laurentius, qui thesauros Ecclesiæ dedit pauperibus, & ut eum in hoc imitemur, dicitur: iustitia eius manet in seculum seculi. Responsorium de passione eius est, eo q̃ igne probatus fuit, sicut aurũ in fornace probatur, & hoc est, quòd dicit, probasti cor meum, & vi. no. quia ad literam de nocte fuit assatus & à domino visibiliter

Psal. 110.

Psal. 16

Universidad de Deusto Biblioteca

ccer visitatus: & ideo dicebat. Mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Versus est. Igne me exa. & nõ est inuenta in me iniquitas, idest, inæqualitas: quia semper & perfectè in fide constãs fuit. Vel non fuit inuenta in eo iniquitas, scilicet peccati. Alleluia est de nobili ministerio eius. Et quia erat præcipuus minister, ideò in uirtute domini præcipuè operabat. Leuita (inquit) Lauren. bonũ opus operatus est: qui per signum crucis cæcos
3 illuminauit. Leuita † idem est, quod assumptus vel offerens: quia ad literam assumptus fuit ad ministerium diuinum. Vnde legitur ipsum dixisse beato Sixto. Quò progrederis sine filio pater? nunquid degenerem me probasti? experire certè, utrum idoneũ ministrum elegeris, cui promisisti dominici sanguinis consecrari. nẽ. item fuit Leuita, idest, seipsum offerens. Vnde ipse in tormentis positus dicebat: Ego me obtuli hostiam Deo, in odorẽ suauitatis, & ideò de eo in nocturnali officio cantat Ecclesia. Meruit esse hostia beatus Laur. qui dum assaretur, dominum nõ negauit, & ideò inuentus est sacrificium laudis. Et quia Deus laudandus est de tãta pa tientia cõcessa martyri: ideò prædicta sub
4 allelu-ia cantatur. ¶ In euangelio † verò. Nisi granum frumenti cadens in terrã bonam: quod est Ioan.xij. agit Dominus de ministris suis, & de præmio ipsorum, dicens. Primò de opere ipsorum. Qui mihi ministrat, me sequatur, & post de primo adiungit, dicens: Et vbi sum ego illic & minister meus erit: si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus &c. Cùm igitur inter ministros præcipuus fuerat beatus Laurentius: ideò istud euangelium in eius festiuitate cantatur. Sed quia priuilegiatum ministerium est prædicatio & confessio nominis Domini coram regibus & principibus, ideò sequitur offertorium. Confessio & pulchritudo in conspectu &c. in post communione quoque agitur de ministris & merito ipsorum. Qui mihi ministrat, me sequatur &c. ad horas dicitur capitulum. Qui parcè.ij. Corint.ix.
5 capit. ¶ Et nota † quòd iste sanctus propter tres prærogatiuas supra in principio positas, in tribus priuilegiatus est. Primò, quoniam ipse solus inter martyres habet ieiunium institutionis. Secundò, in octauis. quoniam iste tantum, & beatus Stephanus octauas habent inter martyres: sicut beatus Martinus inter confessores. De hac octaua dictum est in fine procemij huius partis. Tertiò, in regressibus antiphonarum. in hoc enim festo quædam versiculi præmittuntur antiphonis: ut dictũ est in sexta parte, sub dominica de trinitate. Beatus Laurentius fuit archidiaconus Romæ, post quem nullus dicitur ibi archidiaconus fuisset.

S V M M A.

1 *Maria virgo an fuerit assumpta, vnà cum corpore. Et quoto ætatis anno. nu.2.*
3 *Assumptionis Mariæ officium. & nu.5.*
4 *Assumptio Mariæ celebratur æstiuo tempore. idque congruè.*
6 *Assumptionis die cur euangelium legatur de maria & Martha. Et quid illæ duæ sorores designent. nu.7.*
8 *Euangelia, sunt quatuor de beata Maria.*
9 *Assumptio Mariæ, habet ieiunii & octauas.*
10 *Assumptionis die cur colligantur herbæ, & benedicantur.*

De assumptione virginis gloriosæ Mariæ. Cap. 24.

HIeronymus dicit: quomodo beata Maria † assumpta fuerit siue in cor 1
pore, siue extra corpus, nescio: Deus scit. Aug. verò dicit, quòd in corpore, veritas tamen est, quod primo assumpta est in anima. utrum verò corpus in terra remansit, incertum habetur, & melius est piè dubitare, quam aliquid circa hoc temerè diffinire. piè tamẽ credendum est, eam totaliter fuisse assumptam. Verùm quædam religiosissima mulier. Elizabeth nomine de partibus Saxoniæ asseruit sibi reuelatum fuisse, q̃ post quadraginta dies post assumptionem animæ, assumptum fuit corpus, & inde composuit quendam tractatum, qui tamen nõ est authenticus. Refert Ephirius, q̃ beata virgo quando Christum concepit, erat annorum quatuordecim, & in decimo quinto anno ipse peperit, & cum eo mansit annis xxxiij. & post mortẽ Christi superuixit annis

annis vigintiquatuor & secũdum hoc tempore obitus sui erat annorum. 72. Proba-
2 bilius, ut uidetur dicunt alij: † quia duodecim annis filio superuixit, & sic sexagenaria est adsumpta, cùm Apostoli totidem annis prædicauerunt in Iudæa, & circa partes illas. ¶ In hoc festo quædã dicũtur, quæ
3 in Ecclesiarum † dedicatiõibus dicuntur,
Cãt. 1 quia ad eã ꝑtinent. Cantatur etiã de libro canticorum, s. Osculetur me osculo &c. Respõsoria. n. antiphonæ & lectiones eædem sumuntur, qui liber est de amoribus, quia in carne manens maiorem habuit dilectionem, quã aliqua creatura in carne uiuens excepto Christo, & ideo propter excellentem charitatem, quã habuit in terris, meruit ascendere sup̃ angelos. & in carne. n. pr̃eter carnem uiuere, nõ terrena sed cœle
4 stis uita est. Et † cõpetit hoc festum æstiuo tempore, quia per calorem ignis charitas ascendit. Rursus legitur & cantatur de cãtico amoris, eò quòd beata uirgo figurã tenet Ecclesiæ. Sicut. n. ipsa mater est, uirgo & sponsa, sic & Ecclesia, mater sanctorũ nomen, tenet uirginitatis. & sponsæ. uirginitatis inquam mentis, & fidei, quæ præualet uirginitati carnis & spõsæ, quia ipsa est
2.Cor. sponsa Christi. Vnde Apostolus. Despondi
7. uos vni uiro uirginẽ castã exhibere Christo. Est autem, ut dicunt quidã, cantici legenda medietas usq; ad octauas, alia uerò medietas vsq; ad natiuitatem eiusdem virginis reseruetur. Huic ergo congruè accedit, q̃ circa festũ istud libri Salomonis legantur, & præmittuntur antiphonis quidã uersiculi, ut dictum est in sexta parte, subdominica de trinitate. in Calcedon. Concilio, quod beatus Leo celebrauit, statutũ fuit, quòd virgo Maria mater Dei appellaretur. Alij tamẽ dicunt, q̃ in Ephesino iussu Cœlestini Papæ primi celebrato. ¶ Item nota, quod ille sermo Hiero. Cogitis me, ò
5 † Paula & Eustochium, qui â quibusdã in Ecclesia, in hoc festo legitur, sed nõ debet legi, nisi in refertorio uel capitulo, quia adhoc factus fuit. Dicitur autem ad horas capitulum: In omnibus requiem quæsiui. Ecclesiast. 24. cap. in vigilia assumptionis, dicitur epistola: Ab initio, & ante secula Ecclesia. 24. cap. Aliæ Ecclesiæ dicunt: Ego quasi quæ est ibidem. ¶ Euangeliũ est: Exurgens Maria. Luc. 1. c. Aliæ Ecclesiæ dicunt: Loquente Iesu ad turbas xj. cap. Offertorium Oratio mea munda. Iob. xvj. ca. Cæterum in missa diei legitur epistola: In omnibus requiem quęsiui, &c. In omnibus enim quæsiuit uitam æternam, & ideò habuit illam. Sequitur: Et qui creauit me, requieuit ĩ tabernaculo, id est, in utero meo. Et q̃a Dominus in utero beatæ Mariæ uirginis requieuit, ideò ipse dedit illi suũ tabernaculum, i. cœlum. Et sicut ipsa, duo fecit thronum grandem. Vnde ipsa dicit: Magnificat anima mea Dominum. & iij. Regum x. Thronum fecit rex Salomon de ebore grandem. & ita ei fecit Dominus thronum grandem in cœlo, quando exaltauit eam super angelos. ¶ Euangelium
6 legitur † de Martha & de Maria, scilicet Intrauit Iesus Luc. x. quod prima facie pertinere non uidetur, tamen bene pertinens est secundum allegoriam. Intrauit enim Iesus, in quoddam castellum, id est in beatam Virginem, quæ dicitur castellum, quæ est terribilis dœmonibus, & bene se muniuit contra diabolum, & uitia. Diminutiuè autem dicitur castellum propter humilitatem. Et dicitur quoddam, propter singularitatem, quia nec primam similem uisa est, nec habere sequentem, & Martha. id est actiua uita recipit eum. Diligentissimè enim nutriuit puerum suum, & tulit in Aegyptum, & prius se probauit in actiua uita, eundo ad Elisabet, & seruiẽdo ei, & sicut ipsa fuit Martha in actiua uita, ita & fuit Maria Magdalena in contemplatiua. Vnde in alio Euãgelio habetur, Maria conseruabat uerba omnia, hæc conferens
7 in corde suo. † Hæ autẽ duæ sorores significant uitã actiuam: & uitam contemplatiuam, quæ planè fuerunt in beata uirgine Maria, per quas ipsa sublimiter, honorabiliter atque delectabiliter in seipsa recepit Christũ. ¶ Illud autem notandũ est, quòd quatuor sunt euangelia de beata Maria
8 uirgine. † Vnum est, Missus est Angelus. quod non debet dici, nisi in aduentu Domini, & in Annuntiatione eius Alia tria possunt cantari, quoties de ipsa peculiaris missa cantatur, tanquam cõmunia, quæ sunt ipsa, Extollẽs uocẽ mulier, &c. aliud, Abijt Maria in montana, &c. aliud, Stabat iuxta crucem, &c. ¶ † Item nota, quòd
9 hoc festum habet ieiunium & octauas. quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod non habet, aliud festum de illa. Hoc enim festum maius est omnibus alijs, quæ fiunt de illa. Similiter & de quolibet sancto maius festum est transitus illius, quàm aliud de illo, quia de miseria transit ad vi
10 tam excepto de Ioanne Baptista. ¶ † Quare autem herbæ colligantur, & benedicantur in hoc festo, ipsa legenda indicet: quia beata Maria cõparatur rosæ & lilio. ¶ Vnde sicut spina rosam genuit Iudæa Mariã. Officium beatæ Mariæ uirginis debet quotidie, sed in sabbato solenniter dici prout dictum est in sexta parte, sub titulo de tempore aduentus. In quibusdam tamen Ecclesiis non dicitur à quinta feria cœnæ Domini, vsq, ad octauas Pentecostes, dicẽtes, quòd tũc in Ecclesia omnia breuia debent esse. ¶ Legitur tamen, cùm quidã sacerdos aliam fortè missam nesciens, omni die missam de beata Virgine celebraret, Episcopus eum ab officio suspendit sed virgo beata ipsi Episcopo ex hoc grauissimè comminata est, & ideo ipse suspensionem huiusmodi relaxauit.

SVMMA.

1 *Bartholomæi festum variè celebratur.*
2 *Bartholomæi statura.*

De sancto Bartholomæo Apostolo. Cap. 25.

1 BEatus † Bartholomæus, primo prædicauit, vt dixi beatus Theodorus abbas in Lugdonia, postea in India, deinde in Albania in ciuitate Armeniæ, vbi primo excoriatus, & postea decollatus est deinde translatus dicitur Beneuentũ, quamuis hodie Romæ esse dicatur. Quidã autem celebrant festum excoriationis, & quidam decollationis, sicut dictũ est in sexta parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Et † nota, quod inquirentibus
2 beatum Bartholomæum, Dæmon ipsum ita descripsit, dicens: Capilli eius nigri, & crisei, caro candida: oculi grãdes, nares coæquales, & directæ, barba prolixa, habens paucos canos, statura æqualis collobio albo eleuato, & purpura vestitur, induitur albo pallio: quod per singulos angulos habet gemmas purpureas.

SVMMA.

1 *Ioannis decollatio.*
2 *Herodes, tres fuere.*
3 *Ioannis Baptistæ caput, ubi humatũ. Et ubi quãdo, & à quo inuentum. nu. 4.*
5 *Ioannis Baptistæ officium ecclesiasticum in decollatione.*

De decollatione sancti Ioannis Baptistæ. Cap. 26.

FEstum † decolletionis beati Ioã. celebrat Ecclesia, quia pro ueritate 1
mortuus est, sed non sic solenniter sicut festum natiuitatis eius, eo quòd descendit ad inferos, sicut dicit Grego. super illud. Tu es, qui venturus es, an aliũ expectamus? Fuit autem decollatus in tempore paschali per Herodem regem anno. xxxij. à natiuitate Domini, scilicet anno præcedente passionem Domini. & ipse in anno xxx. cœpit prædicare, & ita hoc festũ est de decollatione. Et no. q̃ tres fuerunt
† Herodes, quos eorum infamis crudelitas 2
fecit famosos. ¶ Primus dictus est Herodes aschalonita, sub quo natus est dominus, à quo innocentes occisi sunt. ¶ Secundus Antippas, qui Ioan. decollauit. ¶ Tertius Agrippa, qui Iacobum occidit, & Petrum incarceraut. Vnde uersus. Aschalonita necat pueros, Antippa Ioannem, Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrũ. Sane decollato Ioanne discipuli eius corpus sepelierunt in sebasta, urbe Palestinæ & caput in Hierusalem humatũ est iuxta † He- 3
rodis habitaculum, & ubi corpus sepultũ iacebat: multa Deus miracula operabatur. Vnde multitudo Christianorum illuc confluebat. Quod uidẽs Iulianus apostata iussu eius gentiles ad dedecus sancti Ioannis confregerunt mauseolum, & ossa eius per agros sparserunt. Sed cum Christiani illuc venirent, & miracula non cessarent, iterũ gentiles ossa collegerunt, & combusserũt, sed digitus ille, quo Dominum ad Iordanem venientem monstrauit, dicens: Ecce agnus Dei, &c. non potuit comburi. Multi tamen Christiani monachi a Hierosolymis, qui intererãt cum gentilibus ossa colligentibus, quot occultare poterant reseruauerunt, tuleruntque ossa ad Philippũ Hierosolymitanum episcopum, qui misit ea per Iulianum diaconum Anastasio Alexandriæ episcopo, quæ post Theophylus vrbis eiusdem episcopus, in templo Serapis reposuit, & Basilicam in honorẽ eius consecrauit. Vnde hoc festum de decollatione & combustione ossium est, secũdum magistrum Guilbertum, quod celebrat Ecclesia, quasi pro iam mortuo, secundum martyrium. quia in suis ossibus quodãmodo passus est. Alij dicunt, quòd beata Tecla digitum beati Ioannis, qui cõburi non potuit, de vltra marinis partibus afferens in Morianam ibi ad honorem beati Ioãnis fundauit Ecclesiam, & hac die dedicata est ei Ecclesia. Ideòque statutum fuit à Domino Papa, vt hæc dies ad honorẽ beati Ioãnis, per totum mundum semper celebris haberetur, & secũdum hoc videtur, quod debet dici festum dedicationis. ¶ Rursus
4 † beatus Ioannes, caput suum quod in Hierusalem fuerat humatum, reuelauit duobus monachis orientalibus: qui Hierusalem adorare venerant, qui iuxta Herodis habitaculum illud. vij. Cal. Martij inuenerunt, sed post ab alijs perlatum est in Ediffam ciuitatẽ, & in quõdam specu igno biliter reconditum, donec denuo Marcello presbytero fuit reuelatum, & per eiusdem vrbis episcopum. iiij. Cal. Septembris reuelatum, ex quo tempore cœpit in eadem vrbe decollatio celebrari, ea die, ut arbitror, quo caput est reuelatum, & ita hoc festum potest dici reuelationis. Hoc ergo festũ potest esse de decollatione, uel de collectione ossium, uel de dedicatione Ecclesiæ ad honorem illius, vel de reuela
5 tione. Hac † die dicunt quidam epistolã. Expectatio. prouer. x. cap. Et euangelium. Misi Herodes. Mar. cap. vj. & allelu-Ia. Erat lucerna. Ioan. v. cap.

SVMMA.

1 *Felix & Audactus, socij in passione. Et un de nomen sortitus Audactus.*

De sanctis Felice & Audacto. Cap. 27.

1 SCiendum est, quòd cum beatus † Felix traheretur ad mortem pro nomine Christi quidam repentè se in medio protulit, dicens. Ego sum Christianus. Dixerunt carnifices, ergo venies & tu. Cũ autem nomen illius ignoraretur. vocatus est Audactus, quasi beato Felici audacter associatus, sicut & beatus Ioannes Alexandrinus episcopus ob eximiam in pauperes Christi pietatem Ioannes eleemosynarius dictus est. Cuius festum nono Cal. Februarij celebratur.

SVMMA.

1 *Maria natiuitas cur celebretur ab Ecclesia.*
2 *Natiuitas Mariæ, antiquitus non celebrabatur.*
3 *Natiuitas Mariæ non habet ieiunium institutionis.*
4 *Ecclesia tres natiuitates celebrat, quæ designant treis natiuitates spirituales.*

De natiuitate beatæ Mariæ. Cap. 28.

FEstum † natiuitatis beatæ Mariæ vir 1
ginis, quando videlicet in mundo nata est, ideo celebratur, quia fuit in utero sãctificata, iuxta illud psal. Sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. In hoc festo legitur genealogia saluatoris, imo ipsius beatæ Mariæ virginis, quia de eadẽ fuerat genealogia, vnde legitur euãgelium. Matth. i. cap. Liber generationis Iesu Christi, de qua dictum est in sexta parte, sub natali & sub festo Apostolorũ Philippi & Iacobi. Et epistola. Ego quasi. Ecclesiastici xxiiij. cap. Ab hæc. Ecclesiæ dicit: Dominus possedit me. Prouer. viij. cap. Cãtatur etiam historia de laudibus ipsius uirginis Mariæ. In quibusdam tamen Ecclesijs leguntur cantica canticorum, quæ magis pertinet ad festum assumptionis virgi- 2
nis Mariæ, prout ibi dictum est. dicitur etiam ad horas capitulum. Ego quasi vitis. Eccle. xxxiiij. capit. Sanè hoc festum olim † non celebrabatur, sed quidam vir religiosus pluribus annis audiuit angelos in hac nocte solennizantes in cœlis, cui causam quærenti reuelatum est angelos gaudere, quoniam beata uirgo nata fuit in illa nocte, quod apostolicus authenticauit, & festum celebrari præcepit, ut in solennizando cœlesti curiæ conformemur. † Non au- 3
tem habet festum hoc ieiunium institutionis,

Universidad de Deusto Biblioteca

nis: poteſt tamẽ habere deuotionis. Olim etiam non habuit octauam, ſed innocẽtius Papa quartus eam inſtituit. Vacante enim Romana eccleſia per obitum Greg. Papę, nouis cardinalibus concordare nequeuntibus: Romani poſt plures dies eis incluſis multiplices moleſtias inferebant: propter quod Cardinales reginę cœli vouerunt, q̃ ſi eius meritis concordarent, & abire libere poſſent, octauam ſiæ natiuitatis diu neglectam celebrandam de cætero ſtatuerẽt. Sicque ad Cœleſtinum Papam cõuenerũt, & liberati ſunt. Sed quia idem Cœleſtinus vixit ſolum xviij. diebus non potuit votũ implere, quod poſtmodum dictus Innocẽtius eius ſucceſſor impleuit. ¶ Et † nota q̃ eccleſia tres natiuitates ſolennizat, ſcilicet Ioannis Bapt. & beatæ Mariæ & Chriſti, ſi quidem Ioannes fuit lucifer, quia ſicut lucifer præcedit ſolem, ſic ipſe Chriſtũ primus enim apertè prędicauit. Maria fuit aurora, natiuitas Chriſti ortus ſolis, quia in eo ſplendor patris apparuit. Prædictæ autem tres natiuitates definant tres ſpirituales natiuitates. Nam renaſcitur cum Ioan. in aqua, cum Maria, in pœnitentia, & cum Chriſto in gloria. Cum igitur oporteat, quòd contritio præcedat natiuitatẽ baptiſmi in adultis, & natiuitatem glorię ſimiliter, ideò meritò illæ duæ vigilias habent. Sed cùm pœnitentia tota ſit pro vigilia, non oportuit, quod ipſa vigiliã haberet, & ideò hoc feſtum vigiliam ſiue ieiunium non habet. ¶ Et eſt ſciendũ, quòd beatus Fulbertus epiſcopus Cardinalis fecit illa tria reſponſoria, Stirps Ieſſe. Solem iuſtitiæ, &, chorus noue Hieruſalem.

SVMMA.

1 *Crucis exaltatio, unde ortum duxerit.*
2 *Crucis inuentio ſuperior eſt exaltatione.*
3 *Crucis exaltatio, quod habeat officium.*

De exaltatione ſanctæ Crucis. Cap. 29.

1 EXaltatio † ſanctæ crucis dicitur, quia Coſdroes rex Perſarum Hieroſolymam venit, & lignum Domini cum inde ſecum tulit: & facta domo cœlo ſimili, & in eadem ſedem ſibi fecit; & lignum à dextris poſuit loco filii, gallum uerò à ſiniſtris, loco ſpiritus ſancti. & ipſe ſtans in medio, ſe Deum vocari iuſsit. Quod audiens Eraclius Imperator Romanus, aciem mouit iuxta Danubium, qui fluuius eſt Perſarum, non hunc, qui in Sueuir naſcitus, ſed alium eiuſdem nominis, inde dicto filio Coſdroe ſingulari certamine crucem Domini tulit, & cum appropinquaret in magna pompa Hieruſalem, portæ ciuitatis per angelum clauſæ ſunt, ne intraret, qui cum uehemẽter admiraretur, audita eſt vox de cælo dicens: Regem regum non ſic intraſſe Hieruſalem phaleratum, quando pro omnibus pati venit ſed humilem & ſuper aſinã ſedentem. Et ſtatim recognoſcens elatione ſuam, de equo deſcendit, & humiliatus eſt valde, & portæ ei ſponte apertæ ſunt, & nudis pedibus ciuitatem intrauit & in eius introitu multi diuerſorum morborũ generibus detenti, curati ſunt per crucem: & Imperator ipſe in has deuotiſsimas crucis prorupit laudes, dicens: O crux ſplendidior cũctis aſtris, mundi celebrior hominibus &c. Ille ergo crucem exaltauit, & exaltationis diem in futurum epiſcopis ſibi conſentientibus in ſuo imperio ſtatuit eſſe ſolennẽ. Sergius verò Papa, longis poſt temporibus in ſacrario beati Petri inuenit capſam argenteam, & in ea crucem, ex ſalutiferi ligni magna portione compoſitam, lapidibus pretioſis adornatam, quæ poſita in baſilica ſaluatoris, adoratur à populo in die exaltationis. ¶ † Eſt autem maius feſtum inuentionis, quàm exaltationis, propter auctoritatem inſtituentis. Nam illud à Papa, ſcilicet Euſebio, iſtud ab Imperatore ſtatutum eſt. ¶ In † hoc feſto dicitur epiſtola, quæ dicitur in ramis palmarum, quia in ea agitur de exaltatione ſanctæ crucis. Alij legunt illam, Chriſtus factus eſt. Ad Philip. ij. capit. ¶ Legitur etiam in quibuſdam Eccleſijs euangelium in quo fit mentio de aduentu Chriſti & fulgure. Sicut fulgur erit &c. quod dici conſueuit tempore aduentus. In alijs verò dicitur euangelium de Nicodemo, quod quidam dicunt in feſto inuentionis ſanctæ crucis. ibi enim dicitur, Sicut Moſes exaltauit ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Communiter tamen dicitur, quòd melius eſt euangelium. Nunc iudicium eſt mun-

mundi. Ioann. xij. capitul. in quo dicitur: Cùm exaltatus fuero à terra omnia trahã ad meipſum. ¶ Præfatio uerò illa dicitur, quę ante Paſcha per quindecim dies ſeu in quibuſdam Eccleſijs per quinque dicitur, vel vt alij volunt, illa, quæ dicitur in tempore paſchali dicitur etiam ad horas capitulum: Chriſtus factus eſt pro nobis. ad Philip. ſecundo capitulo.

SVMMA.

1 *Matthæus, Leuita fuit, & Hebræus.*
2 *Matthæus, item alij euangeliſtæ, quibus temporibus ſcripſerint euangelia.*

De feſto ſancti Matthæi Apoſtoli & euangeliſtæ. Cap. 30.

1
EATVS † Matthæus Leuita fuit. Erat autem hebræus, & ideò hebraicè ſcripſit hebræis in Iudea, ſed poſteà liber eius fuit trãslatus in græcum, deinde ĩ latinum. Et nota, quòd euangelium quod ipſe proprijs manibus anno Domini xl. ſcripſit, cũ oſſibus beati Bernabę repertum eſt. Quod quidem euangelium beatus Barnabas ſecum ferebat, & ſuper ægros illud ponens tam fide Barnabæ, quàm merito beati Matthæi continuò liberabat. Matth. verò edidit Aquileiæ euangelium anno Domini xliiij. ¶ Dicitur hodie epiſtola: Vnicuique veſtrum. Ephe. iiij. cap. Alij verò dicunt: Similitudo vultus. Ezechiel. j. cap. euangelium eſt; Dum tranſiret Ieſus Matt. ix. ca. in vigilia vero eſt euangelium, Vidit Ieſus publicanum. Luc. v. cap. ¶ Prædicauit † autem ſub Caio Caligula Imperatore, qui ſic dictus eſt, quoniam natus eſt in expeditione, & coopertus eſt caligis. Ioã. autem ſcripſit ſub Neuia, Marcus ſub Nerone de Luca incertum eſt, quidam tamen dicunt quod ſub Nerone.

SVMMA.

1 *Mauricij, & ſociorum vita, & finis.*
2 *Theba, plures.*

De ſancto Mauricio & ſocijs. Cap. 31.

1 VM Galli † exercuiſſent exercitum in Romanos, dux Aegypti collegit exercitum in quo fuit beatus Mauricius, qui ſub ſe habebat legionem, in qua erant 6. M. cccccclxvj. Cùm ergo eſſent in exercitu, tyrãnus uoluit eos cogere adorare idola, qui noluerunt, & propter ea decimam partẽ accepit tyrannus, & interfecit, quod videns beatus Mauricius conuertit ſermonem ad ſocios, orans vt viriliter ſtarent, & ſic ab eo confortati, paſſi ſunt martyrium. Fuerant autem baptizati ante quàm Romam uenirent. ¶ Et nota, quod dicitur † de 2
Mauricio & Thebæa legione, quod inueniuntur plures Thebę, vna in Aegypto, vbi ſunt Mauri, altera in Græcia, vbi ſunt Thebani, alia in Idia, ubi ſunt Thesbytæ. Iſti ſocij Mauricij erant de Aegypto.

SVMMA.

1 *Lucas, cuius fuerit, & quando ad fidem noſtram acceſſerit.*
2 *Lucas, à quo acceperit potiſsimùm, quæ ſcripſit.*

De feſto ſancti Lucæ euangeliſtæ. Cap. 32.

1 VCAS Syrus † fuit natione, & Antiochenus patriarcha, & prædicauit in Bithynia, vbi ſua morte, non martyrio vitam finiuit. Fuit etiam pictor & medicus, & ſecundum Hiero. fuit diſcipulus Apoſtolorum, & non Domini, venit enim ad fidem poſt Domini reſurrectionem, ut legitur in gloſ. ſuper Exod. licet quidam dicant, quod fuerat de lxxij. diſcipulis Domini, & ſcripſit euangelium in Achaia. Vixit autem octogintaquatuor annis. ipſe euangelium & actus Apoſtolorum compoſuit. Fuit diſcipulus beati Pauli, à quo † didicit, quod docuit, ſicut & beatus Mar- 2

Universidad de Deusto Biblioteca

eus à beato Petro. In prologo tamen euã gelij sui inuenitur, quòd ipse didicit multa à quibusdam, qui in principio cum Domino fuerunt. Sed beatus Paulus nõ fuit à principio cum Domino: ergo non didicit ab eo, quod docuit. Solutio. quædam didicit ab eo, & quædam ab alijs, sed maximè à beato Paulo. Creditur tamen quòd ipse ad beatam virginem tanquàm ad arcã testamenti recurrens, ab ea de multis certificatus fuit, præcipuè de his, quæ sibi soli constabant: sicut de angelica annuntiatione, & Christi natiuitate, & huiusmodi de quibus solus Luc. agit.

SVMMA.

1 *Iacobus minor, & Simon fratres Domini.*
2 *Iudas variè appellatus est.*
3 *Simon, vbi prædicarit.*

De festo Apostolorum Simonis & Iudæ. Cap. 33.

1 IACOBVS † minor frater Domini: & Simon & Iudas & Ioseph, qui & Barsabas, & etiam iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse reprobatus credatur: fratres fuerũt filij Mariæ Cleophæ: quæ Alphæo nupta fuit. Simon autem iste dictus est zelotes, dictus est & Simon Cananeus, à cana vico Galileæ: quod idem est. cana enim zelus interpretatur. Habuit enim magnum zelum animarum. 2 Iudas † enim multipliciter cognominatus est. Dictus est enim Iudas Iacobi, supple frater, vt præmissum est. Dictus est etiam Thadæus, à tracha quod est regia vestis, & Deus. uel Thadæus interpretatus, apprehendens principem. Ipse enim fuit vestis regia per ornamenta virtutum, per quas apprehẽdit principem Christum. Dictus est etiam Lebæus, quòd sonat cor, vel corculus, id est, cordis cultor. Inter premissum Ioseph & Mathiam sortes iactatæ sunt, & de Simone dicitur, quòd crucifixus mortuus est. Alij tamen dicunt, quòd non est iste, sed Simõ, qui fuit filius Cleophæ, crucifixus est. 3 Iste † Simon prædicauit in Aegypto, postea verò venit in Hierusalum, & ibi fuit episcopus post beatum Iacobum minorẽ, cui dictus est frater Domini, & ibi crucifixus est. Vixit autẽ cxx. annis, & suscitauit antequàm moreretur. xxx. mortuos. Vnde in eius legenda inuenitur, quòd terdenos mortuos mersos fluctibus humanę vitæ reddidit vsibus. Filiũ enim hospitis sui mersum fluctibus suscitauit. Mortuus autem est in bothoro, non in postophorio. Postophorium, vt quidam uolunt, est porticus templi, in quo iacebant custodes templi Iudas autem prædicauit apud Persas & Medos, & mortuus est apud Armenos.

SVMMA.

1 *Pantheon à quo, quo tempore, & cur Romæ ædificatum.*
2 *Sanctorum omnium festum, unde primum. etnu 3. Et quibus de causis institutum. nu. 4.*
5 *Sanctorum omnium festum ieiunium habet institutionis. Et eius diei officium. nu. 6. 8.*
7 *Sanctorum omnium diei, quo ordine leganturlectiones.*

De festo omnium Sanctorum. Cap. 34.

1 CVM singula idola Romanorũ Romę tẽplum † habere non possent, Romani unũ templum in honorem Cybeles matris Deorum, & omniũ Deorum ipsorum fecerunt, quod dictum est πάνθεον, à πᾶν, quod est totum, & θεὸς, Deus. Successu verò tẽporũ Bonifacius Papa petijt a Phoca Cæsare Imperatore Cõstantinopolitano, qui præerat Romanis, templum illud sibi dari. 2 Quo † obtento, abiectis inde idolis, dedicauit illud quarto Idus Maii, ad honorem beatæ Mariæ virginis, & omniũ Martyrum: & dictum est festum illud beatę Mariæ ad martyres. Nondum enim fiebant festa de Confessoribus, sed solum de Martyribus. Vnde tunc institutum fuit festũ beati Ioannis ante portam Latinam, occasione martyrii, quod quantum in se fuit, sustinuit. Statuit ergo idem Papa, ut singulis

lis annis illa die celebraretur festũ de Martyribus, sicut in calendi eiusdem mentis celebrabatur festum Apostolorum, & in honorem beatæ Mariæ, & omnium martyrum cantauit ibi terribilis est locus iste, in quo est salus, &c. Quod tantum in dedicatione Ecclesiæ solet dici. Verum. Grego. quartus hoc festum martyrum trãstulit ad 3 Calendas † Nouembris, ut tunc collectis tertæ frugibus cõuenienter ad hoc festum possent copiosius victualia inueniri, instituens tunc fieri festum non solum Apostolorum & martyrum, sed etiam Trinitatis, & Angelorum, & confessorum generaliter omnium Sãctorum & Sanctarum, & etiam electorum, ut patet in hymno, & illius officium ordinauit. ¶ Institutum † autẽ fuit 4 hoc festum quatuor de causis. Primò, propter præmissam templi dedicationem. Secundò, propter omissorum festorum suppletionem. Non enim propter ipsorũ multitudinem de omnibus festare specialiter valemus. Tertiò, propter negligentiã in festis, quæ celebramus, cõmissarum expiationem. Et hæc ratio tangitur in sermone, qui hac die in Ecclesia recitatur, vbi ita dicitur: Decretum est, ut die ista omnium Sanctorum memoria habeatur, ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiam, vel per occupationem rei secularis in solennitatibus Sanctorum minus peregisset, in hac sancta obseruatione persoluatur. Quartò propter faciliorem orationum nostrarũ impetrationem. Facilius enim quod petimus, obtinebimus, si simul omnes intercedant pro nobis, quia impossibile est multitudinẽ non exaudiri. Vnde in oratione hodierna dicitur, multiplicatis intercessionibus largiaris. ¶ Quare autem festa Sanctorum celebrentur, dictum est in procemio huius partis. 5 Hoc † festum habet ieiunium institutionis: nec debet quis comere illa die usque ad uesperas, nec ieiunium debet mutari, ut quidam faciunt propter sanctum. Quintinum. Quia uerò hoc festum omnium Sanctorum est generale, ideò uariatur illius † officium, prout habetur varietas omnium Sanctorum. Prima enim antiphona, & prima lectio, & primum responsorium de Trinitate cantatur, quia festum est trinitatis, secundo loco, cantatur de beata Maria, tertio, de angelis: quarto, de prophetis, quinto, de apostolicis, sexto de martyribus, septimo, de confessoribus, octauo, de uirginibus, nono, de omnibus simul. ¶ † Authoritas autem illius officij obseruatur in lectionibus, nam in qui 7 busdam Ecclesiis in hoc festo maior in Ecclesia, etiam Episcopus si præsens fuerit, lectionem legit de trinitate, scilicet primam, uel Decanus, vel saltem Sacerdos & sic fit descensus per personas in legendo usque ad pueros. Octauam nanq, lectionẽ de uirginibus legit vnus ex pueris: nam semper nonam lectionem maioris est legere. Octauum etiam responsorium dicunt de virginibus, scilicet. Audiui uocem, quod cantatur à quinque pueris coram altare beatæ Mariæ uirginis, si fuerint ibi candelas in manibus tenentes ad repræsentationem quinque prudentium virginum lampades ornatas accensas habentium.
† Dicitur etiam capitulum. Vidi turbam. 8 Apo. viij. Ad Missam uerò dicitur epistola: Ecce ego Ioã. quæ est Apo. v. c. Allelu Ia. O quàm gloriosum. Apoc. vij. c. Euan. Videns Iesus turbas. Matth. v. ca. In uigilia verò, dicitur Epist. Ecce ego Ioan. Apoc. v. c. Euang. Descendens Iesus. Luc. vi. c.

SVMMA.

1 *Mortuorum officium dicitur, agenda, uel exequiæ, & quare.*
2 *Mortuis cur officium institutum, & à quibus, primum. nu. 3. & 4.*
5 *Mortuorum memoria, à variis varie fit, quæ percurrit generatim per numero. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Mortuorum anniuersarium, obseruatur triplici de causa. & nu. 15. 16.*
17 *Anniuersarium an celebrari debeat, aut possit die festiuo.*
18 *Mortuorum officium quotidie vsurpare, an indecens. & nu. 19.*
20 *Mortuorum nomine suffragia facta, quid prosint.*
21 *Eleemosyna facta nomine, vnius specialis defuncti, an plus prosit, quam omnium.*
22 *Mortuis an prosint suffragia hominis, in peccato iacentis, uide & nu. 23.*
24 *Mortui an sciant suffragia, quæ eorum nomine fiunt. & nu. 25.*
26 *Mortui an curent viuos.*

27 *Mortuorum officium, imitatur Christi sepulturam. & nu. 28.29.*
30 *Pax dari non debet in missa defunctorum. & nume. 32.*
31 *Mortui corpus nõ debet esse in Ecclesia, quandiu de tempore concurrenti dicitur.*
33 *Mortuorum officium vnde incipiat. & eius forma. & num. 34.*
35 *Sacerdos Missam defunctorum celebrans vt eius mortem incurrat, deponatur.*
36 *Mortui cadauer lauare, quid referat.*
37 *Mortuus a quibus sit portãdus ad sepulturã.*
38 *Mortui corpus qua forma & solemnitate condatur in spelunca, & qualiter sepeliatur. num. 39. aut quo habitu. 40.41.*
42 *Christus, an post resurrectionem fuerit aliquibus vestibus vsus.*
43 *Homines an erunt nudi post diem iudicij, an vero amicti.*
44 *Defuncti an loqui possint.*
45 *Missa defunctorum.*

De officio mortuorum. Cap. 35.

1 HOC loco de officio mortuorum dicendum est. Et † quãdoq; vocatur agenda, ab ago agis: quia inter cæteras sui significationes agere idem est, ꝙ celebrare. Inde ergo officium ordinatum ad celebrẽ defunctorum memoriam, agenda vocatur: quandoque etiam uocantur exequiæ, ab exequor exequeris: quia inter alias sui significationes, exequi idem est quod extra alia sequi. Officium ergo seu obsequiũ in sepulturis mortuorum exequiæ vocantur, quia celebratur dum mortui extra uiuos sepeliendi feruntur, vel quia extra horas canonicas speciales, & singulares habent obseruantias. Sane hoc officium cõtinuatur festo omnium sanctorum: & sunt tres dies continui tribus mysteriis deputati. Nam vigilia omnium sanctorum, dies est afflictionis: solennitas, dies exultationis, hodie verò dies orationis. In primo nos ieiunando affligimus, præsentis uitæ miseriam recolentes. In secundo beatitudini sanctorum congaudemus, gratiarum actiones domino referentes. In tertiò pro his, quæ in purgatorio detinentur oramus: eis modo pœnam minorem modo plenam absolutionem orationibus impetrantes. Siquidem † commemoratio omnium fidelium defun 2
ctorũ instituta est fieri ab Ecclesia tali die, vt generalibus beneficijs adiuuentur quia spiritualia habere non valent. de consec. dist. j. visum. sicut & de festo omnium sanctorum præmissum est. Sicut enim Petrus Damianus ait Sanctus Odilio comperiẽs, quòd apud Vulcanũ Siciliæ crebræ uoces & ululatus dæmonum audiebantur plangẽtium, pro eo, ꝙ animæ defunctorum per eleemosynas & orationes de eorum manibus eripiebantur, ordinauit in suis monasteriis, ut post festum omnium sanctorum fieret commemoratio defunctorum, quod fuit postmodum à tota Ecclesia approbatum. Primò ergo videamus, à quibus institutum fuit officium mortuorũ. Secundò, ubi habuit initium. Tertiò, de modo celebrandi illud. Quartò, de modo sepeliendi. ¶ †Fuit ergo primò institutum ab apo 3
stolis. sed ab Origene, ut testatur Isid. in lib. de Ecclesiasticis officijs fuit adauctum & ex maxima parte ordinatũ. Vnde ipsum cõmendat beatus Augu. in enchiridion, dicens eum fuisse secundum in Ecclesiasticis officijs post apostolos. Hoc † officium ini 4
tium habuit in veteri lege. Nam sicut ait Ambr. xij. q. ij. quia mortuo Iacob Ioseph, & alij fratres sui cum multis Aegyptijs attulerunt eum in Ebron, sed prius fleuerũt. xl. diebus in Aegypto: & postea fleuerunt eum vij. diebus in area Achad Gen. 50. ca. Item legitur in Deut. vlti. c. quod mortuo Mose fleuit populus Israel xxx. diebus, & similiter fecerunt de Aaron & de Maria. Item, dicit Salomõ: Luctus filij sapientis mortui, septem diebus: Luctus stulti filii: sempiternus ideo qa in æternũ morietur. ¶ Nota autẽ, ꝙ † quidã faciũt memoriã, pro 5
defunctis die tertia: seu per tres dies repre- *Eccl.*
sentãtes triduanã dñi sepulturã, seu respe 24
ctũ habentes ad resurrectionẽ Christi: qui terra die resurrexit, resurrectionem cum Christo mortuis peroptantes: seu ad trinitatẽ, uel vt quia viuentes tripliciter peccauerunt, videlicet cogitatione, verbo, & opere, remittantur eiusdem. Alij verò faciunt missam celebrari septem diebus seu per septem dies, & utrunque ostenditur in libr. Num. xix. cap. vbi dicitur, quòd qui

tetigerit

tetigerit cadauer mortui hominis, immundus erit septem diebus. vnde aspergatur aqua tribus diebus & septem. & sic mundabitur. de consecr. distin. j. aqua. ¶ Sanè immundus propter cadauer mortui hominis, significat pollutam animam propter mortua opera. Celebratur ergo per septem
6 dies. Primò, ut † defunctus ad Sabbatum æternæ quietis citius valeat peruenire. Secundò, ut ei remittantur omnia peccata, quæ commisit in vita, quæ per septem dies ducitur. Tertiò, propter septenariũ animæ & corporis. Anima enim tres habet vires, scilicet rationabilitatem, concupiscibilitatem, & irascibilitatẽ. Corpus verò constat ex quatuor elementis, vt ergo peccata, quæ homo per hoc septenarium siue in hac vita, quæ per septem dies ducitur, cõmisit, deleantur septenarium mortuis celebratur. Quartò sicut filij Iacob defuncti fleuerunt per septẽ dies, vt præmissum est: ita & Ecclesia pro suis defunctis cele-
7 brat officium septem diebus. ¶ † Quidam autem faciunt nouendinale, id est, officiũ nouem dierum, ut per hoc officium mortuorũ animæ à pœnis liberatæ, nouem angelorũ ordinibus associentur. Hoc autem a quibusdam non approbatur, ne gentiles imitari videamur, à quibus hoc sumptum esse videtur, qui nouẽ diebus lugebãt mortuos suos, & in ix. die cineres eorum pyramidibus, vel in bustis recõdebãt. ¶ Alii
8 verò celebrari faciunt † pro defunctis xxx. dies vel trigesimo die. Primò, quia filiis Israel tot diebus fleuerunt Moysen & Aaron, ut præmissum est. Secundò ideo, quia ter decem faciunt xxx. per ter enim trinitatem, per decem decalogũ intelligimus. Ter denariũ ergo à mortuis facimus, ut ꝙ in obseruationes decalogi seu præceptorũ Christi & contra trinitatem peccauerunt, eis Dei misericordia cõdonetur. ¶ Tertiò quia numerus lunæ xxx. diebus perficitur, ideò tricesima die, vel xxx. diebus fit mortuis officium, ut opera eorum coram Deo
9 plena esse intelligantur. ¶ † Quidã quoq; quaterdecies celebrant siue quadragenariũ faciunt, vt quod illi in doctrina quattuor euangeliorum & in x. præceptis legis
10 peccauerunt sibi condonetur. ¶ † Rursus, qui diem quadragesimum seruant, repræsentant dominicã sepulturã, optãtes mortuos gloriam habere cũ Christo qui quadraginta horis, iacuit in sepulchro cõputata hora, in qua emisit spiritũ. & vlti. hora noctis dominicæ, in qua resurrexit secundũ Augusti. repræsentãt etiã, ꝙ vt præmissum est mortuo Iacob filii eius lucerũt quadraginta diebus. ¶ † Alii quinquagena 11
rium faciunt, quoniam sicut Beda & Greg. dicunt in glo. super locum illum, vbi habetur, ꝙ Abraham, quæsiuit à Dño volente subuertere Sodomã, si quinquaginta fuerint ibi, nunquid destrues eos? & respondit Dñs, non. Quinquagenarius numerus perfectus est, & significat annum iubileũ, id est, octauã ætatẽ, in qua erit remissio, & plena libertas. Vt ergo animæ defunctorum plenariã libertatẽ, & peccatorum suorum remissionẽ, adipiscantur, quinquaginta diebus pro illis celebrant officium. Præterea dicitur in Marco, Vnum granum afferebat triginta, & unum quinquaginta, & 12
vnum centum. ¶ Alii † sexagenarium, pro eo quia sexagesima significat mœrorẽ Ecclesiæ propter absentiã sponsi, & ei in consolationem duæ alæ dantur, ut dictum est in vj. parte sub dominica quadragesimæ, sic & hic repræsentant mœrorem, propter absentiam defuncti sui, in quorum consolationem & animæ defuncti expiationem sacrificium domino offertur, & pauperibus eleemosynæ largiuntur. ¶ Nonnulli etiam † celebrant centesimum diẽ, ut mor 13
tui transeant à læua, in dexterã, a militia, in triumphum, à terra, in cœlum, à miseria, in gloriã, à morte, in uitam. Optãt enim illis æternam beatitudinẽ, quæ per centenarium, ultra quem non est numerus designatur. ¶ † Quidã uerò anniuersa- 14
rium obseruant triplici de causa. ¶ Primò vt defuncti de annis calamitatis perueniant ad annos æternitatis, siue ad uitam æternam, quę sine fine est, & quasi annus in se reuoluitur, uel quia ibi est identitas & nulla reperitur varietas. ¶ † Secundò, 15
quia sicut sanctorum anniuersarium ad ipsorum honorem & nostram utilitatem celebramus, prout dictum est in prooemio huius partis, sic & anniuersarum defunctorum, ad ipsorum utilitatem & nostram deuotionem. ¶ Tertiò, dies anniuersarij pro defunctis † ideò repetitur quoniã 16
secundum August. qualiter fit eis in alia vi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ta, nescimus & melius est, vt eis supersit beneficium nostrum: quam desit. xiij. quæstio ij. non æstimamus. Anniuersariũ autem si cõtigerit in die dominica, uel in alia celebrari solennitate, non debet mutari ad sequentem diem prout fit in festis sanctorum, sed fiat in die præcedenti, vt citius occurrantur pœnis defunctorũ, quas in purgatorio sustinent. defuncti enim no
17 stro indigent auxilio & beneficio, sed nõ sancti. ¶ Die quidem festiuo † anniuersarium celebrari nõ debet, nec missa pro defunctis dici, nisi corpus præsens fuerit, tũc sic, quia omni tẽpore potest missa pro defunctis celebrari cadauere præsente, nisi in parasceue, tunc enim non debet corpus in tumulari, nec missa pro eo cantari. quia tunc corpus Christi immolari non debet, sed vsque in crastinum reseruetur: & tunc scilicet in sabbato potest missa pro illo cantari, & corpus sepeliri. Similiter si quis in die Paschæ moriatur, corpus eius usque in crastinum reseruetur super terram, & tunc cum celebratione missæ sepeliatur. Nõ e-
18 nim debet corpus sepeliri absq; missa quãuis contrariũ fiat in plerisq; locis. ¶ † Licet autẽ secundũ Cabilonen. conciliũ de cõsecrati. j visum quotidie sit ꝓ defunctis orãdũ, & sacrificandũ: in præmissis tamen diebus hoc specialiter agitur ab amicis. Si quidẽ aliqui omni tẽpore, festiuis diebus dũtaxat exceptis, generaliter orãc pro defunctis, in officio vespertinali, & matutinali. alij missam pro eis quotidie celebrant. alij in mensis initio nouẽ psalmos, nouem lectiones, & nouẽ responsoria cantant. & quidẽ sancta & salubris: est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. ¶ In quibusdam locis nõ dicitur in Ecclesia officiũ mortuorũ, à quinta feria cœnæ Domini. vsque ad octauas Pentec. dicentes, quod omnia officia illius tẽporis debent esse breuia: nec in dominicis diebus. ¶ Legitur autem, ꝓ quidã Abbas prohibuit monachos suos celebrare dominicis diebus pro defunctis, sed mortui propter hoc durissimis verberibus cum affluxerunt, & ideò prohibi-
19 tionẽ huiusmodi reuocauit. ¶ Et nota † ꝓ suffragia quæ fiunt in Ecclesijs pro defunctis valde bonis, actiones sunt gratiarũ. Illę enim animæ quæ sunt perfectẽ bonæ statim cũ egrediũtur à corporibus euolant ad cœlos: nec subsidijs nostris egẽt, extra de celeb. miss. cum Marthæ. ad fi. xiij. quæst. ij. tempus. Pro valde malis fiũt qualescũq; consolationes uiuorũ. Eis enim subsidia nostra non prosunt, quoniã animæ illorũ statim descendũt ad infernũ. Pro mediocriter bonis, qui scilicet sunt in purgatorio, fiũt expiationes, ꝓ mediocriter malis, qui scilicet sunt in inferno, fiũt propitiatiões, siue pœnarũ mitigationes. Nã secundũ Augu. quibus prosunt, aut prosunt, ut si plena remissio, aut certe: ut tolerabilior sit dãnatio. xiiij. quę. ij. tẽpus. in fi. quidã tamẽ pro eodẽ sumunt mediocriter bonos, & mediocriter malos, quos uocãt nõ ualde bonos, qui uidelicet intrãt purgatoriũ, qui uiuẽtes iniunctã pœnitentiã nõ perfecerũt, quibus prosunt eleemosynæ, orationes, ieiunia, & sacrificia, quæ pro eis fiũt, nã vt dicunt, eis qui sunt in inferno nihil prosunt. ¶ Illud † 20
etiam nota, ꝓ secundũ Hieron. de consecrati. v. mediocriter. cũ pro cunctis animabus psalmus vel missa dicetur, non minus, quam si pro quolibet diceretur, accipitur. Circa hoc tamẽ dici potest, ꝓ si suffragia fiũt in speciali, magis prosunt illis pro quibus specialiter fiũt, quam alijs. Si fiunt in genere seu in cõmuni magis prosunt illis, qui plus meruerũt in hac vita, vt sibi prodessent, vt in dicto cap. non æstimemus. & cap. tempus si inæquali uel maiori necessitate existunt. Licet enim secundũ August. xiij. q. ij. non æstimemus. nõ prosunt omnibus pro quibus fiunt, quia tamẽ nescimus quibus prosint, vel non, pro omnibus faciẽda sunt, ne aliquis prætermittatur. melius nanq; supererũt eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quã desint eis, quibus prosunt, & ideò dies anniuersarij sit vt premissum est. † nunquid suffragia eius, qui propter mortale peccatum in charitate nõ est, prosint 21
ei, qui in charitate decessit? Respõdeo opera sacramentalia, ut missa officiũ mortuorum, collectæ & similia per talem facta bene valent. sed & defuncto prosunt. extra de cleric. excom. mini. cap. si tum. quia illa à Deo non ab operante efficaciam habent. tum quia ille non proprio nomine, sed quasi sindicus omniũ, uidelicet totius Ecclesiæ nomine hoc agit secundum ea, quæ dicta sunt in prooemio quartæ partis. Si verò tanquã priuata persona, alia suffra-

gia

gia facit aut hoc agit alio nomine, aut suo proprio si alieno, vt quia defuncti seu alterius in charitate existentis iussu: de illius bonis eleemosynam tanquam minister pro eo facit. tunc quidem illi prodest quoniam is intelligitur facere, cuius mandato facit. extra de sent. excom. mulieres. & qui mãdat solui, ipse soluere uidetur. ff. de solu. qui mandato. Hinc est, ꝓ peregrinationis votum ab vno emissum, alter eius iussũ exequi potest: extra de voto licet. Idem quoque est si duo quorũ alter in charitate est, alter non pro defuncto psalterium legunt. Et si eleemosyna datur iusto, ut oret pro defuncto. His etenim casibus prodest defuncto, ratione charitatis hominis iusti ad iuncti. ff. quòd cũ fal. tut. uel act. §. extra de elect. illa contra. extra de off. deleg. cum nup. Si autẽ suo priuato nomine, & de proprio quis, ꝓ illo eleemosynã dat, vel orat, uel ieiunat, uel aliter se affligit: quasi cõmuniter dicunt theologi, ꝓ talia in nullo prosunt ei. Nam legitur Ioan. ix. Scimus, quia peccatores Deus non exaudit: sed illud cæci & non Euangelistæ fuit verbũ, & Esa. i. cum multiplicaueritis orationes, nõ exaudiam. Manus enim vestræ sanguine, id est, peccatis plenæ sunt, imò secundum August. iiij. q. vii. in granibus. Dum is, qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur. Deus enim iniquorum dona non respicit, & iustorum solum orationes exaudit. Itẽ Dominus per Amos prophetam: vota pinguium terræ, id est, peccatorum non recipiam. xxiiij. q. j. odi. Verũm cum pauci sine crimine viuãt. de pænit. distin. ij. si enim in prin. 50. dist. quia tua. talis sententia, quæ misericordiã, & tot suffragia defunctis admit, & in uiuorum charitatẽ ad illos refrigescere facit, nimis dura, & ideò nõ sequẽda videtur. 50. dist. ponderet extra de renun. nisi. §. j. Si enim hominũ quos cõscientia culpæ arguit, suffragia Condemnamus
23 illi paucorum suffragiis iuuabuntur. † Dicendum ergo videtur, quòd quanquàm suffragia eius, qui & si non in charitate, in fide: tamen illi, qui in charitate decessit, non prosunt ex merito vitæ agentis: quia tamen illa fiunt secundum doctrinam Ecclesiæ, & per eum, qui in fide est, & pro eo, qui talia recipere meruit beneficia, vbi deficit charitas agentis: supplet meritum fidei, & charitas Ecclesiæ talia dictantis, ac defuncti capacis suscipientis, nec non & liberalitas Dei miserentis, qui secundum Amb. de pœ. dist. j. quantumlibet. beneficia non reuocat: imo cumulos liberalitatis amplificat, & sua liberalitate opus ab alio factum proinde reputat, ac si per illum pro quo fit, factum esset. Nam secundum iura, aliquo alienum debitum exoluẽte, ipse debitor liberatur ff. de pig. act. solutum. §. solutã. & si seruo legata sit libertas: si Titio decem præstiterit, quomodocunq; illa decem præstiterit, libertas est, ff. de stat. ho. Arethusa. Sed & per eum, qui capax non est, alteri legatum & hereditas acquiri potest. ff. ad Treb. l. cogi. §. hi, qui. ff. si quis aliquem testari proh. l. i. §. sed si legatum. Et is qui ob crimẽ pro aliis postulare prohibetur pro se, & pro his, quorum curam gerit, admittitur. iii. q. vij. §. tria. Et secundum Aug. j. q. j. si fuerit. quanquam in lapideo canali nil generetur tamen aqua inde transiens, terram fœcundat. Et Hieron. de pæni. distin i. potest fieri. & dist. iij. pium. Si quando uideritis inter multa opera peccatorũ quenquã aliqua facere, quæ iusta sunt, non est tamen in iustus Deus, ut propter multa mala paucorum bonorum obliuiscatur. ¶ Sa
nè defuncti † sciunt suffragia, quæ pro eis 24
fiunt tribus modis, secundum Augu. xii. q. ij. fatendum. Primò per diuinam reuelationem, quando scilicet Deus eis reuelat. Secundò, per bonorum angelorum manifestationem. Angeli enim qui hic semper nobiscũ adsunt, & omnes actus nostro considerant, quasi in instanti possunt ad eos descendere, & eis protinus nuntiare. Tertiò, per animarũ hinc exeuntium intimationem. Quartò, per experientiam, cum videlicet, se à pœnis sentiunt reuelari.
¶ Sciendum autem, quòd defuncti † valde 25
mali nesciunt, quid à uiuis agitur, nisi quatenus eis scire permittitur. Similiter nec mediocriter boni adhuc in igne purgatorij constituti, qui nondũ Dei uisione fruũtur, nisi quatenus per aliquẽ de præmissis modis permittitur eis scire. Sed ualde boni, qui iam ea fruũtur, bene sciunt quid hic agitur. Iuxta illud Greg. Qui est, & ne sciunt qui uidentẽ omnia uident? Alij ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men dicunt, eos ſcire omnia quæ eis neceſ
ſaria ſunt, & nõ alia. Vnde Eſa. ex perſona
populi affliẽti: ait Abrahã pater noſter, ne
26 ſciuit de hoc. 13. q. 2. de mortuis. Et † utrũ
mortuis cura ſit de uiuis. Aug. latè proſe-
quitur lib. de cura pro mortuis habẽda. Ad
huc ſicut Aug. ait 13. q. 2. fatẽdũ. Multi ali-
quos ex mortuis uel ĩ ſomnis, uel alio quo
cunque modo viuis apparere credunt. Et
vbi eorum inhumata iacerẽt corpora, atq;
ut eis ſepulchra fierent, & alia huiuſmodi
innumera ſæpe admouiſſe, & illa vera, re-
pertum eſſe in dialo. Greg. & in alijs ple-
riſq; ſcriptis authenticis reperitur. Verum
tamen, ut idẽ Aug. in præmiſſo libro ait,
quãuis mortui talia in ſomnis iudicare vel
petere videantur, non ideo putandum eſt
eos iſta ſentire, nã & uiuentes plerunq; ap
parent in ſomnis dormientibus, dum ipſi
ſe neſciunt apparere, & ab eis, qui hoc ſom
niauerunt audiſſe dicentibus, ꝙ eos in ſom
nis agentes aliquid vel loquentes, viderũt.
vnde vt dicit, credendum eſt, ꝙ hæc ſunt
angelicæ operationes, propter diſpenſatio
nem prouidentię Dei ad qualecunq; ſola-
tium uiuorum. Concilium enim Anquiri
tan. xxvi. q. x. Epiſcopi. in prin. ait, ꝙ ple-
riq; dæmonum illuſionibus & fantaſmati-
bus ſępe ſeducuntur. ¶ Officium mortuo-
27 rum † imitatur omnino triduanã Chriſti ſe
pulturã, ſicut enim in illo triduo, ita & in
hoc officio omnia, laudis cantica ſubtice-
mus, & ſolennitates quaſi libet ſubtrahi-
mus. nam in miſſa benedictiones ab Epiſ-
copo nõ petimus, nec in agenda dicimus.
Domine labia mea &c. nec Deus in adiu-
torium meum intende. nec Benedicamus.
nec Inuitatorium, niſi corpus præſens ſit,
& etiam in uigilijs. nec Gloria patri ad re
ſponſoria, vel in fine pſal. nec ad lectiones
benedictionem petimus, vel damus, nec di
cimus: Tu autem. vel Deo gratias, nec in
miſſa alle-Ia, nec Gloria in excelſis, nec
Ite miſſa eſt. Nam in veteri lege prohibi-
tum fuit oleũ lætitiæ & tus ſuauitatis pro
peccato offerri. mors etenim eſt vindicta
peccati, unde vbi peccatũ, ibi tenebræ, nec
debet eſſe lætitia, nec canticorum lætitiæ
decantatio, ubi eſt luctus & cõtriſtatio mẽ
tis, ac exequiæ pro mortuis celebrãtur cũ
luctu. ¶ Rurſus laudes † ſupprimimus, quia
28 quo mortui trãſeunt, ignorantes, neſcimus
vnde laudare dñm debemus de iuſtitia, uel
miſericordia gaudiũ reprimimus, quia tri-
ſtes in hunc mundũ intramus, & triſtiores
eximus, nõ ergo ſequẽtia debet dici, quę
eſt cãticũ exultatiõis. ¶ Adhuc licet in miſ
ſa ꝙ uiuis debeãt oẽs † turificari ad ſignifi 29
candũ, ꝙ illorũ orationes ad cœleſtia diri-
guntur, in miſſa tamen pro defunctis nõ de
bet tus per chorũ portari, nec offerri, id-
eſt altare turrificari, ſed circa corpus tãtũ
quia hoc in lege prohibitũ fuit, ut iam prę
miſſum eſt. Nullus ergo in hoc officio tur-
rificatur, ad notandũ, ꝙ mortui nil amo-
do valẽt orationibus ſuis promereri. unde
Pſal. Nõ mortui laudabunt te Dñe. Ip ſa
autẽ defunctorũ corpora turrificãtur, & a-
qua benedicta aſpergũtur, nõ vt eorũ pec-
cata tollantur: quæ tunc per talia tolli ne
queunt, ſed ut omnis immundorũ ſpiritũ
præſentia arceatur, & fiunt etiã in ſignum
ſocietatis, & cõmunionis ſacramẽtorum,
quã nobiſcum dum uixerunt habuerunt.
vnde & Dionyſius tradit, ꝙ antiquitus vi-
ui mortuos oſculabantur, inſignũ unitatis
quã cum ipſis habuerunt, proſunt etiã hęc
& ſimilia, inquãtum per talia ipſi Deo re-
uerentia exhibetur. ¶ Quare autẽ duplex
uerſus ponitur in introitu pro defunctis,
ſcilicet. Te decet, & exaudi orationem
meã &c. dictũ eſt in ſexta parte ſub ſabba-
to tertiæ hebdomadæ quadrageſimę. Item
in miſſa pro defunctis nõ debet intermiſce
ri oratio pro uiuis. prout dictũ eſt in quar
ta parte, ſub titulo de oratione. Pax † etiã, 30
triplici ratione, non datur. ¶ Primò, quia
hoc officium vt iam dictum eſt triduanam
Chriſti ſepulturam veſtigio ſequitur, ubi
pax nõ datur propter Iudæ oſculum dete-
ſtãdum. ¶ Secundò, quia nõ cõmunicamus
mortuis, quia non nobis reſpondent. Nos
enim ſumus in ſexta ætate, illi in ſeptima.
Inde eſt, ꝙ † corpus nunquam debet eſſe in 31
Eccleſia, quandiu miſſa de die celebratur.
imò prius ſi eſſet, ibi debet aſportari, ex-
tra Eccleſiã, in ueſtibulo eccleſiæ, quanta-
cunque authoritate viuens fulgeret, & po-
ſteà ad miſsã de mortuis reportari. ¶ † Ter- 32
tiõ, qñ ſicut ex multis granis ſimul colle
ctis vnus panis cõficitur, & ex multis race
mis uinũ eliquatur, ſic ex multis fidelibus,
quorum quidã boni, quidã mali ſunt, una
eccleſia conſtruitur & coadunatur. Quia
ergo

ergo de mortuo homine neſcimus adhuc,
vtrum ſit ipſe de conformitate Eccleſiæ &
pacem habeat cum ſuo creatore, & reconci
liationem. ideo pacẽ ad miſſam nõ damus,
nec aliquas laudes pro mortuis referimus,
quia nõ eſt vnde agendũ ſit. Nõ enim adhuc
apparet eorum requies. ¶ Quarta ratio, po
ſita eſt in quarta parte, vbi agitur de oſculo
33 pacis. ¶ Illud † quoq; notandum eſt, ꝙ offi-
cium mortuorum incipit à veſperis: poſtea
ſequuntur uigiliæ quarũ tria ſunt genera.
¶ In quibuſdã enim Eccleſijs leguntur no-
uem lectiones de Iob, & incipiũt. Parce mi
hi Domine &c. In alijs leguntur de lib.
Sapien. & incipiunt. Melius eſt ire ad &c. In
alijs uero de quodam ſermone Auguſt. ſed
vndecunq; ſumantur abſolutè, ſine, Iube do
mine benedicere. & ſine. Tu autẽ Domine,
vel alibi incipiuntur, & finiuntur, prout in
exequijs, quas in dicto triduo pro Chriſto
celebramus ſeruatur. Veruntamen in qui-
buſdã Eccleſijs loco. Tu autẽ Domine: ter-
minatur, Beati mortui, qui in Domino mo-
riuntur, quæ verba ſunt Apocal. xiiij. cap.
¶ Frequentatur autem in hoc officio pſal.
34 Te decet † hymnus Deus. quoniã ibi agitur
de reditu filiorum Iſrael à captiuitate in
terrã promiſſionis. ſic & defuncti de capti-
uitatis miſeria ad uitã proficiſcuntur æter-
nam, dicitur etiam pſal. Domine, ne in furo
re tuo arguas me. qui cum ſit ſextus in ordi
ne pſalterij, tamen pro octaua intitulatur
quaſi in ſex ætatibus per hunc pſalmum
Deũ rogantes, vt ſeptimæ ætatis poſſimus
ornamenta euadere, & ad octauam gloriæ
peruenire. ¶ Officium mortuorum non ha
bet ſecundas ueſperas, ut dictũ eſt in ſexta
35 parte, ſub titulo de ueſperis. ¶ In † cõcilio
Tholetan. xxvj. quæſt. v. quicunq; ſtatutum
eſt, ꝙ ſacerdotes miſſam defunctorum cele
brans, ut eius inimicus mortẽ incurrat, de-
ponatur, & tam ipſe quàm eum ad hoc inci
tans exilio perpetuo puniatur. Nunc viden
dum eſt qualiter corpus ſepeliendum ſit. &
quidem quando homo uidetur agere in ex-
tremis, debet poni ad terram ſuper cine-
res, vel ad minus ſupra paleas: per quod
innuitur quòd cinis eſt, & in cinerem reuer
tetur, & fit hoc exemplo beati Martini, qui
vt in ſe alijs daret exemplum, in cinere ia-
cens vitam finiuit. Et ſi moriens literatus
ſit, legi debet paſſio Domini, uel ſaltem
pars illius ante eum, vt ſic ad maiorem pœ-
nitentiã moueatur, & debet eſſe crux erecta
ad pedes, ut moriens eam cernens magis
conteratur, & conuertatur. debet etiam ſu-
pinus iacere, ut ſemper erecta facie aſpi-
ciat cœlum, exemplo beati Martini, &
prius, quàm expiret, eius anima Domino
commendetur. † Poſtquàm uero expirauę- 36
rit campanæ debent pulſari: prout dictum
eſt: in prima parte, ubi agitur de campa-
nis: deinde corpus niſi uiuens nouiter inunc-
tus fuerit, debet lauari, ad ſignificandum,
quòd ſi anima per confeſſionem & contri-
tionem à culpa mundata ſit, vtrunq;, ſcili-
cet anima & corpus æternam glorificatio-
nem & claritatem in die iudicij conſequę-
tur, quodq; illi ſecundum Iob, verè in Do-
mino moriuntur, & beati ſunt, qui nullam
ſecum portant maculam, ſed in hoc mundo
per pœnitentiã derelinquunt. Sed cum de
hac lotione, neq, in ueteri teſtamento, ſcili
cet. Leuit. x. ca. neq; in nouo, ſcilicet Act. v.
cap. nil agatur: ſi omitteretur, nõ multum, 1
vt aiunt quidam, curandum eſſet. Et Augu.
dicit in libro de cura pro mortuis agenda.
Corpori humano, quod poſt mortẽ impen-
ditur, non eſt ſalutis præſidium, ſed huma-
nitatis officium. Veruntamen cum Maria
Magdalena vnxerit Dominum ante paſſio-
nem. Matth. xxxvj. cap. fecit enim morituro
quod non potuiſſet facere mortuo. Marci.
xiij. cap. Præuenit, inquit, vngere corpus
meum in ſepulturam. ex hoc probari poteſt
corpora defunctorum lauanda eſſe. Nam
ſicut Hierony. ait in originali ſuper illud
Matt. vj. ca. vnge caput tuũ in illis partibus
unguentis pro balneis utebantur. Canon
Tholetan. concilij. xiij. quæſt. ij. qui diuina.
ſtatuit quòd qui diuina uocatione ab hac
uita recedunt, cum pſalmis tantummodo
& pſallentibus uocibus ad ſepulchrum de-
ferantur: debet † autem defunctus portari 37
à conſimilibus ſuæ profeſſionis, ut ſi fuerit
diaconus à diaconibus: ſi ſacerdos à ſacer-
dotibus, ſi ſint ibi: aliter non eſt vis, quia
neceſſitas legi non ſubiacet: de cõſec. diſt. j.
ſicut. extra de obſeruatione ieiun. cap. ij.
clericus à clericis: catholicus à catholicis.
Si uero fuerit de aliqua fraternitate, depor
tetur ab illis, qui ſunt eiuſdem fraternita-
tis, mulieribus uero non licet corpora fer-
re, ne cogantur corpora ſua laſciuia inci-
tantia

tantia denudare, quòd facilè contingere possit. dum autē de domo ad Ecclesiam seu sepulturam portantur, secundū quorundā locorū morē ter in via pausatur. ¶ Primo, ad significandum, quòd ipse in hac vita existens, vt posset dignè Domino præsentari, & cū alijs sanctis perpetua quiete perfrui: in tribus specialiter seipsum exercitauit, videlicet, in Dei dilectione: in charitate proximi, & in custodia suiusiue quòd in fide sanctæ Trinitatis vixit, atq; vitam finiuit. ¶ Secundo, ad repræsentandum, ꝙ Dominus triduo in ventre terræ pausauit. ¶ Tertio, tres pausę fiunt in via, vt per tres dietas psalmodiæ, quæ tunc dicitur trina fiat ei absolutio à delictis tribus modis, scilicet cogitatione, uerbo, & opere commissis. Exod. iij. Viam trium dierum ibimus in solitudine. Deinde ponitur in spelunca in qua in quibusdam locis ponitur aqua bene-
38 dicta † & prunæ cum tuc. Aqua benedicta ne dæmones, qui multum eam timent, ad corpus accedant. Solent nanq; desæuire in corpora mortuorum, vt quod nequiuerunt in vita, saltem post mortem agant. Tus vero ibi ponitur propter fœtorem corporis remouendum, seu vt defunctus creatori suo acceptabilem bonorū operum odorem intelligatur obtulisse, seu ad ostendendum, quod defunctis prosit auxilium orationis. carbones in testimonium, ꝙ terra illa ad cōmunes vsus amplius redigi non potest. plus enim durat carbo sub terra, quàm aliud. Hædera quoq; vel laurus & huiusmodi, quæ semper seruant virorem in sarcophago corpori substernuntur, ad significandum, ꝙ qui moriuntur in Christo viuere nō desinent. Nam licet mundo moriantur, secundum corpus, tamen secundum animā viuunt, & reuiuiscunt Deo. Alia tamen consideratione habebant in funeribus antiqui cypressos, quia videlicet sicut cypressus cæsa non iterum surculescit, sed tota moritur, ita homo mortuus non reuiniscit. Fiunt etiam hæc, nō quia cadaueribus insit sensus, sed in figuram, videlicet, vel ad resurrectionem sperandam, uel ad Dei misericordiam: seu beneuolentiam prouocandam: cui talia pietatis officia placent. de-
39 bet autem † quis sic sepeliri, ut capite ad occidentem posito, pedes dirigat ad orientem, in quo quasi ipsa positione orat, & innuit ꝙ promptus est, ut de occasu festinet ad ortum, de mundo ad seculum. Et in quocunq; loco extra cœmeterium Christianus sepeliatur, semper crux capiti illius apponi debet, ad notandū illum Christianum fuisse, quia hoc signum diabolus valde veretur, & timet accedere ad locum crucis signaculo insignitum. ¶ Debent † quoque 40
fideles Christiani sepeliri induti sudarijs: prout prouinciales obseruāt, quod sumunt ex euangelio, in quo legitur de sudario & sindone Christi. Quidā uero cilicio insuuntur vt hac veste insignia pœnitentiæ repræsentent. nam cinis & cilicium, arma sunt pœnitentium. Nec debent indui vestibus cōmunibus, prout in Italia fit. & vt quidam dicunt, debent habere caligas circa tibias, & sotulares in pedibus, vt per hoc ipsos esse paratos ad iudicium repræsentetur. Clerici † uero, si sunt ordinati, illis instrumentis 41
induti sint, quæ requirunt ordines, quos habent. Si uero non habent ordines sacros more laicorum sepeliantur. Veruntamen licet in alijs ordinibus propter paupertatem hoc sæpius omittatur, in sacerdote tamen & Episcopo nullo modo prætermittendum est. Vestes enim sacerdotales, virtutes significant, cum quibus pre cæteris sunt duo presentandi. Euticianus Papa statuit vt nullus martyres sepeliat sine dalmatica, aut collobio purpurato. ¶ † Circa hoc 42
autem considerandum est, vtrum Christus vestitus fuerit post resurrectionē, & vtrum cœlum vestitus ascenderit, & vtrum duobus discipulis euntibus in Emaus, & cæteris mulieribus, & discipulis uestitus apparuit. Siquidē angeli leguntur uestiti apparuisse, iuxta illud Ioan. Vidit angelos sedentes in albis, & alibi. Ecce duo uiri adstiterunt iuxta illud in uestibus albis, qui & dixerunt. Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniat, quemadmodū uidistis eum euntem in cœlum. Nempe Christus uestitus ascendit in cœlum, iuxta illud. Quis est iste qui uenit de Edon, tinctis uestibus de bosra. Item angeli dixerūt. Quare rubrum est indumentū tuum? ¶ Quæritur † etiam, 43
vtrum homines erunt nudi post diem iudicij: an vestiti? & uidetur quod uestiti. Nam semper angeli apparere solent uestiti, & Christus etiam post resurrectionē cum ueste apparuit, & in transfiguratione uestitus fuit.

fuit. vnde & apparebant vestimenta eius alba, sicut nix. E cōtra videtur, ꝙ nudi erunt, quia habet authoritas quòd in eadem forma erimus, in qua fuit Adam prius, quàm peccaret, & etiam in meliori, sed tunc fuit nudus: ergo similiter nudi erimus. Solutio. nil diffinimus de ueste, sed hoc solum dicimus, quod ibi nō erit difformitas, nec vlla aduersitas, uel infirmitas, & erimus uestiti & ornati uestimentis uirtutum. ¶ Quis autem & in quo loco sepeliri debet, & vtrum locus sepulturæ aliquid conferat, dictum est in prima parte, ubi de cœmeterio agitur. ¶ Illud autem nota, ꝙ quia scriptum est. Leuit. xxj. cap. Pontifex ad omnem mortuum etiam patrem uel matrem non ingredietur, neq; egredietur de sanctis. hinc est, quòd Romanus Pontifex ad nullius defuncti domum accedit. item quia ibidem dicitur. Sacerdotes non radent caput, non barbam, nec in crinibus suis facient inscissuram. ideo qui charorum morte tristantur, barbam nutriunt, nec crines præscindunt, & etiam nigris uestibus ornantur, ut per nigredinem & dolorem consepulti mortuo
44 videantur. ¶ Hic etiā † quæri potest, vtrum voces mortuorum loquantur? & videtur ꝙ sic iuxta illud prophetæ. Exultationes Dei in gutture eorū. Hormisda Papa cinquanta dist. si quis diaconus. dicit, ꝙ illi, quibus cū falsa misericordia indulserimus, ante tribunal Christi contra nos facient quęstionem. & August. xiij. quęst. ij. fatendū. dicit quòd defuncti, qui nesciunt, quæ hic fiunt, dum hic aguntur, posteà audiunt ab his, qui moriendo hinc recedunt. Sed Apostolus contradicere videtur, dicens, quòd tunc linguæ cessabunt. & psal. Non mortui laudabūt te. Et nota secundum August. ꝙ tempus, quod inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis, id est, nobis occultis receptaculis cōtinet. ¶ Postremo nota secundum magistrū Ioan. Beleth. ꝙ antiqui solebant dicere, ꝙ quando animæ in humanis sunt corporibus, vocantur animæ, in infernis manes, quando uero cœlos ascendunt: spiritus quando autem recens erat sepultura, siue quando spiritus circa sepulturas errabat, vmbram uocabāt. vnde psal. Nam si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, & ideo tunc panem & vinum ponebant supra sepulchra mortuorum, vt dictum est sub titulo de cathedra Petri. ¶ In
† missa pro mortuis dicitur quandoq; epi- 45
stola. Vir fortissimus iudas. ij. Machab. xij. cap. quandoq;. Nolumus uos ignorare de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem non habent. j. Thessal. iiij. cap. quandoq;. Audiui vocem de cœlo. Apoc. xiiij. cap. quandoq;, Ecce mysterium vobis dico. j. Corin. xvj. ca. Dicitur etiam quandoq; euāgelium. Amen dico vobis, quia venit. Ioan. v. ca. quandoq;. Dicit Martha ad Iesum. Ioan. xj. cap. quandoq;. Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat &c. Ioan. v. cap. quandoq;. Omne, quod dat mihi pater. Ioan. vj. ca. quandoq;. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Quod est ibidem.

SVMMA.

1 *Sancti coronati, & eorum nomina. num. 2.*

De quatuor coronatis martyribus. Cap. 36.

DE † quatuor coronatis hoc notabile reperitur quòd quinque fuerunt, 1
qui uenerant ad construendum tēplum. & Diocletiano cognito, quòd essent Christiani martyrio sunt coronati: quorum nomina quia nota fuerunt, idcirco in collecta ponuntur. Post duos uero annos alij quatuor martyrium susceperunt, quorum corpora sepulta sunt, iuxta corpora prædictorum quinque, quorum nomina quia fuerunt ignota, ideò statuit Melchiades Papa, vt dies eorum sub nominibus prędictorum quinque celebris habeatur, & sic vocatum est festum quatuor coronatorum. postea uero fuerunt quidam religioso eorum nomina reuelata, scilicet † Seueri, Se- 2
uerini, Carpuphori, & Victorini: nomen tamen festi propterea mutatum non est, nec etiam dies in calendario.

SVMMA.

1 *Martinus, dicitur par Apostolis. Et qua id ratione.*

2 *Martinus, solus inter Confessores habet octauas institutionis.*

De

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

De beato Martino Episcopo & Confessore. Cap. 37.

1 DE beato † Martino scien dum, ꝙ dicitur par Apo stolis, non propter su scitationē mortuorum quorundam, vt quidam putant, cum idem multi alij fecerint martyres, & confessores, vel propter multitudinem miraculorum, sed specialiter propter vnum miraculū. Cum enim esset Thuron. Archiepiscopus, uenit ad eum quidam pauper & inops tunicam ab eo petens, & ipse cōcessit. Iussit ergo procuratori suo vt emeret. Ille uero iuit ad forum, & tardus redijt, tunicam vilem portans, quæ ferè penula, quasi penè nulla poterat dici, quam vir sanctus sibi monstrare fecit. Erat autē breuis fortè, vsq; ad genua: manicæ vsq; ad cubitum, extrahēs ergo suam, pauperi dedit, & ipse pauperis tunicam induit. Nec multo post præparauit se ad celebrandum missam, & stans ante altare: sicut mos est in præfatione, leuauit manus ad Dominum manicis laxis retro labentibus: licet nec grossa eius brachia nec multum carnosa essent, & cum præfata penula, non nisi vsq; ad cubitum protenderetur, remanserunt eadē brachia nuda. Tunc uenerūt miraculosè aurei torques, ipsaq; decenter operuerunt, & globus igneus apparuit super caput eius: per quod demonstratum est, Spiritum sanctum super descendisse ad robur: sicut super Apostolos in Pentecoste. Vnde propter hoc nō immeroni dictus est par Apostolis: est etiā
2 eis par in officio.¶ † Considerandū autem est, quòd ipse solus inter Confessores institutionis habet octauas: sicut beatus Laurentius inter martyres. ille enim dixit: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. & Martinus in agone mortis dixit dæmoni adstanti. Nil inuenies in me cruenta bestia, ecce quomodo concordant. ille præpollēs martyr, quare præ omnibus alijs octauas, & vigiliam habet: iste cōfessor excellens, quare præ omnibus alijs octauam habet. Cappam eius reges Francorum consueuerunt portare in prælijs, vt dictum est in secunda parte, vbi agitur de sacerdote. Fortunatus Poeta vir vita egregius, & ingenio præclarus, de Italia Thuronis veniens, gesta beati Martini conscripsit tempore Ioannis Papæ tertij.

SVMMA.

1 *Andreæ Apostoli statura. Et vbi ille prædicavit. num. 1. eiusq; diei officium. num. 3.*

De beato Andrea Apostolo. Cap. 38.

1 SANCTVS Andreas † niger fuit colore, barba prolixa, staturæ mediocris. hoc ideo dicitur vt sciatur qualis in Ecclesia debet depingi, quod de vno quoq; Apostolo
2 rum & aliorum multorū Sanctorum sciendum esset. Prædicauit autem in † Achaia & Athenis, & circa partes illas. Excellentis fuit valde meriti, nec sine causa beatus Gregorius fuit sibi adeo deuotus, quòd, sibi fecit propriuū officium, & monasteriū condidit, & ibi monachus extitit, vigiliam ex institutione non habet, quia est in tempore ieiuniorum, quare non fuit necesse institui ei vigiliam, & idem est de beato Thoma Apostolo. Sanè ossa eius ac beati Lucæ euāgelistæ tempore Constantini secundi Imperatoris translata sunt apud Constantinopo
3 lim. Hac die dicitur epistola. Corde † credi tur ad iustitiam. Rom. x. ca. & euangelium. Ambulans Iesus iuxta mare. Matt. iiij. cap. ¶ Postcōmunio. Venite ad me. quæ est ibidem. ¶ In vigilia uero est introitus. Dominus secus mare. Matt. iiij. cap. Et euangeliū. Stabat Io. & ex discipulis Io. j. ca. ¶ Postcōmunio. Dixit Andrea. Ioan. j. cap.

SVMMA.

1 *D. Nicolai historia vnde introductum, vt legatur in Ecclesia.*

De beato Nicolao. Cap. 39.

LEgitur, ꝙ cum in quadam Ecclesia, quæ dicitur Crux, subiecta monaste
1 rio beatæ Mariæ de charitate † nondum historia beati Nicolai cantaretur: fratres eiusdem loci priorē suum, ut eam sibi cantare

cantare liceret, instanter rogauerunt ille vero hoc præcisè negauit dicēs incongruū fore pristinum morem nouitatibus immutare. Illis vero instantibus indignatus respondit: recedite à me quia noua cantica, imò ioculatoria quædam in mea Ecclesia non cantabuntur. Adueniente autē eiusdē Sancti festiuitate, fratres cum quadam animi tristitia mutinales vigilias peregerunt. Cumq; omnes se in lectis recepissent, ecce beatus Nicolaus priori visibiliter terribilis apparuit, quē à lecto extrahens per capillos, dormitorij pauimento allisit, & incipiens antiphonam. O pastor ęterne, per singulas vocum differentias virgis, quas in manu tenebat grauissimos ictus super dorsum illius ingeminam: per ordinē morosè cantando antiphonam ipsam ad finem vsq; perduxit: omnibus ergo illis clamoribus excitatis, semiuiuus ad lectum deportatur, qui tandem ad se redieus, dixit: ite & historiam nouam sancti Nicolai decantate. Tempore Henrici quarti Imperatoris ossa sancti Nicolai apud vrbem Beneuentum translata sunt.

SVMMA.

1 *Beda, cur dictus venerabilis. & nume. 2. Et vbi sepultus. ibid. in fin.*

De venerabili Beda Presbytero. Cap. 40.

BEda venerabilis presbyter, & monachus egregius, expositor, claruit in Anglia, circa annū Dñi ccccccclxvj. qui licet in Sanctorū catalogo com-
1 putetur non tamen ab Ecclesia † Sanctus, sed venerabilis appellatur, duplici ratione.¶ Primo, quia cum præ nimia senectute eius oculi caligarent, faciebat se duci per villas, & castra, vbiq; verbum Domini prædicando, cumq; quadam vice per quandam vallem magnis lapidibus plenam transiret, quidam ex ductoribus deriforiè dixit ei, quòd ibi erat magnus populus, congregatus, expectans eius prædicationem auidè & silenter, & tunc incepit ille prædicare ferueuter, & cum in fine conclusisset. per omnia secula seculorum: mox omnes lapides alta voce clamasse dicuntur. Amen † venerabilis pater, & ideo venerabilis pa- 2
ter appellatur. Alij vero asserunt, quòd angeli responderunt, bene dixisti venerabilis pater.¶ Secunda causa est, quia post eius mortem clericus quidam sibi deuotus quendam versum edere cupiebat, quem in illius tumulo sculpi facere intendebat, incipiendo sic. Hac sunt in fossa: volens versum terminare, Bedæ sancti ossa, sed quia talem finem versus congruitas non patiebatur, & sedula mente reuolueret, nec congruum finem videret, dum quadam nocte multum super hoc cogitasset: mane ad tumulum properans manibus angelicis taliter versum scriptum reperit finitum. Hac sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa. Eius autem corpus ad Ianuam deuotione congrua dicitur coli.

SVMMA.

1 *Thomæ Apostoli officium ecclesiasticum.*

De sancto Thoma Apostolo. Cap. 41.

HIstoria † seu legenda de Sancto 1
Thoma Apostolo, & siquid ex ea in responsorijs vel antiphonis sumptum reperitur inter apocripha deputatur: in ipso autem festo legitur ad missam Euangelium: Thomas vnus ex duodecim. Ioan. xx. ca.

SVMMA.

1 *Stephani, & Ioannis Euangelistæ, & Innocentium festum cur comitentur Natiuitatem Domini.*
2 *Martyrium est triplex.*
3 *Stephani officium. & numero. 4. 15.*
5 *Alchuinus composuit sancti Stephani historiam.*
6 *Ioannes euangelista passus est martyrium: quod est voluntate, non opere.*
7 *Ioannis Euangelistæ officium.*
8 *Ioannes Euangelista obijt in festo Ioannis Baptistæ. & nume. 9.*
10 *Innocentes tertium martyrium sustinuerunt, quod est opere & non voluntate. Et cur illud festum celebret Ecclesia. num. 14.*
11 *Innocentium festum cur non admittat cantica lætitiæ. Et eorum officium. nume. 12. 13.*

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De sanctis Stephano, & Ioanne euangelista, & Innocentium. Cap. 42.

POST Domini Natiuitatem sequenti die fit festum de obitu beati Stephani protomartyris, & tamen ipse fuit passus in Augusto. Quare autem hoc festum fiat sub festo inuentionis eius dictum est. ¶ Quæri-
1 tur, quare † hęc tria festa, videlicet Sanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentium immediatè post festum Natiuitatis Domini ordinantur? Respondeo. Primo, vt Christo capiti & sponso omnes sui comites adiungantur. Natus enim Christus sponsus Ecclesiæ in hunc mundũ tres sibi comites adiunxit: de quibus dicitur in canticis. Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus: candidus quantum ad Ioannem Euangelistam prętiosum virginem, & confessorem: rubicundus quantum ad Stephanum protomartyrem: electus ex milibus, quantum ad magnam turbam Innocentium. Secundo vt sic Ecclesia omnium martyrum genera, quorum quidem martyrij Christi Natiuitas causa fuit insimul adunaret. Tri-
2 plex † est enim martyrium. Primum voluntate, & opere, & tale fuit martyrium beati Stephani, & hoc est dignissimum in genere. Hoc autem dicimus, quia aliqua circunstantia facere posset, quod aliquis confessor aliquo martyre dignior esset, & ideo festũ eius præcedit alia, & continuatur festo dominicæ Natiuitatis. Vnde in ipso festo legitur. Mortem quam Saluator dignatus est pro omnibus pati: hanc ille primus præ omnibus reddidit Saluatori. Et iterum. Christus heri natus est in terris vt hodie nasce-
3 retur Stephanus in cœlis. ¶ In † festo beati Stephani introitus est. Etenim sederunt Principes, & aduersum me loquebantur. in quo ostenduntur insidię principum iudæorum beato Stephano insidiantium. Epistola est. Actu. vj. cap. Stephanus plenus gratia & fortitudine, quæ sicut dicit August. in sermone huius diei cum plurimũ habeat admirationis in ipsa specie, non minus continet in mysterio dignitatis, in qua narratur tam passio ipsius, quam passionis causa, & meritum seu renumeratio, & hæc etiã insinuantur, & representantur in responsorio, quod est. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur & in illo, quod est. Video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei. Act. viij. ca. Et in offertorio, & in post cõmunione. Video cœlos apertos. Act. vij. cap. Et in nocturnali etiam officio idem repetitur, vt ostendatur, quod sæpe & sæpius cõsiliati sunt principes sacerdotum in mor
4 tem eius. Euangelium est. Ecce † ego mitto ad vos Matt. xxiij. cap. Et sequitur: Hierusalem, Hierusalem, quę occidis Prophetas, & lapidas eos, &c. Stephanus enim fuit lapidatus: dicitur etiam ibi à sanguine Abel iusti, sicut enim ille fuit protomartyr in veteri testamento: sic iste in nouo. ¶ Historiam sancti Stephani composuit Alchuinus Caroli magister, & Capellanus: nocturnales antiphonas de psalmis, quibus attitulantur, accepit: cætera de actibus Apostolorum: antiphonis etiam laudum quidam versus præmittuntur, prout dictum est in sexta parte sub dominica de Trinitate. Frequẽtatur autem in versiculis allelu-Ia, vel propter solennitatem dominicæ Natiuitatis, vel propter gaudium de consortio Stephani angelicæ concionis. Dicitur enim illud capitulum: Stephanus plenus gratia & fortitudine, & illud: Surrexerunt quidam. quæ sunt. Actu. vj. cap. & illud. Cum esset Stephanus plenus. Act. vij. cap. Secun-
5 dum † martyrium est uoluntate, & non opere, quale fuit martyrium Ioannis euangelistæ, qui martyr fuit, sicut patet in illa antiphona. In feruẽtis olei dolium missus Ioannes Apostolus, diuina se protogente gratia illæsus exiuit, vt sicut consenserit carnis æstum, quia virgo fuit mente & corpore: sic nec æstum feruentis olei sensit. In natali autem eius canitur, in quibusdam Ecclesijs vna missa in exordio lucis, ad notandum, quòd ipso accepto lumine huius mundi sacrificium virginitatis semper obtulit Deo, qua enim non poterat habere vigiliam propter festum beati Stephani, statutum fuit, vt duas missas haberet. In missa de beato Ioanne epistola. Qui timet † Deum, faciet
6 bona. Eccle. quindecimo cap. Euangelium est. Dixit Iesus Petro. Ioan. vlt. ca. & cantatur allelu-Ia. Valde honorandus est, &c. Quod ibi dicitur. Qui supra pectus Domini, in cœna recubuit: sumitur Ioan. vlti. cap.

Introitus

Introitus est in medio Ecclesiæ aperuit. Eccle. xv. cap. & responsorium. Exijt sermo inter fratres, &c. Ioã. vj. ca. Item allelu Ia. Hic est discipulus. Ioan. vlti. ca. communio. Exijt sermo quæ est ibidem Dicitur etiam ad horas capitulum. Cibauit, Eccle. xv. cap. Et illud. Benedictus Deus, & pater. Ephes. j. cap. & illud. Qui timet Dominum. Eccle.
8 quindecimo cap. ¶ † Et nota, q̃ beatus Ioannes euãgelista in festo beati Ioannis Baptistæ obijt, sed quia non poterat tunc eius festum fieri, translatum est ad tertium diem natalis Domini, vt omnes comites suos haberet sponsus, vt præmissum est. Et festum beati Ioannis Baptistæ, in suo die remansit. nec mirum quia dies illa ab angelo gaudio Natiuitatis præcursoris authentica fuit. Nec est dogmatizandum, quòd Euãgelista Baptistæ, tanquã maiori cesserit, & pro eo quòd legitur. Inter natos mulierum, non surrexit maior Ioanne Baptista: nam quòd non esset de ipsorum maioritate disputandum, diuinitus est ostensum. Cum enim duo magistri, quorum vnus Baptistam, alter præferebat euangelistam solennem ad hoc indixissent disputationem, & quilibet solicitè inuestigasset authoritates, & rationes efficaces, quibus suum Ioannem præferre posset, tandem die disputationis aduenente, quilibet sanctorum æmulatori suo apparuit dicens. Benè concordes sumus in cœlis: de nobis non disputetis in terris. Tunc illi sibi adinuicem, & omni populo visionem publicauerunt, & Dominum benedixerunt, vel ideo fuit ad tertium diem post Domini Natiuitatẽ translatum, quia fortè illa die dedicata est ei Basilica, vel quia fortè ea die redijt de Pathmos insula, uel insulatus est: fuit enim Patriarcha Ephesinus.
9 ¶ Aiunt † quidam quòd beatus Ioan. cum post celebratam missam descendisset in tumultum, euanuit ab oculis circunstantium, & cum terra ibi scaturiat, de profundo addunt eum viuere, & terram eius anhelitu scaturire: alij in cœlum translatum. igitur partim ex euangelio partim ex eius tribulatione hodierna copulatur historia. in cuius vltimo responsorio, scilicet in medio Ecclesiæ, quòd sumitur de lib. Sapien. in quo agitur de spiritu intellectus neuma iubilatur, quia per spiritum intellectus fuit de ineffabili verbo, scilicet de Deo vero locutus.
¶ † Tertium martyrium est opere & non 10
voluntate, quale fuit martyrum Innocentum, quod sicut tertiũ locum obtinet in dignitate, ita & inter festa martyrũ. Sed quare festum Innocentum celebratur ante festum stellæ, id est epiphaniæ cum mortui fuerint post apparitionem stellæ quando, scilicet Herodes vidit q̃ illusus esset à magis. Respondetur, quòd Herodes auditis rumoribus de Christo nato, turbatus est valde, timens emittere regnum vnde cogitauit facere interfici omnes pueros, & sic Christus non euaderet, sed fuit impeditus tunc, quoniã August. Cęsar mandauit ei, q̃ ad eum ueniret cum Aristobolo & Alexandro, filio ipsius Herodis, responsuris coram eo, & quia non fuit ausus non ire, iuit, post modum vero reuersus reuoluto anno post natale Domini fecit omnes pueros interfici à bimatu, id est, biennio & infra: *bimatus* enim græcè, dicitur latinè biennium.
¶ Queritur † quare in festiuitate Innocen 11
tiũ in missa. Gloria in excelsis, & allelu-Ia, & alia cantica lętitię nõ cantantur? Dicunt magistri ideo, quia mortui sunt ante Domini passionem, & sic ad inferos descenderũt. Sed pari ratione, & in festo beati Ioannis Baptistæ subticeri deberent. Dicendum est igitur, quòd hoc ideo cõtingit, quia author officij, voluit nos coniungi in hac festiuitate animabus denotarum mulierum de morte Innocentum plangentiũ, & dolentium. Vnde causa tristitiæ earũ illa dimittimus, & aliqui legitur prophetia Hiere. xxxj. cap. de innocentibus. Vox in rama audita est quæ ad literam de Beniamitis exponitur, qui interfecti sunt, propter vxorem Leui, quam oppresserant. & Rachel fuit mater Beniamin. Vel per Rachel quæ interpretatur ouis vel videns: intelligitur Ecclesia, quæ plorat filios suos, scilicet triplices.
¶ Primi sunt martyres considerans eos esse sibi subtractos, & non vult consolari in præsenti, sed omnem consolationem transfert in futurum, quia non sunt scilicet præsentes. ¶ Secundos filios luget Ecclesia, quia fere ad partum veniunt, in quibus patitur abortum. Tertij vero, sunt qui iam renati in baptismo erant, sed per peccata retrocedunt: hos & illos luget Ecclesia, quia non sunt, id est, damnati sunt, & ideo quia luget Ecclesia cantica lætitiæ subticentur. Potest

esse

esse & alia ratio: nam cantica lætitiæ propriè post victoriam cantari debent, vnde Ezechieli dictum est. Dispone domui tuæ, quia morieris, quia post victoriam habitam non cecinit cantica lætitiæ, sed Innocentes non habuerunt victoriam: non enim est victoria, ubi pugna non est. Media ratio melior est. Quidam tamen pro allelu-Ia cantant in missa. Laus tibi Christe. Alij: Cante
12 mus eia. Et dicitur epistola. Vidi † supra monté Sion agnum stantem. Apoc. xiiij. ca. & euangelium: Angelus Domini apparuit in somnis. Matth. ij. ca. Si autē festum illud in dominica contingit, nullum canticū lætitiæ subticetur, propter gaudium resurrectionis. In octauis quoq; eorum cantica lętitiæ cantantur, pro significatione gaudij, quod accepturi sunt in octaua, id est in resurrectione, quia licet ad inferos descenderint: resurgent tamen nobiscum in gloria. Octauæ enim festiuitatum celebrantur in memoriam generalis resurrectionis, quam significant. ¶ Rursus quia hac die tristitiam mulierum representamus, in multis Ecclesijs diaconi non vtuntur dalmaticis, nec subdiaconi subtilibus, id est, tunicellis, ad notandum, quòd innocentes statim in morte primam stolam non receperunt, sed ad infernum descenderūt, de hoc in tertia par
13 te dictū est: sub titu. de coloribus. ¶ In † hoc festo dicitur ca. illud. Vidi supra montem. Apoc. xiiij. ca. illud. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. & illud. Hi empti sunt: ibidem. ¶ Et aduerte, q; antiphonę nocturnales de psalmis sumuntur: cætera de epistola & euangelio. Quòd autem dicuntur. exliiij. milia finitū ponitur pro infinito quia Deus omnes sub certo numero comprehendit. Quod etiā dicitur. Vidi sub altare Dei animas interfectorū: sic est accipiendum, quia Ioannes vidit animas interfectorum sub altare, id est, humiliatos capiti suo, vel quia in absconso, quia nemo per-
14 cipit hic, quomodo ibi sit. ¶ † Sed quare solennizat Ecclesia pro morte Innocentum, qui non habuerunt uoluntatem patiendi? Videtur enim q; eadem ratione si aliquis tyrannus interficeret tot pueros deberet Ecclesia similiter solennizare pro illis, quod uerum non est. Responderi potest q; hoc festum propter tria celebrandum est: licet uoluntatem non habuerunt patiendi. Primo, quia Christus in eis querebatur, & occidebatur. Secundo, quia Christus in eis celebratur diabolo & Herodi. Tertio, quia nomen Domini non loquendo, sed morendo confessi sunt, quia pro Christo & vice Christi sunt occisi. Erant innocentes autē, quia circuncisi. nam circuncisio erat tunc remedium cōtra originale peccatum: licet non ita sufficiens, sicut nunc baptismus est. ¶ Illud autem sciendum est, quòd in quibusdam Ecclesijs † in die natalis Domini 15
diaconi vesperis finitis in honorem beati Stephani, qui eximius diaconus fuit in tripudio conuenientes cantant antiphonā de sancto Stephano, & sacerdos collectam. Nocturnos autem & officium in crastinum celebrant & benedictiones super lectiones dant, quod tamen facere non debent. Et eodem modo faciunt sacerdotes in festo beati Stephani in vesperis in honorē sancti Ioannis, quia ipse sacerdos fuit, & pueri in festo sancti Ioan. ad honorē Innocentiū. Subdiaconi vero faciūt festum in quibusdā Eccle. in festo circuncisionis, vt ibi dictum est in alijs in epiphania, & etiam in alijs in octaua epiphaniæ, quod vocant festum stultorum. Quia enim ordo ille antiquitus incertus erat. nam in canonibus antiquis: extrà de æta. & quali. à multis quandoq; vocatur sacer, & quandoq; non. ideo subdiaconi certum ad festandum non habent diem, & eorum festum officio celebratur confuso.

S V M M A.

1 *Apostolus, quis dicatur. Et qualiter officium Apostolorum exequatur Ecclesia.*
2 *Apostolorum officium. & num. 3. 4. 5.*
6 *Apostoli treis tantum Romæ: & treis Euangelistæ.*

De Apostolis. Cap. 43.

ΑΠόστολος græcè † interpretatur missus latinè: inde Apostoli dicti sunt, quia à Christo missi fuerunt euāgelizare per uniuersum orbem. Sanè Ecclesia in communi de Apostoli solennizat & canit in matutinis. Ecce ego mitto vos &c. Quia omnes electi sunt simul

simul à Domino, post sermonem ad eos factū in monte: sicut habetur in Matt. & Marco. qui, videlicet. electi sunt xij. De quibusdam tamē facit Ecclesia officium propriū, sicut de beato Petro, propter priuilegium dignitatis. De beato Paulo, quānis non sit de xij. propter priuilegium prædicationis. De beato Ioanne, propter priuilegiū amoris siue virginitatis. Et de beato Andrea, propter priuilegiū crucis, quam ita ardenter prædicauit, concupiscit & habuit. ¶ Per
2 horas capitulū illud: Iam non estis † hospites & aduenæ. Eph. ij. & illud: Non uos me elegistis, quod est ibidem. & illud. Beatus vir, qui suffert tentationē. Iac. j. ca. & illud. Magnificauit eum in timore inimicorum. Eccle. xlv. Et illud. Statuit illi Dominus testamentum sempiternum: ibidem & illud. In fide & lenitate illius sanctū fecit illum. ibidem, & illud. Ibant Apostoli gaudentes. Act. v. & illud. Nam quos præsciuit, hos & prædestinauit conformes. Roma. viij. cap. & illud. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt. Eccle. xliiij. ca. & illud. Non esurient, neq; sitient amplius. Apoc. vij. cap. & illud. Nos incensati uitā illorum. Sap. v. & illud. Ipso summo angulari lapide Christo Iesu.
3 Eph. ij. ca. habent † autē uigilias & octauas, quia si compatimur & conregnabimur. de hoc dictum est in iiij. parte sub quarta feria tertiæ hebdomadæ aduentus. Instantia tamen est de beato Ioanne euāgelista, quo ad ieiunium quod contingit, tum quia ut dicunt quidam non fuit martyr, nisi animo, tum propter festū sancti Stephani quod est
4 in uigilia festi eius. ¶ In uigilijs † Apostolorum dicitur epistola. Benedictio Domini super caput eius. Proue. xv. ca. Et Eccle. xlv. ca. Item illa. Per manus autē Apostolorum fiebant signa & prodigia. Act. v. ca. Et euan-
5 gelium. Ego sum uitis uera Ioan. xv. ca. † In festis uero Apostolorum dicitur epistola. Iam non estis hospites & aduenæ. Eph. v. ca. Item illa. Hi sunt uiri misericordiæ. Eccle. xliiij. Item illa. Scimus, quia diligentibus Deum. Rom. viij. cap. Item illa. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. Eph. j. ca. Item illa. Spectaculū facti sumus. ad Cor. iiij. ca. itē illa. Vnicuiq; uestrū data est Eph. iiij. ca. item Allelu-Ia. Ego uos elegi. Ioan. xv. itē illud. Venite ad me omnes, qui laborat. Matt. xj. ca. euang. uero. Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicē &c. Io. xv. ca. & illud. Hoc mādo uobis, quod est ibidē. itē illud. Ecce ego mitto uos. Matt. x. ca. itē illud. Facta est cōtentio inter discipulos Iesu. Luc. xxij. ca. itē illud. Designauit Dominus q; alios. Luc. v. ca. & illud. Ego sum vivo. Io. xv. ca. itē illud. Dixit Simon Petrus. Matt. xix. ca. Postcōmunio. Amen dico uobis, q; uos qui re. Matt. xix. cap. itē illa: Vos, qui secuti estis me, quæ est ibidē. ¶ † Et no- 6
ta, quod tres Apostoli leguntur tantū uiui fuisse Romæ scilicet Petrus & Paulus & Ioannes, & tres euangelistæ scilicet Ioannes, Marcus & Lucas. ¶ Notandum est etiā Apostolos siue Christi discipulos non ideo tantum fuisse passos, quia prædicabant de Christo, sed quia ipsum deificatum aiebāt; siue Romanorū authoritate, quod ipsi prohibuerant. Ecclesia olim statuit fieri communiter festum de omnibus Apostolis in Calend. Maij, vt dictū est in sexta parte sub festo Apostolorum Philippi & Iacobi.

S V M M A.

1 *Euangelistæ quatuor, designat fluuium Paradisi in quatuor capita deriuatum. Et recta est ea comparatio. num. 5. 2.*
3 *Euangelistas quatuor. & quatuor Doctores tantum cur admiserit Ecclesiam.*
4 *Euangelistæ quatuor, per quatuor animalia figurantur. Item per quatuor anulos aureos rotundos arcæ. num. 6.*
7 *Euangelistarum officium Ecclesiasticum communem eis. varie. & num. 9. Excepto Ioanne habente proprium. num. 8.*

De euangelistis. Cap. 44.

POst apostolos Ecclesia veneratur etiā euangelistas, qui non tantum prædicauerunt, sed etiā euāgelia scripserunt. Legitur enim in Gen. iiij. ca. quod † fluuius 1
egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradisum qui diuiditur in quatuor capita, scilicet physon: gyon: tygrim, & eufratē. Sanè allegoricè fluuius ille, euāgelica prędicatio est, quæ à Christo procedit, à quo generaliter omnis uoluptas emanat. Venite inquit ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, & inuenietis requiē animalibus vestris. Iugū enim

meum ſuaue eſt,& onus meũ leue. Guſtate
& videte,quoniam ſuauis eſt Dominus:bea
tus vir,qui ſperat in eo.¶ Rectè autem hæc
2 prædicatio fluuio † comparatur:tuum quia
reficit,abluit & fecundat:tum quia fluuius,
dicitur aqua fluēs, & vt Salomon ait:Aqua
profunda verba ex ore viri, & torrens inun
das,eſt fons ſapiētiæ, qui tam longè lateq;
defluxit, vt mundũ repleuerit vniuerſum:
iuxta illud:Euntes in vniuerſum mundum,
prædicate euangelium &c. Quapropter in
omnem terram exiuit ſonus eorum, & in
fines orbis terræ verba eorum. Hoc irrigat
paradiſum,id eſt,fœcũdat Eccleſiam, iuxta
illud,quod dicit Apoſtolus. Ego plantaui,
Apollo rigauit, Deus autem incrementum
dedit. Hic eſt enim fons hortorum,puteus
aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de
Libano. Fluuius autem iſte, in quatuor ca
pita diuiditur, quia prædicatio Ieſu Chri
ſti in quatuor euangelia deruatur:nam li
cet ſcripſerint multi Euangelia,quia Luca
teſtante.Multi conati ſunt ordinare narra
tionem rerum, quæ in nobis cõpleta ſunt:
tamen non niſi quatuor recepta ſunt ab
Eccleſia: videlicet,Matthæi,Marci, Lucæ,
3 & Ioannis,quod † vtique factum eſt quadru
plici ratione.¶ Primo ad oſtendendũ duo
rum teſtamentorũ concordiam: ſicut enim
in veteri teſtamento vnus fuit legiſlator,
ſcilicet Moſes, & quatuor maiores prophe
tæ,ſcilicet Eſaias, Hieremias, Ezechias,&
Daniel, & duodecim minores prophetæ,&
multi ſapientes,ſcilicet Iob, Dauid,Salo
mon, & Ieſus Syrach:ita & in nouo teſta
mento vnus fuit legiſlator, ſcilicet Chri
ſtus,& quatuor Euãgeliſtæ:duodecim Apo
ſtoli, & multi alij Doctores. vt Hierony
mus,Auguſtinus,Ambroſius, & Gregorius,
vt per hoc oſtendatur quia rota continetur
in medio Rotæ, & duo Cherubin ſeſe re
ſpiciunt verſis vultibus in propitiatorium.
¶ Secundo, pro miniſterio quadrigæ Ami
nadab,de qua ſponſa in canticis dicit: Ani
ma mea turbata eſt propter quadrigas Ami
nadab. Aminadab enim interpretatur ſpon
taneus Domini, hic eſt Chriſtus qui factus
homo. oblatus eſt, quia ipſe voluit, huius
quadriga eſt euangelica doctrina, per quam
eius fama per mundum vehitur vniuerſum:
cuius quatuor rotę ſunt dicti quatuor euan
geliſtæ, propter hanc quadrigam ſponſa,
id eſt, Eccleſia ſalubri dolore turbatur ad
pœnitentiam.¶ Tertio,ad deſignandum li
berationem generis humani à morte qua
drifica,id eſt, à tranſgreſſione quadruplici,
prima tranſgreſſio, fuit mandati in para
diſo, ſecunda, legis naturalis, tertia legis
ſcriptæ, quarta euangelij, vel potius pec
catum fragilitatis per impotentiam, ſim
plicitatis per ignorantiam, ſecuritatis per
negligentiam, malignitatis per inuidiam.
His enim quatuor modis peccandi anima
moritur,& ſeparatur à Deo.¶ Quarto,pro
miniſterio formæ quadrigæ, ſicut enim in
cæteras formas quadratum, ſic inter cæte
ras doctrinas euangelium ſolidius & ſtabi
lius perſeuerat, nam illud vndique ſtat, &
ideo legitur Apoc.xxj.cap.quòd ciuitas in
quadro poſita eſt, & iſtud propter ſtabili
tatem appellatur æternum, per cuius gra
tiam homo quadratur in moribus,& in vir
tutibus ſolidatur. Cæterum iſtorũ potius,
quàm aliorum euangelia recepta ſunt,tum
quia ipſi diligentius & apertius hiſtoriam
euangelicam deſcripſerunt, tum quia licet
aliquando varia ſeu diuerſa, nunquàm ta
men contraria ſeu aduerſa ſcripſerunt,tum
quia iſti quatuor † animalium figuris in vi 4
ſione Io.& Ezec.præfigurati ſunt Ezech.j.
Matthæus per hominem,eo, quòd eius in
tentio præcipuè circa ſcribendam Chriſti
humanitatem verſatur. Vnde eius liber ab
humana Chriſti natiuitate ſumit exordiũ.
Liber inquit,generationis Ieſu Chriſti &c.
Marcus per Leonẽ, in deſerto rugientem,
eo quòd eius intentio præcipuè circa deſcri
bendam eius reſurrectionem cõſiſtit. Vnde
eius euangelium antonomaticè in die re
ſurrectionis legitur. Dicitur autem quòd
leo rugitu maximo tertia die ſuos excitat
catulos, ita & Deus pater immenſa poten
tia ſua, filium ſuum tertia die ſuſcitauit,vn
de & Marcus ab exclamatione incipit,ſcili
cet à prædicatione Ioan.in deſerto claman
tis & dicentis. Vox clamantis in deſerto.
Et ſcias q̃ Marcus fuit longo naſo, ſubdu
cto ſupercilio, pulcher oculis,caluus,bar
ba prolixa,habitudinis optimæ, ætatis me
diæ,canos aſperſus. Lucas per vitulum, eo
quòd præcipuè circa deſcribendam Chri
ſti paſſionem eius intentio verſatur,in qua
Chriſtus ſe obtulit hoſtiã Deo patri, idem
ſacerdos & hoſtia.Vitulus enim erat hoſtia
ſacerdo-

ſacerdotalis. vnde à ſacerdotio incipit di
cens. Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ
ſacerdos quidam &c.Ioannes per aquilam,
quia cæteris cum Domino gradientibus ip
ſa in cœlum ad deſcribendam Chriſti diui
nitatem volauit, dicens. In principio erat.
& de hoc dictũ eſt in prima parte ſub titu.
de picturis. Hæ ſiquidem quatuor princi
pales intentiones deſignatæ ſunt per figu
ras illorum quatuor animalium,& quorum
quolibet ſecundum viſionẽ Ezechielis.iiij.
habet facies, quoniam omnes de ſingulis
agunt: licet quidam principalius de qui
buſdam, præſertim cum omnes agant de
Chriſto,cui quatuor illæ figurę cõueniunt:
fuit nanque homo naſcendo, vitulus mo
riendo, leo reſurgendo, aquila aſcenden
do. Quæ vt melius intelligas,imagina ali
quod animal habens caput quadratum, &
in qualibet ſuperficie imagina vnã faciem,
videlicet à parte anteriori, faciem homi
nis,à dextris, faciem Leonis, à ſiniſtris,fa
ciem vituli,à parte poſteriori, faciem aqui
læ à ſuperiori. Quia vero facies aquilæ ſu
per alas eminebat propter colli longi pro
ductionem, ideo dicitur quòd erat deſuper.
Quolibet etiam horum habebat quatuor
alas.de pœ.di.ij.pennata. Finge enim quod
libet animal quaſi quadratum, in quadrato
ſunt quatuor anguli, & in quolibet angulo
erat vna ala. Porro hi quatuor ſignificati
5 ſunt per prædicta † quatuor flumina. per
phyſon Ioannes, per gyon Matthæus, per
tygrim Marcus, per eufratem Lucas. Sic
enim clare probat Innocent.iij.de euange
6 liſtis in ſermone. Sunt † etiam ſignificati
per quatuor anulos arcæ qui aurei & rotun
di erant. In auro claritas, in rotunditate,
quæ initio caret & fine deſignatur æterni
tas, ipſi enim æternam Chriſti claritatem
& claram æternitatem deſcribunt per duos
anulos à ſiniſtris duo euangeliſtæ, ſcilicet,
Matt.& Ioannes,qui ab ipſo Chriſto fuerũt
edocti, ſignificantur. Quidam tamen per
duos anulos à ſiniſtris Matth.& Ioannem,
quia adhuc paſſibili & mortali adhęſerant,
accipiunt: per duos à dextris Marcum &
Lucam, qui poſt Aſcenſionem ei iam facto
immortali & impaſſibili adhæſerunt acci
piunt, per ſiniſtram enim mortalitas, per
dextram immortalitas deſignatur, ſecundũ
illud:Læua eius ſub capite meo, & dextera
illius amplexabitur me. Et propter hãc cau
ſam in picturis eccleſiarũ Paulus ad dexte
ram,& Petrus ad ſiniſtrã ſtatuuntur Saluatoris, & in bulla Papali caput Pauli à dex
tris crucis, & caput Petri à ſiniſtris.¶ Sanè
in † quibuſdã Eccleſijs antiphona ad Ma- 7
gnificat,in eorũ officio eſt. Ecce ego Ioan
nes vidi oſtiũ apertũ in cœlo &c.Apoc.iiij.
¶ Per horas autẽ dicitur capitulum. In me
dio Eccleſiæ aperuit os eius. Eccle.xv.cap.
& illud.Cibauit illum Dominus pane vitę,
& intellectus:ibidẽ.& illud: Iucunditatem
& exaltationẽ theſaurizauit, quod eſt ibi
dem. Omnia reſponſoria ſumpta ſunt de
Ezec.Primũ de viſione Dei, ſcilicet. Vidi
coniunctos,&c.¶ In laudibus vero habetur
de miniſterio prædicationis eorũ: Dilecti
Deo & hominibus &c. Eccle.xlv.cap.¶ In
troitus miſſæ propriè eſt. Os iuſti medita- 8
bitur ſapientiam. Tamen † Ioannes euange
liſta habet introitum propriũ,propter pri
uilegium amoris & dignitatis, videlicet,
In medio Eccleſiæ aperuit os eius,&c. quia
ipſe non tantum fuit euangeliſta,ſed etiam
propheta, quod patet in principio libri
Apoc.vbi dicitur. Beatus, qui legit, & qui
audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea,
quæ in ea ſcripta ſunt.¶ Notandum tamen
eſt, quòd iſte introitus propter priuilegiũ,
præd cationis:ſecundario competit Augu.
Grego.& alijs expoſitoribus.¶ † Epiſtola in 9
quibuſdam Eccleſijs eſt de figura quatuor
animaliũ. Ecce ego Ioan. vidi oſtium aper
tum.Apoc.iiij.cap.Aliæ Eccleſiæ dicunt il
lam. Ezech.j.cap. Similitudo vultus &c.
¶ Reſponſorium eſt. Beatus vir qui timet
Dominũ &c.Verſus eſt.Potens in terra erit
ſemen eius &c.quod intelligatur de ſemine
verbi Dei,& bonorum operibus. Sequitur:
Generatio rectorũ benedicetur, quia euan
geliſtæ generant filios Dei,qui benedicun
tur.¶ Allelu-Ia,in quibuſdam Eccleſijs eſt.
Primus ad Sion dicet ecce aſſ.& Hieruſa
lem. euang.Dabo.Eſa.xlj.cap.In alijs vero
Eccleſijs dicitur allelu-Ia.Beatus vir.Euã
gelium eſt. Deſignauit Dominus & alios
ſeptuagintaduos diſcipulos. Luc.x.capi.&
ſequitur. Et dicebat illis, Meſſis quidem
multa, operarij vero pauci.xx.diſtin.in no
uo.Offertorium eſt.Poſuiſti Domine ſuper
caput &c.Poſtcommunio eſt magna eſt glo
ria eius in ſalutari &c.

SVMMA.

1 *Martyr, id est, testis. Et an habeat octauam & vigiliam.*
2 *Martyrum officium, varie per discursum numero. 3. 4. 9.*
5 *Martyrum præmiũ, & eius expositio. & nu. 6.*
7 *Arundinetum, quid.*
8 *Melota, quid.*

De Martyribus. Cap. 45.

1 Μάρτυρ Græcè, dicitur testis † Latinè. martyres enim testes sunt ꝙ Christus passus est pro omnibus, & ipsi pro Christo. ¶ Sanè solus beatus Laurentius inter martyres vigiliam habet & octauam: prout sub eius festo dictum est. omnes enim martyres singulares habent communia officia exceptis Stephano: Laurẽtio: Ioãne Baptista & alijs
2 quibusdã. Et est † introitus ad missam. Gloria & honore coronasti eum Domine. vel, Sapientia sanctorũ. Eccle. xliiij. ca. vel Iudicabunt sancti. Sapien. iij. ca. vel, Sacerdotes Dei. Dan. iij. vel Lætabitur iustus. Hi tamẽ in paschali tempore habent aliud officium eo, ꝙ in illo tempore oportet ꝙ frequenter repetatur allelu Ia propter gaudiũ resurrectionis, & tũc est introitus. Protexisti me à conuentu malignantiũ, &c. Et quia corona debetur eis tanquã victoribus, ideo sæpe fit mentio de corona, vnde Stephanus, interpretatur coronatus. Epistola vero quandoque dicitur pro vno martyre. Iustus cor suum. Eccle. xxxix. ca. quandoq; illa. Beatus homo, qui inuenit sapientiam. Proue. iij. ca. quandoq;. Iustorum animæ. Sapien. iij ca. quandoq; illa: Iustus in morte præoccu. quę est ibidem. iiij. ca. quandoq; illa. Beatus vir, qui in sapientia. Eccle. xxiiij. ca. & xv. quandoq; illa. Benedictus Deus, & pater. ad Corinth. j. ca. quandoq; illa. Memor esto. ij. ad Timo. ij. ca. quandoq; illa: Nemo militans, quæ est ibidem, quandoq; illa. Beatus vir, qui inuẽtus est. Eccle. xxxj. ca. quãdoq; illa. Benedictio Domini super caput. Prou. xxv. ca. quandoq; illa. Stabũt iusti. Sapien. v. ca. Euangelium vero dicitur quandoq;. Si quis vult post me venire. Mart. xvj. quandoq; illud. Si quis venit ad me. Luc. xiiij. quãdoq; illud. Nisi granum. Ioan. xij. cap. quandoq; illud. Nolite arbitrari. Matth. x. quandoq; illud. Nihil opertum. quod est ibidem, quandoque illud. Si quis venit ad me, & non odit. Luc. xiiij. cap. ¶ Pro pluribus vero martyribus † dicitur quandoque epi- 3
stola: Lingua sapientium. Prouer. xv. cap. quandoque illa. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi. j. Petr. j. capit. quandoque. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Sapien. iiij. quandoque. Rememoramini pristinos dies. Hebræ. x. quandoque. Sancti per: fidem. Hebr. xj. ca. quandoque. Expectatio iustorum lætitia. Prouerbio. xj. cap. quandoque. Hi sunt viri. Eccle. xliij. cap. quandoque. Absterget Deus Apoc. vij. cap. quandoque. Reddet Deus. Sapien. x. quandoque. Iusti autem in perpetuum viuent. Sapien. v. cap. quandoque. Quis separabit nos à charitate Christi. ad Rom. viij. capit. ¶ Allelu-Ia est. Hi sunt duæ oliuæ. Apoc. xj. cap. euangelium vero quandoque dicitur. Cum audieritis prælia. Lucę. xxj. quandoque. Descendens Iesus de monte. Luc. vj. ca. quandoque Videns Iesus turbas. Matth. v. cap. quandoque. Egrediente Iesu de templo. Mar. xiij. ca. quandoque. Attendite à fermento Pharisæorum. Luc. xij. cap. quandoque illud. Sedente Iesu super montem oliueti. Matt. xxiiij. ca. quandoque illud. Væ vobis, qui ædificatis. Luc. xij. quandoque illud. Qui vos audit. Lucæ. x. capit. quandoque illud. Confitebor tibi pater. Matth. xxvj. cap. ¶ Dicitur postcommunio. Amen dico uobis, quod vni. Matth. v. cap. quandoque. Et si coram hominibus. Sapien. iij. capit. quandoque. Quicunque fecerit. Matth. xij. quandoque. Dico autem vobis. Matth. x. cap. quandoque. Signa autem. Mar. vlti. capit. & quandoque Multitudo. Luc. vj. capit. ¶ In nocturnali † vero 4
officio primum responsorium est. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem &c. Et est quinti toni, quia petulantia quinque sensuum fuit mactata in eis. In tempore vero paschali primum responsorium est. Beatus vir, qui metuit Dominum, & est octaui toni propter octauam, quæ significat gloriam resurrectionis, quia vero sancti martyres in tolerandis tormentis se habuerunt cõstanter, & constantia

tia à solo Deo est, ideo illud responsorium. O venerãda martyrũ &c. Cantatur pro eis & est quinti toni, quia martyres quinque sensus Deo immolauerunt. de martyribus etiam cantatur illud responsorium: Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & reg. dom. in æter
5 num &c. Sap. iij. cap. & est sensus. Iusti † fulgebunt in futuro diuersis beatitudinibus: prius tamen in hoc seculo discurrent, id est, per diuersas mundi partes cursitando diuina verba alijs annuntiabunt, & hoc faciunt more scintillarũ discurrentium per arundinetum: sicut enim scintillæ vel fauillæ ignis arundinetum, id est, materiam fragilem arundinum atterunt, & annihilant: sic & sancti sua prædicatione ignita, id est, diuino igne accensa, vitia quæ respectu fortium virtutum fragilia sunt, destruent. Iudicabunt, id est, dominabuntur nationes, id est, illos, qui in peccatis suis permanserunt, & regnabunt in æternum, id est, in æternitate cum Deo recipient immortalitatem, & impassibilitatem, cætera-
6 rasq; virtutes. ¶ Rursus in his † verbis exprimitur stola carnis, quam sancti recipiẽt, quæ consistit in quatuor, scilicet in claritate, subtilitate, agilitate, & impassibilitate. Nam fulgebunt clari & tanquàm scintillæ subtiles in arundineto, discurrent agiles, & regnabit Dominus eorum in perpetuum, & ipsi cum Domino impassibiles. Nam absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum &c. Imo exultabunt in gloria, & de cubilibus suis, quod ad stolam spiritus refertur, quam etiam recipiũt
7 sancti. & nota quòd † arundinetum est locus, in quo sunt multæ arundines siue cannę: sicut in paludibus: flante autem austro ex assidua confricatione arundinum ignis accenditur: scintillæ vndique aduolant & accenditur arundinetum, quod allegoricè contingit in sanctis. de martyribus etiam cantatur. Circumierunt in melotis. Heb. xj.
8 q. d. in petra. Melota est † vestis facta de pillis vel de pelle cuiusdam animalis, quod melota vocatur siue taxus. Est enim habitus necessarius ad exercitia operis. ¶ Per horas etiã dicitur capitulum illud. Beatus
9 vir † qui suffert. Iac. j. cap. & illud. Beatus vir qui inuentus est sine macula. Eccl. xxxj. cap. & illud. Beatus vir, qui in sapientia mõrabitur. Eccle. xiiij. cap. & illud, Iustorum animæ. Sapien. v. cap. & illud: Iusti autem in perpetuum viuent. ibidem. & illud Sancti per fidem. Hebr. xj. & illud. Potuit enim transgredi, & nõ est transgressus. Eccl. xxxj. ca. & illud: Corona aurea super caput eius. Eccle. xlv. & illud: Stolam iucunditatis induit. ibidem ibi tamen dicitur. Stola gloriæ. & illud: Sancti ludibria & verbera. Hebr. xj. & illud: Tanquàm aurum in fornace. Sapien. iij. cap. & illud: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione. Sapien. vij. cap. & illud: Non esurient neq; sitient ibidem & illud: Iusti tulerunt spolia impiorum. Sapien. x. cap. & illud: In bonis iustorum exaltabitur ciuitas. Prouer. xj. cap. ¶ Illud etiam sciendum est, quòd Ecclesia celebrat festum quorundam martyrum veteris testamenti prout dictum est in festo Machabæorum.

SVMMA.

1 *Confessores, dicuntur laudatores quod verbum commune etiam est & martyribus, & virginibus, & veris sanctis.*
2 *Confessores distinguuntur in Episcopos & Presbyteros. Et vtrocunq; aliquando idem officium: sæpe diuersum. vide & 3. 4. 5.*

De confessoribus. Cap. 46.

Confessores, dicũtur † laudatores: licet autẽ tam martyres, quàm virgines, quàm etiam omnes sancti veri sunt Christi cõfessores. Martyres tamen, quia in irascibili vincunt, transcendũt & superlucrantur speciale vocabulũ martyrum, & virgines quia vincunt in concupiscibili nomen virginum, & doctores, quia alios superant in rationabili doctorum: hinc est, quòd martyres, & virgines, & doctores, aureola decorabũtur. ¶ Sanè † confessores distinguuntur in epi- 2
scopos & presbyteros. De episcopis dicitur introitus: Statuit. Eccle. quadragesimo quinto cap. Et epistola: Ecce sacerdos magnus. Eccle. xliiij. Ipsi enim sunt magni sacerdotes. & illud de episcopis dicitur: Inueni

Universidad de Deusto Biblioteca

Dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum, quia non tantum vncti fuerunt in baptismo, & in confirmatione, & ordinatione in presbyteros, sed etiam in consecratione in episcopos, vt habeant misericordiam superfluentem, & officia illa, quæ incipiunt sacerdotes, propriè competunt episcopis: cætera sunt cõmunia, & plura sunt responsoria octaui toni, quia afflixerunt & crucifixerunt carnem suam cum vitijs, & concupiscentijs, propter octauas resurrectionis.
3 ¶ Rursus † de confessoribus dicitur quandoq; epistola. Dilectus Deo. Eccle.xlv.ca. quandoq;. Testificor coram Deo.ij.ad Timo.iiij.quandoq;. Plures facti sunt sacerdotes. ad Heb.vij.ca.quandoq;. Dedit Dominus confessionem. Eccle.xlv.cap. quandoq;. Iustus cor suum.quæ est Eccle.xxxix. cap.quandoq;. Sapientia laudabit animam. Eccle.xxiiij.quandoq;. Iustum deduxit Dominus. Sapien.x.cap. quandoq;. Doctrinis varijs. ad Hebræ.xxiij.cap. quandoq;. Ego enim iam delibor.ij.Timo.iiij. Allelu Ia. Iustus germinabit. Esa.xxxv.cap. Euangelium vero dicitur quandoq;. Sint lumbi vestri præcincti.Luc.xij.quandoque.Vigilate.
34 Matth.xxiiij. quandoque. Homo quidam peregrè. Matt.ij.cap.quandoque.Videte & vigilate. Mar.xiij.cap.quandoque. Homo quidam nobilis. Lu. xix.c.quandoq;.Nemo accendit lucernam.Luc.xj.cap.quandoque. Vos estis sal terræ. Matt.v.cap.quandoque. Nolite timere pusillus grex. Luc.xij.cap. Postcõmunio est. Quinque talenta. Matt. xxv.& quãdoq;.Fidelis seruus. Matt.xxiiij.
4 cap.& Luc.xij.cap.¶ Per † horas vero dicitur capitulum illud. Ecce sacerdos Eccle. xliiij.cap.& illud.Benedictionem omnium gentium &c.Quod est ibidem & illud.Cognouit eum.ibidem.& illud. Iustum deduxit.Sapien.x.cap.& illud. Iustus cor suum. Eccle.xxxix.cap.& illud. Magnificauit eum in conspectu regum. Eccle.xxv.cap. Sed ꝙ hic dicitur. Magnificauit:dicitur ibi glorificauit.& illud. Labia sacerdotis custodiunt. Malach.ij.cap. & illud: Non est inuentus similis illi. Eccle.xxiiij.cap.& illud:Fungi sacerdotio & habere laudem.Eccle.xlv.ca. & illud: Talis decebat, vt esset nobis pontifex:ibidem.& illud. Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non recedet memoria eius. Eccle.xxxix.cap.& illud: Honestauit illũ in laboribus.Sapi.x. cap.& illud: Custodiuit illum ab inimicis, quod est ibidem.¶ † Illud autem notandum est, quòd si plura festa in eadem die concurrant, illius qui inter eos maioris erit nominis officium celebratur. De hoc dictum est in procemio huius partis.

SVMMA.

1 *Virginum officium.& num.2.3.5.*
4 *Virgines quænam habeant proprium officium.*

De virginibus. Cap. 47.

OFficium matutinale † virginum maximè ex parte sumitur de psalmo epithalamico, scilicet. Eructauit cor meum:in quo agitur de laudibus sponsi & sponsę.Virgines enim,sunt sponsæ Christi, quæ sequuntur agnum quocunq; ierit, in corpore & in anima, propter integritatem corporis & animæ.¶ Notandum autem est, quod illud responsorium quod est de sponso, scilicet: Audiui vocem de cœlo &c.quod in quibusdam Ecclesijs dicitur: est primi toni, quia vnicus est sponsus animarum Christi, & sumitur de Matt.xxv.ca. illud vero, quod est de contemptu mundi, scilicet: Regnum mundi & omnem ornatum seculi contempsi &c. est quinti toni, quia ibi ostenditur cõculcatio quinque sensuum.¶ De † virginibus enim cantatur illud: Fulcite me floribus. Cantic.ij.& quod expositum est in quinta parte,sub titulo de sexta. In quibusdam Ecclesijs dicunt versiculum de virginibus, illum: Elegit eam Deus,& præelegit eam. sed alij rectius considerantes, quòd sola beata virgo Maria præelecta est, in honorem eius tantum dicunt illum: pro alijs vero virginibus dicunt. Elegit eam Deus, & dilexit eam. ¶ Per horas etiam dicitur capitulum. Qui gloriatur.j.Corinth.ij.cap. & j.Corin.x.ca. & illud: Aemulor enim.j.Corinth.xj.cap. & illud: Sapientia vincit.Sapien.viij.& illud. Memorati sunt Domine misericordiæ tuæ. Eccle.lj.cap.& illud. Liberasti me à perditione.ibidem. & illud. Accinxit fortitudine lumbos suos. Prouerb.xxxj.capit. In † officio missæ si sit virgo & martyr proprium officium est. Loquebar de testimonijs

nijs tuis in conspectu regum &c.Alia communia sunt:excepto,quòd de beata Agatha
4 dicitur introitus. Gaudeamus † omnes in Domino pro eo, quod ipsa excellenter lætissima venit ad passionem: sicut de ea scriptum est: Agatha lætissimè & glorianter ibat ad carcerem: ideo eius lætitiæ nostram lętitiam sociamus,& cum ea in Domino congaudeamus.¶ De beata etiam Agnete, officium missæ est. Me expectauerunt. ratio quare, potest ex eius legenda haberi. Et nota quòd de virginibus dicitur quan-
5 doque epistola. Confitebor † tibi Domine. Eccle.lj.cap.quandoque. Qui gloriatur.ij.Corinth.x.cap.quandoque. Domine Deus meus exaltasti. Eccle.ij.cap. quandoque. Sapientia laudabit animam: scilicet Sapien.xxiiij.quandoque: Sapiens vincit malitiam. Sapien.viij.quandoque: De virginibus.j.ad Corinth.vij.quandoq, Dominus possedit me. Prou.viij.ca.Allelu Ia. Et postcommunio: Quinque prudentes. Matth.xxv.cap.Euangelium quandoque dicitur: Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro.Matt.xxiij.ca.quandoque. Simile est regnum cœlorum decem virginibus. Matth.xxv.cap.

SVMMA.

1 *Dedicationis Ecclesiæ festum, respondet festo encæniorum.*
2 *Dedicatio Ecclesiæ, vnde duxit initium.*
3 *Dedicatio Ecclesiæ, cur octo diebus celebretur.*
4 *Dedicationis Ecclesiæ officium: & eius expositio.& num.5.& 6.*
7 *Dedicationis Ecclesiæ festum, differri reijci.*

De festo & officio dedicationis Ecclesiæ. Cap. 48.

VONIAM in parte prima dictum est qualiter Ecclesia dedicanda sit: restat, vt hic aliqua de officio, ꝙ in festo dedicationis Ecclesiarũ dicitur subijciamus. Festũ
1 ergo illud † solenniter ab Ecclesia celebratur de quo in Ioanne habetur: Facta sunt encænia,id est,festa dedicationis in Hierosolymis, & Iesus ambulabat in templo in porticu Salomonis, ad confirmationem illius festiuitatis. de consecratione distinctio.j.solennitates. Et dicitur porticus Salomonis, quia Salomon solebat ibi orare, & ibi orauit in die dedicationis.Hoc † etiã 2
festum in veteri testamento fiebat:vnde legitur in primo libro Machab.iiij.ca.Elegit Iudas Machabæus sacerdotes sine macula, & mundauerunt sancta. Ecclesia enim militans potest mundari, sed nõ triumphans, & August.dicit in homilia super prædicto verbo.Facta sunt encænia. Illum diem quo templum dedicatum est, Iudæi solenniter celebrant. Celebrauerunt autem iudæi encænia † octo diebus, quare videtur quòd 3
nos similiter festum dedicationis debemus octo diebus solennizare, vt in prædicto ca. solennitates.§.j. Sed mirum est quare octo diebus celebrauerint encænia, cum Pascha & scenopegiam non celebrauerunt,nisi per septem dies tantum, vt de consecratione distinctio.j §. Ad hoc est responsio, quia hæc festiuitas specialiter significat æternam dedicationem, in qua Ecclesia illa, scilicet anima sancta ita Deo dedicabitur, id est, copulabitur, vt non possit ad alios vsus transferri, quod erit in octaua resurrectionis, & ideo in nouo testamento habet hoc festum octauas.¶ Hæc Ecclesia construitur in baptismate & in doctrina & in pœnitentia. Hic enim auditur securis & omnis generis ferramentum,id est, omnia genera flagelorum, & disciplinarum: scilicet in Ecclesia militante, quæ per tabernaculũ Mosi significatur. Tabernacula enim militantium sunt. Templum vero illud Salomonis, significat Ecclesiam triumphantem,in qua hæc non audiuntur.¶ In † matu 4
tinali officio dicuntur illi psalmi in quibus fit mentio de portis, quæ specialiter sunt,timor & amor,sicut habetur in psalmo illo: Domini est terra.ibi: Attollite portas principes vestras &c.Item illi, in quibus fit mentio de altari sicut in psalmo illo. Iudica me Deus, & discerne &c. Item illi, in quibus fit mentio de ciuitate, vt sunt illi. Deus noster refugium &c.Et magnus dominus noster. Item illi, in quibus fit mentio de atrijs & de portis,vt sunt illi. Quàm dilecta tabernacula & fundamenta eius in montibus sanctis. Sed quæritur quare tunc

Universidad de Deusto Biblioteca

dicitur psalmus ille: Domine Deus salutis meę? ad quod quidam dixerunt quòd ideo, quia ibi fit mentio de sepulchris, sed hæc ratio non valet, quia ibi non fit mentio de talibus sepulchris in quibus habitant, siue sepeliuntur corpora fidelium, iuxta Ecclesiam, sed de sepulchris malorum, vnde dicimus, quod dicitur ille psalmus, eo quòd est psalmus pœnitentialis. & specialiter ibi de oratione habetur, quæ in Ecclesia facienda est. Vnde ibi dicitur: Intret oratio mea in conspectu tuo. Dicit autem Dominus de Ecclesia. Domus mea, domus orationis vocabitur. Octauus vero psalmus est. Qui habitat in adiutorio altissimi, id est, in Ecclesia, quia ibi dicitur. Altissimum posuisti refugium tuum, quia super omnes montes in vertice montium fundata est Ecclesia. Vltima vero antiphona: scilicet ad † Magnificat in vesperis est, pax æterna, quia ad hoc celebratur dedicatio, vt dedicemur & habeamus illam pacem æternam. Per horas autem dicitur capitulum illud. Vidi ciuitatem Apoc.xxj.cap.& illud. Ecce tabernaculũ.quod est ibidem, & illud. Vnusquisq; propriam mercedem.j.Corin.iij. & illud. Fundamentum aliud nemo potest ponere, ad Corinth.iij. Sanè huic festo competit, quòd Iacob vidit scalam & angelos ascendentes, & descendentes, id est, totam Ecclesiam vidit vna visione, & erexit lapidem, id est, Christum, qui est lapis in summo, & est lapis angularis, & fundamentum, qui omnia sustinet. Erexit inquam in titulum præconialem, memorialem, & triumphalem, fundens oleum desuper. Siquidem Iacob, id est prælatus fundit oleum super lapidem, id est, Christum, ad ostendendum eius chrismata. & idem prophetauit Iacob, dicens, Terribilis est locus iste: non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli: verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Terribilis est enim Ecclesia dæmonibus, propter Dei similitudinem, quam habet, & propter hoc ad missam est introitus: Terribilis † est locus iste. Genes.xxviij. Sequitur, & vocabitur aula Dei. hoc apposuit beatus Gregorius de suo: pro eo, quòd ibi paratus est Deus exaudire sicut dixit Dominus Salomoni.iij.Regum.xiij. Exaudiui orationem tuam &c. Quare autem terribilis sit: ostenditur in versiculo Dominus regnauit decorem induit, scilicet in membris suis, & ideo terribilis est Ecclesia dæmonibus. In consecratione vero altaris est introitus. Dicit dominus sermones mei. Esa.xix.& xvj. Epistola sumitur de Apoc. xxj. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalẽ &c. Responsorium est. Locus iste, scilicet Ecclesia materialis, sanctus est, quia sanctificata est ad hoc, vt ibi Dominus exaudiat preces, & ideo prestat orantibus sanctitatem Salomon enim orauit, vt Dominus orantes ibi exaudiret, & Dominus dixit ei. Exaudita est oratio tua: hoc enim significatum est iij. Regum.viij.ca. vbi Salomon dedicato templo ait. Quicunque orauerit in loco isto, exaudies in loco tabernaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris. Allelu. Iá est in quibusdam Ecclesijs. O quàm metuendus est. Genes.xxviij.cap. Euangelium vero est. Egressus Iesus. Luc.xix.cap. eo q̃ ibi habetur. Hodie salus huic domui facta est. in quibusdam tamen Ecclesijs legitur euangelium de Matthæo: in quo habetur, & non potuerũt subuertere domum illam. Fundata enim erat supra firmam petram: sequitur offertorium de verbis Dauid in Paralipomenon j.vlti.capit. vel secundum alios, sunt verba Salomonis: Domine Deus in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc. Obtulerat enim sacrificia inæstimabilia, quæ significant bonas operationes, siue cogitationes, & bona desideria, quæ inæstimabilia sunt & numero & prætio. ¶ Sequitur post communio: Domus mea &c. Esa.lvj.& Matth.vij.cap. ¶ Nota, quòd † si festum dedicationis Ecclesiæ occurrerit in passione Domini, fit in sequenti hebdomada: si vero in festo Ascensionis, de Ascensione fiet officium, & officium dedicationis differtur. Salomon enim dedicauit templum duodecima die mensis, & decima die mensis occurrebat scenopegia: celebrauit autem dedicationem templi per septem dies, & prorogauit scenopegiam vsque post dedicationem.

Gen. 28.

Finis libri septimi.

LIBER OCTAVVS.

SVMMA.

1 *Computi rationem tenere debent sacerdotes.*
2 *Computus, quid, & vnde dicatur. nu. 3.*
4 *Tempus quid, & eius partes.*
5 *Annus, est triplex.*

De computo & Calendario, & pertinentibus ad illa Pulcherrimus enim est liber iste, & clericis & laicis necessarius valde.
Cap. 1.

1 QVONIAM sicut † ait beatus August. xxxviij. dist. quæ ipsis. Sacerdotes cõputum scire tenẽtur, alioquin vix eis nomen sacerdotis constabit, sub quo uerbo notitiã cursus temporis, Lunæ ac Calendarii intelligimus, quomã cõputus, est scientia certificandi † tempus secũdum Solis & lunæ progressum. Idcircò ad simplicium sacerdotum instructionem, in hac octaua & finali parte de hoc aliqua claro cõpendio perstringemus, prout ad vsum Ecclesiæ dignoscitur pertinere. Dicitur † autẽ computus, à cõputo computas, quia in ipso cõputando procedimus nõ quia in ipso computare docea-mur, & est duplex cõputus, scilicet astronomicus, seu philosophicus, & vulgaris seu ecclesiasticus, sed de astronomico nil ad præsens. Vulgaris cõputus est, scientia distinguẽdi tempus certa ratione, siue scientia temporis discretiua, secundũ Ecclesiæ vsum. Tempus † vero, prout hic sumitur, est secundum Tullium, quædã quantitas anni, mensis, diei, seu alterius spacij. Vel tempus, est mora motus rerum variabiliũ, cuius partes decem esse dicuntur, scilicet annus, mensis, septimana, dies, quadrans, hora, punctũ, momentum, vncia, & atomus. Annus cõtinet duodecim menses, & quinquaginta duas septimanas, & diem vnam, & trecentos sexagintaquinq; dies & sex horas. Mensis continet quatuor septimanas vel paulò plus. Septimana septem dies. Dies, quatuor quadrantes. Quadrans, sex horas. Hora, quatuor puncta. Punctum, decem momenta. Momentũ, duodecim vncias. Vncia, quadraginta septem atomos. Athomos inuisibilis est. Nam ἄτομος, grecè, indiuisio dicitur: unde ἄ τομος grecè, indiuisio latinè. Anni ergo solaris ferè duodecima pars mensis est. Septimana verò, est ferè quarta pars mensis. Dies naturalis, septima pars septimanæ. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora, sexta pars quadrantis. Punctũ, quarta pars horę. Momentũ decima pars puncti. Vncia, duodecima pars momenti. Atomus, quadragesimaseptima pars vnciæ. Et est alia temporis diuisio, scilicet per æuum, per ætatẽ, per seculum, per lustrum, per olympiadem: & per indictionem, de quibus infra dicetur. ¶ Ceterùm † tria sunt tempora annorum: siue triplex est annus, scilicet solaris, lunaris, & magnus. de quibus præuidimus in hac octaua parte tractare, quę duas principaliter habet partes, in quarũ prima agitur de anno solari, & de magno, in secunda verò de lunari.

2
3
4
5

SVMMA.

1 *Huius octauæ partis quadruplex diuisio. Et quid qualibet tractet, & nu. 2. 3. 4.*

Prima pars de anno solari incipit.
Cap. 2.

IN hac † prima huius operis parte de anno Solari tractatur, quæ in quatuor subdiuiditur particulas. In quarum prima agitur, quid sit annus. De initio anni: de multiplici anno. De duodecim signis. De bissexto. De quatuor anni temporibus. De ieiuniis illorum. De solstitijs. De æquinoctiis. De magno anno. De æra. De olympiade. De lustro. De ętate.

Universidad de Deusto Biblioteca

2 De seculo. De æuo. ¶ †In secunda parte agitur de mense. De Calendis. De Nonis De Idibus. Vnde & qualiter dies denominentur. De diebus ægyptiacis ac canicularibus. ¶In tertia agitur de septimana: & 3 quæ sit littera Calendarum cuiuslibet mẽsis. In qua die septimanæ quilibet mensis incipiat. ¶Et de literis dominicalibus. De regularibus solaribus. De cõcurrentibus. Et de indictione. ¶ †In quarta agitur de 4 die. De momento, & de hora Occasione horæ annectitur de quantitate lucentium horarum noctis.

SVMMA.

1 *Annus solaris, quid. Et numero. 4. & unde dicatur.*
2 *Anni initium, à varijs variè cœptum.*
3 *Annorum varia nomina.*
5 *Zodiaci signa. & quid zodiacus.*
6 *Zodiaci signorum explanatio. Primũ de ariete, proximè de cæteris ordine per num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*
18 *Bissextus, quid, & vnde, & quando contingat num. 19.*
20 *Bissextus quomodo dignoscatur.*
21 *Anni quatuor tempora. Et eorum explicatio.*
22 *Ieiunia quatuor temporum, cur sic dicta. Et cur fiant. num. 23.*
24 *Solstitia duo sunt in anno solari. Et quid solstitium. & unde dictum.*
25 *Aequinoctium, quid.*
26 *Annus magnus. Item mundanus. ibid.*
27 *Aera, quid.*
28 *Olypias, quid.*
29 *Lustrum, quid.*
30 *Annus indictionalis, Romanis, Iubileus, Hebræis, Christianis, benignitatis & gratia est. ibid. & nu. 31. 32.*
33 *Aetas, quid. Et quomodo accipiatur.*

ADNOTATIO.

Annus, est.) Imper. annus (cui est triplex) Greco uerbo ἐνιαυτός, ἔτος, à temporis circuitu, dicitur ab am, quod ueteres, circum dixerunt, & nare, fluere. Fluunt enim anni, sicut dies, & menses q; annus conficiatur mensibus in se confluentibus. Aut, si mauis, ab ἀνανέω. renouo, quia semper renouatur. Varij tamen varia super hoc uerbo. Cęterum, de annorum differentia apud varios, vide Plinium, natura. histo. lib. 7. c. 48. vbi etiam fusè de anni obseruatione rationeque. Item quot diebus constet: quinam intercalaris, lib. 18. cap. 25. 26. Eius partes & initia, ibid. Annus porrò Atheniensium, erat dierũ quatuor & quinquagiata supra trecentos, quoniam menses ipsi suos lunari cursu metiebantur. Et quod deerat dierum ad annum iustum solaremque rationem, id intercalatione supplebatur. N. Doard.

Quid sit annus Solaris. Cap. 3.

ANNVS, est* solis† an fractus, cum peractis * 1
trecentis sexaginta quinque diebus, ad eadẽ loca syderum redit. Dicitur ergo annus: quia mensibus in se recurrentibus voluitur ab am, quod est circum, & eo is: quasi circulariter rediens. Vnde & annus dicitur, quasi annulus, idest circulus: eo quod in se redit. Vnde Virgilius.

Atque in se sua per vestigia uoluitur annus.

Et ob hoc ante inuentas literas, sic apud Aegyptios annus indicabatur pingebãt enim draconẽ, caudam suam mordentem, quia in se recurrit, & sic adhuc à quibusdã figuratur. Alii annum, ab innouatione dicunt, semper enim renouatur. ¶Annus secundum † diuersos diuersa habet initia: 3
quoniam Arabes & Aegyptij illũ inchoãt post solstitium æstiuale, scilicet à septembri: pro eo, q; legitur arbores in principio mundi fructum habuisse, & quia hoc in Septembri contingit, putant tunc mundum factum fuisse. ideoq; ibi incipiunt annum. Numa verò Pompilius & Romani annũ à Ianuario inceperunt: pro eo quod tũc vel paulò ante Sol nobis incipit appropinquare. Iudæi à Martio inceperunt, quia in eo, conditus est mundus, & ideo dicitur q; decimus octauus dies eius, est primus dies seculi, quos omnes quo ad aliqua computistæ imitantur: ipsi nanq; à Septembri incipiunt regulares lunares: & embolismos & epatas: & omnes annos lunares. A Ianuario verò incipiunt aureum numerum, & quasdam literas dominicales, à Martio regulares solares concurrentes, & quasdam litterales dominicales, prout in secunda parte

parte apparebit. Sanè, quidam moderni ob reuerentiam saluatoris computant annos à natiuitate eius. Alij verò ab eius incarnatione, id est, à conceptione beatæ Mariæ: & quando illa dixit. Ecce ancilla domini &c. statim enim fuit Christus homo, & plenus spiritu sancto. ¶ Annorum † alius est naturalis, alius usualis, 3
alius legitimus, alius emergens, alius solaris, alius magnus, alius olympias, alius lustralis, alius indictionalis, alius iubileus, alius benignitatis, alius æternitatis & gloriæ. ¶Annus naturalis est cum Luna Soli opponitur: unde sol eclipsim patitur. ¶Vsualis siue temporalis est, qui secũdum usum hominum sumit initium, videlicet à Ianuario usque ad sequentem Ianuarium. ¶Legitimus siue ceremonialis est, qui cõputatur secundum lunationes ab Aprili vsque in Aprilem. Aprilis enim est primus mensis apud Hebræos. ¶Emergens est, in quo aliquod magnum Iudæis vel alijs contingit: à quo facto in illius memoriam annum incipiunt computare, scilicet à quo-
4 uis die ¶ † Annus solaris est spatiũ in quo circuit sol duodecim signa zodiaci: quem circulum facit premissum est in ccclxv. diebus & ferè sex horis: ferè dixi, propter quędam momenta, quæ adiiciuntur, sicut infra dicetur. Hæ autem sex horæ de quarto in quartum annum, faciunt vnũ diem naturalem bissextilem, & annus iste communis est omnibus gentibus, & incipit qualibet die, & qualibet die finitur transactis prædictis diebus, & iste potest etiam dici
5 naturalis. ¶†Signa verò prædicta sunt ista: Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus Aquarius, & Pisces, unde versus.

Hæc sunt signa poli, quæ semper sunt uia soli.

Est Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpio, Chiron, Capricornus. Vrnula, Pisces. Et nota, quòd cœli habitatio stat circulorũ distincta zonis. Zonæ autem ipsæ sunt quinque, quæ ideò zonæ vel circuli appellantur, quia in circunductione sphærę existunt. Zodiacus autem circulus est, qui ex linearum quinque angulis, & ex una linea constat. Rursus ζωδιακὸς grece, dicitur animalis, ab effigie animalium. Siue signum latinè. inde zodiacus dicitur animal seu signifer circulus, ex eo quòd in medio firmamenti sunt duodecim signa per transuersum posita æqualiter per circulum distincta, quæ formis & nominibus animalium designantur: quia sol intrans in illas, proprietates animalium quodammodo sortitur, uel quia stellæ in signis dispositæ sunt animalium figuris. Signum autem dicitur duodecima pars zodiaci: Sol quidẽ intrat in aliquod de prædictis signis, quolibet mense in xv. Calen. secundum Ecclesiam. vnde in Martio intrat in Arietem xv. Calen. Aprilis in Aprili intrat in taurum xv. Calen. Maii. & sic per ordinem mensium & signorũ. ¶ Pri
mùm igitur signum est † Aries, in quo sol 6
dicitur esse factus in quo signo est Sol circa principia veris, sic dictum, quia sicut Aries est animal retro debile habens aliquid ante roboris, sic postrema Solis illo tempore debilia sunt frigore eius fortitudinem minuente, anteriora verò quæ æstatem respiciũt, aliquid fortitudinis, id est, caloris habent, uel sicut Aries in hyeme, cubat in latere sinistro, in vere autem incipit cubare in dextro: sic Sol ante illud tempus moratur in sinistro latere firmamẽti, scilicet in meridie tunc verò intrat latus dextrum. scilicet uersus aquilonem. Antiqui hoc signum propter amorem Iouem vocauerunt in, cuius capite, qui simulachra faciunt Arietis cornua fingũt. ¶† Se 7
cundum signum est Taurus: sic dictũ, quia sicut Taurus fortior est Ariete. sic fortioris est efficacie Sol in illo tẽpore, quo ad nos, quam in præcedenti, veruntamen ante est efficacior, quàm post: sicut Taurus ante fortior est, quã retro. Antiqui ideo Taurum inter sydera in honorẽ Iouis collocauerunt, quia ille fabulose fingitur in bouem conuersus, quando Europam transuexit. ¶Tertium †Gemini sic dictum, quia 8
illo tempore uis solis geminatur. incipit enim esse calidus & siccus effectui, vel quatunc præcipuè res geminantur, id est, multiplicantur, aues enim & animalia fœtus producunt, uel propter geminos siue duos gradus, quibus sub illo signo magis, quàm sub alio Sol eleuatur à terra. Antiqui autem hoc signum Gemini uocauerunt propter Castorem & Pollucẽ, quos post mortem inter notissima sydera constituerunt. ¶† Quartũ, Cancer, sic dictũ, quia Cancer 9
est ani-

Universidad de Deusto Biblioteca

est animal retrogradum & Sol tunc retro
graditur, discedens à nobis, cum prius ap
propinquauerit nobis. ¶ Quintum Leo,
10 sic † dictum, quia Leo est animal crudele,
& semper sebricitans: sic & tempus illud
crudele & generans febres. ¶ Rursus quia
Hercules Leonem fortissimum in græcia
occidit. ideo propter suam virtutem hunc
inter duodecim signa statuerunt. ¶ Sextũ
virgo, quia sicut virgo nil generat, sic tẽ-
pus illud sterile nil noui generat: genera-
ta tamen maturescere facit: est enim tem
11 pus canicularium dierum. ¶ Septimũ † li-
bra sic dictum est ab æqualitate mensis ip-
sius, quia Sole ibi existẽte dies & nox equi
ponderata est, quia tunc est æquinoctium
autumnale. ¶ Octauum est Scorpius, sicut
12 † enim Scorpius venenosus est & pũgit, sic
& tempus illud morbosum est, propter in-
æqualitatem aeris: est enim mane frigus
pungens, & in meridie calor vrens. ¶ No
13 uum, Sagittarius, sic dictum, quia † ue-
natio quæ per sagittarios fit, plerũq; tunc
exercetur, uel propter fulgura, quæ tunc
sæpe cadunt, quæ Italici sagittas uocant.
14 ¶ Decimum Capricornus, † sicut enim Ca
pricornus in abruptis montibus siue in ex-
celsis præcipitiis pascitur, sic Sol tunc est
in altissimo gradu uersus meridiem, uel si
cut Capricornus montes solet ascendere,
sic Sol tunc ad nos ascendere incipit. Rur-
sus antiqui Capricorni figuram inter syde
ra finxerunt, propter capram. bouis nutri
cem, cuius posteriorem partem corporis
in piscis effigiem formauerunt, ut pluuias
designarent, quas plerunque idem mensis
in extremis solet habere. ¶ Vndecimum,
15 est † Aquarius, sic dictum, quia tempus il
lud aquis & ventis abundat, ¶ Duodeci
16 mum est pisces, quia † sicut piscis est ani-
mal aquaticum, sic & tempus illud propter
multa pluuias aquaticum est, vel quia tunc
aquis resolutis est tempus piscationis. Ve
rum licet sicut patet ex præmissis signa æ-
qualia sint secundum astronomico: Eccle-
sia tamen illa non ponit æqualia: nã quã-
doque plures dies sunt in vno signo, quã in
alio, cum vnus mensis plures dies habeat,
quã alius, vnde plures erunt gradus vnius
quàm alterius signi. Gradus autem, dicitur
spacium, quo sol motu suo transit in zodia
co die naturali. Ex iam dictis facile sciri
potest in quoto gradu alicuius signi sit Sol
quocunque die Porrò † dies bissextilis de 17
qua dictum est, dicitur bissextilis secũdum
Philosophos, quasi ex bisse momentorum
collecta, quod sic poterit cõprehendi. Sol
enim in quolibet signo moratur triginta
diebus & xxx. trientibus horarum, & xxx.
bisse momentorũ, & triens est tertia pars
alicuius rei constantis ex tribus partibus.
Bisse verò sunt duæ partes: sed multiplica
tis duodecies xxx. diebus habemus. ccclx.
dies xxx. trientes horarum cõstituunt de-
cem horas, quæ multiplicatis duodecies fa
ciunt quinque dies. xxx. bisse momentorũ
continet viginti momenta, & ita duo pun
cta, sed multiplicatis duodecies duobus
punctis, habemus sex horas ex bisse momẽ
torum collectas, quæ de quarto in quartũ
annum constituunt vnũ diem quæ dicitur
bissextilis. ¶ Rursus secundum Isidorum,
per singulos annos crescit pars quarta assis
ac vbi quarto anno assis completa † fuerit, 18
bissextum vnum facit, & ideo per quatuor
annos vnus bissextilis adiectus est. Dictus
autem est secũdum eum bissextus, quia bis
sexies ductus assem facit q̃ est vnus dies. In
quo loco Calẽdarij poni debeat illa dies,
his uersibus continetur.

Bissextum sextæ Martis, tenuere Calendæ.
Posteriore die, celebrantur festa Mathiæ.

Hoc est dicere, q̃ in illa litera vbi dicitur
in Calendario vj. Calen. Martij, debet po
ni dies bissextilis, & tunc stamus siue sede-
mus duobus diebus super illa litera, & fe-
stum sancti Mathię quo deberet illa die ce
lebrari, celebratur tantũ in sequenti, ita
tamẽ quod inter ipsum festum & vigiliam
nullum sit medium, extra de uerborum si
gni. quæsiuit, non interest tamen utrum ip
sum festum in prima vel in secunda die præ
dictarum duarum celebretur, sed regionis
in hoc consuetudo seruetur Isidorus dicit,
q̃ à sexto nono. Martii vsque in diem Ca-
len. Ianuarij. Lunę cursu bissextus apponi
tur, atque inde detrahitur. Si autem † vo- 20
lumus scire, quãdo sit annus bissextus, de-
bemus diuidere annos Domini p̃ quatuor,
quoties possumus, & si nullus superauerit,
tunc erimus in anno bissextili si autem ali
quis remanserit, tunc non erit bissextus.
Vnde versus.

Anni

Anni diuisi Domini, per quatuor æquè,
Monstrant Bissextum, qua ratione scias

Hoc autem verum est, secundum illos, qui
diuidunt annos Domini incipiendo à nati
uitate, uel à Ianuario, non secundum illos,
qui incipiunt ab incarnatione. Alia etiam
doctrina ad inueniendum bissextum poni-
tur infrà, vbi de cõcurrentibus agetur. ¶ Tẽ
21 pora † siue partes anni solaris sunt quatuor
scilicet, Ver, Aestas, Autumnus, Hyems, vt
dictũ est in sexta parte, sub quarta feria ter
tiæ hebdomadæ aduentus. Dicta autẽ sunt
tempora, à communionis temperamento,
eò quòd inuicem seu humore, siccitate, ca-
lore, & frigore contemperent. hæc & cur-
ricula dicuntur quia non stant, sed currũt.
Vel dictum est, quia viret. Aestas dicitur ab
æstu, id est calore: inde æstas, quasi vsta & a-
rida. Autumnus, à tempestate vocatur, quã
do & folia cadunt, & omnia maturescunt.
Hyems dicitur ratione hemisperij: quia tũc
Sol circulo voluitur breuiori. vnde & hoc
tempus Bruma dicitur, quasi βράχυς, id est
breuis, uel à cibo, quia tunc maior est ve-
scendi appetitus, edacitas enim Græcè, bru
* ma appellatur. * Principia autem partium
anni, secundum Ecclesiam his versibus con
tinentur:

Festum Clementis, Hyems caput est Orientis.
Cedit Hyems retro, cathedrato Simone Petro.
Ver fugat Vrbanus, Aestatem Symphorianus.
Id tibi, quod restat Autumni tempora præstat.

Hoc est dicere festum Clementis, quod est
octauo calend. Decembris, est principium
hyemis, & durat vsque ad festum cathedræ
sancti Petri, tunc incipit Ver: & istud festũ
est octauo Calen. Martij, & Ver durat vs-
que ad festum sancti Vrbani, quod est octa-
uo calend Iunij, tunc incipit Aestas, & du-
rat vsque ad festum Symphoriani, q̃ est o-
ctauo calen. Septembris, tunc incipit Au-
tumnus, & durat vsque ad festum Clemen
22 tis. in quo incipit Hyems. In † his quatuor
partibus anni triduana ieiunia celebramus
& ideò ieiunia quatuor temporum appellã
tur. Ieiunium Veris, est in prima septimana
quadragesimæ, scilicet in quarta feria post
cineres. Ieiunium Aestatis, est in prima die
Mercurij post Pentecosten. Ieiunium Au-
tumni, est in tertia die Mercurij Septem-
bris, scilicet in quarta feria post festum san
ctæ Crucis. Ieiunium hyemis est in quarta
feria post festum beatæ Luciæ, prout ibi di
ctum est, vnde versus:

Vult Crux Lucia, cineres charismata dia,
Vt det vota pia, quarta sequens feria.

¶ Fiũt † autem hæc ieiunia in quarta feria:
quia in quarta feria Christus à Iuda tradi- 23
tus est, & in sexta feria, quia in ea crucifi-
xus est, & in sabbato, quia tunc Apostolo-
rum tristitiam de nece Saluatoris repręsen
tamus: nam si compatimur, & conregnabi-
mus: de consecratio. dist. 3. ieiunia. & c. sab
bato. ¶ Aduentus autem Domini, quãdo ce
lebretur, dictum est in sexta parte, sub titu
lo de aduentu. ¶ Adhuc in † anno Solari cõ 24
tingunt duo Solstitia, & duo Aequinoctia.
Solstitia in Aestate, & in Hieme. Aequino
ctia in Verè, & in Autumno. Est autem Sol
stitium, maxima inæqualitas diei, & noctis,
sine ingressus Solis in Capricornũ vel Can
crum: & dicitur Solstitium, quasi Solis sta-
tio, eò quòd tunc Sole stante crescunt dies,
vel noctes. Aequinoctiũ, est † maxima diei 25
& noctis æqualitas: quia tunc quasi spatio
horarum consistunt siue ingressus Solis in
Ariete, vel Libram. Vbi autẽ sit locus Sol-
stitiorum, & Aequinoctiorum his versibus
continetur:

Solstitium decimo Christum præit, atq; Ioannẽ.
Aequa Crucis festũ dat tẽpora Martis et Idus.

Hoc est dicere, quòd Solstitium Hyemale,
est ante natiuitatem Christi decem diebus:
videlicet xviij. calend. Ianuarij: quo tempo
re Sol incipit altiores circulos petere, &
Solstitium Aestiuale, est ante natiuitatem
Ioan. Bap. totidem diebus, videlicet xviij.
cal. Iulij: quo tempore incipit Sol ad infe-
riores circulos remeare. Vnde ęstiualis Sol
stitij dies maximus, sicut & hyemalis dies
minimus inuenitur. Sed secundum Aegy-
ptios Hyemale est xij. cal. Ianuarij, secun-
dum Græcos ix. calend. Aestiuale uerò se-
cundum Aegyptios xij. calen. Iulij, secun-
dum Græcos ix. calen. ¶ Item in festo Cru-
cis, vel secundum alios xij. calen. Octobris
est Aequinoctium Autumnale, & vbi dici-
tur in calen. Idus Martij, uel secundum a-
lios xij. calen. April. est Aequinoctium Ver
nale. Olim enim annus in duas partes tan
tum diuidebatur, scilicet Aestiuale, et
Hyemale Solstitium, & in duo hemisphæ-
ria. ¶ Magnus autem annus † completur 26
reuersis

Universidad de Deusto Biblioteca

reuersis Planetis omnibus ad loca sua creationis, quod fit annis non paucioribus 530. Mundanus verò annus, erit omnibus stellis ad prima loca reuersis, quod fit demũ post quindecim milia annorum. Magister sententiarum dicit in historia Genes. vbi agit de ebrietate Noe, quòd magnus annus impletur per circulationem sexcentorum an-
27 norum. ¶ Aera, qua vtuntur † Hispani, singulorum annorum est constituta à Cæsare Augusto, quando ad primum censum orbẽ descripsit. Dicta est autem æra, ab ære, ex eo, quòd omnis orbis æs reddere professus est Reipublicæ Romanorum. Prius aũt fuerunt indictiones, postea æræ, ¶ Olympias
28 † constituta est apud Græcos, in Elide ciuitate: alijs à Gentibus agonem & quinquennale certamen: quatuor medijs annis vacãtibus: & ob hoc tempus elidij certaminis olympiadem vocauerunt: quadriennio in
29 vna olympiade supputato. ¶ Lustrum † est πεντετηρὶς id est, quinquẽnium, quod quinto anno dicitur condi propter olympiades à Romanis instituta: nondum enim erant consules neq; æræ: quinquennale quidam tempus ideò sic vocatũ est. quia censu per quinquẽnium in republica peracto, vrbs Ro-
30 mana lustrabatur. ¶ Apud † Romanos est annus indictionalis, qui ter qui nos continet annos, vt infrà dicetur, & præmissum est.
31 ¶ Apud † Hebræos est annus iubileus. i. remissionis, qui septenis completus annorũ hebdomadibus celebratur: de quo dictum est ĩ vj. parte sub tit. quĩquagesimę. ¶ Apud
32 † Christianos est annus benignitatis & gratiæ: in quo Christus venit, & nos sola benignitate redemit. ¶ Apud sanctos cõprehensores, est annus æternitatis & gloriæ: ĩ quo exultabunt sancti in gloria sine fine. ¶ Rursus secula generationibus constant sic dicta: quia sequuntur abeuntibus enim alijs alij succedunt. ¶ Hoc tempus quidam quinquagesimum annum dicunt, quem Hebræi iubileum vocant, vt iam dictum est. Et ob hanc causam Hebræus propter vxorem & liberos amãs Dominum suum, aure pertusa seruitio subiugatus, seruire iubetur in seculũ, id est, vsq; ad annũ quinquagesimũ. Aetas † autem plerunq; dicitur pro vno an-
33 no, & pro septem, & pro centum, & pro quouis tempore. Vnde & ætas est, quòd de multis seculis instruitur; & ideo dicta est ætas quasi æuitas: quia similitudo æui. Nã æuum est ætas perpetua: cuius neque initiũ neque finis noscitur. Deriuatum est autem æuum, ab ἀιών, quod apud græcos aliquando pro seculo: & aliquando ponitur pro æterno. Propriè verò ætas duobus modis dicitur: videlicet hominis, sicut infantia, inuentus, senectus, aut mundi. Cuius prima ætas est ab Adam, vsq; ad Noe. Secunda à Noe, vsque ad Abraham. Tertia ab Abrahã vsq, ad Dauid: & Quarta à Dauid vsq; ad transmigrationem Iudæ in Babyloniã. Quinta de Iuda vsque ad aduentum Saluatoris in carne. Sexta, quæ nunc agitur, vsquequo mundus iste finiatur. Quot autem sunt anni ab origine mundi, dictum est in sexta parte sub tit. de septuagesima.

ADNOTATIO.

Appellatur.) Dicta certè Bruma, quasi βραχύμερον id est, breuis dies,

SVMMA.

1 *Mensis, quid, & unde dicatur.*
2 *Menses habet duodecim annus.*
3 *Mensium enumeratio: & etymologia primùm de Ianuario, vnde dicatur, Inde de sequentibus, per discursum. num.* 4.5.6.7.8.9.10.11.12.
13 *Mensis quilibet, quot diebus constet.*
14 *Mensis quilibet habet tres dies celebres: Calendas, Nonas, & Idus.*
15 *Calendæ vnde dictæ & cur institutæ.*
16 *Nonæ, & cur institutæ,*
17 *Idus & cur sic dicantur. num.* 18.
20 *Aegiptiaci dies.*
21 *Dies felices & infelices.*

Incipit secunda pars: & primò de mense. Cap. IIII.

Icto de anno, sequitur videre de mense. Est † autẽ mẽsis spacium temporis quo à Phœbo Phœbe recedens, eidem completo suo circulo sociatur. Et dicitur mensis à mensurando: eo quòd annus per menses mensuratur: vel à μῆνις, quod est defectus, eò ♀ luna

luna singulis mensibus, visu deficit ab humano. Vel secundum Isidorum a μνῆμη, græcè quod est Luna latinè. * Apud græcos. n. menses legitimi, non ex solis circulo: sed ex lunæ cursu connumerantur: quod est de
2 nona ad nonam. Diuiditur † autem annus per duodecim menses: quia sol peragrando zodiacũ duodecim circuit regiones signorum. Et in his duodecim mensibus commoratur. Romulus tamen voluit tantum decẽ esse menses in anno, incipiens à Martio: quem Marti Deo belli, quem patrem suũ esse putabat, dedicauit. Vnde Ouidius in primo fastorum: Tempora digereret, cùm conditor vrbis in annum, Instituit menses quinque bis esse suos. ¶ Sed Numa Pompilius videns, quod annus non bene decẽ mẽsibus complebatur: superaddidit duos prin-
3 cipio, scilicet † Ianuarium & Februariũ. Ianuarius dicitur à ianua. lxxxvj. di. ieiuniũ. quia sicut per ianuam intramus domum: ita per Ianuarium intramus annũ: est enim limes anni: vel dicitur à Iano Deo, qui ab antiquis dicebatur principium, & finis omnium rerum. Etenim fuit à gentilibus mensis iste consecratus: vnde & idem Ianus bifrons pingitur: vt anni introitus & exitus demonstretur: de quo dictũ est in sexta parte, sub titu. de circuncisione. ¶ Februarius,
4 dicitur à febribus † quæ tunc de facili contingunt: vel à februis, id est, purgationibus. Sunt autem februæ, oblationes factæ pro mortuis. Romani autem illo mense memoriam animarum habebant: & eas purgabãt celebrando exequias mortuorum, vnde secundum Isido. dicitur à febru, id est, Pluto-
5 ne, cui eo mense sacrificabatur. ¶ Martius dicitur à Marte † patre Romuli: Vel quia eo tempore cuncta animantia aguntur ad marem, & ad concubandi voluptatem: appellatur etiam quandoq; mẽsis nouorum: quia est anni initium. & quandoque nouum ver: quia in eo viridantibus fructibus nobis
6 transactorum probatur occasus. ¶ Aprilis dicitur † quasi aperilis: quia tunc terra aperitur ad germinandum: etiam flores aperiuntur, & arbores incipiunt pullulare: vel Aprilis pro Venere dicitur: quasi Aprilis, ἀφροδίτη græcè, dicitur latinè Venus. ¶ Ma-
7 ius à maioribus † natu dicitur, qui erant principes reipublicæ, vel à Maia matræ Mercurij. ¶ Iunius à iunioribus dicitur: erant † enim olim maiores, scilicet seniores, qui 8
appellabantur patres: & hi in ciuitate semper remanebãt vrbis regimini consulẽtes: erant & minores, qui ibant ad pugnandum pro republica: & ideò Maius à maioribus. Iunius à Iunioribus nomen acceperunt, & in illorum honorem instituti sunt, vel dicitur à Iunone, ¶ Iulius † dicitur à Iulio Cæsa- 9
re: quia tunc natus fuit: vel quia tũc de hostibus triumphauit. vicit enim Cleopatrã reginam Aegypti, cum Antonio viro suo bello nauali: Iulius tamen prius quintilis dicebatur, eò ♀ est quintus à Martio: qui secundum Romulum principium erat anni. 10
¶ Augustus † est dictus ab Octauiano Augusto, qui tunc natus fuit: vel quia tunc hostes superauit, prius tamen dicebatur Sextilis: eò ♀ sextus est à Martio, ¶ September † no- 11
men habet à numero & imbre, quia septimus est à Martio, & ĩbres habet; sic & October: Nouember; atque December ex numero † & imbribus vocabula acceperunt: 12
quem numerum decurrentem December finit, pro eò quòd denarius numerus præcedentes numero clausit. Quot autem dies quilibet mensis habeat, his versibus continetur.

Iunius, Aprilis, September, Nouembq; tricenos:
Plus vnum reliqui: sed habet Februus octo vicenos.
cui si Bissextus fuerit, supperadditur vnus.

Hoc est dicere, quòd Iunius, Aprilis, Septẽber, & Nouember, habent triginta dies. reliqui autem menses habent. xxxj. sed Februarius tantùm habet. xxviij. & quãdo bissextus. xxix. Sciendum autẽ est, ♀ † cuilibet 13
mensi primo dati fuerunt triginta dies: qui multiplicati duodecies constituunt tricenos lx. dies de quinque verò residuis, datus est vnus Ianuario, eò ♀ est principiũ anni, & etiam ratione ipsius numeri, quia impar numerus mundus est, & numero Deus impari gaudet. xxxij. q. j. nuptiæ: secundus datus est Martio propter eandem imparitatem. tertius Maio. quartus Iulio. quintus Octobri. Cæsar aũt Augustus volens suum mensem esse æqualem mensi Iulij, abstulit Februario vnam diem, quia erat mensis tristitiæ atque luctus, & attribuit eam Augusto, & ita remanserunt Februario tantum. xxix. & Augu. xxxi. Demum Astrologi Romani abstulerunt aliam diem Februario, & addiderunt Decembri, ad hoc, vt finis principio

principio responderet, & sic Februario remanserunt tantùm xxviij. & Decẽbri xxxj. Veruntamen quandam ad compensationẽ vna dies, videlicet bissextilis est de quarto in quartum annum Februario restituta. ¶ Qua verò die, vel qua feria quilibet mensis intrat, iam sub titulo de septimana dicetur. ¶ Sanè in quolibet † Mense sunt tres dies celebres, qui soli propriis nominibus nominantur, & ab eis cæteri denominãtur, scilicet Cal. Nonæ, Idus, quos Romani propter dies festos vel propter officia magistratuum instituerunt. His enim duobus in vrbibus conueniebant. de conse. dist. j. si quis. Calendæ sunt † primi dies mensis dicuntur, quasi colendæ, quia tunc semper erat festum Iunonis. Vnde Ouid.

Vindicat Ausonias, Saturnia Iuno Calendas.

Vel quia tunc à Romanis populo principia mensium celebrantur, sicut fit ab Hebræis. xxvi. q. vlti. non licet. & c. seq. vnde Ouidius.

Salue festa dies, meliorque reuertere semper,
A populo rerum, digna potente coli.

Vel dicuntur à Καλῶ quod est voco, Primo nanque die mensis præco de more populũ ad nundinas vocabat, clamãs toties, Καλῶ, quot dies erat vsque ad Nonas, & ideò pluraliter Calendæ à pluribus vocationibus vocabantur, vel à κάλον, quod est bonum omnem per totum mensem habẽdum xxvj q. vlt. non obseruetis, tunc enim sibi mutuo encenia transmittebant. † Nonæ verò sunt quatuor, vel sex dies in quolibet mense, qui sequuntur post Calendas, & dicuntur a nundinis, quasi nũdinę quia tunc Roma nundinas colebant. Ideo autem in aliquo mense erant Nonę siue inchoatio nundinarum in die v. & in aliquo in die vij. ne prædones certum tempus ad insidiandum mercatoribus haberent, vel dicuntur Nonæ, à Nouis quia ille dies nonus erat ante Idus, vel à non, quia tunc nullum fiebat festum; vnde Ouid.

Nouarum tutela Deus erat.

Idus verò sunt octo dies qui sequũtur post Nonas. Est † autem Idus semper in xiij. vel xv. die secundum quòd nonæ pręcedunt. Si enim mensis habet quatuor Nonas Idus est in xv. die. Si autem sex nonas Idus est in xiij. Quod autem cõcilium Antiochen. xviij. dist. propter. dicit, q̃ Idus est in die x. hæc alia consideratione dicit, & dicuntur Idus, quasi diuisio, quia tunc fiebat diuisio nundinarum, vel quia in Idibus fit diuisio mensis. Dicitur autem Idus ab iduo, as, id est, separo, ras, vnde vidua, dicitur quasi idua, id est, diuisa. Plerique Latinorum putant Idus dici ab edendo eò quòd hi dies apud veteres epularum essent. Dies autem qui sequuntur statim post Calend. ita denominantur. Si enim est mensis qui habet quatuor Nonas debemus dicere, in Calendario statim post Calendas. iiij. Nonas. In tertio. iij. Nonas in quarto pridie Nonas. in quinto verò Nonas dicimus vt patet in Ianuario & similibus. Si verò est mensis, qui habet sex Nonas, debemus dicere statim post Calendas sexto Nonas. in tertio die quinto Nonas, in quarto. iiij. Nonas, in quinto. iij. Nonas, in sexto pridie Nouas, in septimo Nonas, vt patet in Martio & similibus. † Dies autem qui sequũtur post Nonas ita denominantur, in quolibet mẽse viij. Idus vij. Idus. vj. Idus. v. Idus. iiij. Idus iij. Idus pridie Idus, & Idib. sicut hæc apparent in Calend. manifestè. Dies verò, qui sequuntur post Idus denominantur, à Calend. mensis sequentis hoc modo. Ianuarius habet xxxj. dies, de istis accipe vnũ pro Calẽ. & viij. pro Idibus. & j iiij. pro Nonis, & sic remanẽt tantùm xvii. adde ergo istis xviij. diebus Calend. siue diem Calendarum sequentis mensis, & sic erunt xix. Vnde in mense Ianuario debemus dicere statim post Idus. xix. Calend. Februarij, in sequẽti die xviii. Calen. & sic per ordinem vsque ad finem mensis semper minuendo. ¶ Nota tamen quòd dicitur pridie Idus & pridie Nonas, & pridie Calend. & non secundo quia secundus dicitur à sequor, sed illa dies non sequitur, sed præcedit. ¶ Et exponitur hęc præpositio præ, id est, antè vel prius, vnde pridie quasi priori die, siue prę. id est, ante diem, & cùm dicitur. iiij. Nonas intelligitur. iiij. dies ante Nonas & sic de aliis. ¶ Quot † autem dies denominẽtur à Nonis, quot ab Idibus, & quot à Calendis omnium mensium, his versibus continetur.

Sex nona Maius, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui: tenet Idus quilibet octo.
Ianus & Augustus denas, monas quæ December.
Iulius, October, Mars, Maius hepta decemque.
Iunius,

Iunius, Aprilis, September, & ipse Nouember.
Ter senas retinet. Februsque bis octo Calendas.

Hoc est dicere q̃ Maius October Iulius, & Martius habent dies sex pro Nonis, sed reliqui menses habẽt tantùm quatuor & quilibet mensis habet octo dies pro Idibus. Item, quòd Ianuarius Augustus, & December habent 19. dies pro Calend. Iulius uerò Martius October & Maius habent xvij. Iunius autem, Aprilis, September & Nouember habent xviij. Februarius habet. xvj. & si fuerit bissextus superadditur ei vnus. ¶ Illud autem † notandum, quòd in quolibet mense sunt duo dies Aegyptiaci, id est, ab Aegyptijs deprehensi: in Aegypto enim erant quidam astrologi, qui quasdam constellationes nociuas, humanis actibus in illis diebus inuenerunt, ideo que illas notas esse hominibus voluerunt: tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus, vel fortè inuenerunt illos dies bene constellatos, & ideò eos in Calendario notauerunt, vt in illis diebus potius, quàm in alijs actibus insistatur: quorum errorem ne Ecclesia sequi videatur à talibus cauetur. Vel dicuntur Aegyptiaci secundum quosdam, quia Dominus in illis diebus percussit Aegyptios, nouem plagis: Quotus autem sit dies Aegyptiacus à principio, vel à fine mensis, his versibus continetur.

Augurior decies, audito lumine clangor:
Liquit olens abies, coluit colus, excute gallum.

In his versibus sunt xij. dictiones xij. mensibus seruientes, prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem sumpto initio à Ianuario, ita quòd quota die erit prima litera primæ syllabæ alicuius istarum dictionum in alphabeto, totus erit dies Aegyptiacus in illo mense, cui seruit ꝗ ila dictio, computando à mensis principio versus finem. Item, quota erit prima litera seẽdæ syllabæ in alphabeto, totus erit dies Aegyptiacus in illo mense, cui seruit illa dictio, computando à fine versus principium. verbi gratia: Augurior, est prima dictio, & seruit primo mensi, scilicet Ianuario. au, est prima syllaba & a est prima litera ipsius syllabæ, & est prima in alphabeto, ergo dies prima Ianuarij est Aegyptiaca. Itẽ gu. est secũda syllaba: & g, est prima litera ipsius syllabæ: & g, est septima in alphabeto, ergo septimus dies Ianuarij numerando a fine versus principiũ est Aegyptiacus, & sic in alijs. hoc obseruato, quòd h, in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem præmissorum dierum propter vnicã horã sui denominatur Aegyptiacus: de hoc dictum est in fine operis. ¶ De diebus † verò felicibus vel infelicibus, quos quidam Astrologi notauerunt in præsenti opusculo, non agitur, quia Ecclesia prohibet fidem talibus adhiberi xxxvj. q. vlt. nõ obseruetis. & cap. qui æstimaret. & c. seq. In quibusdam quoq, mensibus, sunt quidã dies, qui caniculares dicuntur, à cane, vel canicula stella, sita in fronte Leonis & ante genua Tauri. quæ æstiuis mensibus est in medio centro cœli. & dum Sol ad eam ascenderit, coniuncta cum Sole, vel ei proxima duplicatur calor ipsius, ex quo dissoluuntur corpora & vaporantur, unde uocatur canis, quia corpora morbis afficit, & sunt septuagintaduo dies in quibus propter tẽporis credulitatem, & calorẽ Solis intẽperiem. malũ est minui sanguinẽ, & potionari. Quando autem illi dies incipiãt, & finiantur, his uersibus continetur:

Incipiunt Iulij pridie Idus Caniculares:
Et pridie Nonas Septembris fine resultant.

Secundum aliquos uerò, incipiunt 14. Calend. Augusti.

ADNOTATIO.

* LATINE. Doctorum est opinio, ut mẽsis Latinè, Græcè μὴν, deducatur à Metior, metiris quasi res numero dierũ mensa. Quod confirmat Tullius lib. 2. de natura Deorũ, his uerbis: Qui quia mensa spacia cõficiũt, Menses nominantur. N. Doard.

SVMMA.

1 *Septimanæ, quid, & vnde dicantur.*
2 *Dies singuli à quo denominentur.*
3 *Dies cur ita non ordinentur in septimana, sicut planetæ in cælo*

4 *Mensis quilibet, qua die septimanæ intret.*
5 *Solis regulares, & vnde dicantur.*
6 *Concurrens, qui. Et qualiter demonstretur. nu. 7. & 8.*
9 *Indictio, quid.*

De Septimana. Cap. 5.

1 SEquitur de Septimana. † Nempè continet Septimana septē dies naturales, quorum repetitione & menses, & anni secula peraguntur, & hæc apud Græcos hebdomada, seu apud Hebræos Sabbatum appellatur. & dicitur septimana à septem, & mane, quasi septem & manè, pars pro toto, scilicet manè pro tota die, uel à septē, & manet, quia manet per septem dies. vel dicitur septimana, quasi septem luces nam manè lux est, secundum Isidorum, idem etiam spatium vocatur hebdomada, ab ἑπτὰ Græcè quod est septem, & πρόσωπον, quod est dies, vel modus quod est mensura, & secundum hoc hebdomada est communius nomen, quam septimana. vnde Daniel: Post septuaginta hebdomadas &c. & sumuntur ibi hebdomadæ annorum, id est septuages septem anni. Septimanæ autem nequeunt habere certa nomina, quia neque habent certa initia. Singulis nanque annis variantur, propter vnum, vel propter duos dies, qui quandoque sunt super integras septimanas. ¶ Omnes † autem dies
2 septimanarum inscribuntur septem primis literis alphabeti. item dies secundum Gentiles denominantur à planetis. Primus à Sole, qui princeps est omnium syderum, sic & idem dies caput est cæterorum dierum. Secundus à Luna, quæ & splendore & magnitudine Soli proxima est, & ex eo mutuat lumen. Tertius à stella Martis, quæ vesper vocatur. Quartus, à stella Mercurij, quam quidam candidum circulum dicunt. Quintus, à stella Iouis, quam Phaethontem aiūt. Sextus, à stella Veneris, quam Luciferum asserunt: quia inter cuncta sydera plus lucis affert. Septimus, à stella Saturni, quæ sexto cœlo locata triginta annis fertur explere cursum suū, de hoc dictum est in proœmio octauæ partis.

¶ Sed quæritur, quare † dies non ita ordi- 3
nantur in septimana sicut planetæ in cœlo, quoniam in cęlo ordinantur secundum hunc versum:

Sol, Ve. Mer. et Luna, Saturnus, Iupiter, et Mars:
vel sic
Saturnus, Ioue, Mars, Sol, cum Vene. Mer. Luna.

Solutio. Dicimus, quòd dies in septimana non ordinantur secundum ordinem Planetarum, sed secundum regimen eorum, in singulis diebus. vnde quia viderunt Philosophi, quòd Sol regnabat prima hora diei Dominicæ, ideò illam diem denominauerunt à Sole. Item quia viderunt, q̃ Luna regnabat prima hora secundæ feriæ: ideò diem illum denominauerunt à Luna: & sic de cæteris, sicut patet ex distinctione horarum diei facta inter planetas per ordinem successiuè. Rursus à dictis planetis philosophi nomina sumpserunt, eò q̃ à singulis aliquid in homine esse voluerunt: vt à Saturno, caliditatem, à Ioue temperantiam, à Marte, feruorem, à Sole, spiritum, à Venere, voluptatē, à Mercurio, eloquentiam, à Luna, cor. Et quia ordo planetarum vltra numerum septenariū nō procedit, sed ad primum reuertitur: ideò tantùm septem dies in septimana sunt, à sapiētibus constituti. ¶ Nūc † videndum, est qua die septimanæ quilibet mensis intret, de 4
hoc duplex ratio habetur. Prima per hos versus:

Alta domat Dominus, gratis beat, æquagerentes.
Contemnit fictos, augebit dona fideli.

In istis versibus sunt duodecim dictiones duodecim mensibus seruiētes prima à primo, secunda à secundo, & sic per ordinem sumpto initio à Ianuario: ita quòd quæcūque fuerit, initialis litera alicuius istarum dictionum. eadem erit litera Calendarum mensis, cui seruit illa dictio verbi gratia, alta est prima dictio, & seruit primo mensi, id est, Ianuario, & a, est prima litera illius dictionis alta: ergo a, est prima litera Ianuarij: item domat, est secunda dictio, quæ seruit secundo mensi, scilicet Februario, & d, est prima litera istius dictionis: ergo d, est prima litera Februarij, & sic de alijs.

alijs. Item dicit sequens versus per syllabas: quod præcedentes per dictiones.

Adam degebat, ergo Κύριος ἐστίν.

Habita autem litera Calendarum facile possumus scire, qua feria quilibet mensis intret. Per literam enim dominicalem illius anni procede computando dies per literas subsequentes vsq; ad literam quæ est in Calend. mensis, cuius diei, introitum scire optas, & in qua feria occurret, in tali feria intrabit ille mensis. Secunda ratio, per quam scire potes, qua feria quilibet mensis intret, est, per regulares & concurrentes. Nota ergo, quod in anno solari sunt quinquagintaduæ septimanæ & vnus dies, vel duo, si sit bissextilis propter quam diē variantur singulis annis principia mensium. Si enim hoc anno incipiat Ianuarius à die Dominico, toto illo anno a, quæ est prima litera Ianuarij erit Dominicalis, Cum ergo ventum fuerit ad finem anni: illud a finale Calendarij, quod inscribitur illi diei, quæ est vltra integras septimanas, repræsentabit diem Dominicam, ergo sequens a, quod iterum est initiale Ianuarij, repræsentabit secundam feriam, & sic toto illo anno erit illa variatio. eodem modo singulis annis variantur initia mensium per diuersas ferias. Et si sic bissextus duplex erit variatio, prima in Calend. Ianuarij: secunda in festo sancti Matthiæ. Vt ergo cōpotistæ scire possent, qua feria quolibet anno, quilibet mensis inciperet, inuenerunt duos numeros, vnum inuariabilem qui vocatur regularis, solaris, ferialis. aliū variabilem, qui vocatur concurrens, de quibus breuiter est dicēdum. ¶ † Videndum est 5
autem, primò, quid sit regularis solaris, vnde dicatur. & vnde habeat ortum, & quot regulares quisque mensis habeat. Regularis Solis, est numerus inuariabilis datus mensi, qui adiunctus concurrenti declarat, qua feria septimanæ quilibet mensis intret, cuius fuerit regularis. Dicitur autem regularis à regula, quia inuariabilis est, sicut regula. iij. dist. canon. Solaris dicitur, ad differentiam lunaris, de quo infrà dicetur. Habent enim ortum regulares à Martio: nam in mense Martij sunt v. regulares seu v. pro regulari. Martius enim non habuit initium in primo anno mundi, seu seculi. imò dicitur mundus factus fuisse in illo mense, in die, in quo dicitur xv. Calend. Aprilis, vel vt alij dicunt. viij. Calen. Si enim computes ordine retrogrado, dies septimanæ vsque ad Calen. Martij, inuenies quòd quinta feria mundus incœpit, si tamē ante Martium fuit, & hæc est causa, quare Martius quinarium numerum habuit pro regulari. Regulares verò aliorum mēsium sic formantur. Iungas regulares menses cū diebus eiusdem, & ab illa summa subtrahe vij. quoties poteris & regularem sequentis mensis, quod remansit iudicabit: verbi gratia. Martius habet quinq; regulares, & dies eius sunt xxxj. redige in summam, & sunt xxxvj. subtrahe vij. quoties poteris, & remanet vna dies, qui datur mensi sequenti pro regulari. Item Aprilis habet xxx. dies & vnum regularem, qui constituunt xxxj. subtrahe vij. quoties poteris & remanebūt tres quæ dantur Maio pro regularibus, & ita de alijs vsque ad Martium. Possumus etiā scire mensiū regulares per hos versus.

Est astris clara fulgentibus ara Deorum.
Grata bonis extat, gratissima cuique fideli.

In istis versibus sunt 12. dictiones 12. mensibus seruientes, prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem sumpto initio à Martio, ita q̃ quota fuerit litera prima alicuius istarum dictionum in alphabeto, tot regulares habet ille mensis, cui seruit illa dictio verbi gratia: Est, est prima dictio, & seruit primo mēsi, s. Martio: & e, est prima litera istius dictionis est: & est quinta ī alphabeto: ergo Martius habet v. regulares. item astris est secūda dictio, & seruit secundo mensi, s. Aprili. & a, est prima litera istius dictionis, quæ est etiam prima in alphabeto, ergo Aprilis habet vnum regularem, & sic de alijs. ¶ Nunc dicamus de cōcurrentibus. Dicuntur autem † concurren- 6
tes, quia sibi inuicem cōcurrunt, sicut videtur in formatione, vel ideò quia concurrūt cū regularibus ad demonstrādum initialē feriam mensiū singulis annis. Est autem cōcurrens, superexcrescentia vnius diei, vel plurium super quinquagintaduas septimanas anni solaris, ideò dixi vel pluriū: quia in anno bissextili super excrescunt duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies:in alijs verò vnus tantum,& ab illa superexcrescentia habent originem concurrentes. Alij verò concurrentes,qui sequuntur post primum,formãtur vno addito singulis terminis siue annis: sic tamẽ, ꝙ septenarium numerum non excedunt:quia non sunt nisi septem feriæ, & quandocunq; est septimus concurrens: illo anno menses habent eadem principia, quæ in primo anno mundi seu seculi habuerunt: quælibet enim feria distat per septenarium à semetipsa. † Concurrentes etiam in hac linea demõstrãtur.j.q.ij.iij.iiij.vj. vij.j.ij.iiij.v. vj.vij.ij.iij.iiij.v.vij.j.ij.iij.v. vj.vij.ij. iij. iiij. v. vj. Nam primus annus cycli solaris, habet vnum concurrentem: secũdus duos: tertius,tres:quartus,quatuor,quintus, sex, propter bissextum: sextus,septẽ: septimus vnum:quia vltra septenarium non proceditur: sed reuertitur ad vnum,& ita debemus procedere vsque ad xxviij. annos, tũc reuertimur ad primum annũ cycli, & procedimus sicut prius. Vnde trãscursus 28.annorum vocatur cyclus solaris, vel concurrentium, & dicitur cyclus quasi circulus per similitudinem. Si autem volumus scire,quotus sit annus cycli solaris, debemus diuidere annos domini per xxviij.quoties possumus, & addere illis ix. antè quàm diuidamus:quia quando Christus natus fuit, tantùm iam processerat ille cyclus, & quotus annus remanserit supra diuisionem:annorum totus erit cyclus,& si nullus remanserit, tunc sumus in vltimo anno cycli solaris: vnde versus:

Annis adde nouem Domini partire per octo
Viginti, cyclus sic tibi notus erit.

8 Possumus etiam scire concurrentes † cuiuslibet anni, per literam dominicalem illius anni, sicut declarant versiculi subsequẽtes: A sex.b.quinque.c.quatuor.e. duo. tres.d. Primus cõcurrens.f.litera septimus est.g. & sic de similibus. Hoc est dicere ꝙ quando a,est litera dominicalis,in illo anno sunt sex,pro concurrente,quãdo.b.quinque,quando.c.quatuor:quando.e.duo:quãdo. d.tres:quando.f.vnus quando.g. septẽ. Inuento autem concurrente debemus iungere cum regularibus mensis,cuius feriam Calendarum, id est, introitum scire volumus.& quota fuerit illa summa, si non trãscendet septem. tota siue tali feria septimanæ ille mensis intrabit. Si verò transcẽdat septem,quotum fuerit residuum tota feria septimanæ ille mensis intrabit. Sicut autẽ concurrentes, ita & dominicales literæ variantur. Nam in primo anno cycli solaris est.f.litera dominicalis:in secũdo. e. in tertio.d.in quarto.c. in quinto. a. tunc enim propter bissextum pertransitur.b. quod in his versibus declaratur.

Fert ea,dux,cor amet, gens, fautor, eũ coluit bis,
Ars genus est de corde bono,gignit ferus ensis.
Dicta beãt aqua gẽs,frõs dat cũctis bonus author.

In his versibus sunt viginti octo dictiones viginti octo annis cycli solaris seruientes, prima primo,secunda secũdo: & sic per ordinem sumpto initio à primo anno cycli, ita ꝙ quecunque fuerit initialis litera alicui istarum dictionum eadẽ erit litera dominicalis in illo anno, cui seruit illa dictio. Verbi gratia.fert est prima dictio, & seruit primo anno cycli solaris,&.f.est prima litera: ergo.f. est litera dominicalis in primo anno cycli solaris,& sic de alijs. Et nota,ꝙ ille annus est bissextilis, cui deseruit aliqua dictio desinẽs in t. & ita primus annus cycli semper est bissextilis, cùm ei deseruiat dictio desinens in t. scilicet fert & propter hoc prima litera dictionis desinens in t.nõ erit litera dominicalis illo anno,cui seruit illa dictio,nisi à loco bissextili vltra,quia litera dominicalis cum bissexto simul mutatur. A Calendis verò Ianuarij præcedentis ipsum bissextum vsque ad locũ bissexti erit litera dominicalis illa, quæ immediatè sequitur in Calendario post illã quę deberet esse litera dominicalis: vnde in primo anno cycli.f. est litera dominicalis à loco bissextili vsq, ad Calendas Ianuarij sequentis. A Calendis uerò Ianuarij præcedentis usque ad locũ bissexti.g.est litera dominicalis,& ita ĩ alijs. Annus autem cui seruit illa dictio sciri potest per rationem superius dictam de cyclo solaris:nã ratio literæ dominicalis tunc currentis ratione simili incipit & finitur. ¶ Nunc † aliqua de indictione dicamus. Est autem indictio,spatium temporis quo Romanus Princeps tributum gentibus indicebat. Si autem uolumus scire quotà sit indictio, debemus addere tres annos annis Domini, & post modum diuidere annos Domini per quindecim, quoties possumus, & quotus annus remanserit, facta diuisione tota erit indictio, & si nullus superauerit, in vltimo anno indictionis sumus,& tunc ad primum indictionem reuertimur, quia indictio non transcendit quindecim: vnde versus:

Si tribus adiunctis Domini, diuiseris annos.
Per te quinque datur indictio certificata.

De indictione plenius diximus in speculo iudiciali. in tractatu de instrumentorum edictione.§.j.versi.post annos,& infrà,vbi de cyclis agetur:De æra supradictum est.

9

SVMMA.

1 *Dies, est duplex.*
2 *Diei, partes.*
3 *Dierum alia differentia.*
4 *Momentum quid.*

De die. Cap. 6.

1

ICET † iam superius in plerisq, locis de die tactum est & nihilominus hic specialiter dicendum est. Sciendum est igitur quòd duplex est dies, scilicet naturalis & artificialis siue vsualis. naturalis, est spatium, quo Sol ducitur circa totam terram ab oriente vsque in occidentem, scilicet spatium diei,& noctis, quod semper continet 24. horas. Dicitur dies ista à dijs, quorum nomina Romani quibusdam syderibus sacrauerunt: vnde quælibet dies ab aliquo Deo antiquitus vocata est, vt à Ioue, & alijs prout sub septimana dictum est, vel à δύο quod est duo, quia continet duo tempora noctem, scilicet & diem vsualem. Quando autem incipiat, dictum est in proœmio septimæ partis. Artificialis,est spatium, quo sol moratur super nostrum hemisphærium,ab ortu Solis, vsque ad occasum, & hic secundum Solis ascensum & descensum crescit pariter & decrescit. Dicitur autem dies est claritas. Et dicitur vsualis siue artificialis,quia solum hoc tempus aptum est vsibus & artificijs exercendis. Reliqua pars diei, dicitur nox à noceo: quia nocet visui & vsui, & ideo vocata est dies à meliori parte sine cõmemoratione noctis, iuxta illud: Et factum est vespere & mane dies vnus. ¶ Rursus partes † diei sunt tres secundum Isid. 2
scilicet mane meridies & suprema. Mane est lux matura & plena nec iam crepusculum: Meridies dicitur quasi medi dies, id est,medius dies, vel quia tunc purior dies est. Suprema est postrema pars diei.Sero dicitur,à clausis seris. Noctis verò partes sunt septem, scilicet vesperæ, crepusculum,contricinium, Intempestum, gallicinium, matutinum, & diluculum. Vesperum dicitur à vespere, occidentali stella, quæ tenebras sequentes præcedit, & dicuntur tenebræ quasi tenentes vmbram. Crepusculum,dicitur dubia lux, scilicet inter lucem & tenebras. Conticinium,est quando iam omnes silent. Intempestum,est medium noctis tempus,quando nil agi potest & omnes silent quasi importunum. Gallicinium, dicitur, propter gallos lucis prænuntios. Matutinum, est inter abscessum tenebrarum & auroræ aduentum. Diluculum dicitur,quasi incipiens parua diei lux & aurora, quæ solem præcedat. Est enim aurora diei clarescẽtis exordium. ¶ Et nota,ꝙ dies alij † sunt syderales, in quibus sydera mouentur, & homines à nauigationibus excluduntur, alij præliales de quibus in lib.Regum. quibus reges solent ad bella procedere, alij interscalares quos scimus duodecim mensibus superesse, alij caniculares,alij solstitiales,aliæquinoctiales, de quibus iam præmissum est,alij fasti,in quibus aura fantur, alij nefasti eis contrarij, alij festi, id est, festiui, vt dies azimorum, alij profesti,quasi procul à festis, vt feriales,alij mali sunt, quoniam in eis plus solito homines affliguntur, vnde Apostolus. Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt,& econtrariò sunt boni alij Aegyptiaci,de quibus præmissum est,etiam dies salutis in quo Dominus venit ad saluãdum: est etiam dies iudicij in quo Dominus veniet ad iudicandum,qui erit bonis dies lætitiæ, malis autem calamitatis & miseriæ. Momentum verò, est † minimum 4
atque angustum tempus à motu sydera dictum: est enim extremitas horæ

in breuibus interualis, cùm aliquid sibi cedit atque succedit secũdum Isidorum ἔρα, græcum nomen est, & tamen latinum sonat, est enim finis temporis, quod autem horas cõtinet dies naturalis dictum est in principio huius partis.

Rubricæ secundæ partis tractantis de anno lunari.

Equitur secũda pars de anno lunari. In qua agitur primò quid sit annus lunaris, & qd̃ dies contineat. Secundò, de regularibus lunaribus. Tertiò de epacta. Quartò, de embolismo. Quintò de aureo numero. Sextò, de termino paschali & aliarum mobilium festiuitatum. Septimò, de cyclis.

SVMMA.

1 *Annus lunaris quid.*

Quid sit annus lunaris, & quod dies continet. Cap. 7.

1 ANnus lunaris dicitur tribus modis. Primò modo, annus † lunaris est spatium, quo luna circuit totum zodiacum: quod facit, in xxvij. diebus, & xij. horis. Secũdò modo, dicitur annus lunaris, spatium, quo luna circuit Solem ab vna ascensione, vsque ad aliam, & hoc facit in xxix. diebus. & xij. horis. Nam cum luna separatur à Sole ad peragrãdum zodiacum, & postea reuertitur ad eundem punctum, in quo dimiserat Solem, non inuenit illum ibi: quia Sol tantum processit suo motu: quia luna laborat recurrere ad eum siue attingere ipsum duobus diebus, & tribus horis. Tertiò, dicitur annus lunaris, spatium xij. lunationum in anno communi, & tredecim in emboliſmali, de quibus infrà dicetur. Cũ ergo lunatio quælibet constet ex xxix. diebus. & xij. horis, quia non curat Ecclesia de minutis, & ex 12. horis præcedentis lunationis, & ex 12. sequentis constituitur vna dies naturalis, quæ semper lunationi præcedenti attribuitur, ita quòd lunatio præcedentis mensis semper habeat xxx. dies, & sequentis xxix. nisi aliud sit, propter bissextum, vel embolismum, vel saltum lunæ, vnde versus.

Lunæ pæris mensis, nunquàm trigesima fiet.
Impar triceno, nunquàm nisi fine carebit.
Tempore Bissexti Febri, tricesima Luna est.
Nam Iulij Luna, tunc est vicesimanona.

Par mensis dicitur, quia numerando à Ianuario per ordinem cadit in numerum parem, vt Februarius, Aprilis, Iunius, Augustus, October, December, quorum lunatio semper est xxix. dierum, excepto Februario, cuius lunatio est 30. quando est bissextus. Impar verò est, quando cadit in numerum imparem, vt Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, & Nouember, quorum lunatio semper est 30. dierum, excepto Iulio. qui in vltimo anno cycli lunaris propter saltum lunæ habet tãtum xxix. Ex his autem 12. lunationibus constituuntur trecenti quinquaginta quatuor dies in anno lunari, & sic annus lunaris in 11. diebus exceditur à solari, ex quo excessu omnis varietas ætatis lunæ consurgit, ita q̃ vbicunque fuerit luna prima in primo anno, fit in secundo 11. propter quam varietatem duorum numerorum genera sunt inuenta, regulares videlicet & pactæ, de quibus breuiter videamus.

SVMMA.

1 *Regularis lunaris, quid. & nu. 2.*

De regularibus Lunaribus. Cap. 8.

5 VNc videamus † de regularibus. Et quidem regularis lunaris, est numerus inuariabilis, datus mensis ad inuenien dum lunam in Calend. mensium singulorum. Habent autem ortum regulares ab illis quinque diebus, qui supersunt in anno solari supra cccl x. dies: vnde quinque regulares dati sunt Septembris, à quo annus lunaris sumit initium. Regulares verò aliorum mensium sic formantur. Iunge regulares mensis cum diebus eius, & ab illa summa subtrahe lunationem eius, & residuum quod remanserit, erit regularis illius mensis: uerbi gratia. September habet quinque regulares, & dies eius sunt triginta, qui coniuncti regularibus constituunt 35. & lunatio Septembris est tricesima, qua subtracta remanent quinque, quæ sunt regulares sequentis mensis, scilicet Octobris, & sic de alijs usque ad Septembrem. Nam Aegyptij suum annum incipiunt à Septembri, & ideò nos annum lunarem incipimus à Septembri. De regu
2 laribus † traditur iste uersus:

Dic e, g, bis i, x, bis, & post manet ordo.

Quasi dicat: Dic, e, bis, quæ est quinta in alphabeto, id est primis duobus mensibus annis lunaris dantur quinque pro regularibus. Item dic bis, g, quæ est septima in alphabeto, id est tertius & quartus mẽsis habent septem pro regularibus. Item dic bis, i, quæ est nona in alphabeto, id est, quintus & septimus mensis habent nouem pro regularibus. Item dic bis, x, quæ est decima in alphabeto, id est, sextus & octauus mensis habent decem pro regularibus. Et nota, q̃ hic transitus de quinto ad septimum, & de sexto ad octauum, ut patet in formando in ipsos regulares, quia Ianuarius, & Martius ix. & Februarius, & Aprilis x. habent, sed post manet ordo, id est, Maius 11. Iunius 12. Iulius 13. Augustus 14. habent.

SVMMA.

1 *Epacta quid. Et qualiter designetur & inuestigatur nu. 2. & 3.*

De Epacta. Cap. 9.

1 SEQVITVR de Epacta. † Est autem epacta numerus variabilis, datus anno ad inueniendum Lunam in Calen. cuiuslibet mensis, & dicitur epacta ab ἐπὶ quod est supra, & aucta, quia est superexcrescentia anni lunaris à solari. Ideoque annus primus cycli lunaris nullam habet epactam, quia nullius annus præcessit à quo undecim accepisset. Secundus uerò habet undecim pro epacta, quia epacta oritur ab illis undecim diebus quibus annus lunaris exceditur à solari. Tertius uerò annus habet 22. quia semper adduntur 11. si non transcendat 30. si uerò transcendat 30. abiectis 30. residuum erit epacta illius anni, & ideo in quarto anno, quia summa ascendit ad 33. abiectis trigintatres sunt epactæ illius anni. Epactæ uerò Græcè dicuntur, Latinè adiectiones annuæ lunares, quæ per numerum 11. usque ad tricenarium in se reuoluuntur, quas Aegyptij ideo adijciunt, ut lunaris emersio ratione Solis coæquetur. Luna enim iuxta cursum suum 29. semis dies lucere dignoscitur, & fiunt in annum lunarem dies trecenti liiij. remanent ad cursum anni solaris dies undecim, quos Aegyptij adijciunt. Absque his non inuenies lunam quota sit in quolibet anno, mense, & die. Epactæ omnium annorum cycli lunaris, per hanc tabulam denotantur, ita quod hoc verbum nulla respondet primo anno, & singuli sequentes numeri respondent singulis annis cycli vsque ad 29. vt nulla 11. 22. 3. 14. 25. 6. 17. 9. 21. 12. 13. 5. 16. 28. 19. 30. Sed hoc idem etiam ostenditur per hos versus:

Annis † adde monos Domini partire per vnde
Viginti Lunæ cyclis, & inde patet.

Hoc vult dicere, quòd si volumus scire quotus sit annus epactalis, siue cycli, debemus diuidere annos Domini per decem nouem quoties possumus, & addere vnum, quia quando Christus natus fuit tantum processerat ille cyclus, & quota fuerit summa, quæ remanserit totus erit annus cycli epactalis, verbi gratia. Hoc anno computamus annos Domini mille cclxxxvj. quorum mille ducenti septuagintatres, sunt rectè per decem & nouem diuisi: supersunt tredecim de prædicto numero, addito ergo vno fiunt quatuordecim, vnde hoc anno est decimusquartus annus cycli lunaris, in anno sequenti erit 15. & sic vsque ad decemnouem: posteà redditur ad primum, & hoc verum est, secundum illos, qui incipiunt computare annos Domini à

Universidad de Deusto Biblioteca

natiuitate Christi, vel in Calendis Ianuarij, non autem secundum eos, qui illos im
mutant in calendis Septembris, & faciunt
ibi diuisionem, nam tũc addendi sunt duo
3 anni. Potest etiam & † aliter inueniri
epacta, vt si summam, quæ remanet de
præmissa diuisione annorum Domini per
tres iuncturas pollicis numerus. Si enim
numerus finitur in prima iunctura debe-
mus demere vnum de ipso numero, si in se
cunda debemus addere nouem, si in tertia,
debemus addere x. & ix. & summa inde pro
ueniens est epacta, & hoc si triginta non
transeat. Si verò transiret, abiectis triginta
residuum est epacta. Vnde versus.

Deme vnum, post adde nouem, post dena nouemq;.

¶ Inuenta agitur epacta debemus eam iun
gere cum regularibus mensis, cuius lunam
volumus inuenire, & quota fuerit summa,
inde proueniens tota erit luna in Calen-
dis illius mensis: dummodo triginta non
transeat, si uerò triginta transiret abiectis
xxx. residuum erit ætas Lunæ, & si summa
illa fuerit xxx. in Calen. mensis: tunc lu-
na erit triginta, si autem epacta nulla fue
rit, puta in primo anno cycli lunaris, tunc
ad inueniendum lunam sufficit regularis.
Sed quoniam epactarum ratio quandoque
fallit, propter embolismũ siue saltum Lu-
næ, ideò de ipso breuiter videamus.

SVMMA.

1 *Embolismus, quid.*
2 *Embolismalis annus.*
3 *Annus communis.*
4 *Epacta, vbi fallat.*
5 *Lunæ saltus. & nu. 6.*

De embolismo. Cap. 10.

3 IRCA embolismum sí-
ue Lunæ saltum notan-
dum est † quòd ἐμβο-
λισμος græcè, interpre-
tatur latinè superaug-
mentum, seu superex-
crescentia anni solaris
super lunarem. Quia ergo annus solaris
excedit lunarem in 11. diebus ex illo ex-
cessu constituuntur septem lunationes in
19. annis cycli lunaris multiplicatis illis
vndecim diebus. Et dicuntur lunationes
embolismales, quarum quælibet est 30.
dierum, & attribuuntur vij. annis embo-
lismalibus, ita quòd in quolibet cyclo lu-
nari sunt septem anni embolismales, & 12.
communes. ¶ Appellatur † autem an- 2
nus embolismalis, quia quarta decima lu-
na præcedentis pascha, vsque ad quartam-
decimam sequentis habet 13. lunationes si
ue 14. menses lunares, id est, trecentos 84.
dies, & iste est annus sancto Moysi diuini-
tus reuelatus. Communis verò habet tan-
tum 12. lunationes, id est, trecentos quin-
quaginta quatuor dies, quorum dispositio
nes continet iste versus:

Cur fles has lacrymas, odiosum quare tyrannum.

¶ In isto versu sunt septem dictiones septẽ
annis embolismalibus seruientes, prima
primo, secunda secũdo, & sic per ordinem,
ita quòd quota est prima litera alicuius
istarum dictionum in alphabeto, totus an-
nus cycli epactalis erit annus embolismá-
lis: verbi gratia. Cur est prima dictio, & ser
uit j. anno embolismali, & c, est prima lite
ra illius dictionis, quæ est tertia in alpha-
beto, ergo tertius annus cycli lunaris est
embolismalis, & ita de alijs hoc obseruá-
to, quòd hæc dictio has, debet scribi cũ h.
Et dicitur annus † communis, quia sæpe 3
duo ita coniunctim incedunt, vt inuicem
se in paschali solennitate sequantur, em-
bolismalis enim semper solus est. Ordo au
tem istorum annorum communium & em
bolismalium, patet in linea subsequenti.
Communis communis embolismalis, com
munis communis embolismalis, commu-
nis embolismalis, communis communis
embolismalis, communis communis em-
bolismalis, communis embolismalis, com-
munis communis embolismalis. Habita au
tem anno ambolismali, possumus scire, in
quo mense lunatio embolismalis contin-
gat per hunc versum:

Mobilis & Christũ modò liber habeto cœuum.

¶ In isto versu sunt septem dictiones septẽ
mensibus seruientes, in quibus contingunt
lunationes, embolismales in præfatis se-
ptem annis, prima primo, secunda secun-
do,

do, & sic per ordinem, ita quòd quota erit
prima litera alicuius istarum dictionum in
alphabeto, toto mense illius anni, cui ser-
uit, illa dictio cõtingit lunatio embolismá-
lis. Item, quota erit prima litera secundæ
syllabæ in alphabeto: tota die mensis inci-
pit lunatio embolismalis: verbi gratia. Mo-
bilis est prima dictio, & seruit primæ luna-
tioni, quæ contingit in tertio anno cycli lu
naris, & m, est prima litera huius dictionis,
& est xii. in alphabeto: ergo in xii. mense
contingit lunatio embolismalis. Item b, est
prima litera secundæ syllabæ, & est secun-
da in alphabeto. ergo in secunda die illius
mensis incipit illa lunatio & sic de aliis.
Si autem velis plenius huius rei veritatem
inquirere, recurre ad epacta n, & regulares
illius anni, de quo vis scire, & ita inuenies.
4 ¶ Nunc † videamus vbi fallit epacta iuncta
regularibus propter embolismum seu sal
tum Lunæ. Circa quod nota, quod licet in
cyclo lunari sint septem anni embolismá-
les, vt superius dictum est, non tamen fallit
epacta, nisi in tribus, scilicet in viii. xi. &
xix. unde uersus:

Octauo vndecimo, postremo fallit epacta.

¶ In quo autem loco uel mense, uel quot
locis fallit epacta, iuncta regularibus, his
uersibus denotatur:

Iulius vndenis, ter Maius, octo vicenis,
Bissextus nisi sit, Mars peccat: in vnde tricenis.
In totidem Maius, Augustus vero duobus.

¶ Hoc est dicere, quòd in viij. anno cycli lu
naris fallit epacta cũ regularibus in Maio
& Iulio, quia in Calend. Maij cum luna de-
beret esse xxviij. secundum epactam, non
reperitur nisi xxvij. propter embolismum.
Item fallit in Calend. Iulij eodem anno,
quia tunc luna deberet esse xxx. secundum
epactam, tamen non reperitur, nisi xxix.
propter embolismum, ubi credendum est
embolismo, & non epactæ. Item in xj. anno
fallit epacta, quia in Calend. Martij secun-
dum epactam deberet esse luna xxix. sed
propter embolismũ reperitur tantũ xxviij.
Veruntamen si in illo anno fuerit bissex-
tus, tunc corrigitur ille error, quoniam pro
pter bissextum additur vna dies. Item xix.
anno fallit epacta in duobus locis: nam se-
cundum epacta luna deberet esse xxix. in
Calen. Maij, sed propter embolismum non
reperitur nisi xxviij. & in eodem fallit in
Calend. Augusti, quia secundum epactam
luna deberet ibi esse ij. sed propter saltum
Lunæ ibi tertia inuenitur, quia lunatio
Iulij quæ deberet esse xxx. in illo anno est
tantum xxix. & hoc contingit propter erro
rem nostri computi, & tunc annus in ij. die-
bus exceditur à solari. De saltu † Lunæ 5
traditur iste uersus:

Luna facit saltum, quintilis luce suprema.

¶ Retrocedit enim Luna una die, sicut di-
ximus propter errorem nostri computi ut
in sequenti anno in Calend. Septembris,
Luna redeat, sicut debet, nisi enim saltus
Lunæ colligeretur, contingeret error, ut
in xiij. cyclis diceretur Luna prima quan-
do esset plenilunium. Colligitur autem sic
iste dies, quælibet enim lunatio ad hoc, ut
lunationes sint æquales, haberet xxix. dies,
& dimidium minus iiij. momentis, & una
uncia, & una atomo: sunt autem in cyclo
ducenti triginta quinque lunationes: erunt
ergo quater tot momenta, quæ sunt in uni-
uerso noningenta quadreginta, quæ diui-
sa per xl. constituunt xxiij. horas & dimi-
diam. Postea ccxxxv. vncijs constituuntur
xix. momenta & remanent vij. vnciæ, & ex
cccxxxv. atomis constituuntur v. vnciæ, quæ
vnciæ cum vij priorib̃us faciunt vnum
momentum, quod iunctum ad xix. momenta
præhabita, facit dimidiam horam, quæ iun
cta cum alijs xxiij. & dimidiam facit vnam
diem, quæ subtrahitur vltimo anno, à lu-
natione Iulij, & dicitur saltus Lunæ: po-
test etiam facilius hoc modo colligi. Annus
lunaris constat ex cccliiij. diebus minus
una hora & quarta parte unius horæ. &
lxxvj. parte quarta unius horæ. ergo in xix.
annis habentur xix. horæ, & xix. quartæ ho-
rarum & xix. lxxxvj. partes quartæ unius
horæ, quę faciunt in xix. annis quartam par
tem unius horæ, & ita erunt xx. quartæ ho-
rarum quæ faciũt v. horas quæ iunctæ xxiij.
horis præhabitis, faciunt unum diem. Est
† igitur saltus Lunæ quidam dies collectus 6
in xix. annis ex eo superfluo quod datur
lunationibus, & dicitur saltus Lunæ, non
quòd Luna magis saliat illa die, quàm alia,
sed quia nos Lunam computantes diem il-
lam, super quam in alijs annis lunatio Iulij
dicitur xxx. salimus siue prætermittimus,
non computantes Lunam in vltimo anno
cycli decem nouennalis, nisi xix. ideo
autem

autem ſubtrahitur dies illa à lunatione Iulij in vltimo anno cycli decemnouennalis, quia Iulius eſt vltimus in anno epactali, inter menſes habentes xxx.dies in lunatione, vnde vltimo anno lunatio Iulij nõ computatur tricesima, ſed vicesima nona & ideo aureus numerus illius anni, ſcilicet decem nouennalis, quamuis creſcat, ſequitur ſine interuallo minorem, & per conſequens in alijs menſibus ſequẽtibus vſq; ad Ianuariũ ſicut infrà dicetur: ſaltus ergo Lunæ facit duas lunationes pariter eſſe xxix.dierum: ad præfatos ergo errores facilius corrigendos inuentus eſt aureus numerus, de quo breuiter eſt dicendum.

SVMMA.

1 *Numerus aureus, quid. Et cur ſic dictus, & a quo inuentus.*
2 *Numerus aureus, vnde formetur. & num. 3.*

De aureo numero. Cap. 11.

1 AVreus numerus † eſt ille, qui ponitur in Calendario, qui in quolibet menſe indicat lunam primam ad priuatos errores facilius corrigendos, inuentus. Et dicitur Aureus numerus, per ſimilitudinem, quia ſicut aurum ſuperat omnia metalla: ita iſte numerus omnes alias rationes lunares excellit, quem Iulius Cæſar tanta tam diligentia dicitur inueniſſe, qui incipiens à quocunque anno cycli lunaris, vbicunque inuenit lunam primam in primo anno cycli poſuit j.in Calendario in latere extrinſeco, iuxta literas feriales, ſcilicet in quolibet menſe, & in ſecundo anno vbicunque inuenit primam poſuit ij.in quolibet menſe, & in tertio iij.& ſic de alijs, & ideo in Calend. Ianuarij ternarius eſt numerus, quia ibi luna inuenitur tertio anno prima: nec ibi debet poni alius numerus, quàm ternarius, quia in nullo anno Calend. Ianuarij luna eſt prima, niſi in tertio anno cycli decemnoualis. ¶ In
2 quibuſdam † tamen Calendarijs numeri ipſi deſignantur, per literas alphabeti: nam pro vno interponitur ibi, a, pro duobus, b, pro tribus, c, & ſic de alijs numeris & literis, & ſeriatim vſque ad literam, t, quæ eſt decimanona in ordine alphabeti. Formatur autem Aureus numerus ab illo ternario, qui ponitur in Calend. Ianuarij: nam illis tribus adduntur octo, & conſtituuntur vndecim, qui numerus debet poni in tertia litera Ianuarij. Item illis vndecim adduntur octo, quę conſtituunt decemnouem, qui numerus debet poni cũ interuallo in quinta litera Ianuarij. Item illis xix. adduntur octo, & ſic ſunt xxvij. Sed quia Aureus numerus non tranſit xix. ideo abiectis xix. reſiduum, ſcilicet octo, debet poni immediatè poſt xix. & ſic per totum Calend. Patet ergo, quòd quando maior numerus ſequitur minorem: tunc debet inter vtrunque numerum dimitti vna litera, & quando minor ſequitur maiorem, tunc nulla debet litera intermitti. vnde verſus.

De tribus octo canẽs ſuperet de dena nouemq;,
Maior ſit ternus. Minor aureus eſto ſecundus,

Veruntamen formatio illa fallit in omni menſe: cuius lunatio eſt xxix.dierum, ſcilicet in Februario: Aprili: Iunio: Auguſto: Octobri: & Decembri: in quibus poſt minorem numerum maiori immediatè, locatur
3 ſequitur † circa principium menſis, quod patet hoc verſu:

Menſe breuis Lunæ Februs eſt ars dat cito ganger.

In iſto verſu ſunt ſex dictiones ſex menſibus deſeruientes, quorum lunatio eſt xxix. incipiẽdo in medio verſu, vbi dicit Februs, ita quòd quecunque fuerit initialis litera alicuius iſtarum dictionum ſuper eadem litera in Calendario maior numerus ſequitur minorem ſine ſpatio, id eſt nulla litera dimiſſa in illo menſe, cui ſeruit illa dictio: verbi gratia. Februs eſt prima dictio, & ſeruit j.menſi, cuius lunatio eſt xxix. ſcilicet Februs. & f, eſt prima litera: ergo ſuper primum, f, menſis Februarij maior numerus ſequitur minorem immediatè: ſimiliter ſuper primum, e, April. & ſic de alijs, ſed ſuper primum, g, Decembris Maio, ſcilicet xxiij. ſequitur immediatè minorem, ſcilicet ij. & ſuper eadem litera, quia ibi eſt duplex aureus numerus quod deſignat geminatio huius literæ, g, in hac dictione ganger. Item fallit in Iulio, & reliquis menſibus vſque ad Ianuarium, in quibus circa finem numerus xix. ſequitur immediatè ad xj. numerum: vnde verſus:

Iulius

Iulius & reliqui, qui reſtant denam nouemq;
Iungunt vndeno ſic eſt ratus aureus ordo.

Item ſciendum eſt, quòd quando xix. immediatè ſequitur xj. tunc octauus, qui ſequitur debet tertio loco poni, vnde verſus:

Quando continuas vndenis dena nouemq;,
Maiori trinus, tunc octonarius eſto.

SVMMA.

1 *Paſcatis terminus. & num. 4. 5. 6. 7. 8. & 11. Et paſcatis claues. Et num. 2.*
3 *Clauium ſedes, vbi inueniantur.*
9 *Septuageſimæ inueniendæ terminus. Item Pentecoſtes. num. 10.*

De termino Paſchali. Cap. 12.

1 E termino paſchali † triplex datur ratio. Prima per claues Moſaicas. Secũda per ętatẽ Lunę. Tertia per tabulas manuales, de quarum qualibet videndum eſt. Sed primo de clauibus, & ideo dicendum eſt, quid ſit clauis, & vnde dicatur, & vnde habeat ortum, & ad quid inuẽta fuerit. Clauis
2 eſt numerus † variabilis datus anno ad inueniendum principia quinque mobilium feſtiuitatũ. ſ. ſeptuageſimæ, quadrageſimæ, paſchalis, rogationum, & pentecoſtes, & ideo ſunt quinque claues, & quælibet prædictorum feſtorum habet xxxv. dies, in quibus ſemper celebrantur. A ſede autem cuiuſlibet clauis numerantur dies xj. vſque ad initium ipſorum xxxv. dierum prout hic infrà patebunt. Et dicitur clauis per ſimilitudinem, quia ſicut per claues oſtia reſerantur, ita per talem numerum principia dictarum feſtiuitatum nobis denotantur. Habent enim ortum iſtæ claues terminorum à xix. annis cycli lunaris & vij. diebus ſeptimanæ. vnde prima clauis eſt xxvj. Claues autem aliorum annorum, ſic formantur: addamus enim ſemper clauí præcedentis anni xix. & ſumma inde perueniens erit clauis ſequentis anni, ſi non ſuperat quadraginta. ſi vero ſumma ſuperat quadraginta abiectis xxx. reſiduum erit clauis ſequentis anni. verbi gratia. Clauis primi anni eſt xxvj. cui ſi iungantur xix. erunt xlv. vnde abiectis xxx. remanent xv. qui numerus eſt clauis ſequentis anni. & ita formantur vſq; ad xix. annos, per ordinem, quia non procedit vltra xix. numerum, ſed reuertitur ad priorem, vnde cyclus clauium aurei numeri, & epactarum non differunt quantitate: differunt tamen principio, quia cyclus epactarum incipit à Septembri: cyclus autem aurei numeri & clauium à Ianuario, vnde ſi velimus ſcire, quotus ſit annus cycli aurei numeri & clauium poſſumus ſcire per diuiſionem annorum Domini factam ſuperius in titulo de epacta. Inuento, quotus ſit annus clauium, poſſumus ſcire, quæ ſit clauis illius anni per aliam hanc rationem: numerus enim ille, qui remanet de diuiſione annorum Domini numerari debet per ſummitates quinque digitorũ, inchoando à police, & ſi numerus terminatur in police debemus addere xxv. & ſumma inde prouenienS erit clauis illius anni: ſi vero numerus finitur in indice, debemus addere xiij. ſi in medio xiij. ſi in annulari xix. ſi in auriculari vij. & ſi ſumma inde prouenienS acceſſerit xl. adiectis xxx. quod remanſerit, erit clauis, quæ additio his verſibus continetur.

Vigintiquinque tredecim plus eſſe tricenos:
Vnde vicena epa, digitis pro clauibus apta.

¶ Sedes quidem † clauium nunquam inue- 3
niuntur in Calendario, niſi ſuper hanc literam g, prima ergo Ianuarij g, eſt clauis ſeptuageſimæ: vltima g, eiuſdem menſis eſt clauis quadrageſimæ, & ſecunda g, Martij eſt clauis paſchalis: tertia g, Aprilis eſt clauis rogationum: vltima g, Aprilis eſt clauis Pentecoſtes: vnde verſus:

Vltima, g, prima Iani, Martiſq; ſecunda,
Aprilis terna tibi ſignat, & vltima clauem.

¶ Habita ergo claue anni incipe computare à ſede clauis, & comple illam & diebus Calendarij per ordinem procedẽdo, & vbi terminabitur ibi erit terminus ſolennitatis, ita quòd in proximo die dominico ibi ſequenti erit initium ſolennitatis, cuius eſt clauis, ſed rogationes incipiunt in ſequenti die Lunæ, & ſi fuerit biſſextus cuilibet claui eſt vna dies addenda. † Poſſumus 4
etiam ſcire paſchales terminos per ætatem Lunæ, cuius rationem ſequimur iuxta conſuetudinem Iudæorum: de quo talis datur regula. Accipe Lunam quecunque eſt in

feſto

Universidad de Deusto Biblioteca

festo epiphaniæ, & perfice illam procedendo, per dies Calendarij ordinatè vsque ad quadraginta dies, & si fuerit bissextus, vsq; ad quadraginta vnum in proxima die dominica sequenti erit initium septuagesimę: vnde versus:

A festo stellæ numerando perfide lunam.
Quadraginta dies post septuagesima fiet.
Bissextus quando fuerit superadditur vnus.
Si cadit in lucem Domini, tunc sume sequentem.
Si cadit in feriam septenam, sitque Bissextus.
Linque diem Domini primus, summasq; secundũ.

¶ Habita ergo septuagesima terminos aliarum mobilium festiuitatum facile scire potes. Nam à septuagesima vsque ad quadragesimam, sunt tres integræ septimanæ à quadragesima, vsque ad Pascha sunt sex integræ septimanæ: à Pascha vero vsque ad diem Lunæ rogationum sunt quinque septimanæ, & vnus dies: à paschate vero vsque ad Pentecostem cõputantur quinquies de-
5 cem dies. † Terminum quoque Paschalem his versibus scire potes.

Post Nonas Martis, vbi sit luna noua require.
Tertia lux Domini proxima Pascha tenet.

¶ Rursus vbicunque post duodecim Calen. Aprilis luna decimaquarta reperitur in dominica proxima Pascha celebratur. Item qualiscunque luna fuit in Calend. Ianuarij tale fac cum festo sancti Benedicti, siue duodecimo Calend. Aprilis & illam computes vsque ad vigesimamquartam, & ibi erit Pa-
6 scha Hebræorũ. ¶ † Rursus ab viij. idus Martij, vsque ad Nonas Aprilis sunt dies xxix. quocunque ergo illorum luna fuerit prima: computetur vsque ad xiij. & ibi erit Pascha Hebræorum. Est etiam & alia ratio inueniendi Pascha per ætatem Lunæ, quoniam quando Luna currit per vnum, erit Pascha dominica prima post Nonas April. quando currit per duo, erit dominica prima post viij. Calend. Aprilis, quando currit per tres erit dominica prima post Idus Aprilis, quando per quatuor erit dominica prima post Nonas Aprilis, quando currit per quinque erit dominica prima post xj. Calend. Aprilis, quando currit per sex, erit dominica prima post iiij. Idus April. quando currit, per septem, erit dominica post iij. Calen. Aprilis, quando currit per octo, erit dominica prima post quartumdecimũ Calend. Maij, quando currit per nouem, erit dominica prima post septimum Idus Aprilis, quando per decem, erit dominica prima post vj. Calend. Aprilis, quando per vndecim, erit dominica prima post xvij. Calend. Maij, quando per duodecim, erit dominica prima post pridie Nonas April. quando per tredecim, erit dominica prima post ix. Calen. Aprilis, quando per quatuor decim, erit dominica prima post ij. Idus Aprilis, quando per quindecim, erit dominica prima post Calend. Aprilis, quando per sexdecim erit dominica prima post duo decim Calend. Aprilis, quando per decem septem, erit dominica prima post v. Idus Aprilis, quando per viij. erit dominica prima post iiij. Idus Aprilis, quando per xix. erit dominica post xv. Calend. Maij. ¶ Tabulas super manuales nonnulli ad inueniendos Paschales terminos cõficere sicut Dionysius, Isidorus, & quidam alij, quas ad presens duximus dimittendas, ne difficultas sit nimium onerosa. Ad presens igitur sufficient carmina nostra scripta.

Esse grauem nobis bello carmen caueamus.
Bellum sæpe gerens, etiam puto deijcit hostem.
Mox animæ lucrum inuenies cum religiosis.

In his versibus sunt xix. dictiones xix. annis cycli lunaris seruientes, prima primo: secunda secundo, & sic per ordinem: sumpto initio à primo anno cycli, & quota fuerit prima litera dictionis in ordine alphabeti, quæ nõ designat in m. tota die Aprilis computando à mensis principio, versus finem, erit terminus Paschæ Hebræorum, id est, Luna xiiij. & in proxima dominica subsequenti erit Pascha nostrum: sicut in sexta parte sub tractatu de Pascha plenè dictum est. Ibi etiam patet quare super v. Calend. Aprilis, scribitur in Calendario resurrectio Domini. Si vero dictio desinit in m. quota eius erit prima litera in alphabeto tota die Martii computando à mensis fine, versus principum, erit terminus paschalis Iudæorum, & in primo die dominico, qui posteà occurrerit descendẽdo versus finem erit Pascha nostrum: hoc cautius obseruando quia carmen & caueamus in prefatis versibus debent scribi per k. & hostem debet scribi per h. quæ in hoc loco pro litera reputatur. Potest & aliter Pascha facilè inueniri: pone enim in Calendario tuo in margine aureum numerum sequentem videlicet

delicet iuxta xij. Calend. Aprilis, pone xvj. iuxta xj. Calen. pone v. iuxta ix. Calen. xiij. iuxta viij. Calen. ij. iuxta vj. Calen. x. iuxta iiij. Calend. xviij. iuxta iij. Calend. vij. item iuxta Calen. April. xv. iuxta iiij. No. April. iiij. iuxta ij. Noñ. xij. iuxta Noñ. j. iuxta vj. Idus xix. iuxta v. Idus xvij. iuxta iiij. Idus vj. iuxta ij. Idus xiiij. iuxta Idus iij. iuxta xvij. Calend. Maij. xj. iuxta xv. Calend. xix. iuxta xiiij. Calen. viij. Volens ergo terminũ
8 Paschæ inuenire adde † vnũ annis Domini tunc currentibus: posteà diuide ipsos quoties poteris per xix. & si diuisio perficiatur in xix. ita quòd nihil superſit: currere ad Calendariũ tuum, & in die illa, iuxta quam inuenies scriptum xix. erit Pascha Hebræorum, quod semper celebrant in xiiij. luna, & in sequenti dominica erit Pascha nostrũ. Si verò aliquid supersit super vltima xix. puta quinque vel x. vel xv. dies tunc Pascha Hebræorum erit in die illa, iuxta quã scriptum inuenies v. vel x. vel xv. & sic de alijs præmissis numeris & diebus, & in sequenti dominica erit Pascha nostrum, quod nõ potest esse ante xj. Calend. April. nec post vij. Calend. Maij. verbi gratia. Hoc anno computantur anni Domini mille. cclxxxvj. quorũ mille cclxxiij. sunt rectè diuisi per xix. supersunt ergo xiij. de præmisso numero quibus additur vnus & fiunt xiiij. vbi ergo inueneris in tuo Calendario hunc numerũ, ibi erit hoc anno Pascha Iudæorum, in sequenti verò anno erit, vbi inuenies scriptum xv. & sic vsq; ad xix. posteà verò reditur ad primũ, & sic perpetuo fiet. ¶ Per eun
9 dem † quoque modum poteris terminum septuagesimæ inuenire. Pone enim in Calendario tuo in margine iuxta xvj. Calen. Februarij hũc numerũ decimum octauum. item in eadẽ linea pone xix. iuxta xv. Cal. Februa. pone v. iuxta xiij. Cal. xiij. iuxta xij. Calen. ij. iuxta x. Cal. x. iuxta viij. Cal. viij. iuxta vij. Cal. vij. iuxta v. Cal. xv. iuxta iiij. Calen. iiij. iuxta ij. Cal. xij. item iuxta Cal. Februarij xix. itẽ iuxta iij. Noñ. Februa. vj. iuxta vj. Idus iij. iuxta v. Idus iij. iuxta iij. Idus xj. iuxta Idus xix. Diuisis ergo annis Domini per xix. vt præmissum est vide qui numerus supereſt. super xix. & vbi illum in ipso Calẽdario inueneris ibi erit terminus septuagesimæ, qui semper est in luna xj. & in sequẽti dominica, septuagesimã celebramus, quæ nõ potest esse ante xv. Cal. Februarij. nec post ix. Cal. Martij. Sic nec quadragesima potest esse ante vj. Idus Februarij: nec post ij. Idus Martij. ¶ Eodem etiam modo
10 † terminus Pentecostes inueniri potest. Pone enim in tuo Calendario in margine iuxta vij. Idus Maij xvj. Idus v. iuxta iiij. Idus xiij. iuxta iij. Idus ij. iuxta Idus x. item iuxta xvij. Cal. Iunij xviij. iuxta xv. Cal. vij. iuxta xiij. Cal. xv. iuxta x. Cal. iiij. iuxta xij. Cal. xij. iuxta ix. Cal. j. iuxta vij. Calen. xix. iuxta quintum Cal. xij. iuxta iiij. Cal. vj. iuxta ij. Cal. xiiij. item iuxta Cal. Iunij iij. iuxta iij. Noñ. xj. Noñ. xix. iuxta viij. Idus viij. Diuisis ergo annis Domini per xix. numerũ illũ, qui supererit, super decẽ & nouem quere in præmissis locis Calendarij, & vbi illũ inueneris, ibi erit Pentecoste Hebręorum, quod semper est in Luna quarta, & in sequẽti die dominica erit Pentecoste nostrum. quod nõ potest esse ante vj. Idus Maij, nec post Idus Iunii: sicut nec rogationes esse possunt ante vii. Calend. Maii: nec post iii. Calen. Iunii.
Potest etiã Pascha aliter inueniri per hanc
11 tabulã † quinque quindecim tredecim duo viginti duo decem triginta decem, & octo septem. xvii. quindecim quatuor xxiiii. xii. vnũ xxi. nouem xxix. decem & septem. Isti numeri repræsentant quosdam dies Aprilis & Martii: in quibus contingit Pascha Hebræorum, cõputando dies illos à principio ipsorũ mensium, ita q̃ ipsi numeri à viginti infrà respondeant Aprili à viginti supra Martio: hoc vult hæc dicere tabula, q̃ in primo anno cycli lunaris est Pascha Hebræorũ in quinto die intrantis April. in secundo anno eiusdẽ cycli est quintadecima die intrantis Martii, & sic de aliis, donec numeri ipsius tabulæ compleantur posteà ceditur ad primum annum cycli. Qualiter aut inueniãtur anni cycli. dictum est suprà, vbi agitur de epacta. Quare festa Saluatoris excepto festo natalis siue natiuitatis sint mobilia, dictũ est in sexta parte sub festo natalis. Vltimò secundũ Isidorum, sciendum est, quod inter Latinos & Græcos est varietas super termino festiuitatis Paschalis, quod prouenit, quia Latini à iii. Noñ. Martii, vsq; ad tertium Noñ. Aprilis primi mensis, Lunam requirunt, & si quindecima Luna dies dominica peruenerit: in aliã dominicã Pascha protrahũt, vt præmissum est,

Græci

Græci vero obseruant primam Lunam ab vij.Idus Martij, vsq; in diem nonã April.

SVMMA.

1 *Cyclus quid.*
2 *Cycli sex numero: solaris, decem nouenalis lunaris, epactalis, magnus, & indictionalis, quos percurrit ibidem. & num. 3.4.5.6.7.*

De Cyclo. Cap. 13.

VIA in plerisque huius partis locis de Cyclo mentio facta est, ideo de Cyclo aliqua dicamus. ¶ Notandum est ergo, † quod Cyclus est
1 spacium aliquorũ annorum in se rediens secundum aliquos numeros, & dicitur quasi circulus, per duplicem syncopam. Est enim Cyclus vocatus eo q̃ in orbem digestus sit, & quasi in circulum dispositum ordinem compleatur annorum sine varietate, & sine arte. Sunt autem
2 sex † Cycli. Primus solaris incipiens in vj. Calend. Martij in festo Matthiæ, constans ex xxviij. annis continens concurrentes & regulares solares, & dominicales, & annos
3 bissextiles & communes. ¶ † Secundus Cyclus est decem nouenalis, constans ex xix. annis, & incipit à Ianuario continens in se aureum numerum, & claues terminorum. ¶ Tertius est Cyclus lunaris incipiens similiter à Ianuario, habens xix. annos: incipit autem quarto anno cycli decemnouenalis, hunc inuenerunt Romani, vt scirent qua hora Luna à Sole accederetur, sed quia processu temporis hæc inuentio falsificata est: nihil operamur secundum hunc Cy-
4 clum. ¶ Quartus est epactalis † incipiens v. Calend. Septembris habens simpliciter anno. xix. continens in se regulares, & lunares, & epactas, & annos communes, & em
5 bolismales. Quintus † est Cyclus magnus, constans ex quingentis xxxij. ann. vel secundum alios quingentis triginta annis: secundum quem formatur tabula Dionysij.
6 ¶ Sextus est Cyclus † indictionalis constans ex xv. ann. & continens indictiones. Romani enim quia difficilè erat de remotis mundi partibus venire singulis annis Romam ad soluenda tributa, per eos prouincijs indicta: statuerunt quòd saltem singulis quinquennijs soluerẽtur, ita quod primo quinquennio apportarent pro tributo ferrum pro fabricandis armis. In secundo quinquennio argentum, pro stipendijs militibus errogandis. In tertio aurum pro simulachris fabricandis, & sic semper post aurum. quod in ann. xv. ferebatur: incipiebat quinquennium, quo ferrum iterum soluebatur, & sic erat quasi quidam circuitus temporis, quia ergo Romani sic fieri indixerunt. ideo illi anni indictio nuncupati sunt: de quo dictum est suprà. Præmissum autem spatium quinque annorum, vocatum est lustrum, quia venientibus nuntijs prouinciarum cum tributo, cum cereis, & alijs pretiosis sumptibus vrbem lustrabant.

Conclusio operis. Cap. 14.

EMO in hoc opere diuina officia sufficiẽter existimet exposita, ne fortè opus extollendo humanum diuinum improuidè extenuet sacramentum: in diuinis nanque officijs missæ, tot & tanta sunt inuoluta misteria, vt nemo nisi per vnctionem edoctus, ea sufficiat explicare, quis enim nouit ordinem cœli, & ponit rationes eius in terra? Scrutator quippe maiestatis, opprimetur à gloria. Ego vero non præualens lippientibus oculis Solem in rota conspicere, tanti mysterij maiestatem quasi per speculum in ænigmate mihi visus sum intueri, nec penetrans ad interiora cœnaculi, sed præ foribus assidens in vestibulo egi diligenter, vt potui, non sufficiter, vt volui. lxix. dist. si officia. in prin. cum in humanis inuentionibus nil sit ex omni parte perfectum vij. quęst. j. nihil. Nempè propter innumeras atque ineuitabiles negotiorum apostolicæ sedis iniunctas necessitudines, quotidie more fluctuum emergentes, quæ studentis, & ad superiora tendentis obtundunt animum, quasi perplexus atque varijs & ineuitabilibus irretitus nexibus, vacare ad plenum nequiui, vt vellem quinimò vix valui meditata dictare, nedum concipere meditanda: nam cuiusq; animus ad plura diuisus,

diuisus, sit profectò ad singula minor. Quocirca non solum benignum sedulo imploro Lectorem: verumetiam liberum desidero correctorem. Enimuerò negare nequeo, quin plura inserta sint in hoc opusculo, quæ possunt iusto iudicio, nulla temeritate culpari. ix. di. negare. Verum si quid fortè laude dignum reperietur in eo diuinæ gratiæ penitus adscribatur: nam omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminum j. quęst. ij. quam pio. Si quid verò indignum insufficientiæ deputetur humanæ: nam corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, aut siquidem propriè, aut eorum fortassis, quorum dicta plerunq; potius recitando, quam approbando hic introducta noscuntur. Hoc enim tam ex diuersis aliorum libellis & commentarijs more mellificantis apis, quam ex his quæ mihi diuina gratia propinauit fructuosè collegi, & hanc doctrinam interno fluentem nectare, velut fauum mellis in diuinis officijs speculari volentibus, diuino suffultus præsidio propinaui, hanc solum apud homines ex ingenti perpesso labore mercedem expectans, vt apud misericordissimum iudicem pro peccatis meis deuotas orationes effundant.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD PIVM LECTOREM COR. LAVRIMANI VLTRAIECTIVI PRAEFATIO.

NOn eram nescius, pie Lector, quum hunc de Ecclesiasticis officijs librum typis primo excudẽdum proposuissem, quin infinitos prope in me carbones excitarem. Nam tum velut apertis oculis fore satis prænidebam, vt noster hic qualiscunque labor in varias incurreret reprehensiones. Atq; id quidẽ haud iniuria. Vt enim omittamus hoc, qui quantumuis piè satis de rebus istiusmodi ad Ecclesiam nimirum pertinentibus, sentiunt, non possunt tamen se se cohibere, quin & aliorum laboribus censoriam virgulam quodammodò subducant certè ab eorum morsibus, qui innumera in dies nouorum dogmatum cõmenta excogitant, nullã mihi securitatem ausim policeri. Hi sunt, quos se Euangelicos & Paulinos appellari nõ pudent, cum in ijs nihil minus sit, quã quæ in Euangelio præcepta sunt exequi, quæque à Paulo, qui non sine causa dictus est vas electionis, sunt tradita, recta ratione expendere. Quod adeò verum esse iam inde à multis annis per varios scriptores, eosq; non minus pios quàm eruditos, abundè ostensum est. Eo enim humana redijt audacia, ne dicam stultitia, eò, inquam, inconsiderata illa ac præceps quorundam hominum libido lapsa est, vt non vereantur quadam peruicacia in se recipere, quod ab ijs quàm longissimè abest. Ab horum itaq; virulentis impetitionibus, sat scio, tutus esse non potero, qui quod hac in parte fecimus, nunquam sint probaturi. Nam, qua ratione ea probent, quæ cum suis insulis & perniciosis videant pugnare institutionibus? Quæ nos huc sanis atque euidentibus probata rationibus adducimus, hæc illi planè reijciũt. Et quid in verò reijciant, si nouam sibi Ecclesiam inuenerint, & in ea nouas. si Dijs placet, instituerint cæremonias. Sed per Deum immortalem, quod insaniæ genus esse poterit apertius, quam velle magis sapere Apostolis, qui nostram hanc præsentem Ecclesiam à Christo acceperunt, acceptamq; nobis quasi per manus tradiderunt. Hi ergo multa mihi dicturi sunt, multa in eo, quem proferimus cauillabuntur, ne esset qui illorum ineptias manifestè conuincat. Eius enim rei potissimum gratia Autorem hunc in lucem emittimus, vt semel quam ridiculè videant, quæ in nostra fiunt Ecclesia, constare possit. Clamabunt imprimis vetustum esse, & qui iam à tineis & blatis propemodum confessus sit, itaque in tenebris obcæcatus, vt lucem intueri nequeat. Verũ nos omnes adhibuimus operam, vt ab huiusmodi tineis ipsum vendicaremus, & omnino id fecimus, vt iam lucem facilè agnoscat. In ea, nisi quid me me fallat opinio, tam fœliciter & prosperè versaturus est, vt non leue vulnus inde hæretici sint accepturi quod nullum quantumuis efficax medicamentum fideliter satis curare poterit. Non quasi plures non sint, qui idem aut maius etiã præstare queant, sed omnino hoc nobis persuademus, quòd cum hic alijs etiam Ecclesiæ nostræ propugnatoribus adiunctus sit, & fortiorem & faciliorem multo in hæreticorum aciem, si quam instruxerint, faciamus impressionem, vsque adeò, vt vel hastam abijcere, vel arenam nobis cedere cogentur. Enimverò sane optarim & complures alios huiusmodi hæreticorum antagonistas quotidiè exoriri, qui consimilibus lacertis cum ijs dimicare non subterfugerent, sed validissimis rationibus, tanquam hastis in manu collocatis, inanes eorum argutias perstringere adorirentur. Nam si quid in me iudicij est, quod sentio quam sit exiguum, non arbitror alia ratione fieri posse, vt commodè horum nouatorum obstinata peruicacia comprimatur, nisi semel communi Marte eos ita sacrarum literarum testimonijs velut ensibus confodiamus, vt postquã terga dederint, deinceps nihil noui redintegrare audeant. Qua in re Deum Op. Max facilè adiutorẽ habebimus, si modò prælium aggrediamur, ac cum perniciosissimis Christianæ Reipub. ciuibus ceu publico certamine manus conserere nõ defugiamus. Nunquã enim patietur Deus, vt quicquã detrimenti ferat Ecclesia, cuius ille caput est. Quanquã verò non ignorem, quin semper ab Ecclesia condita varij ac multi extiterint Hæretici, sed hoc ideò factum esse certò credimus, vt ita Christus nostram excitaret socordiam. Nunc verò quid dicemus? An non inerti luxu perditi adeò dormitamus omnes, vt permittamus sacrosanctam nostram Ecclesiam, quam vnice defensare deberemus, à nautis, fabris, fullonibus, cerdonibus palatronibus, tonsoribus, aucupibus, piscatoribus, cetarijs, coquis, fartoribus, essedarijs, baiulis in foro, in compitis & lustris, in compotationibus, in officinis, in tonstrinis, publicè & priuatim, ita lacerari, ita

capi, ita proscindi & conculcari, vt iam mille, si dicere fas est, in ea nascantur hæreses. Nam nemo fere est qui non nouam aliquam de ea excogitauerit opinionem. Sed quo feror? Certè hoc verè dicere possum, pie lector, nullum satis acerbum posse inueniri epiphonema, quod isti rei conueniat.

Quare, vt ad nos redeamus, haud dubiè, quiquid in huius operis editione præstiterimus, certi sumus, istiusmodi hæreticis ac nouatoribus non probatum iri. Sed quid adeò ad nos, si ijs non placeamus, quibus nostra exosa Ecclesia est, cui tanquam matri omnem, vt par est, honorem deferimus? Nihil equidem hos moror, si quod res est ingenuè proferre liceat. Nihil, inquã, curo, si ab illis exemplo damur, modo à nostris hoc est, ab ijs, qui verè ac piè de Ecclesia vnica sponsa Christi & matre nostra sentiunt, recipiamur. Non enim hic nobis corneæ vsque adeò fibra est, quin ab horum vno, si fieri posset, magis laudari optemus, quàm ab illiusmodi improbis hæreticis, & Ecclesiæ corruptoribus decem. Fremant ergo illi, per me licet, quibus, vt diximus, nostra sordet Ecclesia, qua tamen an aliquid charius, purius & sanctius esse debeat, non ausim dicere. Quiduis enim potius fatendum est, quam si hic contemnamus, quod nobis totius nostræ salutis fons Christus, dum hinc ad patrem emigraret, tanquam optimum quod habuit, pignus reliquit. Quid inquio contemnamus? Imò verò ne tam quidem simus inconsiderati, vt quicquam ea de re sinistri suspicemur, quam Christus iam crucis lignosus fixus in sponsam & charissimam vxorem accepit. Hanc equidem esse arbitror, de qua delicatulus ille puer Salomon mysticè hoc modo cecinit. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te vlla. Formosa admodum sit oportet, in qua ne vnus quidem inueniatur nævus quæque ita omnibus formæ dotibus prædita est, vt nihil, quod ad eam rem faciat, deesse vnquã deprehendas. Talis est Ecclesia, atque ita sponsi sui virtutibus exornata, vt si qui eam contaminent, ac suis spurcitijs fæde polluant, morte potius sint piandi, quam vt vllam hic admittamus excusationẽ. Quamlibet profectò ignarus non sim, serpentem illum Leuiathan ita studiose operam dare per suos administratores, tantosq; vndique nimbos & procellas concitare, vt hanc velut vnicam salutis nostræ nauiculam ita semel tempestatibus queat inuoluere, quo tandem penitus immergeretur ac periret. Verum hæc omnia ille frustra laborat, & quando pugnare hac in parte cum Deo non desinit, certe aduersus stimulum, quod aiunt, calcitrat. Ex his ergo quæ diximus, vel me deinceps tacente, quantopere fuerit necessarium, vt hoc opus de officijs Ecclesiasticis in apertum produceretur facile colligis. Si enim tam chara nobis Ecclesia esse debeat, quam istud ipsum à nobis Christus exigit, si ea innumera omnibus proculdubio Christianis præstet beneficia, si nos de via lassos, & grauibus peccatorum sarcinis onustos, aduenientes vltro excipiat. si in ea, post æstuantis animi perniciosos ardores & desperata vitæ squalentis solatia, blanda recipiamus refrigeria, ac delectabiles auræ susurros sentiamus, si denique ad eam tanquam amœnissimum secessum lympidis fontibus ac ripis sinaragdinis conspicuum nos conferamus, vbi onere peccatorum deposito tam dulci ac salubri cibo & potu refocillamur, vt quicquid molestum sit facile isthic excutiatur profectò eius siue leges, siue ritus, & ceremonias omnino negligere non possimus. Atqui hac quidem in re omnes facile pastores ac sacerdotes habebo imprimis mihi beneuolos, quorum munus præcipuum est, in eiusmodi ceremonijs ità populum & gregem sibi commissum edocere, ne quid amplius in hisce addubitent. Nam, si non illud ignorare volumus, quod lippis & tonsoribus etiam notum est, certe hinc omnis proficiscitur perturbationum in Repub. Christiana colluies. Et pro dolor, quam multi hoc tempore, cum Pastores, tum Sacerdotes reperiuntur, qui horum non solum ignari sunt, verum etiam quos istiusmodi addiscere & piget & pudet. Sed hos quæso, meminerint, quid illis loquatur Ezechiel. Et violabant, inquit, me ad populum meum, propter pugillum hordei, & fragmentum panis, vt interficerent animas, quæ non moriuntur. & viuificarent animas, quæ non viuunt, mentienti populo credenti mendacijs, propter hoc dicit Dominus Deus, Væ pastoribus Israel, qui quod infirmatum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. Quid istud obsecro te? Dicam cõpendio Quum magis curant quibus ciborum cupedijs ventrem saginent, quàm qua ratione populi erroribus queant mederi. Nam tum demum hoc facere intelliguntur, si verbum Dei, & quæ ad animarum pertinent salutem, populo non interpretantur, posteaquam eos Deus animarum constituerit medicos, & pastores eiusmodi, qui dominicum gregem ex Dei sententia, hoc est, vt voluit Hieronymus, scientia & intelligentia pascant. Atqui profectò haudquaquam fieri posse existimo, vt ea quis alterum doceat quorum ipse rudis sit & ignarus. Benigne itaque hi nostram qualẽqualẽ accepturi sunt industriam, si eam e re sua esse aperte intellexerint. Violabant, inquit Propheta me ad populũ meũ, cum nimirum potius quid fortunari. Coi aut Veneris iactus portendat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scire laborent, atq; vtrum vinũ meratius sit diiudicare quam eas addiscere disciplinas, quas cum maxima animarum salute ad populum Dei fideliter transfundant. Sed væ istiusmodi. Quemadmodum enim Iosephus dixit suis fratribus se ad cõspectum suum illos neutiquã admissurum, nisi & nimirũ fratrem secum adiuxerint. Ita quoque Christus verus ille Iosephus, & cuius hic vmbrã tantum expressit cum suis fratribus, videlicet sacerdotibus & sacrosanctæ Ecclesiæ pastoribus expostulabit sanguinẽ, hoc est, animã eorum fratris minimi, eumq; & manus ipsorum requiret. Quem quidem si adducere nõ poterunt, bone Deus, quàm malè cum ijs agetur. Non equidem quemquã indicio, nec speciatim aliquem perstringo, sed si quid nequid, vt ait Comicus. Nam vt omittam cætera, oppidò quàm turpe est ea ignorare, in quibus indies versamur. Non potest igitur opus hoc non ad eos maximoperè pertinere, quorum fidei Ecclesiæ gubernacula commissa sint. Hic enim præter rationem legitimè legendi cantandiq; officium diuinum, ritusq; & Ecclesiæ ceremonias luculentam sanè ad obscuriora quædam sacrarum literarũ loca explicationẽ non vulgaribus veterum Orthodoxorum testimonijs confirmatam habebunt. Porrò autẽ pleroiq; fore facilè crediderim, qui nos cuiusdam negligentiæ atq; inconstantiæ insimulabunt, quasi parum consideratè, quæ nos deceant, perpendamus, vt qui iampridem Iurisprudentiæ nomen dedimus, & in eius castris hactenus militauimus, modo ijs nos intermisceamus, quæ sunt Theologorum. Fateor equidem me præter professionem facere, quod si peccare est, fateor id quoque. Verum, mea quidè sententia, omnis professio in ijs silet, quæ cõmunem spectãt vtilitatem. Et certè vniuscuiusq; professio est, vt prosit quamplurimis, & obsit nemini. Nec vero is sum, qui tantum meo tribuã iudicio, vt solus omne operis huius in lucẽ proferendi consilium capperim. Cũ enim primo illud ad manus meas peruenisset, exemplo quibusdam amicis communicaui, quorum iudicium & doctrina non vulgaris vsq; adeo mihi perspecta fuit, vt non dubitarim, quicquid laudem mihi persuasissent, vel perpetuo nominis periculo, aggredi. Hi me non solũ ad editionem adhortati sunt, verum etiam honestis monitis, ita me interdum oscitantem & somniculosum excitarunt, vt hinc quoque factum sit, quo opus hoc magis exculum prodire non potuerit. Dedimus itaq; operam, vt author hic, qui iam propè quadringentis annis horridus, inculturis, ieiunus & squallidus inter fædissimas chartas a muribus penè totus corrosus delituit, iam tandem in manus eruditorum aliquãto tersior, ornatior, ac politior veniret, ijs sublatis mendis, quæ lectori nauseam parere potuissent. Quod sanè quantis mihi constiterit laboribus, tum verius, lector, dixeris, quum singula attenta lectione diligenter discusseris. Vetus enim ille codex manu scriptus, ita arctis ac pressis characteribus fuit exaratus, vt legi admodum mihi fuerit difficile, vsque adeo, vt sæpenumero, si quam sententiam elicere voluissem, debuerim profectò diuinare: tamen siquidem me non lateat, quàm in huiusmodi rebus diuinatio sit odiosa, ne dicam periculosa. Dabis interim veniam, si quæ interdum vocabula occurrant minus latina, quæ eiusmodi sunt, vt mutari non debuerunt. Hic nanque illud cogites velim, quod alibi libens feceris, nempè omnes artes peculiares suos habere dicendi modos. Nemo est, vel mediocriter eruditus, qui non facilè sciat Ecclesiam quoque non solum sua habere vocabula, sed & quamplurimas dicendi phrases latinæ linguæ authoribus prorsus inauditas. Verum hæ sunt istiusmodi, vt eas hic mutare si voluissem, non potuissem, & si potuissem, non voluissem, ne hic mihi accidat, quod pluribus vsu venire solet, qui dum rem illustrare conantur, eam penitus peruertunt. Nec profectò quanquam offendere debet si hic interdum dilutas, ac vt videbitur, futiles inuenerit rationes, cum in nonnullis author hic non tam veras, quàm pias ac vulgo familiares habere studuerit, cuiusmodi sunt de dissolutione stellæ a magis visæ, & cur missa de defunctis celebretur feria secunda, atque his similes aliæ, quæ in re te etiam admonitum volui. Quare ad postremum vnum hoc rogo pie lector, vt nostram operam & industriam, si quàm hic iudicauerit, æquo animo accipias, & eam solum promptitudinem benignè amplectaris, qua non passi sumus hoc opere diutius aliquem defraudari. Certo enim speramus, si non vtile, saltem minus molestum fore ijs, qui sacris literis & pietati maxime operam dare consueuerunt, vt hinc ita deinceps Ecclesiam studiosius amare, colere, atque obseruare discant, quo ad æternam illam Ecclesiam, cuius nostra hæc duntaxat adumbratio quædam est, queant suo tempore peruenire. Quod vt faciat Christus, etiam atque etiam oramus, quem in hac editione maximè honoratum optamus.

Diuinorum

DIVINORVM OFFICIORVM, AC EORVNDEM RATIONVM BREVIS EXPLICATIO

D. Ioannis Beleth, à Cornelio Laurimano Vltraiectino castigata, & in lucem edita.

Proœmium, ac brevis totius operis partitio.

IN primitiua Ecclesia prohibitum erat, ne quis loqueretur nisi esset qui interpretaretur. Quid enim obsecro prodesset loqui, si non intelligeretur? Certè nihil. Hinc illa laudabilis inoleuit consuetudo in quibusdam Ecclesijs partibus, vt pronunciato secundũ literã Euangelio, statim vulgari illud populo exponeretur. Quid vero de nostris tẽporibus dicemus, si vix, ac ne vix quidem inueniatur qui, quæ legerit vel audierit intelligat, quisq; satis animaduertat, quę viderit, aut egerit? Vnde profectò illud verè dicere possumus, quod olim propheta cõquestus est: perit sacerdos quasi è populo vnus. Videt ergo tacendũ potius esse, quàm psallendũ, silendũ omnino, quàm tripudiandum, si in hanc temporũ infœlicitatẽ incidimus. Verumenimuero ne aliqñ ora canentium ad te Dñe Deus turpiter claudantur, ad hoc damnum euitandũ, triplex adhibebimus remediũ, si primo de ecclesiasticis institutionibus, deinde de expositionibus diuinorum sermonũ, ac tandem etiã de dierũ ratiocinationibus quàm fieri potest breuissimè, dixerimus. Ac primũ quidẽ ad eos pertinere poterit, qui modo incipiunt, secundũ verò ad eos, qui iam profectũ aliquẽ sentiunt, tertium denique ad illos qui ad perfectionem quandã peruenerunt. De his igitur breuiter & compendiosè deinceps dicamus vt per nos aliqua ex parte eorũ consulatur ignorantiæ, qui quemadmodum de his rebus sentiendum sit, verè nesciunt.

De rebus specialiter Deo consecratis. Cap. I.

TAmetsi quidẽ rerum hãc vniuersitatem Deus, ad nostrũ maximè cõmodum, ex nihilo creauerit, vt hinc merito, & sic vocetur omnium Dominus iuxta illud. Domini est terra & plenitudo eius: ab illa tamẽ vniuersitate quędã sibi specialiter retinuit. Quemadmodũ enim illa in quatuor partes secari potest, ita hic a qualibet parte aliquid sibi propriè vendicauit. A locis, loca veneranda: a temporibus, dies festos: a rebus, decimas, primitias, oblationes, & si quæ sunt alia, quæ donari solent: a personis denique, quas velut sibi dicatas habet, vt sunt ministri altaris, monachi, & moniales. De quibus sanè omnibus videlicet de locis, temporibus, rebus, personis ac earundem multifarijs officijs, deinceps ordine dicemus. Et primo quidem de locis.

De loco. Cap. II.

LOcorum itaq; venerabiliũ alia sunt orationi dicata, alia verò necessitati humanæ deputata. Loca humanæ necessitati deputata sunt hæc: Xenodochium, nosocomiũ, gerotocomiũ, orphanotrophiũ, prototrophium, brephotrophium. Sic cum patres & religiosi Imper. loca quædã instituerunt, quò se reciperent peregrini, orphani, senes, emeriti, infirmi, imbecilles & saucij. Loca autẽ quę orationi dicata sunt, quędam sacra sunt, quędã sancta, quædã religiosa. Sacra loca sunt, quæ per Pontificem Deo ritè sunt cõsecrata, & quasi sanctificata, quę diuersis appellãtur nominibus, præcipuè tamen his: Ecclesia sacrariũ, sanctuariũ, sacellum, tẽplum, oratoriũ, Dei tabernaculũ, monasterium, cœnobium, κυριακὴ dominicalis, Domus oratiõis, basilica, capella. Sed ignorandũ nõ est, quin oratoriũ pro ipsa Ecclesia interdũ accipiatur, atq; etiam quiuis locus alius ad orandũ cõstitutus, vocetur oratoriũ: cuiusmodi in suis cœnobijs sibi statuerunt monachi. Sancta verò, sunt loca immunitatis circa monasteria, sub certæ pœnæ interminatione cõfirmata: quẽadmodũ apud nostrã Lutetiam cernitur, velut claustrum quoddam, in quo sunt ædes canonicorum.

Nam cuiuſcunque celeris reus ſit, ſi illuc tanquã ad ſylũ perfugerit, maxima ei præſtatur ſecuritas. Sic muri etiã & portæ ciuitatis, ac theatra vt ſancta eſſent, ſancitum eſt legibus. Poſtremò locus religioſus ille dicitur, in quo integrũ hominis cadauer ſepultum eſt, vel tantũ etiam caput. Corpus enim obtruncatũ, niſi & caput adſit, locũ religioſum facere nõ poteſt. Quare, cum hactenus de locis dictũ, ſit illud vnum adijci oportet, vt, quemadmodũ Eccleſia ſit ædificanda, paucis declaremus. Facto enim loco fundamenti neceſſe eſt, vt Epiſcopus eũ primo aqua luſtrali, quam benedictã vocant, aſpergat, ac tum denique primũ fundamẽti lapidem, qui crucem ſibi impreſſam habere debet ipſe iaciat, vel iuſſum eius ſacerdos alius, ſi ipſe adeſſe nequeat. Et omnino quoq; neceſſarium eſt, vt ædificetur verſus Orientẽ, hoc eſt, verſus ſolis ortum æquinoctialem, nec vero contra æſtiuale ſolſtitiũ, vt nonnulli & volunt & faciunt.

De temporibus. *Cap.* 3.

HIs igitur de locis ita breuiter expoſitis, dicendum, eſt de temporibus. Accipimus aũt hic tpa, pro diebus, quorũ alij ſunt feſti, alij ſolennes, alij verò profeſti. Ac profeſti quidẽ ſunt, quia nulla ſpeciali celebritate fulciunt. At vero aliter Iudęi ſuos vocat dies aliter Ethnici, eorũq; Philoſophi, aliter dæmũ chriſtiani. Hebręi primũ diẽ appellãt ſabbatũ, qui præcipuus apud eos habetur. Reliqui oẽs ab hoc denominati ſunt. Vocãt enim ſequentẽ diẽ poſt ſabbatum, primã ſiue alterã ſabbati, & qui deinde ſequitur ſecundam ſabbati, & ſic de alijs, vſq; ad diẽ ſeptimũ, qui illis vel ſeptima ſabbati, vel ſabbatũ ſabbatorũ dicitur. Apud Ethnicos verò, tam vulgus, quàm Philoſophi iſdẽ vtebantur nominibus, niſi q̃ in ijs diuerſam inter ſe habuerint rationem. Vtriq; enim primũ diem ſolis appellabant ſecundũ, Lunæ: tertiũ, Martis: quartũ, Mercurij: quintũ, Iouis: ſextũ, Veneris: ſeptimum, Saturni. Sed ideò hos vulgus ita nominabat, quia Solem, Martem, Mercuriũ & alios, deos eſſe arbitrabatur: Philoſophi verò ob hanc cauſam, quod planetarũ horum motibus humanæ vitæ natura cõſtituatur. Proinde nomina hæc ſacra ſcriptura haud quaquã recipit, quanquã paſſim in vſu habentur. Chriſtiani denique ab his longè aliter dies nominat, proprijs nimirũ appellationibus. Nam ſabbatũ Iudæorũ vſq; adeo non obiecerunt quin cum ijs illud libenter habere velint, partim ob Hebraici ſermonis authoritatẽ, partim etiã ob interpretationis ſignificationẽ. Sequentẽ verò diem, vocãt diem dominicũ, tum propter Chriſti reſurrectionẽ, tum propter ſpiritus ſancti è cœlis miſſionẽ, vel quia Ioannes Euãgeliſta in ſua Apocalipſi ſic ipſum nominauit. Ait enim ibi hoc pacto. Fui in ſpiritu in die dominico. Sed diem qui proximè dominicam ſequitur, feriam vocant ſecundã, itemq; & alios dies ad ſabbatũ vſq;. Dicuntur autem feriæ à feriando, non q̃ a neceſſarijs vitæ operibus ſit feriandũ & abſtinendũ, ſed q̃m toto vitæ noſtræ tẽpore a vitijs feriari debeamus. Dies feſti porrò ſunt dies ſolẽnes, qui, vt ſoli ſeruarentur, quaſi preſcripto & quodam inſtituto recepti ſunt. A ſolo enim vel a ſolito ſolẽne dictũ eſt. Vnde ſolennia feſta vocat Eccleſia, quę certa ſunt obſeruatione cõſtituta. Atq; hinc etiã venit ſolẽnitas, quæ quadripartita eſſe põt, videlicet feſtiuitatũ, ſtationũ, letaniarũ, & ieiuniorũ.

Apoc. 1.

De ſolennitate feſtiuitatum. *Cap.* 4.

PRimo igitur de feſtiuitatũ ſolennitate agendũ eſt, quæ pluribus nominibus vulgò exprimi ſolet, nimirũ his: feſtiuitas, feſtũ, celebritas, exitus, tranſitus, obitus, aſſumptio, depoſitio, dormitio, paſſio, dedicatio, natiuitas, natalis, vel natale & natalitium. Feſtiuitas dicitur, quaſi feſti ſancti alicuius natiuitas. Natiuitas verò propriè appellatur feſtũ illius natiuitatis, quæ eſt in carne & in mũdo, ita vt hinc ſolũ dicatur natiuitas Chriſti, beatæ Mariæ & Ioãnis Baptiſtæ, quod horũ natiuitates duntaxat ab Eccleſia celebrentur. Natalis vel natale & natalitiũ vocatur ſanctorũ ex hoc ſeculo cõmigratio. Quia vt ſeculo & mũdo moriuntur, ita tunc cœlo naſcuntur indifferenter autẽ tria hæc vocabula vſurpantur. Dicitur porrò tranſitus feſtũ, quod eſt de morte beatorũ, quum eorũ animæ è corporibus exeũtes per varia loca ſibi incognita tranſire debeãt nempè ſi dicere liceat, per cœlũ aeriũ, ætereũ, criſtallinũ, donec peruenerint ad cęlũ empyreũ. Obitus appellatur, quaſi tum animis angeli veniãt obuiã, cuiuſmodi de beato Martino legitur. Paſſio autem nuncupatur, quaſi tum maximè corpus patiebatur, cum inde anima excederet. Quapropter fieri etiam poteſt vt vniuſcuiuſq, obitus appelletur paſſio, quũ ille diſceſſus animæ ac diſtractio a corpore, non ſine magno dolore fiat. Nec enim ſine cauſa eſt, quod diuus Hieronymus in vitis patrum de quodã viro ſancto narrat, qui dominũ rogauerat ut ſibi vellet oſtendere quemadmodum è corpore excederet anima abſque dolore & anguſtia aliqua. Nam cum hic quodam die fortè fortuna ab ſuo ueniret tuguriolo, uidit iuxta uiam pauperem quendam ante ſe miſerè proſtratum, ac iam animam agentem, cui aliquot, vt perſpicuè videbat, aſtabant angeli, qui eius expectabant animam, ut eam ad ſuperos deportarent. Verum hi poſteaquã illic multum diuque expectaſſent, uox miſſa è cœlis ad angelos illico audita eſt. Ad quid tandem moramini? Ad quam illi reſponderunt Dominum præcepiſſe, ut animã illius ſine corporis anxietate educerẽt, quod certè facere non poterant. Haud iniuria ergo cuiuſque obitus & paſſio dici poteſt. Aſſumptio uero propriè dicitur tranſitus beatæ Mariæ, & Depoſito ſancti Ioannis Euangeliſtæ, qui uiuus ſepulchrum ingreſſus eſt, & ſe quaſi in illud depoſuit. Tandem etiam dormitio, mors appellatur ſanctorum quæ illis eſt velut optatiſſima quies. Sicut enim a ſomno validiores atque integriores ſurgere omnes ſoleamus, ita & ſancti ſine difficultate reſurgent in corporibus glorificatis quaſi è ſomno fuiſſent experrecti. Vnde illud eſt, quod Dominus de Lazaro dixit: Lazarus amicus noſter dormit.

De feſtis. *Cap.* 5.

FEſtorum quædã ſunt generalia, quædã particularia. Generalia, ſunt quæ generaliter ab omnibus celebrãtur, vt feſta Trinitatis, beatę Mariæ, natiuitatis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, ſanctæ Crucis, Apoſtolorum, Euangeliſtarum, ſancti Ioannis Baptiſtæ & Euangeliſtę, Laurentij, Nicolai, Sylueſtri, Martini &c. Feſta autem particularia ſunt, quæ tantum in una colunt prouincia, ut feſtũ beati Hylarij, quod in Aquitania dũtaxat obſeruatur. Vel etiã quæ in uno ſiũt epiſcopatu, uel in una uilla aut parochia, dicuntur feſta particularia. Notandum interim obiter hic eſt, in colendis feſtis dignitatem quandam & ordinem eſſe attendendum. Feſta etenim Trinitatis digniori cultu ſunt celebranda, deinde feſta beatæ Mariæ, præcipuè tamen Aſſumptionis, ac tandẽ quoq; feſta ſanctæ Crucis, quæ duo ſunt. De alijs antè intelligenti facilè eſt iudicare. Quot ſunt feſta Trinitatis, tot beatę Mariæ eſſe ſciẽdum eſt. Cauſæ vero feſtorum quæ ſint, & cur quædam non ſuo tempore, ſed alieno celebrentur ſequentia commodius declarabunt.

De ſtationibus. *Cap.* 6.

DE letanijs quidẽ modo non incommodè dicendum foret, niſi de ijs tum paulo opportunius eſſemus diſcuri, cum de feſtis iuxta temporum varietates tractabimus. Operęprecium igitur eſt, vt hoc tempore his ſuperſedeamus, ac modo de ſtationibus agamus, vbi ſex ſunt conſideranda. Primo, quid ſit ſtatio, & quamobrem ſic appellata: ſecundo, vnde initium ſumpſerit: tertio, quot ſint earum ſpecies: quarto quare huiuſmodi ſolennitas ſtationum ſit inſtituta: quinto, cuiuſmodi ſint perficiendæ: vltimo denique quæ ſit differentia inter ſtationes, proceſſiones, & letanias. Et quidem ſtatio, prout hoc in loco accipitur, eſt proceſſio, quæ fit ad aliam Eccleſiam: vt Deo perſoluantur gratiæ. Dicitur autem ſtatio, quòd ſtantes Deo agimus gratias, non flexis genibus ſicut in letanijs: nec in eis ſupplicationis vtimur vocibus, ſed laudem Deo cantamus. Videntur tamen ſtationes a veteri lege ad nos fluxiſſe. Tum enim populus Iudaicus, atque etiam complures Ethnici Hieroſolymam conueniebant in maximis ſolennitatibus, veluti in Paſchate & Pentecoſte, vt in templo adorarent, ibique & munera offerrent, ac Deo tandem gratias pro innumeris beneficijs agerent. Ab hac ergo eſt conſuetudine, quod etiãnum noſtra Eccleſia obſeruat, vt oẽs pariter ab oppidis, villis, alijsq; locis ſuburbijs in ſeptimana Paſchali & Pentecoſtes ad epiſcopalẽ Eccleſiã conuenirent. Sunt item aliæ ſtationes, quæ a Romanis originem traxerunt, qui in eiuſmodi fre-

Universidad de Deusto Biblioteca

frequenter admodum versabantur. Si quando enim diuersis temporibus se ab hostibus vndique obsessos animaduertebant, aut graiora sibi imminere pericula, sanctorum intercessiones implorabant, vt quicquid esset periculi tandem cessaret. Quo quidé facto processionibus ad eius sancti Ecclesiam conueniebant, cuius patrocinio fuerant liberati, vt tanto beneficio dignas gratias Deo agere possent. Atq; ita sanè fiebat statio ad S. Paulum illo die, quo per eius subsidij inuocationem eos liberauerat Dominus. Et sic de alijs. Stationum autem duę sunt species. Aliæ enim sunt generales, alię particulares. Generales sunt, quæ in ijs duabus septimanis, quas modo diximus, ad maiorẽ semper Ecclesiam fieri solent. Particulares verò sunt, quæ in diuersis Ecclesijs, ex causa, quam statim attulimus fiũt. Quandoq; etiam fiunt stationes causa venerationis, nulla alia causa interueniente, vt quum in alicuius sancti festo ad alius Ecclesiam itur processione à maiori. Rursus interdum stationes fieri dicuntur, cum ob eandem veneration is causam diebus festis ad diuersa progredimur altaria. Quare ex ijs, quæ diximus, satis constare arbitror, quæ sit stationũ institutio. Quibus illud tamen addendum est, quod quemadmodum Romani in sua ciuitate ad pericula euitanda stationes annuatim fieri statuerunt, sic quoq; in alijs ciuitatibus ob similem causam suas instituerunt stationes. Non est propheto, quod multum anxij simus circa vestes, quibus in stationibus vti oporteat, cũ eiusmodi esse debeant, quales in choro quotidie haberi licet, hoc semper obseruato, vt illi temporis maximè conueniant, quo fiunt stationes. Non hic ieiunatur sicut in letanijs. Non hic flectuntur, vt dictum est, genua, sed lætitiæ voces cantantur, nimirum responsoria, vt dicimus, & antiphonæ, vel his quippiam simile. Fit nonnunquã vt, dum peraguntur stationes, in ea Ecclesia, ad quam itur, missa celebretur, & interdum non. Vtut tamen hæc sunt, absoluta stationis oratione semper vnde exierant, reditur. Inter stationes verò, letanias & processiones hoc interest, quod stationes ex causis suprà dictis, eo, quod expositum est, modo fiant: letanię quę supplicationes ac rogationes significant, ad vitanda quidem fiunt pericula, atq; omnes effugiendum infortunium, sed nõ sine ieiunio, & veste humili, aut habitu lugubri, vocibus in modum supplicantis. Vnde profectò letanię dicuntur supplicationes. Sed eui dentius hæc omnia patebunt cum eadem plenius paulo post simus tractaturi.

De processionibus. *Cap.* 7.

PRocessiones denique duæ sunt: vna est, quam singulis annis obseruamus in Ramis palmarum. Sic enim illam vocamus dominicam, quæ proximè præcedit Pascham. Atq; hæc quidem illam repræsentat processionẽ, quæ Domino fuit exhibita à turbis Iudæorũ, & pueris cum ramis palmarum, quum insidens asinæ Hierosolymam veniret. Altera vero est, quam dominicis diebus celebramus in eius memoriã, quam discipuli Christo exhibuerunt ipso die Ascensionis, postquam cum eo simul ad montem Oliueti congrediebantur, vnde illis videntibus assumptus est. Non q̃ illud die dominico factum sit, sed processio & omnis istius diei celebratio in diem dominicũ translata est, vt à populo tunc maximè ad Ecclesiam confugiente & simul & solennius coli possit.

De ieiunio. *Cap.* 8.

NVnc videndũ est, quid sit ieiunium, vnde dicatur, de authoritate & laude, siue cõmendatione ieiunij, atq; eius multiplici distinctione. Primum sanè pertinet ad definitionẽ, alterum ad interpretationẽ siue originem, tertium ad cõfirmationem, quartum ad amorem, quintum denique ad cognitionem. Ieiunium est communis omnium membrorum satisfactio, vt scilicet membra satisfaciant pro peccatis, quæ admiserunt, vt singula peccauit, ieiunet ac sufficit. Qui solus est in culpa, solus sit in pœna. Si oculus, similiter. Vnde Hieremias. Oculus meus depredatus est animam meam. Et per fenestras oculorũ meorum mors intrauit in animã meam. Sic Augustinus: Oculo nihil nequius. Potest autem dici ieiuniũ, à ieiuno, quod est intestinum quoddam, vt inquiunt anatomici, quod in homine, mortuo prorsus vacuum reperitur. Nam & nos itidem cum ieiunamus à vitijs

Thrẽ. 3.
Hiero. 9.

vitiis omnino vacui esse debemus, idq; tam in animo, quàm in corpore. Vnde plenius profecto Augustinus super Ioannem ieiunium definit hoc modo. Magnum & generale est ieiunium ab iniquitatibus & à carnalibus voluptatibus abstinere. Hoc enim ieiunium omnibus numeris est perfectum
Tit. 2. & absolutum. Cui non absimile est, quod Paulus ait: Sobriè & piè & iustè viuamus in hoc seculo. Nam quòd, vt sobriè viuamus, inquit, ad nos planè pertinet, quod piè, ad Dominũ, quod iustè, ad proximum. Hinc pietas est cultus Deo exhibitus, cum quo velut ex aduerso pugnat impietas siue idolatria. Quare multi in hoc vocabulo pietatis errant, dum in eo vulgo assentiuntur, quòd ille dicatur pius, qui è suis bonis libens pauperibus quippiam partiatur, contra ille impius, qui quæ pauperum sunt, ad se rapit. Verum ne diutius quadam similitudine labamur, & vitia impietati cõfinia, & virtutes, quæ pietatis nomini non obscure videntur respondere, breuiter describemus. Multum sanè interest inter flagitium, facinus, atque impietatem. Nam flagitium in nobismetipsis est: Facinus vero commititur in proximum, & impietas in Deum. Sic quoq; magnũ statuitur discrimen inter misericordiam, clementiam, & pietatem. Vt enim misericordia maximè versatur circa naturam: sic clementiam esse dicimus erga iustitiam, pietatem erga Deum. Verbi gratia: Misericordia est, siquis ad supplicium aliquem iustè damnatum duci videat, cui ita naturali inclinatione compatitur ac commouetur, vt ipsum a supplicio liberet. Quemadmodum etiam dicitur misericordia, si quod pauperi est suffuratum, ipsi restituimus. At uero clementia est, si quem iniustè punitum viderimus, & nos periculis obiecerimus, ut per vim illum eripiamus. Pietas demum est colere Deũ, idq; ex mero amore, quam Græci vocant λατρείαν, vel θεοσέβειαν, nos autem Dei cultum rectè appellare possumus.

De ieiunij authoritate. *Cap.* 9.

AThoritas ieiunij triplex est. Habet enim authoritatem partim ab antiquitate temporis, partim a loci qualitate, partim denique a præceptorũ institutione, & maiestate. Ab antiquitate temporis, q̃ statim post orbem cõditum in ipsa hominis creatione esse cęperit, cum dicebatur. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. A loci uero qualitate, quia in paradiso fuit institutum. A pręceptore, q̃ non *Gen. 2.*
ab homine, sed a Deo ordinatum fuerit. Rursus cõmendatur a temporibus & personis. Et a temporibus quidem, q̃ in tempore ante legem, in tempore sub lege, & in tempore gratiæ ieiunium semper fuerit obseruatum. Ante legem a Moyse, sub lege ab Helia, in tempore gratię a Christo. Eius autem cõmendatio plena est exemplis. Heua quandiu abstinuit, virgo fuit incorrupta, mansitq; in paradiso. Sed quum pręceptum ieiunij violasset, exemplo carnis sensit corruptionem, & sub uiro est constituta, ac paulo post è Paradiso turpiter eiecta. Ad eun- *Gen. 3*
dem sanè modum Adam simul atque ieiunium fregisset, ex delitijs Paradisi in hanc mortalitatis miseriam detrusus est. Moyses post ieiunium cum Deo locutus est. Helias *4. Re. 2.*
similiter post ieiunium igneo curru in cœlum subuectus est. Hierosolyma a Senacherib tempore Ezechiæ Regis & Isaiæ centũ *2. par. 32.*
octuaginta quinque milibus cęlitus una nocte interfectis, fuit liberata, & ne inter cineratos fœterent, solus Senacherib cum decem tantum aufugit in Niniuen, vbi sexagesimo die post a proprijs suis filijs fuit interemptus. Item, Iona iram Dei concionante, Niniuitæ in sacco & cinere ieiuniũ pœnitentiæ agentes consecuti sunt veniam. Sic quoque Iosue filius Naue ieiunio, dum illud per integrũ diem agebat ad Cabaon, Solis & Lunæ cursum cohibuit, & hostes suos superauit. Ab his itaq; personis ieiunium cõmendatur. A loco uero, q̃ in Paradiso natum sit. Sequitur ieiunij distinctio.

De distinctione ieiunij. *Cap.* 10.

IEiunium sic primo diuidi potest, quod aliud sit carnis, aliud mentis. Carnis est, cum quis abstinet a cibis. Mentis uero quando quis ieiunat a uitijs. Vel etiam carnis ieiunium dici potest, si quando quispiam ob nimiam pinguedinem ieiunat, ne corpore supra modum pinguescat. Verum illud nullius uirtutis est, adeoq; dicendum est potius esse attenuationis. Qua ratione

Universidad de Deusto Biblioteca

& mentis ieiunium esse volumus contra luxuriam, ne similiter plus æquo pinguescat, ac in multis luxurietur. Secundo ieiunium & hoc modo distinguitur, aliud videlicet esse institutionis, aliud deuotionis, aliud paritatis, & aliud dispensationis. Ieiunium institutionis est. Quadragesima a sanctis patribus olim instituta. Quemadmodum enim in lege veteri, sancti patres rerũ suarum omniũ decimas & primitias Deo reddere consueuerunt. Ita nos quoque debemus ei decimas & primitias offerre, non solum ex rebus nostris, nempè ex frugibus, & alijs quæ possidemus, verum etiam ex nobismetipsis scilicet, ieiunando, idque corpore quidem a cibis, mente uero a uitijs. Est enim, ut statim diximus, carnis pariter & mentis ieiunium. Offerimus autem Deo ex nobis primitias & decimas, si quando bene operamur.

De institutione Quadragesimæ, & reliquis ieiunandi formis. *Cap.* 11.

INstituta igitur fuit Quadragesima, pro dierum decima. Sed cur potius quadragenario numero, quàm alio appelletur, euidens ratio est, cum quadraginta dies in anno pro decima liquido possimus inuenire. Sicut Leuitæ ex decimis, quæ eis offerebantur, summo sacerdoti partem reddebant decimã, ita & nos decimã damus Christo uero Pontifici ex triginta sex diebus, qui sunt in decima trecentorum & quadraginta dierũ, & ex sex horis cum quadrante, quæ sunt vltra dies trecentos & quadraginta. Cum ergo summatim sint dies quadraginta vnus & quadrans, ex quadraginta habemus pro decima quatuor, quibus cũ alijs triginta & sex cõputatis, exurgunt quadraginta. Restat adhuc unus dies & quadrans, quæ sunt horæ triginta, quarum pars decima tres sunt horæ, pro quibus in sabbato Paschæ ieiunamus vsq; ad noctẽ. Sunt autẽ in anno dies trecẽti & quadraginta sex, quorum decima pars triginta sex dies sunt, excepta decima quadrantis, pro qua voluit Augustinus, vt in uigilia Paschæ, eius diei missa nocte celebraretur. Vnde est, quod in oratione, quam Collectã dicimus, illo die legimus: Deus qui hanc sacratissimam noctẽ, &c. Dicitur ergo Quadragesima, quasi cum decima quatuor. Diebus enim triginta & sex adduntur quatuor, qui sunt ex decima. Primus est sanctificationis, hoc est, mundificationis, si sic dicere liceat. Quia tũc homo mundatur & lauatur tam anima, quàm corpore. Reliqui tres sunt primitiarum. Primus dierũ quadraginta, est quarta Quadragesimæ. Tres alij sunt, vt dictũ est, primitiarũ. Et certè ignorandũ non est, tres dies ieiuniorum in unoquoq; tempore celebrari, qui appellantur primitiæ. quod ita de ijs sit dispensatum. Proinde ieiunium dispensationis est, quod in magnarũ solennitatum uigilijs fieri dicitur. Solebant enim maiores nostri illa nocte, quæ proximè festum præcedebat, uigilare, unde & uigilias appellabant dies festa proximè præcedentes, ad quas conueniebãt iuuenes & puellę, cantores & lusores, sicut adhuc fit in plerisq; regionibus, ut in Pictauia, præcipuè in festis patronorum ecclesiarũ. Sed quoniam multa inde nascebantur incõmoda, institutum fuit, ut in locum uigiliarũ succederent ieiunia, ut eo demum modo comessationes superfluæ & ebrietates, quæ crebro cõtingebant, tollerentur è medio. Quod in ea forma ab Ecclesia ita dispensatum accepimus. Si quis tñ ieiunaret & uigilaret, his vtique haud male faceret. Nihil enim uetat bonũ duplicare. Dicitur autẽ huiusmodi institutio, dispensatio, quasi in diuersis (ut sic loquar) pensatio. Nam ieiuniũ hoc fuit introductũ in cõpensationẽ vigiliarũ, quæ idcirco fuerũt abrogatæ, ne crebræ illæ comessationes atq; ebrietates posthac fierent. Aliquãdo tamen & canonici rigoris est dispensatio iusta de causa ab eo, cuius interest, facta relaxatio, quẽadmodũ etiã in hoc loco. Viderunt enim quòd melius erat ieiunare, quàm uigilare. Ieiunium porro deuotionis est, si quãdo quis sua sponte ieiunat, ut in uigilia beati Martini, & beati Nicolai. Ieiuniũ paritatis est, quum in uigilia sancti Iacobi, Bartholomæi, & aliorũ Apostolorũ ieiunamus, quibus ut ieiunaretur, statutum non est. Facimus tamen ex eo, q̃ omnes Apostoli in meritis ac præmijs pares sint. Quorum enim merita æqualia sunt, necessarium planè est ut eorum animæ in cœlis sint æquales. Ob quam sanè causam Ecclesia consideruit dignum esse, ut pariter omnes ieiunia haberent. Ex Apostolis autem sex tantum

tùm ieiunium habent institutionis, quorũ item quatuor quũ coniunctim ieiunamus, quatuor duntaxat in vniuersum existunt Apostolorum ieiunia. Nam Petrus & Paulus vnum communiter obtinent, quoniam eodem die passi sunt. Sic Simon & Iudas, qui ita simul duo ieiunia efficiunt: tertium habet Matthæus, & quartum Andręas. Cur verò his, & non etiam alijs ieiunamus, ratio in promptu est. Vt hoc enim fieret in eorum vigilijs, ideò sancta ecclesia statuit, quòd sicut illi p Christi nomine passi sũt, & nos quoque aliquo saltem modo cũ eis patiamur, si beatè cũ eis viuere optemus. Eadem ratione etiam de alijs Apostolis instituisset, nisi aliud quippiam impedimento fuisset. Impedimenta autem sunt hæc: Festum Philippi & Iacobi quod ipsis Calendis Maij habemus, quæ semper sunt inter Pascha & Pẽtecosten, quòd sit tempus lætitiæ & gaudij ieiunandum non est. Nec obstant ieiunia, quæ in diebus letaniarum siue rogationum occurrunt, cùm ea ob aliã fiant necessitatem, vt patebit dilucidius in sequentibus, Nam & tunc ieiunatur ab aliquibus propter spiritus sancti expectationem. Iacobus Zebedæi ab Herode obtruncatus est in diebus azymorum, ita vt neq; ieiunium habeat, neque illi festum celebrari possit. Festum nanque eius, quod septimo Calendas Augusti obseruatur, non fit respectu illius passionis aut mortis, sed translationis, Tunc enim illi primò dedicata est ecclesia in Hispania, vt pleniùs ostendetur eo in loco, quo eius festum attingemus. Quod autem non ieiunatur Bartholomæo, cuius festum est octauo Calendas Septembris, aliud est impedimentum. Fertur enim vno die fuisse excoriatus, & altero obijsse, quãquam in legenda seu vita eius illud minime habeatur. Quod si ergo ita sit, necessarium foret, vt eius vigilia secundo die ante festum coleretur, quod esset contra normam aliorum ieiuniorum festiuorum. Vt beato Thomæ ieiunetur, non oportet, quia festum eius est in Aduentu Domini, in quo quasi continuum ieiunium debemus obseruare. Barnabas propterea non habet ieiunium, q̃ non sit ex numero Apostolorum. Nec profectò dicitur Apostolus, nisi quòd, cùm erat Pauli socius, vt cæteri ad prædicãdum missus sit, Vnde illud. Segregate Barnabam & Paulum. Matthiæ ideò non est institutum ieiuniũ, quia festum eius in Quadragesima frequentius solet contingere, qũ alioqui semper ieiunatur. Vel etiam ob eam rem, quòd ex primitiuis Apostolis non fuerit, sed post Christi passionem per aliorum electionem loco Iudę substitutus. De quo dicitur. Et episcopatum eius accipiat alter. Festum denique beati Ioannis Euangelistæ semper celebratur tertio die post natiuitatem Christi, quo ieiunare nõ licet propter dies festos. Nihil interim vetat, quo minus omnium Apostolorum ieiunia possint celebrari. Optimè enim fecerit, qui ieiunauerit, sicut in vigilia beati Iacobi septimo Calendas Augusti ieiunant hi, qui ipsum colunt. Sed istiusmodi ieiunium vocatur paritatis, quod secundũ merita suscipitur, nõ institutionis. Est rursus ieiunium aliud inspirationis, aliud circunspectionis. Inspirationis ieiunium est, quale fuit in beato Nicolao, qui etiamnũ infans in cunabulis bis in hebdomada ab vberimis matris abstinuit, ac tantùm semel papillas quartã & sexta feria suxit. Ieiunium circunspectionis est, quando prę imminente aliqua tempestate, vel hostiũ periculo, vel simili aliquo infortunio ieiunamus. Deinceps verò ieiunium aliud est rationabile, aliud irrationabile. Rationabile appellatur, quod ipsa ratio facilè admittit, quum moderatè cibum & potum sumimus, ne inde corpus debilitetur. Vnde inquit Apostolus: Rationabile sit obsequium vestrum, non in comessationibus & ebrietatibus &c. Irrationabile est, si quis velit ieiunare duobus aut tribus diebus cõtinuis, aut integra etiam septimana, cuiusmodi Deus non approbat, qui vt vitia mori cogantur, non autem vt natura dissoluatur, vult esse ieiunandum. Hinc illud ieiunium posse prohiberi, quod nonnulli cõtinuant à cœna Domini vsque ad Pascha, satis manifestum est. Sunt item aliæ ieiuniorum formæ, quas eadem breuitate perstringemus. Nam aliud reperitur qualitatis, aliud quantitatis, aliud numeri, aliud summæ exactionis, aliud alteritatis vt sic dicam, aliud xerophagię. Qualitatis ieiunium vocamus, quum carnis esum nobis in posterum indicimus. Quantitatis,

Act. 1
Psal. 108
Aoma. 12.13.
Act. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

tis, quum quis ad certam mensuram sibi victum subtrahit. & omnino quantum quoque die comedat, quasi ponderatum habet. Ieiunium numeri, est si quando quis ita secum statuat, vt quolibet die non nisi semel posthac cibum caperet, vel bis, idque ex eo, quòd qui idem sæpius faciunt, sic ipsi se abijciant ac prosternant, vt nihil inter eos atque inter bruta animantia planè intersit. Hæc enim vt ad pastum nata sunt potissimùm, ita sæpius vnoquoq; die ventrem saturant. Bis sese reficere humanum est, semel autem (vt fertur) Angelorum. Quare cùm sint, quibus semel duntaxat cum Angelis quoque die vesci decretum est, huiusmodi ieiunium habere putantur. Sed tolerabilius hoc est, illud verò strictius, quod summæ dicitur exactionis, cuiusmodi habent hi, qui radicibus & herbis vescuntur, vt in deserto Ioannes Baptista, & in eremo Maria Aegyptiaca, quæ cũ duobus tantùm panibus traiecit Iordanẽ, vitamque austeram & solitariam egit annis quinque. Alternationis esse dicitur ieiunium, cum quis alternatim ieiunat, nimirum si cum hoc die abstinuerit, sequenti comedat. Xerophagiæ adeò ieiunium, & si quando quis cibum comedit aridum. Dicitur enim xerophagia à ξηρὸς siccus, & φαγω, quod est comedo, quasi dicamus siccam comestionem, quale esse potest in pomis, pyris, castaneis, prunis, & id genus alijs. Quidam tamen siccam cõmestionem esse arbitrantur legumina cruda siue cocta, si modò absque iure comedantur. Postremò inuenitur quoddam ieiunium vanitatis seu simulationis, vt in hypocritis, qui ob fictam sanctimoniã ieiunant, vt ab omnibus suspiciantur, quodam necessitatis, vt in mendicis, & quoddam virtutis, vt in ijs qui veram corpori inducunt abstinentiã, quum à culpa animis abstinent, quum sese victu defraudantes, cibum egenis benignè partiuntur, quem suis ventribus detrahũt, quum denique sese esurientibus velint alios suis satiari epulis. De ieiunio igitur, eiusque multiplici distinctione hactenus.

De personis. Cap. 12.

POstquàm de temporibus Deo spiritualiter dicatis hunc vsq; à nobis dictum sit, res ipsa postulat, vt eodem modo de personis diuinis officijs addictis, hoc est, ecclesiasticis, deinceps dicamus. Ad cuius rei maiorem declarationem sciendum est imprimis tres esse sectas, quæ hominibus maximè probãtur, quarum vna est Ethnicorum seu paganorum, altera Hebræorũ, tertia Christianorum. Prima est erroris, secunda veritatis, tertia salutis. In prima naufragium patimur, in secunda à periculo quidẽ eripimur, sed in tertia saluamur. Prima rursum nos à Deo secat & separat, secunda illuminat, tertia autem penitus saluat & liberat. Verum mos paganorum conuersus est in ritum Christianorũ. Quæ Dei Opt. Max. mutatio sanè pulcherrima est. Christianorum enim personæ tam sæculares, quam ecclesiasticæ ab alijs duabus sectis, nimirum ab Hebræa atque Ethnica, desumptæ sunt. Quemadmodum enim apud nos duo sunt personarum genera, laicales videlicet siue populares (λαὸς enim populus est) & ecclesiasticæ: sic apud Ethnicos & Hebræos, à quibus nostræ habuerunt initium. Apud Ethnicos personæ sæculares erant hæ: Monarcha, scilicet Romanus Imperator, patricij, qui & senatores dicebãtur, quorũ arbitrio vniuersa ordinabantur: Reges, duces, præsides, præfecti, tribuni plebis, tribuni militum, prætores, centuriones, decuriones, quaterniones, tribuni, quæstores, ædiles, aulæ ianitores. In ritu verò templorum erant Achiflamines, flamines, sacerdotes in vtroque sexu. Namque apud illos non aliter, atque modo apud nos, erant & mulierum & virorum religiosi conuentus. Inter poetas erant carminum iudices, comœdi, tragœdi, historiographi. Apud Hebræos porrò eadem fuit personarum diuersitas. Erant enim quædam sæculares, quædam verò cultui diuino in templis perpetuò addictæ. Et personæ quidem in templis erant hæ: summus sacerdos & minores sacerdotes, leuitæ, nathinnæi, luminum emunctores, exorcistæ, ianitores vel æditui, & cantores. Inter sæculares verò imprimis dux populi erat ad regendũ Moyses, & sub eo, quos ipse ad consilium soceri sui Ietro constituerat, nempè erant hi: chiliarchi, hecatõtarchi, pentecontarchi seu pentecosiarchi, & decarchi, hoc est, millenarij, centenarij, siue

siue centuriones, quintagenarij, decani. χιλὰς enim millenarium numerum exprimit ἄρχων principem, vnde χιλιάρχης dicitur qui præest mille. Sic ἑκατὸν significat centum, vnde hecatontarchus est, cui centum parent, & pentacontarchus cui quinquaginta. Nam πεντήκοντα quinquaginta sonat. Qui autem decem in potestate habet rectè appellantur decani, à δέκα decem, quòd sint suprà denos. Apud Christianos quoque personæ sunt partim populares, partim clericales. Populares non sunt diuersæ ab ijs quas apud Ethnicos esse dicimus, quamuis non vbique. Clericales sunt, quæ administrant ecclesiam dicunturque ἀπὸ τοῦ κλήρου quod sors interpretatur, quasi sorte sint electę. In veteri namque testamento sacerdotes forte eligebantur. Quemadmodum etiam Ethnici sortitione vnum ex liberis suis ad clericatum eligebant. Possunt nihilominus dici clericales, quia ipsi accipiunt hæreditatem Domini, nimirum decimas & oblationes. Nam κλῆρος Græcis non solùm est, quod nobis sors, sed & hæreditas. Est enim ijs æquiuocum, vnoquoque nomine duo hæc significat. Personæ autem clericales diuiduntur in monachos quasi sint soli viuentes à μόνος solus, & ἔχω habeo, q̃ ab alijs seorsim soli habitare debeant, & ecclesiasticos. Quæ sit porrò personarum diuersitas inter monachos equidem satis notum esse existimo. Totum enim illud ab ordinum varietate petendum est, quam alij albi siue candidi, alij nigri appellantur.

De personis ecclesiasticis. Cap. 13.

ECclesiasticarum personarum genera duo sunt. Aliæ namque sunt dignitatis, aliæ ordinis. Dignitatis sunt, vt Papa, Patriarcha, Cardinalis, Prima, Archiepiscopus siue Metropolitanus quod eiusdem est significationis, Episcopus Archidiaconus, Archipresbyter. In choro sunt decanus, hypodecanus, cãtor, subcantor, thesaurarius, scholaster. Ordinis personæ sunt sacerdos, diaconus, hypodiaconus, acolytus, exorcista, lector, hostiarius. Sunt autem in ordine septem gradus, ad designandam septiformem gratiam spiritus sancti cuius munere illorum ordinum officia exequuntur. Sed quoniã de ecclesiasticis personis iuxta nostrum tempus tractare proposuimus, videamus quemadmodum à veteri consuetudine tam Ethnicorum quàm Iudæorum ad præsentis ecclesiæ cultum facta sit personarum translatio, tum secundum ordinem, tum secundum dignitatem. Ac primò quidem secundum ordinem, in veteri testamento erant sacerdotes, quales fuerunt filij Aaron, qui pro populo sacrificia offerebant. Erant præterea aliqui in populo Magistri, vt fuit Nicodemus. In horum locum nostri successerunt sacerdotes, qui sacrificium altaris Deo pro nobis offerunt, quique ad hoc obligati sunt, vt verbum Dei populum sibi cõmissum doceant. Vocantur autem sacerdotes, quasi sacra dantes, & presbyteri, quasi seniores, non quidem ætate, sed eruditione & moribus. Ordo diaconorum, id est, ministrorum (tãtum enim sonat) vicem explent Leuitarum. Vt enim in veteri lege Leuitæ in sacrificij inseruiebant sacerdotibus testamẽti veteris: Ita hi in sacramento altaris ministrant sacerdotibus noui testamenti. Hypodiaconi in locum Nathinæorũ sunt substituti, qui sic dicebantur, quòd in humilitate seruiebant. Quemadmodum enim hi sub Leuitis sacra administrabant, sic illi subdiaconis, vnde & hypodiaconi sunt appellati. In templo erant emunctores luminum, qui candelas & accendebant & extinguebant. Hi sunt in nostra ecclesia quos acolytos & ceroferarios dicimus, qui cereas candelas & thuribulum portant ac præparant. In tempore veteris legis exorcistæ, id est, adiuratores, ex doctrina Salomonis dæmones ab hominibus abigebant, sed & nos similiter exorcistas habemus qui illos exorcizant, qui efficiendi sunt catechumeni, nimirũ cùm ab ijs adiurando expellunt dæmones. In templo erant cãtores, apud nos sũt lectores siue anagnostes. Ostiarij in nostra ecclesia vicẽ supplent tẽpli ianitorum. Officium enim ianitorum erat templũ claudere & aperire, mundos recipere, immundos excludere. Ostiariorũ autem officium est catechumenos baptizãdos, & pœnitentes per Episcopos iã reconciliatos in ecclesiam introducere.

Quomodo

Quomodo personæ dignitatis à veteribus ad nos fluxerunt. Cap. 14.

VIdendum modò est, quemadmodũ dignitatum personæ à veteribus ad nostram ecclesiã peruenerint. Et dominus quidem Papa, id est, pater patrum vel custos patrũ, summi pontificis, qui in lege fuit, personam gerit, veluti Romanus Imperator, Monarchæ. Senatoria potestas, & patriciorum dignitas, quæ forsitan apud Iudæos obseruabatur, etiamnum in nostra ecclesiã permanet in tribus patriarchis, scilicet Anthiocheno, Alexandrino, & Constantinopolitano. Primates, qui tribus Archiepiscopis præsunt, vel præesse possunt, Regẽ exprimunt, cuius potestas ad tres se extendit ducatus. Metropolitani siue Archiepiscopi comparantur Ducibus, qui pluribus præsunt Comitibus. Nam & Archiepiscopi pluribus Episcopis præesse dicuntur. Episcopi habent similitudinem Comitum. Coepiscopi, quorum iam abolita est dignitas, Præfectis adæquantur. Abbates imitantur tribunos militum: cancellarij, prætoris, Archidiaconi, centuriones, decani, decuriones, Archipresbyteri loco sunt aduocatorum, presbyteri ædilium, diaconi, quaternionum, hypodiaconi tribunorum: deniq; exorcistę quæstores repræsentant: ostiarij, aulæ ianitores, lectores, carminum recitatores, Acolyti, carminum scriptores.

De rebus quæ Deo potissimùm debentur. Cap. 15.

NVnc autem quod quartò à nobis fuit propositum aggrediamur, vt videlicet, quæ res Deo spiritualiter debeantur, breuiter exponamus, quod abundè satis pateant. Sunt etenim decimæ, primitiæ vota, sacrificia, oblationes & donationes. Primitiæ à primis hominibus initium habuerunt. Legimus enim Caina & Abelum è frugibus suorum laborum primitias Deo obtulisse, sed Abelum agnos & Caina segetum manipulos. Horum tamen alter, quia & iustè & læta fronte optimum quodque obtulit, Dei gratiam abundè demeritus est, eiusque grex in fœtura maximæ fœcunditatis abundauit, ob quam rem innocens sub Christi figura primus martyr extitit. Alter verò, quoniam iustè primitias non soluebat, cũ pessima quæque daret, Deo displicuit, primusque in peccatum parricidij aut homicidij incurrit, quod laboris sui prouentum non habebat expectatum. Eodem modo & populum Israeliticum ex omni suo labore Deo primitias dedisse ex Dei præcepto accepimus. Quare ipsa ratio exigit, vt & nos Christiani similiter faciamus. Quid autem & quomodo dandum sit, satis cumulatè docet nos euentus Abeli & Caino. Profectò non possumus eius non meminisse, quod à Deo omnia accepimus, & quicquid habemus, quòd ab ipso sit profectum; ita vt vel ob id æquum sit, ei primitias offerre, & quodammodo de acceptis beneficijs referre gratias. Sed si quæratur cui dandæ sint primitiæ, & in qua etiam quantitate, facilè respondemus eas sacerdotibus esse largiendas. Quod ita tamen accipiendum non est, quasi necesse sit eas his solis dandas esse, ac non etiam alijs. Nam Eremitis & ijs, qui in terrarum abditis latent & inclusi sunt, alijsque religiosis, si placuerit, dare possumus. Nec verò certa & determinata in his quantitas est, adeò vt quantum visum fuerit, & non vltra largiri liceat. Si modo ex affectu charitatis proficiscatur. In veteri lege præceptum est vt ex omnibus bonis darent decimas, quòd ex omnibus Deus sibi decimam voluit, quam tribu Leui in celebratione sui officij appropriauit. Sic nos vtique similiter facere debemus. Quòd si verò à laicis iniustè possideantur, nihilo tamen minus eas tenemur soluere. Nec sanè licitum est ijs conniuere, aut de his dispensare, sed illos tantisper reddere, donec Deus iniustam eorum possessionem in melius emendauerit. Proinde si quis decimam retinere præsumpserit, certè ille transgressor & præuaricator præcepti diuini iam factus est, & mortaliter peccauit. Atque etiam qui hoc fecerit, sciat se non solum decimam retinere, sed quod & nouem alias partes iniustè non dubitet possidere. Tantùm est non reddere, quod ad Deum pertinet.

De

De votis & sacrificijs. Cap. 16.

VOta nostra Deo debemus. Vnde illud: Vouete & reddite, &c. Sed votorum aliqua sunt necessitatis, aliqua spontaneæ voluntatis. Necessitatis sunt, quæ sunt fidei annexa, cuiusmodi in baptismo facimus dum nos fidẽ Christi obseruaturos, & Satanæ operibus planè abrenunciaturos vouemus. Sic necessitatis voto adstringimur ad obseruatione renunciaturos vouemus. Sic necessitatis voto adstringimur ad obseruationem decem præceptorum. Atq; hæc quidẽ vota omninò mutari non possunt, sed perpetuò sunt obseruanda. Vota spõtanea, nõnulla sunt discreta. nonnulla indiscreta. Indiscreta, sunt vota puerorum, dũ needũ suæ sint potestatis sed parentum. Atq; huiusmodi licitè omitti possunt, si videatur expedire, vel parentibus, in quorum potestate sunt constituti, placuerit contra ire. Sic vota mulierum indiscreta appellãtur, quum sunt in potestate virorũ. Verbi causa: Si aliqua puella, quę nundum esset nubilis, & ad annos suæ pubertatis adhuc non peruenisset perpetuam vouisset castitatẽ, & paulo post parentes eam, vt matrimonium contraheret, cogere vellent, posset vtique nubere, nec teneretur voto satisfacere. Sic eodem modo, si alicuius vxor marito ignorante votum fecisset de Hierosolimitana profectione, posset maritus eam, si vellet reuocare, quòd sub eius manu sit constituta. Sed contra vxor in eo casu maritum non reuocaret, nisi ipse vouisset castitatem. Illud enim neutri illorum permissum est, nisi quatenus in hoc vtriq; consentiant. Alter igitur sine altero castitatem vouere non potest, nec debet, cùm alter alteri debitum persoluere obligetur. Verùm non in huiusmodi solùm personis votorum indiscretio intelligitur, sed quandoque etiam in prouectioribus, & quæ omninò liberæ sunt, vota fiunt indiscreta, quæ pœna potius digna sunt, quàm vt ad affectũ producerentur. Quale esse potest, si quis illud se facere voueat, quod perficere nullo pacto possit, vel ex quo ita debilem suã efficeret naturam, vt periculum sit, ne oneri succumbat, & sui ipsius occisor habeatur. Certè quæcunque vota cum consilio & animi ratione facimus, ea perpetuò sũt obseruanda, nec vllo mutanda tempore. Cùm autem in lege veteri multiplex ageretur sacrificium, vt in Leuitico habetur in Christianorum seu fidelium ecclesia vnum duntaxat celebratur sacrificium, scilicet corporis & sanguinis Domini, de quo quoniam in sequentibus latius dicturi sumus, cùm officium missæ exequemur, modo se persedeamus.

De oblationibus & donationibus. Cap. 17.

NVnc de oblationibus. Sicut in lege veteri populus Hierosolymã ad magnas quasdam solennitates conueniebat, nimirum ad Paschatis Pentecostes, & Scenophegiarum festa vt orarent in templo, vbi etiam ex debito vniuersi offerre obligabantur: Ita omnes Christiani ex institutione sanctorum patrum tenentur offerre iuxta modum suarum facultatum in quatuor principalibus sacerdotibus, nempè natali Domini, Paschatę, Pentecoste, & in festo omnium sanctorum, vt indè sibi victum habeant, sacerdotes. Præterea offerre debent, quo Paschalis illa candela cerea ematur, quoque cùm oleum tum cera ad Ecclesiæ illuminationem comparetur. Alias autem nemo ad oblationes compellendus est. Si tamen fiant, spontaneæ sunt, quemadmodum & illæ, quæ post confessiones dari consueuerunt. Quod verò in quibusdam ecclesijs vendantur sepulturæ, & pro campanarum pulsatione donationes exigantur, perinde est, ac si ecclesiæ sacramenta venderentur.

Quid officium & quotuplex. Cap. 18.

CVm ergo hactenus, vt propositum erat, de locis, temporibus, personis & rebus Deo spiritualiter dedicatis expositum sit, sequitur vt de eo, quod quintum & vltimum in propositione fuit, nimirum de ecclesiasticis officijs deinceps dicamus. Et primò quidem videndum est, quid sit officium, secundò vnde dicatur, tertiò quemadmodum de eo agendum sit. Officium est, vt ab Isidoro definitur, proprius uel conue

niens

niens vniuſcuiuſque actus, ſecundum leges & mores ciuitatis, vel inſtituta profeſſionis. Alia enim officia habent monachi, alia canonici, alia ſolitarij atque Eremitæ, & ſic de alijs. Dicitur autem officium, vt in libro officiorum inquit Hieronymus, quaſi officium. Conſentaneum enim eſt, vt ſuum officium vnuſquiſque efficiat. De officijs agendum hic eſt partim generaliter, partim verò particulariter. Sunt enim quędam generalia officia & vniformia, quæ toto anno obſeruantur, vt sũt horarũ præces, Veſperæ, completoria, ac nonnullæ miſſæ & matutinæ. Sunt autem quædam ſpecialia, quę pro varietate temporum & ſolennitatum diſtantia variantur. Pro varietate temporum, quoniam alia Paſchali tempore celebrantur, alia in quadrageſima, alia in ęſtate, alia denique in aduentu. Pro diaſtemate ſeu diſtantia ſolennitatum quum aliter fiat in hac ſolennitate, aliter in alia. Nam in ipſo Paſcha te tres tantùm lectiones recitantur, in Natali verò nouem.

De officio generali. Cap. 19.

DE generali officio primo dicendũ eſt, idq; hoc ordine, vt primò qd canẽdum & pſallendum ſit videamus: deinde à quo fuerit inſtitutum officium eccleſiaſticũ: tertiò ad quid conducat, quamobrem & quando ſit ordinatum: quartò denique à quo fuerit canonizatum & confirmatum. Et imprimis quidem dicimus generaliter nihil eſſe cantandum aut pſallendum, aut etiam legendum, quod à ſummo Pontifice non fuerit approbatum. In primitiua eccleſia diuerſi diuerſa cantabant, quibus pro ſuo libitu, ita tamen ſi illud, quod canebant ad diuinam laudem pertineret. Pleraque tamen officia obſeruabant quę ab initio erant cõſtituta, vel à Chriſto, vt oratio Dominica, vel ab Apoſtolis vt Symbolum. Poſteà eccleſia velut ſciſſa eſt per varias hereſes & ſciſmata. Quod quidẽ cum vidiſſet Theodoſ. Imp. qui ſuo tempore omnes hereſes extirpauit negotium dedit Damaſo Pontifici, vt aliquem ſapientem & catholicum ad ſe accerſeret, qui eccleſiaſticum officiũ ordinaret. Præcepit igitur Damaſus Hieronymo viro trium linguarũ peritiſſimo, vt qui ad eã rem non erat idoneus, vt quędam officia eccleſiaſtica in certum ordinẽ redigeret. Habitabat autem tum temporis Hieronymus Bethlemię cum Paula & Euſtochio atque alijs virginibus religioſis, poſteaquàm iam anteà Romæ ſub ſeptem apoſtolicis viris habitauerat. Ordinauit ergo hic quãtùm ad pſalmos attinet, qui quibus diebus canerentur. Sed & Euangelia & Epiſtolas atque alia officia in ordinem quendam redegit, vt quid quoq; die cantandum eſſet, ſemel conſtaret. Nam omnes ferè cantus cõpoſuit, ijs exceptis, quos alij eccleſiæ doctores poſteà adieceruit. Hieronymus itaq; cum opus iſtiuſmodi abſoluiſſet, miſit Romam, vbi à Damaſo Papa fuit approbatum, & in communi concilio canonizatum. Poſtremò Papa Damaſus eam dedit operi authoritatem vt poſteà ſemper in omnibus eccleſijs obſeruaretur, quemadmodum in eo erat ordinatum. Quare oſtenſum modò eſt à quo officia eccleſiaſtica fuerint inſtituta, qua de cauſa, quando, in quem finem, & quis ea canonizauerit.

De ipſo officio. Cap. 20.

HIs ita conſideratis, operæpreciũm eſt vt ipſum officiũ perſequamur ordientes ab officio noctis. Hic enim ordo aptus & conueniens eſt ne à luce ad tenebras veniamus, ſed potius à tenebris prodeamus ad lucem. Sciendum igitur eſt olim tempore primitiuæ eccleſiæ vſu receptum fuiſſe, vt nocte ter ſurgereur ad diuinum officium celebrandũ: primò, circa primum ſomnum habita ratione eius temporis, quo vulgus ſe quietidare conſueuit: Secundò circiter mediam noctem: Tertiò paulò ante diem, hoc nimirùm ordine, vt, cùm nocturni finiti eſſent, & lectiones cum ſuis reſpõſorijs perlectæ, priuſquàm luceſceret aurora apparente, cum pulſu campanarum decantarent: Te Deum laudamus, & ſic deinceps laudes matutinas. Ad primam nocturnam ſurgebant tantùm miniſtri eccleſiæ, qui cum tempeſtiuius iuiſſent cubitum, iã dormierant. Sed quoniam frequenter hoc nocturnæ vocabulo vtimur: non incommodè fecerimus, ſi quid per illud ſignificetur, expoſuerimus. Accipitur ergo nocturna nocturnæ, pro hora, & nocturna nocturnorum, pro ipſis officijs. Vel nocturna nocturnæ pſalmi appellantur, qui dominicis diebus dicuntur, antequàm recitantur lectiones. Similiter etiam illi, qui diebus profeſtis dicuntur, vt in ſecunda feria: Dominus illuminatio, &c. atque ita de reliquis. Nocturnæ nocturnarum, dicuntur tẽporu, quibus pſalmi cantantur. Nocturni nocturnorum, vocantur nouem pſalmi, & nouem lectiones cum ſuis reſponſis. Nunc igitur pergamus. In ſolennitatibus ad ſecundam nocturnam pariter ſurgebant miniſtri & coniugati tam viri quam mulieres. At tertiam tandem nocturnam communiter ſurgebant omnes. Sed poſteà charitate erga Deum algeſcente cùm feruor ille cultus diuini i hommibus tepeſceret, ita vt iam pigriores eſſent, quàm vt ſtatis illis horis ad officium nocturnum ſurgerent tam miniſtri eccleſiæ, quàm cæteri: conſultum eſt, vt media ſaltem nocte omnes ſurgerent, iuxta illud prophetæ: Media nocte ſurgebam, &c. atque ita tum continuò integrum noctis officium abſolue rent. Quod quidem etiam nunc plerique religioſorum conuentus obſeruant. Verũ & hęc inſtitutio breui abijt in deſuetudinem, quum iam conuiuijs & luxui magis vacabant, quàm Dei ſeruitio. Quapropter iterùm aliter ſtatutum fuit, vt vel tempore nocturnę vltimę uniuerſi circa diei crepuſculum ſurgerent. Nunc autem eo diuini cultus ratio demerſa eſt, vt citius ſurgant pueri, quàm miniſtri eccleſię, & prius cantent paſſeres, quàm ſacerdotes. Adeò amor ille Dei in hominibus penitus refrixit. In memoriam & recordationem primę illius tam laudabilis cõſuetudinis, etiamnum eccleſia ęſtiuali tempore nocturnum officium celebrat, tempore nimirum primę nocturnę, quod nos uigilias uocamus, tametſi verò aliquando tempeſtiuius. Fit autem illud duplici nomine, vel ad veterum commendationem, uel ad noſtram ipſius exhortationem, vt videlicet ſciamus quàm illi eſſent ſobrij in officijs nocturnis tempore hyemali, quos, quum ter quaque nocte ſurgerent, breuitas noctis æſtiualis, haudquaquàm tardabat. Quotus autem quiſque noſtrum eſt, qui iam ſole radiante ad illud officium alacriter ſurgere queat? Vſque adeò hic ſponſi videmur Penelopes, nati in medios dormire dies. Sed quid dico de officio nocturno? Quot ſunt numero, qui diurnum rectè curent officium? Certè, ſi quod res eſt, loqui liceat, admodum pauci. Verùm ne quis dubitet quibus feſtis vetus illa obſeruetur conſuetudo, ſciendum eſt in tribus illis vigilijs, ſcilicet Ioannis Baptiſtæ, Petri, & Pauli, & aſſumptionis beatæ Mariæ. Quoniam hæ ſunt præcipuè ſolennitates, quas in æſtate habemus.

Pſal. 123.

Cum ter nocte ſurgebant. Cap. 21.

CAuſa verò & ratio quare ter nocte ſurgerent huiuſmodi adferri poteſt, quòd quadam ſimilitudine maiores noſtri ad hoc moti fuerint. Quemadmodum enim ij, quorum ciuitas ab hoſtibus obſeſſa eſt, facilè ab incurſione interdiu, cùm communes vires conferunt ſeſe defendere poſſunt, & non verò noctu, ob id noctem ternis diuidere ſolent excubijs, vt in prima quiete vigilent omnes, quod illud tempus ſit periculoſiſſimum, ac paulò poſt tantùm ij circa muros permanent, quorum primò ſi vigilare vſque ad conticinium: deinde verò vt illi ſurgant, quorum eſt ſecundo loco excubias agere, & pernoctare ad gali cantum vſque, atque ita demum & tertij uigiles ſurgant, donec iam dies ſit. Sic ſancti patres ſimilẽ excubandi vicisſim cõſuetudinem ſumpſerunt ad tutandam ſacroſanctam eccleſiã, quæ vna eſt omnium fidelium ciuitas, quã diabolus impugnat quotidiè, quamque vt ſemel ſubuertat conatur modis omnibus, idque præcipuè noctibus, quãdo nobis maximè inſidiatur. Nox enim peccatis turpibus apta eſt, furtis, adulterijs, & compluribus alijs, quum homines ſperãt fore elã, & minus habent pudoris. Hinc eſt: Qui male agit, odit lucem. Nam ſicut aperta eſt lux, ita nihil opertum relinquit, ſed cõtrà nox vt eſt obſcura, ſic erubeſcere neſcit. Quare profectò noctè accuratius excubare debemus contra inimici latentis inſidias, ne ijs ad turpia impellamur.

De:

De repræsentatione trium temporum.
Cap. 22.

ILlud quoque notandum est, quod in his trium nocturnarum officijs, tria tempora repræsentamus, tempus scilicet ante legem tempus sub lege, & tempus gratiæ, quorum quodlibet tribus variatur distinctionibus. Temporis ante legem prima fuit distinctio ab Adam vsq; ad Noe, secunda à Noe vsque ad Abrahã, tertia ab Abraham vsque ad Moysen. Tempus verò sub lege has habuit distinctiones. A Moyse vsque ad Dauidem, à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, à transmigratione vsque ad Christum. Denique prima distinctio temporis gratiæ fuit tempus Apostolicæ & Euangelicæ prædicationis, secunda tempus impugnationis, quod omnes peperit hæreses, tertia tempus pacis, quando omnis est hęresis penitus extincta His distinctionibus ita semel connumeratis, inueniemus nouem fuisse temporum diuersitates, quas non obscurè in numero Psalmorum quos in officio nocturno cantamus, innuimus. Diebus enim festis usurpamus nouem Psalmos, nouem lectiones, nouem responsiones, cum nouem versibus, In vno quoque nocturno tres sunt psalmi, tres lectiones, tres responsiones, tres versus. Interim tamen sciendum est, nouenarium psalmorum, nouenarium lectionum, nouenarium responsorum, cum totidem versibus, pro vno eodemque accipi, quantum ad mundi figuram attinet. In his temporum diuersitatibus, quas modò enumerauimus, optimè vigilarunt sancti patres, bonis operibus sedulò incumbentes. Quod quidem nos, vt eorum meritis quadam ratione similes efficiamur, in officio nocturno sub nouenario numero psalmorum, lectionum, &c. in laudem Dei exprimimus, excitando nos mutuò ab insidijs diaboli. Atque ideò sanè in tribus nocturnis nouẽ dicimus psalmos & lectiones cum cæteris, vt Trinitatis imprimis placeamus, ac nouem ordinibus Angelorum queamus associari. Nec verò ab re est, quod hæc nocte potissimum facimus, quum præsens hęc nostra ciuitas, ecclesia nimirùm, velut vmbra quædam sit cœlestis istius ecclesiæ, ad quã diuina gratia perueniemus. Celebratur autem officium hoc trium nocturnorum diebus maximè Dominicis, in solẽnitatibus Trinitatis, & in festis sanctorum: ideo, quoniam certò credimus illos Dominicæ resurrectionis, quam dies Dominica significat, gaudia iam eos esse consecutos. Simili ratione in eorum festis nouem psalmos cum totidem lectionibus ac responsorijs proferimus, quo eas nouem ordinibus Angelorum associatos esse ostendamus. In nocturnis verò istorum dierum qui solennes non sunt, psalmi duodecim, quos vulgus dictam vocat, cùm sex antiphonis canuntur, ac tres lectiones totidemque responsiones recitantur ea ratione, quod horæ duodecim diei adscribantur, & totidem nocti. Quoquidem fit, vt pro vnaquaque noctis hora psalmum Deo offeramus, quo à nocte erroris & à mentis nostræ cæcitate, ad quam nos per peccatum primi parentis detrusit diabolus, per innumeram Dei misericordiam liberemur. Sex antiphonæ designant sex opera misericordiæ, quæ si rectè obseruauerimus, ab huius noctis tenebris ad veram lucem, id est, Christum haud dubiè perueniemus. Ob id autem hic duos psalmos coniungimus, vt per eos ostendantur laudes, & opera nostra sine charitate nihil ualere, quæ consistit in dilectione Dei & proximi, inter quos nullũ est medium. Verùm duos psalmos ita connexos propterea vna absoluimus Gloria, quia laudes nostræ tunc sunt Deo acceptę, quando in charitate persistimus. Tres postremò lectiones, tres conotant ætates: uidelicet, pueritiam, iuuentutem & senectutem. In his enim ne à diabolo seducamur, optimè uigilando Dominum laudare tenemur.

De ordinatione Sancti Benedicti.
Cap. 23.

BEatus Benedictus multò aliter noctis officium instituit. Non quòd à superiori ecclesiæ institutione dissentiat, sed ob aliam causam, quemadmodum statim dicemus. Nec sanè in quoquam ei est contradictum, sed quicquid fecisset fuit approbatum & corroboratum à beato Gregorio. Cùm enim hic uir sanctissimus, & qui spiritus sancto illuminatus

illuminatus esset verè habebatur, creditum fuit quòd alio pacto officium non instituisset, nisi idem à spiritu sancto accepisset. Beatus itaque Benedictus ad perfectioris vitæ culmen aspirans, sex psalmos in nocturno primo cantari & quatuor lectiones cum quatuor respõsorijs instituit, totidemque in secundo, vt per hoc nobis duplicem vitam, contemplatiuam & actiuam apertè innueret. Nam senarius numerus psalmorum vitam nobis indicat actiuam, in qua sanè conueniens est sex opera misericordiæ exercere, si ad perfectionem vitæ contemplatiuæ fœliciter peruenire velimus, quæ itidem vt per quatuor Euangelista, ita hic per quatuor exprimitur lectiones. In tertio porrò nocturno tria cantica in laudem Trinitatis cantari instituit, à qua nobis omnem vitæ perfectionem dari certò credimus & speramus. Finiuntur autem illa cantica per Alleluya, quod est cœlestis lætitiæ canticum: vt per hoc euidenter notetur Trinitatem dignam esse cœlesti laude, nec ad eam plenè perfecteque laudandam satis sufficere laudem humanam. Quæ verò quatuor sequuntur Euangelicæ lectiones, significant laudatores Dei debere per doctrinam quatuor Euangeliorum, quatuor insigniri virtutibus, adeò vt hinc per quatuor responsiones designetur laudantium alacritas. Sed ne, dum hoc agunt, totum illud bonum sibi ascribant, verùm vt potius laudi diuinæ omne attribuant, & se seruos Dei in omnibus esse agnoscant, commodè subiungitur: Te Deum laudamus. Posteà legitur Euangelium, quod denarium connotat, id est, vitam æternam, quę videlicet laudantibus dignè reddetur. Per hymnum qui sequitur, nimirum: Te decet laus, &c. gaudium, quod post laborem in denarij remunerationem habebunt sancti, denotatur. Sed quoniam officium monachorum nihil ad nos pertinere videtur, tantùm de eo hactenus dixisse sufficiat, & nostrum propositum persequamur.

De pulsu campanarum & matutini temporis initio. *Cap.* 24.

CVm ecclesię ministri ad nocturnum officium surgunt, quemadmodum in castris, vigiles sese tubis excitant: ita hi primò pulsant campanas, in signum fidelibus vt pernoctent, & sese aduersus insidiantem diabolum muniant, ac suum creatorem laudibus extollant, per quem à peccatorum tenebris & ab iniquitate dęmonum se fore liberandos certissimè sperant. Quemadmodum verò pulsandum sit in magnis solennitatibus, diebus Dominicis, festis minoribus & alijs diebus priuatis, oportunius dicetur aliàs. Dum igitur pulsantur campanę, ecclesia aperta est, quam simul atq; ministri ecclesię ingressi sunt, debent se ante omnia ad sanctorum altaria cõferre, ibiq; pressa voce prostrati eos implorare quatenus & se suum gregem eorum auxilijs bene vigilando à principe tenebrarũ valeant custodire, & perpetuò in diuinis laudibus perseuerare. Sed quoniam campanarum mentionem fecimus, facilè illud nobis cõcedetur, si quod mysterium hic latet, detractio velut cortice aperiamus. Campana enim significat concionatores, qui perinde nos ad diuinas orationes adhortantur. Lignum uerò quod vltra campanę caput protenditur, crucem declarat Domini, & cauilla (sic enim ferrum illud pensile vocant, quod Greci rectius ροπαλον nominant, cuius pulsu campana sonum reddit) mentem concionatoris. Nam vt campana pulsari non potest nisi mediante cauilla, ita quoque inutilis ille est concionator, qui mente non sit pręditus. Cętetum chorda quę campanę appenditur, sacram exprimit scripturam. Quia sicut chorda ex tribus potissimum conficitur funiculis, sicut triplex omninò esse dicitur scriptura, nempe historica, allegorica, atque ethica. Quod autem campana eleuetur ac deprimatur, indicio nobis est sacram scripturam loqui aliquando alte & aliquando submisse. Iam ergo redeamus, vnde diuerti cœpimus. Pulsatis campanis hebdomadarius (ita eum appellamus, cuius est tota hebdomada in choro administrare officium) alta voce incipit:

Domine labia mea aperies, id est, aperi, vt sit enallage temporis. Domine, inquàm, aperi, & os meũ annunciabit laudem tuam. At non & anteà apertum os habuit, quum orabat? Habuit quidem, sed is est loquendi modus. Non enim dicitur apertum os habuisse, quandiu summissa voce orabat, sed tunc aparuisse, quando illius vox apertè incepit audire. Vel necdum os aperierat ad laudandum Dominum: licet apperuisset ad orandum. Vel etiam tangit religionem sacerdotum primitiuæ ecclesiæ, qui quum irẽt cubitum signaculo crucis se muniebant vocem comprimentes ad tempus vsque matutinum, & tunc demum vocibus in laudem Dei prorumpebant. Sed quia hoc habet homo à Deo, quòd ipsum laudet, ideò ab ipso petit, vt sibi os aperiatur, inquiens: Domine labia mea aperies. Verum enim uerò quum diabolus semper odio habeat laudem Dei, & hominem tunc acerrimè impugnet, quando se Dominum laudare promittit, ne laudator Dei à diabolo superetur, cui haud facilè est resistere, diuinum implorat auxilium, cum ait: Deus in adiutorium meum intende. Vnde profectò etiam nunc moris est, vt tunc crucis fiat signaculum. Tum diuino fretus auxilio, quod semper prẹsto adest illud inuocantibus, fœliciter auspicatur promissam laudem non solũm patri, vel filio, vel spiritui sancto, sed toti Trinitati, cùm inquit: Gloria patri & filio & spiritui sancto. Inchoata ad eum modum Dei laude, cantor, qui est quasi præco ecclesiæ vel eius vicarius, alios adhuc ante altare suis orationibus insistentes ad laudandum Dominum hortatur, quum ait: Venite exultemus Domino, &c. In quo Psalmo etiam quædam causæ quamobrem Domino exultandum sit, continentur.

De hymno, & de ijs, quæ ad tertiam vsq; nocturnam fiunt. *Cap.* 25.

FInita exhortatione, quæ ob id appellatur inuitatorium, quòd cæteros ad laudem Dei inuitet, sequitur ipsa laus, videlicet hymnus, qui ideò stando canitur: vt in erectione corporum ostendamus, quàm in laudando Dominum corda sursum erigere debeamus. Quia nisi mens linguæ consonet, certum est vocem quantumuis clamosam Deo non placere. Antiphona, quæ sequitur, quæque suauiter modulando canitur, mentis deuotionem, quàm in laudãdo Dominum habemus, designat. Verum ideò illa primò incipitur, & finito Psalmo, qui ei modestè accinitur, tota cantatur, quia tunc rectè laudem nostram modulamur, si ex bona mentis deuotione incepta, simili deuotione absoluatur. Antiphonæ autem sunt quasi quædam cantilenę ad animorum recreationem diuinis laudibus insertæ. Versiculus, qui postea cantatur, significat, quòd tunc ab officio psalmorum nos ad officiũ lectionum vertimus. A pueris hic canitur: vt tum demum intelligamus nostrum Deo placere seruitium, si cum innocẽtiam hoc agamus. Posteà dicitur dominica oratio, quæ inter alias orationes habetur maxima, authoritatis priuilegio. Atque hæc ideò dicitur, vt per eam tentationes diaboli reprimantur. Cùm enim diabolus sentit non velle legere lectiones, in quibus sanctorum victoriæ ab ijs contra ipsum obtentæ recitantur, vel quæ ad morum instructionem & virtutum informationem maximè leguntur, tunc acrius impugnat nos. Quare ne ab ipsius impugnatione deuincamur oratione magis, quàm voci incumbimus. Vltima autem pars orationis aperta voce recitatur, scilicet: Et ne nos inducas in tentationem: vt pateat, ad quid illa dicatur oratio, ne videlicet qui lecturus est, id elationis gloria faciat, atque ita per diabolum seducatur & auditorum mentes lectionis intellectu ac profectu per ipsius phantasticas tentationes defraudentur. Tunc itaque lector ad librũ accedit, ac priusquàm legere incipiat benedictionem tanquàm legendi licentiam petit à sacerdote inquiens: Iube Domine benedicere. Per quod innuitur neminem debere in ecclesia legere, nisi petita venia, vt iussus sit, vel ad hoc ante concessus. Sed animaduertendum est, eum, qui lecturus est, hic Domne dicere, non Domine: quoniam ad hominem loquitur, qui vt est semiplenus & imperfectus respectu nostri Domini, ita syncopato vtitur vocabulo. In fine verò lectionis plenè inquit: Domine hoc modo: Tu autem Domine. Quòd

præter cæteros maximè obseruant monachi, quum dicunt Domnus Abbas, nõ Dominus Abbas. Hinc etiam est, quod famuli Dominis suis inseruientes si quando illis pocula porrigunt, non debeant vtrunque genu flectere, se duntaxat alterum, nempè sinistrum, per quam partem significatur corporalis seruitus, quæ tantùm debetur hominibus, & non spiritualis. Nec est acclinandum Principi sæculari recta facie, sed ab aure sinistra capite flexo. Finita igitur lectione adiungit lector. Tu autem Domine, non Domne: vt qui perfectum alloquitur Dominum, & omninò talem qui perfecto & pleno vocabulo dignus est. Nec illud sanè ad lectionem pertinet, aut præmissæ lectioni continuatur, sed lector absoluta lectione dirigens sermonem ad Dominum & sese excusans inquit: Tu Domine miserere nostri. Quorum verborum sentẽtia hæc est: Domine forsitan ego peccaui in legendo modulatè pronuncians humanæ laudis cupiditate, & fortassis etiam peccauerunt auditores, quòd varijs cogitationibus fuerint intenti & lectioni debitum non tribuerint auditum: sed ò tu Domine miserere nostri. Quod autem à cunctis generaliter respondetur: Deo gratias, pertinet ad lectionem, & vox est ecclesiæ gratias Deo persoluentis. Ac si dicerent. Deus pauit nos verbis salutis, quę sunt animæ cibus, de quo beneficio vicissim nos Deo agimus gratias.

De tertia nocturna. *Cap.* 26.

IN tertia nocturna similiter recitantur lectiones, sed de homelia Euangelij. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio: quòd tertia nocturna declaret tempus gratiæ, vt prædictum est superius, quo tractabantur Euangelica. Notandum interim hic est fuisse quoddam tempus, quo veritas Trinitatis ab hæreticis maximè impugnaretur, sed tandem hæresi confutata atque eiecta, ac populo ad veritatis cognitionem reducto ordinauerunt sancti patres vt nona lectio de Trinitate legeretur cum suo responsorio. Quod quidem aliquandiu fuit obseruatum, sed postea tamen neglectum. Cùm enim ecclesiæ lectionem de Trinitate legere non fuerat necesse, vniuersis iam Christianis sanè credentibus, eam legere omisit, sed eius responsorium retinuit. Inde est, quod in æstate Dominicis diebus nouum semper Responsorium de Trinitate cantamus. Quanquàm tunc propriè responsorium non dicitur, quòd præmissæ lectioni non respondeat. Nam responsoria lectionibus, quibus subiunguntur, semper debent respondere, ita vt inde sic sint nominata. Quemadmodum & versus appellantur, quasi ijs finitis vertuntur responsoria, id est, reuertantur & iterum cantentur, vel saltem eorum particula aliqua. Atque ita soluitur quæstio illa musicæ quæ sit de versibus secundi toni, qui terminantur in c. cùm secandus tonus semper inde finiatur. Dicimus enim quòd istic non est finis, sed in repetitione Responsorij. Potest tamen dici quòd commune appelletur responsorium, non quòd præmissa respondeat lectioni, sed illi, quæ de Trinitate legi solebat. Absolutis nocturnis ecclesiæ lumina accenduntur, & pulsantur campanæ, atque alta voce canitur: Te Deum laudamus. Quo quidem significatur lætitia & gaudium eius mulieris, quæ accensa lucerna, drachmam quam perdiderat, inuenit. Quod autem istius cantici finis, videlicet: Per singulos dies, & alij versus qui sequuntur, paulò altius canantur, designat vicinarum congratulationem, qua mulieri ob repertam drachmam congratulabantur. Nam & compulsatio earundem repræsentat conuocationem.

De officio diurno. *Cap.* 27.

POst noctis officium, agendum est de diurno, quod in septem partitur distinctiones, videlicet in laudes matutinas, horam primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas, & completorium. Missa etenim ad officium tertiæ vel nonæ spectat. Nam his duabus horis missa regulariter celebratur. Quòd autem diei officium septem horis distinctum agimus, à Propheta habemus, qui ait: Septies in die laudem dixi tibi. Sed cur quæso septies? Quia quum nocturnum officium misericordiæ tempus exprimat, quo genus humanum à diabolo obsessum misere seruabatur, *Psal.* 123

uabatur, optimè sequitur, vt diei officium tempus designet nostræ redemptionis, aut nostræ liberationis factæ per Christum solem iustitiæ, qui claritate suæ diuinitatis tenebras nostras illuminauit, atque ex diaboli seruitute nos extraxit, ita vt inde septies quoque die laudes Deo cantemus, quoniam nos tantum boni munere septiformis gratiæ sancti spiritus accepimus. Quandoquidem verò à tenebris peccatorum per viam pœnitentiæ ad vitæ libertatem peruenitur, hinc natum est vt diebus profestis seu ferijs ad laudes matutinas caneretur psalmus ille pœnitentialis, nimirum: Miserere mei Deus. Diebus autem festis excepto Quadragesimæ tempore: Dominus regnauit decorem. De quo vt de psalmis alijs dicetur posteà.

Cur septies in die laudemus Dominum. Cap. 28.

EST & alia ratio quamobrem septies in die laudemus Dominum, quòd quilibet dies vniuscuiusque repræsentet ætatem. Non quod eam omnis homo habeat, sed quam haberet, nisi peccaret, Hæc autem septem habet varietates, infantis, pueri, adolescentis, iuuenis, viri, senis, & decrepiti. Per matutinas laudes repræsentatur infantia, per primã pueritia, per tertiam adolescentia, per sextam iuuentus, per nonam ætas virilis, per vesperas senectus, per completorium ætas decrepita ac finis humanæ vitæ. In his profectò omnibus ætatibus creatorem laudare tenemur. Quod autem infantiæ nostræ tempore Dominum laudare possimus, eui dens nobis facit argumentum beatus Nicolaus, qui quarta & sexta feria matris vbera virtute abstinentiæ non sugebat. De alijs ætatibus satis est manifestum. Sunt item quamplurimæ aliæ rationes, quare istarum horarum temporibus Dominum præcipuè laudamus. Rubescente diei aurora cantamus laudes matutinas, quæ matutinæ nuncupãtur, à mane quod bonum est, si lumen est bonum: atq; nihil esse melius luce videtur: bonum igitur est mane, quã eo tempore nobis lumen redditur. Appellantur verò laudes, quòd officium laudem potissimum sonet diuinam, quam ei damus: quoniam à tenebris erroris nos ad lucem veritatis reduxit. Hoc igitur tempore laudes Deo canimus, quia eiusmodi hora mundum creauit, & Angelos, qui statim atq; conditi sunt, suaui cantu ac modulamine creatori suo laudes iubilarunt, Eodem quoq; tempore populum Israeliticum per mare rubrum transduxit incolumẽ ac Aegyptios submersit. Rursus eadem hac hora Christus victor à morte surrexit.

De alijs sex horis. Cap. 29.

SEquitur de alijs sex horis, sub quibus item sex aliæ comprehenduntur. Diei itaq, duodecim horæ attribuũtur, & totidem nocti. Sub prima hora duas complectimur, ipsam videlicet primam & secundam: sub tertia tres, ipsam tertiam, & quartam & quintam: sub sexta itidem tres, ipsam sextam, septimam, & octauam: sub nona duas ipsam nonam & decimam: vesperę repræsentant vndecimam: completorium duodecimam. At roget aliquis cur potius hisce diei horis diurnum celebretur officium: scilicet prima, quàm secunda: tertia, quàm quarta vel quinta: sexta, quã septima aut octaua: nona, quàm decima? Quoniam istæ horæ quibusdam insigniuntur priuilegijs. Prima enim hora Christus Pilato à Iudæis traditus fuit, & à morte resurgens prima hora Mariæ Magdalenæ apparuit. Prima hora visus est in littore septem discipulis piscantibus, quibus dixit: Pueri habetis aliquid pulmenti? Hora verò tertia crucifixus est linguis Iudæorum & flagellatus, eademque hora spiritus sanctus ipso die Pentecostes discipulis fuit datus, Sexta hora Christus pro nobis ligno crucis clauis affixus est, atque eadem quoque hora ipso de Ascensionis cum discipulis discubuit. Nona hora exclamans spiritum emisit, & lanceatus è latere corporis sui duo nobis eduxit Sacramenta, aquam videlicet baptismatis, & sanguinem redemptionis ac saluationis nostræ. Vespere de cruce depositus est, quam item hora in vltima cœna cum discipulis suis cœnauit, vbi illis Sacramentum corporis & sanguinis sui tradidit, quod nobis saluberrimum testamentum hinc discedens reliquit. Eadem rursus

Ioan. 21

rursus hora duobus suis discipulis proficiscentibus in Emaus in fractione panis fuit agnitus. Postremò in completorio patrem pro suis discipulis orauit, qua etiam hora in sepulchrum positus est.

De psalmis qui hisce horis cantantur. Cap. 30.

QVi psalmi hisce horis & quæ cantica debeant usurpari, equidem satis notum esse puto. Quia verò ad aliam spectẽt editionem, ac nos de generali officio hoc tempore tractare proposuerimus, paucis quæ hic sunt præcipienda tradamus. Sciendum ergo est generaliter in matutinis laudibus sex psalmos semper cantari, atque in alijs horis similiter, per quos sex opera misericordiæ designãtur, quibus operarij in vinea Domini laborãtes intenti necessario esse debẽt, quæque si piè ac mundo corpore exerceamus, à seruitute diaboli liberati ad vitæ libertatem procul dubio perueniemus, & pro mercede fidelissimi laboris denarium diuinum, hoc est, sempiternam vitam recipiemus. Sanè notandum hic uenit quod in laudibus matutinis duos cõiungimus psalmos scilicet: Deus Deus meus ad te de luce uigilo, & Deus misereatur nostri, quos vna tantum Gloria finimus. Sed quare hoc fiat huiusmodi põt ratio adduci: Quoniam alter horum Dei significat dilectionem, alter uerò proximi, quæ duę dilectiones usq; adeò inter se sunt annexæ, ut una sine altera in Christiana perfectione intelligi nequeat. Ad hymnum autem trium puerorũ, scilicet, benedicite omnia &c. Gloria patri non adiungimus, quod propter eiusmodi fidei confessionem ĩ caminum ignis sint coniecti. Quo quidem facto maximè deo gratum est Trinitati. Vel quod eius hymni postremus uersiculus idem significat cum Gloria patri, ne quid in sacris scripturis superuacaneum reperiatur. In matutinis uero laudibus non iubilamus nisi in ultima tantùm antiphona. Nam cùm per laudes, Domini intelligamus resurrectionem, in qua nil penitus desiderauit beatitudine & immortalitate iam consecuta, certè nullo hic opus est iubilo, qui rei alicuius significat desiderium. Nec etiam in completorio, q̃ octauam connotat resurrectionem. Non quod post resurrectionem iubilus esse desinat, quando uerius cum ipsis angelis creatori nostro iubilum simus cantaturi, sed quod tum suam amittet significatione, qua alicuius rei dicitur esse desiderium. Tum enim nihil desiderabimus, ut inquit Dominus: In die illa non interrogabitis quicquam. Dictis itaque ad eum modum psalmis cum antiphona, legit sacerdos lectionem, quàm alio nomine appellamus capitulum, quoniam ex capite epistolæ istius diei sumitur. Legitur autem absque Iube Domine benedicere, & absque sacerdotali benedictione, quod Prælatis ecclesiæ ac sacerdotibus proprium sit eam semper legere, qui legendi ueniam non petũt, quum eam alijs dare debeãt. Nec est quod quis nobis obijciat, si in nocturnis (quod ferè fit) sacerdos lectionem legerit, an etiam sit necessarium ueniam postulare ac dicere. Iube Domine benedicere, quod eius sit benedictionem & licentiam dare? Dicimus enim, quod sic hoc pacto lectionem legerit sacerdos, eum prẽter officium suum facere, cùm sit lectoris. Verùm si hic non adsit, tum facilè permittitur ut uel sacerdos, uel clericus sacerdotis, uel etiam quispiam alius ordinis minoris tanquam lecturus dicat: Iube Domine, atque ei benedictio à sacerdote reddatur: Absoluto capitulo non subiungit: Tu autem Domine, quia ratio postulat ut sacerdos sit perfectus, & qui suggestionibus diaboli haud facilè succumbat. Sacerdos igitur in persona Domini per capitulum nos sensu admonet atque hortatur ore, ut in fide perseueremus, & operibus misericordiæ perpetuo incumbamus.

Iob. 16

De Hymno & alijs sequentibus. Cap. 31.

DEinde canitur hymnus, per quem lætitia quam ob assecutam habemus libertatem, exprimitur. Sed quia Christus nobis hanc lætitiam acquisiuit, ne ingrati de beneficio accepto uideamur, in laudẽ illius finito hymno prorumpimus, & quia nos liberauit, gratias ei referimus alta uoce cantando, Benedictus Dominus Deus Israel. Et qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re obsecro. Quia nos visitauit existentes in miseria, & fecit redemptionem plebi suæ. Hoc absoluto cantico cum antiphona, quæ notat dilectionem quam in laudãdo Dominum habemus, ait ad populum sacerdos: Dominus vobiscum. Quod sanè sumptum est ex libro Ruth, Sic enim legitur Boos & Obed suos salutasse messores. Ac statim à populo respondetur: Et cum spiritu tuo. Quod ex epistolis Pauli sumptum est. Ac si sacerdos diceret: Laus nostra sit acceptabilis Deo, & gratam sibi accipiat, ac nos proœmio vitæ remuneret. Cum autem populus respondet. Et cum spiritus tuo, idem est, ac si diceret: Tu pro nobis preces ad Dominum effundes, sed quia illa preceps tantum approbat Deus & exaudit quæ ex bono animo procedunt, ipse, sine quo nullum bonum est, sit & cum spiritu tuo. Tum sacerdos quasi suæ bonitati diffidens inquit ad populum: Oremus. Quòd humilitatis & euitandæ arrogantiæ gratia dicitur, quasi dicat. Orate simul mecum, vt quod postulamus, citius impetremus. Tunc dicit orationem, eaque dicta respondet chorus: Amen, quasi dicat. Ita nobis fiat, quemadmodum orasti. vel: fœliciter tua sit oratio peracta. Sumptum autem est Amen ex apocalypsi Ioannis. Atq; ad eundem modum rursus populum salutat sacerdos, repetitque quod antea dixerat: Dominus vobiscum, quasi dicat: Si gratiam Dei impetrastis, in ea perseuerate. Et iterum respondet populus: Et cum spiritu tuo, quasi polliceatur? Orasti pro nobis & nos vicissim pro te oramus. Tum pueri canunt: Benedicamus Domino. Quod ex Psalmo tertio acceptum habemus. Quibus rursum chorus respõdet: Deo gratias, quòd Apostolo acceptum referimus. Eo autem significatur, quòd vsque ad finem vitæ in innocentia Deo inseruire debeamus, ac illi benedicere pro beneficijs gratias persoluendo. Vltimò sequuntur suffragia sanctorum. Nam quandiu quidem viuimus, tanquam in lubrico solo & fragili glacie sumus constituti, indiesque cum dæmonibus vehementissimè conflligimus, ita vt sanctorum suffragijs non possimus non indigere. Post suffragia repetitur Benedicamus domino, non à pueris, sed à sacerdote, quemadmodum etiam in Completorio & magnis solennitatibus in quibusdam ecclesijs à maioribus. Quo quidem significatur nos fore in æterna beatitudine cum Domino perfectos laudatores. In hac enim vita perfecti esse non possumus.

De officio altaris. Cap. 32.

NVnc de officio altaris dicamus. Et primò quidem de sacerdotum indumentis, eorundemque significatione, ac deinde quid officiũ Missæ, quid introitus, quidvè tropi nominentur, occurrit exponendum. Cætera verò breuiter ordine veluti in summa quadam perstringemus. Res enim ardua est, & quæ ingenij nostri vires facilè excedit. Sacerdos ergo tanquam aduocatus & pugil cum antiquo hoste pugnaturus, vestibus sacris quasi armis induitur. Sandalia enim pro ocreis assumit, ne quid maculæ vel pulueris affectioni etiam inhæreat. Sic Amictu pro galea caput contegit, pro lorica totum corpus cooperit Alba, cingulum assumens pro arcu, & subcingulum pro pharetra. Vocatur autem subcingulum quiddam in stola, quod ligatur cum cingulo. Quum stola collum circundat, quasi hastam contra retinentem vibrat. Manipulo pro clauа vtitur: casula quasi clypeo protegitur: manus armatur libro pro gladio. Atque ita instructus, ad postremum per confessionem diaboli renunciat dominio.

De confessione sacerdotis ante missam. Cap. 33.

SAcerdos enim priusquam cantet missam, confessionem pronunciet oportet. Nam, vt inquit Salomon, vir sapiens in principio sermonis accusator est sui. Debet autem peccata confiteri generaliter, nec mensuram excedere. Sic itaque ad certamen munitus cõtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, & pro sedanda iudicis ira in subditos ad altare procedit, & populus quasi pro suo pugile oraturus diebus profestis, terræ prosternitur. Quum verò cantat orationes, & reliqua recitat, tum quasi totis viribus aduersus diabolum pugnat. Nam cùm & casulam in humero plicat, velut gladium contra hostem præparat, ita vt, quum Euangelium legitur, diabolus, tanquam gladio percutiatur. Sub finem autem pax datur, quo quies populo hoste deuicto ac prostrato nuncietur. Exinde redeundi data licẽtia, populus Deo agit gratias, ac quisque ad sua reuertitur.

De officio missæ. Cap. 34.

OFficium missæ siue missa, appellatur totum illud, quod à principio vsque ad finem dicitur, nempè ab introitu vsque ad Ite missa est, cuius mens & sententia hæc est: Ite ad Christum, & ipsum sequimini, quia missa est pro vobis hostia ad Dominum placandum. Quandoq; tamen restrictius & quasi specialius pars, quæ prima canitur, nimirum introitus, officium missæ appellatur, quæ sic dicta est, quòd isthuc mittatur Angelus. Distribuitur autem missa in quatuor omninò partes: in obsecrationes, orationes, postulationes, & gratiarum actiones. Est enim missa omnis obsecrationis, postulationis, & gratiarum actionis. Prima pars extenditur vsque ad offertorium, altera vsque ad finem Dominicæ orationis, cum Amen respondetur, tertia vsque ad communionem, quarta vsque ad finem. Ac prima quidem est cathechumenorum vel neophitorum quod ferè idem est, cùm cathecumenus appellatur nouiter instructus siue sit baptizatus, siue nondum etiam, & Neophitus quoque nouiter instructus siue baptizatus, siue non. Amplius enim aut diutius eis interesse non licet, non aliter atque Iudæis aut ethnicis, quòd necdum sint membra ecclesiæ. Ob quam sanè causam diaconus è Pulpito alta voce dicere debet: Exeant catechumeni foras. Hinc est quod pars ista nominetur missa. ab emittendo, quoniam tunc foras mittuntur. Cœpit autem illud originem ab eo, quod de Domino dicitur: Iesus autem non credebat eis, sciens quid esset in homine. Nam per catechumenos illi significatur, de quibus hoc dictum est, Vocatur itaque missa totum illud officium, quod est ab introitu, vsque ad Ite missa est, quanquam & interdum missam appellamus ea verba, quibus corpus Domini conficitur.

De introitu, tropis & linguis, quibus Missa celebrari potest. Cap. 35.

INtroitus verò dicitur, quod sacerdos missam auspicaturus primò ad altare debeat intrare, sicut Episcopus qui extrà chorum quandoque diebus festis Dei armis induitur. Dum enim canitur introitus, intra ad altare. Quamobrem etiam diebus profestis bis cani solet, in solennitatibus verò ter. Quandoque intermiscentur tropi. Dicitur autem tropus à Græcis, quod nobis est conuersio, quoniam isthic quædam fieri solent conuersiones. Animaduertendum hic est, tribus linguis missam celebrari, Hebraica, Græca, & latina, quòd titulus Christi iam in cruce pendentis scriptus fuerit Græcè, Hebraicè, & Latinè. Vnde est, quod in vna quaque missa harum trium linguarum aliquid apponatur. Et ab Hebræa quidem, φ sit præstantissima: Alleluya. Amen, Sabbaoth, Osanna. Alleluya quoniam à diuersis multis modis exponitur, quos & alibi sufficienter diximus, nunc præterire volumus. Iuxta interpretationem tamen Hieronymi, quæ omnium est optima, interpretatur: Laudate inuisibilem. Quid Amen sit, satis constat Sabaoth est exercituum siue militarum, virtutum & victoriarum. Osanna denique est, salua obsecro. Et vbi quæso? In excelsis. Osi, id est, obsecro, anna, id est salua. Inde osanna, quasi osianna, ex corrupto & integro.

De Kyrieeleyson, &c. Cap. 36.

SEquitur Kyrieeleyson & Christeeleyson, &c. quod ideò Græce canitur, vt ostendatur Ecclesiam primò in Græcia cœpisse, ac inde Romam postea delatam fuisse, vnde reliqua sunt Latina. Cantatur autem ter propter patrem & filium & Spiritum sanctum continuò, idque ternis vicibus vt simul dicatur nouies, propter nouem ordines angelorum quibus associari petimus. In quibusdam ecclesijs additur ημας, quasi dicãt: Domine miserere nostri. Solennibus diebus sequi-

tur hymnus de Euangelio, siue Eaangelicus: Gloria in excelsis Deo: quod anteà solùm ad missam dicebatur. Reliqua verò beatus Hilarius Pictauiensis Episcopus apposuit, scilicet: Laudamus te, & cætera quę sequuntur, quæ etiam ad missam cantari instituit. Verum enim uerò tum illud cani consuetum est, quum festum agitur Apostolorũ, martyrum confessorum & eorum, in quorum honorem ecclesia est dedicata, quæcunque etiam illa sit. Eo autem finito sacerdos salutat populum, inquiens: Dominus vobiscum. Quæ salutatio ex veteri sumpta est testamento, nimirum vt dictum est, ex libro Ruth, pertinetque ad minores sacerdotes. Est enim & alia videlicet: Pax vobis, quæ vt est sumpta ex Euãgelio. ita solùm spectat ad Episcopos, & qui ijs sunt superiores. Quò sanè illud expressè innuitur, quod nouum testamentum, dignius sit testamento veteri. Respõsio verò populi: Et cum spiritu tuo. ex Apostolo in epistola ad Titum desumpta est. Cum denique ait, oremus, vniuersalem ad se colligit Ecclesiam, quasi esset syndicus aliquis in persona multorum loquens. Hoc enim syndicus significat. Longa vetustate comprobatum est, quod oremus dicimus. Antiqui enim præmisso oremus ex templo orationem communiter subiungebant. omissa ratione, illud tantùm, videlicet oremus reseruauimus.

De oratione, & quoties se in missa vertat sacerdos. Cap. 37.

ORatio siue collecta statim subsequitur, quantumuis collecta propriè vocetur oratio illa quæ fit in processione quum populus & vniuersus clerus ab vna ecclesia procedit ad alteram. Tum enim sacerdos aut Episcopus collecta omni multitudine, istiusmodi oratione super populum vti solebat, quæ propriè dicebatur collecta. Nunc autem oratione illa prætermissa tantum (vt dicimus) oremus retinuimus. Notandum obiter hic est sacerdotem in qualibet missa se quinquies conuertere & septies populum salutare. Primò in ipso exordio: Secundò in Euangelio, quod non in altari, sed in assere vel aliquo lectorio versus Aquilonẽ legi oportet plicata in numero casula, quod diaconitum fungatur officio. Tertiò cum ad dextrum cornu altaris reuertitur, vnde venerat, dicto symbolo, si fuerit solennitas: tum enim se conuertit ad populum. Quartò post offertorium, cum ĩquit: Per omnia secula seculorum, & consequẽter: Dominus vobiscum sed non vertit se. Nam, vt dici solet, nemo qui ad aratrum manum applicuerit, retrorsum respectare debet. Quinto cũ ait. Pax Domini sit semper vobiscum, nec tum se conuertit. Sextò post communionẽ, & vltimo in fine. Quod autem ad orationem attinet, sciendum est nunc vnam legi oportere, nunc tres, nunc quinque, nunc septem, sed non vltrà. Et vnam quidem propterea quod vna sit Epistola atq; vnum Euangelium, vel propter Dei vnitatem. Tres verò propter trinitatẽ: nam & Deus numero gaudet impare, vel quia Dominus ter in passione orauit. Sic quinque legi possunt propter quinque partitam Christi passionem, vel quinque eius vulnera. Verum septem ideò, quod septem in oratione nostra Dominica habeamus petitiones, vel etiam propter septem dona spiritus sancti, quæ apud Isaiam numerantur. Septenarium enim numerum nullus excedere debet.

De epistola, graduali, alleluya, & prosa. Cap. 38.

DEinde legitur Epistola, quę est sermo absentis missus ad absentem, à Græco verbo ἐπιστέλλειν, quod mittere significat, sic appellata. Tales sunt Petri, Pauli, Iacobi, & Ioannis ad varios missæ, quæ hoc in loco vt plurimum leguntur. Sed si contingat (contingit autem sæpè) vt vel ex Apocalypsi vel ex Prophetis aliquid hic legatur, nihilhominus dicetur Epistola, idque ob eam causam, quod tum ante Euangelium quodam modo mittatur. Summoperè autem cauendum est, ne quis Epistolam legere præsumat, nisi sit hypodiaconus: aut diaconus aut etiam sacerdos. Melius enim est vt sacerdos legat etiam si cantet missam, quam acolitus. Post Epistolam verò cantatur responsorium cum suo versu, siue Graduale, vt vocant. Appellatum autem est. Graduale quod a minoribus in gradibus ante altare uel a maioribus etiam diebus profestis cani soleat: In solennitatibus verò in altioribus, hoc est, in pulpito etiam a pueris. Vel quia gradatim cantatur, uel quia de gradu ad gradum procedere debemus, hoc est, de virtute in uirtutẽ ascendere. Dictum est idem Responsorium, q̃ uersui respondeat, qui item a uertendo nominatus est, quoniam non ad orientẽ uertimus, uel quoniam uersu ad responsum sit regressio, aut ad officium aliud, ut in matutinis. Posteà sequitur alleluia, cuius interpretatio modo exposita est secundũ Hieronymũ. In huius fine neumatizamus, hoc est, iubilamus, dum finẽ protrahimus, & ei uelut caudam accinimus. Est enim differẽtia inter neuma neumæ, & pnema pneumatis. Neuma fœminei generis est iubilus, sicut in fine antiphonarum, pneuma uerò neutrius generis est Spiritus sanctus. Posteà uersus dicitur, unde similiter cõuersio fit ad Alleluia. Sequitur deinceps Sequentia quam nos prosam appellamus. Fertur Notgerus Abbas apud sanctum Gallum natione Teutonus primò sequentias composuisse, atque eas postea in Ecclesia cantari institutum fuisse per Nicolaum summum pontificem. Post hunc autem dicitur Hermanus Contractus inuentor astrolabij fecisse duas has: Rex omnipotens die hodierna. & sancti spiritus adsit nobis gratia, &c.

Hic Episcopus fuit Leodiẽsis. Circiter anno 850.

De Euangelio. Cap. 39.

FInita sequentia legitur Euangelium, quod triplicem habet inchoationẽ: Vel per initiũ sancti Euangelij, sicut in principio quatuor Euangeliorũ: Vel per In illo tempore: Vel per aliam determinationem regiæ aut alterius alicuius magnæ potestatis, ut, Fuit in diebus Herodis. & Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæsaris. Dicitur autem Euãgelium ab εὖ bene, & ἄγγελος nuncius, quasi dicatur bonum & letum nuncium. Proinde uerò Euangeliũ aliquãdo esse dicitur secundum historiam, quãdoque secundum allegoriã, quandoque secundum personam, quãdoque secundum partem, & quandoque etiã secundum totũ. Secundũ historiam, ut illud Maria Magdalena & Maria Iacobi & Salome &c. Atque illud etiam quod cantatur in natali Domini ad secundam missam de pastoribus. Secundũ allegoriam cuiusmodi illud quod in Assumptione beatæ Mariæ legi consuetum est de Maria Magdalena & eius sorore Martha, nimirum: Intrauit Iesus in quoddam castellum, &c. Quia cum per Mariam Magdalenam vita significetur contemplatiua, per Martham uerò, quæ administrabat, uita actiua: hoc Euangelio docetur in beata Maria virgine vtriusque vitæ fuisse consummationem, contemplatiuæ scilicet & actiuæ. Secundum personam Euangelium canitur, ut in festo beati Thomæ Apostoli, ubi dicitur Thomas unus de duodecim &c. Secundum partem, quemadmodum est in festo sanctæ Crucis. Tum enim illud recitatur Euangelium, quod est de Nicodemo propter eius extremam particulam, quæ eiusmodi est. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. In hoc autem uerbo Christus suam indicauit passionem, & sui corporis in cruce exaltationem. Quocirca Euangelium hoc in quo hæc continetur particula, legitur in festo sanctæ Crucis. Secundum totum denique, cuiusmodi est exiguum illud, quod in Circuncisione Domini obseruatur: Postquam consumati sunt dies octo. Animaduertendum ergo hic est, quod diebus profestis una duntaxat candela cerea præcedat diaconum, quum ad legendum Euangelium accedit. Nec id quidem, iniuria, Cum per illud primus Christi significetur aduentus, qui humilis fuit & occultus, ut quem præuenit vnus tantum præcursor, videlicet Ioannes Baptista, qui fuit uerbi lucerna. Festis verò diebus candelæ duæ præcedũt cereæ, quod in secundo aduentu, qui solennis erit & manifestus duo sint præmittendi præcursores Helias scilicet & Enoch. Vel ideo etiã quoniam Dominus ante faciem suã binos coniunctim misit discipulos ad prædicandum. Illud quoque diligẽter notandum est, quo simulatq; Euangelium inchoatur, vniuersus populus, tam clerici quam laici, tam qui illud profert quàm qui audit, crucis signum imprimere debeat in fronte, in ore & in pectore. In fronte, quòd locus sit pudoris & verecundiæ. vnde impudicos homines effrontes dicimus, quasi sine fronte. Per

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Per hoc ergo quod fronti ſignum crucis imponimus,euidenter oſtendimus nos non erubeſcere,q; credamus in crucifixũ,& eum habemus Deum & Dominum, qui a Iudæis atque Ethnicis nobis exprobratur. Vnde meherc'è Apoſtolus.Nos autẽ prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum,gentibus verò ſtultitiam.In ore autem ideò,vt ſignificemus nos audacter crucem Domini prædicare.Denique in pectore ob eã cauſam, quo nos paractos eſſe pro Chriſti nomine pati ingenuè oſtendamus. Rurſum in hoc, q; os & pectus cruce ſignamus,apertè innuimus, nos audacter ore fateri & corde credere Chriſtũ crucifixum, cuius liber legitur, Deum & Dominum noſtrum eſſe. Sacerdos itaque vel Diaconus Euangelium lecturus ſignat ſe in ore, fronte & pectore,quaſi dicat:non erubeſco crucem Domini,ſed eam ore prædico & corde credo. Libro quoque crucem imprimit, tanquam ſi dixerit, hic eſt liber crucifixi. Poſſet autem hoc loco quæri, quemadmodum crucis ſignum fieri debeat a dextra'ne in ſiniſtram, an verò a ſiniſtra in dextram? Ac nonnulli quidem ſunt qui crucem a ſiniſtra in dextrã fieri velint, atq; ex huiuſmodi verſu ſumpſerunt authoritatem:Egreſſus eſt a patre &c. A patre venit filius in mundum,& ideò crucem inchoamus a patre ſuperiori,per quã deſignatur pater.Sed quod a patre abſque vlla intercapedine in mundum venit,per quem ſiniſtrã partem intelligimus ideò poſtquam a ſuperiori parte deſcendimus,ſtatim a ſiniſtra in dextrã pergimus:nam & poſteà ad partẽ aſcendit, quod deſignat dextera. Alij verò putant, quod a dextra in ſiniſtram fieri debeat, quia Chriſtus a dextera in ſiniſtram, id eſt,a patre veniens,diabolum per crucẽ repulit, qui per ſiniſtrã ſignificatur. Dicto igitur Euangelij titulo,reſpondetur ab omnibus. Gloria tibi Domine. Propoſito nanq; Euangelio ad legendum, in quo agitur de gloria partim Dei,partim noſtra,quatenus videlicet Chriſtus diabolũ vicit, ac nos redemit,& victor ad patris gloriam aſcendit:auditores Euangelij letantes ad laudem ſui creatoris inquiunt atq; exclamant. Gloria tibi Domine, quaſi dicant. Gloria tua, quæ nobis in hoc Euangelio prædicatur, in æuum nobis ſine fine permaneat,ſemperq; creſcat & augeatur. Lecto iam Euangelio,quiſq; dicere debet. Amen. Vel vt alij volunt, recitato Euangelio. ſtatim dicamus oportet: Deo gratias,quẽadmodũ poſt quamlibet lectionem ſiue capitulum.Sed melius eſt vt dicatur: Amen, ac nos cruce contra diabolum muniamus, ne ipſe ſermones Domini ex pectore noſtro rapiat.Neceſſariũ etiam planè eſt, vt dum legitur Euangelium, velamina capitũ deponantur.Euangelica enim prædicatio omnia legis velamina demouit, atq; homines,qui prius Dominum in ænigmate quodammodo & quaſi per tranſennam videbant,modo ipſam veritatem aperta legis cognitione videre & intelligere fecit. Viri itaq; aperto capite Euangelium audire debet,vt quinque ſenſus ad audiendum magis fiant idonei. Inde eſt quod clerici non nutriant longos capillos,ſed altè tonſos vt rectius ac perfectius poſſint audire. Verumenimuero propterea coronam habẽt,vt demonſtretur inter eos & Dominum nullum eſſe medium.Non ergo longos habeant capillos clerici, ſi per longitudinẽ capillorũ ſignificetur multitudo peccatorũ.Mulieres verò debent audire Euangelium tecto ac velacto capite, etiam ſi ſit virgo, propter pomum vetitum. Et ſi eueniat vt virgo capite ſit aperto,& velamen non habeat, neceſſe eſt,vt mater aut quæuis alia mulier capiti eius pannum vel ſimile quippiam imponat. Itemq; erecti ſtare debemus,donec Euangelium pronuntietur,aut capite inclinato, ſi modo non ſedeamus, niſi cogente neceſſitate. In lege quidem præcipiebatur,vt dum comederẽt agnum Paſchalem, baculos in manibus tenerent,nos verò diacono legente Euangelium baculos deponimus, quod Chriſto prædicante leges obſeruantiæ ſint depoſitæ.

Quid Symbolum quando canendum,& quot ſint numero. *Cap.* 40.

POſt Euangeliũ ſtatim debet ſubiungi Symbolũ fidei, ſcilicet:Credo in vnũ Deum patrẽ,&c. Si ſolennitas fuerit. Nec tamen in omni ſolennitate, ſed in eorum tantũmodo feſtis quorum in Symbolo fit mentio,vt in feſto Trinitatis, in Natali, Circuncisione,Epiphania,Paſchate,Aſcenſione,Pentecoſte, in feſto omniũ ſanctorũ, Transfigurationis Domini,beatę Mariæ,& omnium Apoſtolorũ, ſanctæ Crucis,& omnibus diebus Dominicis.In alijs autem ſolennitatibus dici non debet. Nec verò in ſolennitate Angelorũ cantari ſolet, quia illi non credunt,imò iam ſciunt,quum plenam & perfectã habeant ſcientiã. Nec præterea cani conſuetum eſt in ſolennitate duorum Euangeliſtarum,qui non fuerunt Apoſtoli, ſcilicet Lucæ & Marci. Sunt qui dicunt Symbolum dici debere in feſto beati Ioannis Baptiſtæ, quia tum fuit commemorata Chriſti natiuitas. Sed eadem ratione qualibet die fit mentio beatæ Mariæ, adeoq; omni die canendum foret. Nonnulli etiam putant, quòd in eorum feſtiuitatibus cantari debeat, qui illud compoſuerunt, atq; eius rei gratia hunc illud adferunt,quod in Euangelio Ioannis inuenitur, quod nimirum in dies fides Apoſtolorum creſcebat propter miracula quæ fiebant,quanquã alibi authoritas habeat, fidem nõ habere meritum,cui humana ratio præbet exprimentũ.Pronuntiatio Symbolo ſub finem ipſius debet fieri ſignum crucis, quoniã verbum eſt Euangelicum, non ſecus atq; ipſum Euangeliũ,niſi quod ſit verbum abbreuiatũ. Vnde dictum eſt de eo. Verbum abbreuiatũ faciet Dominus ſuper terram. Et hoc modo:Veniet verbum abbreuiatũ ſuper filios Dei. Similiter quoq; in omnibus verbis euangelicis ſignũ crucis fieri oportet quemadmodũ ſub finẽ orationis Dominicæ. Gloria in excelſis. Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, quæ omnia perinde atque Euangelium ſtando audiri debent. Notandum eſt quatuor eſſe Symbola:minimũ,quod a cunctis communiter in quotidiana oratione dicitur, & quod Apoſtoli ſimul compoſuerunt.Secundum eſt,quod in prima recitatur.Quicunq; vult ſaluus eſſe,quod ab Athanaſio Patriarcha Alexandrino contra Arrianos hæreticos compoſitũ eſt, licet pleriq; eum Anaſtaſium fuiſſe falſo arbitrentur. Tertium eſt, quod Cõſtantinopolitana ſynodus edidit, videlicet quod in miſſa hactenus cani conſuetum eſt. Quartum eſt, quod ex Niceno Cõcilio prodijt.Scripſit verò beatus Hilarius Pictauienſis Epiſcopus librum de ſynodis,in quo & illud compoſuit, ac legi oportet in omni ſynodo vel totum vel ſaltem eius aliqua particula. Ex quo ſanè liquido apparet,quàm illi errent, qui aliam ibi legunt lectionem.

De offertorio. *Cap.* 41.

DIcto ſymbolo cantatur offertorium ſiue offerẽda,vt aliqui dicũt. Appellatur autem offertorium ab offerendo,quia tunc offertimus. Sed neceſſario hic cõſiderandũ eſt,tria omnino eſſe quę offerre debemus: primo,noſmetipſos,ac deinde ea,quæ ſacrificio ſunt neceſſaria ſcilicet panem,vinum & aquam, & ſi qua ſunt alia ſacrificio apta. Obiter tamẽ hic dicere poſſumus panem hunc quaſi nominatum eſſe a Græco vocabulo πάν παντός. quod omne vel totum ſignificat.Quoniam cum hic,tum in futuro ſeculo panis iſte tota vita noſtra eſt. Vinum autem a vitẽ ſimili ferè modo deducere licebit, cui Dominus in Euangelio ſe comparat,hoc pacto inquiens. Ego ſum vitis vera. Nec denique ignotum eſſe puto aquam ab æqualitate dictam eſſe, quia per hoc ſacramentum nos angelis ęquales fore certo & credimus & ſperamus. Quanquã verò interdum aqua ſignificet populum. Vnde:Aquæ multę;populi multi.Quia nec ſanguis ſine ſalute populi, nec ſalus populi potuit eſſe ſine ſanguine. Tum vero aqua benedicitur, quando admiſcetur vino, ſed haudquaquã vinum, quoniam peculiarem ſuam expectat benedictionẽ. In quibuſdam Eccleſijs in magnis ſolennitatibus precioſa offeruntur Eccleſiæ vtenſilia,& in altari ponuntur vel in locis cõpetentibus.Tertio demum ſequuntur manuales laicorũ oblationes. Clerici enim non offerunt, niſi in exequijs mortuorum & in noua celebratione ſacerdotis. Nam inhumanum videretur, ſi ij offerre tenerentur, qui ex oblationibus viuunt aliorum. In offertorio nulla ratione permittitur ſacerdoti vt pixidem aut aliud huiuſmodi manu teneat,quo omnem auaritiæ effugiat ſuſpitionem.

Ioan. 15.

De ſacrificio. *Cap.* 42.

SAcrificium dicitur quaſi quo ſacrũ efficitur,vbi cognoſcendũ eſt, quod olim ſacrificiũ ab Apoſtolis & viris Apoſtolicis in primitiua Eccleſia vaſis ligneis ac vulgaribus veſtibus celebrabatur.Tũ enim erant

erant (vt dici ſolitum eſt) lignei calices & aurei ſacerdotes. Nunc vero eſt econtra. Paulo tamen poſt Seuerinus Papa inſtituit idem vitreis fieri vaſis. Sed quia erant fragilia. Vrbanus Papa voluit, vt argenteis vel aureis ſacrificaretur, vel etiam ob paupertatem ſtanneis quæ tamen non facilè æruginantur. Hoſtia ſecundũ Hebræos ab oſtio nuncupata eſt, quia ad oſtium tabernaculi offerebatur. Secundũ Ethnicos vero ab hoſte deriuata eſt. Nam hoſtibus a domitis (vt ille ait) hoſtia nomen habet. Dicta eſt etiam victima a vincẽdo, & imolatio, quòd iſthic Chriſtus ſacramentaliter imoletur, qui in veritate ſemel pro peccatis noſtris in cruce eſt imolatus. Appellata autem eſt imolatio a mola, qua in ſacrificijs conteri ſolebat genus quoddam frumenti, quod far vel ador dicitur. Vnde: Et adorea liba per herbas. Ponebatur enim inter cornua altaris vel animalis cultro iſthic facto foramine. Mola vero in altari dicitur pars media ſub qua reliquiæ ſigillantur, & cui in dedicatione Eccleſiæ crux imprimitur, atque vbi corpus Chriſti conſecratur.

De ſecunda parte miſſa. *Cap.* 43.

IAm verò ſecunda pars miſſæ quæ propriè miſſa appellata eſt, proximè ſequitur, nimirum quam orationis eſſe dximus. Nam prima pars, de qua hactenus dictum eſt, vocatur obſecrationis. Hæc ergo pars miſſæ, vt miſſam appellemus totũ officium ab introitu vſq; ad ite miſſa eſt, ſi ſtrictim accipiatur, proprio nomine miſſa appellata eſt. Habet autem ea quatuor diſtinctiones. Prima dicitur ſecreta, altera præfatio, tertia canon, quarta oratio dominica cum ſua præfatione. Atq; hæc quidem pars extenditur vſque ad dominicæ orationis finem. Sed libera nos a malo: Amen, quod tacitè a ſacerdote proferri debet. Hic itaque conſiderandum eſt tot deberet dici collectas, eodemq; ordine, ac de eiſdem in ſecreta poſtcõmunionem, quot præceſſerunt in obſecratione ante Epiſtolam in exordio miſſæ, nec plures, nec etiam pauciores, hoc ſemper obſeruato, ne vltra ſeptenarium numerum progrediatur. Summopere item cauendum eſt, quod ſi fortè collecta pro defunctis intermiſceatur, ne finalis, ſed penultima vel ante penultima dicatur. Quoniam finis ad ſuum debet retorqueri principium. Ad poſtremum generaliter cognoſcendũ eſt, quod in miſſa pro defunctis nulla debeat pro viuis oratio intermiſceri, hac tamen communi excepta: Deus qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum.

De ſecreta. *Cap.* 44.

SEcreta dicitur, quia ſecretè pronunciatur, cum tamen olim alta voce diceretur, ita vt ab omnibus facilè laicis teneretur. Contigit ergo vt quodam tempore Paſtores panem ſuper lapidem quendam ponerent, qui, dum huius ſecretæ verba proferent, in carnem conuerſus eſt, & forſitan tranſſubſtantiatus, vt ſic loquar, in corpus Chriſti. In quos diuinitus facta eſt acerrima vindicta. Nam ad vnum omnes percuſſi ſunt diuino iudicio cœlitus miſſo. Ex quo quidẽ facto ſtatutũ fuit, vt poſthac tacitè ac ſubmiſſe diceretur. Aut ideo ſanè occultè & quaſi ſub ſilentio dicitur, ne ſcilicet vileſcat, ſicut & ob eandem cauſam ſacræ literæ dicũtur eſſe obſcuræ. Aut tandẽ ne a laicis cognoſcatur ita vt hinc triplex ſilentij ſit ratio. Cum autem ait ſacerdos, Orate fratres, ſtatim incipit orare, & nos ſimiliter hoc audientes ſecretò orare debemus, ac duos pſalmos canere nempè: Exaudiat te Dominus, & ſequentem. Sed quãdo interim dicit, Orate fratres, perinde eſt, ac ſi diceret: Dominus vobiſcum tacitè, quum ſeſe vertat ad populum. Quare meminerimus ſacerdotem, ſe quinquies ad populum conuertere dicendo Dominus vobiſcũ, propter quinque apparitiones, quæ fuere ipſo die Paſchatis. Et quia vna apparitio fuit nõ manifeſta, quando apparuit beatæ Mariæ Magdalenæ, vt pleriq; ſentiunt, ideo occultè & quaſi ſub ſilẽtio ait Dominus vobiſcũ tunc, cum apertè ſatis dicit: Orate fratres. Per omnia ſecula ſeculorũ, id eſt, per ſecula ſibi mutuò ſuccedentia. Vel dicuntur ſecula per antonomaſiam, ſicut Cantica Canticorum. Quæſitũ eſt, cur ſecretò dicantur orationes, quæ ſequuntur poſt oblationes. Sed nos ideo hoc fieri reſpondemus, quòd Iudæi poſt ſuſcitationem Lazari, ſtatim Ieſum voluerunt occidere, qui ſeſe occultauit in ciuitate Ephrem in ſolicitudine, & a prædica- 1. Ioã. 11.

prædicatione ac miraculorum operatione penitus quieuit & tacuit in ſabbatũ vſque, quod eſt ante dominicam in Ramis palmarum, quo venit in domum Simonis leproſi, & aperte prædicauit. Atq; hoc quidem expreſſe indicat ſacerdotis illa vocis exultatio, qua inquit: Per omnia ſecula ſeculorũ. Cui ſubditur, Amen. Propterea, vt quæ a ſacerdote dicta ſint, liquido confirmemus, quia per Chriſtum ſeculũ creatũ eſt. Amen nanq; nomen Dei eſt. Vnde in Apocalypſi, Ego ſum, Amen, teſtis fidelis. Subiungitur porro Dominus vobiſcũ, ac deinde, Surſum corda, quæ ſcilicet ſur ſum habere debemus ad Dominum in cœleſtibus, nõ in terrenis, vt non queramus benedictionem Eſau, quæ vt caduca ac debilis eſt, ita in terrenis plane ſita eſt. Idem prorſus nobis manifeſte ſignificant Epiſcopi ſandalia, quæ cum ſuperius ſint aperta, ijs admonemur, vt ſemper corda habeamus erecta ad Dominum, cumque inferius ſint ſolida, volunt vt habeamus in terrenis mentem omnino obtuſam, quaſi non debeamus querere benedictionem quę in terrenis eſt, ſed benedictionem Iacob, quæ eſt in cœlis. Poſtea ſequitur: Gratias agamus Domino Deo noſtro. Quia pro omnibus beneficijs, quæ ille in nos benigne contulit, gratias ei merito rependere debemus. Inuenitur autẽ ibi quædam figura ad ſimilitudinem noſtrorum Delta, D ſcilicet, vndique clauſum, quod in parte præcedenti V noſtrum complectitur, quod in ſummitate apertum eſt, in quorum parte media tractulus per tranſuerſum ducitur, veramq; in modum crucis partem copulans. Quod quidem non ſine cauſa factum eſt. Per delta enim circulariter clauſum diuina figuratur natura, quæ nec principium nec finem habuit. Per V exprimitur humana Chriſti natura, quæ principium in virgine habuit, ſed fine carebit. At vero tractulus in medio vtramq; partem coniungens, crux eſt, per quam humana ſociantur diuinis.

Apoc. 3.

Fortaſſis huiuſmodi figura depictaſuit in libris veterum.

De præfatione. *Cap.* 45.

PRæfatio dicitur, quaſi prelocutio, quę eſt ad miniſterium preparatio. Notantur enim iſthic nouem ordines Angelorum, quos ibi præſentes eſſe certo credimus. Maieſtas quoque de qua hic fit mentio, appellata eſt quaſi maior ſtans, vel maior poteſtas. Sciendũ vero eſt in miſſa decẽ eſſe in vniuerſum præfationes, primam de Trinitate, alteram de Natali, tertiam de Epiphania, quartã de Quadrageſima ſiue ieiunio, quintam de Cruce Domini, ſextam de Reſurrectione, ſeptimã de Aſcenſione, octauam de Aduentu ſpiritus ſancti, nonã de Apoſtolis, decimã & vltimam de beata Maria virgine. Poſt canitur ter Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod ſumptum ex veteri Teſtamento. Ait enim Iſaias ſe vidiſſe Dominum ſuper ſoliũ excelſum, & Seraphim clamantia: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Sed quod ſequitur: Benedictus qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis, acceptum eſt ex Euangelio, ita vt, quum illud cantatur, ſignum crucis fieri debeat. Poſtremo hic cantica Angelorum canimus, quia per hoc ſacrificium terrena iungi cœleſtibus non dubitamus, & ideo cum eis in excelſis ſaluari clamamus.

Vndecima eſſe pōs cōmunis illa de ſancta Trinitate.

De canone. *Cap.* 46.

DEinceps uero ſequitur Canon, ita enim Græcis dicitur, nobis autẽ regula, q̃ per eã regulariter ſacramenti huius fit cõfectio. Nuncupatur etiã actio, quia tunc cum Deo noſtra agitur cauſa. Quamobrem & in feſtis ſtantes oramus, in profeſtis vero vel ieiunijs proſtrati. Sub ſilentio tribus de cauſis dicitur. Primo quoniam Deus non oris ſed cordis clamorẽ intendit. vnde & Moyſi dixit: Quid clamas ad me? cum tamen ipſe taceret. Nihilominus tamen proferimus verba, ne quæ petimus, aut quæ petere debemus, penitus ignorare æſtimemur. Secundo ob id ſubmiſſe Canon dici oportet, ne, ſi alta voce eſſet proferendus, longo clamore deficiamus. Vel tertio ob hanc rationẽ, ne tanti myſterij per vſum quotidianũ, verba vileſcant, & in locis non cõpetentibus paſſim indiſcrete pronuncietur, atq; ita tandẽ extinguãtur ac pereant, quẽadmodũ paulo ante de paſtoribus narratum eſt. Prohibitũ enim eſt p decretũ, & ſub anathemate datũ, vt nullus niſi ſacris veſtibus, ex libro in altari cõſecrato, hæc verba proferat. Dicit ergo ſacerdos: Te igitur clementiſſime Pater, &c. Alloquiſ dñm, tanquã præſentẽ. Incipit aũt a litera Tau, T, quæ in modum

Universidad de Deusto Biblioteca

modum crucis effecta est. Quoniã per Christi passionem hæc omnia in cruce sunt completa, habentq; suam efficaciam, Vnde profecto est, q̃ isthic crucifixi imago ad pingi debeat. Sequuntur posteà multa, vt sunt nomina Apostolorum, Martyrũ, Pontificum, Virginum, qui omnes pro Christo nostro se sacrificio exposuerunt. Atq; item alia quędam sequuntur, quæ nobis explicare non licet, nisi fortè solis sacerdotibus, & ideo de illis tacebimus. Vnum hoc tamẽ addemus, nulli hic concessum esse aliquid vel detrahere, uel adere, nisi quandoque nomen illorum, pro quibus specialiter aut nominatim offertur sacrificium.

De oratione Dominica. *Cap.* 47.

NVnc dicendũ est de oratione Dominica, in qua continentur septem petitiones. Quod autem prẽmittitur, est quasi beneuolentiæ captatio. Tres priores ad futuram vitam pertinent: Quatuor posteriores quæ sequuntur, ad præsentem. Media autem, vt nonnulli volunt, a communi sumi potest, ita vt ad vtramque referatur, quam videlicet dicimus. Panem nostrũ quotidianum, quem ἐπιούσιον Græci, segola Hebræi, nos appellamus aut superessentialem, aut egregium, aut etiam familiarem. Sed animaduertere oportet, quum sacerdos ait Oremus, præceptis, &c. Nos debere prostratos orare vsque ad finem orationis Dominicæ, si dies fuerint profesti. Si verò festum sit, aut dies Paschalis, certè non prostrati, sed stantes orare debemus, ac respondere: Sed libera nos a malo, Amen. Quòd autem Dominicam hanc orationem non tacitè, aut sub silentio dicat sacerdos, ratio est, quoniam ex Euangelio petitum est.

De pace. *Cap.* 48.

POstea inquit sacerdos: Pax Domini sit semper vobiscum, quod spectat ad tertiam partem missæ. Notandum tamen est, quòd tacitè hic sacerdotem quandam orationẽ dicere oportet, quæ in Ambrosiana Ecclesia apertè pronũtiatur. Accepto itaque pacis osculo ab ipsa eucharistia, vt quibusdam placet, vel vt censent alij, ab ipso sepulchro & altari, impartit illud diacono aut subdiacono, vt per eos descendat ad alios. Sed cauendum est, ne ab ipsis viris tradatur mulieribus, ne forsitan lasciuiæ quippiam in animum aut carnalitatis clanculum subrepat. Agnus Dei ter canitur. Hic est ille verè Agnus declaratus & adumbratus in Paschali, de quo sic habetur in Euangelio: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ter autẽ ideo canitur, ut eius corpus triforme intelligatur: illud videlicet quod in cœlo est glorificatũ: mysticum, quod etiamnum in terra ambulat, & quod in sepulchris vsque ad extremum iudicij examen quiescit. Bis dicitur cum miserere nobis, tertio cum dona nobis pacẽ. In cœna vero Domini ter debet dici, cum miserere nobis. Sed horum neutrum adiungitur in missa pro defunctis, verum ter cum Dona eis requiem, Vbique obseruandũ est, vt non continuo, sed interpolate ac seiunctim cum oratione interposita dicatur. ἁγνὸς vero Græce dicitur purus & pius, quia sola pietate vt pura hostia nos redemit. Vel ab agnoscendo, q̃ sicut agnus solo balatu matrem cognoscit, ita Christus in passione matrem suam cognouerit, ac virginem virgini commendauerit. Atque hinc quoq; esse potest, q̃ ter canatur Agnus Dei. Quoniam Christus pendens in cruce patrem suum cognouit, ei ad mortem vsq; obediendo, & eadem cruce suffixus agnouit matrem suam, eamq; virgini cõmendauit, ac tandem etiã ibidem humanũ genus redimendo agnouit. Quod autem hic bis repetitur: Miserere nobis, & tertio variatur per Dona nobis pacem, totum illud ex veteri testamento depromptũ est, vbi cum clamarent ad Dominum, dicere soliti erant: Parce Domine parce populo tuo, ac subiungere tertio: Ne dederis hereditatem tuam in opprobrium. Quum igitur dicimus, Agnus dei qui tollit peccata, expresse Ioannem Baptistam imitamur, qui ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi. Illud certè ignorari nõ debet, olim in primitiua Ecclesia singulis diebus, qui canoni missæ intererant solitos fuisse communicare. Sed postea crescente multitudine fidelium, fuit institutum vt tantum dominicis diebus cõmunicaretur. Quod etiã paulo post, quum obseruari nõ potuit, abijt in desuetudinẽ, ac tertia subsecuta est institutio, vt saltem ter quoque anno, in Natali, Paschate

Paschate, & Pentecoste omnes Christiani eucharistiã sumerent: Inuento tamen triplici remedio, vt singulis nimirum diebus osculũ pacis daretur, ac dominicis diebus eulogia, id est, panis benedictus & consecratus, quod in Quadragesima & temporibus abstinentiæ deputatis saluo ieiunio obseruari nõ potuit. Quare tunc huiusmodi fuit promulgata institutio, vt collecta diceretur super populum sub finem missæ, dicendo: Inclinate capita vestra Deo, quum videlicet minor aliquis sacerdos celebrat. Sed si Episcopus, inquiet: Humiliate vos ad benedictionem.

De vltima parte Missæ. *Cap.* 49.

VLtima pars Missæ modo sequitur, quæ dicitur gratiarum actio, atque incipit a cõmunione. Vocatur autẽ communio, quasi participatio, quam ideo canimus, vt per eam cum sanctis diuinæ gratiæ participes efficiamur. Appellatur etiã completio, quoniam per illam missa, vt sic dicam, compleretur. Tribus vero modis finitur missa, primo per Ite missa est in solennitatibus, quod est quasi abeundi licentia, ac sumptum est ab Exodo. Non quidem secundum verba, sed iuxta mentem, & rei intelligentiam, quando Israeliticus populus ex Aegypto permissu Pharaonis egressus est. Vel etiam quãdo è Babylonica captiuitate permittente Cyro ad propria regressus est, Deo referens gratias. Sic & nos accepta benedictione vltima, ad cœlestem patriam remeare debemus, vbi in gratiarum actione semper fœliciter viuemus. Dicitur autem Ite missa est, quoties cantatur Te Deũ laudamus, Gloria in excelsis, & Alleluia. Pronuntiato Ite missa est, oportet nos respondere: Deo gratias, quæ vox est gratulantis. Secundo vero diebus profestis, dicitur Benedicamus Domino, ac petitum est ab Apostolo. Tertio denique in missa pro defunctis. Requiescant in pace, quod ex sola consuetudine generali natum est. Cum ergo dicitur, Ite missa est, debet sacerdos vultum dirigere ad populum, quando autem Benedicamus Domino, vel Requiescãt in pace, versus Orientẽ. Necesse tamen est, vt hæc tria a sacerdote vel diacono tantum proferantur. Sed in prima missa Natalis Domini, non debet dici: Ite missa est, ne videatur populus licentiã habere redeundi.

Quibus horis celebretur missa. *Cap.* 50.

TRibus horis tantummodo regulariter missa poterit celebrari: tertia nimirum, sexta & nona. Et quidem tertia ideo q̃ tum linguis iudæorum sit crucifixus, dum instanter clamarent. Crucifige, crucifige eum, pertuleritq; ludibria, maledicta, conuicia, alapas, flagra, insultantiũ sputus, & coronam spineam. Sexta vero ob eam causam, q̃ tum in cruce actus sit, ac tolerare debuerit clauos rigidissimos & pocula felle tincta, vt sic tandẽ pro nobis imolaretur. Nona demum, quia tunc animum exhalauit ac spiritum patri commendauit. Poterit tamen fieri, vt ante primã in Dominicæ resurrectionis memoriã missa celebretur, quod vicarij faciunt, & post primã ante tertiam in eius rei cõmendationem, quòd Christus inter primam & tertiam traditus fuerit Pontio Pilato iudæis vociferãtibus: crucifige eum, ipso tacente. Cantatur ergo missa diebus festis hora tertia, profestis sexta, & nona in quadragesima ac alijs diebus ieiuniorum. Nec tamen omnium, quia in sabbatis ieiuniorum quatuor temporũ valde sero celebrari & potest & debet propter sacros ordines, q̃ etiam ad sequentem spectet dominicam. In sabbato Paschæ & Pentecostes sero canitur propter cereæ candelæ, quam cæream nominamus consecrationem, quod ex eo facile perpendi aut colligi potest, vbi dicitur: Hæc nox est, atque ex ista oratione, Deus qui hãc sacratissimã noctem, &c. Ipso vero die Natalis Domini prima missa cantatur nocte. Potest tamen licite cantari summo mane, sed tamen prima & tertia prius absolutis. Sic itaque ab illis horis excipitur dies qui Domini natiuitati sacer est, quum noctu prima canatur. Nec id quidẽ sine causa, vt postea dicemus, Atque etiam sabbatum Paschæ & Pentecostes, quoniam tum temporis expresse dicimus: Hæc nox est, & Deus qui hanc sacratissimã noctem. Excipiuntur denique dies ieiuniorum propter sacros ordines.

Quæ missæ quibus diebus debeant celebrari. *Cap.* 51.

NVnc dicendum est quę missę, quibus diebus debeãt celebrari. Fuit enim quoddam tempus, quo dominicum officium necdum erat ordinatum, ac variæ passim

Universidad de Deusto Biblioteca

passim hæreses pullulabãt. Quo quidem factum est, vt prima feria, ne diuinũ officium periret, de Trinitate, secunda de charitate, tertia de sapiẽtia, quarta de Spiritu sancto, quinta de angelis, sexta de cruce, septima de beata Maria virgine cantaretur. Sed postea sancitum est vt cessante causa & illud cessaret, quod vrgente necessitate factum fuerat. Quapropter sanè dominico officio ordinato statutum est, vt prima feria suum peculiare haberet officium de Trinitate, & secunda de angelis, quòd tum creati in bonis gratuitis fuerint, ac lux diuisa a tenebris, hoc est, boni angeli a malis. Nam eo tempore mali cecidere, & boni fuerunt cõfirmati. Sed prima feria fuerũt angeli creati & in bonis naturalibus constituti. Cantatur autem alia de causa pro defunctis, vt ni mirum ijs adhibeamus suffragiũ angelorũ. eodem quoque die missa pro defunctis celebratur, quoniam, vt pleriq; aiunt, feria prima refrigerium habent ij, qui sunt in purgatorio, statimq; altero die post ad pœnas solitas & ad laborem redeunt, ita vt eo die, quo eorum laboribus aliquo modo subueniatur, missa pro illis cantetur. Tertia autẽ feria oportet repeti introitum missæ diei dominici. Præterea institutum quoq; fuit, vt quarta feria ieiunaretur, ideoq; dominici diei missa tum caneretur. Sed & quinta feria similiter dicere conuenit officium diei dominicæ videlicet Introitum, Epistolam atq; Euangelium, q; dies Iouis maximè cognota sit diei dominicæ. Eiusmodi enim die fieri solebat processio in memoriam Ascensionis Domini, quæ postea in diem dominicã, vt supra dictũ est, fuit translata. Porro autem sexta feria agitur de Cruce, & septima de beata Maria virgine, q; non temere ita constitutum accepimus. Miraculosum enim habet initiũ. Nam quum olim Constantinopoli in quadã Ecclesia imago beatæ virginis habebatur ante quam velum quoddã dependebat, quo tota ea cooperiebatur, contigit vt sexta semper feria velum hoc a vesperis ab imagine, nullo mouente decideret, & diuino miraculo quasi deferetur in cœlum ita vt iam plenè ac perfecte ab omnibus conspici posset, ac deinde rursus in sabbato vesperis absolutis ad eandẽ imaginem descenderet ibique permaneret vsque in proximum diem Veneris. Hoc ergo miraculo sæpius viso sancitũ est, vt semper illo die de beata Maria in Ecclesia caneretur. Potest tamen & aliam habere rationem, cur sabbato die officium cantetur de beata Maria. Nam cũ ipsa nobis sit porta regni cœlorũ, quod per diem dominicam cõmodissime figuratur, certè ideo de illa solennizamus eo die, qui dominicam proximè, præcedit. Hactenus igitur officiũ missæ explicuisse satis sit, si intellexerimus nemi nem debere vno eodemq; die duas celebrare missas cum vno sacrificio, vel cum duobus, sed vnam cum sacrificio, & aliã siccam. Quare huic rei finem imponemus, si duas adhuc quæstiones paucis enodauerim, quarum vna est, an si sacerdos ante vesperas comedat, nec postea possit dormire, die postero debeat aut possit missam celebrare? Nam ipsum non debere aperte respondemus. Sic altera est, possit'ne celebrare secundam missam in eo casu, quo in præcedenti, dum manus ablueret, aliquantulum aquæ degustauit? Certe enim & illud vetitum esse sciendum est. Nunc ergo ad alia.

De con sec. dis. 1. c. tribus.

De vesperis. Cap. 52.

IN vesperis a nobis cantantur quinque Psalmi, qui sumus imperfecti, propter quinque sensus, vt videlicet quod per quinque sensus corporeos commissum est, per quinque psalmorũ cantionem penitus demittatur. Hinc notandũ est nos eadẽ ratione quinque digitis pectus tundere, quam quinque canimus psalmos. Monachi vero, in quo se perfectiores esse ostendunt, tantũ quatuor dicũt. Quicquid enim quadratum est in quãcunq; partẽ vertatur, manet semper idem, firmum ac solidum. Ad eundem sanè modum perfectus, quocunq; loco aut quocunq; tempore, semper idẽ atq; immobilis permanet. Finitis psalmis parua sequitur lectio sine Iube Domine, & sine Tu autem Domine, hoc est, capitulum, ac deindẽ Responsoriũ vel eius loco uersus, tum hymnus & antiphona, ac deinceps Magnificat. Plerunque tamen hymnus beatæ Mariæ videlicet Magnificat, loco hymni ponitur, vt præterea nullus alius canatur. Sequitur tandem collecta, quam orationẽ diximus. Volumus autem, vt huc vsq; a nobis factum est, consuetis & Ecclesiasticis, vt qui officia tradamus

tradamus Ecclesiastica, deinceps vti vocabulis. Sciendum ergo est, quod de eodem die, eodemq; festo parua debeat cantari lectio. Verbi gratia: Si de præcedenti dominica vnum & reliquum: si de sequenti vnũ, & reliquum. Animaduertendum præterea est, quod, quando fuerit solennitas nouem lectionum, illius vesperæ totæ debent celebrari, vt in festo beati Stephani & beati Ioannis Euangelistæ. Post vesperas necessario dicitur collecta de sancto, cuius est festum sequens, vel Antiphona cum Magnificat. Vnum tamen excipitur, festum videlicet sancti Syluestri quod etiam si nouem habeant lectiones eius: tamen vesperæ sunt festi sequentis.

Quot psalmi canantur in completorio. Cap. 53.

QVatuor psalmi cantantur in completorio ad significandã perfectionem. Cũ enim quodãmodo ostendimus peccata, quæ per quinque sensus corporeos perniciosissimos satellites admiseri mus iam esse quinque psalmis præcedentibus remissa. Alia ratio est, q; diabolus semper nostro insidietur calcaneo, ita vt posteà nec loqui cũ alijs debeamus, nec aliud dicere nisi orationes. Quod monachi diligenter obseruant, qui posteà non bibunt. Putat enim diabolus se vicisse si tunc vicerit. Quare vt breuiter quæ hic restare videntur, percurramus, post psalmos sequitur capitulũ & versus, & deinde Hymnus eoq; finito, antiphona ac Nunc dimittis. Posteà verò dominica legitur oratio, ac fidei nostræ symbolũ, quibus postea quàm nos collectã annexuimus. statim subiungi oportet Benedicamus. Atq; hoc quidem in vesperis vt a puero canatur omnino consentaneum est, vt per hoc demonstretur nos esse pueros, nimirum ad laudes Deo referendas.

Quomodo finiendæ sint orationes. Cap. 54.

VT autem euidens habeatur & plena cognitio quemadmodum orationes, quas collectas vocamus sint terminandæ, prius nosse oportet, quòd in eis sermo interdum ad patrẽ dirigitur, interdũ ad filium, interdum ad Spiritum sanctum, & interdum etiam ad totam Trinitatem. Quando ad patrem, rursus considerandum est, num ita ad eum sermo sit institutus, vt fiat mentio ad patrem de filio, vel Spiritu sancto, an verò non. Et quidem si in oratione, quæ dirigitur ad patrem, fiat mentio filij multum interest scire, alla'ne fiant ante partem finalem, an ipso fine. Quæ ideo diximus, quod secundum has diuersitates, diuersimodè orationis finis existat. Si ergo dirigatur sermo omnino ad Patrem absque mentione filij & Spiritus sancti finietur hoc modo: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. Si de Spiritu sancto mẽtio ibi fiat, dices: in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, cæteris remanentibus. Si vero fiat mentio filij, ante finalem partem, dicetur: per eundẽ Dominum, &c. Vt suprà. Si contra in ipso fine, dicemus tantum. Qui tecum viuit & regnat, &c. Quemadmodum videri potest, in hac collecta beati Stephani: Omnipotens sempiterne Deus, qui primitias martyrum in beati Leuitæ & Stephani sanguine dedicasti, tribue quęsumus, vt ipse pro nobis perpetuus intercessor existat, qui pro suis etiã persecutoribus exorauit Dominũ nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amen. Si ad filium oratio institutur, vt in hac, Excita Domine potentiam tuam & veni: ac in alijs de aduentu Domini, finietur hoc pacto: Qui viuis & regnas cum Deo patre, &c. Si autẽ ad Spiritum sanctũ, dicemus sic: Qui cum patre & filio viuis & regnas vnus Deus, &c. Et ad trinitatem ita: Qui in trinitate perfecta viuis & regnas, &c. At verò in exorcismis, & quæ fiunt ad pueros efficiendos cathecumenos, ac fontes consecrandos, quandoq; fit aqua benedicta, & in id genus multis alijs, dicetur sanè hoc modo: Per eũ qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Hoc aũt ideo fit, quia nulla vox ita terret Diabolum, atque hæc qui venturus est, &c. Vsq; adeo vt statim fugere cogatur, simul atq; vocẽ hãc audierit. Maximè enim præter cætera iudiciũ ignis extimescit, q; certus sit se post diem Iudicij ęterno igne punitũ iri. Quare ob eandẽ causam voluit D. Gilbertus, vt simili modo finirẽtur orationes

tiones in officio mortuorũ. Verũ ei cõtradicit vulgare nostrũ Collectarium, affirmans dici oportere: Per dominum nostrum, &c.

De diuersitatibus officiorum. Cap. 55.

IAm ergo dictum est hactenus de Ecclesiasticis officijs generaliter, ita reliquũ modo sit, eorundem explicationem latius per totius anni seculum aggredi. Nam pro temporũ varietate ipsa variantur officia. Sed operęprecium me facturum existimo, si priusquã ad ipsam expositionem veniam, distinctio quatuor temporum præmittatur. Vt ergo solaris noster annus quatuor temporum potissimum successione dilabitur, scilicet Hyemis, in qua semina iaciuntur, Veris in quo semina prodeunt, Aestatis in qua ad messem albescunt, & falcę succiduntur, Autumni, in quo per ventilationem grana a se mutuo separantur, & in horrea reponuntur, paleæ autem comburuntur: Ita quoque magnus vitæ præsentis annus durans ab initio vsque ad finem seculi, quatuor temporum varietate mensurantur. Fuit enim tempus quoddam deuiationis in humano genere, ab Adamo videlicet vsque ad Moysen, quo declinauerunt homines a cultu diuino ad idolatriã. Tunc enim homo reliquit Dominũ suum creatorem, ac lapidibus & manuum suarum operibus dixit: Tu es Deus meus. Hoc tempus haud male cõuenit nocti & hyemi. Quia sicut nox aut hyems nihil lucis habet, nisi contingenter & ex accidenti, vt ex igne vel candela. Si tempus istud planè erat cæcitatis & ignorantię. Alterum item tempus fuit reuocationis, nimirum a Moyse vsque ad Natiuitatem Christi, quo edocti fuere homines per leges & Prophetas de Aduentu Christi, de euitatione peccati, & vnius Dei dilectione. Tum dixit Deus Israeli. Audi Israel, Deus tuus Deus vnus est, illum solum adorabis, & illi soli seruies. Tertium verò tempus fuit regressionis, siue reconciliationis vel iustificationis, quod fuit a Natiuitate Domini vsque ad Ascensionem eiusdem: per quem facta est gratia hominibus, & prædicatio Euangelij. Quartum denique tempus est peregrinationis, quod ab Ascensione Domini fuit, & duraturum est vsque ad finem iudicij, vbi erit consummatio seculi. Hæc eadem tempora solent alijs nominibus appellari. Tempus enim deuiationis dictum est tempus culpæ & pœnæ. Nam propter deuiationem homo subiectus est culpæ, & propter culpam pœnæ. Tempus reuocationis nuncupatum est tempus doctrinę & prophetiæ. Et quidem doctrinæ propter decalogum, per quem Deus humanum genus docuit, inquiens, Audi Israel, Deus tuus Deus vnus est. Prophetiæ verò, quoniam tum huiusmodi salutare accepimus vaticinium: Ecce virgo concipiet. Tempus proinde reconciliationis appellatur gaudij & lętitiæ, ac denique peregrinationis, tempus luctus & pugnę. Vnde profecto necessarium est, vt pugnemus aduersus carnẽ nostram, mundum atque aerias potestates. Maximè verò contra carnem, vtpote quod multa cum nobis sit familiaritas, ac nulla sit pestis ęuior quàm hostem habere domesticũ. Præterea tempora hæc possunt considerari secundum principales partes diei, vt sunt nox, quæ ad tempus spectant deuiationis, mane ad tempus reuocationis, meridies ad tempus reconciliationis, vel regressionis, vesperum ad tempus peregrinationis. Atq; horum quodque proprium modo perpende epitheton, vt nox est obscura, & qui a veri Dei cultu aberrabant, erant cæci. Eleganter sanè quadripartita hæc temporum diuisio in homine notari potest. Ante siquidem baptismum nascitur homo & fit filius iræ: in baptismo renascitur, ac filius gratiæ: dehinc bene operatur, & iustitiæ efficitur proles, cum feruore quoddam charitatis Deum diligit imprimis, & proximũ: tandem cum Christo simul regnabit per mortem transiens ad vitam ęternam, factus modo hæres æternitatis & glorię. Atque in qualibet præmissarum partium expositione possunt intelligi Hyems, Ver, Aestas & Autumnus. Eadem quoque tempora designantur per quatuor principales Christi actiones, quæ sunt huiusmodi Natiuitas, Passio, Resurrectio, Aduentus ad iudicii, cum omniũ horum appendicibus adeo hæc humano generi conueniunt. Christi igitur vita nostra est doctrina: Christi actio, nostra est lectio: vniuersa denique Christi cõuersatio, nostra est instructio. Dixi autem cum suis appendicibus quia ad natiuitatem pertinent

pertinẽt circuncisio, apparitio, baptismus, purificatio, ad passionẽ referuntur ieiuniũ, tentatio: Ad resurrectionem, in cœlũ ascensio, & sancti spiritus missio: Ad aduentum tandem iudicij spectant transfigurati & miraculorum operatio. Efficatior enim fuit, ac plus potuit, post mortem, quàm ante transfigurationem quòd tũc demum nobis ostẽdit quid simus futuri. Passio cõparatur Hyemi: Natiuitas Veri, resurrectio Aestati, iudicium Autumno, quando sedebit vetustus ille dierum tenens ventilabrum in manu sua permundabit aream suam, &c. Item rursus Christi natiuitas comparatur & cõcordat tempori reuocationis propter prophetas, qui eam multis modis prædixerunt: passio tempori deuiationis: resurrectio tempori regressionis propter lætitiã: aduentus iudicij tempori peregrinationis, quia huiusmodi tempus durabit vsque ad extremum diem iudicij. Vnde propheta: Ego miser & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hæc ergo tempora magni istius anni considerãs Ecclesia in seruitium Dei transformauit, pro qualitate eorum & varietate singulis annis laudabili vtens officiorũ diuersitate. Sed cũ ita faciat Ecclesia, maluit incipere a tempore reuocationis, quàm a tempore deuiationis. Quare incipit: Ad te leuaui animã meam aspiciens a longe, &c. Quandoquidẽ nos etiamnum quasi per speculum & cancellos aspicimus. Et durat vsq; ad Natiuitatem Domini. Toto igitur tempore aduentuum vsque ad natale Domini Ecclesia reminiscitur temporis reuocationis, quæ facta est per legem & prophetas malagma vulneri apponens. Atque ideo tunc legit Isaiam, qui quum incurabile vulnus vidisset dixit. Omne caput languidum est, & omne cor mœrens, &c. Et rursus non est malagma apponere, &c. Malagma autẽ est genus emplastri, quod epithema appellatum est. Tum ergo inchoatur graduale: Ad te leuaui, ac si diceret: Tempore deuiationis homines leuabant manus, & corda ad opus manuum suarum, atque agebant lapidi & ligno: tu es Deus meus. Ego vero ad te leuaui animam meã Deus meus, &c. Atque ita sanè a tempore reuocationis militiæ suæ auspicatur officia, non a tempore deuiationis ne videatur incipere ab errore. Bene itaque rem ipsam obseruat, sed ordinem non sequitur, quod frequenter etiam faciunt Euangelistæ. Quare si bonam quęrat valetudinem, optetq; quàm optimè curari, omnino fuit necessarium, vt a Medicis inciperet.

De cæteris temporibus. Cap. 56.

TEmpore vero septuagesimæ, quæ est a dominica, vulgo appellata, Circundederunt me, vsque ad octauam Paschæ, recolit Ecclesia tempus deuiationis. Vnde est, quod tum legitur liber Geneseos, vsque ad Regum, vbi de excessu agitur primorum parentum, & multorũ aliorum, qui omnes cataclismate aut diluuio sunt submersi. Breuiter ergo tum temporis Ecclesia orat, flectit genua, ac ieiunat. Tempore autem Paschali, quod est Pascha, vel potius ab octauis Paschæ, vsque ad octauas Pentecostes, tempus gaudij meminit & reconciliationis, quippe in quo legatur Apocalypsis, vbi fit mentio de noua ciuitate Hierusalem, & Epistolæ canonicæ cum actibus Apostolorum. Hinc pauca sibi Ecclesia indicit. Nõ ieiunat, a genu flectione cessat, albis vtitur vestibus, ternario numero psalmorum & lectionum contenta est, cum tribus responsorijs ac totidem versiculis. Ab octauis demum Pentecostes vsq; ad aduentum Domini recolit tempus peregrinationis. In hoc est nobis perpetua pugna & lucta aduersus tres, vt dictũ est, infestissimos hostes, mundum videlicet, carnẽ, & diabolum. Mundus est hostis sophisticus, caro hostis domesticus, diabolus hostis antiquus. Nullus tamen istorum hostis est efficacior ad nocendum, quàm inimicus noster familiaris, scilicet caro, quam fouemus indumentis, & reficimus alimentis, cui tanquam iumento tria debentur: cibus ne deficiat, onus vt mansuescat, virga vt non indirectè sed directè incedat. Propter huiusmodi pugnam significandam, legit tunc Ecclesia librum Regum, in quo agitur de pugna. Et quia in pugna maximè opus est sapientia, ideo cõtinuatur liber Salomonis. Sed quoniam cum pugna nihil tantopere habere debeamus, atque patientiam, appositè profectò Iobi liber subiungitur. Deinde porrò & Thobiæ liber sequitur propter singularem misericordiã, quam in hoc certamine requiri-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

requirimus. Cui deinceps quoque subiungimus librum Iudith, Ruth, Hester, propter fortitudinem, iustitiam & temperantiam. Verumenimuero quum adhuc frequens sit lucta, necessario annectitur liber Machabæorum, in quo crebra est aduersus superbiam conflictatio. Nam deuictis omnibus vitijs, restat etiam vincenda superbia. Roget ergo modo aliquis, sub quo illorum temporum contineatur illud quod est a Natali Domini vsque ad septuagesimam? Verum facilè istiusmodi quęstioni occurremus. Nam & ei non ineleganter per quosdam satisfactum esse accepimus. Eius itaque pars vna continetur sub tempore regressionis, quod est tempus gaudij, vt dictum est a natali vsque ad octauā Epiphaniæ. Vnde in quibusdam Ecclesijs albis tam diu vtuntur vestimentis, sicut tempore Paschali, & neque tunc ieiunatur, neque flectuntur genua. Pars vero altera, quæ est ab octaua Epiphaniæ vsque ad septuagesimam, complectitur sub tempore peregrinationis, & leguntur duodecim Epistolæ Pauli, vbi agitur de labore eius, quem luctando, ac pugnando pertulit. Nec vero, quantumuis ipso die Natiuitatis Domini Isaias legi soleat, credas diem illum pertinere ad tempus reuocationis. Fit enim hoc alia consideratione, & ante Euangelium in nocturnis & ante Epistolam in missa, quod videlicet velut basis columnæ supponatur, vt per vtrunque testamentum Natiuitas Christi perhibeatur.

Quis ordinauerit officia Ecclesiastica, de quibusdam diebus. *Cap.* 57.

HAec autem Ecclesiastica officia, vt dictum est, instituit beatus Hieronymus rogatu Damasi Papæ, & quecunq; etiā alia ex veteri & nouo testamento leguntur in Ecclesia, Gregorius tamen quosdā cantus apposuit, Gelasius quosdam Hymnos, & alij alia. Tempore siquidem Theodosij Imperatoris inordinatè psallebant, qui rogauit Damasum Papam, vt curaret sapienter ordinare officium Ecclesiasticum. Quod diligenter ille effecit, vt supra diximus. Sunt autē in prędictis temporibus dies quidam duplices: vtpote siquando duo simul facta cōcurrāt, in quibus illud obseruandū est, quod in morali philosophia dici solet Cede maiori, & locū da melioribus. Hoc est, vt excellentius celebretur officiū, ac duntaxat de minori fiat cōmemoratio ipso die, & suum officiū reseruetur in chrastinum, vt de Petro & Paulo in quibusdam Ecclesijs diebus dominicis: Nā primo quidem celebratur de Petro, q; princeps fuerit Apostolorū: sequenti vero die de Paulo. Sic de quibusdā alijs in diebus dominicis, ita vt dominica debeat quiescere, ac posteà in hebdomada peragi. Quemadmodū sanè factum videmus in testamento veteri. Cum enim Salomon templū dedicasset duodecimo die mensis, quo occurrebat scenophegia, celebrauit dedicationē templi septem diebus continuis, & post dedicationē distulit scenophegiam. Sunt præterea in suprà dictis temporibus quædā principales dominicæ, quibus cætera cædunt festa præter Pascha & Pentecosten, quæ præter resurrectionē & sancti spiritus missionē sunt alijs longè superiores. Atq; earum quidē aliquę vt sunt præstantiores & solenniores, ita in ijs mutantur officia, cuiusmodi sunt dominica in principio Aduentus, & septuagesima, ac illa quę est in octaua Paschæ. Aliquę verò nō sunt ita præstantes, quales duæ hæ sunt videlicet, quam vulgari nomine appellamus. Lætare Hierusalem, & Dominica in Ramis palmarum. Nam si contingat dies Annuntiationis in Ramis palmarū, aut ipso die Resurrectionis, de eo penitus tacebitur, ac die sabbato, qui præcedit dominicā, quam in Ramis palmarum vocatā diximus, vniuersum Annuntiationis fiet mysterium. Ipsum enim sabbatum ius suum maiori facilè cedit. Ad eundē sanè modū si eueniat, vt in ipsa Domini passione sit festum dedicationis, certè omni iure eius mysteriū celebrabitur in hebdomada sequenti, vt in Ascensione, si idem festum fuerit. Necesse enim est, vt in aliud tempus differatur.

Quomodo officia Ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. *Cap.* 58.

VT igitur ab Aduentu incipiamus, atque ita de Ecclesiasticis officijs per totius anni circulum tractare pergamus, duo in uniuersum nobis sunt diligenter

ligenter in ijs præcauenda, ne videlicet coactè fiant & indiscretè. Coacta esse non debent iuxta Prophetam qui ait: Voluntariè sacrificabo tibi, &c. Sic Obal qui & Berseleel appellatus est, dicitur spontaneè ædificasse templum Domino. Quanquam verò sint, qui putant duos fuisse Obal & Breseleel, & vtrunque spontaneum in tempore. Indiscretè prohibentur esse, quia immundum est pecus, quod ruminat, & non findit vngulam. Fissio autem vngulæ accipitur pro discretione. Qui ergo spontanea sacrificia facit & discreta, eum diligit Dominus. Hinc statutum est a sanctis maioribus, quemadmodum Deo seruiremus discretè. Statuerunt enim in vnaquaque hora lectionem. Verbi gratia: In matutinis & in Missa instituerunt Epistolas & Euangelia, in alijs horis paruas lectiones, quæ dicuntur capitula. Sed quoniam in lectione & cantu vniuersum ferè versetur officium Ecclesiasticum, operæprecium est scire quinque esse libros lectionum in Ecclesia, ac tres cantus, scilicet Graduarium, Antiphonarium, & Trophonarium, Antiphonarius a digniori nomen sumpsit, hoc est, ab antiphonis, cum & in eodem libro contineantur Respōsa & Versus. Legitur enim in tripartita historia Ignatius Patriarcha Antiochenus audiuisse Angelos cantantes Antiphonas in monte, qui exinde quasdam Antiphonas in Ecclesia cantari instituit, & psalmos iuxta Antiphonas tonizari. Vnde etiam Antiphonæ sunt appellatæ respectu psalmodiæ sicut responsum, historiæ. Et cum antea confuse & quasi in chorea cantarentur Psalmi & Antiphonæ, statutum est a maioribus vt seorsum chorus sederet, & alternatim caneret, id est, vt vna pars chori vnum psalmi uersum caneret, atque alia alium. Incipit ergo Antiphonarius hoc modo: Aspiciens a longe. Tametsi verò non sit Gregorianum, hoc est, a Gregorio compositum, sed solummodo ab alio quodam monacho appositum. Quamobrem quidem non deberet merito procedere ea quæ Gregorius composuit. Vsu tamen receptum est, vt ab omni Ecclesia diceretur. Nec facilè profecto est, quæ longo vsu inoleuerint emendare aut mutare. Cætera verò sunt sancti Gregorij.

De reliquis libris. *Cap.* 59.

SEcundus liber est graduarius, ita a gradibus appellatus, eo quòd diebus festis in gradus ascēdi debeat atq; isthic cantari in ambone. Dicitur autem ambonis ab ambio ambis, eo quòd locus ille ambigitur gradibus, uel ab ambo ambæ ambo, quòd nimirum duæ sint viæ isthic, hoc est, in pulpito, quod situm est ante eum locū, vbi recitatur Euangelium. Oportet itaque sint ibi duo paria graduū, unum a sinistris, quo fiat ascensus: alterum a dextris, quo descensus fiat, iuxta illud: Per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Diebus autem profestis canitur in medio chori ante gradus altaris. Eius libri principium est: Ad te leuaui. Tertius liber dicit̄ Trophonarius, a Græco nomino τρόπος quod est conuersio. Nam a fine regredimur ad principium cantus, vnde & trophium zona nominatur, quod ab uno latere vertatur ī aliud, circumeundo vsq; ad umbilicum. Est autem Trophonarius liber, in quo continentur ij cantus, qui cum introitu missæ cantari solent, & maximè quidē a Monachis, cuiusmodi sunt tropi, Sequentiæ, Kyrieeleyson, & Neumæ. Tropi dicuntur, quia prius canitur versus, ac posteà eleyson, & iterum versus, & eleyson deinde. Hic etiam notandum, quòd semel diximus, neumam fœminei generis absque p, accipi pro iubilo: Pro spiritu autē sancto dicitur Græce hoc pneuma, pneumatis, Hæbraicè ruath, Latinè spiritus. Vnde quidem in Prosa: Descendet in te sanctum pneuma. Postremò trophonarius nō habet certum principium, quod ad placitum canatur. Nemo enim tenetur potius hoc vel illud Kyrieeleyson in aliquo festo dicere, quam aliud. Contra verò Antiphonarius certum habet initium, nimirum hoc: Aspiciens a longè: quemadmodum Graduarij principium est: Ad te leuaui. Ab Aduentu enim incipit Ecclesia.

Mat. 2.

De quinque libris lectionum. *Cap.* 60.

NVnc de quinque libris lectionum videamus. Et primus quidem est bibliotheca a βίβλιος, quod liber est, & θήκη positio. In eo enim totum continetur vtrunq; testamentum. Atque hinc propter excel-

Universidad de Deusto Biblioteca

excellentiam, tanquam si dignior & maior esset, solus omnium librorum materiæ nomen retinuit. Fiebant enim omnes libri ex biblo: Vnde bibliopolæ venditores librorum appellantur. Vel rectius ideo liber hic dictus est bibliotheca, quòd instar cuiusdam bibliothecæ multos & varios libros complectatur. Secundus vero liber est passionarius, qui tamen plures sunt. Tertius est legendarius. Quartus homeliarius. Quintus denique sermologus, siue liber sermonum. Redeamus igitur ad primum, & singulos paulo accuratius examinemus. Bibliotheca vox est ambigua & homonyma, siue, vt nunc loquuntur, æquiuoca. Vno nanque nomine & locum vbi libri reponuntur, nempè armarium significat, & volumen aliquod magnũ compactum ex omnibus libris noui & veteris testamenti. Sunt autem viginti duo volumina veteris testamenti, quæ ibi continentur, & octo noui, scilicet Euangelistæ quatuor, Epistolæ Pauli, Apocalypsis, Epistolæ canonicæ, & Actus Apostolorũ. Volumina veteris testamenti sunt quinque libri Moysis, videlicet Pẽtateuchus, quã propriè apud Iudæos dicitur thoral, id est, lex, vel libri legis, super quos iurant illi, vt nos super Euangelia tanquã sanctiora in nouo testamento. Sunt prętereà, qui hoc pacto enumerantur: Iosue scilicet, Iudicum cuius extrema pericope pars est libri, Ruth, Samuel, Malachim, quæ duo volumina vnum reputamus, videlicet Regum, quod tamen quatuor habeat partitiones vel distinctiones: Posteà in vno volumine sequuntur alij quatuor: Isaias, Hieremias, Ezechiel & Dauid. Sub vno volumine comprehenduntur duodecim prophetæ minores propter nimiam breuitatem. Nouem quæ deinceps sequuntur reputantur hagiographa, ita tamen vt sint authentica, numerum liber psalmorum, liber Iobi, tres libri Salomonis scilicet parabolæ, siue mauis dicere prouerbia, Ecclesiastes, & cantica canticorũ: liber Paralippomenon, Iudith, & Hester. Quatuor tandem enumerant apocripha, librum videlicet Thobiæ, Machabæorũ, Philonis, cuius principium est, Diligite iustitiam, & Iesu filij Sirach, qui sic incipit: Omnis sapientia a Domino, &c. Appellaturq; etiã Ecclesiasticus. Verum hos quatuor quidam nõ recipiunt Ecclesia: tamen eos approbat, quod argumentum ferè habeant librorum Salomonis, etiamsi eorũ authores pro certo ac verè non sciat. Alios duos credimus Esdram composuisse, qui totam bibliothecam veteris testamẽti restituit, cum a Babylonijs esset combusta. Nos itaque bibliothecam nostram, scilicet vetus & nouum testamentũ diuersis temporibus legimus iuxta varias historias singulis mensibus vt sic tandem cũ totius anni circulo vniuersa absoluatur. Vnde equidem nõ ignoro, quin illud in aduentu Domini primo sit assignandũ & declarandũ, sed facilius & dilucidius apparebit si ab alio tempore incipiat assignatio.

Quid legi debeat in Septuagesima: Cap. 61.

IN septuagesima ergo legimus totum pentateuchum, quoad dies isti sint, videlicet quindecim ante pascha. Atque ita quatuor omnino cantantur historiæ, ni mirum ex libris geneseos, & quartus de Exodo. Primus liber Moysis est Genesis, in quo agitur de origine mundi: secũdus Exodus, in quo de exitu agitur populi Israeliti ci ex Aegypto: tertius, Leuiticus: quartus est Numeri, quintus Deuteronomius, hoc est, lex altera, cuius velut quandam tradit anacephaleosin siue recapitulationem. Per illos autem dies quindecim vsque ad Pascha legitur Hieremias & liber Baruch notarij eius, vt quidam testantur, sub eodem volumine. Et quidem Hieremiæ Threni siue lamentationes recitantur per triduum illud ante Pascha, quod appellamus tenebras. Dicuntur autem Threni, eo quod tripliciter exponantur a Paschasio, scilicet historicè, allegoricè, & tropologicè. Vel a mõte Trenaro, vbi primo auditæ sunt animarum lamentationes. Vel ideo etiam Threni appellati sunt, q̃ in ijs post tertium quemq; versum litera sit alphabeti. Scriptum enim est opus illud quadruplici alphabeto, hoc est, in eo quater ipsum alphabetum de integro repetitur, Vel denique, quod verius esse puto, hę lectiones propterea dictę sunt Threni, quòd lamentationes contineant. Apud Græcos nanque θρῆνος planctus est. Sic itaque historia, quæ quindecim illis diebus narratur, sumpta est partim ex libro Hieremiæ, partim ex passione Domini in Euangelio. Nunc transeamus ad octauam Pentecostes,

Pentecostes, vt ordinem veteris testamenti simili ratione persequamur.

Quid legi debeat ab octaua Pentecostes vsque ad Natale Domini. Cap. 62.

TVnc ergo vsque ad Calendas Augusti legitur Samuel, Malachim, id est, liber Regum, & Paralippomenon cũ historia: Deus omniũ. Solet tamen in octaua Pentecostes cantari & legi de Trinitate, quantumuis Alexander Papa interrogatus an etiam fieri debeat, dixerit se nescire diem peculiarem de Trinitate, nec de vnitate. Sed officium eius præcipuè propter hæreticos institutum fuisse credimus. Quare hic vsque ad Calendas Augusti meminerimus, quòd paulo ante cauendũ esse præcepimus. Si enim festum erit die dominica, securè mutabimus historiam. Similiter si secunda feria, si tertia, si quarta Calendæ fuerint mensis Augusti, præcedenti dominica historiam liberè mutabimus. Si verò quinta, sexta, aut septima, idem facere poterimus dominica sequenti. Atque hanc tanquam generalem habemus regulam. Quod si denique mensis Calendæ fuerint die profesto, illa dominica mutabimus historiam, quæ Calendis sit proximior, siue ea præcedat, siue subsequatur. A Calendis igitur Augusti vsque ad Septembrem leguntur tres libri Salomonis, & duo sapientiæ, qui sunt apocriphi, ita vt media pars cantici canticorum reseruetur vsque ad Natiuitatem beatæ Mariæ in Septembri, atque altera legatur in eiusdem Assumptione. Nam sermones qui ibi sunt, vt Cogitis me ò Paula & Eustochium, & Approbatæ consuetudinis est, &c. Potius in Triclinio, seu refectorio legi debent. Tunc cantatur historia: In principio Deus, antequã terra, &c. Quod ad recreationẽ pertinet. Nam istud aliud in principio, quod est in sexagesima, spectat ad creationem. Proinde a Calendis Septembris legitur Iobus per quindecim dies, & per quindecim alios dies Thobias, Esdras, Iudith, & Hester cum historia. Peto Domine. In Octobri legitur liber Machabæorum cum historia: ò Adonay Domine Deus, & Adaperiat Dominus. In Nouembri Ezechiel, Daniel, duodecim prophetę, cum historia: Vidi Dominũ. Denique in Decembri Isaias totus vsq; ad Natalem Domini, nisi quod transire debeat idem lector id quod ipso Natali legitur, vt populus gentium: Consolamini: Consurge, & quod recitatur in Epiphania, vt Surge illuminare Hierusalem. Hęc nanque pertinent ad Christum iam natum: Cætera vero quæ in Aduentu leguntur ad Christum nascituum. Atque hinc est, quod illa oporteat prætermitti vsque ad natale, quoniam tunc noua, audiri debent. In ieiunijs tamen quatuor temporum, quæ sunt in Aduentu, & in vigilia natiuitatis Domini nihil Isaiæ legitur, quoniam proprias habent lectiones, & propria officia. Vnde & alia ieiunia ab his tanquã magis solennibus officia petere soleant. Quare autem hæc habent & non illa, ratio est, quòd olim Pontifex Romanus hisce ieiunijs ordines conferre consueuit: Sed si festum Thomæ euenerit in ipsis ieiunijs, dicet Ecclesia lectiones de sancto & non de ieiunio. Ita enim vsus inoleuit. Hoc ipsum tamen Romana Ecclesia nõ obseruat, vt quæ sex recitet lectiones de ieiunio, & tres vltimas de homelia Euangelij ipsius festi. In aduentu aliquãdo tres sunt historiæ, aliquando quatuor si ipse fuerit quatuor hebdomadarum, quod raro fit. Et tantum quidem habemus de veteri testamẽto: modo videamus de nouo. Ab octaua Paschæ vsque ad Pentecosten legitur Ioannis Apocalypsis tribus septimanis, & Epistolę canonicæ duabus sequentibus vsq; ad Ascensionem, quæ numero sunt septem. Prima est Iacobi Alphæi, tres sequentes Ioannis Euangelistæ, quinta & sexta Petri principis Apostolorum, septima denique Taddæi, qui & Iudas appellatus est frater Simonis. Ab ascensione Domini vsque ad Pentecosten leguntur actus Apostolorum: Primum quidem, &c. Historia est: Dignus est Domine ad omnia præmissa. Ab octaua Epiphaniæ, vsque ad septuagesimam leguntur quatuordecim Epistolæ Pauli tam quæ sunt missæ ad personas quatuor, quàm quæ ad decẽ Ecclesias, vt ad Titum Corinthios. De euangelijs & psalmis dicetur suo loco. Ad hunc ergo modum de vtroq; testamento dispositum ab Ecclesia habemus. Notandum interim obiter hic est quatuor modis finiri lectiones, videlicet per: Tu autem Domine: Hæc dicit Dominus, conuerti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mini ad me & ſalui eritis, & in Threnis Hieremię per Hieruſalem Hieruſalem conuertere ad Dominum Deum tuum, atque vltimo in lectionibus mortuorum, per Beati mortui, qui in Domino moriũtur. Cuius tamen rei vſus in Eccleſia admodum rarus eſt. Sed nos dicimus non quid fiat, ſed quid fieri debeat. Cæterum homeliarius, quem quartum librum eſſe diximus, legitur in natali & in feſtis eorum, qui propria habent Euangelia, vt in feſto beati Thomæ, in Paſchate, Pentecoſte cũ ſuis ferijs, ac tandem etiam recitatur diebus dominicis. Octo verò dies Paſchæ computantur cum Septuageſima, quòd illa ſeptima ſit ſeptimana a Quadrageſima, per quam idem deſignatur, quod per Septuageſimam, in cuius ſeptima decade filij Iſrael acceperunt redeundi licentiam, & iam quaſi liberi erant, ideoq; diebus illis cantica lætitiæ inclamantur. In ſabbato autem in albis, geminatur Alleluia, quoniam finitur Septuageſima. Quo quidem ſignificatur abſoluto preſentis huius vitæ curſu nos duplicem accepturos ſtolam, quum ad noſtrã illam Hieroſolymam peruenerimus. Vocatur autem ſabbatum iſtud in albis, ꝓ in Paſchali ſabbato Baptizati tunc albas veſtes deponebant, qua octauo die ſumpſerãt. Proinde verò libri Paſſionarij leguntur in ipſis diebus martyrum. Sed horum aliqui, teſte Gelaſio, apocriphi ſunt, vt de beato Gregorio, de Quirico, & Iulita martyribus, ac qui omnino eiuſmodi ſunt, vt eos compoſuiſſe ferantur hæretici, ob quorum infamiam ab Eccleſia interdicuntur. Quod autem ſint canonizati, ſuo loco dicetur. Nec quidem omnes homeliæ ſunt approbate, ut quædam ſunt Origenis, qui ad hæreſim declinauit Quædam tamen eius leguntur a Hieronymo caſtigatæ, ſed in ijs ſubticetur nomen autoris propter infamiã hæreſis. Quemadmodũ etiam Salomonis nomen in lectionibus ſupprimitur ob notam idolatriæ, & Moyſis propter hæſitationem, quam habuit ad aliquas contradictiones, quia Dominum exacerbauit. Nõ enim dicitur. Lectio libri Geneſis Moyſis legiſlatoris, ſicut dicimus, Lectio libri Apocalypſis Ioannis Apoſtoli. Nonnulli tamen hoc pacto in principio Homeliarum dicendum eſſe exiſtimant: Homelia Origenis ab Hieronymo caſtigata. Atque in ſequentibus quaſi hoc modo: Homeliã eiuſdem. Sunt autem ferè hi qui Homelias poſteris reliquerunt: Auguſtinus, Gregorius, Beda, & Origenes. Breuiter ergo paſſiones legi debent in feſtis martyrum: legendæ in feſtis, qui propria habent Euangelia, ut in beati Thomæ, tres vltimæ lectionès ex homelijs ſint oportet, atque aliæ ex paſſionibus. At verò legendarius appellatur liber, qui vitas & obitus tradit confeſſorum, cuiuſmodi ſunt Hilarij, Martini & aliorum, quos ſacroſancta Eccleſia confirmauit, ita vt in eorum feſtis iſtiuſmodi liber neceſſario legatur. vltimo tandem liber ſermonum, qui & Sermologus nominatur, legi cõuenit ab Natali vſq; ad octauam Epiphaniæ, quos Leo Papa & complures alij compoſuerunt. Sed idem liber legitur in purificatione beatæ Mariæ virginis, & præter feſta alia, etiam ipſo die omniũ ſanctorum. Proinde præcipuas homelias compoſuerũt Gregorius & Beda, qui tamen nullas, præterquã eas, quas antè Auguſtinus ediderat, compoſuit. Nanque ille hoc vnum de ſuo addidit, quòd eas ſuis uerbis quodammodo veſtiuit, uſque adeo, ut quum in Auguſtino uerba duntaxat eſſent diſputationis, in Beda ſint uerba ſermonis & lectionis.

De libris Cantuum. Cap. 63.

NVnc redeamus ad libros Cantuum, idque iuxta dies Aduentuum. Primum itaque reſponſum ſequitur tres verſus, quod ſi per vniuerſum annum vagemur, non amplius fieri liquido comperiemus. Fit enim illud propter tria tempora antiquorum patrum. Aduentum Chriſti expectantium. Ac primum quidem tempus fuit ab Adamo vſque ad Noe, nempè ad diluuium. Secundum verò vſque ad Moyſen, & tertium vſque ad Chriſtum. Et quòd terna fiat in eodem reſponſo repetitio, prima videlicet ab altiori, ſecunda a minus remoto, & tertiæ rurſum a minus remoto & minori, cauſam habet huiuſmodi. Eo nanque modo oſtendimus patres primi temporis remotius ab Aduentu Chriſti abfuiſſe, quàm patres ſecundi uel tertij, atque iterum longius fuiſſe patres ſecundi, quàm tertij. Sic quoque tria ſunt tempora patrum nouitiorum ſecundum Chriſti

Chriſti Aduentum expectantium. Nam horum primum fuit eccleſiæ primitiuæ de Iudæis ad fidem conuerſis, & ſecundũ modò præſto eſt, ſimul atq; gentium ſiue ethnicorum facta eſt introductio. Sed tertium erit, quum omnis Iſrael ſaluabitur. Magis ergo remoti ſunt, aut potius fuerunt primi quàm vltimi, vt hoc pacto, ad vtrunque Aduentum allegoria hæc accommodari poſſit. Gloria patri tribus verſibus tandem ſubiungitur, quòd omne noſtrum deſiderium & ſeruitium ad trinum Dominum ſit referendum. Non enim iſtic ſit repetitio alicuius partis, ſed totius reſponſorij, quoniam poſt hoc hanc præſentem vitam omnia tempora conſummabuntur. Tunc Deus erit omnia in omnibus, hoc eſt, conſummatio omnium & ſufficientia. Verum enim uerò de qualitate officij videamus, deque temporis reuerentia, continentia & abſtinentia. Ad qualitatem pertinet, quid tenendum ſit vel omittendum. Et quidem quid tenendum ſeu obſeruandum ſit iam aliqua ex parte docuimus, ad dimusque ſub finem Aduentuum cani debere ſeptem antiphonas ſecundi toni, & vnamquamque iuxta ordinem ſuo die vſque ad Natale. Quæ quidem omnes vel ob id ſecundi toni ſunt, quòd geminam nobis ſignificent dilectionem, Dei videlicet & proximi, vel etiam propter duas naturas in Chriſto. Sunt autem ſeptem, propter ſpiritum ſeptiformem, quo illuminati erant ij, qui Chriſtum expectabant. Sciendum tamen eſt, his ſeptem antiphonis quę ſunt de Sacramento, additas eſſe duas alias, vnam videlicet de beato Thoma, aliam verò de beata Maria Virgine.

Quæ omittenda ſunt in Aduentu. Cap. 64.

OMittenda ſunt in Aduentu, ut in Septuageſima, quædam cantica lætitiæ, quemadmodum Te Deum laudamus, Gloria in excelſis, Ite miſſa eſt, Verum enim uerò quum tempus iſtud partim ſit lætitiæ, non ſubticetur Alleluya, ſicut in Septuageſima quòd tempus totum mœroris eſt. Quare conſiderare poterimus, tria iſta ſeſe mutuò ſequi quidem, ſed non ſemper. Quædam enim eccleſiæ in cathedra beati Petri, etiam ſi ſit in Quadrageſima feſtum iſtud, dicunt: Te Deum Laudamus: cæteris uerò laudibus tacitis. Quia hoc cantico ſolemus uti ad intronizandos aliquos in ſuas ſedes. Nam & eodem die Petrus in cathedra Anthiochæna fuit conſtitutus. Rurſus Gloria in excelſis, & Ite miſſa eſt, dicitur ipſo die ſolenni cœnæ ſi Epiſcopus præſens ſit, & celebret officium de tribus oleis, ſed Te Deum laudamus, non dicitur, quoniam ſurgitur ad tenebras. Ob quam etiam cauſam ſubticetur in Pſalmis & in reſponſorijs hiſce diebus Gloria patri, quia tunc multùm dehoneſtata eſt trinitas, maximeque illo triduo. Item in prima miſſa Natalis Domini, canitur Gloria in excelſis, nec tamen dicimus, Ite miſſa eſt, donec & tertia miſſa ſit abſoluta. Alioquin enim recederet populus, & non audiret matutinas. Vnde nonnulli ſacerdotes reſeruant collectam ſiue orationem finalem primæ miſſę donec cantentur matutinę, ac poſtea dicunt & concludunt miſſam cum Benedicamus Domino, Deinde verò incipitur miſſa ſecunda, & pari modo finitur, uel per, Ecce completa ſunt, in quibuſdam eccleſijs ne populo licentia abeundi detur, ſciatque ſe adhuc debere tertiam audire miſſam, ſub cuius finem exprimitur, Ite miſſa eſt, quę laus pertinet ad reſurrectionem, ſicut Gloria in excelſis ad Natiuitatem. Atque hæc quidem eſt ratio, quamobrem utrunque in Aduentu ſubticeatur, quod tunc utrunque auidè expectetur, ſed Te Deum laudamus ideò tacetur, ut cum maiori ardore reſumatur ipſo die feſto; uel, quia nondum preſens eſt quem expectamus, quum ad preſentes hoc cantico uti ſoleamus. Sic & pro Dominus regnauit, dicitur Miſerere mei Deus. & cantica illa, quę ſunt Annę, Moyſis, Abacuc, atque alia quę iſthic ſunt, ut, Ego dixi, & Audire cœli, quæ per ſingulas hebdomadas dicuntur. Horę uerò beatę Virginis, idcirco ſubticentur, quòd totum illius temporis officium ad eius laudem ſit. Hinc etiam animaduertendum eſt, quòd in feſtis nouẽ lectionum, ſi quę ſunt, in Aduentu, ad tertiam debeat celebrari miſſa ſolennis, cum Gloria in Excelſis, &, Ite miſſa eſt.

Universidad de Deusto Biblioteca

est. Vnde etiam in plerisque ecclesijs nigras cappas deponunt ad missam illam, tanquam in Paschali tempore, nec genua tunc flecti debent. Missa verò absoluta cappæ resumuntur, & sexta ac nona cantata, auspicatur missa de ieiunio, atque tum diaconus pronunciare debet ad huiusmodi missam, & in omni tempore ieiuniorũ: Flectamus genua, exceptis ferijs ijs, quæ pentecosten proximè sequuntur, in quibus propter reuerentiam festi cantica lætitiæ non subticentur, scilicet Alleluya, Te Deum laudamus, atque Ite missa est. Proinde verò neque hic vllius sancti commemoria fieri oportet, siue Christi Aduentum præcesserit (quum eius temporis omnes ad inferos descenderint, vnde & pro eis non solennizat ecclesia) siue secutus fuerit Christi Aduentum quum eorum singulis diebus hic commemoratio fieri debeat, Ecce Dominus veniet, &c. antiphona est, quæ canitur post Benedicamus Domino, & sequitur oratio huiusmodi, Conscientias nostras quæsumus Domine visitãdo purifica, vt veniens Dominus noster Iesus Christus, cum omnibus sanctis paratam sibi in nobis inueniat mansionem, qui tecum &c. In Antiphona ponitur, omnes sancti eius cum eo, & in oratione, cum omnibus sanctis, ita vt hinc necessarium non sit fieri speciatim aliquorum sanctorum commemorationem. Sed oportet intelligamus, hanc orationem pertinere ad secũdum aduentum, qui efficitur in mente hominis, quum videlicet legitur: Vt veniens Dominus Iesus Christus paratam sibi in nobis mansionem inueniat. Verùm tunc addi non debet cum omnibus sanctis. Nam si illud adijciatur, iam ad tertium aduentũ videbitur pertinere. Est enim Aduentus Christi triplex. In carne, in mente, qui singulis diebus in humanis animis contingit per spiritum sanctum, & tertius in maiestate, qui aduentus erit in die iudicij. De secundo aduentu, qui fit in humana mente, inquit Salomon: Domine, mitte sapientiam tuam, vt mecum sit, & mecum laboret. Est rursus & alia ratio, quæ eiusmodi est, vt duos nobis significet Aduentus, nimirum: Excita Domine potentiam tuam, & veni, vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis &cæ. Ad primum aduentum pertinet, cùm dicitur: Te protegente mereamur eripi: ad secundum verò, quum legimus: te liberante saluari.

De temporibus quibus non debent nuptias celebrari. Cap. 65.

IN Aduentu non debent celebrari nuptiæ, sicut nec in Septuagesima, q huiusmodi tempora orationi potissimum sint deputata, ac tunc potius ab vxorio lecto quilibet debeat abstinere, quàm eidem adiungi. Pari modo faciendum est, in sacris solennitatibus, cum earundem ferijs, sicut in Pascha & Pentecoste. Et certè quidem diebus quoque dominicis, ac in festis Apostolorum præcipuè continendum est. Solennitates namque institutæ sunt, vt liberius vacari possit orationi. Verum enim uerò rustici contra libentius illis diebus conueniunt, vt vacét potationi. Sed in omnibus his, cautum oportet esse sacerdotem. Sæpenumerò enim accidit, vt mutum pecus doceat, animal diuinum hoc est, laicus clericum. Ac generatim quidem obseruandum est, quòd quocunque tempore abstinetur à nuptijs, abstinendum sit ab amplexu coniugis, nisi quando ob fragilitatem incontinentiæ poscat debitum ab vxore, vel illa à viro. Illud enim exigenti persoluẽdum est, quia vir, vt inquit Apostolus, non habet potestatem suæ carnis, sed mulier, & econtrà. Secundum has ergo rationes, non debent nuptiæ celebrari, etiam tribus illis septimanis, quæ festum sancti Ioannis Baptistæ præcedunt. Verùm hoc in quibusdam ecclesijs iampridem in dissuetudinem abijt. Fuit tamen ratio, quare ecclesia constituerat ieiunandam esse Quadragesimam ante festum sancti Ioannis, sicut ante Natale. Sed propter fragilitatem humanam, duæ illæ Quadragesimæ redactæ sunt in vnam, atque illa tunc bipartita fuit in tres septimanas præcedentes natalem, & tres præcedentes festum sancti Ioannis. Quoniam igitur tempora hæc orationi sint maximè dedicata, quam ideo instituimus, vt ad cœlos perueniamus, quod tamen efficere non possumus sine duobus alijs, scilicet ieiunio & eleemosyna, quæ ad cœlos hominem facilè deferunt, ideo ordinatum est ieiuniũ: vt

vt quod nobis remanserit propter ieiuniũ pauperibus erogetur, ideoque & sponsus debet abstinere à lecto vxoris: vt liberius ac commodius vacet orationi. Atque ita non fiunt nuptiæ à prima dominica Aduẽtus, vsque ad Epiphaniam, nec etiam fierent nisi ad octauam vsque Epiphaniæ, nisi Dominus nuptias tum sui præsentia, tum miraculo decorasset. Præterea in Aduentu sciendum est, quemlibet versum dici posse, si sit de Aduentu, vt: Egredietur Dominus de loco sancto suo in maiestate sua, & veniet ad iudicandum. Et: Veni Domine ad liberandum nos, quod potest dici de quolibet Aduentu. Aduentus enim qui fuit in carne, liberauit animas nostras à seruitute diaboli, Aduentus verò in mente liberat animas à peccato. Aduentus denique in maiestate, liberat corpora. Postremò obiter notandum est, festum beatæ Luciæ hic adiunctum habere Italicè *charthar*. Quia tunc maximè carnes solent deponi, quemadmodum secunda dominica Septuagesimæ dicitur vulgò carnispriuium.

De festis & ieiunijs Aduentus. Cap. 66.

DEinceps modò videamus de ijs, quæ accidunt Aduentui, & de eius festis & ieiunijs. Et in primis quidem hic cognoscamus, si festũ S. Andreæ contigerit prima dominica, id persequendum esse secunda feria. Idem obseruari volumus, de quolibet festo tam apostolorum, quam martyrum, si contingant dominicis priuilegiatis, quos paulò post commemorabimus. Sic quoque si festum eiusmodi ipso dominico contigerit: quòd uigiliam habeat, eius secunda feria celebrabitur officium, eritque ieiunium in sabbato, si videlicet inofficiata sit vigilia, id est, si proprium habeat officium. Item si qualibet alia dominica ex priuilegiatis, festum Apostoli, vel præcipuè alicuius martyris, vel alterius sancti, qui proprium habeat officium euenerit, restat videre, ab septimana sequens sit inofficiata, hoc est, an proprium singuli eius septimanæ dies habeant officium. Quòd si non habeant, illius dominicæ officio supersedebimus, atque eius loco festum hospitis, id est, sancti aduenientis ad dominicam celebrabimus: si verò habeat, manente officio dominicæ festum transferetur ad secundam feriam, atque hoc pacto dies dominica interdum cedit festo, interdum verò non. Et quidem quare? Quoniam ibi officium renouatur. Proinde ieiunia quatuor temporum, in tertia septima Aduentuum oportet celebrari. Aduentus autem debent viginti & vnum diem, id est tres septimanas integras habere, præter vigiliam Natalis Domini. Cùm ergo aduẽtus semper incipiat à die dominica, si etiam simili die videlicet, dominica Natalis Domini contigerit, necessarium est, vt aduentus protrahantur quatuor hebdomadis. Alioqui vigilias Natalis Domini, & ieiunia quatuor temporum concurrerent, quorum vtrumque peculiare habet officium, & ad diuersa pertinent tempora. Nam uigilia spectat ad tempus gaudij, cum non sit de Aduentu, sed de Natiuitate, quare ad eundem modum non haberet Aduentus viginti & vnum dies, excepta, vt dicimus, vigilia. Si autem contigerit Natalis Domini in secunda feria, vel deinceps vsque ad dominicam, tunc præter dies viginti & vnum, facile habebimus diem, quo faciamus vigiliam, quia ipso die dominico, qui proprium officium non habet, celebrabitur vigilia, & alleluya canetur propter dominicam. Sed ieiunabitur sabbato præcedenti, tam pro ieiunio quatuor temporum, quàm pro vigilia Natalis Domini. Quantum verò attinet generaliter ad ieiunia, cognoscendum est, cum ieiunia vernalia primò instituta sint in prima septimana Veris, æstiualia in secunda Iunij, Autumnalia in tertia Septembris, Hyemalia in quarta Decembris, id omne propter multas confusiones, quæ inde nascebantur abrogatum esse & regulariter definitum, quo tempore eorum quodque fieri debeat. Et de hyemalibus quidem dictum est, quòd semper in tertia septimana aduentus fiant. Sed de alijs regulariter sciendum est, quod in prima septimana Quadragesimę semper incipiant vernalia, in septimana Pentecostes semper æstiualia, autumnalia veterem seruent institutionem, cùm semper in tertia septimana Septembris fiant. Cauendum interim diligenter

ligēter est, ne in computatione illarum septimanarum fallamur. Nam si calendæ illius mensis, hoc est, ipse mensis incipiat prima feria, vel secunda vel tertia, vel etiam quarta tum illa eius mēsis septimana computabitur, & in ea quæ est ab illa tertia, fient ieiunia. Si vero mēsis inceperit quinta vel sexta, vel septima feria, tres illas septimanas numerare ordiemur à sequenti dominica, & eodem modo in tertia fient ieiunia. Atque ita sanè dies præcedentes quo ad computationem septimanarū planè erunt inutiles. Sic igitur huiusmodi habemus regulam, vt ab illa dominica, quæ propinquior fuerit Calendis Septembris, id est, pridie mensis semper numeranda sit prima septimana, siue subsequatur, siue præcesserit.

De anniuersarijs mortuorum, & vigilijs sanctorum. Cap. 67.

DE anniuersarijs verò mortuorum dicemus, quod si contigerit dominica die, vel alia quauis celebri solennitate, non debeant mutari, & in sequentem diem differri, quemadmodum de festis sanctorum diximus, sed potius fiant die præcedenti, vt sitius succurratur eorum pœnis, quas igne purgatorio sufferunt. Vt enim sancti non indigent nostro auxilio & beneficio, ita cæteris defunctis omninò est necessarium. Omni tempore potest celebrari missa pro defunctis præsente cadauere, nisi Parasceue. Tunc enim non debet corpus Christi imolari, nec missa cantari, sed die crastino, id est sabbato poterit missa pro eo cani, & corpus sepeliri. Pari modo etiam faciendum est, ipso die Paschæ. Si enim quis tunc moriatur, postero die missa est celebranda. seruato corpore tantisper super terram. Nam fieri non debet vt sepeliatur absque missa. Porrò autem de vigilijs sanctorum generaliter dicimus, quod si propriam habeant collectam in missa, eam debere dici ad vesperas. Et si dominica, sit in vigilia, dicemus vesperas de dominica, & post alias de sancto, vel cum Magnificat legimus duntaxat collectam, vt Moguntina facit ecclesia, & monachi: vel cum sola antiphona dicemus orationem siue collectam de festo, si propriam & peculiarem non habeat vigiliam, cui ad postremum subiungemus: Benedicamus Domino.

De vigilia Natalis Domini. Cap. 68.

SEquitur vigilia Natalis Domini, quę propriam habet missam, & propriā in ea collectam, quæ item in vesperis dici debet, quod idem obseruatur in alijs vigilijs. Sin contra fuerit, hoc est, si vigilia peculiare officium nō habuerit, collecta in vesperis de sequenti festo dici oportet. Cantantur ergo in vigilia Natalis Domini hij Psalmi: Laudate pueri Dominum, Laudate Dominum omnes gentes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum, quoniam bonus, Lauda Hierusalem Dominum, sed in completorio cani debet hymnus. Veni redemptor gentium.

De Natiuitate Domini. Cap. 69.

NVnc de ipso die Natiuitatis agamus, quo ante primos nocturnos, tres pannos super altare poni cōsuetum est, ad declarationem triū temporum, singulisque nocturnis vnum auferri. Et primus quidem niger erat, pro tempore ante legem: Secundus subcandidus, pro tempore reuelationis, & tertius ruber pro tempore gratiæ, propter dilectum sponsum candidum, & rubicundum, Poteris alibi facilè inuenire, quemadmodum veteres interploratæ, & diuersis vicibus ad nocturnos surgere solebant, videlicet in conticinio, nocte media, & in antelucano. Post tertiam nocturnum incenduntur lumina ecclesiæ, & recitato Euangelio, Liber generationis, cantatur, Te Deum laudamus, ad consignandam congratulationem, quę facta fuit ob inuentam drachmam quam mulier perdiderat, in cuius inueniendæ gratiam ea lucernam incēdit totamque domum euertit, hoc est, ecclesia triumphans ex inferno per Christū omninò extrahitur. Quatuor autem illo die leguntur Euangelia, vnum Matthæi, alterum & tertium Lucæ, quartum Ioannis, vt

vt de Natiuitate Christi quatuor testes perhibeant testimonium. Quanquam sanè duo vel ad summum tres sufficere possunt, cùm in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quamobrem verò Isaias legatur in primo nocturno, suprà à nobis ostensum est. Verùm diligenter hic animaduertere debemus, triūpreciuè scripturas hoc tempore in ecclesia frequentari magis, quàm aliorum. In primis nimirum Dauidis prophetæ qui fuit homicida, proditor, & adulter: Deinde Matthæi Apostoli, qui & publicanus dictus est, & hoc ipso nomine infamis. Postremò Pauli Apostoli, qui persecutus est ecclesiam. Quod quidem non absque ita institutum fuit, ne videlicet desperent alij, quantumlibet peccatores, propter facta præcedentia, eleemosynas vel orationes Deo displicere, quin si pœniteant certò sciant se veniam facile consequi posse, quātumuis graui noxa perplexi sint. Post Te Deum laudamus, dici oportet à sacerdote iam è vestiario egresso, Confiteor, atque inchoati prima missa, vbi de æterna Christi generatione obscura, & ignota agitur. Quo quidem fit vt illa etiam nocte cani debeat. Absoluta vero illa dicuntur laudes, & finiuntur eadem oratione cum missa, vt hanc atque illas idem planè officium innuere exprimamus. Apparente aurora, statim incipitur secunda missa, in qua agitur de cōpletione siue impletione promissorum de Christo nascituro. Vnde profectio sic illam auspicamur: Lux fulgebit, quum illucente die, ac matutino apparente inchoetur. At dixerit hic semicoctus aliquis grammaticus ergo deberet ibi esse lux fulgens, quod verum non est, quia tunc rubet. Sed intelligendum est, vt diximus, de impletione promissorum, quasi dicamus tum lux fulgebit, quum Christus aduenerit, qui vera & æterna lux est, cumque omnia quæ de eius Aduentu iam multo tempore dicta sunt, complebuntur. Proinde hæc missa, vt & ante dictum est, finitur hoc modo: Ecce completa sunt &c. Prima ergo pertinet ad generationem ex patre sine matre, videlicet ęternam: Secunda ad eam, quæ fuit ex matre sine patre, vt temporalem: Tertia autē quasi compacta & coniuncta est, tradit enim vtranque. Nam quod in eius exordio dicitur: Puer natus est nobis, ad temporalem spectat generationem: ad æternam vero Euangelium Ioannis: In principio erat verbum. Pars tamen illius Euangelij postrema, nimirum: Verbum caro factū est, &c. ad temporalem natiuitatem referēda est. Dicitur autem huiusmodi duplex natiuitas, vt nos haud obscurè intelligamus natiuitatem Christi terrestrem nobis procul dubio contulisse natiuitatem cœlestem. Vnde illud est, quod in festo beati Stephani dicitur: heri natus est Christus in terris, vt hodie Stephanus nasceretur in cœlis. Denique neumæ quę fiunt in missa, gaudiū repræsentāt, quę potius per e, vt Kyrie, vel per a, vt alleluya fieri solent, quam per alias vocales, vt per has significemus gaudium spiritale quod restitutū est nobis in partu virginis, cùm facta est immutatio huius voculæ Eua salutante Angelo, & dicente Aue Maria. Eius enim nominis, scilicet Euæ significatio manserat vsque ad salutationem Angeli. Hanc autem significationem, nempè luctus Adæ & Euæ, nascentes exprimunt pueri, si nimirum puella nascatur profert, vt vulgus quidem existimat e, cum masculus a. Illæ igitur neumæ repræsentant dolorem, quē nobis contulit transgressio Adami & Euæ. Sed gaudium planè restitutum est in beata virgine cui non dictum est Eua, sed Aue.

De festis Natiuitatem sequentibus. Cap. 70.

DEinceps sequitur ordine conuenienti, vt de ijs festiuitatibus modo tractemus, quæ Christi Natiuitatem proximè sequuntur. Debent ergo vesperæ Natalis primo integrè celebrari, ac postea conueniunt diaconi quasi in tripudio, cantantque Magnificat cum Antiphona de Sancto Stephano. Sed sacerdos recitat collectam. Nocturnos & vniuersum officium crastinum celebrant Diaconi, quod Stephanus fuerit Diaconus, & ad lectiones concedunt benedictiones, ita tamen, vt eius diei missam celebret hebdomadarius, hoc est, ille cuius tum vices fuerint eam exequi. Sic eodem modo omne officium perficient sacerdotes

Universidad de Deusto Biblioteca

dotes ipso die beati Ioannis, quod hic sacerdos fuerit, & pueri in ipso festo Innocentium, quia Innocentes pro Christo occisi sunt. Sed ignorandum non est, passionem beati Stephani factam fuisse in Augusto, illo die, quo eius celebratur inuentio, & contra inuentionem eiusdem fuisse postero die natiuitatis Domini. Verum enim uerò cùm digniùs & præstantiùs sit festum Passionis Inuentione, idcircò translatum est ad tempus Natalis Domini. Vel etiam ob hãc rem, quod ei eodem hoc die dedicata sit basilica. Poterit tamen & alia esse ratio, quoniam Stephanus post Domini passionem pro Christo primus martyrium perpessus est, quod nasci dicitur in cœlis, cuiusmodi natalem nobis Christi natiuitas in carne contulit. Consentaneum ergo fuit vt natiuitati Christi continuaretur natale sancti Stephani, quo per hoc notaretur, natiuitatem vnam sequi ex alia. Vnde etiam est, quod in ipsius vita legitur: Hieri Christus natus est in terris, vt Stephanus hodie nasceretur in cœlis. eodem ferè modo de festo S. Ioannis Euangelistæ cẽsendum est, quod quum ille dies quo se deposuit in foueam post celebrationem sacrorum natalis fuerit sancto Ioãni Baptistæ, hic tamen eum illi cessit, de quo dictum erat à Domino: Inter natos mulierum non surrexit maior, &c. atque festum huius translatum est ad tertium diem Natalis Domini, vt omnes suos comites haberet sponsus, qui rubicundus est, & candidus. Vel ob id etiam, quòd eo die ipsi dedicata sit basilica: vel tandem quia eo die insulatus est: Fuit enim Patriarcha Ephesinus, Tunc autem scripsit Euangelium de quo Beda inquit: Quòd si paulò altius intonasset, vniuersus mundus vix capere potuisset, ita vt hinc quoque Hieronymus eum vocitet vocem Aquilæ. Simili ratione Innocentes non statim quidem quarto die post passi sunt, sed quartò die anno reuoluto. Quandoquidem cùm Herodes à filijs suis accusatus erat, debuit Romam proficisci, ibique coram Augusto Cæsare causam suam defendere, ita vt simulatque causam obtinuisset, ac iam redijsset, immane istud facinus perpetrauerit, omnes interimens pueros à bimatu & infrà. Credebat enim puerum natum magnum fore, cui astra famulabantur, & timebat, ne per illum regnum suum admitteret, de quo plenius in Matthæo legitur. In festo itaque Innocentium penitus subticentur cantica lætitiæ, quoniam ij ad inferos descenderunt. Si verò contingat eorum festum die dominica, tunc nullum subticetur, propter diem resurrectionis. Nec etiam in illorum octauis aliqua cantica lætitiæ supprimuntur, vt significemus gaudium, quod accepturi sunt in octaua, id est, in resurrectione.

De Circuncisione. *Cap.* 71.

IN Circuncisione duo simul facta concurrunt, parientis scilicet, & partus, propter octauas. Vnde sanè est, quòd eo die duas missas celebrare debeamus: primam de beata virgine, scilicet: Vultum tuũ, aliam de octauis, nimirum: Puer natus est nobis, & dicitur illo die Euangelium Lucæ: Postquàm impleti sunt dies octo, &c. Sunt nonnulli alij, qui tria huc festa concurrere arbitrentur, de beata virgine, de octauis, & de Circuncisione. Nam etiam si tum circuncisus non fuisset, nihilominus tamen fierent octauæ. Sed quoniã modo de octauis mentionem fecimus, non incõmodum erit, si eas paulò plenius persecamur. Sunt enim nonnullæ octauæ institutionis, vt sunt eorum, qui habent vigilias, nonnullæ deuotionis, cuiusmodi fieri possunt in honorem cuiuslibet sancti: Nonnullæ etiam venerationis, vt sunt eæ quæ solius Dei esse dicuntur. Nam octauæ Natiuitatis, Paschæ & Pentecostes sunt venerationis Christi. Sunt item & octauæ significationis: vt Innocentium, per quas nostra significatur resurrectio, quo quidẽ fit, vt tunc lætitiæ siue laudis canantur cantica. Nam tamersi quidem ad inferos descenderint, resurgent tamen nobiscum in gloria. Quanquam nihilominus & de qui busuis alijs sanctis octauæ significationis dici possunt. Totum interim tempus, quod est ad purificationem vsque tractat infantiam Saluatoris, ita vt hinc aliorum sanctorum commemorationes fieri non debeãt, & quidem maximè sanctæ Crucis, iuxta illud vulgare dictum: Non coques hœdum in lacte matris.

De

De festo Hypodiaconorum. *Cap.* 72.

FEstum Hypodiaconorum, quod vocamus stultorum, à quibusdam perficitur in circuncisione, à quibusdam verò in Epiphania, vel in eius octauis. Fiunt autem quatuor tripudia post Natiuitatem Domini in ecclesia, Leuitarum scilicet, sacerdotum, puerorum, id est, minorum ætate & ordine, & hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Vnde fit, vt ille quandoque annumeretur inter sacros ordines, quandoque non, quod expresse ex eo intelligitur, quod certum tempus non habeat, & officio celebretur confuso.

Vide Innocentiũ Papã III. cõstit. 79.

De Epiphania. *Cap.* 73.

POst hæc sequitur dies apparitionũ, siue Epiphaniarum, quæ plures leguntur fuisse eodem die, annis tamen diuersis. Quarum quidem vna effecta est per stellam decimo tertio die à Natiuitate Christi. Atque hæc propriè dicitur Epiphania, à Græco verbo ἐπιφαίνομαι, quod est appareo. Altera verò facta est per vocem Patris, eodem die anno trigesimo, & appellatur θεοφανία, à θεὸς, quod nobis est Deus. Tertia denique nominata est Bethania, nomine conflato ab Hebreo & Græco, videlicet à Beth, quod domus est, quæ item alio anno eodem die contigit. Apparuit enim in domo per transformationem aquæ in vinum. Atque hę quidem tres Epiphaniæ leguntur in Euangelio tanquam eodem die factæ. Quartam addidit Beda in commentarijs in Lucam, eodem die fuisse factam anno reuoluto, videlicet quæ fuit de refectione panum, diciturq; phagiphania à φάγω, quod est, comedo. His omnibus manifestatus est Christus esse Deus. Quatuor ergo festa sunt uno die. Si quæratur qua ratione tam citò reges venire potuerint, cùm ipso die Natiuitatis primo eis stellæ visa sit, ita vt difficilè fuerit ab exteris regionibus spacio dierũ tredecim itinere terrestri venire Hierosolymam. Sed huic nos bifariam respondere possumus, quòd nimirum vt plerique affirmant, eis antè Natiuitatẽ stella apparuerit, vel quòd, vt alij putant, Dromedarijs venerint. Est autem Dromedarius animal paulò minoris staturæ, quàm Camellus, cum tamen cursu sit multò velocior. Potest enim vno die tantum itineris conficere, quantum equus diebus tribus, Si rursum roget quis, quonam stella illa euanuerit, respondebimus iterum duobus modis, quòd vel ceciderit, vt quibusdam placet in puteum, vbi etiamnum facilè sit conspicua ijs tantùm, qui sunt virgines: vel quòd, vt alij opinantur, in priorem materiam sit dissoluta. Cæterùm ipso festo Epiphaniæ ad primum nocturnum non dicimus Venite, idque duplici de causa, tum quia Reges ad adorandum Christum non inuitati venerunt, tum ne videamur Herodem imitari. Ipse enim omnes regni sui sapientes ad consilium conuocauit, non vt Christum adoraret, quemadmodum falso dicebat, sed magis vt ipsum perderet. Ab eadem profectò ratione & hoc profectum est, quod triduo ante Pascham osculum pacis non damus, vt proditori Iudæ nos dissimiles esse ostendamus. In secundo autem nocturno ad sextam antiphonam canimus. Venite exultemus, quia in sexta mundi ætate gentes ad Christi fidẽ peruenerunt, quarum primi fuerunt tres milli Reges, qui ad Christum adorandum è regnis suis profecti sunt. In tertio denique nocturno cãtamus antiphonam Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, & Psalmum, Deus noster refugium, ordine Psalmorum retrogrado, quod amplius in toto anno non fit, nisi in festo omnium sanctorum. Sed quare tunc fiat, dicetur alibi. Ideò tertio nocturno, quia tertiò tempore, id est, tempore gratiæ Fluminis (baptismatis scilicet) impetus, ciuitatem Dei, nempè sanctam militantem ecclesiam, lætificat, hanc mundando & ab omni labe purgando: vt ad septimam ætatem quiescentium fœliciter peruenire possit, vbi tum plenius ac cumulatius lætificabitur. Et quoniam quidem Dei ciuitas in ætate septima quiescentium quasi plenum recipiet statum, cum ab omni pœnalitate eximetur & sui conditoris gratissimo fruetur aspectu, ideò istiusmodi Antiphona septimo loco cantatur. In tertio nocturno Alleluya propterea frequentamus: vt in tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio tempore per baptiſma lætitiam aduenisse monstremus. Ad hunc ergo modum incipi debent matutinæ: Domine labia mea aperies. Deinde ſequitur hymnus ſi ſit monachalis eccleſia, Si verò non exemplò ſubiungitur: Afferte Domino filij, &: Deus noſter refugium. Ad poſtremum igitur, vt progrediamur ad cætera, facilè ſuſpicandum eſt reges non veniſſe ſolos, ſed eos ſecum magnum aduexiſſe Principum comitatum.

De Euangelijs apparitionis.
Cap. 74.

SVnt autem tria Euangelia huius feſtiuitatis, vnum de baptiſmo, ſcilicet. Factum eſt cùm baptizaretur, ſecundum de Magis, nempè. Cum natus eſſet Ieſus, tertium de nuptijs, atque hoc quidem legitur dominica ſequenti. Cæterùm illud nos latere non debet, duo Euangelia de Chriſti generatione legi nocte, alterum videlicet in Natiuitate, alterum verò in Epiphania. Quoniam vtraque Chriſti generatio erat nocte, hoc eſt, obſcura & quæ primorum patrum ſenſibus percipi non poterat. Vna generatio fit deſcendendo, altera aſcendendo, quòd vna ſit carnalis, altera ſpiritualis. In vna ponitur, Genuit, vt carnalis & temporalis generationis exprimatur ſucceſsio: in altera ponitur, Qui fuit: vt donetur ſpiritalis generationis adoptio. Prima terminata eſt in virginis partu, ſecunda inchoata eſt per baptiſmum. Inter octauas Epiphaniæ & Septuageſimam, legunt quidam reſponſoria de Pſalmis quæ ſic dicuntur, quoniam lectionibus debent reſpondere & conuenire, cùm tamen Pſalmi non debeant legi niſi illo triduo ante Paſcham.

Conciliatio Lucæ et Matthæi circa geneaologiã Chriſti.

De feſtis ſanctorum. Cap. 75.

NVnc ergo ad feſta proximè ſequentia breuiter tranſcurramus. At de beata Agnete quidem, cuius vitam compoſuiſſe dicitur Ambroſius, hoc ſolùm ſcire ſufficiat, quòd octauas non habet inſtitutionis. Cætero quin octauas habet alterius ſignificationis cauſa. Eius autem ſolennitas celebrari cœpta eſt propter quoddam miraculum, quod octauo die ſuis contigit parentibus, ad eius tumulum lamentantibus. In feſto Beati Pauli cantantur quidam verſus cum antiphonis, quemadmodum etiam fit in feſto beati Laurentij & beati Stephani. Paulus enim plus omnibus laborauit in concionando & prædicando. Laurentius grauius cæteris paſſus eſt, & Stephanus pro fide Chriſti primus martyr extitit. Idem etiam fieri oportet de beata Maria, quod priuilegiata ſit in virginitate, quia virgo virginum & fuit & dicta eſt.

De dominica poſt octauas Epiphaniæ.
Cap. 76.

DOminica poſt octauas Epiphaniæ canitur: Omnis terra adoret te: Quare autem hoc fiat, rationem tradunt huiuſmodi. Cum enim Auguſtus vniuerſo orbi imperaret ad gloriam Romani Imperij huiuſmodi edictum propoſuit & promulgauit: vt quoque anno è ſingulis mundi ciuitatibus Romam aliquis veniret tantum terræ ſecum adferens quantum complexu pugni comprehendere poſſet. Quod quidem ideò factum eſt, vt per hoc certò atque euidenter conſtaret omnes ſubiectos eſſe Romano Imperio. Sed poſtea cum ex illa terra factus eſſet quaſi monticulus, quidam, in hoc à Romanis ad fidem conuerſis, eccleſia in honorem Dei fundata eſt illa dominica. Ad cuius dedicationem Chriſtiani ex diuerſis regionibus conuenerunt. Quia ergo ex omni terra factus eſt monticulus ille in quo huiuſmodi eccleſia ſit collata, ideo in dedicationibus illius diei cantatur officium: Omnis terra adoret te, &c.

De ſeptuageſima, ſexageſima, quinquageſima, & quadrageſima. Cap. 77.

POſtquàm dictum ſit de illo tempore, quod eſt inter Natalem Domini & Septuageſimam interiectum, ordo poſtulat, vt deinceps de ipſa Septuageſima & eius gratia de Sexageſima, Quinquageſima, & Quadrageſima dicamus, idque hoc potiſsimùm ordine: Primò quid ſignificent, Secundò vbi incipiant &

piant & vbi finiantur, tertiò de earum inſtitutione & quarto de officijs. Septuageſima igitur repræſentat tempus deuiationis ſiue pœnæ & culpæ, Vnde ſtatim ipſa prima dominica incipit legi hiſtoria libri Geneſeos, & legitur vſque ad dominicam, quæ præcedit eam dominicam, quæ in Ramis Palmarum appellata eſt, vbi agitur de deuiatione & errore primorum parentum. Deponimus hic etiam Alleluya, in quo ſciendum eſt illud nonnullos facere ſabbato eo, quòd præcedit ad horam ſextam, nonnullos ad nonam, nonnullos ad veſperas, nonnullos etiam nocte ad nocturnos, nonnullos denique ipſos die dominico ad primam, quæ quidem varietas nata eſt varia dierum inchoatione, Sunt enim quædam nationes, quæ diem auſpicantur à meridie, eumque finiunt meridie diei ſequentis: Alij verò ad nonam, & terminant in ſequentem nonam: alij rurſus à veſperis, & eum deducunt in alias veſperas, qui rectius faciunt: alij denique inchoant à media nocte, & ſequenti nocte media eundem finiunt, quod etiamnum obſeruatur, ſecundum decreta Romanorum. Si enim quis alteri pactum fecerit ad certum diem, non videtur pactum fregiſſe ante mediam noctem ſequentem, ſi ei tum ſatisfecerit. Sunt nonnullæ eccleſiæ, quæ cum magno tripudio deponunt Alleluya. Inchoatur autem Septuageſima à dominica qua cantatur, Circundederunt me, & finitur ſabbato in albis, quod eſt poſt Paſcha. Et vt nos ſimul de omnibus expediamus, Sexageſima incipit ſequenti die dominica poſt Circundederunt me, & terminatur in quarta feria poſt Paſcha. Quinquageſima quoque inchoatur tertia dominica poſt Circundederunt me, & ipſo Paſchate finitur. Quadrageſimam verò auſpicamur dominica qua canitur in eccleſia, Inuocauit me, atque eandem finimus in cœna Domini. Septuageſima autem dicitur, quod ſepties decem habeat dies. Verum enim uerò hæc Septuageſima dierum, quam præſens obſeruat eccleſia, indicat nobis ſeptuaginta illos annos, quibus Iſrael fuit in ſeruitute Babylonica. Nam quemadmodum illi depoſuerunt ſua organa, dicentes: Quomodò cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ita & nos quoque deponimus cantica laudis. At verò poſteà ſibi data à Cyro ſexageſimo anno redeundi facultate, cœperunt lætari, quemadmodum & nos in ſabbato Paſchę reſumimus & cantamus Alleluya, eorum innuendo lætitiam, quam ipſi habuerunt ob redeundi licentiam ſibi præſtitam. Sed quemadmodum illi in apparatu reditus, ſuas colligendo ſarcinulas multùm laborauerunt: ſic nos quoque poſt Alleluya huiuſmodi ſtatim tractum ſubiungimus: Laudate Dominum, quo laborem ſignificamus: Illi rurſus quemadmodum cum lætitia redeuntes, itineris tamen labore vexabantur: ita nos per totam Paſchalem ſeptimanam Graduale cum Alleluya cantamus. Per Graduale enim laborem exprimimus, per Alleluya lætitiam. Prętereà vt illi patriam ingredientes plenam acceperunt lętitiam: ſic nos ſabbato quo Septuageſima terminatur, Domino canimus Alleluya. Et profectò tam noſtra dierum Septuageſima, quàm illorum Septuageſima annorum quaſi quędam hiſtoria eſt, qua totum humani generis exilium ab Adamo vſque ad finem mundi quodammodo figuratur, quod reuolutione ſeptem dierum peragitur, & ſub ſeptem annorum milibus concluditur: vt per ſeptuaginta dies vel ſeptuaginta annos intelligamus ſeptuaginta annorum centenas. Ab initio enim vſque ad Aſcenſionem ſeptem milia annorum computamus. Exinde verò quicquid temporis ſequitur vſque ad finem mundi ſub ſepteno millenario comprehendimus, cuius terminum ſolus Deus nouit. Quemadmodum ergo filij Iſrael ſeptuageſimo anno per Cyrum à captiuitate Babylonica fuerint liberati: ſic nos per Chriſtum in ſeptima mundi ætate vel in ſeptimo millenario à ſeruitute diaboli ſumus redempti, reſtituta nobis innocentiæ ſtola per remiſſionem baptiſmi. Atq; hinc eſt, quòd in ſabbato Paſchæ vnum Alleluya cantamus iam ſpe æternæ quietis & recuperatione patriæ gratulãtes. Iſrael laborabat in apparando reditum, & in redeundo: nos quoque in eccleſia præſenti pro ſatisfactione decem præceptorum legis laborare debemus. Sed cùm finito

Pſal. 136

nito tempore nostri exilij ventum erit ad patriam, tum vtraque stola decorabimur, cùm videlicet corpus & anima simul glorificabuntur, quod significatur per duo Alleluya, quæ sub finem Septuagesimæ decantantur. Obiter ergo nota, quòd Septuagesima incipit à mœrore, & finitur cum gaudio, sicut psalmi pœnitentiales, vt vocant Septuagesima verò sonat sexies decem, & significat tempus viduitatis ecclesiæ, ac mœrorem eius propter absentiam sponsi. Licet enim Christus sit nobis præsens secundum diuinitatem, iuxta illud: Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, tamen secundum quod est homo, in cœlo est, & sedet ad dexteram patris, id est, patri est coequalis. Vnde ipse ait: Nondum enim ascendi ad patrem meum, hoc est, nondum sum ei coequalis, vt vos opinamini. Dantur hic tamen sponsæ in remedium & consolationem sex opera misericordiæ, quæ sunt: pascere esurientem, potum dare sitienti, visitare infirmum, vestire nudum, hospitio pauperem excipere, & peregrinum: quibus septimum ex Tobia additur, nimirùm
Tob. 1 mortuos sepeliri. Hæc sunt data sponsæ, vt in eis se exerceat, vtque per eorum, & decalogi obseruationem, sibi mereatur sui sponsi ianuam aperiri, & illius suauissimo amplexu frui. Sic Quinquagesima dicta est quasi quinquies decem, significatque tempus remissionis, quemadmodum in lege veteri annus quinquagesimus dicebatur annus remissionis. Vnde hoc tempore maximè cantatur psalmus quinquagesimus, scilicet: Miserere mei Deus, qui est pœnitentiæ & remissionis. Hoc igitur tempore ieiunamus, vt peccatorum remissionem obtineamus. Postremò Quadragesima commendatur potissimum à loco institutionis vt dictum est, à tribus temporibus, & à personis, quæ in illis ieiunarunt. Ab institutione, quoniam in paradiso fuit instituta, quando Deus Adamo prohibuit ne comederet de fructu ligni scientiæ boni & mali. A temporibus verò & à personis, quoniam in tempore ante legem à Moyse fuit ieiunatum, in tempore legis ab Helia, in tempore gratiæ à Christo.

De institutione prædictorum.
Cap. 78.

VIso quid prædicta significent, de eorum institutionibus subsequenter agamus, & primò de Quadragesima. In primis ergo videndum est, quare vocetur Quadragesima, cùm potius dici deberet decima, quòd sit dierum decima. Verùm hoc ita factum est ex consuetudine Ethnicorum siue Gentilium. Quemadmodum enim Hebræi ex omnibus suis bonis decimam partem dabant, ita Gentiles quadragesimam, & tales reditus vocabant quadragesimam, vel decimam. Iuxta similitudinem igitur regij fisci vel telonei, aut Romanæ exactionis dierum decimam, quam Deo persoluimus, quadragesimam appellamus, Tametsi quidem nõ habeat nisi triginta & sex dies de decima, & incipiat quadragesima, vt dictum est, dominica, qua cantantur Inuocauit me. Sed quia Christus ieiunauit quadraginta diebus, & nos debemus esse illius imitatores, additi sunt quatuor dies, vt similiter quadraginta dies ieiunemus. Atq; ét ideo quadraginta dies ieiunamus, vt diebus illis quadraginta à Pascha vsq; ad Ascẽsionem, quos in lætitia acturi sumus, non excedamus, quin Christum caput nostrum ad cœlos consequi valeamus. Similiter sentiendum est de Quinquagesima. Cùm enim clerici considerabant se præcedere populum ordine, rati sunt æquum esse, vt & sanctitate præirent. Quare duos dies addiderunt & à die dominica ante Inuocauit me, incipiunt ieiunare. Atque ita instituta est Quinquagesima. Vel ideo etiam quinquaginta dies in pœnitentiam ducimus, vt peractis quinquaginta diebus lætitiæ post Pascha, ipso die Pentecostes digni habeamur qui spiritus sancti gratiam suscipiamus. Verùm Septuagesimæ institutio huiusmodi sumpsit initium: Melchiades Papa & sanctus Siluester statuerunt, vt bis quoque sabbato comederetur, ne propter abstinentiam & afflictionem carnis quam sustinuerant sexta feria, quæ omni tempore ieiunabatur, & adhuc debet ab omnibus ieiunari, natura debilitaretur. In redemptionem ergo sabbatorum illius temporis, addiderunt vnam septimanam & sic instituta est Sexagesima, quæ tantum protenditur vsque ad quartam feriam post Pascha. Sic quoque aliam habet originem Septuagesima. Nam quum propter venerationem diei Ascensionis, in qua natura nostra cœlos ascendit exaltata vel vltra choros Angelorum, statutum est à sanctis patribus, vt quinta feria semper celebris haberetur. Sed quum nos eadem die nostra melius procuramus, factum est vt illam diem secundum antiquam consuetudinem solenniter non obseruemus. Pro illis ergo rursus vnam septimanam Sexagesimæ addiderunt, incipientes ieiunare à Circundederunt me. Atque ita instituta est Septuagesima, quæ, vt dictum est, vsque ad sabbatum post Pascha protenditur.

De officio istorum temporum.
Cap. 79.

HIs ita breuiter consideratis, videndum est de officijs istorum temporum generaliter. Sciendum igitur est, quòd quædam hoc tempore omninò intermittuntur, quædam variantur, & quædam pro alijs mutantur. intermittuntur tria cantica laudis, scilicet: Alleluya, Gloria in excelsis, & Te Deum laudamus, excepto tamen quòd in cathedra beatri Petri canimus: Te Deum laudamus, quum hymnus ille intronizandorum proprius sit, & ideò eũ cantemus. Quemadmodum in die cœnæ, (quod etiam excipitur) Gloria in excelsis dicimus, & Ite missa est, atque in ipso sabbato paschæ similiter Gloria in excelsis Deo, sed non Ite missa est, nec Te Deum laudamus. Alleluya à Septuagesima vsque ad Pascha non proferimus, sed voces quasdam loco eius vsurpamus. In principijs enim precum horariaru n, laus tibi Domine rex æternę glorię. & in antiphonis, ac responsorijs pro Alleluya dicimus, In ęternum, In missa loco Alleluya cum suo versiculo, canimus tractum, vt nos dicimus. Quanquam verò vox hęc: Laus tibi Domine &c. videatur ęquipollere voci huic Alleluya, magnum tamen inter vtramque statuitur discrimẽ, ꝙ vox hęc Alleluya angelica sit, illa humana: atq; hęc maiorem habeat authoritatem propter Hębraici sermonis dignitatem, illa verò minorem, ob Latinę linguę inopiam, & paupertatem. Atque in his quidem generatim obseruandum illud est, quod duo hęc: Flectamus genua, &: Inclinate capita, sese mutuò comitentur, neutrumq; dici debeat die dominica.

De variatione officiorum.
Cap. 80.

VAriantur verò officia vt cum iste psalmus: Dominus regnauit, qui est psalmus lętitię, ac cani consuetus est primus ĩ laudibus, hoc tempore non cantatur, sed loco eius: Miserere mei Deus, qui psalmus est pœnitentialis. Cantatur tamen diebus dominicis ad primam, vt per hoc significetur nihil debere in psalterio prętermitti, quin totũ per septimanam saltem legatur, quod antiqui vno die facere solebant. Ad primam quoque propter eandem causam canitur: Confitemini Domino, quo innuitur pueros debere instrui, vt in Ramis Palmarum sciant Domino laudes decantare, quoniam hic psalmus ad illum pręcipuè diem pertinet, idq; potissimũ ob hunc versiculum: O domine saluum me fac, &c. Hoc tẽpore splendidas & ornatas uestes debemus omnes deponere, atque assumere vestes humilitatis. Tẽpore quoq; Quadragesimę carnes deponi debent & intermitti, tam solidę quam liquidę. Sunt autẽ duo genera carnis liquidę: Alia enim est artificio liquida, ut eliquata per frixuram nempè sagina, alia uerò naturaliter, ut sunt casei & oua. Ait.n. Hieronymus contra Iouinianum: Ouum & caseus nihil aliud est, quàm caro liquida. Sed quęritur cur hoc tẽpore pisces comedere liceat, ac non itidẽ carnes? cur non in quouis ieiunio perinde pisces, atq; carnes, nobis omnibusq; religiosis sint interdictim? Atque ratio quidem hęc esse poterit, quia Deus aquis nõ maledixit. Sciebat enim per aquas baptismatis ablutionẽ fore peccatorum, ita ut elementum hoc meritò sit prestãtissimum, quod facilè est animaduertere ꝙ abluat sordes, ac spiritus Domini ante mundi constitutionem ferri solitus sit super aquas, quemadmodum no

bis scriptura recenset. Sed terrę maledixit Deus in opere hominis. inde est, quòd omne genus carnis, quod in terra versatur, tam quadrupedia, quàm aues in ieiunijs comedere non liceat. Quanquam enim aues quædam versantur in aere, quædam in aquis, quæ vel in his, vel extra eas nascantur, magis tamen dicuntur morari in terra, & ad naturam terræ pertinere. Vnde meherclè cùm quidam pisces sint, qui ex vna parte habeant formam piscis, & ex alia formam animalis quadrupedis, vt porcus piscis, canis piscis, lupus piscis, qua parte piscis videtur potest in ieiunij comedi, qua verò non, haud quaquam.

De festis quæ sunt in principio septuagesimæ, & primo de Purificatione beatæ Mariæ.
Cap. 81.

NVnc dicendum est de duobus festis, quæ in principio Septuagesimæ quandoque contingunt celebrari, de festo videlicet beatę Mariæ & sancti Blasij, Festum autem beatæ Mariæ tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim vel purificatio beatæ Mariæ, vel candelaria, vel ὑπαντὴ Domini: Purificatio beatæ Mariæ appellatur, quoniam illo die, qui est quadragesimus à Natali Domini, venit ad templum virgo Maria secũdum consuetudinem legis, vt purificaretur. Non quòd immunda esset, sed propter partum morte aliarum mulierùm. Non.n. erat obnoxia legi, quæ hoc pacto præcipit: Mulier si suscepto semine masculum pepererit ab ingressu templi immunda erit diebus triginta tribus, à consortio hominum septem. Beata autem virgo Maria non pepererat ex suscepto semine, iuxta illud: Non ex viri semine, &c. voluit tamen legis consuetudinem obseruare, quoniam non venit Christus legem soluere, sed adimplere. Quare autem candelaria vocetur aliam authoritatem non habet, sed potius fluxum est ab antiqua consuetudine ethnicorum siue gentilium. Erat enim antiquitus Romæ consuetudo, vt circa hoc tempus, in principio Februarij vrbem lustrarent, eam ambiendo cum suis processionibus gestantes singuli candelas ardentes, & vocabatur illud amburbale. Atque ita ab huiusmodi cõsuetudine illud quod fiebat ab ethnicis in vsus indiscretos circiter initium Februarij, à Christianis modò fit in festo beatæ Mariæ ad laudem & venerationem ipsius. Vel ideò candelas portamus, vt per hoc imitemur sanctas virgines, quarum beata virgo Maria caput est, vt nimirùm accensa nobis lampade castitatis, cum ea templum gloriæ ad verũ spõsum ingredi mereamur. Vel etiam appellata est candelaria, propter multitudinem candelarum & significationem, quæ in eis est. In candela enim est cera, ignis, & lignum. Cera connotat carnem Christi & virginitatem, ignis spiritum sanctum, lignum deitatem in carne latentem. ὑπαντὴ Domini, ideò dicitur hoc festum, q. Simeõ atque Anna prophetissa Christo venerint obuiam, cum à suis parentibus adferretur in templum vt præsentaretur ὑπαντὴ enim obuiatio siue præsentatio dicta est.

De festo Sancti Blasij.
Cap. 82.

ALterum huius temporis festum est Blasij. Fuit autem hic sanctissimus medicus, qui multo tempore in rupe quadam latitans hominibus ad se venientibus medebatur, atque eos sanabat. Simili ratione si quæ sua animalia ad eum ducebant agrota, ea illicò curabat. Tandem cum factus esset Episcopus vrbis Sebastæ captus fuit, & in carcerem inclusus, in quem pia quædam mulier cibum ei multo tempore cum candela attulit. Cùm autè ille mortis suæ diem iam imminere præsciret, dixit huic mulieri, vt quandiu viueret, singulis annis ipso die obitus sui cãdelam in eius memoriam offerret, Deus ab infirmitatibus, eam tutaretur, atque in magna prosperitate conseruaret. Quod quidem ita factum est. Multi ergo similiter ita fecerunt si fortè infirmarentur, & valetudinem receperunt. Inde apud omnes passim in consuetudinem abijt, vt si fortè ex deutibus laborat vel ex aliqua alia sui parte, vel etiam si sua agrotarent animalia, offerrent in eius honorem, candelas.

De

De Cathedræ Sancti Petri.
Cap. 93.

Hæc omnia Durãdus in suum trãstulit Rationale, vt vel ipse fatetur.

HOc item tempore celebrari solet cathedra Sancti Petri tam quæ Romæ fuit quæque tempore posterior est, quàm illa, quæ fuit Antiochiæ. Verum illa quæ fuit Antiochiæ: solennior profectò est alia, ut uel huius diei collecta quæ est de incathedratione Antiochiæ facta, abunde testatur, diciturque festum beati Petri epularum. Fuit enim consuetudo veterum ethnicorum, ut singulis annis mense Februarij certo quopiam de epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, quum inde non minus falsò quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant enim huiusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atque huiusmodi falsæ opinionis error à Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem quum viri sancti animaduertissent, ac penitus illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt festum de cathedra sancti Petri, tam de illa, quæ fuit Romæ, quàm quæ Antiochiæ, idque illo eodem die quo abhominanda illa ab Ethnicis fiebant, vt solemni hoc festo paruæ istius cõsuetudinis festum omninò extingueretur. Vnde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est beati Petri epularum. Atque hic obiter intelligamus, veteres dicere solitos fuisse, animas esse quando etiamnum in humanis corporibus essent constitutæ: manes appellari, si quando forent apud inferos: spiritus verò cùm ad cœlos ascendissent: atque vmbras quando adhuc recens erat sepultura, siue quando circa tumulos errabant.

De festis generaliter quæ tempore fiunt septuagesimæ.
Cap. 84.

VT autem de omnibus magnis solennitatibus quæ infrà Septuagesimam celebrantur, siue ipso passionis tẽpore, siue ante, nos simul expediamus (vt sunt tria illa festa prædicta, beatæ Agathæ, sancti Matthiæ, Annunciationis Domini, sancti Gregorij, & si fortè contingat festum ipsius patroni ecclesię vel eius anniuersariũ, vel Pascha alicuius annotinum) dicimus generaliter quod cãtica laudis, scilicet Te Deũ laudamus, Gloria in excelsis, & Ite missa est, & alia, quæ si alijs temporibus contingerent, cantarentur, in ijs cani debent, præter Alleluya. Nam huiusmodi festa ad Paschale tempus generatim videntur pertinere. Si uerò hic obijciatur, quod in Annunciatione Domini Gloria in excelsis, quod canticum est proprium Natalis Domini, & Ite missa est, quod proprium est resurrectionis, & Te Deum laudamus, quod gaudium drachmæ inuentæ designat, cantari non debeant, quoniam hæc in Annũciatione Domini illa tempora non habebant, dicimus breuiter, quod etiamsi Natalis Domini, uel passio, uel drachmę inuentio necdum re uera erant, tamen iam certò fore sperabantur. Nam hoc festum est quasi fons & initium festorum Christi. Vocatur autem Pascha annotinum, quando aliquis diem, quo baptisma suscepit, annuatim celebrat, atque eo tum ipsius diei Paschę officium integrè cantari debet, præter Alleluya, si accidat tempore Quadragesimę. Sed certus interim sis ecclesiam Lugdunensem & Mediolanensem ubi Ambrosius Archipręsulatum obtinuit, tempore passionis nullam celebrare solennitatem, uerùm duntaxat facere commemorationem.

De officio Quadragesimæ ac litera laicorum.
Cap. 85.

QVoniam de officio Quadragesimæ hucusque generaliter tractatum est, nunc deinceps de eiusdem officio pro tempore agendum est A dominica igitur, quam dicimus; isti sunt dies vsque ad Pascha, uersiculus ille videlicet Gloria patri, qui ad laudem pertinet Trinitatis, in officijs planè subticetur. Quoniam ab illa dominica incipit Passio Christi celebrari, in qua tota trinitas à Iudęis quasi dehonestata uidetur. Qua etiam ratione fit, ut in cantico trium puerorum, scilicet Benedicite, uersiculus ille nunquàm cantetur. Quia tunc Deo magna facta est dehonestatio, quando tres pueri, qui ipsum

maximè colebant, idola plurimum execrãtes, coniecti sunt in caminum ignis. Maximè verò idem iste versiculus triduo illo ante Pascham subticetur, quod tum demùm Trinitas maximo affecta sit dedecore. Nam præterquàm quod in primis de nece Christi hic agitur, nunc verberatur, nunc fœde conspuitur, alapis cæditur, nũc etiam crucifigitur: vnde Isaias: Vidimus, inquit, eum non habentem speciem neque decorem. Horarum quoque initia, & lectionum tituli tunc planè supprimuntur, nempè: Deus in adiutorium, & Lectio libri &c. quia Christus caput nostrum à nobis sustollitur iuxta præsentiam carnis. Ad lectiones non petuntur benedictiones, neque dantur, quoniam pastor Christus, qui gregi suo benedicat, iam non adest. Vel ideò benedictio non petitur, nec tu autem Domine dicitur, quod Apostoli his diebus nec ad prædicandum missi sint, nec inde redierint, Vt ergo hoc significemus, nec Iube Domine dicimus, nec Tu autem. Illud quoque considerandũ est, quod in Quadragesima duæ recitẽtur præfationes, vna ieiunij & altera passionis. Ea quæ est ieiunij à primo ieiunio cantatur, vsque ad dominicam in ramis Palmarũ. Illa verò quæ est Passionis, ab eo die cani incipit vsque ad Pascha. Sed absurdè fortasè alicui factum videbitur, quod dominica die istiusmodi cantetur prefatio, quum non sit dies ieiunij. Verùm dici potest, quod etiam si illo die non ieiunetur numero, qualitate tamẽ, hoc est, cibo carnali ieiunatur, quẽadmodum etiam diebus alijs. Sed quoniã ea quæ à nobis dicta sunt, ad clericos maximè pertinere videntur, nunc pauca dicẽda sunt de laicorum scriptura, quæ in duobus potissimum consistit, nempè in picturis & ornamentis. Nam vt ait Greg. quod clerico litera, id laico est pictura: picturarum igitur aliæ sunt supra ecclesiã, vt gallus vel aquila: alia extrà ecclesiã, vt in frõte forium bos & leo: aliæ intra ecclesiam, vt sunt icones, statuæ, figuræ, & diuersa alia picturarum genera, quæ in vestibus, vel in parietibus, vel etiam in vitris depingũtur. Verùm de his omnibus posteà suo loco dicetur, hoc vno tamen modo obseruato, vt sciamus Saluatoris nostri imaginem tribus hisce modis aptius & conuenientius in ecclesia depingi, vt videlicet, aut î throno sedet, aut in crucis patibulo pendeat, aut etiã in matris suę gremio conquiescat. Ornamenta verò in tribus cõsistunt, in ornamento videlicet ecclesiæ chori & altaris. & ornatus quidem ecclesię consistit in cortinis, aulæis, pallis, sericis, purpureis, & consimilibus. Ornatus verò chori, in dorsalibus vt vocant tapetis & sustratorijs. Ornatus denique altaris versatur in velamẽtis, crucibus, capsis, textibus & philacterijs. Et etiam ornatus personarum, quæ vel cãtant in choro, vel altari inseruiunt. Sed de his & similibus dicimus, omnia illa quę ad ornatum pertinent, tempore Quadragesimæ debere abscondi, vel remoueri, vel etiam contegi. Nec crux quoque illo tempore nisi cooperta in ecclesia portari debet. Duo tamen vela retinentur, quorum alterum ponitur per chori circuitum, alterum suspenditur inter altare & chorum, vt nõ appareant quæ sunt intra sancta sanctorum. Quo quidem significatur mentibus in fidelium diuinarum scripturarum intelligentiam nondum esse apertam. Hæc duo vela diebus dominicis complicantur, q̃ hi dies ad tempus Paschatis pertineant. Sic quoq; ac primas tenebras quartę videlicet feriæ ante Pascha, vbi de morte Domini agitur, omninò renouentur, quoniam eo mortuo velum templi scissum est, ita vt tunc quæ intra sancta sanctorum delituerant, primò omnibus fuerint manifesta.

Quomodo sit pulsandum in Quadragesima.
Cap. 86.

NVnc quemadmodũ in ecclesia pulsandum sit, paucis etiam exponamus. Quod vt melius pateat, primò sciendum est sex esse instrumentorum genera, quibus pulsatur: tintinabulum, cymbalum, nola, nolula, campana, & signa. Tintinabulum pulsatur in triclinio & in refectorio: cymbalũ in choro, nola in monasterio, nolula in horologio, campana in turribus, cuius diminutiuum Hieronymus ad Eustochium in cœnobium esse ait: Quousque campanula in claustro pulsabitur. Signa autem pro quibus pulsandis instrumentis accipi possunt, vt quibus quipiam significetur. Generaliter ergo cognoscendum est, quòd non debeamus in tota Quadragesima diebus profestis cõpulsare nec depulsare, (liceat enim hic vulgatibus & consuetis vtî vocabulis) sed simpulsare, id est, simpliciter pulsare ad horas vel matutinas. Atque in bene constitutis ecclesijs ad primam pulsatur duabus campanis, vna ad inuocandum, altera ad inchoandum. In tertia autem pulsatur tribus iuxta horarum numerum, quæ sub illa cantantur, vna ad mutandum, altera ad congregandum, tertia ad inchoandum. Pari modo fit in sexta & nona, sed & eodem ordine eædem campanæ pulsantur simpliciter ad matutinas. Ad missam verò & ad vesperas duabus pulsatur campanis. In minoribus autem ecclesijs solummodo pulsandum est simpliciter. Diebus verò dominicis & in solennitatibus, prout in alijs temporibus compulsatur. Sed de his in sequentibus latius dicturi sumus.

Quare non ieiunemus eo tempore quo Christus ieiunauit. *Cap.* 87.

SOlet autem quęri, quum in hac Quadragesima Christi ieiunium imitemur, cur non eo tempore etiam ieiunamus, quo Christus dicitur ieiunasse? Tradit enim scriptura, quòd ieiunare statim cœperit simulatque esse baptizatus. Verùm quadruplex est ratio, quamobrem Paschæ ieiunium nostrum continuamus. Prima est, vt si volumus cum eo resurgere, debeamus etiam nos pari cum eo, quòd pro nobis ipse passus sit: Secunda causa est, vt per hoc Israeliticos filios imitemur, qui eo tempore primò ex Aegypto egressi sunt, & posteà eodem tempore exierunt è seruitute babylonica. Quod inde profectò facilè probatur, quia tam illi, quàm hi statim celebrarant Pascha, atque egressi sunt. Tertia est huiusmodi, quòd quando quidem feruor libidinis, tempore Veris nos magis soleat incendere, tum temporis maximè ieiunamus, vt corporis æstus refrenemus. Quarta est, quoniam post ieiunium statim debemus Christi corpus accipere, vt mysticè Paschalia capiamus sacramenta. Hoc est quemadmodum filij Israel priusquàm comederent agnum sese affligebant, & agrestibus lactucis vescebantur: Ita debemus nosmet priùs per pœnitentiam affligere, vt digni habeamur comedere agnum vitæ. Animaduerte interim, quòd si in quadragesima concurrant duo officia, quo dies duplices vocamus necessarium esse, vt cantetur officium ad tertiam defesto: absque genu flexione, officium veri ieiunij ad nonam non sine curatione genuum.

De diebus priuilegiatis.
Cap. 88.

POst hæc verò tradendum est, qui dies sint uelut priuilegiati, qui hoc potisimum tempore comprehenduntur. Sunt enim priuilegiati dies quatuor quartæ feriæ, quatuor sabbata, tres dies dominici, vna quinta feria, vna quesexta, feriaatque vna integra septimana. Quartæ feriæ sunt hæ: Prima est qua nos incipimus ieiunare in Quadragesima, secunda septimana sequenti, tertia in hebdomada post Lætare Hierusalem, quarta in vltima septimana. Quatuor verò sabbata hæc sunt: sabbatum primæ septimanæ, quando celebrantur ordines, sabbatum quartæ, sabbatum quintæ & sabbatum in vigilia Paschæ. Sic dominicæ dies sunt hæc tres, Inuocauit me: Lætare Hierusalem, & dominica in ramis palmarum. Sed quinta feria est in Parasceue. Septimò deniq; priuilegiata est vltima septimana Quadragesimæ quæ vel ob id maior dicitur, quòd maius & prolixius habeat officium. Vel appellatur quoque pœnosa, quia tum maximè corpora & vitia nostra punire debemus. De priuilegijs ergo istorum dierum ordine prosequamur.

De prima quarta feria.
Cap. 89.

PRima quarta feria quatuor insignitur priuilegijs. Primum est, quòd tunc incipiamus ieiunare, idque ideò facimus, quia Christus quarta feria, vt legitur, suum auspicatus est ieiunium, quod diligenter perscrutanti verum esse satis apertè constabit. Natus enim est die dominico, ita vt si quis diligenter exinde computet annos vsq; ad trigesimum,

Universidad de Deusto Biblioteca

mum, iuxta rationes computi, facilè inueniet eum tertia feria fuisse baptizatum, ac sequenti die desertum intrans ieiuniũ inchoasse. Secundum priuilegium eiusdem diei est, quòd confessiones illo die in ecclesia audiantur, & iudicia confitentibus imponantur. Tertium autem, quia tunc cineres in signum humilitatis capitibus imprimuntur. Quartum denique est, quod illa die eiusmodi fiunt processio, qualem per vniuersum annum amplius fieri non contingit. Pœnitentes enim tunc ab ecclesia cum processione & cruce eijciuntur, vt ipso die cœnæ in eandem recipiantur. Nã tunc pœnitentes ab ecclesia ideò eijciuntur & repelluntur, quo Adami & Euæ exulatus propter æsum pomi repræsentetur.

De secunda quarta feria & tertia. Cap. 90.

QVarta feria sequens ob id priuilegiata est quod tum ij, qui sabbato sequenti ordinandi sint, ex sacris literis interrogentur atque examinentur, probenturque num idonei etiam satis sint ad suscipiendos ordines. Indè profectò est, quod duæ lectiones ad missam leguntur, vna voce naturali vel nocturnali, hoc est, graui ac pressa, altera vero communi. Prior vetus testamentum significat, posterior nouum, vt per hoc declaretur eos, qui suscepturi sunt ordines, vtriusque testamenti peritos esse debere. Atque illud quidem tanquàm generalem regulam habemus, quòd quotiescunque quarta feria duæ lectiones ad missam legũtur, sequenti sabbato possint ordines celebrari. Cæterùm tertia quarta feria, in eo habet priuilegium, quod illo die in ecclesia instructio & examen fiat eorum, qui in sabbato ante Pascha sint baptizandi. Fit autem instructio illa in hunc modum: Qui baptizari volunt conueniunt ad portas ecclesiæ fœminæ à sinistris, mares à dextris: atque à diacono, vel sacerdote interrogantur, an velint baptizari, aut idem perconctatur à susceptoribus. Exorcista tamen debet prius interrogare, num etiam abrenuntient sathanæ, & omnibus eius pompis, ita vt puer, si sit adultus, respondeat se abrenunciare, si non sit adultus, pro eo susceptor. Verùm nullus in susceptorem admitti debet nisi orationem sciat dominicam, & minus symbolum calleat, quod tenetur suos docere filios. Nec verò Christianus censeri debet, nec ad testimonium aliquod admitti secundum decreta, qui horum ignarus est. Quare omnino necesse est, vt illud ex susceptoribus sacerdos inquirat. Alioqui enim, si nesciant, recipi non debent, nisi fortè promittant, quod quàm fieri potest citissimè illa addiscent. Tunc demum acolytus scribit eorum nomina, qui volunt baptizari: vnde etiam hic notarius est appellatus, quòd baptizandorum scribat nomina. Postquam igitur à sacerdote satis in fide sint instructi, atque exorcistæ super eos fecerint adiurationes, ab ostiario in ecclesiam introducũtur, & in naui ecclesiæ constituuntur, masculi quidem à dextris, fœminæ verò à sinistris. Duo tamen intra sancta sanctorum deducuntur, masculus videlicet & fœmina, quo significatur aliquos ex baptizandis fore saluos. Atque tum denique leguntur oratio dominica & minus symbolum Græcè & Latinè, propter earum linguarũ dignitatem. Sunt enim cæteris digniores: Græca vtique propter sapientiam, Latina autem propter potentiam Romanorum. Posteà verò quatuor recitantur lectiones & quatuor Euangeliorum initia, tandemque inchoatur missa, cuius cantato offertorio, archidiaconus vel diaconus pulpitum ascendit, & clamat alta voce: Si quis, inquiens, est hic cathecumenus, exeat foras. Isti enim connotant, vt supra expositũ est, illos de quibus dictum est: Iesus autem nõ credebat se illis. Ipse enim sciebat quid quid esset in homine. Atque ita tum omnes cathecumeni exeunt foras, quod septies eodem modo de illis agitur antequàm baptizentur.

2.q.7 non potest. & sequ.

Ioan. 2

De quarta feria. Cap. 91.

ILla autem quarta feria, quæ est post dominicam Lætare Hierusalem, in eo est priuilegiata, quod tunc duæ legantur lectiones, quoniam sabbato sequenti celebrantur ordines. Sic quarta feria vltimæ septimanæ, nimirùm ea, quæ est ante cœnam, priuilegium obtinet, quia

quia duæ item lectiones tunc leguntur, idque ob eam causam, quòd illo die Christus triginta denarijs fuerat diuenditus, quemadmodum Ioseph triginta argenteis. Non enim seruus maior Domino est, nec discipulus suo magistro. Ab hac ergo quarta feria sumptum est, quod omni quarta feria ieiunare & abstinere a carnalibus semper debeamus. Ex quo quidem fit, vt post sextam feriam, hic dies pœnitentibus in abstinentiam semper iniungatur.

De sabbatis priuilegiatis. Cap. 92.

SAbbatum primæ septimanæ & quartæ ideo gaudent priuilegio, quòd in ijs celebrentur ordines. Verum hic scias in omnibus festis Apostolorũ & dominicis diebus fieri posse ordines, videlicet minores: maiores vero non vtique, nisi in sex tantummodo sabbatis. Et quidem in illorum primo plures legũtur lectiones, inter quas vna est, quæ quamdiu canatur nullus sedere debet. Hæc nimirum est hymnus ille trium puerorum, qui pro fide Trinitatis ab eis iam in fornace constitutis cantabatur. Ad hunc ergo hymnum genua flectere non decet, quòd isti sua flectere noluerunt coram Nabuchodonosoris statua, sicut multi fecerant principes alij. Similiter in Parasceue genua non flectimus ad orationẽ quæ fit pro Iudæis, ob derisionem eorum, qui dum Christũ deridebant, inquiebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit. In sabbato ante Lætare Hierusalem recitatur Epistola Susannæ. Nam tum fit statio Romæ in monasterio beatę Susannæ virginis. Atque ita etiam ob similitudinem quandam Euangeliũ est de muliere deprehensa in adulterio, quam Dominus liberauit. Ecce quomodo cõcordant Euangelium & Epistola, vt conueniunt & multa alia. Sabbatum verò, quod est ante Ramos palmarum, hinc suum accipit priuilegiũ, quod eo tempore Dominus Papa eleemosynas largiatur, hoc est, suum faciat mandatum, quod deberet facere ipso die cœnæ. Sed quia tunc nõ posset propter prolixum eius diei officium, ideo illud hoc sabbato commodè facit. Aut certè hinc maximè priuilegium habere videtur, quoniam eo die Dominus in domo Simonis leprosi pransus est Martha ministrante, & quo Maria pedes eius lachrymis suis lauit, ac proprijs tersit capillis, vnguentumq; in caput eius fudit. Meminerimus tamen ex omnibus mandatis Dei, hoc solum antonomaticè dici mandatum, quod Christus maiori exhibitione illud obseruari atque obsequi præceperit, cum suis discipulis pedes lauaret inquiens: Si ego laui vobis pedes Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et cum quadam interminatione, qua porrò interminatur: Si non inquit, lauo tibi pedes, nõ habebis partem mecum. Quare propter huiusmodi præceptũ vacat sabbatum illud ab officio. Hinc nata est illa authoritas, quòd si quis fuerit adeò negociis intricatus atque oppressus, vt difficulter possit vacare orationi & eleemosynæ simul, saltem mutet cum oratione eleemosynam, & contrà. Sabbatum deniquè ante Pascha inde priuilegiatum est, quòd tum celebrẽtur ordines, catechumeni baptizentur, & candela illa cærea Paschalis consacretur. Verùm eadem missa communis esse oportet diei & ordinibus, plurèsque tum recitantur lectiones.

De dominicis diebus priuilegiatis. Cap. 93.

SEquitur de diebus dominicis: & quidem prima dominica Quadragesimæ in hoc est priuilegiata, quoniã inde inchoatur ipsa Quadragesima, quæ repræsentat tempus illud, quo morati sint atque hæserint in deserto filij Israel. Sicut in illi isthic morati sunt per quadraginta dua mãsiones manna cibati: ita nos quoque ab hac dominica vsque ad Pascha per quadraginta duos dies a delicijs corporeis abstinentes verbo vitæ reficimur, & orationi vacamus: vt per Christum in terram viuentium introducamur, quemadmodum illi introducti per Iesum Naue filium, siue per Iosue in terram promissionis. Tria notanda sunt in populo Israelitico, scilicet: Peregrinatio, quæ fuit in Aegypto, quando Iacob & filij eius profecti sunt in Aegyptum. Captiuitas quæ in Babylone contigit: atque horum duorum nos meminimus: Tertium fuit dispersio, & adhuc est per vniuersum orbem. Cuius quidem nos mentionem nõ facimus, quia ab illa nunquam reuocabuntur,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuntur, quæ facta fuit Tito & Veſpaſiano. Vnde dictum eſt: Tradam eos in manu, de quà non poterunt ſurgere. Dominica verò Lætare Hieruſalem, quæ ſeptima eſt a prima Dominica Septuageſimæ, ob id priuilegio inſignita eſt, q̃ libertatem nobis exprimat redeundi, quę fuit conceſſa filijs Iſrael in Babylonia anno ſexageſimo, quanquàm plenè obtinuerunt anno ſeptuageſimo. Ex quo ſanè totum eius diei officium de lętitia eſt, vt partim illorum exprimamus læti tiam, partim etiam noſtram, quam finitis ſeptem ætatibus, a mundi exilio liberati habebimus, cum cœleſtem paradiſum, quæ verè patria noſtra eſt, intrabimus.

De dominica in ramis palmarum. Cap. 94.

DOminica in Ramis palmarũ ob triplicem rationẽ meruit priuilegiũ. Primo quòd eodem die filij Iſrael terram promiſſionis ingreſſi ſint, & ſiccis pedibus Iordanẽ tranſierint. Sic enim contigit, quòd eo anno tot fuerunt dies vſq; ad Paſcham, quot ſunt ab hac die dominica. Secundo autem ideo, quoniam hoc die veniens Ieſus a Bethania in Hieroſolymã maximo honore exceptus ſit, quo etiã die vendentes è templo potentiſſimè eiecit, quod eius diei priuilegijs tertia eſt ratio. Hic dies tribus nuncupatur nominibus. Dicitur enim dominica in Ramis palmarum, q̃ illo die rami palmarũ in proceſſionibus deportentur in ſignificationẽ illorum, quos filij Iſrael ſtatuerũt in via Chriſto iam veniente. Vel quos etiam deferimus in figuram ramorum, & florum virtutum, quos portare debemus, ſi quando ad Chriſtum ibimus. Cum autem palmas non habemus, laurum vel buxum, quòd perpetuo ſuo virore virtutes connotent, deportamus: vel flores etiam, qui ſimili ratione virtutem ſignificant. Hoc ergo die magnam & inſignem exhibemus proceſſionẽ, ad deſignandum, q̃ Dominus veniet ad nos, & ducet nos ad æterna tabernacula. Poſt proceſſionẽ oportet veniamus ante crucifixum, ac dicamus. Benedictus: nec ideo alia proceſſio ceſſare debet, ſed fieri ante tertiam. Obiter itaque hic cõſidera vxorem Loth in ſalis effigiem fuiſſe mutatã & transformatam, q̃ retro reſpexiſſet, vt ſcilicet nos condiret atque inſtrueret, ne retro eamus. Nam, quemadmodum ait ſcriptura, nullus qui ad aratrum manum adiecerit, retro debet reſpectare.

De quinta feria. Cap. 95.

FEria quinta, quę cœna Domini appellata eſt, quatuor inſignitur priuilegijs, quorum primũ eſt pœnitentium iam in Eccleſiam redeuntium. Tunc enim Eccleſia ad ſe recipit pœnitẽtes, quos antè primo die ieiuniorum eiecerat. Recipiuntur autem pœnitentes in Eccleſiam & ſeparantur a malis non pœnitentibus. quinta potiſſimum feria, q̃ Deus volucres fecerit quinta feria ex aquis. Qua ratione etiam fit, vt quòd quaſdam in aquam remiſerit, ſignificemus malos in carnalibus rebus ſeſe oblectantes, & quòd quaſdam in aera ſuſtulerit, intelligamus bonos atque eos, quos delectãt cœleſtia. Secundum priuilegium, eſt, quia nouum teſtamentum tum incepit, & vetus fuit terminatum. Tertium autem priuilegium huius diei eſt olei cõſecratio. Verumenimuero tres ſunt potiſſimum in Eccleſia Dei ſacræ vnctionis ſpecies, chriſma, oleum infirmorũ, & oleum quo vnguntur baptizati. Chriſma conficitur ex balſamo mũdiſſimo, atq; oleo puriſſimo. Nanq; oleum claritate alios liquores facilè ſuperat, & balſamum odore. Quòd autẽ oleum alio liquore ſit clarius, hoc pacto oſtendi poteſt: Nauta quandoque mittit anchoram in mare, & ſi fortè illa lapidi affigatur, ita vt extrahi non poſſit, tunc nauta illuc deſcendit, habens os ſuum plenũ oleo in eum vſum, vt ſi fortaſſis nõ poſſit lapidem illum videre, cui anchora adhæret, ob turbulentam & tenebroſam aquam, effundat oleum. Quo facto tanta iſthic naſcitur claritas, redditurq; aquarũ perlucida propter oleũ effuſum, vt lapidem nauta facilè videre queat. Chriſma initium traxit a veteri teſtamento, quãdo Dominus præcepit Moyſi vt conficeret chriſma, quo vngeret tabernaculum in dedicatione, & arcam teſtamenti: Atq; Aaron & ſacerdotes illo ſimiliter vngebantur, & Reges. Moyſes tamen non legitur vnctus fuiſſe, niſi vnctione ſpirituali, quemadmodum & Chriſtus. Voluit nihilominus Chriſtus materiali nos inungi vnctione, vt per illam materialem conſequamur

quamur ſpiritualem. Inungitur enim quilibet chriſmate bis in vertice a communi ſacerdote, & in fronte ab Epiſcopo. Cæterũ ideo bis, quia poſt Reſurrectionem, duabus vicibus datus fuit Spiritus ſanctus, tum etiam quando Chriſtus inſufflauit Diſcipulis, inquiens: Accipite Spiritum ſanctum, tum etiã quando miſſus eſt eis idem è cœlo in igneis videlicet linguis. Cum igitur aliquis iſtiuſmodi oleo ſancto inungitur, neceſſe eſt, vt illud fiat in ſcapulis, & in pectore potiſſimum. Ac in ſcapulis quidem ideo, ne laborem ſuũ fruſtra expendat in vana, ſed ſit robuſtus ad legis onus fideliter portandum. In pectore verò, vt ſuſcipiat intelligentiam mandatorum Dei. Proinde oleo, quod vocatur infirmorum, inunguntur ægri atq; infirmi. De qua ſanè vnctione ait beatus Iacobus in ſua Epiſtola: Si quis infirmatur adducat ſacerdotes & orent ſuper eum, & inungant eum oleo ſancto, & alleuiabitur eius infirmitas, ſi nimirum ei expediat & vtile ſit, & remittentur ei peccata, videlicet venialia, vel ſi non fuerit in
Iac. 5. mortali peccato. Poteſt tamen fieri huiuſmodi inunctio per vnũ ſacerdotem, ſed hoc fieri non debet, ſi plures poſſint adeſſe. Quartum demum huius diei priuilegiũ eſt mandatum. Eſt autem differentia inter hoc mandatum & illud, quod ſit ſabbato præcedenti. Illud enim fit a prælatis & Eccleſiæ magnatibus, repreſentatq; illud, quod fecit Chriſtus: hoc verò quilibet ſacerdos facere debet, idque hoc modo: Primo oportet vt reficiant pauperes, ac poſtea parum comedant, nec vltra tamen quàm conſuetũ eſt, Deinde debent ſurgere a menſa, ac pauperũ pedes lauare. Quo facto poſſunt ſeſe ad menſam recipere, atque iterum comedere, quod ieiuniũ non frangit, ſed interrumpit. Non enim debet quiſpiam eo die bis comedere, ne ieiunium frangatur, tam reſpectu vnius horę, quàm totius ſeptimanæ: Quamuis tamen & in multis locis ita fiat. Eſt autem iſte dies omni alia ſolennitate ſolennior, exceptis tamen ſolennitatibus Trinitatis, vſque adeò, ut qui poſſint ſolennes veſtes induere, debeant non ſecus atq; in alijs ſolennitatibus. Quocirca etiã hoc die omnia lętitiæ cantica canuntur, quemadmodũ in cæteris ſolennitatibus, prętęr Alleluia. Nec dicitur verò Dona nobis pacem, ob eam rem, q̃ nocte ſequenti oſculo Iudas Chriſtum tradiderit. Atque hic animaduerte tempus recreationis incepiſſe ab illa hora, qua Adamus è Paradiſo eiectus fuit, & adhuc eſt, duratq; vſque ad vniuſcuiuſque obitum. Quo quidẽ patet maius eſſe recreare, quàm creare, ita vt hinc etiam dictum ſit grauius eſſe ac maius ex impio facere pium, quàm creare cœlum, & terram, ac maius fuiſſe Paulum ſuſcitare in mente, quàm Lazarum in corpore. Itemq; & hoc animaduertas Natale Domini feſtum eſſe patris, quum per eum pater innotuit mundo. Quanquã verò, quòd feſtum patris eſt, feſtum etiam ſit filij, & Spiritus ſancti. In hoc enim, quod dicitur Verbum, intelligitur Pater verbi. Aut etiam hac alia ratione, quòd filius patrem omnibus manifeſtauerit. Paſcha autem eſt feſtum filij, quia tunc a mortuis reſurrexit, & verus Deus apparuit. Pentecoſte verò feſtum eſt Spiritus ſancti. Iſtarum tamen ſolennitatum quelibet, feſtum dicitur totius Trinitatis. Indiuiſa enim ſunt opera Trinitatis, ſed ita tamen, vt quædam magis videantur propria eſſe vni, quàm alteri.

De ſexta feria priuilegiata. Cap. 96.

SExta deinceps feria quæ & Paraſceue appellata eſt, in eo gaudet priuilegio, quòd hoc die Chriſtus paſſus ſit. Quare etiã ab hac ſexta feria omnes aliæ ſextæ feriæ ſuum habent priuilegium, ſicut a ſequenti dominica omnes aliæ dominicæ. Paraſceue autẽ interpretatur præparatio, quod tum Iudæi cibos ſuos ſoliti ſint præparare, quibus veſcebantur ſabbato, cum eis ſabbato quicquã præparare interdictũ ſit. Porrò autem ipſo die Paraſceues unoduntaxat ferculo veſcimur, quoniam Chriſtus illo die unum ſibi ſolummodo comparauit, videlicet latronem. Vnde ipſe dixit: *Pſal.* Singulariter ſum ego donec tranſeam. At 130.
quęritur, cur iſtum diem celebremus in mœrore, triſtitia atque abſtinentia, quum ſoleamus ſanctorũ, paſſiones in gaudio celebrare. Verũ hoc ideo fieri reſpondemus, quod ſancti ſtatim, ſimulatq; perpeſſi ſint martyrium, ad cœlos aſcenderint: Chriſtus verò deſcenderit ad inferos. Sed quum iam tartara fregit, & ſanctorũ animas inde reduxit,

Universidad de Deusto Biblioteca

duxit, dicq; tertio resurrexit, ideo tum maximè lætamur. Hinc etiam est, quod sanctorum patrũ passiones, qui ad inferos descenderunt, non celebramus. Solet hic etiã a nõnullis queri, quum asinæ insidens Christus honorificè susceptus sit, & in cruce videatur dehonestatus, cur potius adoremus crucem quàm asinam. Verum facilè illud discuti potest, quum honor iste, quem in asina accepit, terrenus fuerit, nec curandũ sit de terrenis, ita vt nec hinc quicquam de asina curandũ sit. Per crucem vero ruptus fuit ac destructus murus ille peccatorum, qui erat inter nos & Dominũ interiectus, Christus enim satisfecit pro nobis. Vnde certè nullus recenter baptizatus, etiam adultus, si uel maxima cõmiserit peccata, vllo eorum tenebitur, neque secundũ pœnam, neque secundum culpam: tenetur tamen habere contritionẽ. Quemadmodum ergo gladius Dauidis, quo Goliam obtruncauit, multo tempore seruatus fuerit, & in honore habitus: ita etiam crux Domini, quæ per illum gladium quodammodo figuratur. Tandem quoque consideremus huius diei officium carere capite, quod Christus caput nostrum tum è nobis sublatus fuerit. Caret enim inuitatorio, ut non imitemur peruersam illam imitationem, quam fecerunt Iudæi quando consilium inierunt, quomodo Iesum caperent in sermone, eumq; morti traderent. Inde etiam est, quod non damus osculum pacis alicui propter osculum Indæ, nec aliquẽ salutamus, quia cum quadam salutatione Iudas Christum tradidit, inquiens: Aue rabbi. Verum ideo signa dedit illis Iudas, qui Christum ceperunt, ne Iacobum pro eo caperent, qui illi admodum erat similis, ut hinc etiã frater Domini dictus sit. Nota ergo Iudam dixisse: Tene te eum. quasi dixerit: Fortiter eum ligate, & tenete, quia alioqui poterit manus vestras facilè euadere. Credebat enim eũ esse fortẽ propter illud, quod ipse viderat, cum vendentes & ementes è templo eiecisset. Præterea viderat, quemadmodum illorum manus euasisset, qui ipsum uolebant apprehendere, unde dicitur: Et transiens per medium illorum ibat. Causa aũt quamobrem Iudas uendidit Christum & tradidit, fuit huiusmodi: Odium recens susceperat in Iesum propter vnguentum quod Magdalenę in caput eius fuderat. Ipse enim erat Domino a loculis, quos portabat. Quum autem moris esset apud veteres, ut qui huiusmodi fungeretur officio, pro mercede sua decimam partem haberet eorum, quæ in Dominorũ loculos ponebantur, æstimauit Iudas vnguentum quod beata Maria Magdalena fuderat, trecentos valere denarios. Vnde est, quod ipse dixerit: Vt quid perditio hæc? potuit enim istud, &c. Cœpit ergo secum cogitare, quo pacto in Christo recuperaret, quod amiserat in unguento, ita ut, quum trecentorum denariorũ decima sint triginta denarij, ea summa ipsum uendidit, ac tradiderit. Non debet quoque officium mortuorũ habere inuitatorium, nisi corpore presente, nec in missa dici, Dona nobis pacem, neque per uniuersum officiũ, Gloria patri, quia sequitur & imitatur exequias sui Saluatoris. Sex itaque huius diei sunt priuilegia. Christi imolatio, inferni expoliatio, mortis conculcatio, humanis generis redemptio, Paradisi apertio, & scripturarum manifestatio. Vbi animaduertendum est, q̃ Christus sua passione non tantum illos redemit, qui tum erant in lymbo inferni, qui locus dicebatur sinus Abrahæ, verum etiam omnes homines futuros, qui sancta morte vitam erant finituri, Nec sanè omnes homines, qui in inferno erant extraxit. Vnde Osee propheta: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Scripturarũ hodie facta est manifestatio, quia scripturæ veteris testamenti, quæ prius erant obscuræ, hodie sunt declaratæ. Vnde Dominus: Consummatum est, inquit, quasi dicat, omnia quæ de me hucusque scripta sunt, modo sunt impleta, quod scandalum est Iudæis, stultitia gentibus. Crux igitur Domini multis modis in veteri testamento fuit præfigurata. Dictum est enim angelo percutienti Aegyptum. Quacunque domum intraueris, in ea occide omnes primogenitos, tam parnulos, quam senes: tam viros, quàm mulieres. Sed sicubi scriptum fuerit Tau non intrabis. Tau vero signum est crucis, ita vt omnis damnabãtur, nisi per signũ crucis saluentur. Sic Moyses in deserto serpentem æneum erexit, & omnes qui eum intuebantur statim a morsu serpentum sanabantur. Serpens æneus similitudinẽ habet serpẽtis nec est verus serpens. Similiter Christus

Num. 22.

Christus habuit similitudinem carnis peccatricis, sed non veræ peccatricis, vt pote qui nunquam peccauerit. Dictum est item Danieli ab angelo: Duæ erunt septimanæ, & post septuaginta septem occidetur Christus dux noster. Ita apertè Moyses: Die, inquit, ac nocte erit vita nostra pendens, & videbitis & non cognoscetis. Verum profectò est quod nocte pependerit, quia tenebræ factæ sunt a sexta hora &c. Quod autem die, certum est. Item Hieremias ait: Ponens filiam pharetræ in renibus meis. Filiam, inquam, pharetræ, id est, lanceam. Itemq; Congregabo omnes gentes, & erit signum eis. Tau. Id quod crux est Domini. Sic rursus: Ezechias cõuertit faciem suam ad parientem. Et Dauid: Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum: hoc est, nouus populus, nimirum gentilis. Atque in alio loco alius: Plantaui, ait, vineam meam electam, & versa est in amaritudinem. Et quare quæso? Quia dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quemadmodũ etiam alibi inquit Dauid: Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, Quanquã hoc de tunica Domini, inconsutili dictum videri potest. Sed eodem in loco idem expressius: Dinumerauerũt omnia ossa mea. Quoniam vsque adeo eum in cruce extenderunt, vt omnia eius ossa facilè dinumerari potuissent. Sic postremò & Isaias ait: Et erit principatus eius super humerum eius. Nam Christus portauit crucẽ, in qua triumphauit, ita vt vulgo dici consuetum sit, Cyreneum quidem crucem portasse, sed non sicut homo & Deus.

Deut. 28.
4. reg. 20.
Psal. 101.
Hie. 2.
Psal. 68.
Psal. 21.
Ibidẽ.
Psal. 9

Cur non conficiatur corpus Christi in Parasceue & de ordine eius officij. Cap. 97.

Corpus Christi non conficitur hoc die quatuor de causis. Prima est, quia Christus hoc die pro nobis reuera imolatus est, & veritate veniente, debet cessare figura, ac ei dare locũ. Secunda, quòd istiusmodi die re ipsa Ecclesiæ sponsus sublatus sit. Descendit enim ad inferos. Tertia est quoniam tum temporis verum templi disruptũ est, & cornua altaris sunt transuersa, ita vt nobis non esset vbi corpus Christi conficeretur. Quarta, quia Moyses dixit in Exodo: Alius pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Alius, id est, Christus. Sequitur vt de ordine officij huius diei dispiciamus. Nam primo leguntur duæ lectiones ex veteri testamento, vna ex rege, altera ex prophetis, scilicet ex Osee, idque sine titulis. Deinde verò tractus, quem vocant, canitur vnus quatuor versuum, alius plurium, post quem legitur passio etiã sine tit. Qua quidem absoluta fiunt orationes pro omni gradu Ecclesiæ, hoc est, pro gentilibus siue Ethnicis, pro Iudæis, pro hæreticis, & pro scismaticis. Atque ita deinceps crux extrahitur, ac cũ ea ter in genua procedimus cantando ter Græce ἅγιος & Latine Sanctus Deus, &c. Cum tribus versibus. Posteà verò Dominicum corpus, quod reseruatum fuit in ipso die cœnæ, altari imponitur, & cantata dominica oratione cum præfatione prepositа, scilicet: Oremus præceptis salutaribus moniti, &c. Communicatur, ac deinde verò psalmi vesperorum cantantur cũ oratione: Respice Domine. Atq; ita tandem officium terminatur.

Quare ita huius diei officium sit institutum. Cap. 98.

His itaque historicè prosecutis, quid significẽt deinceps videamus. Quòd enim duæ lectiones legantur, declarat Christum passum fuisse pro duobus potissimum populus, Hæbreo nimirum, & Gentili. Sed earum vna ex lege sumpta est, videlicet ex Leuitico, altera ex Prophetis, nempè Osee, quia Christi passio & a lege fuit ante præfigurata, & a Prophetis prædicta, & a Patriarchis sub velamine quodam nobis reuelata. Abraham enim carnẽ Christi tectim imorauit, cum arietem sacrificaret. Sic Abel quoque quum agnum in hostiam offerret. Quę ita fuerunt Christi figura tanquã velamine tecta, vt intelligi non potuissent, nisi explicarentur. Assimilatus est præterea in Prophetis, vnde Dominus: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Recitantur autẽ lectiones cũ passione sine titulo, q̃ caput nostrũ videlicet Christus nobis auferatur. Per tractum quatuor versuum intelligimus hominẽ Christi passione fuisse redemptũ, qui ex quatuor

quatuor conflatus est elementis. Hinc est, quòd Christus non in cœlo, neq; in terra sit crucifixus, sed in medio, hoc est, in aere. Fecit enim pacē inter cœlestia & terrena, atq; etiam inter ipsa terrestria pacem conciliauit posteaquā erant simultates & inimicitiæ inter vnum hominē atq; alterum, sed maiores tamen erant inter angelum & hominem. Ipse verò Christus in omnibus per crucē pacem composuit, q̄ quæ inter se disiuncta ac discreta erant coniunxerit, & ex duobus vnum fecerit. Est enim lapis angularis. Aut etiam quatuor illi versus tractus significant quatuor partes crucis, quæ similis est vltimę literæ alphabeti Hebræorum, videlicet Tau, quæ sonat, si interpretetur, signum: Omnia volumina veteris legis significarūt crucem Domini. Hoc ergo die quatuor in vno tractu versus dici debent, ad declarandas quatuor partes crucis, sicut & quinque dicuntur in quarta feria, quod quinquies Christus sanguinē suū effuderit: Primo in circuncisione, secundo in oratione, tertio in flagellatione, quarto in crucifixione, quinto cū esset lanceatus. Tractus qui prolixior est, representat magnum istud bellum Dauidis cōtra Goliam: Nam & Christus noster Dauid hodie magnum Goliam, id est, diabolum, debellauit. Quædam Ecclesiæ tractum canunt, videlicet. Qui habitat &c. Quia Christus a diabolo primū latenter fuit tentatus velut a diacone quopiam latitante sub petra, sed posteà in passione tanquā a forti leone acriter fuit vexatus, quod per hunc versum facilè exprimitur: Super aspidem & basiliscū ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Passio legitur ideo, quia tum Christus re ipsa patiebatur. Cum autem ventum est ad illum locum: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserūt sortem, tūc duo hypodiaconi duo mantilia vel duos, alios pannos altari impositos, auferunt, quòd quatuor illi milites qui Christum crucifigebant ex duabus eius vestibus sibi indumenta confecerunt, historiā ipsam representantes. Aut certè remotio pannorum fugam significat Apostolorū qui erant quasi vestes Christi. Petrus enim ad vocem vnius ancillæ ipsum negauit, & Ioannes nudus aufugit. Tertia vestis, quæ in altari relinquitur, designat vestem Domini inconsutilem nō fuisse scissam, vel partitam, sed sortitione vni cōtigisse. Vnitas enim Ecclesiæ non potest, nec vnquā potuit ab hæreticis & scismaticis scindi, cū nulla sit sapientia aduersus Dominum. Christum cum in cruce pateretur, & maxima animi angustia affligeretur, prolixè orauit decantans decē psalmos, scilicet: Deus Deus meus respice in me. vsq; ad: In te Domine speraui, donec peruenisset ad istum versum: In manus tuas Domine commendo spiritum meum, quo emisit spiritū. Quare & nos quoq; postquā passionē recitauimus quæ Christi anxietatem & dolorem exprimit, oramus. Quantumuis sanè mos ille orandi infrequens & insolitus sit, Vsu enim iampridē receptum est, vt diebus alijs ante Euangelium dicantur orationes. Verum hoc die contra fit ordine permutato, quod & in initio a nobis dictum est, quo quædam officia in Quadragesima transmutari ostensum est. Orauit autem Christus pro tribus, pro se, inquiens: Pater clarifica filium tuum: pro suis, aiens: Pater pro eis, quos dedisti mihi rogo & pro illis etiam qui credituri erant in eum, dicens: Pater non tantum pro eis rogo, sed pro omnibus illis, qui credituri sunt in me. Ex quo sequi videtur quòd non debeamus orare pro illis, quos scimus non esse salnandos, veluti pro eis, qui in inferno remanserunt, & pro Iuda, qui desperauit. Sed & nos similiter oramus, partim pro nobis, partim pro omni gradu Ecclesiæ, scilicet pro neophytis, gētibus, Iudæis, hęreticis, & schismaticis, vt eis Deus gratiam suam infundat, & fidem catholicam cōuertat, flectentes quidem genua pro alijs, verum nō pro Iudæis, quoniam illi illudentes Christo genua flexerunt. Obiter ergo hic animaduerte id, quod legitur ante genuflexionem non esse orationem, sed adhortationē, quemadmodum est (oremus) & quasi quandā ostensionem pro quibus simus oraturi. Quod verò posteà dicitur, oratio est. Item rursus animaduerte tres fuisse illusiones, quas Iudæi gentibus flexis Christo exhibuerūt. Et quidem prima fuit, velata eius facie in atrio Pontificis. Altera verò prætorio. Quoniā illo tradito Iudæis a Pilato vt ipsum crucifigerent, milites spineam plectentes coronam flexis genibus illud debeant ei. Quod quamuis a Iudæis factum nō fuerit, ascribi-

tur

tur tamen illis, quòd causam præstiterint. Tertia denique illusio fuit, quū prætereuntes illi iam in cruce pendēti dicebāt: Vah, qui destruis &c. Contra illas tres illusiones nos ante crucis reuelationem tres præmittimus adorationes cum dicimus ter hagyos, &c. Quasi ter honorātes illusum propter nos, idque duabus linguis, quia tertia adhuc silet. Hinc igitur & illud notandum venit, quòd cum multa sint genera linguarum, tres tamen potissimum existant principales. Prima latina, propter nobilitatē & Dominiū Romani Imperij, secūda Græca, propter sapientiam, tertia Hebræa: vt pote quo cæterarum linguarū mater sit. His autem tribus linguis descriptus fuit titulus Domini in cruce. Quare præter reliquas linguas hæ tres solum in missa vsurpantur, dum in ea canimus Græcè Hyrie eleison, Hebraicè Alleluia, & cætera Latinè. Aduersus tres Iudæorū accusationes in Christum, dicimus nos tres excusationes in persona Saluatoris, scilicet: Popule meus, vbi Christus exprobat illis sua beneficia, liberationes videlicet ab Aegypto, regimen in deserto, introductionē in terram optimā. Quasi dicat Christus: Tu accusas me, quòd tributum dari negauerim, deberes potius gratias agere, quia te liberaui a seruitute Aegypti: Tu accusas me q̄ regem me fecerim, verū satius foret, quòd gratias ageres de eo, quòd splendidè & regulariter te in deserto pauerim. Tu denique me accusas, quòd dixerim me filium esse Dei, sed gratitudinis signum potius exhibe, q̄ tibi dederim terrā lacte, & melle manantem. His ergo ita dictis, crux aperta ac nuda profertur, ad significandum omnia, quæ fuerant obscura, tunc fuisse manifesta, & salutatur crux hisce verbis. Ecce lignū, &c. Quoniā per crucem omnibus salus reformatur ac restituitur. Posteà autem adoratur, id est, cum reuerētia osculatur. Solus enim Deus adorandus est, & cætera illius causa veneranda. Crux ergo adoratur ideo, vt ostendamus nos debere humiliter facere, quod illi fecerunt superbè. Osculata cruce, domicum corpus altari apponitur, & tunc sacerdos cum prefatione prepositа, videlicet Oremus præceptis, &c. Quam addidit beatus Gregorius, cantat orationē dominicā. Quoquidē representatur antiqua Apostolorum cōsuetudo, qua in celebrandis missis vtebantur. Olim enim Apostoli hæc tantum verba proferebāt, quæ dixit Dominus. Hoc est corpus meū, &c. Et hic est sanguis noui testamenti, &c. Quibus ipsi Apostoli posteà addiderunt orationem dominicam. Atq; hæc est consuetudo Apostolorum hic representatur, eo modo quo antiquitus celebrabatur, sed Gelasius Papa, Gregorius & Selestinus multa tandem addiderunt, vt suprà dictum est. Facta autem cōmunione, statim cantantur vesperæ cum oratione, & tam missa, quàm vesperæ vna finiuntur collecta. Hoc ita peracto, crucifixus in suum locū reponi debet. Ante quem necesse est, vt chorus psalmos psallat, etiam Episcopus vel loco ipsius vicarius eius, idq; tantisper vsque ad horam illam, qua Christus resurrexerit. Atque ita tum celebrare debet mysterium de resurrectione. Primo nanque prouenit labor, secundo clamor, tertio autem exauditio, vnde Psal. ille: Ad Dominum, inquit, cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Quare & nos oportet eius esse imitatores.

De duabus partibus sacramenti. *Cap. 99.*

NVnc dicendum est, quare vna pars sacramenti scilicet corpus sub specie panis reseruetur die cœnæ, & altera pars scilicet sanguis sub specie vini nō reseruetur, ac duæ quidē sunt causæ, quamobrem corpus reseruetur. Prima est, ne fortasse quispiam ex hac vita sine viatico discedat, quod euenire posset in reseruaretur, atq; institutum ita est ab Innocentio Papa. Secunda est, quòd illis tribus diebus maximè omnes ij religiosi, quibus necessitas est, debeant cōmunicare. Quare oportet vt sacramentum illud reseruaretur, quoniā eo die consecrari nō debet, vt suprà ostensum est. Cur autem sacramentum vini non seruetur, triplex est ratio. Prima est, quia cum vinum liquidum sit, non posset tam bene reseruari, quin quadam negligentia facilè queat labi: Secunda est, quòd duos sacrificiorum ritus suis temporibus approbauerit Deus, veterem legis, videlicet suo tempore, & nouū hoc tempore. Hos duos ritus significant panis & vinum, licet vtraq; res sit noui sacramenti, panis nempè nouum, &

vinum

Universidad de Deusto Biblioteca

vinum veterem. Nec mirum videri debet, si per rem noui sacramẽti vetus sacrificium significetur, cum & contra inueniatur, rem videlicet veteris testamẽti declarare nouũ. Nam quartis ferijs septimanarum quando ordines celebrantur duæ lectiones ex veteri testamento recitantur, quarũ altera quæ sub nocturnali tono exprimitur, vetus significat testamentũ: altera verò quæ sub tono cõmuni, nouum. Ex eo itaque, quòd vinum nõ reseruetur, ostenditur vetus sacrificium cessare debere. Tertia ratio est, quòd idcirco non reseruetur, quia Christus dixit in cœna: Amen dico vobis, quòd admòdo non bibam de hoc genimine vitis, donec bibam illud vobiscũ nouum in regno patris mei. Siquis autem roget, num istud vinum, quod eo die in cõmunione sumitur, ex dominici corporis contractu consacretur, quamuis complurium scripta illud asserere videantur, nos tamen veritatem magis sequentes, & ea quæ sancti patres tradiderũt, dicimus vinum illud omnino non esse consecratum ex illo contractu, sed sanctificatũ. Est enim differentia inter consecratum & sanctificatum. Consecratũ dicitur quod in consecratione, vt ita dicã, transubstãtiatur. Sanctificatum verò est, quod per verborum sanctificationẽ efficitur sanctũ sine aliqua transubstantiatione, vt aqua lustralis, quam ideo benedictam dicimus. Rursus sanctificatum dicitur, quod a tracturi sanctificatæ magis efficitur referendum. Si autem diceretur, quod solo contactu vinum vel aqua consecraretur, magna profectò inde sequeretur rerum perturbatio & confusio. Sic enim contigeret calicem nõ posse lauari, indeq; efficeretur, vt iam sexcentipanes vnius hostiæ contactu, sine verbo possint consecrari, & si vna aliqua gutta aquæ lustralis seu benedictæ in stagnum vel puteum, qui ex lacunis scaturit, infunderetur, aqua illa perpetuo benedicta manaret: atq; eiusmodi infinita alia incõmoda ex ea re nascerentur. Iam etiam prætereo si dominici corporis tactu vinum cõsecraretur, contra decretum fieri, quod prohibet, nec hoc die consecratio fiat. Quòd autẽ hic queritur quamobrem Christus discipulis prius corpus suũ dederit mysticum, quàm in veritate illud offerret, discussum satis apud alios est. Aduertendum ergo hic est, & repetendum, quod paulo ante a nobis dictum est, vtpote secundum triplicem Christi crucifixionem quæ hoc die re ipsa facta est, tribus horis, tertia videlicet sexta & nona per vniuersum annum missas celebrandas esse. Hora enim tertia crucifixus est linguis Iudæorũ; attentium Tolle tolle, crucifige eum. Hora sexta in cruce positus fuit, & nona expirauit, qua propter hæ horæ ad celebrandas missas canonicè sunt institutæ, quæ Christi imolationem mysticè repræsentãt. Diebus enim festis quum a libidine est abstinendũ, missa debet tertia hora celebrari: festis, sexta, & in ieiunijs nona, sin aliter fiat, certè canonicum & regulare non est. Exceptis interim ijs temporibus, quibus nocte missa celebrari debeat, vt in natali Domini, & in sabbato Paschæ. Missa enim quæ tunc celebratur, non ad sabbatum pertinet, sed ad diem resurrectionis. Vnde etiã nunc Romæ & per vniuersum Rauennensium archiepiscopatum, sub quo & Bononiensis Ecclesia continetur, tunc missam non celebrat vsq; in noctem. Quod autẽ sic fieri debeat, satis ipsa ostendit oratio, quæ tum dicitur: Deus qui hanc sacratissimã noctem, & illud quod in cerei, quem vocãt, benedictione canitur: hæc nox est. Sic itidem quotiescunq; ordines conficiuntur, nocte missa celebrari debet, quoniam officium maiorum ordinum ad diem spectat dominicã. Sed quia a ieiunio incipere oporteat, ideo in sabbato post vesperas illud inchoamus, & ad noctem vsque protelamus.

De officio tenebrarum. *Cap.* 100.

NVnc verò cõsiderandum est, quamobrem tribus noctibus cõtinuis officium, quod tenebræ appellantur celebremus; quemadmodũ ad illud officium pulsandum sit, quare, & quot candelę accendantur, & quomodo eæ extinguantur, & deinde etiam de officij qualitate. Posito itaq; Christo in cruce tribus horis fuerunt tenebræ, a sexta vsque ad nonam, ita vt complectamur sextam & nonam, dum sol patiebatur eclypsim, nõ quidem naturalem, sed miraculosam, quanquã eam infideles iuxta naturam ita accidisse mentiebãtur. Quamobrem sanè propter tanti illius miraculi memoriam, per noctes tres illas horas representamus. Ad officium tenebrarum non campanis pulsandum est sed ligneis tabulis. Campanæ enim significant vt dictũ est, concionatores. Atque ideò campanis non pulsatur, quia concionatores, hoc est, Discipuli Domini non solum nomen eius non prędicarunt, sed & negauerunt, vt Petrus & fugerunt. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Vnde Dominus videns eos ad fugam paratos ait: Quem queritis? quasi dicat: Si me queritis, sinite eos abire. Magnus tamen ex ligno editur sonus. Tabula lignea Christum significat, qui in ligno clamabat, prædicabat, & orabat dicens. Pater dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. Pulsatur igitur ligno, q̃ tum solus Christus extitit concionator.

De numero candelarum. *Cap.* 101.

DIcendũ modo est de candelis, atque hic quidẽ in numero diuersitas est. Quidam enim septuaginta duas accendunt, quidam viginti quatuor, quidam quindecim, quidam etiam duodecim, quidam nouem, & quidam septem. Sed hi tamen omnes non absque mystica significatione hoc faciunt. Nam septuaginta duæ candelę septuaginta duos Discipulos significant, quorũ prædicatio siue concio in morte Christi extincta est. Vel ad designandum quod Dominus septuaginta duabus oris in sepulchro quieuerit per synechdochen, quemadmodum dicitur tribus diebus & tribus noctibus, in corde terræ latitasse. Vel septuaginta duas nationes, & septuaginta duo genera linguarũ. Viginti quatuor candelæ quæ prius accenduntur, & posteà extinguntur, hunc verticulũ: Gloria patri & filio, & cętera. significãt, qui vigintiquatuor vicibus in nocturnis festiuitatũ cantari soleat & in hoc officio omnino tacetur, quoniam laus Trinitatis, ad quam pertinet versus ille, in morte Christi videtur extincta. Quindecim candelæ duodecim Apostolos & tres Marias significant, qui omnes laudẽ Dei tunc subticuerunt. Sed Apostolis tamen fugientibus, tres Mariæ, vt quæ minus metuebant, circa cum, quo ad poterant, versabantur. Vnde legitur: Pelli meæ consumptis carnibus adhęsit os meum, & derelicta sunt tantũmodo labia circa dentes meos, id est, mulieres quæ sunt quasi pellicula quædã. Duodecim candelæ, duodecim exprimunt Apostolos. At verò nouem, humanum genus significant, quod propter peccatum suum a consortio nouem ordinum angelorum semotum est, & a vera luce exclusum. Per septem candelas, septiformis Spiritus sancti declaratur gratia, quæ in cordibus Discipulorum penè fuit extincta. Vt autem de numero candelarum sit, omnes manu cærea debent extingui. Et quidẽ per manum cæream intelligitur manus illa, quam vidit Baltaxar Rex Assyriorum scribentem in pariete verba huiusmodi. Mane thetel phares, quæ sic exposuit Daniel: Mane, id est, enumerauit, thetel, appendit, & phares diuisit. Hic ergo sensus est: dicit Dominus: Numerauit tempus regni tui, & opera tua bona & mala, & appendi & inueni plus mali quam boni, atque ideò diuidetur regnum tuum in Persas & Mædos. Quod vtiq; factũ est per Cyrum & Dariũ: Quemadmodum igitur regnum illud propter mala opera Regis extinctum fuit, & diuisum in perpetuum: ita quoque regnum Iudæorum, propter peccatum in morte Christi commissum diuisum est, & in posterum penitus deletum. Vel quod melius est, manus cærea repræsentat manum Iudę, quę fuit cærea, id est, ad malum flexibilis, per quam Christus Rex noster, & lucerna vera, traditus fuit & extinctus, quantum in ipso fuit. Atque ita per manum cæream significatur illius manus, de quo Christus ait: Qui mecũ intingit manum, &c. Vt enim hæc extinguit lumen, ita illa verum lumen extinxit, quantum in se fuit. Aliquando verò plures candelæ sine certo numero incenduntur, nec obseruantur aliquis numerus, ita vt vel quelibet mulier aut vir suã isthic sibi accendat. Per quas candelas significãtur Prophetæ & alij sancti Patres, qui propter Christum lumen mundi venturum annuntiantes atque alijs verba salutis concionantes, & prædicantes varijs vexati pœnis mortui sunt & extincti. Nec verò omnes candelæ simul extinguuntur, sed successiuè nunc hæc, nunc illa. Quoniam discipuli non simul ab eo recesserunt, sed paulatim quum vnus decessisset, abijt & alter. Vna tamen quæ in earum medio est collocata, non extinguitur, sed absconditur

Mat. 26.

ditur & occultatur, posteaq; in apertum profertur, ac eius luce omnia Ecclesiæ lumina rursus accendantur. Hic est Christus, qui licet videretur secundum corpus extinctus, secundum diuinitatem tamen viuebat, quæ illis erat occulta. Hic enim paulo post resurgẽs cum luce clarissima se suis Discipulis manifestauit, quando in eorum mentibus charitatem iam propemodum extinctam sua illustratione iterum inflammauit: Nũc de ipso officio prosequamur, quod vniuersam Christi sonat passionẽ. Primus ergo versus, a quo noctis officium alioqui incipi consueuit, nempè: Domine labia mea aperies, subticetur, quòd Christus caput nostrũ a nobis auferatur. Sic nec Deus in adiutorium dicimus, quia nostro pastore percusso nos illius oues a quo petamus auxilium non habemus. Inuitatorium autem ideo non exprimitur ne per hoc prauum istud Iudæorum consilium contra Iesum factum quodammodo imitemur, sed potius vt ipsum per inuitatorij silentium detestemur. Ad lectiones quoque benedictio neque petitur, neque datur, quòd pastor qui gregi suo benedicat modo non adsit. Vel quia per Iube Domine significantur illi, qui eunt concionatum, & per Tu autẽ, illi qui concionandi munus obierunt, & inde reuersi sunt. Sed nec hi, nec illi tum aderant, siquidem aufugerant. Debent ergo dici lectiones etiam lamentando, & maximè illæ, quas Threnos appellamus Hieremiæ, qui defleuit sanctũ illũ regem Iosiam. Luget Ecclesia etiam tunc passionem, & mortem Domini. Sed quia propter peccata nostra ipsum amisimus, si eundem volumus recuperare, certè vt ad pœnitentiam cõuertamur, ideo sub finem lectionum per hunc versiculum, scilicet Hierusalem Hierusalem, conuertere ad Dominum Deum tuum, eo admonemur. Leguntur Threni Hieremiæ: hoc est, lamentationes, si verbum verbo interpretemur, quæ ita a Trenaro monte sunt appellatæ, vbi animarum lamentationes, quæ isthic puniuntur, sæpius audiuntur. Possint tamen ideo vocari Treni, quod semper post tertium quemque versum sequatur litera ex Hebraico alphabeto, quod vniuersum in illis lamentationibus quater ordine ponitur, idcirco autem Hieremiæ lamentationes legimus, quoniã sicut ille deplorauit mortem Iosiæ, & destructionem gentis suæ futuram ita nos deploramus mortem Christi.

De expositione trium quæ præterea in eiusmodi officio obseruantur. *Cap.* 102.

REstant deinceps tria inquirenda: Primo quamobrem in hoc officio noctis antiphona quæ ad Benedictus canitur, atq; etiam totus psalmus tam alta voce, & quasi terribili cantetur: deinde verò quare quidam tropi in huius officij fine lamentabiliter dicantur. Postremò cur tribus hisce noctibus ipsum officium noctis alta voce, quasi terribili & manifesta decantetur, diurnum autem tacitè ac voce omnino dimissa. Verumenimuero quod antiphona ad Benedictus, & ipse etiam psalmus extinctis candelis voce eleuata, & velut horribili canatur significat tumultũ cohortis, quam cum gladijs & fustibus secum Iudas adduxit, quando Christum traderet. Per nocturnum autẽ officium tenebrarum declaratur prophetia prophetarum, & per diurnum, prædicatio siue concio Apostolorum. Quapropter officium noctis alta voce canitur, quia prophetæ apertè quæ de Christo erãt ventura prædixerunt, & quod illis Spiritus sanctus dictabat omni semota formidine nunciauerunt. Sed diurnũ officium submissa voce cantatur, quod Apostoli aut omnino tacuerint, aut certè occultè prædicauerint, & concionati fuerint. Continet autẽ cohors quinquaginta milites qui ob id in tanto numero cum Iuda missi sunt ad Christum capiendum, quoniam Iudæi verebantur, ne populus, qui eum libenter audiebat, si hanc proditionem sciret, suas interponeret partes ad ipsum liberandum. Aut certè ideo, quia facilè opinabantur eum esse fortissimum, & omnino talem, ad quem capiendum pauci non sufficerent. Videbant nanque dominica præcedenti ipsum solum flagello ex funiculis cõfecto omnes vendentes & ementes potenter è templo eiecisse, ac numulariorum mensas fortiter euertisse. In quo quidem facto præterea viderant fulgorem quendam, quasi quosdã radios igneos, ex ipsius facie exire. Porrò autem tropi, id est, versus illi, qui tribus istis noctibus in fine officij cum

Kyrie eleison, & Domine miserere, velut lamentabiliter decantantur significant lamentationes, & dolores mulierum, quæ propter cognationẽ Iesum sum ab Galilea fuerant secutæ. Inter quas erant Maria Magdalenæ, Maria Iacobi, & Salomæ plorantes iuxta sepulchrum. Tropis cantatis in quibusdam Ecclesijs ad terram procidentes dicunt, Miserere mei Deus, & Collectam, videlicet: Respice quęsumus Domine super hanc familiam &c.

De purgatione pauimenti. *Cap.* 103.

POst hæc dicendum est, cur quinta feria Ecclesiæ pauimentum mundetur & altaria denudẽtur, ac deinde quamobrem eadẽ feria ipsa altaria vino & aqua lauentur, atq; asperis ramis, presertim taxi aut buxi quasi frixentur. Ad primũ quidem promptè intelligendum, oportet cognoscamus Ecclesiam esse corporalem, aliam spiritualem. Corporalis est domus, in qua diuinum officium perficitur. Spiritualis verò est, velut conuocatio quædam fidelium. Sicut enim Ecclesia corporalis lapidibus ex diuersis locis congregatis construitur: ita quoque spiritualis Ecclesia ex diuersis conuocatur hominibus, ita vt hinc Ecclesia ipsa appellata sit conuocatio. Quanquã nomen illud proprius ac verius spirituali Ecclesiæ cõueniat, quam corporali. Homines enim conuocantur, non lapides. Sæpenumero tamen fit vt nomen eius, quod significatum est, significanti attribuatur. In Ecclesia igitur spirituali, sunt pauimentum Christi pauperes, hoc est, pauperes spiritu, qui in omnibus sese humiliant vt hinc propter humilitatem pauimento maximè assimulentur. Quare obiter notemus tria esse genera paupertatis, quorum primum paupertas dicitur necessitatis, quæ est in egenis: Alterum simulationis, quæ in hypocritis est: Tertium autem vocatur paupertas spiritualis, quæ consistit in bonis. Prima paupertas tollerabilis est, secunda detestabilis, tertia laudabilis, ita vt omnibus ijs bene faciendum sit propter Dominum. Nec sanè vllus sit fortunæ respectus quantũ ad primam paupertatem, vel causæ quantum ad secundã, sed naturæ hominis. Pauimentum ergo Ecclesiæ mundat ille, qui pauperibus propter Dominum pedes lauat cæteraq; misericordiæ opera exhibet.

De nudatione altaris. *Cap.* 104.

SEquitur de nudatione altaris, quę pars est in Ecclesia dignior, vsq; adeò, vt si altare remoueatur, ac rursus ædificetur tota Ecclesia iterum sit consecranda. Verum cõtra, etiã si Ecclesia remoueatur, hoc est pars eius aliqua aut plures altari immoto, Ecclesia non consecratur, sed alia sanctificatione mũdatur. Altare enim Christum significat. Præcepit nanq; Deus in lege: Altare de terra facietis mihi. Altare de terra est Christus natus de Virgine. Vnde dicitur: Veritas de terra orta est. Hæc est terra, quę dedit fructũ suum, fructum sublimen, Christum videlicet sublimatũ super choros angelorum in cœlis. Nudatio ergo altaris declarat, q. Christus in passione sua denudatus visus sit, & despoliatus illis signis, quibus ante in faciendis miraculis apparuerat gloriosus quum solus vendentes atq; ementes è templo eiecerat facie eius splẽdoris radios emittẽte. Qui enim prius tam potens, tam gloriosus apparuerat, modò in passione visus est debilis & abiectus. Vnde Isaias: Vidimus, inquit, eum non habentem speciẽ neq; decorem. Et Hilarius: Ante, ait, passionem apparuit Deus & homo, in passione totus homo, post passionem totus Deus. Vel etiam altaris nudatio repræsentat ipsam ac veram Christi nudationem quando milites eum spoliauerunt, & eius vestimenta partim sunt partiti, partim sortione abalienarunt. Aut certè vestem Christi apostolos esse dicimus, quibus Christus tanquã vestibus quibusdã ornabatur, & per quos nomen illius erat magnificatum. Altare igitur nudatur quoniam Christus a suis Discipulis fugientibus, & nomen eius tacentibus, relinquitur. Proinde vinum & aqua quibus altare lauatur significant sanguinẽ redemptionis nostrę & aquã regenerationis, quæ ex latere Christi fluxerunt, quando latus eius lancea fuit apertũ. Altare ergo abluitur quia corpus Christi verũ altare, sanguine & aqua in cruce asperſum fuisse creditur. Rami autem asperi, quibus altare fricatur, significant spineam coronam, qua coronatus est Christus, aut

Isa. 53.

 flagella

flagella amara, & ictuum vibices, & graues dolores, quos in morte substinuit. Sunt ideò rami hispidi sicut rami taxi, quibus paiimentũ mundatur, q; nos debeamus vitijs mũdari, & in eleemosynis pauperibus prouidere, quatenus hi sint, qui nos in æterna tabernacula recipiant. Ipsorum enim est regnum cœlorum, quod intelligendum est de pauperibus bonæ voluntatis, siue spiritus.

De sabbato. Cap. 105.

HIs ita de sexta feria prosequutis, transeundum est ad Sabbatum, in quo dicendũ prius est de ipsius diei nomine, ac posteà de eiusdẽ officio, seruato ordine. Hoc ergo sabbatum κατ' ἀντονομασίαν propriè sabbatum sanctũ appellatur. Sabbatum aũt interpretatur requies quoniã tempore creationis mundi quam Deus sex diebus absoluit & septimo die ab opere requieuit. Quamobrem in lege Deus præcepit hunc diem ab omni seruili opere obseruari ita vt in veteri lege haberetur sanctus. Verum hoc sabbatum κατ' ἐξοχὴν seu per excellentiam ita est appellatum, quia significat requiem Christi ab opere recreationis in septima ætate. Quemadmodum enim Deus opere creationis mũdi, sexto die cõpleto, septimo cõquieuit: ita quoq; in sexta ætate, recreationis opere absoluto, scilicet natiuitate, passione & cęteris omnibus, quę de illo prædicta fuerant, septima ætate requieuit, quæ secundũ quorundam opinionẽ ab ipsius passione fuit auspicata. Alij tamen dicunt eam incepisse a morte Abeli. Quando enim anima Christi mortalitatẽ & omnem patibilem corporis qualitatem exuisset, quasi in requie conquieuit.

De officio sabbati. Cap. 106.

NVnc de eiusdem diei officio videndum est, & in principio quidem officij omnis ignis in Ecclesia extingui debet, posteaq; è saxo calibe aut ferro alterum executi, quòd fieri debet ex sarmento quoniam Christus de se dixit: Ego sum vitis vera, deinde debet benedici cum cruce & aqua lustrali. Quo quidem facto cæreus Paschalis, vt vocant, benedicetur, atq; inceditur eum duobus paruis alijs cæreis, qui ab illo accendũtur. Vnus enim ab vna parte consistit, alter ab alia inter quos maximus statuitur cæreus. Duo igitur minores cærei declarant sanctos veteris & nouitestamenti, qui (tam videlicet hi, quam illi) omnes per Christum sunt illuminati. Vel duo cærei significant doctrinam Apostolorum & Prophetarum, qui cum Christo in doctrina concordant & conueniunt. Tandem verò viginti quatuor in quibusdã Ecclesijs leguntur lectiones. Ac Romæ quidem hoc pacto fieri solet, vt duodecim recitentur Græcè, & totidem Latinè. In nonnullis autem Ecclesijs legunt tantum duodecim, & in nonnullis duntaxat septem. Atqui viginti quatuor legũt, duodecim ob id Græcè recitant propter authoritatem septuaginta interpretum, quorum authoritas quondam in Græcia maximè floruit, atque etiam in illa parte Italiæ, quæ magna olim dicebatur Græcia. Verum duodecim ideò dicuntur Latinè propter authoritatem translationis Hieronymi. In minimis tamen Ecclesijs non habent nisi sex ob senarium numerum, qui quodammodo perfectus est. Qui verò duodecim seruant, illud faciunt propter numerum Apostolorum. Lectis ergo lectionibus itur ad fontem cum lętania, atque aqua benedicitur, & consecratur. Sed peracto eorum baptismo qui fuerant baptizandi, reditur pari ratione cum lętania. Quia quidem finita ipsam missam auspicamur a kyrie eleison. Nam in ea missa introitus, graduale, offertorium & communio præter solitum subticentur. Eodem modo & Agnus Dei a quibusdam quidem dicitur, a quibusdam verò non. Susceptа hostia, statim vesperæ cantantur, idq; cum duobus tantũ Psalmis, nimirum: Laudate Dominum omnes gentes, &c. Cum Magnificat. Atque ad eum modum vna adiecta oratione totum eius diei officium absoluitur.

Quare hæc omnia fiant. Cap. 107.

HIs itaque sic breuiter, & quasi historicè enarratis, rationes quare hæc omnia fiant prosequamur, & quid significent suo ordine videamus. Ignis, qui antequã nouus excuteret, erat in Ecclesia, veterem

veterem connotat legem. Quòd ergo vetus ignis extinguitur, significat omnia legalia veteris testamenti in Christi passione fuisse completa, & exinde debere illa cessare. Saxum, ex quo ignis excitatur, Christus est, super quem tanquam solidam ac firmam petram Ecclesia est ædificata, a qua Spiritus sancti ignis procedit. Elicitur tamen aliquando ignis ex crystallo. Nam si crystallus supponatur orificio phialæ aqua plenæ ad solem, sine mora ignis è crystallo ilico excutietur, si igni fomentum, quod apponi solet, adiunctum fuerit. Crystallus significat puram & pellucidã Christi carnem, quæ sine labe fuit. Cæreus & renouatus & illuminatus significat, quòd Christus resurgens a mortuis, in carne gloriosa verus Deus apparuerit. Atque ita cęreus illuminatus exprimit Christum, diuinitatis splendore illuminatum. Quòd autem ex igne maximi cærei duo minores ac cætera Ecclesiæ lumina incenduntur, declarat non solum Prophetas & Apostolos, qui per minores duos cæreos, vt paulo ante dictum est, intelliguntur, igne sancti Spiritus fuisse illuminatos, sed quòd omnes etiam Ecclesiæ fideles eodem igne illustrentur. Simili ratione declaratur diuinitatis plenitudinem in Christo fuisse, q; a quibusdam in principio benedictionis cæreus accendatur. Quanquã profectò melius & commodius tum primũ accendi debere videatur, cum in benedictione agitur de igne. Crux ex thure cæreo imprimitur, quod nimirum significat holocaustum, id est totum incensum, & totum combustum, siue igne assumptum. In veteri nanque testamento duo solebant facere sacrificia, matutinum, quod totum incendebatur, & dicebatur holocaustum. Crux de incenso designat sacrificium legis vespertinum, quod imolationẽ Christi in ara crucis factam, idque in ipso mundi vesperæ præfigurabat, quodque in eius passione completum fuit.

Quid per cæreum Paschalem significetur. Cap. 108.

ANnotatur quidẽ in cæreo Paschali annus ab incarnatione Domini. Christus enim antiquus & magnus annus est, ac dierũ plenus, si sumamus computationis nostræ initium a conceptione, quando beata Maria dixit: Ecce ancilla domini. Eo nanque dicto statim Christus fuit homo, atq; ipsa Spiritu sancto plena. Ideo ergo Christus annus dicitur, quòd quemadmodum in dierum anno sit fructuum plenitudo: ita in Christo & fuit, & etiam nunc est omnium bonorum plenitudo & abundantia. Habet enim Christus suos menses, habet suos dies. Siquidem duodecim Apostoli duodecim menses sunt, & reliqui dies Christiani omnes & fideles, quorum horæ sunt neophyti. Inscribuntur quoque cæreo Paschali indictio vel æra atque epacta. Quoniam actiones omnium & successiones temporum per Dei dispositionem rectè disponuntur. Vocabatur autem indictio antiquitus spacium quindecim annorum, quod ex tribus constat quinquennijs, in quibus orbe triumphato persoluebatur Romanis tributum ex vniuerso orbe. Primo autem quinquennio soluebatur aurum, secundo argentum, tertio ferrum, ad conficienda arma & æs ad ornandam ciuitatem. Et sic singula quinquennia illius spacij quindecim annorum similiter appellabantur indictio. Finitis autem quindecim annis reuertebatur tributorum indictius vt prius, quæ quod ita tribus lustris indicebatur, sic dicta est. Appellatum item est tributum hoc æra æræ, quòd eodem modo singulis annis omnis orbis Reipublicæ Romanæ quodcunque genus æris persoluere professus fuerat. Prius ergo fuerunt indictiones, & postea æræ ob æs æris, sic dictæ. Ad cuius tandem nomenclaturam accessit epacta, quòd additionem significat, a Græco verbo ἐπάγω.

De consecrando siue benedicendo cæreo. Cap. 109.

CAereus a diacono benedici & consecrari oportet, non autem a sacerdote vel Episcopo, etiam si sint presentes, quantumuis maioris sint ordinis & dignitatis. Per quod quidẽ intelligitur, q; Christus resurgens ex mortuis primo sese obtulerit & ostenderit mulieribus, p quas, vtpote quæ erant sexus debilioris, gloriam suæ resurrectionis Discipulis suis nunciaiit. Sed nec illud temerè fecit Dominus.

Nam quemadmodum principium mortis per fœminam in mundũ intrauit, ita quoq; necessarium fuit, vt initium nostræ restitutionis & salutis per mulierem mundo annuntiaretur. Vnde profecto cursoriè considerandum est, mulieres tribus gaudere priuilegijs, quorum primum est, quòd in paradiso sit condita ac creata: alterum, quòd ex muliere natus sit Christus, & tertium, quia resurgens a mortuis primo apparuit mulieri.

Cur tituli hic taceantur & de baptismo. Cap. 110.

DVbus de causis tituli lectionũ non præcinuntur, quarũ prima est, quon ã Christus caput nostrum necdũ nobis sit restitutum. Secunda verò, quia qui sunt baptizandi, ad quos totum illius diei officium pertinet, adhuc in ima ignorantię scripturarum profunditate immersi detinentur. Quum ergo scripturas non intelligant, non expedit earum nominare authores. Inde quoque est, quòd tum lectiones recitentur ex veteri testamento, cuius cognitio non nisi spiritu renatis perfectè manifestatur. Absolutis lectionibus in magnis quibusdam Ecclesijs lętania iuxta numerum religiosorũ, qui isthuc conueniunt, decantatur. In quibusdam verò Ecclesijs ter dicitur, vt fides Trinitatis representetur. Quòd autem eundo ad fontem ac redeundo lętania cantetur, declarat sanctos orare pro baptizandis, vt baptismi sacramentum vera fide percipiant, & iam baptizati deinceps in veritate fidei & sacramento confirmentur. Sciamus ergo, quod in baptismo tempore Apostolorum aliud nihil dicebatur, nisi hoc tantummodo: Ego baptizo te in nomine patris & filij & spiritus sancti. Sed beatus Clemens ex doctrina beati Petri inunctionẽ chrismaticis & olei addidit. Posteà Leo & Damasus summi Pontifices, ac beatus Ambrosius reliqua adiecerunt, priusq; baptizabant in fluuijs & stagnis. Quòd verò sacerdos in aquis suauiter anhelat, significat fidelem facilè diabolum posse abigere. Anhelat igitur isthic, vt diabolus inde expellatur: leui enim flatu potest repelli ab illo, qui in Domino confidit. Cæreus in aquis ponitur, q; contactus corporis Christi in baptismate aquas sanctificauerit, & vim regenerandi illis contulerit. Representat autem cæreus super columnam positus & accensus columnam ignis, quæ nocte præcedebat filios Israel, quãdo Aegypto exeuntes intrarunt mare rubrum, in quo præfigurabatur baptismus, vt per desertum venirẽt in terram promissionis. Extinctus verò ostendit columnam nubis, quæ item eosdem præibat interdiu. Columna enim tria præstabat, protegebat nanq, illos a sole, ab hostibus, & nocte eis lucem præbebat. Pari ratione Christus præcedens baptizatos, obumbrat eos contra incitamenta vitiorum, & protegit ab hostibus, scilicet a dæmonibus, & a mundanis cupiditatibus, atque illuminat per charitatem. Vnde dicitur. Ignis consumens in nobis vitia. Proinde quòd chrisma in aquas funditur, significat cœlestia terrenis per fidẽ baptismatis cõiungi. Ob quam etiam causam fieri dicimus, quòd sacerdos vocem mutet, & quandoq; vtatur voce alta, quandoq; demissa. Eo enim nobis innuitur, q; ima, id est, terrestria per baptismum iungantur cœlestibus. Consecrata igitur aqua veniunt baptizandi, vel a susceptoribus adferuntur, & baptizantur, sed prius tamen de fide interrogãtur. Posteà verò oleo inunguntur in pectore, & in scapulis. In pectore quidem, vt capaces sint intellectus mandatorum Dei. In humeris verò, vt sint robusti ad portandum iugum & onus legis. Deinde ter merguntur, quòd in fide Trinitatis baptizentur. Primo recta facie versus aquam, & capite versus Orientem debent immergi: secundo ad Aquilonẽ capite verso: tertio capite verso ad meridiem. Ac primo quidem dicere debet: In nomine patris, mergendo puerum in aquam facie versa ad Orientem, posteà paululum leuare & dicere, & filij, mergendo eum versus sinistram partem, & iterum paululum leuare, ac dicere, & Spiritus sancti, eundem mergendo versus dexteram partem. Atq; ita tandem ipsum in altum subleuare, ac susceptoribus committere debet sacerdos, a cuius manu puerum vt hi suscipiant oportet, vnde & susceptores sunt appellati. Non enim debet sacerdos ipsum in aquis relinquere, sed susceptoribus tradere. Tunc baptizatus in vertice capitis inungitur, in eius significationem,

tionem, quòd Spiritus sanctus ei datur: Bis autem datus est Spiritus sanctus. Primo, Christo adhuc degente in terra, quando Discipulis discumbentibus inspirauit, inquiens. Accipite Spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata, &c. Secundo è cœlo, atque ideo bis quilibet homo inungitur chrismate: Primo in baptismate, & in vertice, posteà in confirmatione ab Episcopo, in fronte: datur enim nobis bis Spiritus sanctus: In baptismate quidem datur, ad emundationem & collationem virtutum? In confirmatione verò ad corroborationẽ. Inũcto chrismate baptizato, imponitur capiti eius chrismale, rotunda quędam mitra quæ coronam vitæ significat, vel candida induitur vestis, quæ ad similitudinẽ cuculli ex albissimo panno conficitur filo rubro super texto. Candida illa vestis innocentiæ stolam designat, quæ nobis redditur in baptismo. Et notandum est, quòd huiusmodi albam vestem gestare debeant septem integris diebus, nec confirmari nisi illis septem plenè absolutis, propter septiformẽ spiritum qui datur in baptismo. Sed rubra illa fimbria, quæ vesti isti assuitur & super texitur, significat passionem Christi, per quam baptismi sacramentum impletur. Aut sanè rubra illa fimbria exprimit funem, quem Raab in Herico per fenestram dimisit, propter hospitium quod ipsa pręstiterat exploratoribus missis ab Iosue, ad cuius signum saluata est domus eius cum tota sua familia. Cæterũ rursus hic animaduerte, quod supradictum est, neminem debere in susceptorem accipi, nisi orationem sciat dominicam, & duodecim suæ fidei articulos. Hęc enim duo omnes susceptores vt filios suos doceant obligantur, cum illorum fidei sint quasi fideiussores. Quocirca eos obseruare quàm fieri potest studiosissimè debent, ne vnquam fide & iustitia excidant, vt potere sponsuri in die iudicij de omnibus illis, quæ enormiter isti perpetrauerint. Sacerdos quoque pater & susceptor illorum est quos baptizat, ita vt eos instruere etiam teneatur. Sed quia propter multitudinẽ omnibus vacare non posset, totum illud curæ susceptorum committitur. Itemq; & spiritualis pater esse dicitur sacerdos illorum, nempè quibus verbum vitæ concionatur, & quorum audit confessiones. Vnde sanè grauius ille peccare dicitur, qui ei mulieri cõcumbit, quæ suæ est paroeciæ, quàm mulieri quæ est alterius, cum eiusmodi mulier spiritualis sua appelletur filia. Solet apud nonnullos quęstio exoriri de numero susceptorum, & quot debeant esse necessario ad puerum è sacro fonte suscipiendũ. Verum nos dicimus, quòd vnus facilè posset sufficere. Sed quum in ore duorum vel trium testium consistat omne verbum: ideo ad minus tres necessario requiruntur, quorum vnus vir sit oportet, & duæ mulieres, nec etiam plures, ne carnalis copula per spiritualem coniunctionẽ impediatur. Quatuor autem sunt genera personarum, quas Ecclesia in susceptores non recipit, vt sunt abbates, monachi, abbatissæ cum suis monialibus, qui sunt vnum genus. Ad alterum referimus infideles, & ad tertium illos qui nec dum sunt confirmati. Hi enim fideles verè appellari non debent, ita vt nec hinc veri testes esse possint. Ad postremum genus referendus est vir cum sua vxore, nisi prius castitatis ambo fecerint votum. Nam si permitteretur, vt ambo eundem puerum è fonte susciperent, iam eiusdem fierent patres spirituales, ita vt inde in posterum sese mutuo carnaliter cognoscere nõ liceret, quem admodum in Decretis prohibitum est. Sed & hoc ægregiè admittendum est, vt aliqui eum puerum è fonte susciperent, qui cum illis ius est cognationis. Nam dilectio claritatis quantũ fieri potest, per baptismum extendi debet. Proinde verò quanquã pagani siue gentiles templa sua circa fontes conficerè soliti sint, atq; aquam isthic semper in promptu habere, per cuius asperſionem se purificari credebant, ita vt illos fontes delubra nominauerint, a diluendo, atq; sic naturaliter ad baptismum accesserint: nos tamen ab eorũ consuetudine baptismũ non sumpsimus. Habemus enim illud a tribus potissimum, quæ in veteri testamento fuerunt nimirum a cataclismo, id est, a diluuio, a mari rubro, & ab Iordane, quæ nobis velut figuram baptismi præbuerunt. At roget aliquis, num etiam liceat in cocta aqua vt in ceruisia vel mulso, vel in vino, vel in oleo, vel in alio liquore aliquem baptizare? Verumenimuero nulla in alia re istud facere permissum est, nisi tantummodo in pura aqua, siue illa ex niue & glacie

30. q. 4. quid videtur [illegible] tra di cogn. spi [illegible] 2. et q.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſit reſoluta, ſiue marina, ſiue fluuialis. Sed hoc animaduertendum eſt, quod nõ debeat celebrari baptiſmus, niſi in ſabbato Paſchali & Pentecoſtes. Fieri tamen poteſt cauſa neceſſitatis, quę triplex eſt: Prima eſt cauſa munitionis, vt ſi rex ciuitatem aliquam veller obſidere, tunc loci eius pueri licitè baptizantur, ne contingat eos aliquo periculo mori nedum baptizatos. Altera eſt ægritudo. Accipitur autem hic latè ægritudo pro quauis naturæ infirmitate, quæ facilè poteſt diſſolui, ita vt neſciamus diem neq; horã, & ideo frequenter fit baptiſmus non ſolennis, nec tempeſtiuus, hoc eſt, non congruo & conuenienti tempore factus. Tertia eſt, quæ fit cauſa perſecutionis gentilium. Solebant tamen Græci baptiſmum celebrare in Epiphania, quòd tũc Dominus eſſet baptizatus, atque ita baptizabant tribus diebus cõtinuis. Conſideremus interim quatuor eſſe genera aquæ benedictæ: aqua videlicet, in qua fit iudicium purgationis: illa quæ in Eccleſiæ dedicatione ſanctificatur, & qua diebus dominicis aſpergimur, atq; aqua baptiſmi, qua aſpergi ſolebamus priuſquam chriſmate vngeremur, quod in quibuſdam locis etiamnum obſeruatur. Sed poſteà interdictum eſt, ne ſtultulus quiſpiam atq; rerum imperitus huius aquæ aſperſione ſe iterum a peccatis mundari putet, quum euidenter ſatis manifeſtũ ſit, neminem poſſe bis baptizari. His ergo duobus ſabbatis ideo celebratur baptiſmus, quia in primo per Chriſti paſſionem redimimur: in altero, quoniã ipſo die Pentecoſtes datur nobis Spiritus ſanctus, per quem facta eſt remiſſio peccatorum.

De reliquo officio in vigilia Paſchatis.
Cap. 111.

NVnc ad propoſitũ redeamus: Celebrato baptiſmo reditur ad chorum cum letania, eaq; cantata, ipſum ſacrum ſiue miſſa ſine introitu inchoatur a Kyrie eleiſon. Sed introitus propterea ſubticetur, quod caput noſtrũ videlicet Chriſtus necdũ nobis ſit reſtitutus. A Kyrie eleiſon ideo incipitur, vt vetus inchoandarum miſſarum conſuetudo, quæ fuit ante Cœleſtinum ſummũ Pontificem, repreſentetur. Canitur autẽ ideo Gloria in excelſis, quia angeli ob renatos baptiſmate & neophytos in cœlis gloriantur, qui Domino iam nato hunc hymnum decantarunt. Epiſtola verò Pauli tono ac voce communi legi debet, quoniam doctrinam ſignificat Apoſtolorum, quæ modo baptizatis eſt prædicanda & aperienda. Sed lectiones præcedentes nocturno tono pronunciantur, quòd prophetas connotent. Graduale propterea nõ canitur, quia baptizati nulla adhuc opera, nullumq; gradum in virtutibus fecerunt. Alleluia, quæ uox eſt planè angelica, uel ob id maximè cantatur, quòd angeli lętentur baptizatos ex ſeruitute diaboli ereptos, & ad fidem conuerſos eſſe. Sed quoniam adhuc eis ſit laborandũ quandiu quidem in hac vita fuerint, idcirco tractus, ſcilicet: Laudate Dominũ omnes gentes, confeſtim ſubiungitur. Subticetur porrò offertorium, ut per hoc expreſſe indicemus mulieres tacitè ad monumentum veniſſe. Tres enim Marię ſtabant iuxta ſepulchrum cum ſilentio & uoce compreſſa. Nec pacem ad hanc miſſam dare debemus, quòd Chriſtus necdum reſurrexerit, qui noſtra pax eſt, ſed Agnus Dei ter dicitur cum Miſerere nobis. Quòd tamen tunc de reſurrectione canitur, ſciendum eſt hoc fieri in gratiam renatorum, hoc eſt, eorum qui ſunt modò baptizati. Tacetur prætereà & communio, quoniam baptizati nondum communicauerunt. Nam ipſo die Paſchatis debẽt communicare. Facta igitur cõmunione ſtatim ante collectam ſiue orationem cantantur veſperę cum uno pſalmo duorum verſuum, ſcilicet Laudate Dominum omnes gentes, & cum hymno, videlicet Magnificat, dicunturque ambo ſine Gloria patri. Breuiores ideo ſunt veſperæ, ne neophyti qui diuinis nondum aſſueuerunt, aliquo officij tedio afficiantur. Gloria patri ob eam cauſam nõ dicitur, quòd filius qui tertia in Trinitate perſona eſt, nondum nobis ſit redditus. Sed ideo quoque veſperæ ante orationem miſſæ decantantur, ne finita miſſa populus videatur habere redeundi facultatem, quaſi amplius nihil debeat expectare. Ve ſanè idcirco una oratione totum abſoluitur officium: quoniam baptiſmi ſacramentum vniuerſum in Chriſti paſſione conſumatur.

De

De tempore regreſſionis.
Cap. 112.

DIctum eſt hactenus de duobus temporibus reuocationis nimirum & deuiationis. Nunc verò ſequitur tempus ipſum regreſſionis, non quidem ordine temporum, ſed ratione officiorum. Hoc itaque tempus uocatur Paſchale, ſignificatque tempus illud quod futurum eſt poſt diem iudicij. Quoniam tum temporis ad uitæ patriam quam per Adamum amiſimus, propitiante Deo regrediemur. Cognoſcendum tamen eſt, primam huius temporis ſeptimanam communem eſſe & huic tempori & præcedenti. Pertinet enim tota ad Septuageſimam, vt ſuprà dictum eſt. Vnde profectò illud eſt, quod tractus, qui in ipſo ſabbato Paſchæ canitur & graduale per totã illam ſeptimanam cantentur, quæ laborẽ nobis indicant. Duo etenim illa reſpectu cantantur. Quadrageſimæ: Alleluya verò & cætera cantica lætitiæ, propter tẽpus regreſſionis. Dicitur autem hæc ſeptimana Paſchalis, quæ à Paſchate, primo huius temporis die, ſic denominata eſt.

De Officio huius temporis.
Cap. 113.

VT ergo temporis huius officium commodè tradamus, & à primò die incipiamus, neceſſe eſt videamus primò de ipſo nomine, eiuſque ratione & cauſa, ac deinde de ipſius diei officio, Vocatur dies hic Paſcha ſiue reſurrectio Domini. Eſt autem Paſcha Græca vox diciturque nobis tranſitus, non paſſio vt plerique arbitrantur. Hebraicè verò dicitur phaſe. Sed ideò diem hunc Græco nomine, & non Hebraico appellamus, licet Hebraica lingua dignior ſit, vt non ſolùm in alijs, verùm etiam ne in nomine quidem videamur iudaizare. Propter hanc eandem cauſam, & Paſcha & Pentecoſtes, quas ipſi celebrant, in noſtris calendarijs certo die non annotantur: nec vnquam eas illo tempore celebramus, quando illi, ne eos in aliquo imitemur, neue hic rurſus quoſdam ſequamur hæreticos, qui dicebant Euangelium non poſſe ſufficere ad ſalutem ſine cæremonijs legalibus. Vocamus autem diem hunc Græco potius vocabulo quàm Latino, quia Græca lingua olim apud Romanos tantæ fuerit authoritatis, vt dies ſolennes, ac dignitates ſuas Græcis nominibus vocarent, vt Paſcha, Pentecoſte, ὑπαντὴ, Epiphania, Apoſtolus, Epiſcopus, Archiepiſcopus &c. Vel dici poteſt iuxta Auguſtinum nomen hoc Paſchæ diuina conſtitutione compoſitum fuiſſe à Græco verbo τȣ̃ πάσχειν quod pati interpretatur, & hoc nomine Hebręo Phaſe, quod ſi Latinè reddatur ſonat tranſitum. Rectè enim duo hæc nomina πάσχειν & Phaſe conueniunt in hoc nomine Paſchę tam ſecundum ſignificationem, quàm ſecundum voces. Secundum quidem ſignificationes quoniam in paſſione Chriſti fuit tranſitus. Per paſſionem enim Chriſtus tranſiuit à morte ad vitam, & fecit nobis viam credentibus in reſurrectione eius, vt tranſeamus & nos de morte ad vitam. Quare non immerito nomen hoc vtriuſque nominis habet ſignificationem, atque ita artificiosè etiam in re complectitur ſignificationẽ eius vocabuli latinam, ut ex duabus linguis fiat tertia, nempè Latina. Appellatur enim Paſcha ipſa dies reſurrectionis. Verùm tempus Paſchale dicitur à dominica in Ramis Palmarum vſque ad octauam Paſchæ, ita tamen, ut dominica in Ramis Palmarum appelletur minus Paſcha, quia tunc inducebatur agnus, qui ſexta feria debebat imolari. Propriè uero dicebatur Paſcha dies quo agnus imolabatur. Modo de cauſa nominis dicendum eſt. Vocatur autem tempus hoc Paſcha ſecundum hiſtoriam, tropologiam, allegoriam, & anagogen. Et quidem ſecundum hiſtoriam, quoniam populus Iſraeliticus quando primum celebratum eſt Paſcha, tranſiuit per mare rubrum, cùm ex Aegypto egrederetur. Vel quando angelus ille exterminator per Aegyptum tranſiuit, interfecitque totius Aegypti primogenita ab homine uſque ad pecus, ad illas domos pertranſiens in quarum foribus non inueniebat ſanguinem agni, in formam literæ huiuſmodi. T. Secundum allegoriam, quandoquidem hoc tempore per baptiſmum eccleſia ab infidelitate tranſijt ad fidelitatem. *Pſal.* 134

Universidad de Deusto Biblioteca

fidelitatem. Dicitur enim allegoria alie niloquium, vel potius inuersio, quum aliud verbis, aliud sensu ostendimus. Secundum verò tropologiam, quoniam hoc tempore per confessionem transimus à vitijs ad virtutes, diciturque tropologia, quasi sermonis ad mores conuersio. Denique secundum anagogen, quia Christus nunc à mortalitate ad immortalitatem transiuit, fecitque vt quemadmodum iam resurrexit, nos in vltima & vniuersali resurrectione ex hac mundi miseria ad æternam beatitudinem transiremus. Nam & illi qui in inferno erant tunc transierunt, idque ab inferno ad portam paradisi. Dicta est autem anagoge ab ἀνὰ sursum & ἀγωγὴ, id est ductio quasi sursum ductio. Volente enim Deo à mortalitate transibimus ad immortalitatem, qui transitus subtilis & excelsus est. Sic enim in hoc nomine Hierosolimæ quatuor ista possunt inueniri: historia, quemadmodum de ea ciuitate ad quam pergunt hospites & peregrini: allegoria, vt est ecclesia militans: tropologia vt quæuis anima fidelis: anagogæ denique, vt Hierosolyma cœlestis. Intellige tamen Christi transitum anagogicè non allegoricè in prædictis scilicet Pascha & cęteris. De officio autem huius primæ septimanæ generatim dicimus ad nocturnos nocte tres duntaxat psalmos cum tribus antiphonis, tres item lectiones cum tribus responsorijs, idque ex homilijs tantùm dici debere. Cæterùm in quibusdam ecclesijs ad vnum quodque responsum annectunt Gloria patri. Fit etiam in plerisque ecclesijs, vt cantato vltimo responso, cum candelis cæreis & solenni processione eant ex choro ad locum quendam ubi imaginarium sepulchrum compositum est, in quod introducuntur aliquot in personis mulierũ, & discipulorum Ioannis & Petri, quorum alter altero citiùs repertitur, sicut Ioannes velocius cucurrit Petro: atque item alij quidam in personis angelorum qui Christum resurrexisse dixerunt à mortuis. Quo quidem facto personæ eæ redeunt ad chorum referuntque ea quæ viderint & audierint. Tunc chorus audita Christi resurrectione prorumpit in altam vocem, inquiens: Te Deum laudamus. Ad primam verò nonnulli dicunt tota hac septimana psalmum hunc. Confitemini Domino quoniam bonus, quòd præcipuè de Christi resurrectione agit. Symbolum autem Athanasij: Quicunque vult &c. toto illo tempore non cantatur, quoniam maximè pertinet ad fidem. Sed hoc tempus indicat octauam ætatem, vbi non fides erit, sed res, vbi non figura erit sed veritas. Paulò tamen aliter in quibusdam ecclesijs solet fieri, vt in nostra Parisiensi. Sed animaduerte quòd cùm Credo in vnũ Deum perinde fidei sit Symbolum, ad missam tamen legatur & quòd illud quidem fiat ad instructionem neophytorum in articulis fidei. Aliud verò symbolum quod minus appellatum est, ad primam planè subticetur ob suam significatione. Nam cum venerit quod perfectum est, tum perimetur id, quod ex parte constat. Præterea animaduerte hanc solennitatem vsque adeò esse magnam, vt per antonomasiam atque excellentiam vocetur solennitas solennitatum.

Quæ circa hoc tempus sint obseruanda.
Cap. 114.

POst hæc priusquàm cætera prosequamur de quibusdam quę huc consideranda veniunt, oportet paucis tractemus, videlicet de ornatu templi, de reconciliatione proximi, de modo salutandi de veneratione huius temporis, de mensa corporis & postremò de quadam libertate decembris. Ac templum quidem aliud, vt diximus, est materiale, aliud spirituale. Materiale est, quod ex lignis, cæmentis, saxis lapidibus & cæteris ædificandi materijs confectum est: spirituale verò, nos sumus. Vtrumque circiter hoc tempus mundandum est, vtrunque ornandum & poliendum. Necesse enim est, vt hoc tempore ad balneas veniamus, non vtique ad voluptatem, sed ad eius rei declarationem, vt per extrinsecam corporis ablutionem interiorem animæ purgationem fieri debere intelligamus. Exigit præterea tempus hoc vt barbas radamus ac tonsuras & coronas, quas in vertice capitis gestamus, capillosque demamus. Abrasio enim capillorum & barbæ, quæ ex superfluis stomachi nascuntur humoribus vt

vt vngues ex superfluis humoribus cordis, significat, quòd debeamus vitia & peccata quæ nobis sunt superflua, resecare. Capillos vltra aures demere debemus. vt quinque corporis sensus expeditos & promptos ad seruiendum Deo habeamus. Sed ideò summitatem capitis radimus, quò per hoc nihil inter nos & Dominum esse demonstremus. Oportet ergo hic mundas & solennes induamus vestes, maximeque candidas depositis nimirùm nigris & pœnitentialibus. Indicat enim tempus hoc secundam illam resurrectionem, qua nos stolam salutis vel glorificationis corpore induemus, & animo stolam iustitiæ. Vel etiam propter renatos, qui albis vestibus tunc sunt induti. Vel denique ob angelos, qui in resurrectione Domini albis vestibus apparuerunt.

De ornatu templi materiali.
Cap. 115.

DE emundatione materialis templi superius dictum est. Nunc uerò de ipsius ornatu exponamus, qui triplex est, in ornandis parietibus in choro & in altari. Ad parietes quidem sunt appendendæ cortinæ, aulæa, & pallæ sericæ. In choro habenda sunt dorsalia tapeta sedilia clericorum. Sunt autem tapeta tegmina uarijs coloribus depicta, quæ præcipuè sub episcoporum pedibus sternuntur, quòd mundana pedibus penitus calcare debeant. Sic & uelamen adesse debet, quod ante crucifixum remouetur, retro quem ponitur pallium, quòd quæ prius erant operta ante Christi passionem, modo manifestentur. In quibusdam locis crux in altum erigitur cum uexillis, quæ per Christi uictoria designatur. Altare quoque suis ornamentis decoratur, ut crucibus ordine collaris, capsis testibus Euangelicis, Philacterijs. Est tamen discrimen inter philacterium & philacteriam. Philacterium enim chartula est, in qua decem legis præcepta scribebantur, cuiusmodi chartas solebant ante suos oculos circunferre Pharisæi in signum religionis. Vnde in Euangelio, Dilatant enim philacteria sua, & magnificant fimbrias. Atque hoc quidem philacterium à φυλασσω, id est, custodio, dictum est, & thoral, quod est lex. Philacteria, autem philacteriæ, uasculum est uel argenteum, uel aureum, uel etiam Christallinum, in quod sanctorum cineres, & reliquæ reponuntur. Porrò autem tres sunt causæ quamobrem ecclesiæ thesaurus in magnis solennitatibus in apertum proferatur. Et primò sanè propter cautelæ considerationem, ut appareat, quàm cautus ille fuerit in seruando qui istum seruare debuerit: Tum uerò propter solennitatis uenerationem: tandemque ob memoriam oblationis, quo uidelicet in illorum offeratur memoriam qui istiusmodi bona ecclesiæ prius obtulerunt. Ante altare dependi oportet pulchrum aliquod uelamen, nimirùm palliũ, uel ei simile quidpiam, seu tabula uel aurea si habeatur. Ante quod quidem ornamentum in nonnullis magnis ecclesijs uelamenta trium colorum poni solitum est, unum rubrum, alterum subalbum, tertium nigrum: quæ tria significant tempora. Paschate enim quum prima lectio finita est cum suo responsorio uelamen nigrum, quod tempus ante legem indicat, remouetur. Postquàm uerò secunda cum responsorio absoluta est, remouetur uelamen candidum, per quod tempus sub lege exprimitur. Ita demùm & tertia lectione finita ac responsorio deponitur uelamen rubrum, quo tempus gratiæ significatur, in quo per Christi passionem ad sancta sanctorum, id est, ad æternam gloriam nobis patet aditus.

De reconciliatione proximi.
Cap. 116.

SEquitur de reconciliatione proximi: Cùm enim illo die communicare omnes debemus, si cùm aliquo discordes fuerimus necessariò opportet ut ipsum nobis reconciliemus. Alioqui certè iudicium nobis sumeremus, quod eleganter à minori probari potest iuxta illud Euangelicum: Si offers munus tuum & cætera. Vnde est, quod sacerdos diebus dominicis postquàm concionem absoluerit, teneatur populo orationem dominicam, & fidei articulos uernacula lingua exponere. Ex qua etiam causa fit, quod oratio dominica alta uoce in missa cantetur, ut omnes eam addiscant, & hinc ad concilia

conciliationem proximi admoneantur. Tota hac Paschali septimana æquum foret, vt nisi aliter modò vsus obtineret, hoc pacto vnumquemque salutaremus, videlicet: Resurrexit dominus, & qui ita salutatus esset, responderet Deo gratias, datis sibi mutuò osculis in signum dilectionis & charitatis.

De veneratione huius temporis. Cap. 117.

VErò nunc quoque de veneratione huius temporis pauca dicamus. Vsque adeo tempus hoc veneran dum & colendum est, vt omnia ergastula & operatoria & officinas tã mulierum quàm virorum occludere debeamus, ac nulla venalia exponere, exceptis illis sine quibus cœnari non posset. Præterea oportet nos latomias & cætera genera carcerum relaxare, & captiuos com muni aeri restituere integra hac septimana, vt gaudio nostro nobiscum communicent. Sunt autem latomiæ lapidicinæ, in quibus cæduntur lapides, & ad quas damnari solebant ij qui in opus metalli damnabantur. Tametsi quidem & pro quouis carcere accipi possit, vel quod Romæ huiusmodi latomia in carcere prope Tullianum fuerit, vel quòd lingua seculorum latomia Syracusis carcer appellabatur. Seruos autem & ancillas ac omnes qui no stro seruitio sunt addicti, profectò ab omni seruitutis seueritate eos hoc tempore laxare debemus, quemadmodum etiam nostros pastores, siue sint equorum, siue porcorum siue armentorum, siue etiam ouium & caprarum, vt liberè & securè omnes possint ad audiendum diuinum officiũ conuenire, & communicare. Inhumanum quoque est hoc tempore debita à debitoribus exigere, ita vt vel hinc tum temporis pascua communia esse dicantur.

De mensa corporis. Cap. 118.

NIhil quod non sit à sacerdote benedictum, hoc die Paschatis comedere debemus. Vnde etiam nunc in quibusdã regionibus pro more receptum est, vt in magno vase omnia quæ velint illo die comedere fercula ad ecclesiam deferant, in cuius atrio & vestibulo à sacerdote cum cruce & aqua lustrali, quam benedictam dicimus, in sacris vestibus benedicuntur. Posteà verò sacerdos aliquid sibi de singulis ad suam necessitatem sumit. Et certè nullus quouis die quicquam vel edere vel bibere deberet, quod non ante sit benedictum, vnde beatus Hieronymus de quadam moniali recenset in eo libro, cui Vitas patrum titulum fecit: Cùm enim illa forte fortuna in ortum suum iret, & lactucas absque benedictione comederet, simul etiam Diabolum qui sub eas sese abdiderat, imprudens deglutijt, qui multo tempore eam acerbè vexauit. Debet autem quiuis homo hoc die tria potissimum exercere, misericordiam videlicet, liberalitatem, & sobrietatem; Misericordiam, vt egenos & vagabundos ad se suscipiat, eisque misericordiæ opera exhibeat, & illis aliquid iuxta quod in lege præceptum est, mittat, qui nihil sibi aut coxerunt, aut præpararunt. Liberalitatem verò maximè hoc tempore quemque exercere oportet, vt si abundat, vicinis & amicis suis quippiam impartiatur. Sed & sobrietatem ideò, quòd debea mus illo die magis sobriè comedere, vt sibi quisque parcus sit, alijs verò largus. Obseruet ergo quilibet misericordiã quã tùm ad pauperes, liberalitatem quantùm ad amicos, & sobrietatem quantùm ad seipsum.

De parvo prandiolo. Cap. 119.

EXponendũ modò est de paruo quodam prandiolo, quod fieri debet ante magnum prandium in Paschate quãdo communicatum est. Statutum enim est in quibusdam ecclesijs, & vbique terrarum sic deberet fieri, vt illo die panis & vinum in ecclesia habeatur, & cùm homines communicauerint, detur statim vnicuique panis buxea priusquàm recedant, & paululùm vini, ne fortè quippiam de sacramento in ore remanserit, quod expuendo facilè emitti queat. Posset enim facilè contingere, si non statim comederetur. Quæ sanè laudata consuetudo omnibus probatur, sumpsitque originem

ginem ex institutione beati Benedicti. Instituit namque vir ille sanctissimus ob eandem causam, vt illi, qui alijs fratribus debent in prandio post communionem ministrare, aliquid prius comederent. Atque hoc quidem prandium mixtum appellari solet. Debent autem singulis diebus religiosi communicare, qui vel pomum, vel aroma aliquod, vel tale quippiam saltem comedere debent, quod nauseam compescat. Eadem etiam consideratione statuit ecclesia vt missæ tribus certis horis pro dierum qualitatibus celebrarentur. Tertia videlicet hora diebus festis, sexta profestis, & nona in ieiunijs, vt absoluta missa, & peracta communione, statim accedatur ad prandium, ne prædictam causam incurrant hi, qui communicauerunt. Dixi his tribus horis, quia his celebratis licet prandere pro qualitate dierũ, & nõ prius. Si autem fortè cõtingat, vt vel hoc die vel quocunque etiam alio, sacramenti aliquid è calice excidat, sciendum est, si de corpore fuerit, quod sumi oporteat: Si uerò de sanguine super pãnum ceciderit, quod debeat illud omne lambi quantum fieri potest, & si pannus iste lauandus sit, lauetur in piscina. Sed si super lapidem vel lignũ ceciderit, debebit omninò eradi, & quod abrasum est comburi, ac cinis ille sub altari recondi. Idem faciendum est si simile quippiam nausea acciderit. Animaduertamus ergo hic, quod ob duas præcipuè causas aliquid lauatur, nempè propter veneationem sacramenti, sicut sacerdos lauat manus quando sacramentum tetigit, & propter immundiciam, vt quod immundũ est, mundum efficiatur. Idemque & illud animaduertamus, decretum fuisse in quodam Cõcilio Pictauiensi. vt nullus vnquã sine lumine aut cõmunicaret aut missam celebraret. Proinde cum eo quod statim diximus, obseruemus neque laicum neque sacerdotem debere post communionem in talem locum expuere, quo sputum istud facilè posit cõculcari, videlicet ante comestionem. Vbi etiam diligenter cauendum est, ne in locum immundum & impurum expuatur. Quod autem hic quæritur, quẽadmodum canõ dici debeat, citone an tardè? respondemus verba debere cito pronunciari, sed tamen discretè. Et cur obsecro cito? ne videlicet muschæ uenientes auferant suauitatem unguenti. Quod quidem constat etiam ex ueteri testamento in Exodo, ubi hoc pacto dicitur: Comedetis festinanter. Dictum est enim illud de imolatione agni. *Exod. 12*

De quadam libertate Decembris. Cap. 120.

REstat ut de eo nunc agamus, quod ultimo loco in partitione superiori propositum fuit, nimirùm de quadam libertate Decembris, quæ hoc tempore in quibusdam locis obseruatur. Sunt enim nonnullæ ecclesiæ, in quibus usitatum est, ut uel etiam Episcopi uel Archiepiscopi in cœnobijs cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum pilæ demittant. Atq; hęc quidem libertas ideo dicta est Decembrica, quod olim apud ethnicos moris fuerit, ut hoc mense serui & ancillæ & pastores uelut quadam libertate donarẽtur, fieretq; cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium. Quanquã uero magnæ ecclesiæ, ut est Ramensis, hãc ludendi consuetudinem obseruẽt, uidetur tamen laudabilius esse non ludere. Notandũ quoq; est in plerisq; regionibus secũdo die post Pascha mulieres meritos suos uerberare, ac uicissim uiros eas tertio die quẽadmodum licebat seruis in decẽbris dominos suos impunè accusare. Quod ob eã rẽ faciunt, ut ostẽdant sese mutuo debere corrigere, ne tempore illo alter ab altero thori debitum exigat. Vnde sciendũ est in Cõcilio Elibertino sub Siluestro Põtifice huiusmodi decretũ fuisse: ut uir & uxor quando deberent cõmunicare, tribus diebus antequam cõmunicarent: ab amplexibus abstinere, & posteà itẽ tribus sequentibus ad minimum, uel quinq; uel septẽ, propter septẽ dona spiritus sancti. Quod sanè decretũ sumptum est ex libro Regum, idq; ex eo loco ubi dicitur Dauid fugiẽs à facie Saul uenisse Nobe, ad sacerdotẽ Abimelech, & petijsse ab eo cibum. Qui cũ non haberet, quod ei daret, nisi panes propositionis, quos non licebat nisi sacerdotibus comedere, & illis etiã mundis, quum postularet tamen illos sibi dari Dauid: Sunt, inquit, pueri

pueri tui mundi? Cui Dauid respondit, si de mulieribus quæris, ab heri & nudiustertius abstinuimus. Alij autem codices sic legunt: Si pueri tui sunt mundi, maximè à mulieribus, manducent. Quasi diceret: Necessitas non habet legem. Si tamen excoitu sunt immundi, ne in necessitate quidem eis dabo. Et inquit ad eum Dauid: Ab heri & nudiustertius nos continuimus, & sunt vasa puerorum sancta, id est, corpora, in quibus continentur animæ vel ipsi pueri. Porrò via polluta est, sed hodie sanctificabitur in vasis. Quasi dicat: Fortè in via hac aliquid immunditiæ contraximus, sed munditia corporum sufficit ad eam mundandam. Nec verò dico, quod si vir ab vxore thori debitum postulet, quod huic illa non reddet, sed debet ipsum placidè monere ne exigat. Si verò instet, nec vllis monitis acquiescat, persoluat, ne exigenti fortè hinc magis peccare accidat, quemadmodum non ita pridem quibusdam Germanis fertur euenisse. In Germania enim quum castè integra quadragesima viuentes vir & vxor seorsum cubuissent, fortè fortuna Paschali nocte cùm ad matutinas surrexissent, mulier exegit debitum. Quam diligenter vir corrigens cùm nihil bonis admonitionibus proficeret, promisit se illud facturum, quod peteret simulatque reddiret, & sic ad matutinas abijt. Illa verò quasi furibunda domi remansit, & accessit iuuenem quendam sui mariti fratrem, in eadem domo dormientem, petens ab eo vt se cognosceret. Qui nolens ei acquiescere, tum propter temporis venerationem & sanctitatem, tum propter incestum, quod illa impudenter petebat, prorsus se facturum denegauit, atque iterum hic obdormiuit. Tum mulier ob repulsam, quam passa fuerat, vehementius ardens, dormientem iuuenem obtruncat. Viro autem redeunti domum omnem rem narrat ordine, inquiens: Hujus mali tu authores, qui hæc me facere coegisti. Proindè longam multamque ambo egerunt pœnitentiam, nec ideò sunt separati. Quare hac in parte intelligendum est, virum mulieri in omnibus præesse, & in mulierem omne habere imperium exceptis genitalibus, in quibus vtrique par est & dominium & imperium. Vnde dicitur: Vir non habet potestatem suæ carnis, sed mulier, nec mulier sui corporis, sed vir, hoc est genitalium, sic enim exponit Augustinus. Hinc etiam est, quod sacerdotes non habeant mulieres. Si enim haberent, quotiescunque ab ijs debitum exigerent, istud soluere tenerentur, & sic non possent infra tres dies sequentes altari ministrare. Ac sciendum præterea est, quod tribus diebus Pascham sequentibus planè sit feriandum, sed quarto die liceat viris rustica exercere opera, fœminæ autem debeant à nendo abstinere. Magis enim sunt necessaria ea, quæ ad agrorum culturam pertinēt quàm ista alia. Vnde Gregorius: Melius est, inquit, fodere & arare die dominico, quam ducere choreas. Ex hoc sanè fieri dicimus, quod singuli isti dies propria & peculiaria habeant officia & propria responsoria, alia autem non item, sed quasi per quandam accommodationem. In hac porrò septimana nihil legendum est ex veteri testamento, sed quælibet dies sua habet officia. Nec cantandum etiam est: Quicunque vult, quia hoc tempus significat futurum illud tēpus, quod ad fore post resurrectionem credimus quando omnis fides, omnis spes omnino destruetur. Post officium autem hic versiculus dicitur, scilicet: Domine probasti me & cognouisti me, & quidam tacent: sessionem meam. Sed tamen vtrunque dici potest, quo indicatur duplex in Christo natiuitas. Bifariam prima cantari potest, aut breuius, aut prolixius. Prolixius quidem, cum plena esse dicitur, fitque in lætania & cum precibus. Breuius autem, quum minus plena esse appellatur, ac fit vel tantummodò cum precibus & sine lætania, vel sine lætania ac sine precibus. Atque hæc est, quam hisce diebus canimus sine precibus, & omninò breuius quam alio tempore. Magna item in communicandis cautione opus est: vt videlicet sacerdòs prius audiat confessionem eorum, qui sunt communicaturi, & si quis aduersus fratrem suum odium vel crimina le aliquid habeat admonendus prius est ne communicet an quam fratri suo reconcilietur. Sed si huiusmodi aliquis se cum alijs imprudenter ingerat, non est ei negandum nec agendū, vt

vt quidam agunt, qui hostias habent & cō secratas & non consecratas, ita vt si aliqui accesserint, qui fraternum odium exercuerint, vel aliquid criminale, communicent de non consecratis, verum eos grauiter peccare satis manifestum est. Fallunt enim eos: quanquàm non minus, imò magis peccant alij, qui sumunt, cum spontè & voluntariè rei sint. Nam putant se verum corpus sumere, & non pertimescunt illud sumere indignè. Debet ergo sacerdos panem habere consecratum, vt si tales accesserint illo etiam pane communicent. Quatuor autem modis communicatur in ecclesia, vel sumendo corpus Domini, vel pacem dando, vel benedictionem accipiendo, vel etiam sub finem missæ cum dicitur: Humiliate vos ad benedictionem. Quod ideo institutum est, vt si quis hoc modo non communicet, saltem illo. In primitiua enim ecclesia præceptum erat, vt singulis diebus corpus Domini sumeretur: postea verò crescente numero fidelium: vt singulis diebus dominicis. Vnde etiam nunc in Græcia sub anathemate ponitur, qui à tribus diebus dominicis non communicauerit. Modò autem nos tenemur in tribus solennitatibus, nimirum Paschate, Pentecoste & Natali. Appellatur autem prima illa solennitas Paschæ, agnus & transitus, salutandumque eo tempore est, hoc modo: Resurrexit Dominus. Sic & eodem die in principio missæ populo est concionandum, vel post Euangeliū, & admonendi sunt discordes ad concordiam. Ob quam quidem causa fieri putatur, vt cùm dominica oratio in prima dicitur voce submissa, alta & expressa eadem pronuncietur in missa, vt vel eo pacto adhortentur qui in fraterno sunt odio, & ad concordiam discordes excitentur, antequam communicent. Nunquam etiam magis indigne corpus Christi sumi potest, quam ad eum modum.

Expositio quorundam, quæ cùm circa hoc tempus, tum alibi etiam obseruantur.

Cap. 121.

QVamobrem autem Episcopi & alij Ecclesiastici ferijs hisce Paschalibus ludere possint, modò expositum est. Sed deinceps vt & alia nonnulla, quæ cùm hic tum alibi fiunt explicemus, hinc ordiemur, videlicet apud quosdam hoc tempore aquarum fieri dimensiones, ne quia tota Quadragesima vigilauerunt, his sanctis diebus velint dormire. Induimus autem hoc etiam tempore albas vestes, tum quòd pueri regenerati eas habeant, tum quòd eo die angeli in albis visi sint. Ob causas supradictas tacetur: Quicunque vult, & canitur, Credo in vnum Deum. Animaduerte hic obiter, si forsitam vinum in calice congeletur, sacerdotem debere tantisper exhalare, donec glacies resoluatur. Quòd si verò non possit eo modo resolui, necessarium est vt igni apponatur. Sed si quid casu in calicem ceciderit, siue nimirum musca siue aranea, certe quicquid illud est, omne istud sacerdotem deglutire oportet. Proinde uerò sabbatum sequens in albis appellatum est, idque ex ueteri consuetudine, quum eo die nigras uestes omnino deponebant atque induebant albas, sed hoc nō nulli faciunt in sabbato Paschæ. Statim autem dominico sequente nouem lectiones cantandæ sunt, unde & historiam habent uidelicet: Dignus es Domine. Sic enim fit Romæ. Nec his diebus flectenda sunt genua, sed recte orandum est: quia, ut inquit Ambrosius sub finem Lucæ: Mulieres uenerunt ad monumentum, nec flexerunt genua, sed recte inspexerunt sepulchrum. Nota interim non debere in festo beatæ Mariæ Annunciationis sequentiam, quam etiam Prosam appellatam esse diximus, cantari, etiam causa deuotionis, nec vnquam nisi canatur Alleluya. Moris enim fuit, vt post Alleluya cantaretur neuma. Nominabatur autem neuma cantus, qui sequebatur Alleluya. Postea verò quidam Papa instituit loco neumæ dici sequentiam, quæ quod Alleluya sequatur, sic appellata videri potest. Conceditur nihilominus, vt hoc tempore aliquis genua flectat, modò id non apertè, sed secretò faciat, & ieiunet etiam qui velit. Nam, vt ait Hieronymus, vtinam possumus omni tempore ieiunare. Sunt autem prohibitæ in ieiunio carnes, quemadmodum & oua, caseus, lac, quòd, vt idem putat Hieronymus, hæc omnia sint carnes liquidæ.

Beatus

Beatus tamen Benedictus permisit oua, lac & caseos comedere, vt quamuis libidinis quædam sint incitamenta, ad maiorem tamen coronam & victoriam comedantur. Verùm eis qui ieiunant pisces permissi sunt, sed, vt ait Hieronymus, piscicuili pauci, quo facilè intelligitur, quòd & parui & pauci esse debeant. Dicitur autem tempus hoc Quinquagesima, quod per tempus istud significetur tempus iubilei, quo plena erit libertas, & nostra nobis reddetur hæreditas. Vnde profectò & Alleluya cantamus. Verùm genua non flectimus, imò stantes oramus, nisi in lætanijs. Ad postremum autem animaduertamus Pascha Iudæorum fuisse figuram nostri Paschatis, & nostra vicissim significare Pascha futurum, quod erit in fine mundi. Quòd vt pateat sciendum est duo esse opera Dei, scilicet opus creationis, & opus recreationis. Opus creationis fuit in principio, cùm Deus mundum & omnia quæ in ipso continentur, creauit. Opus verò recreationis fit quotidiè, sed Deus illud maximè exercebit in die iudicij, quando omnia innouabuntur. Tempori vtriusque operis nostrum Pascha conuenit & concordat. Et quidem tempore creationis, quia tunc angeli Dominum laudauerunt, vnde dictum est Iob: Vbi eras cum astra matutina laudarent me, & omnes filij Dei iubilarent ante me. Sic & nos in nostro Paschate renati, Alleluya laudando Dominum cantamus. Tempus verò recreationis pari ratione nostrum Pascha è vestigio repræsentat. Tres enim illi dies qui Pascha præcedunt, indicant tempus Antechristi, cui tres reges manus dabunt, quique posteà per eos septem sibi regna subijcient, & decem regna eius imperio inseruient. Nam apud nos quemadmodum illo tempore, videlicet ipso die cœnæ pœnitentes in ecclesiam recipiuntur, eodemq; die pedes, qui sunt corporis Christi extrema pars, lauantur: ita & Iudæi aqua baptismatis extremo tempore mundabuntur. Vnde Reliquiæ Israel saluæ fient. Die verò Parasceue passio recitatur, sicut & tunc ecclesia maximè persequetur. Tunc enim soluetur Sathanas, qui à passione Domini ligatus in inferno detentus fuit, vtque hoc die cymbala non pulsantur, sic tunc concionatores siue prædicatores conticebunt. Quare & in tenebris Benedictus alta voce canitur, quia tum temporis Antechristo interfecto multi gaudebunt, ita ut ignis qui in tenebris modò videbatur penitus extinctus & posteà elicitur, significet, quod nimirum illo tempore in ijs in quibus spiritus sancti ignis videbitur extinctus, rursum relucescet. Sic in sabbato baptizantur pueri, & tunc baptizabuntur Iudæi. Ipso die Resurrectionis in persona Christi cantamus: Resurrexi & adhuc tecum sum, sed tunc dicemus illud ipsum in persona nostra, quando resurgentes transibimus ex hac mortalitate ad immortalitatem. Debent ergo in octauis Paschæ nouem dici lectiones ex Apocalypsi, quod ostenditur per responsorium, Dignus es Domine. Ideo enim responsorium nominatur, quia vt iam sæpè dictum est, lectioni quæ præcessit, debet respondere. Nec est quod quis obijciat in ætate qualibet dominica responsorium dici de Trinitate, quum tamen de ea nulla lectio recitetur. Fuit enim illud ita in primitiua ecclesia institutum: vt videlicet singulis diebus dominicis diceretur & lectio nona & responsorium de Trinitate. Sed quia lectio illa in dissuetudinem abijt, tantummodo responsorium remansit. Toto tempore Paschali non debemus flectere genua, nec ex necessitate ieiunare. Sed ex pietate & deuotione vtique, vt diximus, licitum est. Nam tempus hoc Paschale octauam significat ætatem, in qua erit perfectum gaudium omnibus sanctis. Vnde est, quòd hic non ieiunamus, nec genua flectimus, sed stante oramus, ac delicatius & lautius comedimus, nisi in duabus lætanijs, de quibus hic agendum est.

De lætanijs. *Cap.* 122.

PRimò ergo videndum est quid sit lætania: secundò quum sint duæ lætaniæ, quare vna dicatur maior, altera minor: tertiò quamobrem fuerint institutæ: quartò quemadmodum in his ieiunandum sit & vestiendum: quintò & vltimò quid populus in lætania debeat cantare. Lætania interpretatur latine supplicatio siue rogatio. Supplicatio dicitur, quia tunc Deo supplicamus, vt à morte subitanea & ab omni aduersitate nos defendat. Rogatio appellatur, quia tunc sanctos rogamus, vt pro nobis ad Dominum intercedant. Duæ sunt lætaniæ, maior & minor. Maior fit in festo beati Marci Euangelistæ. Dicitur autem maior, tum authoritate institutionis, quòd eam instituit Gregorius Papa eius nominis primus, qui & magnus Gregorius dictus est: tum authoritate loci. Fuit enim instituta Romæ, & publico decreto sancitum vt vbique celebraretur. Alia lætania nominatur minor, qui à minori instituta fuit, scilicet à beato Mamerto Episcopo, idq; Viennæ. Atque hæc non celebratur nisi in ecclesia Cisalpina. Quare autem fuerit instituta prior lætania, hanc reddit causam Paulus Montiscasinij monachus Lõgobardorum historiographus. Nam, vt inquit ille, tempore Pelagij Papæ tanta fuit aquarum inundatio in vniuersa Italia, vt aqua ascenderet ad superiores vsque fenestras templi beati Zenonis, quod erat Veronæ, nec tamen miraculose aqua templũ influit. Ex qua inundatione per Tyberim affluxit in agros multitudo serpentum, inter quos extitit maximus draco, & omnes per duo ostia Tyberis intrarunt mare. Ex horum serpentum venenatu affiato & maximè istius draconis, corruptus est aer, & infectus usque adeò, ut inde grauissima pestis inguinaria nata sit, quà homines passim moriebantur. Tum Pelagius Papa indixit ieiunium, & præcepit vt processionem instituerent, quod ita factum est. Sed in ipsa processione ipsemet cum septuaginta alijs expiranit. In eius autem locum institutus est Gregorius magnus, qui huiusmodi lætaniam vbique terratum obseruari præcepit. De secunda lætania quæ per triduum celebratur, ait Gregorius Episcopus Turonẽsis, quòd tempore beati Mamerti Viennæ & circa Viennam fiebant crebrò terræmotus & tanti etiam, vt vel maximæ domus & multæ ecclesiæ inde collapsæ sint & corruerint, quæ tempestas toto anno durauit. Sic etiam sabbato Pascali dum ipse Mamertus diuinum celebraret officium, igne cœlitus demisso combustum est ciuitatis palatium. Præterea bestiæ, vt lupi & apri ex syluis in ciuitatem exibant, atque homines deuorabant. Pro his ergo incommodis beatus Mamertus triduanum indixit ieiunium, ad similitudinem Niniuitarum, præcepitque vt processionem facerent, vt quemadmodum illi per triduanum ieiunium vrbis euaserit subuersionem, ita hi liberarẽtur ab istiusmodi aduersitatibus, quod ita factum est. Gregorius autem ille, cuius paulò antè mentionem fecimus, legitur statuta fuisse admodum exigua, vsque adeò vt quum fortè Romam veniret, omnes ipsum parui penderent, atque ipse etiam Papa miratus fuerit, quòd tam paruus homuncio factus esset Episcopus, ad quem ille honestè respondit: Ipse Deus fecit nos, & non ipsi nos. Simile quippiam dixit beatus Hilarius cuidam ipsum vocanti gallum: Non sum, inquit, natus Gallus, sed ex Gallia. & tu es Leo, sed non ex tribu Iuda: sic enim vocabatur.

De institutione & modo lætaniarum. *Cap.* 123.

INstituit igitur beatus Mamertus, ut singulis annis hæc lætania tribus diebus continuis in ecclesia Cisalpina celebraretur. quod ita Romæ fuit canonizatum. Papa etiam Liberius instituit ut pro fame, pro bello, pro peste, pro clade, & huiusmodi aduersitatibus imminentibus semper lætanias faceremus, ut sic illa per supplicatione, orationes & ieiunia euitaremus. Vocantur autem hæ processiones lætaniæ Græco uocabulo propter authoritatẽ Græci sermonis, sicut Pascha & Pentecoste. In his lætanijs ieiunandum est cibo Quadragesimali, in uestibus pœnitentialibus. Nam & omnes illo die à mundanis operibus prorsus abstinere debent, etiam serui & ancillæ, ac interesse tantisper processioni, donec ipsa celebretur. Vt, quemadmodum omnes peccauerunt, ita etiam omnes pro venia supplicẽt. In huiusmodi autem processionibus itur in magnis ecclesijs septeno ordine, unde septiformes dictæ sunt. In primo ordine sunt clerici, in secundo monachi & canonici, in tertio moniales, in quarto pueri, in quinto laici pro uectæ ætatis, in sexto uiduæ, & in septimo coniugati. Sed quod nos non possumus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

ſumus in numero perſonarum, id ſupplemus in numero Lætaniarum. Septies enim Lætaniam dicere debemus. Vbi obiter animaduertemus quòd Rubertus Tuitienſis Abbas dixerit vltimam Lætaniam multis annis incepiſſe ante primam. Nos autē has Lætanias ideò maximè hoc tempore facimus, quoniam tum præcipuè bella exoriri ſoleant, & terræ fructus, qui adhuc ſũt teneri, vel in flore, corrumpi iniuria nebularum, vel pluribus alijs modis poſſint. Vt ergo Deus hęc omnia auertat, inſtituimus Lætanias, continuantes vltimam Aſcenſioni, vt per ieiunium & orationes Chriſtum ſequi, & ad cœlos aſcendere mereamur.

Draco qui triduo illo deportatur inflata & longa cauda duobus quidem diebus ante crucem & vexilla poſteà vltimo retro, ſignificat diabolum, qui tribus temporibus ante legem, ſub lege, & tempore gratiæ, quæ per hos tres dies indicantur, homines fefellit, aut fallere conatur. Primis duobus temporibus quaſi erat Dominus orbis, vnde Chriſtus eum vocat principem mundi. Tempore verò gratiæ per Chriſtum fuit deuictus, nec audet ita apertè regnare, vt prius, ſed per ſuggeſtiones homines latenter ſeducit, quos pigros, & remiſſos videt in bonis operibus, nec viam viæ ſectantes, ſicut in deſerto debiles & infirmos, & eos, qui remanebant vltimi, hoſtes à tergo venientes, quaſi aberrantes interficiebant. Inde profectò eſt, quod primis duobus diebus præcedit, & vltimo ſequatur. Ipſe eſt draco & leo. Draco modò eſt, quia homines non ita apertè, ſed latenter decipit. Leo erit tempore Antechriſti, quoniam tunc manifeſtè ſeuiet in nomen Chriſti. Draco fuit, quando Chriſtum ſuper pinnaculum templi vbi multos antè per vanam gloriam ſeduxerat, latenter fallere voluit, & tentauit inquiens, Si filius Dei es, mitte te deorſum. Et quaſi hoc facere poſſet ſecurè addidit: Quoniam angelis ſuis mandauit: &c. Bene enim intelligebat ſcripturas, ſed quod ſibi malo erat ſubticuit, videlicet. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis &c. Leo autem fuit in paſſione Domini qui ipſum crucifigere etiam curauit, de illo ait Ioannes in Apocalypſi. Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem & cornua decem, & in capitibus ſuis diademata ſeptem & cauda eius trahebat ſecum tertiam partem ſtellarum. Per ſtellas hic ſignificantur homines, qui tripartitè diuiduntur in perfectos, imperfectos, & reprobos. Tertiam ergo partem ſtellarum trahit ſecum diabolus, nimirum reprobos, nam hi ſunt cauda illius. Alibi vocat eum Chriſtus Sathanã: Videbam Sathanam tanquam fulgur de cęlo cadentem. Et ad Petrum inquiens: vade retro me ſathana. Non eſt autem intelligẽdum quod vocet eum diabolum, ſed aduerſarium, quod interpretatur ſathanas. Hæc enim eius loci mens & ſententia eſt Vade retro me ſathanas, id eſt, ſequere me per imitationem paſſionis: Noli diſturbare paſſionem meam. Vel certe hæc: videbat.n. Chriſtus, vt ait beatus Hilarius, dæmonẽ in aurem Petri ſuggerentem, vt impediret ſuam paſſionem, & ait ei: Sathan, Sathan. Ac ſi diceret, ne quicquam & fruſtra laboras. Et conuerſus ad Petrum dixit: Vade retro me, id eſt, ſequere, imitando meam paſſionem.

Apoc. 12.

Luc. 10.

De feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi.
Cap. 123.

NVnc dicendum eſt de quibuſdam ſolenuitatibus, quæ hoc tempore in eccleſij celebrantur, videlicet de feſto ſancti Philippi & Iacobi, & omnium Apoſtolorum (ſic enim eſt in magnis & plenis calendarijs) de Inuentione ſanctæ crucis, de feſto Ioannis ante portam latinam, & beatæ Mariæ ad martyres, & de cõmemoratione ſancti Michaelis. Hoc ergo tempus, vt prædictum eſt ſignificat octauam ætatem, vbi bonũ quod erit in diſpari claritate ſingulorum, futurum eſt omnium. Vnuſquiſq; enim gaudebit perinde ob alterius bonum, ac propter ſuum, & bonum omnium, erit ſingulorum. Quare quum tempus hoc maximè ſolenni tatibus conueniat, cumq; in primitiua eccleſia Apoſtoli non haberent particulares ſolennitates, ſtatutum fuit vt ipſis Calendis Maij celebraretur ſolennitas in honorem omnium Apoſtolorum. Hoc etiam die feſtum eſt Philippi & Iacobi, idq; ideo; quia fortè illo die paſſi ſunt. Hic Iacobus minor appellatus eſt, non vtique ætate, ſed

ſed vocatione, ſicut fit inter monachos, vt qui ante factus eſt monachus, etiam ſi vel puer ſit, tamen præcedat eum, qui quantus quantus ſit poſteà cœnobium ingreſſus eſt. Dictus eſt præterea frater Domini, vel quia ſimilis erat ei faciei, vt dicitur, vel ideò, quia erat filius Alphæi, fratris Ioſephi viri beatæ Mariæ, & Mariæ ſororis eius. Et qui ita ex vtraque parte ſanguinis ſeſe contingebant, apud Iudæos fratres vocabantur. Ieſus autem putabatur eſſe Ioſephi filius. Hic Iacobus dictus eſt primus poſt paſsionem Chriſti Hieroſolymæ miſſam celebraſſe, & Petrus Antiochiæ.

Idem hic Iacobus factus eſt Epiſcopus Hieroſolimitanus, qui quum nomen Chriſti prædicaret, & publicè fateretur, præcipitatus eſt à Iudæis è pinnaculo templi, & pertica fullonis interfectus. Alter verò Iacobus maior appellatus eſt, & vocatione & dignitate, quia familiarior fuit Chriſto. Ad ſecreta enim ſui operis eum vocabat, vt quando trãsfiguratus eſt, & quando mortuum ſuſcitauit in domo.

De inuentione ſanctæ Crucis.
Cap. 125.

CRuce Domini inuenta ab Helena matre Conſtantini per Iudam, vt narrat hiſtoria, feſtum eius primò celebratum eſt Hieroſolimę. Sed Euſebius Papa trigeſimus à beato Petro illud poſteà vbique terrarum celebrari præcepit. Iudas ille, per quem crux inuenta fuit, legitur poſteà ad fidem fuiſſe conuerſus, & appellatus mutato nomine, Quiriacus, creatusque tandem Epiſcopus Hieroſolymitanus. De quo quidem diabolus, cùm alterum ſibi amicum expectaret, ſic dixiſſe fertur: Per Iudam Chriſtus morti traditus eſt, & per hunc Iudam Chriſtus mortuus exaltatus, ſed breui Iulianus amicus meus rex erit, qui me de illo egregiè vindicabit. Quod ſanè ita factum eſt, vt qui ipſum interfecit, quemadmodum dicitur. Ferunt Iulianum hunc Monachũ fuiſſe, & magnum religionis ſimulatorem, adeò vt quędam mulier tres ollas auro onuſtas, ita vt in earum orificis aurum cinere cooperiretur, ne facilè inueniretur, apud eum depoſuerit, eiusque fidei concrediderit. Quandoquidem virum illum ſanctum eſſe credebat, nec tamen confeſſa eſt in ijs aurum inditum eſſe. Sed eo inuento ab illo & furato ollas cinere impleuit, & mulieri requirenti depoſitum reddidit. Cùm verò paulò poſt mulier aurum ſibi quæreret, nec inueniret, non potuit, quod ipſe haberet, conuincere, quod de auro nullos habebat teſtes. Nam alij monachi, ad quorum teſtimonium ollas tradiderat, nihil in eis præter cineres viderant, atque ita aurum obtinuit. Quo quum Romam fugiſſet, & ſequenti tempore conſulatum obtinuiſſet, factus eſt Imperator. Qui cùm magicæ artis à puero peritus eſſet, ac eam multum adamaret, plures ſibi magiſtros aſciuit. Cùm ergo quodam die abſente ſuo magiſtro ſolus domi manſiſſet, ac legere inciperet dæmonum coniurationes, conuenit ante ipſum magna multitudo dæmonum, qui omnes erant nigri, ut Aethiopes. Tunc ille prætimore fecit ſignum crucis, & omnes illicò euanuerunt. Quod quum Iulianus Magiſtro ſuo referret quærenti quid ipſe audiſſet: dixit ei magiſter, ſignum illud dæmones maximè odio habere. Electus ergo hic in Imperatorem, & adhuc eius rei recordans, cùm artem magicam exercere vellet factus eſt Apoſtata. Signa crucis vbique deſtruxit, & Chriſtianos quantùm potuit perſecutus eſt credens aliter fieri non poſſe, vt ſibi dæmones obtemperarent. Quare etiam tunc Iudam modò appellatum Quiriacum interfecit, per quem crux fuerat inuenta. Legimus præterea militem quendam ſimiliter Quiriacum vocatum, hunc Iulianum interfeciſſe. Nam quùm hic per Epheſon ſuum duceret exercitum alios gentiles expugnaturus, qui aduerſus eum & Romanos inſurrexerant, & videret iſthic quandam Abbatiam, mandauit eis, vt ſibi prandia pararent. Sed hi planè negauerunt, tum quia apoſtata eſſet, tum quia pauperes erant. Tunc ille ad hæc ita excandeſcens, eis rurſus nunciauit, ſe priuſquàm annus finiretur locum iſtum deleturum eosq; interfecturum, & omninò effecturum vt iſthic ſegetes ſuccreſcerent. Quo ſanè audito timuerunt monachi, ſed Abbas eorum uir ſanctiſsimus eos in Domino confortauit, & effecit ut ſua confortatione

Universidad de Deusto Biblioteca

iam ad martyrium esset parati. Quadam verò nocte, cùm abbas in oratione persisteret, uisa est ei beata Maria monasterium aperire, & ad tumulum cuiusdam militis, qui dicebatur Quiriacus, quique mortuus erat nondum septem diebus & isthic sepultus, venire ac ei vt inde surgeret & se armaret ac de Iuliano eam vindicaret præcepisse, Tum ille surgens, se armis suis, quæ ad huc intemplo affixa erant, induit, & equum suum, qui adhuc in stabulo erat, vidente Abbate ascendit, & ad fines Iuliani se contulit. Sequenti diei quæcumque viderat abbas, suis monachis narrat ordine. Qui militis tumulum aperientes, vt rem probarent, nec inuenerunt corpus, nec equum, nec arma. Tertia verò die consligente Iuliano cum suis hostibus, interfectus est à prædicto milite, & sequenti nocte miles vidente abbate ad sepulchrum suum redijt, equumque & arma in locis suis reposuit. Post hunc Iulianum fuit Cyprianus homo gulæ & luxui deditus, qui ad beatam Iustinam virginem, quum ad suam luxuriã concitare vellet, misit quendam dæmonẽ, qui huiusmodi immunditiæ præerat, sed signo crucis repulsus est. Misit rursus alium fortiorem, qui eodem modo crucis signo se deuictum fatebatur, ita vt hinc Cyprianus ad fidem conuersus sit. Tantæ potestatis est crux Christi, per quam ille nos planè immeritus æternæ fœlicitati restituit.

De sancto Ioanne Euangelista ante portam latinam. Cap. 126.

NERO interfecerat Petrum & Paulum, quo mortuo successit ei Vaspasianus, atque ei Titus, cui posteà Dominitianus. Sub hoc beatus Ioannes Euangelista profectus est Romam, vt isthic verbum Dei concionaretur. Domitianus autem ipsum poni curauit in dolium ferventis olei plenum ante portam Latinam, sic enim vocabatur. Sed beatus Ioannes nullam isthic sensit læsionem, diuina gratia ipsum protegente. Quantum tamen ad illum attinet, martyr fuit. Quapropter festum de illo agitur, non secus ac si martyrium ibi sustinuisset. Tum à Domitiano in Pathmos insulã deportatus est. Sed tandem à Nerua Imperatore reuocatus est Notemus hic tres tantùm Apostolos viuos fuisse Romæ; Petrum nempè, Paulum & Ioannem, ac tres item Euangelistas, Ioannem, Marcum, & Lucam. Præterea animaduertamus Christi Apostolos siue Discipulos non ideo fuisse passos, quòd Christum prædicabant, sed quòd ipsum deificabant, ac Deum esse aiebant sine Romanorum authoritate; quod ipsi prohibuerant.

De festo beatæ Mariæ ad martyres. Cap. 127.

CVM singula Romanorum idola non possent templum Romæ habere, fecerũt Romani vnum templum omnibus idolis, quod dictum est Pantheon. Illud templum impetrauit dari ecclesiæ Christi Bonifacius quartus Papa à Phoca Cæsare Constantinopolitano Imperatore, & illud reiectis idolis, omniq́ue eorum spurcitiæ dedicauit in honorem beatæ Mariæ & omnium martyrum, (nondum enim fiebant festa confessoribus) & statuit, vt singulis annis celebraretur illo die festum Martyrum, sicut ipsis Calendis Maij festum Apostolorum. Sed quia in illo mense non est tanta copia victualium, vt in alijs (solet enim tunc annona deficere) & populus qui confluebat ad illa solennia, propter inopiam ciborum quandoque non poterat bene celebrationi vacare, ideo Gregorius minor, qui eius nominis quartus fuit, duo hæc festa transtulit, & ea Calendis Nouembris quando maior, est rerum copia fieri instituit. Nec solùm Apostolorum & martyrũ, sed etiam Trinitatis, omnium Angelorum & Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, & aliorum sanctorum atq; sanctarum, velut festum generale, cuius officium ordinauit.

Quare non celebremus festa Sanctorum qui cum Christo surrexerunt. Cap. 128.

QVæritur quare non celebremus hoc tempore festa Sanctorum qui cũ Christo surrexerunt, vel cum illo in cœlos ascenderunt. Debe

Debemus enim de eorum glorificatione gaudere & solennizare, sicut de alijs sanctis, quum certi simus eos ascendisse. Verùm eius rei ratio talis est. De morte eorum non solennizamus, quia ad inferos descenderunt. De glorificatione autem in anima festum aut in Pasca aut saltem in Ascensione Domini deberemus celebrare, sed non possumus propter authoritatem & magnitudinem officiorum illorum dierum. Obumbraretur enim eorum festiuitas dignitate maioris solennitatis. Quemadmodum si cum Rege veniret alicuius familiaris propter præsentiam Regis non tam diligenter ei obsequeretur, quàm si solus veniret. Ideò ergo statutum est, vt alijs anni temporibus, ijs diebus quibus ecclesiæ sibi dedicatæ fuerunt, festa illorum celebrentur, vt festiuitas beati Ioãnis Baptistæ sub finem augusti, qui tamen circa Pasca mortuus est. Propter eandem sanè rationem festum beati Iacobi Compostellæ in Iulio obseruatur. De festo beati Petri ad vincula alibi dicetur. Animaduerte ergo quod festa sanctorum veteris testamenti, vt Abrahami, Isai, Iacobi, Dauidis, Danielis & aliorum in Græcia & Venetiæ colantur, habeantq́ue istic suas ecclesias.

De Sancto Michaele. Cap. 129.

DE festo Sancti Michaelis dicimus, quod hoc tempore Barbari Apuliam ingressi sint, eamq́ue miserè depopulati. Quare Christiani in dicto ieiunio triduano auxilium Sancti Michaelis implorauerunt. Et cùm essent congregati instructaq́ue acie exercitum aduersus hostes producerent, apparuit eis sanctus Michael, quasi illis auxilium præstans, tum hostes versi sunt in fugam. Quia ergo per beatum Michaelem victoriam obtinuerunt, ideò statum est vt eo die semper festum eius celebraretur.

De varietatibus huius temporis. Cap. 130.

DIcto de festis, considerandæ sunt quædam huius temporis varietates. Sũt enim hæ tres septimanæ quasi proprijs vocabulis nuncupatæ. Prima est Pascalis, secunda in albis, tertia expectationis, illa videlicet quæ est post Ascensionem domini. Prima dicitur sanctificata, quia homines per baptismum sanctificati tota illa septimana vestem gerunt in qua baptismum susceperunt, quę significat primam stolam. Secunda septimana appellatur in albis, quoniam tũc baptizari altero sabbato vestes baptismi deponentes, albas induunt vestes. Vel quoniam tunc solent illi qui baptizati sunt confirmari ab Episcopis, & alias albas vestes induere, vsque ad sequens sabbatum. Vel certè ideò nominatur in albis, quia significat vitam æternam in qua vtraq; stola vestiemur. Tertia tandem nuncupata est, vt diximus, septimana expectationis, q̃ repręsentet tempus illud, quo Apostoli expectauerunt aduentum spiritus sancti. Atque hinc animaduertamus quosdam solere ieiunare ab Ascensione vsque ad Pentecosten, quia Apostoli eo tempore dicuntur ieunasse. Sed D. Gilberto videtur non esse ieiunandum, quod ad Pascale tempus pertineat. Alia item varietas hic est attendenda. Septimana enim Paschalis non protenditur nisi vsque ad sabbatum in albis, atq; ita Pasca pro octauis sex duntaxat dies: habet. Septimana in albis incipit à sabbato in albis, & finitur in altero sabbato, & sic durat octo diebus. Octauæ Ascensionis cùm deberent terminari quinta feria ante Pentecosten, protrahuntur vsque ad Pentecosten. Nam licet duo dies qui octauis supersunt, ad missam officium suum facilè possint ab dominica accipere, tamen non haberent ad nocturnos inuitatorium vel responsoria, nisi ab Ascensione Domini illa peterent. Vnde profectò decem illi dies pro vna octaua reputantur. Nec id quidem mirum quum totum Pascale velut vna habeatur octaua, quemadmodum etiam tempus illud à Natiuitate Domini vsque ad octauas Epiphaniæ.

De Pentecoste. Cap. 131.

HIS breuiter de Paschali tempore expositis, de Pentecoste Domini deinceps agendum est;

Populus Israeliticus quatuor præcipuè celebrat solennitates, Pascha scilicet, quia tunc eos Dominus liberauit ab Aegyptiorum seruitute, & à percussione Angeli asperſis immaculati agni sanguine postibus. Non enim fuit domus alicuius Aegyptij, in qua non mortuus aliquis conspiceretur. In domibus verò Hæbreorum minimè. Celebrant præterea Pentecosten: quia tunc acceperunt legem, & scenophegiam in Septembri, quæ interpretatur fixio tabernaculorum. In hyeme denique celebrant Encenia, id est, dedicationem templi. Nos autem tantùm duo istorum seruamus: Pasca videlicet & Pentecosten, sed alia ratione atque illi. illi enim celebrant Pascha, quòd tunc ab Aegyptia seruitute fuerint liberati: Nos ideò Pascha celebramus, quia tunc per Christum redempti sumus. Illi celebrant Pentecosten, quòd tum legem acceperunt, nos ideò, quia tunc accipimus spiritum sanctũ. Illi acceperunt legem in tabulis lapideis extrinsecus scriptam. In tabulis quidem lapideis, ad designandum eorum duritiem. Extrinsecus verò scriptam, quod literæ spiritualem intelligentiam non pertingebant. Sed spiritus sanctus datus est septuaginta duobus discipulis in corde digito Dei intus spiritualem intelligentiam eis distante. Verùm animaduerte aliud esse Pentecosten, aliud quinquagesimam, itemque quinquagesimam multifariam accipi. Est enim quinquagesima dierum annorum, psalmorum, personarum & denariorum. Rursus quinquagesima hæc dierum triplex est. Est enim vna à dominica, quæ vulgò appellatur, Esto mihi, vsque ad Pascham: alia à Paschate ad Pentecosten, & tertia, à sabbato in albis, vsque ad sabbatum post Pentecosten. Prima est pœnitentiæ & afflictionis, secunda lætitiæ & exultationis, tertia velut figuræ. Præfigurat enim octauam ætatem, in qua vtraque stola induemur. Ex quo quidem fit, quod duo Alleluya illa quinquagesima cantamus, quorum primum significat corporis stolam, secundum animæ, Sic quoque tres sunt psalmorum quinquagesimæ; Prima est à Beatus vir, vsque ad miserere mei: Secunda à Miserere mei, vsque ad Domine exaudi: tertia denique à Domine exaudi, vsque ad Omnis spiritus laudet Dominum. Hæ quinquagesimæ, dies diluuij significant. Tot enim diebus aquarum fuit inundatio, scilicet centum & quinquaginta diebus. Ideò autem tres quinquagesimas psalmorum cantamus, vt Deus à tali nos diluuio & ab omni malo defendat. Quinquagesima porrò annorum erat iubilæus. De quinquagesima personarum habetur in Genesi, vbi Abraham in hunc modum à Domino quærit. Si septuaginta, inquit, in populo inueniantur iusti, nunquid eis parces? Ita respondit Deus, & sic posteà de sexaginta, & quinquaginta, vsque ad decem. De quinquagesima verò denariorum habetur in Euangelio, vbi de duobus agitur debitoribus, quorum vnus debebat centum denarios, alter quinquaginta. Sed hæc de illis dixisse satis sit. Nunc autem ad propositum redeamus. Dicitur ergo Pentecoste à πεντηκοντα quinquaginta, quod dies hæc à resurrectione Domini distat quinquaginta diebus. Hinc πεντηκοστὸς latinè dicitur quinquagesimus. Sicut enim populus Israeliticus quinquagesimo die à Pascha, quod celebrauerunt in Ramasse, venerunt ad montem Dei Oreb vel Sina, quod idem est, & legem tunc acceperunt. Ita die quinquagesimo à passione Domini spiritus sanctus discipulis in superiori cœnaculo aduentum eius expectantibus datus est in linguis igneis. Et in linguis vtique, vt in omni genere linguarum & sermonum facundi essent. In igneis verò ideò, vt inflammarentur amore Charitatis. Datus est igitur spiritus sanctus discipulis, cuius gratia est septiformis, quoniam numerum scilicet septenarium, maximè obseruant Iudæi in omnibus, idque non sine specie figuræ. Ipsi enim celebrant septimum diem videlicet sublatum, septimam septimanam, nempè Pentecosten, septimum mensem, nimirum Septembrem, qui apud eos ferè habetur celebris & septimum annum, vt potè quum serui à Iudæis manumittebantur, si vellent. Si autem aliquis manumitti non vellet, sed in Domini seruitute remanere, is ad postes tabernaculi, vel templi ducebatur, atque eius aures subula perforabantur, quod erat signum seruitij ne amplius

amplius manumitteretur, si forsitan posteà ex seruitute manumitti vellet. Sic quoque hoc anno quæcunque terra ex se gratis procreabat, erant communia. Non enim colebatur eo anno. Pari ratione nos septimo die videlicet in sabbato, baptismum celebramus. Sabbatum enim requiem significat, & nos per baptismum sabbatizamus, id est requiescimus. Quoniam quando homo baptizatur. habet anima eius quietem, quum per spiritum à vitijs emendata in fidei vnitate quiescit. Sciendum ergo est duobus tantùm sabbatis regulariter baptismum celebrari. Sabbato videlicet Paschali, & Pentecostes. Paschali quidem sabbato, quoniam in passione Christi omnes baptizamur, hoc est redimimur. Sabbato verò Pentecostes, quia tunc per spiritum sanctum mundamur, & sanctificamur. Atque huius quidem sabbati officium nunc tractandum est.

De Officio sabbati Pentecostes.
Cap. 132.

Officium huius diei nihil discrepat ab officio sabbati Paschæ excepto quod in eo prima lectio sit de Adamo, id est de mundi creatione. Hic verò prima est de Abrahamo. Et huic quidem lectioni de Abrahamo, canticum subiungitur, illi verò de Adamo, non vtique. Duæ hæ lectiones illos duos parentes significant, quorum vnus fuit pater erroris & deuiationis, scilicet Adamus: Alter fuit pater fidei & reuocationis, videlicet Abrahamus. Lectioni de Adamo non subiungimus canticum, quod ille non bene nobis cecinerit, quoniam transgressus est Dei mandatum. Vnde non respondemus ei, quasi nobis malè cantanti. Quod autem malè cantauerit ex eo patet, quod ei dictum est: Maledicta terra in opere tuo. Lectioni de Abrahamo canticum subiungimus, vt qui benè nobis cecinerit, vnde ei dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Tacentur autem hac die tituli, propter paruulos qui necdum cognoscunt authores noui & veteris testamenti. Missa hoc sabbato ita incipit, quemadmodum sabbato Paschæ videlicet per κιριε ελεησον. Proinde Gloria in excelsis tam hoc, quàm illo sabbato canitur, atque etiam die cœnæ, sed non nisi in illa ecclesia, in qua consecratur chrisma. Alibi enim cantari non debet. In vesperis denique hi dicuntur psalmi: Laudate pueri dominum, Laudate Dominum omnes gentes, Lauda anima mea Dominum, Laudate Dominum quoniam bonus, & Lauda Hierusalem Dominum.

De ieiuniis quatuor temporum.
Cap. 133.

Dicendum modò est de ieiunijs primitiarum, quæ in septimana Pentecostes solent contingere. Et primò quidem de origine, secundò de institutione, tertio de nomine & eius ratione, deinde de officio, & vltimo de ordinibus, quæ in ijs celebrantur, oportet dispiciamus: Origo istorum ieiuniorum sumpta est ex veteri testamento. Sicut enim populus ille Deo ex omnibus rebus suis dabat primitias: sic nos ex temporibus primitias, & non solùm ex temporibus, sed etiam ex omnibus quæ possidemus dare debemus. Nunc sequitur de institutione.

De institutione ieiuniorum quatuor temporum.
Cap. 134.

In primitiua ecclesia fuit institutum vt ieiunia hæc quoque anno ter fierent. Sed Calixtus Papa instituit, vt quater fierent, sumens rationem ex veteri testamento. Iudæi namque quater ieiunabant in anno, ante Pascham, Pentecosten, Scenophegiam id est, ante fictionem tabernaculorum in Septembri, & ante Encenia, id est, dedicationem in Decembri. Præterea si ter fierent, & tres dies singulis vicibus ieiunarentur, anno diuiso in tres partes, remanerent semper aliquod dies, quorum primitias non redderemus. Sunt rursus & multæ aliæ rationes, quamobrem quater fiant in anno. Vna est, quod in humanæ naturæ constitutione quatuor sunt qualitates, vtpotè quod simus calidi, frigidi, humidi, sicci, ex quibus qualitatibus quilibet peccandi petit delectationes. Dis. 66

Vt ergo quatuor has qualitates à peccandi libidine refrenemus, quater in anno ieiunamus. Vel talis etiam ratio reddi potest. Homo constat ex anima & corpore, Corpus autem consistit ex quatuor elementis. Sed anima tres potissimum habet proprietates, vti ratione, irasci, & concupiscere. Quare vt hæc in nobis moderentur, quater in anno tribus diebus ieiunamus, vt quaternarius numerus referatur ad corpus, ternarius ad animam. Rursùm: annus in quatuor tempora diuiditur, quorum vnumquodque tres habet mẽses, Quater igitur in anno ieiunamus tres dies, pro quolibet mense diem vnum. Est iterum alia ratio, cur quater ieiunamus, ob quatuor videlicet anni tempora. In Hyeme enim mandamus terræ semina, in Vere arbores florescunt & vineæ pubescunt, in Aestate metimus nonnullas fruges, & in Autumno colliguntur vuæ. Quater denuò ieiunamus, quia vt veteres quoque anno quater ieiunabant quadragesimam diem, & nos his temporibus tres dies ieiunamus. Dicuntur autem ieiunia quatuor temporum, vel ieiunia primitiarum vel ieiunia duplicia, quia fiunt tribus diebus, quibus solemus ieiunare in una septimana. Sunt verò instituta vt dictum est, à Calixto Papa, & prima huiusmodi ieiunia fiunt in Martio, in prima videlicet septimana Quadragesimæ, vt in nobis marceant vitia. Non enim omninò possunt extingui. In Aestatæ fiunt secunda, nimirum in septimana Pentecostes, vt quoniam tunc venit spiritus sanctus, & nos esse debeamus feruentes spiritu. Tertia ieiunia fiunt ante festum sancti Michaelis, in tertia septimana Septembris, quòd quemadmodum tunc arborum fructus colligantur, & nos quoque deceat Deo reddere bonorum operum fructus. Quarta postremò fiunt in septimana ante Natale Domini scilicet in Decembri, quia sicut tunc herbæ moriuntur: ita & nos oportet mori mundo: & renasci Deo. In horum ieiuniorum quarta feria dici debent duæ lectiones tono siue voce nocturnali: vna ex veteri testamento, altera ex nouo, tono & voce communi ad significatiouem eius, quòd qui ordinandi sunt sabbato sequenti, oporteat vt sint vtriusque testamenti periti. Idem indicat mitra Episcopalis per duo illa cornua. Debet enim hic vtriusque testamenti non esse ignarus, quo tanquàm duplici cornu possit ferire fidei inimicos atque hæreticos. Sexta ieiuniorum feria, vna duntaxat dici debet lectio, quòd author veteris & noui testamenti vnus & solus sit Deus, atque ex veteri & nouo testamento vnum factum sit Euangelium. Sabbato autem quatuor recitantur lectiones, antequàm celebrentur ordines, quarum prima pertinet ad populum, secunda ad ecclesiæ primates, tertia ad ministros, quarta ad omnes religiosos, Lectio Danielis ideò sequitur de tribus pueris, quòd qui sunt ordinandi, in fide debeant esse probati, sicut illi fuerunt. Sunt autem hi circa tria potissimum inquirendi, circa naturam, vtrum videlicet ex legitimo matrimonio sint procreati: circa literas, & circa vitam ac bonam conuersationem. Notemus ergo hic, quòd Archipresbiter ordinandos prius debeat offerre Archidiacono: vnde hic etiam dicitur vicarius, quoniam in hoc vicem supplet sacerdotum. Eorum enim esset hoc facere. Archidiaconi officium est eos examinare & scrutari in vita, in natura & honesta conuersatione, atque ita eos tradere in manus scholasteris, cuius munus est periculum facere in literis. Sic itaque diligenter inquisiti debent tradi in manus Episcopi. Post lectionem Danielis subiungitur cantus Benedicite. Sed quare ad lectionem Danielis non flectuntur genua, suprà dictum est. Epistola Pauli deinde legitur, ad quam genua non flectimus, quoniam ad nouum pertinet testamentum. Huic deinceps tractus subiũgitur cum graui cantu, quòd ordinati graues esse debeant & constantes, ne facili superbiæ statu afferantur. Obiter tamen animaduerte non permissum esse, vt eadem die bis aliquis ordinetur. Sed si necesse fuerit, potest ordinari sabbato in diaconum, & dominica sequenti in sacerdotum, & posteà in octauis Pentecostes potest consecrari in Episcopum.

23. q. 1. c. Episcopus.

De

De tempore peregrinationis ac festis in eo conuentis. Cap. 135.

AB hoc ergo sabbato incipit tempus peregrinationis, quoniam sumus quidem in itinere quo venitur ad patriam, sed hostes & aduersarios habemus antequã illic perueniamus, nimirũ carnem nostram, mundum & diabolum. Legimus hoc tempore librum Regum, vbi bella nobis proponuntur & victoriæ, vt & nos contra hostes fortiter pugnemus, & adepti victoriam in cœlis tandem coronemur. Et notemus obiter apud authores tribus potissimum nominibus appellari Iudæos. Primo, quia vocantur recutiti, vnde Isaias: Recutita, inquit, sabbata, id est, Iudaica, quoniam recisam verendorũ cutem habent. Appellantur etiã Palestini: vnde Ouidius: Terra Palestino septima culta viro. Et communi nomine Iudæi ab Iuda filio Iacob, qui vnus fuit ex duodecim Patriarchis. Quantumuis enim duodecim fuerint tribus, quæ a duodecim filijs Iacob descenderunt, a Iuda tamen Iudæi ideo sunt appellati, quòd de regno Iudæ hoc pacto prophetauerat Iacob: Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de fœmoribus eius, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus. Notemus præterea, quòd aliquæ sint octauæ deuotionis, vt sancti Nicolai, & sanctæ Mariæ Magdalenæ, qui octauas non habent, sed quoniam sunt quarundam Ecclesiarum patroni, ideo eis fiunt octauæ. Sunt & octauæ venerationis, vt in magnis solennitatibus, & significationis, vt Petri & Pauli quæ secundã significant stolam quam habituri sunt, videlicet corporis glorificationem. Paulus historiographus diaconus Romanæ curiæ monachus Cassinensis, cũ die quodã Paschalem cæreum cõsecraret, fauces eius raucæ factę sunt, quum prius esset satis vocalis. Vt ergo vox ei restitueretur, in honorẽ sancti Ioannis hymnum hunc composuit: Vt queant laxis, &c. Vnde in principio petit vocis restitutionẽ, sicut restituta est Zachariæ merito sancti Ioannis. De quo quidẽ dicemus, si primo festum Geruasij ac Prothasij breuiter exposuerimus. Et quidem hoc vnum hic dicimus, q̃ in eorum officio cantatur: Loquetur Dominus pacem in plebẽ suam. Nec hoc sanè sine causa tum temporis dicitur, quòd in horum festo reformata fuerit concordia inter Longobardos & Romanum Imperium. Cætera de illis historia plenè perstringit.

Festum Gerua sii ac Prothasii.

De natiuitate sancti Ioannis. Cap. 136.

VIdeamus igitur modò de ipsius sancti Ioannis Natiuitate, & primo quamobrem Natiuitas eius celebretur cum in peccatis fuerit conceptus. Nullius enim conceptio facta in amplexu maris & fœminæ, potest esse sine peccato. Quidam enim sunt sine patre & matre, vt Adamus: Alij ex patre sine matre, cuiusmodi fuit Eua: Alij verò ex patre & matre, quod est frequentius, vt Abelus: Alij tandẽ ex matre sunt sine patre, qualis est Christus. Vnde in persona illius dictum est: Ego sum vermis & non homo, hoc est, secundum legem vermium natus, non autẽ hominum. Sed animaduertatur hic hominem prius, vt ita dixero, seminari, ac posteà in vulua concipi, ibique carnem formari. Verum post quadraginta & sex dies creari animam, & corpori infundi, secundũ Theologos, quibus magis credendum est, quàm physicis. Celebratur ergo huius natiuitas secunda, quando nimirũ primo exit in lucem. Nam prima est, quãdo ipsa anima corpori infunditur. Secũda verò quum prodit in lucem. Quare iuxta secundam, sine peccato fuit conceptus. Sanctificatus enim fuit in vtero quemadmodũ Hieremias, in cuius prophetia hoc ita continetur: Antequã exires de vulua sanctificaui te, &c. Quod quidem in huius figurã fortasse dictũ fuit. Sed de quo genere sanctificationis hoc isthic dicatur Deus nouit. Sunt qui putent de sanctificatione originali dictũ fuisse, idq; hoc pacto probare conantur, q̃ videlicet Spiritus sanctus puerum repleuerit, atque adeò vt ex istiusmodi Spiritus sancti repletione, & repleta fuerit mater. Atqui si esset in originali, foret vtiq; & in mortali. Ergo neq; puer sancto Spiritu esset repletus, neque eius mater. Nec verò refert, q̃ & mali quàm plurimi prophetarunt vt Cayphas & Balaam, & quòd asina etiam locuta sit. Verum contra videtur, quod ei peccatum istud originale remissum non fuerit. Dixit enim Ioannes

Luc. 2.

Matt. 3.

Ioannes ad Christum: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me baptizari. Ex quo intelligitur ipsum voluisse ablui a peccato originali. Sed intelligendum planè est ipsum hoc dixisse in persona Ecclesiæ, in qua etiam opinione glossa est peruulgata.

De vigilia Sancti Ioannis. Cap. 137.

FEstum sancti Ioannis habet vigiliam, hoc est, eius festi dies præcedens dicitur vigilia vel eius loco ieiunium, quòd vice vigiliarum est institutum. Fuit enim moris apud veteres, vt in festiuitatibus viri cum vxoribus & filiabus suis ad Ecclesiam conueniret, atque isthic cum lumine & candelis vigilarent. Sed quoniam in his vigilijs crebrò cõtingebat vt puellæ vitiarentur, ac malitiosi oportunitatem haberent, quo flagitia sua commodè perficerent, ideò factum est, vt vigiliæ mutarentur in ieiunia. Vnde etiam nunc antiquitatis nomen retinuit. Vocatur enim vigilia. Celebratur autem natiuitas Ioannis, tum propter historiam (habet enim Euangeliũ: Et multi in natiuitate eius gaudebũt, quod obseruant Christiani & Pagani) tum propter allegoriam & mysteriũ. Per Ioannem enim significatur ortus gratiæ, ex quo quidem fit vt tum magis solennizemus propter mysterium quam propter ipsam personam. Credimus autem, quòd hic in vtero sanctificatus est, sicut Hieremias, vnde eo die de Hieremia legitur. Sed quo genere sanctificationis nec satis liquet, nec legimus. Pleriq; tamen affirmant ipsum ab omni peccato fuisse mundatum. Saluator autem attulit nobis ortum gratiæ. Hunc Ioannes præcessit annunciatione, natiuitate, prædicatione, passione, & ad inferos descensione. Officium eius partim constat ex veteri testamento, partim ex nouo, quoniam ipse fuit finis veteris & initium noui. Fuit nanq; quasi lapis angularis, hoc est, nouum & vetus coniungens testamentum. Quòd autem hoc festo ieiunamus, totum illud natum est ex sympathia quadam & compassione qua ei compatimur, quòd ieiunauerit in deserto, atq; isthic vitam egerit admodum acerbam. Solent porrò hoc tempore ex veteri consuetudine mortuorum animalium ossa comburi, quòd huiusmodi habet originem. Sunt enim animalia, quæ dracones appellamus, vnde in Psalmo: Laudate Dominum de terra dracones, nos thracones vt quidã mendose legunt, scilicet terræ meatus. Hæc inquam, animalia in aere volant, in aquis natant, in terra ambulãt. Sed quando in aere ad libidinem cõcitantur, (quod ferè fit) sæpè ipsum sperma vel in puteos, vel in aquas fluuiales eijciũt ex quo lethalis sequitur annus. Aduersus hæc ergo huiusmodi inuentum est remedium vt videlicet rogus ex ossibus construeretur, & ita fumus huiusmodi animalia fugaret. Et quia istud maximè hoc tẽpore fiebat, idem etiam modò ab omnibus obseruatur. Est & alia causa quamobrem ossa animaliũ comburantur, quòd ossa sancti Ioannis in ciuitate Sebastæ ab Ethnicis combusta fuere. Consuetum item est hac vigilia ardentes deferri saculas, quòd Ioannes fuerit ardens lucerna, & qui vias Domini præparauerit. Sed quod etiam rota vertatur hinc esse putant, quia in eum circulum tunc sol descenderit vltra quem progredi nequit, a quo cogitur paulatim descendere, quemadmodũ vulgi rumor de beato Ioanne Christo adueniente ad summum peruenit, quum Christus putabatur, posteaq; descendit ac fuit diminutus, vt vel ipse de se testis est: Me inquiens, oportet minui, illum autem crescere. Quod quidem propterea dictum esse nonnulli arbitrantur, quòd tum dies incipiant minui & decrescere, & in Christi natiuitate crescere. Verumenimuero quia aliquando dies ante festum sancti Ioannis decrescant, & ante natale Domini crescant, intelligendũ est istud de natiuitate in matre, quando scilicet vterq; conceptus est. Conceptus enim est Ioannes diebus decrescentibus, vt in Septembri, & Iesus crescentibus, vt in Aprili. Proindè missa huius diei officiũ petit partim ex veteri, partim etiã ex nouo testamẽto, cum in eo quædam sint testamenti noui, quædam veteris. Nam lex & prophetę fuerunt vsque ad Ioannem, ita vt hic fuerit tanquã in medio constitutus veteris & noui testamẽti. Posteà tamen circuncisus est Christus. Eodem verò die & Ioannes Euangelista in fossam descendit, sed quia propter natiuitatem beati Ioannis Baptistæ, eius festiuitas plenè venerari non posset transiata est ad natale Domini.

Quare

Quare quum neque ibi propter festum sancti Stephani vigiliã habere potuerit, hinc esse dicimus, quod hoc die duplex missa canatur, altera quidẽ de vigilia Euangelistæ, nimirum: Iustus vt palma florebit: altera verò de vigilia Baptistæ. Quanquã dicere possimus vigiliam Ioãnis Baptistæ plenum habere & absolutum officium. Ex quo sanè fieret, vt illo die non celebraretur vigilia sancti Ioannis Euangelistæ.

De festo apostolorum Petri & Pauli. Cap. 138.

HVc vsque de natiuitate sancti Ioannis eiusq; vigilia actum est, sequitur deinceps festiuitas duorũ Apostolorum, Petri videlicet & Pauli. De his magna est controuersia, vtrum eodem die passi sint. Henricus enim Solitarius velle videtur eodem die eos, anno tamen reuoluto, passos esse. Sed Pelagius Papa, atque alij sancti patres qui de illis scripserunt in Decretis, volunt illos eodem die eademq; hora sub pessimo illo Imperatore Nerone fuisse passos. Alioqui enim falsæ essent historiæ de illis proditæ. Sed tamen in diuersis locis passi sunt, & diuersis pœnis. Petrus enim cruci fuit affixus: Paulus verò obtruncatus, quæ pœna videbatur esse honestior. Nam ciuis erat Romanus, vt habetur in actibus Apostolorum. Posteà verò eorum corpora fuere eodem loco eodemq; sepulchro posita, vbi multo tempore simul permanserunt. Sed ad fidem Christianam conuerso Imperatore Romano, & Christiana religione magis ac magis crescente, vtriq; Apostolo suam peculiarem ædificauerũt Ecclesiam & cum vellent corpora separare, dubitarentq; quænam ossa Petri, & quæ Pauli essent, illis orantibus ieiunio peracto, responsum est cœlitus, maiora esse ossa prædicatoris, minora verò piscatoris. Atque ita sanè seorsim a sese mutuò ossa fuere separata, & in suis Ecclesijs posita. Quanquã verò horum festa eodem die celebranda occurrant, beatus tamen Gregorius instituit, vt festum Petri ipso die tantum celebraretur. Maior enim fuerat sanctitate, & Romæ primas tenuerat, sequenti verò die coleretur festum Pauli. Ipso tamen die Petri dicitur in missa oratio siue, vt vocant, collecta, illis duobus communis. Potest ergo hi missa inchoari vel de sancto Petro, vel per huiusmodi introitum: Terribilis est locus iste. Quia eo die Ecclesia Petri fuit dedicata. Quęritur autem hic de Lino an Papa fuerit, atque itidem de Cleto. Sed responsum est, & negatũ, eosq; fuisse discipulos Petri, ac eius vicem in his duntaxat suppleuisse, quæ ad actiuam pertinebant vitam, vnum videlicet intra muros, alterum, verò extra: Sed Petrus vacabat orationi, vnde etiam nũc Romæ prẹter Papam & alius quispiam Episcopus est. Considerandum porrò est interdum inueniri Paulum Petro esse minorem, & quandoque etiam maiorem vel inter sese eos esse æquales. Sed istiusmodi cõtrouersia hoc modo dissolui potest: Fuit enim Paulus minor Petro, videlicet dignitate, ꝓ hic fuerit princeps Apostolorum. Verum eodem maior fuit prædicatione, & æqualis & par vitæ sanctimonia. Horum itaq; festum tria habet præcipua, ieiunium, octauas & solennitatẽ. Ieiunium quidem, quia si cum eis regnare optemus, oportet nos etiam cum ijs compati. In solennitate verò propter eorum glorificationem gaudemus. In octauis denique ob illorum futuram beatitudinem in corpore & anima, cuius certi sumus, lætamur.

De diuisione apostolorum. Cap. 139.

DE festo diuisionis Apostolorum magnæ authoritatis scriptores varij dissentiunt. Quidam enim volunt diuisionem hanc intelligendam esse quasi quæ Hierosolymæ post duodecim annos facta esset, quum videlicet Apostoli partiti ac separati fuerint ad concionandũ Ethnicis. Nonnulli verò putant festum hoc esse accipiendum de diuisione Petri & Pauli, illa videlicet, de qua superius mentio facta est. Illam enim tali die factam fuisse arbitrantur, quod vtique bene fieri potuit. Dicitur autem hoc die magna illa Apostolorũ Sequentia, cuius initium est huiusmodi: Cœli enarrant, & Euangelium Ascensionis, sed non integrum, vt quòd ibi incipit: Et Dominus quidẽ Iesus postquã loquutus est. Ad cuius extremæ partis probationem nonnulli hic mentionem faciũt de duobus Discipulis Petri, qui quum ad prędicãdum

missi

missi essent, & circiter viginti dies iter ingressi, alter eorum mortuus est, & alter ad Petrum redijt. Hunc aiunt fuisse beatum Maternum. Sed Petrus ei tradidit baculum suũ, ac ipsum remisit, præcipiens vt ad corpus socij sui adiret, & illud suo baculo tangeret. Quod quidem cum hic fecisset, è vestigio alter reuixit ad tactum baculi, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus. Et sic verum esse completum est, quod dixerat Dominus: Et maiora horum facietis.
Ioan. 14. Dominus enim quatriduanum suscitauit Lazarũ, quod sanè oppido quàm magnum fuit, sed magis quod ad tactum baculi Petri reuixit ille, qui iam mortuus fuerat quadraginta diebus.

De festo sancti Iacobi. Cap. 140.

FEstum hoc Iacobi est maioris, fratris Ioannis Euãgelistæ, & filij Zebedæi: Huius corpus quiescit in Compostella, quæ Hispaniæ pars est. Missus enim fuit vt Hispanis verbum Dei concionaretur. Sed propter malitiam & duritiam principum extrà vnum ad fidem Christi neminem conuertere potuit. Quod quum videret vir sanctus Hierosolymam redijt, vt conspiceret an illi, quos isthic, reliquerat, etiamnum satis essent in Christi fide confirmati; & inuenit multos in ea errantes, imò qui iam ferè omnino eam deseruerant, propter Hermoginem & Philætum, qui magicis artibus quasi miracula faciebant, quibus homines miserè decipiebant. Verum hos magos aggrediens Apostolus ad fidem conuertit, populumq; ad cultum Dei reduxit. Deinde verò quum ad Herodem duceretur, in via paraliticum quendam sanauit, & qui ipsum ducebat ad fidem conuertit, ac baptizauit. Tandem ab ipso Herode fuit obtruncatus. Tum magi illi, qui iam eius facti erãt discipuli, cum alijs tribus eiusdem discipulis cum corpore in nauim ascenderunt, & sese sine rectore mari cõmiserunt, vt ei diuina prouidentia sepulturæ locum tribueret. Tandem nauis illa Hispaniæ applicuit, ad regnum Lupæ. Erat autem tum temporis regina quędam in Hispania Istoc nomine, cuius vita & mores nomini planè conueniebant. Ad hanc ergo reginam discipuli aliqui exierunt, & illi dixerunt hoc pacto: Dominus Iesus Christus misit ad vos corpus sui discipuli, vt quod recusastis vinum, saltem mortuum recipiatis. Ac narrauit illi totum istud miraculum, quo pacto illuc appulissent. Quod quum audijsset Lupa misit eos ad crudelissimum quendam virum qui eos in carcerẽ detrusit. Sed quum hic pranderet, angelus Domini eos è carcere eduxit, qui ciuitatem exeuntes velut peregrini, populo vidente ac nemine impediente, ad suos redierunt socios. Absoluto prandio Tyrannus ille ad se captiuos adduci iussit. Sed quum venissent ad carcerem qui illuc missi erant, inuenerunt carcerem apertum, nec in eo captiuos, quod Domino suo retulerunt, qui ita percitus ex templo famulis pręcepit, vt eos insequerentur. Verum quum hi a ciuibus passim duos tales viros sibi visos fuisse, & pontem ciuitatis transijsse intellexissent, & ad eos impetu quodam cucurrissent, pons fractus est, & in aqua submersi sunt. Quod quidem simul atque audiuisset princeps, & sibi & suis timens, motus pœnitentia, alios misit, qui sanctos illos viros rogaret, vt ad se securi redirent, promittentes quodcunq; eis placeret se facturum. Illi autem redierunt, & populum ciuitatis ad fidem Christi conuerterunt. Quod factũ Lupa regina summopere doluit, & redeuntibus ad se discipulis non ausa apertè eis nocere, fraudem verbis dissimulans ait: Accipite boues quos habeo, & plaustro eos iungite, & quò placuerit corpus Domini vestri abducite. Dicebat autem istud animo planè maleuolo. Nouerat enim boues esse indomitos ac fieri non posse, vt vel iungerentur, vel currui applicarentur. aut certè si posset, vt currerent nunc horsum, nunc illorsum, atque eos ita dissiparent & occiderẽt ac corpus ipsum caderet. Sed nulla est sapientia aduersus Dominum. Discipuli enim posteaquã crucis signum fecerunt, statim boues mansueti velut agni facti sunt, nec hominis contrectationem veriti. Hi ergo Apostoli corpus in grandi saxo posuerunt, quod ita se corpori aptum reddidit, quasi humana opera ad id fuisset confectum, sepulchrumq; corpori præbuit. Quod quum ita simul cum corpore currui imposuissent, boues sine aliquo rectore recta ad palatium Lupæ currum aduexerunt, nec quieuerũt, donec ad ipsius palatij

palatij medium peruenerunt. Quare stupefacta regina, & tanto miraculo exterrita, ad fidem conuersa est & ex suo palatio sancto dicauit Ecclesiam; omniaq; ornamenta, quæ possidebat isthic ad cultum Ecclesiæ cõsecrauit, ac fœlicissima tandem morte obijt: colitur autem festum beati Iacobi octauo Calendas Augusti, nõ quòd tunc obierit (passus enim est circa Pascha, vt liquidò in huius diei Epistola constat: Misit Herodes rex, &c.) Sed quòd hoc die ei sit dedicata Ecclesia in Compostella. Nec verò habet ieiuniũ institutionis festũ hoc, ea ratione, qua suprà ostensum est.

De festo Petri ad vincula. Cap. 141.

THeosebia vxor Theodosij Imperatoris, quum per Alexandriam proficisceretur Hierosolymam, incidit in eius regionis homines, qui tum temporis festum in honorem Augusti Cæsaris colebant de triumpho habito aduersus Cleopatram & Marcum Antonium. Quod quum animaduertisset Theosebia egerrimè tulit tantum honorem exhiberi Ethnico homini & damnato. Cum autem venisset Hierosolymam datæ sunt ei cuiusdam beneficio cathenæ, quibus sub Herode ligatus fuit Petrus: Tandem verò Romam rediens super eo, qđ in Alexandria viderat, summũ consuluit Pontificem, eique ostendit cathenas, quas Hierosolymę dono acceperat. Iussit item Papa illas adferri cathenas, quibus sub Nerone ligatus fuerat Petrus, quæ simul atque tangerent alias, ita fuerunt coniunctæ atque implicatæ, ac si semper eædem fuissent. Quo quidem viso, Theosebia iussit consilio Pontificis ædificare Ecclesiam in honorẽ beati Petri, & in ea cathenas illas collocauit. Dedicatio autem eiusmodi facta est Calendis Augusti, statuitq; pontifex, vt quod indiscreta, & inepta hominum voluntas hucusque fecisset Principi Romano modò idem Christianorum pietas in vniuerso orbe semper faceret Principi Apostolorum Petro. Atq; ad eum sanè modum solennitas Petri extinxit solennitatem Augusti.

De festo Machabæorum. Cap. 142.

HIc animaduertendum est Machabæos hos non illos esse ex quibus vnus fuit Iudas Machabæus, sed qui fuerunt filij Fœlicitatis, vt quibusdam placet. Alij affirmant fœlicitatem matrem fuisse aliorum septem fratrum, qui Christi nomine passi sunt & quorum nomina ignorat Ecclesia. Hanc fœlicitatem vocat beatus Gregorius plusquã martyrẽ, q̃ septies passa sit in septem filijs, & octauo tandem in proprio corpore. Certè illa fœlicitas cuius hi sunt liberi, quorum festum hic agitur, duplex sustinuit martyrium, vidit enim filios diuersa pati tormenta, & deinde ipsa martyrium sustinuit. Erant enim eius septem filij, tametsi nõ hos fuisse quidam putent. Meminit autem eorum festum Ecclesia tam orientalis, quàm occidentalis, quanquam nullius sancti veteris testamenti præter hos (si ita sint) contra multorum habeat festa, Verum hos vtraq; colit Ecclesia, quòd propter legis obseruationem passi sint, quum carnem porcinam comedere recusarent. Est rursus alia ratio quoniam numero septem fuerunt. Atqui septenarius numerus, vt est præter cæteros plenus & perfectus, ita numerum exprimit vniuersitatis. Quare in his septem significantur omnes martyres, tam veteris quàm noui testanti. Atque exhibentur martyribus noui testamenti in exemplum, vt quemadmodum illo pro sua lege passi sunt, ita & nos vel mortis periculum pro nostra adire non horreamus, si necesse fuerit. Sanè ergo huiusmodi festum magis celebratur gratia eorũ qui significantur, quàm qui significant.

De inuentione sancti Stephani. Cap. 143.

SEquitur dicendum de festo beati Stephani, idque de ipsius inuentione. Verumenimuerò cõsiderandũ est eius inuentionẽ fuisse factam eo die, quo eiusdẽ celebratur passio, & contrà. Mutatio tamen hæc facta fuit duabus de causis: Prior est, quia Christus natus est in terra, vt homines nascerentur in cœlo. Cum ergo beatus Stephanus fuerit protomartyr, & martyrium sanctorum sit eorundem natiuitas

in

in cœlis, meritò post natalem Domini colitur natiuitas protomartyris Stephani. Vnde illud vulgò protritum: Heri natus est Christus in terris, hodie Stephanus nascetur in cœlis. Posterior ratio est, quia ad eius inuentionem cum maxima hominum multitudo cõuenisset, qui miracula quæ quãplurima in inuentione Deus fecit, videbant, maiori cultu annuatim illum diem celebrauerunt, quàm vel diem ipsius passionis. Statuerunt ergo sancti patres, vt festum passionis transferretur ad hunc diem inuentionis, & contra festum inuentionis, ad festum passionis, quia hoc dignius est, vt ideo maiori cultu diem illum annuatim celebrarẽt & populus diem illum qui Natale Domini sequitur, feruentiori cultu colebat in Augusto. Animaduertamus hic obiter, si festum alicuius martyris & cõfessoris concurrant si illustrior sit confessor & plenum habeat officium: collectam siue orationem eius esse præponendam, & in altera solummodò alterius faciendam mentionem siue commemorationem.

Festum hoc instituit Calistus tertius ita vt hinc discere sit necessariũ caput hoc nõ esse huius authoris, sed a scripto re quapiam fuisse posteà adiectum.

De festo beati Sixti & Transfiguratione Domini. Cap. 144.

POst hæc ordine dicendum esset de festo beati Sixti, sed quia eius passio manifesta satis & nota omnibus est, ad alia transeamus. Hoc ipso die festum fit de Transfiguratione Domini. Non quòd tali die Transfiguratio facta sit, sed q̃ tunc temporis ab ijs, qui secum fuerant in monte, primo manifestata & publicata fuerit. Præceperat enim Dominus, ne cuiquã dicerent, donec a mortuis resurrexisset. Illi autem vsque in hanc diem tacuerunt. Enimuerò sanè transfigurationẽ hanc certò constat factam fuisse sub finem Hyemis & circa principium Veris, quum videlicet de illa legitur Euangeliũ. Et notemus quidem Christi sanguinẽ eadem hac die conficiex nouo vino, si inueniri possit, aut aliquantulum ex matura uua in calicem expressa, & quòd racemi benedicãtur, indeq; homines communicent. Quare autem hoc fiat, hæc est ratio: Quia ipso die cœnæ dixit Dominus Iesus Apostolis & alijs qui cum illo cœnabant: Amen dico uobis, post hac non bibam de hoc genimine uitis, donec bibam illud nouum, in regno patris mei. Quoniã ergo tum dixerit nouũ, & Transfiguratio Domini pertineat ad illum habitum, quem natus est post resurrectionem, ideo quẽritur hoc festo vinum nouum.

Sed quũ in eo oĩa, quibus vsus sum, exẽplaria cõstanter conueniant, temerè hic omittendũ esse non putamus.

De sancto Laurentio. Cap. 145.

NVnc de festo beati Laurentij breuiter est dicendum: Beatus Sixtus cuius paulo ante mentionẽ fecimus, in Hispaniam profectus, inde secum duos iuuenes, uidelicet Laurentium & Vincentium eius cognatũ adduxit Romã. Horum alter Laurentius nimirum cum eo mansit Romæ, ac grauissima perpessus est tormenta, quemadmodũ satis copiosè tradit ipsius historia. Cognatus uerò eius Vincentius reuersus est in Hispaniam, vitamq; ibi gloriosò finijt martyrio. Hoc autem festum tria habet præcipuè, cuiusmodi habere solent magnæ solennitates nempè ieiuniũ, ipsius diei solennitatẽ & octauas. In tribus enim potissimum sanctus hic habet priuilegium. In ieiunio quidem primum q̃ solus inter martyres habeat ieiuniũ, vtpote institutionis. Alterum uerò in octauis, quoniam hic duntaxat & beatus Stephanus octauas habent inter martyres: beatus uerò Martinus inter confessores, ut dicetur posteà ubi de ipsius festo agemus. Postremũ eius priuilegium quod habet, consistit in regressibus antiphonarum, ueluti habet beatus Paulus. Sed ille habet propter supremam pœnam martyrij, hic ob excellentiã prædicationis. Tria autem sunt in sacrosancta Ecclesia priuilegia: Baptismus uidelicet, prædicatio, & martyrium, uerum Laurentius priuilegiũ obtinet martyrij. Nã quamlibet multi alij æquè grauia substinuerunt tormenta, ut beatus Vincentius & Georgius, & forsitan etiam maiora ac plura, non tamen ista uniuersa obseruat Ecclesia, quæ de illorum tormentis feruntur. Vel etiam propter loci dignitatem eo gaudet præ cæteris priuilegio, quòd Romæ passus sit.

De assumptione beatæ Mariæ virginis. Cap. 146.

AGendũ deinceps est de Assumptione beatæ Mariæ. In primis tamen scire oportet, q̃ sanctorum transitus multis appellatur modis. Dicitur enim exitus,

exitus, transitus, obitus, natale, natiuitas, natalitiũ, dormitio, depositio, quemadmodum est Ioannis Euãgelistæ, passio, & assumptio. Sed hoc nomen quasi per antonomasiam solummodò de beata Maria dicitur. Verum esse beatam Mariam, quod ad animam eius attinet, assumptam fuisse certò nouimus: an verò corpus illius posteà etiã assumptum fuerit profectò incertum est. Piè tamen credimus ipsam integrè fuisse assumptam, sed prius anima, ac deinde corpore. Nihilominus tamen mulier quædam religiosissima appellata Elisabeth, quę etiã nunc in viuis est, habitatq; in finibus Saxoniæ, ait sibi esse reuelatum, quod circiter dies quadraginta assumptum fuerit corpus post assumptionẽ animę. De qua re opusculum quoddam composuit, sed non est in Romana Ecclesia comprobatum. Quẽritur autem quamobrem illo die cantetur Euangelium de beata Maria Magdalena & Martha? Ad cuius rei euidentiorem declarationem sciendũ est, quandoq; Euangelium legi in Ecclesia tot rationibus, quot a nobis ante satis expositum est. Fit nanque vt interdum legatur Euangeliũ propter rem ipsam quam cõtinet, cuiusmodi est de Trinitate: interdum verò propter rei partem aliquam, vt est Liber generationis, quod ob vltimum versiculum quo Christi fit mentio, recitatur. Legitur & aliquando propter totum, quale istud profectò est, quòd in circuncisione dici cõsuetum est: Postquã consummati sunt dies octo, &c. Et nonnunquã propter tempus, vt in prima die Quadragesimę, ac propter ieiunium: nonnunquã propter lętanias, cuiusmodi istud est Euangelium, quod oui, piscis, ac panis mentionem facit. Nõnunquã denique causa loci, veluti hoc quod in Septuagesima legitur: Exijt homo qui seminat, seminare semen suũ, &c. Dicitur autem homo hic fuisse beatus Paulus, qui seminauit semen, id est, verbũ Dei. Atque ideò illo die recitatur collecta de sancto Paulo, sub cuius finẽ habetur: Doctoris gentium, &c. Eo nanque die D. Papa in beati Pauli Ecclesia sacrũ celebrat. Postremò Euangelium aliquando verò iuxta historiam, vt in circuncisione, aliquãdo verò iuxta suam allegoriam, quemadmodũ hoc est, quod in assumptione Mariæ virginis de Maria Magdalena ac Martha legitur. Quod ergo hic istiusmodi legatur Euangelium, iudicat vtranq; vitam, & contemplatiuam & actiuã in vna Maria virgine fuisse. Ipsa enim fuit Magdalenæ, hoc est, quæ circa vitam contemplatiũam versabatur. Ipsa fuit Martha, id est, quę circa actiuam vitam tota etiam fuit occupata, quemadmodum ex multis locis liquidò probari potest. Nam & in contemplatiua ipsam sedulò versatam fuisse vel hæc verba satis declarant: Maria autem cõseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Habet autẽ festum hoc ieiunium atque octauas præter cætera Mariæ festa, quum & nullum eius sit maius aut celebrius: quemadmodum de quolibet etiam alio sancto censendum est, vtpote cuius transitus solennior sit, quàm eiusdem festum aliud. Ab hoc tamen excipitur festum Ioannis Baptistæ, quippè quòd eius natiuitas longè maior sit, quàm passio, idque ob eiusdem significatum atq; annunciationem. Notemus verò hic quinque esse festa Mariæ virginis authentica ac comprobata, quorum primũ est Natiuitas. Festum enim conceptionis aliqui interdum celebrarunt, & adhuc fortassis celebrant, sed authenticum atque approbatũ non est: imò enimuerò prohibendum potius esse videtur. In peccato nanque concepta fuit. Alterum verò est Parientis, hoc est, in Natali Domini. Sed quoniã tum & filij festum agitur, quod plenum exigit officium, nullam eius seruamus solennitatem vsque in octauas. Tum enim omnia responsoria de beata Maria cantantur cum prima eius diei missa, cuius introitus est: Vultum tuum. Missa autem secunda de puero est. Tertium festũ Mariæ est Purificationis, & quartũ Mariæ ad martyres, quod modò festum omniũ sanctorum appellatum est. Denique quintũ est Assumptionis, cuius gratia hæc omnia tradimus. Præterea & illud hic animaduertere operępreciũ est nempè quatuor in vniuersum esse de beata Maria Euãgelia, quorũ vnum est: Missus est Gabriel, tametsi quidem non nisi in aduentu & in eius annunciatione vsurpetur: alterum, Extollens vocem quędam mulier: tertium, Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum festinatione, &c. Ac quartum tandem, Stabat iuxta crucem. Atque hæc quidem tria postrema eiusmodi sunt, vt quotiescũq; peculiaris

Luc. 2.

Vide cõciliũ Basiliẽse, etc. Firmissimè de cõsec. dist. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

liaris missa de ipsa celebratur, cani aut legi possint. Meminerimus interim festũ Annunciationis non tam Mariæ esse, quam Domini, imò potius huius, quàm illius, vt hic sint, q; eadem habeatur præfatio in Natali Domini, quæ in eiusdem Annunciatione. In hoc itaque Assumptionis festo psalmi atq; alia quæ generatim dici consueuerunt in dedicatione Ecclesiæ, speciatim de beata Maria cantantur. Vt enim Ecclesia mater est omnium sanctorum, nomenq; tenet virginitatis, videlicet mentis ac fidei, quæ corporis prefertur virginitati, sponsa Christi dicta, vnde illud: Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo: Sic profectò beata Maria dicta & virgo est, & sanctissima sanctorum. Recitantur autem lectiones ex cantico amoris, nempè: Osculetur me osculo oris sui. Vnde & responsoria atque antiphonæ petuntur. Illud quoq; diligenter obseruandum est, nimirum hoc tempore legi oportere libros Salomonis, primo quidem parabolas, idque ab initio Augusti, deinde Ecclesiasten, ac tandem etiam canticum amoris: cuius dimidium in hoc festo vsque ad octauas legitur, reseruato altero dimidio vsq; in natiuitatem beatæ Mariæ. Quarto verò recitatur Ecclesiasticus, quinto liber filij Sirach, sexto denique liber Philonis, scilicet sapientiæ, qui appellatus est Salomonis, quòd sententias contineat Salomonis: Philonis autem, q; ille eas in librum redegerit. Nec verò conuenit vt ipso die Assumptionis sermo hic Hieronymi in Ecclesia legatur, sed in cap. vtique, ad quòd nimirum propriè compositus videri potest. Ad postremum ergo hic animaduertere, quod paulo ante dictũ est, virginitate videlicet mentis prævalere integritati corporis. Quod enim hoc verum sit facilè ex verbis beatæ Mariæ constare potest. Ait nanque hoc modo: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Non inquit, virginitatem, sed humilitatem, hoc est, fidem & puritatem mentis. Atq; hæc de festo Assumptionis dicta sufficiant.

2.cor. 9.

De decollatione sancti Ioannis. Cap. 147.

VT modò decollationem Baptistæ aggrediamur, precipuè illud cognoscendũ est, ipsum tempore Paschali fuisse decollatum & corpus quidem a discipulis suis Sebastæ sepultum, caput verò minimè. Quid autem de capite eius posteà actum sit, & quemadmodũ in Aquitaniam venerit, dicetur alibi. Mouetur hic quæstio, quum truncus in alio loco, atque in alio caput fuerit sepultum, in vtro illorum dicatur Ioannes sepultus? Sed huic controuersię ex supradictis dari potest solutio. Pergamus ergo. In eo loco vbi corpus erat situm multa indies Deus & maxima operabatur miracula, ita vt isthuc magna Christianorũ turba confluebat. Quod sanè cum Ethnici vidissent, molestè admodum tulerunt, & quoniam hoc tempore imperabat Iulianus apostata maximus Ecclesiæ persecutor, in dedecus Christianorũ sancti Ioannis Mausoleum destruxerunt, & ossa eius per agros sparserunt. Sed quum & illuc Christiani venirent, nec miracula cessarent, rursus Ethnici ossa collegerunt & combusserunt. Verum digitus ille quo Dominũ ad Iordanem venientem demonstrauerat, inquiens: Ecce Agnus Dei, cõburi non potuit. Multi tamen Christiani, qui Ethnicis intererant, dum ossa colligerent, quæ potuerant, reseruarunt. Atque ob hanc quidem rationem placuit D. Gilberto, festum hoc potius collectionis diei debere, quam decollationis. Non desunt qui putant beatam Theclam digitum sancti Ioannis, qui comburi non potuit, ex oris transmarinis detulisse in Mauritaniam, ibique in honorẽ beati Ioannis Ecclesiam contruxisse, quæ hoc die fuit dedicata. Quare statutum fuit a Pontifice vt hic dies per vniuersum orbem Christianum beato Ioanni sacer haberetur, iuxta quod videtur festum hoc appellandum esse dedicationis. Festum Bartholomæi prætermittimus, quod quæ hic essent dicenda, satis cumulatè eius trãdat historia. Concionatus tamen est verbum Dei in India, vbi primo die fuit excoriatus, altero obtruncatus & translatus Beneuentum.

De sancti Augustini festo. Cap. 148.

CIrca festum Augustini hoc tantum inquisitione dignum esse videtur, vt cum eodem die plura cõcurrant festa, veluti Augustini, Hermetis, & Iuliani, cuiusnam potius officium celebrari illo die debeat consideremus. Nam in eam rem huiusmodi

huiusmodi tradi potest responsio, & in alia his similia: Si omnes martyres essent, illius, qui inter eos maioris esset nominis officium celebraretur. Si verò alius confessor, alius martyr: vel plures fuerint martyres, & si confessor maioris sit nominis, quàm martyr, aut priuilegium aliquod habeat, vt beatus Martinus, & eius officium generatim in ecclesia Dei sit institutum, dicendum profectò est officium de confessore & mentio siue memoria facienda est de martyre. Si autem non, celebrandum est de martyre.

De natiuitate beatæ Mariæ. Cap. 149.

DEinceps sequitur Natiuitas beatæ Marię. Festum hoc olim fieri non consueuit, sed quodam tempore vir quispiam pius cùm noctu oraret audiuit Angelos in cœlo canentes. Idem accidit pluribus annis eadẽ per nocte. Quare petijt à domino, vt quid hoc sibi rei vellet, ipsi reuelaretur. Et indicatum est ei angelos ita in cœlis gaudere, ac velut solennizare, quòd istiusmodi nocte nata esset beata virgo. Ille igitur rem, quam audiuerat, ad Papam defert: qui quum intellexisset eum virum esse sanctum & magnæ authoritatis, credens ipsum vera loqui, instituit vt per totum mundum Christianum, festum hoc celebraretur. Nec verò habet ieiunium, vel octauas institutionis. Potest tamen nihilominus habere deuotionis. Legitur hoc festo Euangelium: Liber generationis, vbi agitur de genealogia Christi. Sed quęritur cur in generatione potius computetur Ioseph, quàm beata Maria, quum Christus non sit filius Ioseph. Verùm enimuerò in veteri testamento potius solet fieri computatio per viros, quàm per fœminas, nec multùm refert per quem hic fiat computatio, quum Ioseph & beata Maria eandem habuerint generationem. Et sanè Christus maluit fabri filius vocari, quam vt mater sua lapidibus obrueretur. Reuera filius fabri fuit, non illius Nazarent, sed fabri eius, qui fabricatus est auroram & solem.

De sanctis Sapientia, Fœlice, & Audacto. Cap. 150.

SApientia mulier fuit sancta quæ tres habuit filias. Fidem, Spem, Charitatem, quæ omnes martyrium cum matre susceperunt. Sed de beatis Fęlice & Audacto sciendum est, q; cum beatus Fœlix pro Christi nomine ad martyrium duceretur, quidam subito sese in mediũ protulit, inquiens. Et ego sum Christianus, ad quem responderunt carnifices: Ergo & tu venies. Cùm igitur nomen illius ignoraretur, appellatus est Audactus, quasi beato Fœlici audacter associatus.

De exaltatione sanctæ Crucis. Cap. 151.

EXaltata fuit sancta Crux, eiusq; festum institutũ eo tẽpore quo Heraclius vicit Cosdroen Regẽ Persarũ. Hic autẽ Cosdroe quũ destructa Hierosolyma, crucẽ domini inde abstulisset facta domo ad similitudinem cœli, fecit sibi in ea sedẽ, ac lignũ à dextris posuit loco filij, gallũ à sinistris loco spiritus sancti, atq; ita ipse in medio stãs se deũ & dominũ appellari voluit. Quod audiẽs Heraclius Imperator Romanus aciẽ mouit iuxta Danubiũ illũ, qui apud Persas est, non hunc qui in Sueuia oritur. Nã alterũ illũ fortè ex his partibus in illas venisse dicere possumus & nomĩe huius esse appellatũ, sicut Troiani fecisse dicũtur. Hinc victo filio Cosdro es singulari certamine crucẽ, Domini tulit Heraclius, voluitq; illam in suum locum restituere. Sed quum appropinquaret Hierosolymã, portæ ciuitatis per se fuerunt clausę, vt nõ intrare potuerit. Quod quum vehemẽter admiraretur, audita vox est è cęlo, inquiẽs regem regum nõ sic intrasse Hierosolymã phaleratum, sed humilem & super asinam sedentem. Atq; hic statim suam agnoscens elationem, ex equo desilijt, & valde est humiliatus, ac portæ sua sponte ei apertæ sunt, nudisque pedibus ciuitatem intrauit. In huius ingressu multi diuersorum genere morborum per crucem curati sunt. Ferunt ab Adamo Seth filium eius missum fuisse in paradisum, qui ramũ inde sibi datum ab Angelo retulit ad patrem, qui statim illius arboris mysterium cognoscens,

eam terræ inseruit, in magnã arborem procreuit. Posteà verò quum in templi ædificatione ex diuersis mundi partibus arbores adferrentur, allata est illa & relicta tanquã inutilis. Vnde deinceps ad foueas quasdam ciuitatis posita est, per quam commodè transire possit. Hanc cũ vidisset Regina Saba noluit transire, sed adorauit. Posteà autẽ reiecta est in probaticam piscinam, quæ tẽpore passionis Christi desiccata fuit, ac tum apparuit lignum, cui quum aliud nõ inuenirent, Dominum affixerunt. Maior verò est festiuitas inuentionis quàm exaltationis, quòd ab Eusebio fuerit instituta, qui eo die fecit populum conuenire ad adorandũ crucem. Fuit enim hic Pontifex Romanus trigesimus.

De beato Mauritio eiusq; socijs. Cap. 152.

SEquitur videndum de festo beati Mauritij, & Thebæa legione. Multæ sunt Thebæ, vna in Aegypto a Busiride Rege Aegypti condita, dicta alio nomine Heliopolis. Ex hac oriundus fuit Mauritius atque inde dicuntur Thebæi: Alia est in Boetia a Cadmo Agenoris filio condita, a qua dicti sunt Thebani. Tertia est in Iudæa, vnde appellati sunt Thebites. Illi verò qui cum Mauritio mortui sunt erant ex Thebe Aegyptiorũ. Cum ergo Galli exercitum suum in Romanos eduxissent, dux Aegypti collegit exercitum in quo fuit beatus Mauritius, qui sub se habuit legionem, virorum scilicet sex milium sexcentorum & sexaginta sex. Verum quum iam essent in exercitu, tyrannus voluit eos cogere ad adorandum idola, qui vt non voluerunt, ita decimam accepit partem, atque interfecit. Quod animaduertens Mauritius, sermonẽ suum conuertit ad socios, orans vt viriliter agerent & starent, qui sic ab eo corroborati martyriũ perpessi sunt. Sed illi priusquã Romam venissent sunt baptizati.

De sancto Matthæo. Cap. 153.

DE beato Matthæo hoc tantum dicimus, quòd Leuita fuit, ideoq; in lege magis edoctus. Inde est q̃ profundæ significationis oppositiones aduersus hostes suos fecerit. Fuit autẽ Hebræus, quare & Hebræis Euangelium Hebraicè scripsit. Vbi obiter animaduerte nos Hebræos dicere, si quãdo de lingua loquimur: Iudæos cum de ritu vel gente. Posteà huius liber translatus est in Græcum, & deinde de Græco in Latinum. Prædicauit autẽ sub Caio Caligula, qui sic nominatus est, quòd quum nasceretur in expeditione caligis fuerit coopertus. Scripsit verò Ioannes sub Nerua: Marcus sub Nerone. Sed quo tempore Lucas scripserit, incertum est. Nomen hoc Matthæus, vt inquit Beda in sua ortographia per duplex tt scribitur.

De festo Angelorum siue Michaelis. Cap. 154.

FEstum angelorum, quod hoc tempore colitur est dedicationis, quando eis Basilicæ dedicatæ sunt, quoniam hoc festum omnium Angelorum dicitur. De Barbarorum autem fuga & tauro agitur inter Pascha & festũ Ascensionis, quando de festo Angelorum agitur. Proindè verò de nominibus Angelorum dicimus, quòd nec sibi nomina imposuerunt, nec eis a Deo data sunt, sed ab hominibus: a quibus autem, nescimus. Cæterum in festo sancti Michaelis cum de Angelis omnibus agatur, Michael nominatur, quia ipse præest paradiso, & ad suscipiendas animas princeps est constitutus. Hic quoniam in Gargano monte visus sit, ac ipse locum sibi in alto elegerit, ideo ei vbique ferè terrarum in edicto loco Basilica cõstituitur. Sanctis verò quasi hominibus & terrenis in imo templa dedicantur. Dicunt autem nonnulli tot esse in quolibet Angelorum ordine legiones, quot sunt legionis vnitates, scilicet sex mille sexcentæ & sexaginta sex. Certũ est tamen plures esse legiones, quàm ordines, vnde Dominus inquit Petro: Nescis, quòd si rogauero patrem meum, mittet mihi plusquã duodecim legiones Angelorum. Ait Haymo tertius Episcopus Halberstatensis, quòd si quis posset videre spirituales creaturas, ita eas videret ebulire in aere, tanquam minimas atomos in splendore solis. Constantinus etiam Imperator quum ad oras transmarinas proficisceretur, inuenit Eusebium virum sanctissimum, cui dixit: Vir sancte, pete a me quo tua Ecclesia dicetur. Ille verò respõdit, Ecclesiam

siam suam satis diuitijs abundare, sed se rogare, vt in omnibus mundi plagis scrutentur nomina sanctorum, & eorum passionum tempora, ac sub quibus & quemadmodum passi sunt, rescribat. Quo quidẽ facto refert Eusebius quolibet anni die plusquã quinque milia sanctorum festa concurrere. Vnde fertur Gregorius dixisse: Totus mundus sanctis plenus est. Quòd autem Michael dicitur pugnasse cõtra draconem allegoricè quidam intelligi volunt, videlicet Michael, id est, Christus. Dicunt tamen alij historicè esse intelligendum, quoniam scilicet mysterio Michaelis & Angelorum eius depulsus est diabolus. Quamobrem ita etiã depingitur in Ecclesia propter laicos. Quæritur præterea verum Michael sit nomen vnius Angeli, an vero plurium? Dicunt aliqui vnius esse. Sed putant alij, quòd quando vnus Angelorum mittitur ad aliquod magnum & mirabile faciendum, is Michael nuncupetur. Certum est autem Michaelem fuisse, qui missus est in Aegyptum & celebres illas ac famosas plagas fecerit, & mare rubrum diuiserit.

De sancto Remigio. Cap. 155.

SAnctus Remigius Gallorum dicitur Pontifex, quoniã primus Regem Gallorum inunxit, atque ideo in tanto honore & veneratione habetur in Francia, vt festum illud obfuscat festum beati Michaelis.

De sancto Luca. Cap. 156.

LVcas natione fuit Syrus, patria Antiochenus, & prędicauit in Bithinia, atque isthic propria morte absque martyrio vitam fœliciter finiuit. Vixit autem octuaginta annis, & duo volumina posteritati reliquit, Euangelium videlicet, & Actus Apostolorum. Fuit discipulus Pauli, a quo, quæ docuit, didicit, sicut Marcus a Petro. In prologo tamen Euangelij inuenitur, quod ipse didicisset a quibusdam qui a principio fuerunt cum Domino. Ex quo sequi videretur, quòd non ex Paulo didicisset, cum hic a principio cum Domino non fuerit. Verum quædam ex Paulo didicit, quædam etiam ex alijs: sed maximè tamen a Paulo edoctus est.

De Simone & Iuda. Cap. 157.

IAcobus, Symon, Iudas, qui & Thadæus, Ioseph, Bersabas qui & Iustus cognominatus est, ne propter iniustitiam ab Apostolatu fuisse repulsus credatur, fratres fuerunt, inter hos scilicet Ioseph, Barsabam & Matthiam facta est sortitio. Atque ille quidem Iacobus frater Domini dictus est, quoniam omnes cognati Hebręo idiomate fratres vocabatur, vel quia ipsi erat quàm similimus. Ioseph verò cognatus dicitur Domini, vel quia pater putatiuus erat, vel quia cognatus esset ex parte matris, nimirum beatæ Mariæ. De Symone fertur, quòd sit crucifixus. Sed prius tamen in Aegypto prædicauit, ac posteà venit Hierosolymam, atque isthic post beatum Iacobum minorem, qui dictus est frater Domini, creatus est Episcopus. Vixit autem centum & viginti annis, suscitauitq; antequã moreretur triginta mortuos, filium nempè sui hospitis submersum fluctibus, & eius gratia cæteros. Obijt verò annorum centum & viginti in Bosporo, non in Pastophorio: vt quidam censent. Est autem Pastophorium, vt nonnulli volunt, porticus templi, in quo iacebant custodes templi. Iudas verò prædicauit apud Persas & Medos, atque isthic mortuus est apud Hermenios.

De festo omnium sanctorum. Cap. 158.

POsteaquam hæc de sanctis hucusque prosecuti sumus, necessarium planè est vt ad maximum illud & generale festum veniamus, videlicet omnium sanctorum. Sed quamobrem istud fuerit institutum, & quare hoc præsertim tẽpore fiat, satis, vt ego quidem arbitror suprà ostensum est. Pauca tamen adhuc de eo dicenda restant, nimirũ de ieiunio & ordine ipsius officij. Festum ergo hoc ieiuniũ habet institutionis, nec debet profectò aliquis comedere nisi a vesperis, nec ieiunium oportet mutari, vt quidam faciunt propter festum sancti Quintini. Ait enim ille: Putas'ne sancti gaudeant cibis, qui meruerunt vitam

Universidad de Deusto Biblioteca

ſeiunijs? Quoniam autem feſtum hoc omnium eſt ſanctorum, ideò variatur illius officium, prout habetur varietas ſanctorũ. Prima enim antiphona, prima lectio, & primũ reſponſum cantatur de Trinitate, quod feſtum eſt Trinitatis. Secundo loco canitur de beata Maria, tertio de angelis, quarto de Prophetis, quinto de Apoſtolis, ſexto de Martyribus, ſeptimo de Confeſſoribus, octauo de Virginibus, nono de omnibus ſanctis. Atq; in horum quidem officiorum lectionibus obſeruatur authoritas. Nam præſtantior in Eccleſia, ſi Epiſcopus præſens fuerit, recitabit lectionem de Trinitate, vel decanus, vel ſaltem ſacerdos, & ſic fiet deſcenſus in legendo perſonarum vſq; ad pueros. Octauam nanque lectionem leget vnus ex pueris. Nonam enim lectionem maioris eſt recitare.

De officio mortuorum ac ratione ſepeliendi. Cap. 159.

NVnc agendũ eſt de officio mortuorum, & quidem primo de loco vbi debeant ſepeliri: ſecundo de ijs qui ſunt ſepeliendi, & de modo ac ratione ſepeliendi, tertio quis eã inuenerit, & quamobrem, ac tandem de ipſo officio. Non puto eſſe operepreciũ vt eam repetamus diuiſionẽ quam in initio de locis fecimus, ad quam nos lectorẽ modò remittimus. Verũ illud duntaxat hic ſciamus religioſum locum dici eũ, iuxta leges & inſtituta Romanorum, in quo ſepelitur corpus alicuius hominis, ſeu caput tantũm. Ac ideo caput dico, quoniam nullus duas habere poteſt ſepulturas, ſed vbi caput eſt, iſthic alicuius eſſe dicitur ſepultura. Siue ergo Chriſtianus, ſiue paganus, ſiue infans, etiam non baptizatus, aliquo in loco ſepeliatur, ſecundum Romanorum inſtituta, locus ille religioſus appellabitur. at verò Chriſtiani nõ eum locum cenſent eſſe religioſum. vbi ſepelitur Iudæus, vel paganus, vel infans non baptizatus, ſed tantũ vbi Chriſtianus, vſq; adeò, vt ſi excõmunicatus aliquis ſit ibi ſepultus, inde extrahatur, atque extrà cœmiterium eijciatur. Locus autem iſte diuerſis appellatur nominibus, vt cœmiterium & polyandrium. Atq; ipſum ſepulchrum huiuſmodi: Mauſoleum, dormitorium, monumentum, ergaſtulũ, ſarcophagus, pyramis, tumulus. Dicitur autẽ cœmiterium a Græco verbo κοιμαω, quod eſt ſopio, quaſi quod iſthic mortui dormiant, vnde etiam nominatum eſt dormitorium. Poliandrium locus appellatur, vbi multa ſunt ſepulchra publica. Mauſoleum dictum eſt a Mouſoli ſepulchro, quod Arthemiſia eius vxor ædificauit ita egregijs operibus, vt inter ſeptẽ orbis miracula numeretur. Attollitur enim in altitudinem viginti quinque cubitorũ, ac columnis cingitur triginta ſex. Quare ab hoc ſepulchro omnia preciosa ſepulchra iſto nomine Mauſolea ſunt appellata. Monumentum verò nominatur a monendo, quòd nos prætereuntes qui in monumentis & ſepulchris ſunt admoneant, & ſe olim fuiſſe & periude mortales, vt & nos meminerimus, quòd cineres ſimus & in cineres reuertimur, puluis & in puluerem redibimus. Tumulus appellatus eſt, quaſi terra tumens, id eſt, collis, quòd ibi coaceruari terra conſueuit. Ergaſtulum dictum eſt per antiphraſim ab ἐργαζομαι, operor, quaſi quod in ſepulchris corpora minimè laborent, ſed requieſcant, qui in Domino moriuntur. Sic item ſarcophagus appellatus eſt a σαρξ σαρκος, car, & φαγο, comedo, quaſi iſthic caro conſumatur & comedatur. Dicitur etiam Pyramis ſepulchrum eiuſmodi, quod flammæ habet ſimilitudinem, ita vt è lato in acutum tendat. Eſt enim altiſſimum genus ſepulturæ. Tale Romæ viſitur, in quo poſiti ſunt cineres Iulij Cæſaris, vocaturq; acus ſancti Petri, atque etiam nunc in dubio eſt, an ex vno conſtet lapide, an verò ex pluribus. Similem pyramidẽ extruxit Cæſar Turonis, iuxta ripam Liguris, & in ea incluſit cumuſdã ſui amici cineres, qui fuit interfectus. Nunc ergo deinceps de ijs qui ſunt ſepeliendi dicamus, & prius quidem quibus locis debeant ſepeliri, & an locus eis etiam aliquid conferat, nec ne. Ac nonnulli ſanè arbitrantur locum mortuo non prodeſſe, quod hinc cõfirmare volunt, cum lucifer è cœlo fuerit eiectus, & Adam è paradiſo expuſſus, quæ tamen loca ſunt optima, nec quicquam bonitatis eis contulerunt. Item Ioab in tabernaculo fuit interfectus, & Iob in ſterquilinio triumphauit. Poteſt autem locus obeſſe, vt ſi quis ſepeliatur in Eccleſia, quum non ſit dignus.

Certè

Certè nullum corpus in Eccleſia debet ſepeliri, niſi ſint corpora ſanctorum patrum, qui dicuntur patroni, id eſt, defenſores. Ipſi enim meritis ſuis totam patriã defendunt. Sed cæteri circa Eccleſiam debẽt ſepeliri. Dicunt enim quidam, quòd locus triginta pedum circa Eccleſiã in eum finem debeat conſecrari. Alij verò putãt ſolam Epiſcopi circuitionem, quando Eccleſiam dedicat, ſufficere. Olim enim apud veteres ſolebant homines in ſuis ædibus ſepeliri. Sed propter fœtorem cadauerum ſtatuerunt, vt extra ciuitatem ſepelirentur, & locum quendam cõmunem ad hoc quaſi ſanctificarent. Nobiles verò ſepeliebantur in montibus, ſiue in eorum medio, ſiue in radicibus. Proindè ſi quis interficiatur in obſidione, vel aliquo tumultu, nec poſſet habere cœmiteriũ, ſepeliant ipſum vbi poſſunt. Si verò aliquis moriatur in mari, & terra fuerit vicina, nauigent illuc, ipſumq; ibi ſepeliãt. Sed ſi procul a terra abfuerint, videantq; in medio mari inſulam, vertant eo vela, & ſepeliatur in inſula. Verum ſi terram penitus non videant, paretur ipſi domuncula quędam ex lignis ſi poſſit haberi, & proijciatur in mare. Quo etiam modo fiat, ſi diues fuerit. Sed cum theſauro ſuo, ſi habet, eijciatur, vt qui eum inuenerint ex theſauro ipſum nobilem fuiſſe cognoſcant, aut certè amore theſauri ipſum terræ mãdent. Verumenimuerò animaduerte quãdocũq; ſepelitur Chriſtianus, vel quocunq; etiam loco crucem capiti eius apponi debere, ad deſignandũ illum fuiſſe Chriſtianum. Vel ob id etiam, q; ſummoperè diabolus ſignũ hoc pertimeſcat & ad eum locum horreat accedere, qui cruce eſt deſignatus. Videndũ deinceps eſt vnde cœmiterium initium habuerit, videlicet ab Abrahamo. Hic enim emit agrum ab Ephron Hethæo, in quo duplex erat ſpelũca, vbi ipſe ſepultus eſt cum Sara, Iſaac, Iacob, Adam & Heua. Ad hoc enim emit, vt ſibi & ſuis ſepultura eſſet. Duplex ſpelunca ideò dicebatur, quoniam ibi duo ſepeliebantur contiguè maritus & vxor. Vel quia duæ aderant ſpeluncæ, & in vna ſepeliebantur viri in altera mulieres, vel etiam, quia duplex fiebat vnicuique ſpelunca ſepeliendo, in modum cathedræ. Sepeliebantur enim quaſi ſedentes, & pars ſpeluncæ ſuperior quæ a natibus truncum capiebat, dicebatur vna ſpelunca: Pars vero quæ continebat pedes crura & fœmora, dicebatur ſpelunca alia. Oportunè hic cõſidera non legi in prima ætate niſi duo duntaxat ſacramenta fuiſſe inuenta, oblationem nimirum & pœnitentiam, ſed in ſecunda cultum Dei fuiſſe ampliatum. Fecit enim Noe arcam, atque illi incluſit multa animalia ad ſacrificandum Deo. In quarta autem ætate diuinus cultus magis auctus eſt. Tunc enim lex data eſt, & multa genera ſacrificiorum offerebatur Domino. Sic in quinta ætate magis adhuc auctus eſt. Tum nanque factum eſt templum, & cultus diuinus optimè ſanè habuit incrementum. In ſexta tandem ætate venit Chriſtus, qui ſeipſum obtulit Deo hoſtiam placentem, & ſufficientem pro omnibus. Porrò autem in cœmiterio Chriſtianorũ non niſi Chriſtianus ſepeliri debet, nec tamen omnis. Nullus enim in ſuo maleficio interfectus ſepeliri debet in cœmiterio, vt latro, ſi in latrocinio interficiatur. Intellige autem hic maleficium, ſi ſit mortale peccatum, vt interfectus in adulterio, & in ludis Ethnicorum. Si verò moriatur ſubitò in ludis conſuetis, vt in ludo pilæ, poteſt ſepeliri in cœmiterio, ſed ſiue pſalmis & ſine exequijs. Si prętereà aliquis ex poſtribulo rediens, vel ex alio loco vbi fornicatus ſit, & in via occidatur, aut alio caſu non confeſſus moriatur, ſi legitimis teſtibus poteſt probari enim fuiſſe fornicatum, nec poſteà confeſſum, in cœmiterio ſepeliri non debet. Si non poteſt probari ſepeliri licebit. Latro in eo loco in quo ſuſpenditur ſepeliatur, niſi prius ſatisfecerit, ſi autem ſatisfecerit in cœmiterio ſepeliatur. Mulier ſi in partu moriatur, vtique in Eccleſia ſepulturæ tradi nõ debet, ſed extrà eam. Quare canantur ei exequiæ, & poſteà ſepeliatur in cœmiterio, ſed puer excidatur è ventre eius, ac ſepeliatur extrà cœmiterium. Debent autem mortui ad hunc modum ſepeliri, ſudarijs videlicet induti, & vt caligas circa tibias habeant & ſoleas in pedibus, quo ſignificent ita ſe paratos eſſe ad iudicium. Ponantur prætereà capite verſus occidentẽ, & pedibus verſus orientem. At verò clerici ſi ſint ordinati, illis indumentis ſepeliantur, quibus fuerant ordinati; Si non habeant ordines, more laico-

rum, & tondeantur ac radantur. Omnium autem corpora debent lauari, ad significandum, quòd si anima per confessionem a culpa fuerit mundata, vtrunque hoc est, anima & corpus in die iudicij sempiternam habebunt glorificationem. Si verò aliquis in hastilludio moriatur absque pœnitentia, quando videlicet sacerdotē ipse nō quērit, sepeliatur instar asini, atque ita quoque si in ripa. Sed si ludi gratia vel propter negocium suum conficiendū nauiget ac pereat, potest sepeliri in cœmiterio. De istiusmodi enim non iudicat Ecclesia manifestè. Si quis subitò moriatur nō propter aliquā causam manifestam, sed occulto Dei iudicio, honorificè sepeliatur. Iustus enim quacunque causa moriatur, saluabitur. Qui denique sibi manum inserunt, ac mortem propria voluntate depaciscuntur, non debent in cœmiterio habere sepulturam. Solet autem hic quēri vtrum post diem iudicij homines sint futuri nudi, an verò vestiti. Et videtur quidem quòd vestiti, quoniam angeli semper vestiti solent apparere. & Christus etiam post resurrectionem cum veste visus est, ac in transfiguratione quoque fuit vestitus. Vnde illud: Apparebant vestimenta eius alba sicut nix. Contrà verò videtur quòd erunt nudi, idque ex ea authoritate quòd ea tum sumus futuri forma in qua fuit Adam ante peccatum, atque etiam in meliori: Atqui tunc nudus fuit, ergo & nos similiter erimus nudi. Verum nihil nos dicendo præsumamus de veste vel de qualitate, nisi vnum hoc, videlicet isthic neq; deformitatem fore, neque infirmitatem.

De institutione officij. *Cap.* 160.

SEquitur de officio, & primo quidem a quibus fuit institutum, secundo a quibus fuit actum, tertio a quibus habuit initiū, quarto de modo celebrandi. Officiū ergo mortuorum primo ab Apostolis fuit institutum, sed ab Origine vt testatur Isidorus in libro de Ecclesiasticis officijs, fuit auctum, & ex maxima parte ordinatū. Vnde ipsum commendat beatus Augustinus in quodam libro quem ille appellat Enchiridion, inquiens cum fuisse secundum in Ecclesiasticis officijs post Apostolos. Officiū hoc initium habuit à veteri lege. Legitur enim quòd mortuo Iacob, Ioseph & alij fratres eius vt eis præceperat, cum multis Aegyptijs attulerunt eum in Hebrō, sed prius fleuerunt ipsum in Aegypto triginta diebus, ac posteà septem in aria Athad. Præterea legitur quòd mortuo Moyse populus Israeliticus eum deplorauit triginta diebus, quemadmodum etiam ferunt factum fuisse de Aaron & Maria. Verum animaduerte, quòd mortuo Iosue qui eos in terram promissionis introduxerat, non legatur ipsum populus fleuisse, quamuis tamen contrà credatur. Ideo de Iosue tacet historia, quia præfigurauit Christum, & mors eius mortem Christi, videlicet eius qui nos à morte redimens ad vitę patriam reduxit, vbi neque luctus neque dolor est. Propter figuram igitur de morte illius historia tacet, sicut alibi de patre Melchisedech qui Christum figurauit: quoniam non legitur habuisse patrem, quemadmodum nec Christus patrem habuit hominem. De Moyse (licet melior credatur fuisse quam Iosue) & de alijs qui mortui sunt in deserto, populus dicitur fleuisse, quoniam desertum aliquando alienationem à Deo significat. Pro illis itaq; flendum est, qui per peccata sua à Deo alienantur. Ex qua quidem reinquit Salomon: Luctus filij tui sapientis mortui septem diebus: Luctus filij tui stulti æternus, quandoquidem in æternum punietur. Sic: Filius sapiens lætificat patrē, stultus verò mœstitia est matris suæ. Septenarius igitur mortuorum luctus & trigenarius à veteri testamento sumpsit exordium. quemadmodum enim Iacob filij fleuerunt septem diebus, & Moysen triginta: Ita quoque ecclesia quandoque septem diebus, quandoque triginta suorum mortuorum celebrat officium. Notemus interim quatuor modis subueniri mortuis: oratione videlicet, amicorum eleemosyna, cognatorum ieiunio & missarum celebratione. Septem ergo diebus nostris mortuis officium facimus, vt ad sabbatum animarum citius valeant peruenire. Aut certè propter septenariū animę & corporis. Habet enim anima tres potissimùm proprietates, vt nimirum ratione, concupiscere, & irasci. Corpus verò ex quatuor constat elementis. Vt itaque peccata quæ homo commisit per hæc septem deleantur, septenarium mortuis celebramus.

Deut. c. vlt.

Eccl. 23.

mus. Ter decem triginta faciunt. Per ter intelligimus Trinitatem, per decem Decalogum. Quare trigenariū mortuis ideo facimus, vt quod in obseruatione decem præceptorum deliquerunt. Dei misericordia eis condonetur. Quidam tamen tribus diebus hoc faciunt, vt in eo triduana Christi sepultura repræsentetur, & quod viuus peccauerit cogitatione, verbo & opere, mortuo remittatur. Quod autem plerique officium faciunt nouem dierum, licet ea consideratione hoc faciant vt per huiusmodi officium illorum mortui à pœnis liberentur, ac nouem ordinibus angelorum associentur, non tamen approbatur, sed omnino interdicitur, quoniam ab Ethnicis sumptum esse videtur, qui nono die cineres & busta suorum recondebant. Sicut enim nō imitamur Iudæos in celebrando Pascha: ita etiam in hoc officio Ethnicos imitari planè prohibitum est. Sunt prætereà nonnulli qui quinquagenarium faciunt, & alii qui quadragenarium: sed hi vtrique satis cum ratione facere videntur. Qui enim quinquagenarium faciunt ab Abrahamo occasionem sumere videntur, qui ex Domino, volente Sodomam subuertere, quæsiuit, num si quinquaginta in ea essent iusti, illi parceret. Nam & quinquagenarius numerus perfectus est, & significat annum iubilæum, id est, octauam ætatem, in qua erit remissio & plena libertas. Vt ergo animæ mortuorum plenam libertatem & suorum peccatorum remissionē adipiscantur, quinquaginta diebus pro illis a quibusdam celebratur officium. Quadragenarium verò ideo quidam faciunt, vt illis qui decesserunt & transgressi sunt in decem præceptis, & in doctrina quatuor Euangelistarum, condonetur.

De celebratione mortuorum officij. *Cap.* 161.

PRætereà modo videamus de ipsius officij celebratione. Ac primo quidē, vt sciamus, quæ sint tacenda, & secundo quæ sint dicenda, quoniam officium mortuorum imitatur triduanam Christi sepulturam, & illius omnino vestigia sequitur. Sicut ergo tribus illis diebus, ita & in hoc officio omnia cantica lętitiæ subticemus. Inde etiam est quod Domine labia mea aperies, ad matutinas, vel vigilias mortuorum & Deus in adiutorium, non dicatur in principijs horarum, neque Venite exultemus, neque Gloria patri ad responsorium, aut sub finem psalmorum. Pari modo ad lectiones neq; benedictiones petimus neque damus, nec Tu autē Domine, nec Deo gratias vnquam dicimus, vsque adeò vt ne ad missam quidem. Posset tamen & alia ratio reddi, quamobrem in officio mortuorum hæc taceantur: quum enim mortuorū exequias celebramus, ad plangendū venimus, & lachrymandum, non ad solennizandum. Ob quam rem sanè lętitiæ cantica subticemus. Nam non bene conuenit huic officio Venite exultemus, nec Domine labia mea, sed potius cum eo videntur repugnare. Officium autem mortuorum a vesperis incipit, quas in hunc modum auspicamur Placebo Domino. Quibus absolutis sequitur completorium, ac posteà vigiliæ, quarum tria sunt genera. In quibusdam enim Ecclesijs nouem leguntur lectiones ex Iob: in alijs verò totidem, sed ex libro Sapientiæ, Incipiunt autem hæ hoc pacto: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Sunt rursus aliæ Ecclesiæ, in quibus itidem nouem recitantur lectiones, verum ex sermone quodam beati Augustini, quem ille composuit de mortuis, & quem finiuit in hunc modum. Beati mortui qui in Domino moriuntur, quod a quibusdam dicitur sub finem lectionum loco Tu autem Domine: quemadmodum in aduentu Domini, in natiuitate, & in Epiphania lectiones Isaiæ finiuntur hoc pacto: Conuertimini ad me & salui eritis, & lamentationes Hieremiæ ad tenebras hac ratione, Hierusalē Hierusalem, cōuertere ad Dominū Deum tuum. Verum alijs diebus hoc modo. Tu autem Domine, &c. Atque ita sunt quatuor modi finiēdi lectiones. Ad missam proinde thus offerri non debet, quamlibet hoc tempore ita vsu receptum sit. Nam in veteri lege prohibitum fuit ne pro peccato offerretur oleum lętitię, nec thus suauitatis: vbi enim peccatum, ibi tenebræ, atque isthic non debet esse lętitia, nec suauitas, sed luctus & cōtritio cordis. Quocirca & exequiæ, quas nos facimus ob mortuorum commissa, celebrantur. Animaduerte interim in lege Moysi prohibitum fuisse a Domino, ne thymia-

thymiama boni odoris, vel thus sibi sacrificium aliquis adoleret in vsus suos, vt odore eius frueretur, quòd si quis faceret, periret è populo suo. Atque ideò moris est in Ecclesia, vt ad altare benedictum ac consecratum thus offeratur: quum verò descendit thuribulum vel ad clericos, vel ad laicos, vt tum aliud thus sine benedictione vsurpetur, atq; hominibus offeratur. Cõsuetum est hic quęri, cur ad missam mortuorum pax non detur, & sanè triplex assignatur ratio. Prima est, quia officium hoc, vti dictum est triduanam Christi significat sepulturam, quando pax non datur propter osculum Iudę. Secunda, quoniam non communicamus mortuis, quòd nobis minimè respondeant. Vnde profectò etiam est, ꝙ corpus siue cadauer in Ecclesia esse nõ debeat quandiu missa de die celebratur, atq; adeò si adsit, quòd isthinc oporteat asportari, dum de mortuis missa canatur. Tertia est, quia sicut ex multis granis simul collectis, vnus efficitur panis, & ex multis racemis vinum exprimitur, ita quoque ex multis fidelibus quorum quidam sunt boni, & quidem mali, vna constituitur Ecclesia. Quoniam ergo mortuo homine nescitur vtrum sit ex conformitate Ecclesiæ, & pacem habeat cum suo Creatore, ideo ad missam pacem non damus. Non autem dicimus Benedicamus Domino, nec Deo gratias, nec laudes aliquas referimus, quia non est vnde sint agendæ, quum nec dum appareat eorũ requies. Illud prætereà animaduertendum est, officium mortuorum fiiri nona hora, & non habere secundas vesperas, quo significatur ꝙ hoc officium finem habebit, quando quidem animæ saluandorum ab omni pœna liberatæ sempiterna lętitia perfruentur, nimirum sancti, de quorum glorificatione in anima certa est Ecclesia. Primas & secundas vesperas habent, si in eorum officio nouem lectiones decantentur. Et quidem primas, propter glorificationem animæ, secundas verò propter glorificationem corporis quam habebunt, quæq; nunquam finem sit habitura. Si autem non nisi tres lectiones canantur, primas tantum vesperas habebunt. Nunc porrò dicendum est, quemadmodum corpus sit sepeliendum, & quomodo tumulandum, & ad Ecclesiam deportandum, a quibus, & quando. Quando ergo iam aliquis animam agere videtur humi collocari oportet super cineres, vel paleas, quo innuitur quòd cinis est, & in cinerem reuertetur, quod vt alijs de se exemplum præberet, beatus Martinus fecisse legitur. Debet prætereà recitari passio Domini, vel eius pars aliqua ante morientem si sit literatus & doctus, vt moueatur ad maiorem compunctionem. Sic quoque & crux ante pedes eius esse oportet, vt iam moriens eam intueatur, quò vel inde magis conteratur. Debet recta iacere facie, vt cœlum aspiciat. Priusquã verò exspirauerit, necessarium est vt campanæ pulsentur, idque ideo vt populus audiens oret pro eo. Pro mulieribus quidem bis, quoniam mulier inuenit alienationem. Ipsa nanque primo fecit quò homo alienaretur a Deo. Quare secundus dies non habuit benedictionem. Pro viro autem ter pulsatur, ꝙ ab ipso Trinitatis quoddam in homine apparuerit exemplum. Primo enim Adamus formatus est è terra, deinde mulier ex Adamo, ac posteà ex vtroq; creatus est homo, vt ad eum modum hinc nata sit Trinitas quædam, Ad postremum pro Ecclesiastico tot vicibus debet compulsari, quot habeat ordines, vt sciat populus pro quo sit orandum. Pari ratione pulsari oportet quando portatur ad Ecclesiam, & quando rursus ex ea ad tumulum. Priusquam autem corpus sepeliatur pannus subleuetur, debet sacerdos vel eius vicarius illhuc venire cum aqua lustrali seu benedicta ac orationes pro eo ad Dominum effundens, sanctos inuocare, & rogare vt eius animam suscipiant, atque in locum gaudij differant. Sunt enim quædam animæ, quæ sunt perfectæ, vt quàm citò exeunt è corporibus, ad cœlos euolent. Sunt & aliæ prorsus malæ, quæ illicò ad inferos cadunt. Verum prętẽr has sunt & aliæ mediæ pro quibus huiusmodi fit commendatio, idque tantum prop̃tẽr incertitudinem. Proinde abluto corpore & velato oportet portari ad Ecclesiam, ac tunc debet missa cantari, vbi profectò animaduertas in quibusdam Ecclesijs vnicuiq; dari candelam in choro in altera manu, & in altera quod offeratur, ac sic lẽcto Euangelio ea offeruntur sacerdoti pro mortuo, atque tum huiusmodi cantari solet

solet versus. Hostias & preces. Missa celebrata, ante cadauer præcantat sacerdos, & si plures sint sacerdotes omnes debent habere stolas, ac cum eo orationes dicere. Peracto autem officio pręcantationis, portatur ad sepulchrum cum huiusmodi Psalmis: in exitu. Confitemini, & alijs, qui ad hoc peculiariter sunt instituti. Verum portari debet à similibus, vt si diaconus fuerit, à diaconis, si sacerdos, à sacerdotibus, si isthic præsto sint. Sin verò non, minimè: cum necessitas legi non subijcia tur. Sic clericus à clericis, catholicus à catholicis. Si verò fuerit ex fraternitate (& quam ita vocant, & sæpe faciunt inter se homines) ab eis debet portari. Sed mulieribus non est permissum aliquorum cadauera deportare, ne earum corpora nuda videantur, quod fortassis aliquando contingeret quemadmodum nec licitum est eis pacem dare ad euitandum lasciuiam. Deinde verò ponitur in sepulchrum, & isthic aqua apponitur benedicta, ac prunæ cum thure. Et profectò aqua benedicta ideo ne ad corpus demones accedant quos huiusmodi aqua abigit ac propellit. Solent enim diaboli sæpenumero in mortuorum desæuire corpora, & quod non potuerunt in vita, id faciunt saltem post mortem. Thus autem apponitur propter corporis fœtorem remouendum, & prunæ ad designandum, quòd terra illa in vsus communes ampliùs redigi nequeat. Diutius enim carbo sub terra conseruatur, quam aliud quippiam, quòd possit isthic in testimonium relinqui. Hedera vel laurus quæ in perpetuum frondium seruant virorem in sarcophago propè corpora ponuntur. ad declarandum, quòd illi qui moriuntur, in illo viuere nõ desistunt: quia quantumuis corpore moriuntur, anima tamen viuunt. Alia sanè ratione in funeribus habebatur cupressus. Nam quemadmodum hæc cæsa non iterum reuiresciit, sed tota moritur: ita homo ex eo, quòd moritur, non rursum reuiuiscit. Hæc de mortuis dicta sufficiant, ac de festis quatuor Coronatorum deinceps agamus.

De festo quatuor Coronatorum.
Cap. 162.

FVerunt quidem nouem, sed quatuor eorum dicuntur Coronati, quòd eorum nomina hominibus erant ignota. Hi fuerunt lapicidæ, qui venerant ad construendum templum Diocletiani, quod erat Romæ. Sed cùm cognouisset eos esse Christianos, martyrio coronati sunt, & quum nomina illorum nesciretur, dicti sunt Coronati.

De solennitate beati Martini.
Cap. 163.

SCiendum verò est de beato Martino, quòd par & æqualis Apostolis sit appellatus, pro suscitatione quorundam mortuorum, vt plerique arbitrantur, cùm idem & multi alij martyres fecerunt & confessores. Verùm potius ob quoddam miraculum, quod cõtingit, cùm Turonis esset Episcopus. Nam cùm hybernis mensibus pauper ei seminudus obuiam veniret, orans sibi vestimentum dari accersito archidiacono statim algentem iussit vestiri. Quod quum archidiaconus facere distulisset, irrupit pauper in sacrarium, quod intrauerat Martinus conquerens se à clerico dissimulatum, atque algere deplorans. Eo audito. Martinus illicò occultè suam eduxit tunicam, ac suo concessit precatori, petijtque ab Archidiacono priusquàm celebraret tunicam, quàm pauperi emere iusserat, atque eam vilem, hispidam & breuem clanculum induit. Atque ita sanè parauit se ad celebrandarum missarum solennia. Sed quum ante altare, vt moris est in præfatione, sisteret: manusque ad Dominum subleuaret, ita vt brachia eius facilè ob amplitudinem & breuitatem manicarum conspicerentur, illicò aurei torques ipsa honestè operuerunt, & supra caput eius igneus globus visus est. Quo quidem declaratum fuit spiritum sanctum in eum descendisse, ad confirmationem & robur, sicut in Apostolis ipso die Pentecostes. Quapropter ergo non immeritò dictus est par Apostolis. Fuit autem oriundus ex Pannonia, quæ est propè Austriam, vnde

vnde etiam fuit beatus Hieronymus. Fecit præterea multa signa & innumera miricula, quæ conscripserunt Sulpitius & Fortunatus, vt qui ipsum multum adamarunt: Quod autem ad officium attinet considerandum est, hunc solùm inter confessores institutionis octauas habere, sicut & beatus Laurentius vigiliam, quòd ipso die passionis suæ dixerit, quod in eius festo repetit ecclesia: Igneme examinasti &c. Sed Martinus in agone mortis dixit astanti dæmoni. Nihil in me inuenies cruēta bestia. Ecce quàm optime conueniunt merita. Ergo ille tanquàm qui cæteros martyrio longè superarit, vigiliam habet, atq, hoc confessor cæteris item præstantior, solus habet octauas.

De festo Andreæ & Thomæ Apostolorum. Cap. 164.

COgnoscere operæprecium est Andræam colore fuisse nigro, barba prolixa, ac statuta mediocri. Hoc ideò à nobis dictum sit, vt sciatur qualis in ecclesia pingi debeat, quod simili ratione faciēdum esset in omnibus Apostolis atque alijs sanctis. Cæteroquin enim mentiremur in litera laicorum, nempè in picturis. Concionatus autem est in Achaia & Athenis, ac circa illas partes. Valdè excellentis fuit meritò, nec id quidem sine causa beatus Gregorius adeò ipsi fuit addictus, vt primum eius fecerit officium, & monasterium ei condiderit, vbi item & monachus extitit. Quadraginta mortuos simul suscitauit, quòd de nullo alio legitur. Filius nanque sui hospitis, quum nauigaret cum triginta & nouem socijs naue fracta submersus est, cuius pater quum miserè lamentaretur in littore, misericordia motus Andræas fudit preces ad Dominū, & redditi sunt vitæ vniuersi. Tandem ad se proconsul Aegeas vocauit Andræam, vt idolis sacrificaret, qui quemadmodum noluit & recusauit, vt in ipsius vita legitur ita vt eum cruci affixerunt, reclamanti & inuito populo. Pependit itaque integro biduo in cruce per transuersum, vt nonnullis placet, positus. Nihilominus tamen prædicauit, & verbum Dei concionatus est. Tandemque fœliciter ad superos migrauit. Vigiliam institutionis non habet: quia in tempore est ieiuniorum, quare necesse non fuit, vt ei vigilia instituerētur. De beato autem Thoma nihil equidem quod hic dicere necesse sit, habeo, cùm vita eius ex historia, quæ de ipso conscripta est satis abundè cognosci queat. Hoc tamen adijciendum putaui, ipsum ieiunium institutionis non habere, ob eandem causam, qua neque Andræam habere diximus. Legitur verò hic Euangelium: Thomas vnus ex duodecim. Qua ratione id fiat satis ex ijs patet, quæ suprà à nobis dicta sunt. *Ioan. 20*

Totius operis conclusio.

IAm ergo duplici hactenus ratione pro ingenij nostri tenuitate Ecclesiastica officia, & quæ ad ea pertinere videbantur exposuimus: primò quidem generaliter, ac deinde etiam specialiter, sigillatim eo ordine explicando, quem anni circulus nobis demonstrauit. Festa item sanctorum in suo loco, hoc est, eo die quo celebrari consueuerunt, commodè (vt nos quidem putauimus) reseruauimus, vt quo die cuiusque festum fieri dicimus, isthic & eiusdem festi ratio haberetur. Nec verò est, quod quis estimet: ita hæc absolutè à nobis tradi potuisse: vt in ijs nihil planè desideraretur, quum diuina officia eiusmodi sint, vt plenè ac sufficienter in multis explicari non possint.

Diuinorum officiorum.

FINIS.

Soli Deo sit gloria,
Cum matre nostra Ecclesia.

INDEX CAPITVM
QVAE HOC IN OPERE
Diuinorum officiorum continentur.

PROEMIVM ac totius operis partitio. fol. 322
De rebus specialiter Deo consecratis. Cap. 1. fol. eo.
De locis. Cap. 2. fol. eo.
De temporibus. Cap. 3. fol. eo.
De solennitate festiuitatum. Capit. 4. fol. eo.
De festis. Cap. 5. fol. 323
De stationibus. Cap. 6. fol. eo.
De processionibus. Cap. 7. fol. eo.
De ieiunio. Cap. 8. fol. eo.
De ieiunij authoritate. Cap. 9. fol. 324
De distinctione ieiunij. Cap. 10. fol. eo.
De institutione Quadragesimæ & reliquis ieiunandi formis. Cap. 11. fol. eo.
De personis. Cap. 12. fol. 325
De personis ecclesiasticis. Cap. 13. fol. 326
Quomodo personæ dignitatis à veteribus ad nos fluxerint. Cap. 14 fol. eo.
De rebus quæ Deo potissimùm debentur. Cap. 15. fol. eo.
De votis & sacrificijs. Cap. 16. fol. 327
De oblationibus & donationibus. Cap. 17 fol. eo.
Quid officium & quotuplex. Capit. 18. fol. eo.
De officio generali. Cap. 19. fol. eo.
De ipso officio. Cap. 20. fol. eo.
Cur ter nocte surgebant. Cap. 21. fol. 328
De repræsentatione trium temporum. Capit. 22. fol. eo.
De ordinatione sancti Benedicti. Cap. 23. fol. eo.
De pulsu campanarum & matutini temporis initio. Cap. 24. fol. 329
De hymno, & de ijs, quæ ad tertium vsque nocturnum fiunt. Cap. 25. fol. eo.
De tertia nocturna. Cap. 26. fol. 330
De officio diurno. Cap. 27. fol. 330
Quur septies in die laudemus Dominum. Cap. 28. fol. ibid.
De alijs sex horis. Cap. 29. fol. ibid.
De psalmis qui hisce horis cantantur. Capit. 30. fol. 331
De hymno & alijs sequentibus. Cap. 31. fol. ibid.
De officio altaris. Cap. 32. fol. ibid.
De confessione sacerdotis ante missam. Cap. 33. fol. ibid.
De officio missæ. Cap. 34. fol. 332
De introitu, tropis & linguis, quibus missa celebrari potest. Cap. 35. fol. ibid.
De kyrieeleyson, &c. Cap. 36. fol. ibid.
De oratione, & quoties se in missa vertat sacerdos. Cap. 37. fol. ibid.
De Epistola, graduali, Alleluya, & prosa. Cap. 38. fol. ibid.
De Euangelio. Cap. 39. fol. 333
Quid symbolum, quando canendum, & quot sint numero. Cap. 40. fol. ibid.
De offertorio. Cap. 41. fol. 334
De sacrificio. Cap. 42. fol. ibid.
De secunda parte missæ. Cap. 43. fol. ibid.
De secreta. Cap. 44. fol. ibid.
De præfatione. Cap. 45. fol. 335
De Canone. Cap. 46. fol. ibid.
De oratione dominica. Cap. 47. fol. ibid.
De pace. Cap. 48. fol. ibid.
De vltima parte missæ. Cap. 49. fol. 336
Quibus horis celebretur missa. Cap. 50. fol. ibid.
Quæ missæ, quibus diebus debeant celebrari. Cap. 51. ibid.
De vesperis. Cap. 52. ibid.
Quot psalmi canantur in Completorio. Cap. 53. fol. 337
Quomodò finiendæ sint orationes. Cap. 54. fol. ibid.
De diuersitatibus officiorū. C. 55. fol. ibid.

De cæteris temporibus.cap 56.fol. 338
Quis ordinauerit officia ecclesiastica, & de quibusdam diebus.cap. 57. ibid.
Quomodò officia ecclesiastica fieri debeant, & qui sint eorum libri. cap. 58. ibid.
De relignis libris. cap.59.fol. 339
De quinque libris lectionum. capit. 60. ibid.
Qui legi debeat in Septuagesima. cap.61. ibid.
Quid legi debeat ab octaua Pentecostes vsq; ad Natale Domini.cap.62. fol.340
De libris cantuum.cap.63. ibid.
Quæ omittenda sint in Aduentu. cap. 64. fol. 341
De temporibus quibus non debent nupciæ celebrari.cap 65. ibid.
De festis & ieiunijs Aduentus. capit. 66. fol. 342
De anniuersarijs mortuorum, & vigilijs sanctorum.cap. 67. ibid.
De vigilia Natalis Domini. capit. 68. ibid.
De Natiuitate Domini cap.69. ibid.
De festis Natiuitatem sequentibus.cap.70 fol. 343
De Circuncisione. cap.71. ibid.
De festo Hypodiaconorum. capit.72. fol. 344
De Epiphania.cap.73. ibid.
De Euangelijs apparitionis. cap. 74. ibid.
De festis sanctorum post Epiphaniam.cap. 75. ibid.
De dominica post octauas Epiphaniæ.cap. 76. ibid.
De Septuagesima, Sexagesima, Quinquagesima & Quadragesima. Cap.77. ibid.
De institutione prædictorum. cap.78.fol. 345
De officijs istorum temporum.cap.79.fol. 346
De variatione officiorum.cap.80. ibid.
De festis quæ sunt in principio Septuagesimæ, & primò de Purificatione beatæ Mariæ.cap 81. ibid.
De festo sancti Blasij,cap.82. ibid.
De cathedra sancti Petri cap.83.fol. 347
De festis generaliter quę tempore fiunt Septuagesimæ.cap.84. ibid.
De officio Quadragesimæ, ac litera laicorum.cap.85. ibid.
Quomodò sit pulsandum in Quadragesima.cap.86. ibid.
Quare non ieiunemus eo tempore quo christus ieiunauit,cap.87.fol. 348
De diebus priuilegiatis.cap.88. ibid.
De prima quarta feria priuilegiata. cap. 89. ibid.
De secunda quarta feria & tertia priuilegiata.cap.90. ibid.
De quarta feria.cap.91. ibid.
De sabbatis priuilegiatis.cap.92.fol. 349
De dominicis diebus priuilegiatis. cap.93 ibid.
De dominica in Ramis Palmarum.cap.94. ibid.
De quinta feria siue cœna Domini. cap.95. ibid.
De sexta feria priuilegiata.cap.96.fol. 350
cur non conficiatur corpus christi in Parasceue, & de ordine eius officij. cap.97. fol. 351
Quare ita huius diei officium sit institutum.cap. 98. ibid.
De duabus partibus Sacramenti. cap. 99. fol. 352
De officio tenebrarum.cap. 100. ibid.
De numero candelarum.cap.101.fol. 353
De expositione trium quæ præterea in huiusmodi officio obseruantur. cap. 102. ibid.
De purgatione pauimenti. capit. 103. fol. 354
De nudatione altaris. cap. 104. ibid.
De Sabbato Paschæ.cap.105. ibid.
De officio Sabbati.cap. 106. ibid.
Quare hæc omnia fiant. cap. 107. ibid.
Quid per cereum Paschalem significetur. cap.108.fol. 355
De consecrando siue benedicendo cereo. cap. 109. ibid.
cur tituli hic taceantur, & de Baptismo. cap. 110. ibid.
De reliquo officio in vigilia Paschatis. capit. 111.fol. 356
De tempore regressionis.cap.112.fol. 357
De officio huius temporis. capit. 113. ibid.
Quæ circa hoc tempus sint obseruanda. cap. 114. ibid.
De ornatu tẽpli materialis.c.115.fol. 358

De recon

De reconciliatione proximi.cap.116.ibid.
De veneratione huius temporis.Cap.117. ibid.
De mensa corporis.cap.118. ibid.
De paruo prandiolo. cap. 119. ibid.
De quadam libertate Decembris.cap.120. fol. 359
Expositio quorundam, quæ cum circa hoc tempus, tùm alibi etiam obseruantur. cap. 121.fol. 360
De lætanijs.cap.122. ibid.
De institutione & modo lætaniarum. cap. 123.fol. 361
De festo Apostolorum Philippi & Iacobi. cap. 124. ibid.
De inuentione sanctæ Crucis. cap.125.fol. 362
De sancto Ioanne Euangelista ante portã latinam.cap.126. ibid.
De festo beatæ Mariæ ad Martyres. cap. 127. ibid.
Quare non celebremus festa sanctorum qui cum Christo surrexerunt. cap.128. ibid.
De sancto Michaele. cap. 129.fol. 363
De varietatibus huius temporis. cap. 130. ibid.
De Pentecoste.cap.131. ibid.
De officio sabbati Pentecostes. cap. 132. fol. 364
De ieiunijs quatuor temporum. cap. 133. ibid.
De institutione ieiuniorum quatuor temporum,&c.cap.134. ibid.
De tempore peregrinationis ac festis in eo contentis.cap.135.fol. 365
De natiuitate sancti Ioannis Baptistæ.cap. 136. ibid.
De vigilia sancti Ioannis.cap.137. ibid.
De festo Apostolorum Petri & Pauli. cap. 138. fol. 366
De diuisione Apostolorum.cap.139. ibid.
De festo sancti Iacobi.cap.140. ibid.
De festo Petri ad vincula.cap.141.fol.367
De festo Machabæorum.cap.142. ibid.
De Inuentione sancti Stephani. cap. 143. ibid.
De festo beati Sixti & Transfiguratione Domini.cap.144. ibid.
De sancto Laurentio. cap.145. ibid.
De Assumptione beatæ Mariæ virginis. cap. 146. ibid.
De decollatione sancti Ioannis. cap. 147. fol. 368
De sancti Augustini festo.cap.148. ibid.
De natiuitate beatæ Mariæ. cap. 149. fol. 369
De sanctis Sapientia Fœlice & Audacto. cap.150. ibid.
De exaltatione sanctæ crucis. cap. 151. ibid.
De beato Mauritio eiusque socijs. cap.152 ibid.
De sancto Matthæo.cap.153. ibid.
De festo Angelorum siue Michaelis. cap. 154. ibid.
De sancto Remigio.cap.155.fol. 370
De sancto Luca.cap.156. ibid.
De Simone & Iuda.cap.157. ibid.
De festo omnium sanctorum. capit. 158. ibid.
De officio mortuorum ac ratione sepeliendi. cap.159. ibid.
De institutione officij.cap.160.fol. 371
De celebratione mortuorum officij. cap. 161. ibid.
De festo quatuor Coronatorum. cap. 162. fol. 373
De solennitate beati Martini.capit. 163. ibid.
De festo Andreæ & Thomæ Apostolorum. cap. 164. ibid.

FINIS.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGISTRVM.

✳ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z A A B B C C D D E E F F G G H H I I K K L L M M N N O O P P Q Q R R S S T T V V x X Y Y Z Z & &.

Omnes ſunt quaterniones prẹter ✳ qui eſt duernio.

VENETIIS,
Apud Gratioſum Perchacinum. MDLXVIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca